image
not
available

14
11-f
16

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
40/L
29

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGVS GLORIÆ MVNDI,

D. BARTHOLOMÆI CHASSANÆI, BVRGVNDI, APVD AQVAS SEXTIAS IN SENATV DECVRIÆ PRÆSIDIS, AC VIRI CLARISSIMI,

IN QVO DOCTISSIME SIMVL ET COPIOSISSIME *de Dignitatibus, Honoribus, Prærogatiuis, & Excellentia, Spirituum, Hominum, Animantium, rerumq; cæterarum omnium, quæ Cælo, Mari, Terra, Infernoque ipſo continentur, ita diſſeritur, vt*

NIHIL de diuina Maieſtate, Angelorum choris, beatorumque ordinibus:

NIHIL de hominibus, *ſiue Eccleſiaſticis*, vt ſunt Pontifices, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Prępoſiti, Protonotarii, Archipreſbyteri, Archidiaconi, Presbyteri, Diaconi, Canonici, Clerici, Sacræq; militiæ, & Monachorum variæ familiæ: *ſiue Secularibus*: vt ſunt Imperatores, Reges, Archiduces, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Cancellarii, Præſides, Conſiliarii, Secretarii, Prætores, Aſſeſſores, Aduocati, Scribæ, Apparitores, Admiralli, Mareſcalli, Tribuni militum, Primipilarii, Centuriones, gregarii milites, Theologi, Iuriſconſulti, Medici, [illegible], Poetę, Hiſtorici, Grammatici, Dialectici, Mathematici, Geometrę, Muſici, Venatores, Piſcatores, Aucupes, Agricolæ, Mercatores, Typographi, Argẽtarii, Aurifabri, Fabri lignarii, ferrarii, murarii, in ſumma mechanicarũ omnium artiũ profeſſores:

NIHIL de animalibus, feris, quadrupedibus, reptilibus, venenatis, de auium & piſcium variis generibus:

NIHIL denique [illegible]erum principiis, zonis cęli, partibus orbis, Regnis, Inſulis, Fluuiis, Ciuitatib, Arcibus, Templis, Theatris, Pyramidibus, Obeliſcis, Labyrinthis, Bibliothecis, Sepulchris, Hortis, Balneis, Arboribus, Syluis, Frugibus, Herbis, Radicibus, Lapidibus, Gemmis, Coloribus, Floribus, Metallis, vt nihil, inquam, horum omni[illegible] alia multa, [illegible] non egregie explicatum præteritum ſit.

Diuiſum in libros duodecim.

Editio quarta, à mendis repurgata, & figuris illuſtrata.

Cum Priuilegio Sac. Cæſ. Maieſt.



BIBLIOTHECA S. PETRI AD VINCULA

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Typis Willierianis, impenſis RVLANDIORVM.
MDCXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

AVTHORIS PROOEMIVM SIVE AD LECTOREM Præfatio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VETERVM nos monet authoritas, patrum veſtigia (ſi à ſcopo veritatis & virtutis nõ deuiarint) imitari debere, & aliquo genere exercitationis animum pellicere. Cum plurima mortalibus commoda per exercitationẽ, damna vero per ſegnitiem, eueniant. Nam ſi fidei Platonicæ nõ diſſentiam, qui diu ab inſtituto opere deſueſcunt, & feriantur, otii conſuetudinẽ plerunq; induunt, quam poſtmodum niſi grauatim cauere nequeunt. Ideo Appium Claudium dicere ſolitum accepimus, Valerio teſte *lib. 7. tit. de ſapienter dictis. cap. 2.* Negotium populo Romano potius quam otium committi debere, quoniam quidem exploratum habebat, ingenuos homines agi ratione rerũ, & exercitatione ad capeſſendã virtutem excitari. Contra vero otio & quiete in deſidiã, torporem, & ſocordiam reſolui, & prolabi. Emollit enim vires *(vt inquit Menander)* ſicut rubigo ferrũ. Propterea Alexander Macedo, quo die nihil geſſerat, ſe non regnaſſe exiſtimabat. Ideo recenſet Guil. Leporeus Heduen. *in tract. ſuo artis memoratiuæ, in c. otium. lib. 4.* Athenienſes ignauos homines & languore marceſcentes, qui vitam in ganeis & popinis, aliisq; illecebroſis locis ſilentio tranſigebant, in forum protrahere ſolitos eſſe, eosq; vt facinoroſos plectere. Quod, teſte Quint. memoriam exercitatione redigendam conuenit, ne nobis diſcamus ignoſcere. Nam memoria, niſi exerceatur, confeſtim tabeſcit, ſolitoq; vigore deſtituitur. Et, teſte Caſſiod. *11. variar. in prologo:* Ægreſcit ingenium, niſi iugi lectione reparetur. Cito expẽduntur horrea, quę aſſidua non fuerint adiectione fulcita: Theſaurus quam facile profunditur, ſi nullis iterum pecuniis compleatur. Sic & humanus ſenſus, ſi cum alieno non ſarcitur inuento, cito poteſt attenuari de proprio.

Hanc rem igitur (ſpectatiſſime lector) apud me anxie volutans, laborem humeris, licet viribus imparem, imponere nõ veritus: (Ad hoc etiam me adhortante Ouid. ad Ruffinum, dicente) *Vt deſint vires, tamẽ eſt laudanda voluntas:* Hunc gloriæ mundi Catalogum, vt vires ingenii excitarem, congerere non erubui. Sicut etenim diligenti cura pretia prædiorum ampliantur, ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt, vt aſſerit Iuriſconſ. Calliſtratus *in*

l.non intelligitur.§.diui fratres.ff.de iure fiſci. Et vitium fouet ipſa ſuum ceſſatio iugis ab opere, aut ſtudio, amantque longa otia culpam. Diligentia ergo præferenda (cum mater omnium virtutum & operum ſit) Deſidia vero eſt valde animis periculoſa, atque miſerabilis. Animum enim corrumpit, teſte Cicerone, 4 *Rhetor.* Et omnia lædit, vt *in authentic.de queſtore.§.hæc omnia collat. 6.& l.penultima.Cod.de anna.except.* Etiam Nõuerca Eruditionis dicitur. *canõ. nihil.* 83. *diſtinctio.* Exercitatione itaque valere ſolet ingenium, virtus ſtudiorum augetur, memoria conſeruatur, & remiſſi, oſcitantesque animi fiunt vegetiores. Vnde per exercitium lectionis quis reperit ſcientiæ margaritã. text. *in cap.poſt translationem.§.verum.verſicul.item ſi quis.de renunciat.* & legendo libros, melior & doctior quis efficitur *.l.penultima. in fine ff.ad exhibendum.* Et omne artificium per exercitium recipit incrementum. *text. in l. legatis ſeruis. §.ornatricibus.ff.de leg.tertio.et l. milites.Cod.de re milit.lib.*12. vnde moraliter Auſonius Poeta Gallicus, hominem pigrum *in ſuis Epig.* ſic increpat:

Sanus piger febriente multo eſt nequior,
Potat duplum dapeſq; duplices deuorat.

Etiam Diuus Hieron. quantum otium ſit fugiendum, his verbis oſtendit: *Semper facito aliquid boni operis, vt te Diabolus occupatum inueniat.* relatus *in c. nunquam. de conſecra. diſt.*5. & ibidem, *Scribantur et libri, et manus operetur cibos, et anima ſaturetur lectione; in deſideriis autem eſt omnis ocioſus.*

Quapropter (lector attente) ne vitio illo deſidiæ arguerer, & excuſſo negligentiæ ſomno, poſt Commentaria noſtra ſuper conſuetudinibus ducatus Burgundiæ, iamdiu abſoluta & in propatulo conſperſa, huic operi animum applicui, in quo quædam non modica de prærogatiuis præeminentiis, præſtantiis & excellentiis, quæ circa Honores, Laudes, Gloriã, Dignitates, Commendationes, etiam ſtatum & ordinem non ſolum Cœleſtium, verum etiam Terreſtrium & Infernorum verſantur, Deo autore tentare nõ erubui. Maxime circa ea, quę omni fere ſtatui mortalium, cuiuſcunq; conditionis fuerint, ornamẽtum & decorem afferre poſſent, in hoc opus conieci. Eoq; paulo audacior factus, quod ad hæc tempora mortalium nemo ſcriptis redegerit. Tum quia in Gymnaſiis, tum etiam quia in Forenſi vſu (vt ſpero) probabitur: Licet hoc opus noſtrum non aſſero tale: vt eruditum & venuſtum habeatur: ſed ea eſt noſtri ſatietas, ſi non ſolum circa iura Patriæ, verum etiã pro communi vtilitate (cum honor omnes tangat) elaboraſſe videamur, & ſic apud rediuiuos eloquentiæ Camillos oblectamẽtum, ne dicam adiumentum reputetur. Cum diuerſos diuerſa iuuent, non omnibus horis omnia cõueniant. Et nihil vtilius in vita cõperiet quiſquam, quam noſcere ordinem & finem ſui ſtatus, de quibus eſt nobis hoc opere explicandum, ac propter inopinatum & præpoſterũ (quod ſæpe moribus & actibus nocet) non erretur, curandum eſt. Vnde nõ immerito dicit Cicero in Paradox. *Cum quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atque ordinis. Perturbata autẽ ſemel ratione atq;*

ordine,

Digitized by Google

ſine, nihil poſſit agi, quo magis peccari poſſe videatur. Et ſcribitur *ad Corinth.* 14. *O-
nia honeſte, et ſecundum ordinem fiant in vobis.* Et vulgo dici ſolet, *Vbi non eſt ordo,
eſt confuſio.* gloſſ. in verbo confuſum. in §. inordinatim vero in Authen. de
ered. & falcid. col. 1. Ideo his rebus quæ tractantur in vita, modum quen-
am adhibentes, & ordinem, honeſtatem, & decus conſeruabimus. Et licet
mnes natura ſimus æquales, culpa tamen exigente, alii ſunt ſuperiores, alii
nferiores. *canon. de conſtantinopolitana.* 22. *diſtinct.* vt ſuperiores culpas puniăt,
ſubditos ad concordiam ducant. *cap. licet.* 45. *diſtinct. et canon. fin. qui incipit, ad
oc.* 89. *diſtinct.* vbi inquit text. *Ad hoc diſpenſationis prouiſio, gradus diuerſos, et ordi-
es conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, et potio-
es minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, et ex diuerſitate contentio,
t recte officiorũ gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat
atione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differẽtiæ ordo ſeruaret.* Quia vero quæq;
Creatura in vna eademque qualitate gubernare, vel viuere non poteſt, cæ-
leſtium militiarum exemplar nos inſtruit. Quia dum ſunt Angeli, ſunt Ar-
changeli: liquet, quia non ſunt æquales, ſed in poteſtate & ordine differunt
alter ab altero. Etiam ordo naturalis & hæc iuſtitia eſt, vt minor ſeruiat ma-
iori, vt dicit text. *in cap. eſt ordo.* 33. *quæſtio. quinta.* Et vere quiſque ſeipſum ag-
noſcere poterit, ſi nulli ſuum officium ſeu miniſteriũ ſubtrahatur, ſi vnicui-
que ſua iuriſdictio ſeruetur, & ordo rerum non confundatur: nec ſuperiores
officia inferiorũ ſibi vendicent, nec inferiores ditionem, directionem, atque
correctionem non refugiant: quia tunc vniuerſale bonũ optime guberna-
retur. & nullus eſt, qui non teneatur alicui obedire, alias acephalus eſſet. *cap.
nulli.* 39. *diſtinct. cum cap. ſequen.* Etiam abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerũ
turbentur officia. *l. repetita. Cod. de Epiſcop. & cleric. l. conſulta. §. abſurdum. C. de teſtã.
& c. eſto ſubiectus.* 95. *diſtinct.* Et ſicut indecorum eſt, vt in corpore humano alte-
rum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium eſt, ſi ſingula
rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. *c.* 1. 89. *diſtinct.* Sed
hodie, proh dolor, complures eo præſumptionis, ac temeritatis fumo cali-
gant, inanis gloriæ cupidi, honorum, magiſtratuum, dignitatum & officio-
rum ambitioſi, non vt proſint, ſed ad hoc, vt præſint. Cõtra quos *c. fin.* 40. *diſt.*
quicunq; deſiderauerit primatum in terra, inueniet confuſionem in cœlo,
nec inter ſeruos Chriſti cõputabitur. Non enim qui maior fuerit in honore
inter homines, ille eſt iuſtior: ſed qui fuerit iuſtior, ille maior: quia non gra-
dus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. *c. ſicut.* 22. *q.* 4. *& c. ſunt
nonnulli.* 16. *q.* & nemo ſibi honorẽ aſſumere debet. *text. in c. in ſcripturis.* §. 1. 8. *q.* 1.
Saltem qui honore alios præſtat, ita ſcientia præcellere debet, alias viliſſi-
mus eſt. *text. in c. viliſſimus.* 1. *q.* 1.

Sed quoniam nemo etiam reperitur adeo conſtans, fortis & magnanimus,
quin aliquando honoris & gloriæ ſtimulis exagitetur. Cum nullus exaltari
aut reuereri renuat, aut ob bene & præclare geſta, adminiſtrationem, lite-
raturam, corporis elegantiam, vel ex altera naturæ largitate, ſeu fortunæ,

vel gratiæ donis,& huiuſmodi,vt præclare diſſeruit Polycraticus *lib.8. cap.2.* Quoniam virtus comitem ſecum ſemper trahit honorẽ, velut corpus vmbram,*vt ait Franciſc. Patritius,& teſte Cicerone in Paradoxis*: vt quiſque eſt maxime boni particeps,ita & laudabilis maxime. Neque eſt vllum bonum, de quo non is,qui id habeat,honeſte poſſit gloriari: & qui negligit famam ſuam,ſeu dignitatis ſtatum,crudelis eſt. *text. eſt in c.nolo.12.quæſtio.1. & habetur 1. ad Corinth.9.& refert text. in ca.ſacerdos.1.qu.2.* expedit mihi magis mori,quam vt gloriam meam quis euacuet. Et Tullius in 1.Offic. *Negligere quid de ſe quiſquam ſentiat,non ſolum arrogantis eſt; ſed etiam omnino diſſoluti.* Et idem: *Nonminus promptiores eſſe debemus,atque parati dimicare de honore et gloria,quam de commodis noſtris.* Nec etiam quis ita humilis telogonus, ſeu inglorius eſſe debet,vt contemni ſe patiatur,nec plus ſubiici, quam expediat. *text. in cap. admonendi. 2.quæſt.7.* Maxime contemni ſolet magiſtratus,ac regendi frangitur authoritas,dum nimium ſeruatur humilitas. text. *in cap.quando. 86.diſtinct.* ſed augere debet ex ingenio dignitatis ſtatum & authoritatem, ne contemptibilis videatur.*l.nec quicquam. §.circa. ff.de offic. proconſ. & legati. l.obſeruandum. de offic.præſid.ff.* ideo medium tenendum eſt. gloſſ. *in verb. aduocatos. in dict. §.circa.* & gloſſ.*in verb.modum. in cap.2.de offic.cuſtodis.* quæ id comprobat his verſibus:

Cum media ſemper gaudebam ludere forma,
Maior enim mediis gratia rebus ineſt.

Et iterum:

Inter vtrumque vola,medio tutiſſimus ibis.

Honores ergo ita proſequi poſſumus,dummodo declinemus ambitionem. Sed cauendum eſt, ne virtutis ſpecie decipiat nos vitium, quia pauci hodie honores contemnunt. Cum ita maxime ſolent homines affectare opes,voluptates,& honores,& gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui. *Ad Epheſ.4.* Et volunt ſeu amant (prout dicit Chriſtus de Scribis & Phariſæis, *Matth.23.Marc.12.& Luc.11.*) in ſtolis ambulare, in primis cathedris ſedere in Synagogis,& primos recubitus in cœnis,& ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Et multi ex Principibus magis dilexerunt gloriam hominum,quam gloriam Dei. *Ioan.14.* Et vnus petit ſedere ad dextram,& alter ad ſiniſtram in gloria,vt habetur *Marc.10.* de filiis Zebedæi. Et eſſe in honore placet,teſte Auſonio,*in Ecloga de vita humana.* Et quemadmodum res pene contra naturam eſt,vt quis ſit ſine peccato, *text. eſt in cap.vnum. §.nomine 25.diſtinct.* ita dicendum eſt,quod rara auis eſt,quæ non tendat in altum,nulluſque reſpuit gloriam aut honorem. Et ſi quis reperiatur, quis eſt ille, & laudabimus eum? Eccleſiaſt.30. *Felix ille tamen,coruo quoque rarior albo,* ait Iuuenal.*Satyr.7.* Imo omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens in prælium. *Ierem.8.* Ipſi etiam Philoſophi in frontibus librorum,quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt. In illo enim,in quo prædicationem gloriamque deſpiciunt, prædicari de ſe ac nominari volunt. Ita inquit Cicer. *in ſuis Orationibus.* Et quia etiam hono-

res

Digitized by Google

res quis interdum conſequitur ex fortuna,& non ex virtute,ſicut vere dicere poſſumus cum Virgilio in ſuo Opuſculo de fortuna:

Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus afficit.

Ita nec minus vere dicit Ouid.*lib.2.de Art.*

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.

Et idem 1.*Faſtorum.*

In pretio pretium nunc eſt,dat cenſus honores.
Cenſus amicitias;pauper vbique iacet.

Et non ſolum omnia venalia Romæ,ſed vbique, & ſicut de moribus vltima fiet quæſtio ait Iuuen.*Satyr.3.* ſic & de ſapientia,literatura & virtutibus. vnde emanauit adagium: *Corchorus inter olera.* Contra eos, qui magnis honoribus inhiant,cum ipſi ſint nihili.. Sed non me rapit admiratio, quia ſæpe vbi plurimus intellectus & ratio,ibi minima fortuna. Ariſtoteles *in lib. de bon.fortu.*& Boëtius *de conſolatione Philoſophiæ,lib.1.Metro.5.*

At peruerſi reſident celſo mores ſolio,
Latet obſcuris condita virtus clara tenebris.

Ideo in his modeſtiæ partibus vtemur,ſi nimias libidines honoris, pecuniæ,ſimiliumque rerum vituperabimus, ſi vnamquamque rem certo naturæ termino definiemus, ſi quod cuique ſatis eſt,oſtendemus, & ſi nimium progredi diſſuadebimus,& modum vnicuique rei ſtatuemus, vt inquit Cicero *3.Rhetor.nouæ.*& Horat.1.*lib.ſermonum* ſic ait:

Eſt modus in rebus,ſunt certi denique fines,
Quos vltra,citraque nequit conſiſtere rectum.

Et Martialis:

Illud quod medium eſt,atque inter vtrumque probatur,
Nec volo quod cruciat,nec volo quod ſatiat.

Nam ſæpe ex laudis præconio innaſcitur ſuperbiæ inflatio. *c.ſunt plurimi 6.qu.1.* Et nemo plus æquo alium laudare debet, ne ſibi debitum ſubtrahat, cum infert indebitum.*c.nullus.99.diſt.*, Nemo tamen niſi vanus, falſo lætatur honore. Et *hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis*,ait ille moraliſſimus Cato. Cum ſtultus honores ſæpe dat indignis,inquit Horatius 1.*ſermonum.* Ideo cauere debemus in his,ne aretalogi aut arguti eſſe videamur. vnde Ariſtot.vt refert Laertius *in lib. de vita & moribus Philoſophorum*; dicebat de duobus hominum generibus vehementer admirari: de illo ſcilicet, in quo bona non ſunt, & hæc ſi de ipſo dicantur, acceptat, & gaudet. Et de illo,de quo mala proferuntur,quæ in eo non ſunt, & inde turbatur, Natura quippe ferme omnium promptior eſt,ac paratior ad culpam, dum ea,quæ minus recte agi arbitramur;quam ad laudandum ea,quæ cum virtute fieri videntur.

Nec me ab hoc inſtituto opere quiſquam verborum buccinator reuocare potuit,verbis me laceſſans:quid te diebus noctibusq; in tot ſcriptis torqueas,& vexes,cum tota pene mundi machina turbetur per innumeroſa in-

terpretum & autorum volumina? Adeo quod ea inoleuit conſuetudo, vt ſi quis ſyllabarius, aut ſemivir literarũ opus aliquod (quod aiunt) rudi Mineruа compegerit, magis quam fabrefecerit, dignũ ſtatim exiſtimemus, quodque lecturiant omnes & empturiant, quemadmodum & antiquis factum eſt temporibus. vt *in l. 1. §. noſtram. ibi, nullis iuriſperitis. & in l. 2. §. hæc autem. C. de veteri iure enuclean.* & iuxta dictum Horatii:

Scribimus indocti, doctique poemata paſſim.

Quia in primis reſponſum patet, quod multorũ hortatu & perſuaſionib. quæ permiſſa ſunt, ſaltem in opere ordinato ad bonũ, vt voluit Ioan. Faber Cancellarius Franciæ, & quidem meritiſſimus *in §. cumq; hoc in proœ. Inſtit.* vt hoc opus iam inceptũ perficerem, completumq; & abſolutũ in apertum referrem, ſtimulatus ſum. Nec vltra protelare, nec diem de die ducere valui, quin in lucem prodiret. Ad hoc etiã me hortante Auſon. Epig. dũ ſic inquit:

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia namque
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Nec etiam quis ignorat (niſi iners) quod ſcientia, qualis eſt in homine publicanda licite venit, vt per eundem Cancellariũ *in d. l. 2. C. de vet. iur. enucl.* cõprobando, prout habetur Prou. 11. *Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis.* pro quo facit text. *in l. annonã. ff. de extraor. crim.* & per dictũ Senecæ. *In hoc gaudebo aliquid addiſcere vt doceã, vt vlla res me delectet, licet eximia & ſalutaris, quam mihi vni ſciturus ſum.* & Eccleſ. 24. *Videte, quod non ſolũ laboraui mihi, ſed omnibus exquirentibus diſciplinam. Sapientia enim dando fit largior, retinendo minoratur.* Ideo dicit Hieron. ad Ruſtic. monach. *Ama ſcientiam ſcripturarũ.* vt in c. nunquam. de conſecr. diſt. 5. Et longo tempore diſce, quæ poſtmodum doceas. *c. ſic viue. & c. ſi clericatur. 16. q.* & plus proficit Doctor docendo, quam curatus Sacramenta miniſtrando. *vt colligitur in c. cum ex eo. de elect. in 6.* & non ſufficit tantũ ſtuduiſſe, ſed & opera ſtudii facere oportet. *arg. c. cauete. 22. q. 5.* Sicut nec prodeſt triticum ſeminare, & fructum eius non tollere: & domum conſtruere, & non illic habitare. *vt ait text. in c. quia ſanctitas. 50. diſt.* Et quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? & quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? vt habetur 1. *ad Corinth. 9.* & præclare inquit Bald. in proœm. decretal. *Quemadmodum turpe eſt diuiti decedere ſine hærede, ita miſerrimũ habenti gratiam intellectus poſteris & ſtudioſis nihil ſcriptum, tanquam hæreditarium, relinquere.*

Etiam multa chartis commendanda ſunt, cum omnia ſimul memoria retineri non poſſint. *vt in d. l. 2. §. ſi quid autem. Cod. de veter. iur. enucl.* cum labilis ſit. *l. peregre. circa princip. ff. de acquir. poſſ.* Et niſi antiquorum dicta & geſta ſcriptis demandata fuiſſent, in hominum memoria nullatenus verſarentur. Ideo ſcriptura rerum omnium conſeruatio dici poteſt. Ea tamen præcipue ſcribenda & legenda ſunt, atq; mentibus infigenda, quæ memorabilia ſunt, iuxta dictum Auſonii ad nepotem de ſtudio, vbi ita inquit: *Perlege quodcunque eſt memorabile.* & rurſus prima monebo *Perlege quodcunque eſt memorabile.*

Nec

Digitized by Google

Nec putet quiſpiam, nos velle vti verbis antiquariis, inuſitatis, aut obſoletis (quod & vetat Aul. Gellius *noct. Attic. lib. 11. cap. 7.*) vt lectorem vnoquoque verbo ſuſpenſum teneant. Neſcius videor, ſi incultum & inuſitatum antiquarii ſermonem cuiquam gratum exiſtiment (ſciant tamen, tantum mihi diſplicere, quantum literatis complaceat Cicero) ideo Fauorinum imitabor conſulentem, verbis præſentibus vtendum, & moribus præteritis viuendum. Ideo claro & familiari calamo intelligibilibusq; & inelaboratis ſermonibus (*inſequendo Senecam in lib. 5. Epiſt. 38. Epiſt.*) procedemus. Adeo, quod elementarii Iuuenes in dicendorum cognitionem deueniāt. Non autem grauiore aut ſeuero ſtylo, vt noſter Budæus, aut Alciatus (quibus audeo eloquentiæ brauiū aſciſcere.) Quia nos factis & ſententiis potius quam verbis intendimus. (Abſit tamen dictis eorum cōtra niti.) Et teſte Ambroſio *ſecundum Ioan. Fab. in §. his itaque in proœmio Inſtitutionum.* Melius eſt vt intelligant nos populi faciliter loquendo, quam ſi commendēt Grammatici obſcure loquendo, & doctrina prudentum facilis eſt. *Prou. 11.* Et verbis ſententiæ præponendæ ſunt, vt animus corpori præponitur. *c. ſedulo. 38. diſtin.* Nam Euangelium non conſiſtit in verbis, ſeu foliis ſcripturarum, nec ſermonum, ſed in radice rationis, & ſenſu. *text. in c. Marchion. 1. q. 1.* Breuitate etiam (qua gaudent moderni, *vt ait gloſſ. in l. ff. de eo, quod met. cauſ.*) in hoc opere vti volumus *iuxta text. in d. l. 2. §. contrarium. C. de vet. iure enucl.* vbi inquit: *Melius eſt pauca idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægrauare.* & vt Doctoris eſt, non ſuperfluos, nec verboſos commentarios facere, *vt in l. 1. ff. de orig. iur.* Ita Aduocati cauere debent verboſis vti aſſertionibus, *vt vult text. in l. fin. §. in refutatoriis. C. de appell. pro quo etiam facit tex. in §. 1. ibi: ne verboſa fiat diſputatio. Inſtit. quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, &c.* Quia prolixitas ſeu ſuperfluitas, & confuſionem & difficultatem generat. *vt eſt tex. in §. ſane. & ibi gl. in proœm. Greg.* Fruſtra etenim fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. *l. fi. C. de don.* vnde venuſte & veridice breuitatem laudat Auſonius *in Epiſt. ad Paulinum ſuum*, vbi ita inquit:

Eſt enim comis breuitas: ſic fama renatum
Pythagoram docuiſſe refert, cum multa loquaces
Ambiguis ſererent verbis, contra omnia ſolum
Eſt, reſpondebat, vel non. ô certa loquendi
Regula, nam breuius nihil eſt, nec plenius iſtis
Quæ firmata probant, aut infirmata reclinant.
Nemo ſilens placuit, multi breuitate loquendi.

Et vulgo dici ſolet:

Omnia longa ſolent cunctis faſtidia ferre:
Quæ comprenſa breui ſunt, bene culta placent.

Non tamen eam breuitatem inſequar, de qua Horatius dicens: *Dum breuis eſſe volo, obſcurus fio.* quod dictum refert *gl. in verb. compendium. in §. illud autem.*

in proœm. Digeſtorum. vnde Scæuola Iuriſconſultus & pontifex reprehenditur per gloſſ. *in verb. ſummoueri. in l. cum maritus. §. Titius. ff. de pact. dotalib.* ex eo, quod plerunq; non reſpondet, aut ſaltem minus clare quæſtioni propoſitæ. Vereor tamen, ne parum cumulate recenſuerim, quæ in laudem & pro illuſtratione & celebritate ſtatus, aut dignitatis cuiuſque veriſſime dici poſſe videbantur, ſed ea relinquo eloquentioribus, qui copioſe & ornate cogitationes ſuas mandare literis poſſunt. Ego enim mulierum more, quarũ ſubita conſilia prudentiora habentur, in hoc ipſo negotio, quicquid in mentem venit, primo concepto expreſſi, relinquens aliis vberiorem, ſi noluerint, ſcribendi facultatem, cum facile ſit addere inuentis. *l. 1. C. de vet. iur. enucl.* Nouerint poſteri, cum quanta diligentia & labore materiam variam, miſcellaneam, & vndequaque reſperſam & confuſam conquiſiuerim, & in vnum redegerim, & quam difficultatem materia reſperſa ingerat, vt dicitur *in proœm. Gregoriano.* Et quod maximus labor eſt in libris ſcribendis, vt cauetur *in proœm. ſexti. §. penult. iuncta gl. in verb. laborib.* & ex his, quæ inordinate acta ſunt, aliquid ordinabiliter fieri non poteſt, *vt in cap. qualiter & quando. 1. de accuſa.* Ideo ex multis pauca, imo optima colligere dignũ duxi, iuxta doctr. Imperatoris *in proœ. Inſtitutionum.*

Idcirco ſtudioſe lector animaduertes, quod vacare vanis, otio aut fabuloſis libris ſeu romantiis (vt ita loquar) incumbere, aut legere vetitum eſt, vt dicit Ioan. Fab. *in dict. §. cumque. verſic. & liceat ibi, non ab antiquis fabulis. in dict. proœm. Inſtitut.* ita, quod iuuenibus Comœdiæ & Fabulæ turpes & amatoriæ legi non debent, quia ſunt incendiuæ libidinum. Etiam ſophorum callida, arſque rhetorum, & figmenta vatum nubilant, qui corda falſis atque vanis imbuunt, tantumque linguas inſtruunt, nihil afferentes quod ad ſalutem conferat, aut quod veritatem detegat. Cum multa ſine ratione proferant. Vnde, *Irrita ventoſæ rapiant hæc verba procellæ.* Et prius debemus quærere teſte Hugone de S. Victor. quæ mores informant ad virtutes, quam quæ ſenſum amant ad ſubtilitatem, magiſque velle præceptis ſcripturarum informari, quam quæſtionibus impediri. Et ait D. Bernardus. *Multi multa ſciunt, ſtulte cognoſce teipſum:* quia multo laudabilior & melior es, ſi te ipſum cognoſcis, nec te quæſiueris extra (*teſte Perſio*) quam ſi te neglecto cognoſceres curſus ſiderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, omnium cœleſtium & terreſtrium ſcientiam obtineres. Merito ergo & abſq; reprehenſione ad opus hoc condendum elaboraui, quod mea quidem opinione eiuſmodi eſt, quod lectores ad bonum ac ad omnem vitæ honeſtatẽ extollendam, & turpitudinem abiiciendam inuitare, vnumquemque in ſuo ſtatu informare, cupidos & ambitioſos honorum, magiſtratuum, aut officiorum refrenare, deterrere, diſſuadere, ſuiipſiusque notionem habere, ad virtutem incitare, adhortari, ac inflammare poterit: & cognito ſuo ſtatu, bene recteque viuere valeant contenti ſuis finibus, & hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. *gloſſ. in verb. non ſapientis. in cap. odio. 86. diſtinct.* Etiam

Digitized by Google

iam, quia materia huius operis eſt multum commendabilis, neceſſaria, vſitata, & practicata, cum frequens & aſſidua circumſtrepit quæſtio de honoribus, præcedentiis, maioritate, ſuperioritate, ac titulo Dignitatum aut Nobilitatum, aut ſuper ordine ſeſſionum: tam in Conciliis, Congregationibus, Collegiis, Conuiuiis, in foro Prætorio, & in aliis locis: etiam per vicos deambulando, ſeu ſuper ſtatu quorumcunque, & cuiuſvis conditionis ſint. Imo interdum inter Magnates grauem contentionem de honoribus inter eos ſubortam, etiam iudicio gladiatorio dirimunt. Ideo ſummopere circa materiam iſtam honorariam attendendum eſt, iuxta doctrinam legislatoris *in l. legaui. ibi, & plenius rogo, quæ ad hoc ſpectant attingas, quotidiana enim ſunt.. ff. de libera. lega. concordat text. in l. in princip. ibi. his verbis, appellandi vſus quam ſit verus, frequens, quamque neceſſarius, nemo eſt qui neſciat. ff. de appellat. text. eſt etiam in l. 1. ibi: & vis ei:s in vſu quotidiano eſt. ff. ad exhibendum.* iura etenim conſtituenda & adoptanda ſunt ad ea, quæ quotidiana ſunt. *text. in leg. iura prima. & leg. ex his, & leg. num ad ea. ff. de legibus. & in dict. l. 1. §. ſed & ſi. ibi, hæc obtinere tantummodo volumus, quæ vel iudiciorum frequentiſſimus ordo exercuit, vel longa conſuetudo approbauit. C. de veter. iur. enucl. & in proœm. ſexti. §. nos ibi, & plurima in iudiciis & extra frequentata dubia deciduntur.* Etiam quia materia præſens aliquali eget explanatione, iuxta quod in ſimili voluit text. *in clemen. ſæpe contingit, iuncta gloſſ. in verb. ſæpe de verbor. ſignificat.* Ideo vt melius attingamus veritatem, terminorum neceſſariorum præmittimus declarationem in principio. iuxta *l. in princip. ff. ſi cert. pet. & in l. in princip. ff. de iuſtit. & iure.* Et vt recenſet Pomponius poſt Q. Mutium *in l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. de origin. iur. ff.* turpe eſſe patritio, & nobili viro, & cauſas oranti, ius, in quo verſaretur, ignorare. Et qui vult intelligere principiata, debet prius intelligere principia, & ad cognitionem particularium debet præcedere cognitio generis, vt notatur per Docto. *in dict. l. 1.* Eſſetque inconueniens omiſſis initiis, atque origine non repetita, interpretationem promittentibus protinus materiam aggredi; cum ipſæ præfationes & libentius nos adlectionem præpoſitæ materiæ perducant, & eius euidentiorem intellectum præſtent, *vt in leg. 1. de origin. iur. ff.* Et in primis, cum diuiſio animum legentis incitet, mentem intelligentis præparet, & memoriam artificioſe reformet, ſecundum gloſſ. *in verb. eadem. in §. igitur. in proœm. Inſtitutionum. & in l. in princip. vbi not. de doli mali except. ff.* Et dicit Bald. *in proœm. Digeſtorum. §. 1. in princip.* allegando Ambroſ. *ſcire quid facias, neſcire, quo ordine id facias, non eſt perfectæ cognitionis;* & ſubiungit; *Ideo bene eſt prius quam ad ſcientiam perueniatur, modum docendi & ordinem præſcribere, quo per ordinem res intellectæ magis delectant animos, mentes nutriunt, ſenſus magis illuminant, & memoriam reddunt clariorem.* Et vt dicit Baldus *in conſi. Schiſmatis, poſito in Rubr. Cod. Si quis aliquem teſtari prohibuerit.* opus noſtrum vitiaretur, ſi ordo amitteretur. Sitque vtilis diuiſio ſecundum Barb. *in Rubr. de iudic. col. 2.* & ea, quæ diuiſim traduntur, commodius & facilius intelliguntur, *vt in §. ſed ne. Inſtit. de leg.* Ideoque præſens opus diuidendo, duodecim continet partes.

** 2 Termi-

Terminos tamen, de quibus principalis quæſtio futura eſt, ante definiemus ſeu deſcribemus: quia, teſte Cicer. *in primo Offic.* Omnis, quæ à ratione de aliqua re ſuſcipitur inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputetur. Etiam aliquas ad materiam inſtructiones generales anteponemus. Et hæc erit prima huius noſtri operis pars.

Secunda vero dignitates, laudes, honores, gloriam, excellentiam, & decoramenta, tam viri, quam mulieris complectetur.

Tertia autem ordines cœleſtium Spirituum, & locorum infernaliũ perſcrutabitur.

Quarta dignitatem, honeſtatem, excellentiam, honorem, laudem & gloriam viris Eccleſiaſticis attribuendas ſuper omnes alios ſtatus humanos, & ordinem inter eos enarrabit.

Quinta excellentias principum ad alios ſtatus, & quomodo, & in quibus ab omnibus ſint honorandi, atque honores inter eos dilucidat.

Sexta poſtmodum officiariis ſacri Palatii domeſticis, dignitates & honores debitos diſtribuet.

Septima complures dignitates Officiariorum iuſtitiæ, tam Conſiſtorii, ſeu Auditorii, tribunalis prætorii, quam aliarum ſedium & præcedentias inter eos impertietur.

Octaua laudes, honores, & præcedentias nobilium, tam inter ſe, quam quo ad alios cuiuſcunque ſtatus continebit.

Nona excellentias, prærogatiuas, præeminentias laudum, gloriæ, & honorum militum adaperiet.

Decima dignitates, præſtantias, & præeminentias ſcientiarum, tam inter ſe, quam ad alias res, & ordinem præcedendi inter viros literatos enucleabit.

Vndecima de præcedentia Plebeiorum & Artificum inter eos diſcutiet.

Duodecima & vltima pars excellentias & laudes plurium aliarum rerum, & tam cœleſtium, quam terreſtrium in ſuo genere & ſpecie deſcribet.

FINIS PROOEMII.

Argu-

Digitized by Google

Argumenta XII. partium huius libri.

ARGVMENTA PRIMÆ partis 80. conſiderationes continentis ſequuntur.

PRimum eſt de honore & eius deſcriptione.
2 Honor cunctis rebus præferendus eſt.
3 De differentia honoris à laude & reuerentia.
4 Honorem conferre, eſt principis.
5 Honores conſequimur multis modis.
6 Diuerſa perſonarum genera mandãtur honorari in ſacra ſcriptura.
7 Subditi honorem, reuerentiam, & ſeruitium domino præſtare tenentur.
8 Honor debetur prælatis & ſuperioribus, ratione dignitatis & excellentiæ.
9 Honores æqualiter & gradatim diſtribuendi ſunt.
10 Honorandi ſunt homines variis modis.
11 Diuerſa ſunt ſigna, quibus cognoſci poteſt honorem adhiberi alicui.
12 Dicitur magis honorari, qui ſedet prope dominum.
13 Honorari quis dicitur, ex quo in medio duorum vel plurium collocatur.
14 Etiã honorari dicitur, qui ſedet in principio ſiue in capite.
15 Plus dicitur honorari, qui parieti eſt proximior.
16 Qui proxime & immediate ſedet, & ſubſcribit primo loco poſt Epiſcopum, dicitur magis honorari.
17 Qui primo nominatur, dicitur honorari.
18 Honor eſt illi, qui primo offert.
19 Maximum ſignum honoris eſt in eo, qui primam vocem habet.
20 Honor illi, cui reuerentia exhibetur, quã minor maiori impendere debet, & ſic minores maiores honorare debent.
21 Superiores etiam inferiores honorare debent, ſi ab eis expectent beneuole honorari.
22 Honor conſiſtit in melioribus & delicatioribus cibis.
23 In veſtibus pretioſioribus adhibetur honor.
24 Honor fit in legati præſtatione.
25 Honor fit in hæredis inſtitutione.
26 Quis honorari dicitur in ſalutatione.
27 Maioritas conſiſtit in prærogatiua ordinis.
28 Maioritas conſiſtit in prærogatiua conſecrationis.
29 Maioritas habetur in prærogatiua adminiſtrationis.
30 Maioritas ſeu honor conſiſtit in eo, qui recumbit.
31 Honor debetur ei, qui eſt magnæ authoritatis.
32 Honor conſiſtit in commendatione noui præſidis.
33 Quis collaudandus eſt de his, quæ bene meruit in exercitio officii.
34 Honor eſt in adeundo principem.
35 Honor conſiſtit in erectione ſtatuæ, & ibi deſcribũtur, qui ſtatuas meruerint.
36 Honor conſiſtit in triumphi receptione,

& ibi leges, triumphi, & triumphatores plures aſcribuntur.

37 Honor conſiſtit in bibendo in auro, eſſe ſecundum poſt regem, veſtiri purpura, & cognatum principis vocari.

38 Honor conſiſtit in delatione armorum & inſignium, ad cuius comprobationem, & in ipſa materia armorum & inſignium ſunt centum concluſiones, quarum ſeriatim ſequuntur argumenta.

ARGVMENTA IN ipſas 100. concluſiones.

1 Inſignia regum Romanorum deſcribuntur.

2 Diadema, corona, & ſceptrum, ſunt Imperatorum & regum inſignia, & de diuerſis coronarum generibus, & quibus dabantur.

3 Inſignia ſeu ornamenta Pontificum, ſacerdotum legis Moſaicæ, & quibus loco illorum hodie pontifices vtantur.

4 Inſignium Patriarcharum, Cardinalium, & Archiepiſcoporũ, vt ſunt crux, galerus ruber & pallium.

5 Mitra Epiſcopale inſigne eſt, vt & dalmatica, chirotheca, annulus & baculus.

6 Paſtores Eccleſiaſtici, quare habeãt virgam, ſeu baculũ, & quare datur principibus.

7 Latuſclauus erat inſigne ſenatorum, & de inſignibus conſulum, Augurum, Saliorum Martis, ſacerdotum, ſeu fratrum Arualium, & principis iudicum Aegyptiorum.

8 Inſignia militaria literatorũ, & diuerſorum ordinum.

9 De inſigni Ducum, Comitum, & Marchionum, vt eſt pileus dignitatis.

10 Arma originẽ habuerunt loco imaginũ.

11 Arma ſeu inſignia ad perpetuam hominum memoriam in pleriſque locis apponi ſolent.

12 Honor eſt portare & habere arma.

13 Arma alicuius in opere eius ſumptibus, & liberalitate conſtricto affigi aut pingi poſſunt, nec abradi debent, vt alterius arma ponantur.

14 Arma ſeu inſignia, ſunt triplicia.

15 Arma ſingularis dignitatis nemini alteri licet aſſumere ſeu deferre, nec in ſuo depingi facere, niſi in ſignum ſubiectionis.

16 Arma ſeu imago principis in opere publico poni debent, & an priuato liceat ſua ibi apponi facere, inconſulto principe.

17 Subditus vſurpãs arma ſui principis, incurrit crimen læſæ maieſtatis, & quomodo Iul. Cæſar habuerit Aquilã pro armis, quibus vtuntur Imp. Romanorum. Et ibi de excellẽtia coloris nigri cuius eſt Aquila, & quibus armis vtebatur Carolus Magnus. Et de armis regum Chriſtianorũ. Et quibus ſignis vtũtur in bello Frãci, Burgũdi, Angli, Scoti, Veneti, Sueui & Neapolitani.

18 Violator armorũ principis, pœna criminis læſæ maieſtatis tenetur.

19 Dicta de armis ſupremorum principum, habent locum in armis inferiorum principum.

20 Nobiles ex origine habẽt arma certa & diſtincta, nec licet aliter illa deferre, etiam ſi ſint de eadẽ agnatione & familia, niſi cum quadam differentia.

21 Inferiores, præſertim viles, turpes, & ignominioſæ perſonæ non poſſunt aſſumere, nec portare arma nobiliũ, alias tenẽtur pœna falſi, & poteſt eis inhiberi.

2 : Sic

22 *Sicut non licet vituperoſe, & in odium arma alteriꝰ vſurpare, ſic nec vbi verſatur intereſſe publicũ, & propter bonum commune, vt euitetur ſcandalũ & ſeditio.*

23 *Ignobili ſeu populari non licet arma nobilis vſurpare, nec ipſa ignobilis arma timbrata habere poteſt.*

24 *Baſtardi, ſeu illegitimi quomodo portãt arma domus, ſeu familiæ, ex qua geniti ſunt.*

25 *Vaſalli quomodo arma ſua cũ armis domini collocare, & depingi facere poſſunt.*

26 *Ad agnatos ſpectat ius & facultas geſtandi arma domus.*

27 *Ignobiles & populares arma licite habent ex conceſſione principis.*

28 *Populares etiam authoritate propria arma ſibi aſſumere poſſunt.*

29 *Delens, aut non patiens poni arma in loco licito & permiſſo, qua actione teneatur.*

30 *Vſufructuarius, quemadmodum & proprietarius in re, in qua habet vſumfructum, arma ſua ponere poteſt.*

31 *Mercatores & artifices licite marchas & ſigna habere, & etiam mutare poſſunt.*

32 *Nullus debet mutare ſignum, ſeu marcham ſuam in præiudiciũ alterius, & Reipublicæ detrimentum, nec vſurpare ſignum alterius.*

33 *Notarius ſignum nec nomen ſuum mutare debet, etiam nec ſignum alterius vſurpare.*

34 *Nullus artifex, ſeu faber, aut hoſpes ſignũ alterius accipere debet, alias inhibitio fieri poſſet.*

35 *Signum ſeu marcha mercatoris, an probationem, vel præſumptionem faciat in rebus, in quibus ſit.*

36 *Glorioſum & vtile eſt habere arma à principe.*

37 *Arma agnationis & familiæ tranſeũt, & remanent plana & integra penes primogenitum.*

38 *Arma ſunt tranſmiſſibilia ad poſteros & ſucceſſores, ſecundum prioritatem & poſterioritatem gradus.*

39 *Arma tranſmittuntur ad ſuccedentes multis modis, & cum differentia.*

40 *Quomodo arma tranſeant ad cognatos & affines.*

41 *Identitas armorũ inducit præſumptionem agnationis vel cognationis.*

42 *Arma rebelliũ abradi debẽt, nec tranſeunt ad hæredes eorundem rebellium proditorum, ſeu falſariorum.*

43 *Arma domus, an tranſeant ad fideicommiſſarium.*

44 *Principes ſupremi an poſſint vendere, donare, aut alio modo cõcedere arma, ſeu inſignia ſuæ dignitatis.*

45 *Inferior à principe an poſſit vẽdere, aut alijs alienare ſua arma.*

46 *An valeat legatum factum cum onere portandi nomen & arma domus.*

47 *Præſcriptio an habeat locum in delatione armorum.*

48 *An pro armis ſeu inſignijs duellum indici poſſit.*

49 *Arma ſunt excellentiora ea dignitate, aut officio perſonæ ea geſtantis.*

50 *Inſignia, ſeu vexilla ciuitatis, ſocietatis, vel exercitus, penes quem remanere debent.*

51 *Signa artificii ratione loci ex priuilegio decreta remanent penes illum, qui in illo loco reſidet.*

52 *Officialis ſeu magiſtratus ſigna, aut inſignia ratione officii ſeu magiſterii data & conceſſa habere debet.*

53 *Signa artificii communis approbata penes exiſtentes de communitate illius ſtationis, officinæ, ſeu miniſterii remanere debent.*

54 *Artifices utentes eodē ſigno, ſi ſeparentur, penes quem remanebit ſignum.*

55 *Arma an inducant probationem, iuriſdictionem & dominium.*

56 *In omni principatu ſunt certa arma, ſoli principi competentia, & quæ eis magis approximantur, & de eis participant, nobiliora cenſentur.*

57 *Habens officium, aut dignitatem, ſi arma à principe obtinuerit, excellentiora iudicantur.*

58 *De armis parium Franciæ, præcipue ex quibus conſiſtant arma Ducatus Burgundiæ: & de antiquis armis Heduorum, Bibracteorum, Druydum, & Alexienſium.*

59 *Arma ſub diuerſis formis & typis fiunt.*

60 *Arma tripliciter componuntur, metallis, ſcilicet, coloribus & pennis.*

61 *De auro, & quid repræſentet.*

62 *De argento, & quid deſignet.*

63 *De colore rubeo, & eius ſignificatione.*

64 *Iſti tres colores, ſcilicet, aureus, argenteus, & rubicundus aliis ſunt præſtantiores.*

65 *De azureo colore, & quid per eum demonſtretur.*

66 *De nigro colore, & de eius notificatiōe.*

67 *De viridi colore.*

68 *De purpureo colore.*

69 *Scutum armorum ſimplex, aut ex metallo, aut colore fit.*

70 *Arma, quomodo interdum compoſita ſint ex altera pennarum.*

71 *Color nobilior in nobiliori & ſuperiori parte armorum poni debet.*

72 *Arma ſecundum variationes ipſorum colores diuerſi in eis poni, & multifariam nominari debent.*

73 *In armoria nouem ſunt ſigna.*

74 *Arma diuerſo modo blaſonari, non dico blandiri, ſed recitandæ & commemorandæ alicuius virtutis gratia, ſub quibuſdam ſignis quempiam abunde, ſed vere laudare debēt, ſecundum diuerſitatem ſignorum in eis appoſitorum.*

75 *Arma in multis aliis ſignis à nouem prænominatis compacta ſunt.*

76 *Multa ſigna important in armis diminutionem ſeu depreſſionem.*

77 *Legitimati, an portent arma plana & integra, ut arma domus, à qua deſcenderunt.*

78 *Signum vocatum burla in armoria, an ſit color, & qualiter fiat & nominetur.*

79 *Arma etiam fiunt ex beſtiis, auibus, & piſcibus, arboribus, herbis aut floribus.*

80 *Arma ex beſtiis compoſita, ſunt perfectiora iis, quæ ex auibus, aut piſcib. & quæ ex auibus fiunt, ſunt nobiliora iis, quæ ex piſcibus confecta ſunt.*

81 *Arma ex auibus honeſtata, quomodo blaſonari debent.*

82 *In armis numerus animalium depictorum certus nominari debet.*

83 *Aues in armis depictæ ſecundum proprias naturas ſtare, ſeu ſedere debent, & quid ſignificent.*

84 *Arma ex beſtiis protracta, à quibus originem habuerunt, & de ſignificatione quarundam.*

85 *Animalia bruta ſecundum eorum nobiliorem actum in armis poni debent.*

86 *Non ſolum animalia, ſed etiam quæcunque aliæ res ſecundum proportionem*

& qualitatem illi conuenientem in armis poni debent.

87 Animalia etiam non ferocia in nobiliori eorum actu in armis pingi debẽt.

88 In armis pes animalis dexter traductus, ſemper debet anteire & eleuari.

89 Inſignia qualiter ſint imprimẽda in vexillis, quæ eleuata portantur.

90 Inſignia in vexillis affigendis in tubis qualiter pingi debeant.

91 Vexilla quomodo fieri debeant, vbi duo animalia ſe conſpiciẽda ponenda ſunt.

92 & 93 Inſignia ſuper veſtibus hominum, tam in parte anteriori, quã poſteriori qualiter fieri debeant.

94 Arma in ſigillis qualiter incidi debeãt.

95 Arma ſeu inſignia in clypeis, in coopertoriis lectorum & equorum, & ſuper teſtis, quomodo componi debeant.

96 Item in muris & parietibus.

97 Item in teſtudinibus & aliis locis connexis, & quæ ſe habent vt cælum.

98 Crux Chriſti in terra imprimi non debet, & ibi multa de laude crucis.

99 Crux Chriſti multipliciter figurata fuit.

100 Crux Chriſti quomodo fieri debeat nos ea ſignando & muniendo.

RELIQVA ARGVMENTA ad conſiderationes primæ partis.

39 Inferior temere ſe intrudens in locũ maioris, ſuo honore priuari debet.

40 Honor non eſt ſuſcipiendus, niſi prius is qui aſſequi illum optat, vires ſuas cũ honoris onere metiatur.

41 Nullus vſque adeo honorandus eſt, quod per honorem ſuperuacaneum & exceſſiuum alteri detrahatur.

42 Praui non ſunt honore digni.

43 Fortuna bona facit homines honorari & exaltari.

44 In eligendo aliquem ad honorem decem ſunt conſideranda.

45 De laude & eius deſcriptione, & de diſtinctione ab honore.

46 Laus quæ fit de altero contingit quadrupliciter.

47 Propter virtutem quis eſt publicè laudandus & commendandus.

48 Fugiendum eſt laudari à malis & improbis, alias ſecus.

49 Nullus plus debito & æque alium laudare debet.

50 Perfecta laudatio quæ ſit.

51 De gloria, quæ eſt effectus honoris & laudis, quid ſit gloria, de laudis differentia ab honore.

52 Fundamentum gloriæ eſt humilitas.

53 Nemo gloriam reſpuit.

54 Gloria an ſit ſummum bonum.

55 Gloria ex virtute radicata non eſt fugienda.

56 Gloriæ cupiditas vitanda eſt.

57 Gloriæ cupiditas, & honoris concupiſcentia multos peſſumdedit, & conculcauit.

58 Nihil apud dominãdi & præſidendi cupidos, probitatis, aut fidei reperitur.

59 An homo gloriari debeat, & ſe ipſum laudare, iactare, ſeu de bono commendare poſſit.

60 Homo gloriari non debet appetendo honorem non ſibi debitum.

61 Quis debeat eſſe contentus vno honore, & vno officio.

62 Quid virtus & vnde vocetur.

63 Virtus eſt effectrix vitæ beatæ.

64 Virtutis vberrimum alimentũ eſt honor, & quomodo.

65 Propter virtutẽ multi ex infimo loco ad regna peruenerunt.

66 Quid ſit dignitas, & de dignitatũ gradibus.

67 *Quales ſint promouendi ad dignitates.*
68 *De priuilegiis dignitatis.*
69 *Dignitatem aſſequendo laborem, ſtudium, curam, miſeriam, vigilias, & calamitates amplectimur.*
70 *Quid ſit maieſtas, & an ſola ſit in principe.*
71 *Quid ſit reuerentia, & cui debeatur.*
72 *Subditi Prælatos reuereri debent.*
73 *Reuerentia quæ debetur à vaſallo domino, à filio patri, ab vxore viro, an remitti poſſit.*
74 *Reuerentia quæ debetur viuo, debetur & mortuo.*
75 *Pro reuerentia, quam quis exhibet alteri, datur ei præmium, cum ei accedat bona gratia.*
76 *Excellentia cadit in principem.*
77 *De ordine dignitatum, & qualiter ſit obſeruandus.*
78 *De duplici ordine, temporis ſcilicet & qualitatis.*
79 *Triplex eſt ordo alio reſpectu.*
80 *Ordo in multis attendendus eſt.*

SECVNDÆ PARTIS argumenta, 41. conſiderationes continentis.

1 *Quatuor ſunt genera entium.*
2 *De laude, excellentia & dignitate hominis ſupra omnes alias res mundi.*
3 *Homo eſt dignior angelis.*
4 *Homo præ cæteris honoratur, anima, memoria, intellectu, & quinque ſenſibus vltra alia animalia.*
5 *Sicut homo in vita honorari debet, ita in morte, & de laude, gloria, & honore ſepulturæ.*
6 *De pompis funeralibus, & vnde originem habuerint.*
7 *Sicut vir laudari debet, ita & fœminæ.*
8 *Mulieres laudantur ex magnanimitate.*
9 *Ex ſapientia & doctrina.*
10 *Ex conſilio.*
11 *Ex virginitate.*
12 *Ex caſtitate & pudicitia.*
13 *Ex clementia.*
14 *Ex timore Dei & mariti.*
15 *Ex deuotione & pietate.*
16 *Ex gratioſitate.*
17 *Ex miſericordia.*
18 *Ex diligentia.*
19 *Ex ſagacitate.*
20 *In ſeruanda viduitate.*
21 *In conſeruatione generis humani.*
22 *Ex pulchritudine.*
23 *De iudicio Paridis.*
24 *Laudantur etiam ſi ex bonis parentibus ortæ ſint.*
25 *Si ſe magis domi contineant.*
26 *Ex verecundia.*
27 *Ex conſtantia & patientia.*
28 *Si maritos honorauerint.*
29 *Mulieribus danda eſt præeminentia in rebus domeſticis adminiſtrandis.*
30 *Mulieres gaudent priuilegiis egregiarum perſonarum & aliis.*
31 *Honorantur in hoc, quod vocari debent dominæ.*
32 *Laudantur etiam & honorantur ex cultu & ornatu.*
33 *Ex taciturnitate & ſilentio.*
34 *Si ſe lanificio exercuerint.*
35 *Ex amicitia & amore erga maritos.*
36 *Ex fide erga viros.*
37 *Honor deferendus eſt mulieribus in aſſurgendo.*
38 *Laudandæ etiam ſunt ex ſolicitudine.*
39 *Item propter multa remedia ſalubria ex corporib. earum in medicina reperta.*
40 *Mulieres coruſcant radiis maritorum.*
41 *Mulieres etiam decorantur titul. nobilitatis, & aliis tit. dignitatum & honoris.*

TERTIÆ PARTIS argumenta, 50. conſiderationes complectentis.

De ſede & throno Dei, de diuinis nominibus, laudibus, gloria, & adoratione.
Ieſus Chriſtus Filius Dei ſedet ad dextrã Patris, & de throno eius, & ſedere à dextris eſt honor.
De ſede Spiritus S. & eius throno.
De throno & ſede Deiparæ virginis Mariæ, quæ exaltata eſt ſuper hierarchias, & choros angelorum.
5 Tres ſunt hierarchiæ angelorum, & de nouem ordinibus, nominibus, diſtinctionibus & excellentia eorum.
6 De prima hierarchia, & ordine Seraphin, & loco dæmonum, qui ab illo ordine deſcenderunt, & qui in illis collocabuntur, & an ſit diabolis ordo in inferno.
7 De ordine Cherubin, & loco illorum, qui ab iſto ordine ceciderunt, & qui in illis collocabuntur.
8 De ordine Thronorum.
9 De media hierarchia, & ordine illius ordinis, qui dicitur Dominationum, & loco illorum, qui ab iſto ordine ceciderunt, & qui in illis collocabuntur.
10 De ordine Principatuum, & loco illorũ, qui ab illo ordine corruerunt, & qui in illis ponentur.
11 De ordine poteſtatum.
12 De tertia hierarchia, & quomodo diffiniatur, & de eius poteſtate & officio.
13 De ordine Virtutum.
14 De ordine Archangelorum, & loco illorum, qui ab eo cecidere, & qui in illis collocabuntur.
15 De ordine & officio Angelorum, et quod quilibet habet vnum bonum angelũ, aliqui vero duos.
16 Angelorum multiplex eſt effectus.
17 Qui ad ordinem Angelorum aſſumuntur, & qui ab illo ordine ceciderunt.
18 Animæ defunctorum in quolibet ordine collocantur.
19 An dabilis ſit decimus ordo angelorũ in Paradiſo.
20 Nedum angeli habent loca et ſedes in cæleſti patria, ſed etiam beati.
21 Deus dat gloriam ſanctis in gloria.
22 Sancti etiam honorandi ſunt in terris.
23 Sanctos honorandos eſſe, et laudandos, multipliciter probatur.
24 Sanctos eſſe honorandos, etiam probatur exemplis.
25 Feſta Sanctorum celebrantur ab Eccleſia, die qua mortui ſunt.
26 Adam an ſit primus in cœlo poſt ſacrã virginem Mariam.
27 In ordine Sanctorum an Patriarchæ et Prophetæ ſint præferendi.
28 Sanctus Ioan. Bapt. an ſit maior alijs.
29 Apoſtoli tanquam primores Eccleſiæ, an debeant præferri Patriarchis et Prophetis.
30 Petrus Apoſtolus inter Apoſtolos obtinuit primatum.
31 De excellentia Petri, et Pauli Apoſtolorum, et quis illorum maior.
32 Lazarus fuit primus diſcipulus Chriſti, et primus inter diſcipulos, martyres, et confeſſores.
33 Martyres ſunt laudandi et extollẽdi poſt Apoſtolos et Prophetas.
34 Doctores Eccleſiæ ſunt honorandi.
35 Præcipui inter Doctores ſunt quatuor Euangeliſtæ; et quis eorum maior, et quomodo figurentur.
36 Poſt Euangeliſtas quatuor Doctores Eccleſiæ multum laudandi et honorandi ſunt.

37 *De laude & honore innocentum.*
38 *De laude & loco confeſſorum.*
39 *De laude virginum, & laureola earum.*
40 *De laude & loco viduarum.*
41 *De laude & loco coniugatorum.*
42 *De pueris baptizatis, & an vnus præferatur alteri.*
43 *De loco puerorum nõ baptizatorum in iudicio vniuerſali.*
44 *Nedum ſancti ſunt venerandi, ſed etiã eorum reliquiæ.*
45 *Nedum etiam ſancti ſunt honorandi, & eorum reliquiæ, verum etiam eorum imagines.*
46 *Qui dicantur ſancti, & qui beati.*
47 *Quis poſſit ſanctum canonizare.*
48 *Epiſcopus quem ſanctum venerandum decernère poteſt ſine populo.*
49 *Quæ requirantur ad hoc, vt quis poſſit ſanctus canonizari.*
50 *Quæ forma in canonizatione ſanctorũ ſeruanda ſit.*

QVARTÆ PARTIS argumenta, 86. conſiderationes complectentis.

1 *De æquiparatione hierarchiarum militantium, ad hierarchias triumphantes, & de ordinibus illarum.*
2 *Status Eccleſiaſticus eſt præferendus temporali ratione inſtitutionis.*
3 *Sacerdotes ſunt honorandi ratione meditationis, inter Deum & populum.*
4 *Tũ ratione principalitatis & vtilitatis.*
5 *Tum exemplo paganorum & infideliũ.*
6 *Tum propter eorum poteſtatem, quæ omnes alias excedit.*
7 *Papa omnes dignitates mundi excellit.*
8 *Cardinalis Hoſtienſis ex priuilegio ſecũdum locum in conſiſtorio obtinet.*
9 *Quatuor patriarchæ primum locũ poſt apoſtolicum obtinent.*
10 *Cardinales aliis dignitatibus præferuntur, & de eorum differentia.*
11 *Cardinales præferuntur Epiſcopis, & ſic maior officio, minor vero ordine præfertur.*
12 *Cardinales Epiſcopi præferuntur aliis.*
13 *Inter Cardinales in cancellaria præfertur vicecancellarius.*
14 *Camerarius habet dignitatem vltra alios ratione iuriſdictionis.*
15 *Cardinales presbyteri præferuntur diaconis.*
16 *Cardinales reſidentes in curia aliis ſunt digniores.*
17 *Pœnitentiarius habet officium ratione cuius dicitur habere dignitatem.*
18 *Legati cardinales ſunt digniores, & excellentiores legatis miſſis.*
19 *Primates etiam præter quam quatuor ordinarij præcedunt Archiepiſcopos & Epiſcopos.*
20 *Archiepiſcopus præcedit Epiſcopum in loco, vbi ambo habent adminiſtrationem.*
21 *Archiepiſcopus Mediolanen. præcedit Rauennatenſ. & an Bituricenſ. præcedit Senonen. & Lugdunen.*
22 *Archiepiſcopus in terra Epiſcopi honorare debet Epiſcopum.*
23 *Inter Epiſcopos in ſeſſionibus, ſubſcriptionibus, & conciliis eſt ſeruandus ordo ordinationis.*
24 *Epiſcopi exempti ſedere debent in altiori loco.*
25 *Epiſcopus debet præcedere quoſcunque ſuæ diœceſis.*
26 *Epiſcopus Heduen. debet præcedere alios Epiſcopos prouinciæ Lugdun.*
27 *Exempti ab Epiſcopo, & habentes iura Epiſcopalia in diœceſi tenentur præſtare*

ſtare reuerentiam Epiſcopo.

28 Epiſcopum honorare debet Princeps.

29 Protonotarij participantes, cum habeãt officium in curia, præferuntur aliis officiariis poſt Vicecancellarium, Camerarium, Pœnitentiarium & Referendarium, & ibi de dignitate Protonotariorum.

30 De ordine aliorum officiariorum curiæ Romanæ.

31 Quatuor Abbates generales præferuntur omnibus aliis Abbatibus.

32 Abbas regularis præfertur cæteris clericis.

33 Sicut Abbas præfertur clericis ſecularibus, ita præpoſitus qui eſt loco Abbatis.

34 Abbas poſt depoſitam dignitatem abbatialem debet habere primum locũ in choro.

35 Dicta de Abbate habent locum in Abbatiſſa.

36 Idem in priore, & in prioriſſa.

37 Decanus in Eccleſia cathedrali eſt maior dignitas poſt pontificalem.

38 Decani, Præpoſiti, Priores, Rectores, Præceptores, & alii ſeculares habẽtes iuriſdictionem, & qui præſunt, Eccleſiæ collegiatæ habent dignitatem.

9 Archidiaconus in Eccleſia tanquam oculus Epiſcopi eſt maior poſt Epiſcopũ de iure communi.

Theſauraria de conſuetudine poteſt eſſe maior dignitas in Eccleſia.

Præpoſitura videtur maior dignitas de iure quam decanatus.

Cantoriãtus eſt prima poſt decanatum in Eccleſia Heduenſi.

Maior authoritate præfertur.

Minor ordine, ſed maior adminiſtratione præfertur maiori ordine in loco adminiſtrationis.

45 Exiſtens in maiori dignitate, quæ congregantur de locus vbi eſt, non præcedit omnes de illo loco, quando eſt ibi vt vnus de illo loco.

46 Vicarius Epiſcopi præcedere debet Archidiaconum, nec valet conſuetudo in contrarium.

47 Inter plures eiuſdem dignitatis & nominis præferuntur, qui in maiori loco habent dignitatem & nomen.

48 Inter plures æqualiter promotos in vno loco præfertur, qui merito vitæ, nobilitate, vel ſcientia alios antecellit.

49 In habentibus eandem dignitatem in vno eodemque loco præfertur, qui à maiori recepit dignitatem.

50 Officialis principalis Epiſcopi cum habeat dignitatem alios clericos ſeculares præcedere debet.

51 Clericus ſecularis præfertur regulari.

52 Excellentia vnius religionis attenditur ex nouem.

53 Antiquitas religionis confert & valet ad hoc, vt vna excellentior iudicetur alia.

54 Ordo Monachorum nigrorum, tanquã primus, omnes alios præcedit.

55 Primus & dignior ordo in ordine S. Benedicti eſt Cluniacenſ.

56 Monachi nigri præferendi ſunt Canonicis regularibus, ſed Canonici regulares aliis religioſis præferuntur.

57 Ordo vallis vmbroſæ poſt Cluniacenſ. præfertur.

58 De excellentia ordinis Ciſtercienſ.

59 De excellentia ordinis Camaldulenſiũ.

60 De ordine humiliatorum.

61 De ordine illorũ, qui dicuntur Cœleſtini.

62 De ordine & laude Carthuſienſium.

63 De ordine S. Trinitatis, vulgo, les Mathurins.

Terminos tamen, de quibus principalis quæſtio futura eſt, ante definiemus ſeu deſcribemus: quia, teſte Cicer. *in primo Offic*. Omnis, quæ à ratione de aliqua re ſuſcipitur inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputetur. Etiam aliquas ad materiam inſtructiones generales anteponemus. Et hæc erit prima huius noſtri operis pars.

Secunda vero dignitates, laudes, honores, gloriam, excellentiam, & decoramenta, tam viri, quam mulieris complectetur.

Tertia autem ordines cœleſtium Spirituum, & locorum infernaliũ perſcrutabitur.

Quarta dignitatem, honeſtatem, excellentiam, honorem, laudem & gloriam viris Eccleſiaſticis attribuendas ſuper omnes alios ſtatus humanos, & ordinem inter eos enarrabit.

Quinta excellentias principum ad alios ſtatus, & quomodo, & in quibus ab omnibus ſint honorandi, atque honores inter eos dilucidat.

Sexta poſtmodum officiariis ſacri Palatii domeſticis, dignitates & honores debitos diſtribuet.

Septima complures dignitates Officiariorum iuſtitiæ, tam Conſiſtorii, ſeu Auditorii, tribunalis prætorii, quam aliarum ſedium & præcedentias inter eos impertietur.

Octaua laudes, honores, & præcedentias nobilium, tam inter ſe, quam quo ad alios cuiuſcunque ſtatus continebit.

Nona excellentias, prærogatiuas, præeminentias laudum, gloriæ, & honorum militum adaperiet.

Decima dignitates, præſtantias, & præeminentias ſcientiarum, tam inter ſe, quam ad alias res, & ordinem præcedendi inter viros literatos enucleabit.

Vndecima de præcedentia Plebeiorum & Artificum inter eos diſcutiet.

Duodecima & vltima pars excellentias & laudes plurium aliarum rerum, & tam cœleſtium, quam terreſtrium in ſuo genere & ſpecie deſcribet.

FINIS PROOEMII.

Argu-

Digitized by Google

Argumenta XII. partium huius libri.

ARGVMENTA PRIMÆ partis 80. conſiderationes continentis ſequuntur.

PRimum eſt de honore & eius deſcriptione.

2 Honor cunctis rebus præferendus eſt.

3 De differentia honoris à laude & reuerentia.

4 Honorem conferre, eſt principis.

5 Honores conſequimur multis modis.

6 Diuerſa perſonarum genera mandãtur honorari in ſacra ſcriptura.

7 Subditi honorem, reuerentiam, & ſeruitium domino præſtare tenentur.

8 Honor debetur prælatis & ſuperioribus, ratione dignitatis & excellentiæ.

9 Honores æqualiter & gradatim diſtribuendi ſunt.

10 Honorandi ſunt homines variis modis.

11 Diuerſa ſunt ſigna, quibus cognoſci poteſt honorem adhiberi alicui.

12 Dicitur magis honorari, qui ſedet prope dominum.

Honorari quis dicitur, ex quo in medio duorum vel plurium collocatur.

Etiã honorari dicitur, qui ſedet in principio ſiue in capite.

Plus dicitur honorari, qui parieti eſt proximior.

Qui proxime & immediate ſedet, & ſubſcribit primo loco poſt Epiſcopum, dicitur magis honorari.

Qui primo nominatur, dicitur honorari.

18 Honor eſt illi, qui primo offert.

19 Maximum ſignum honoris eſt in eo, qui primam vocem habet.

20 Honor illi, cui reuerentia exhibetur, quã minor maiori impendere debet, & ſic minores maiores honorare debent.

21 Superiores etiam inferiores honorare debent, ſi ab eis expectent beneuolè honorari.

22 Honor conſiſtit in melioribus & delicatioribus cibis.

23 In veſtibus pretioſioribus adhibetur honor.

24 Honor fit in legati præſtatione.

25 Honor fit in hæredis inſtitutione.

26 Quis honorari dicitur in ſalutatione.

27 Maioritas conſiſtit in prærogatiua ordinis.

28 Maioritas conſiſtit in prærogatiua conſecrationis.

29 Maioritas habetur in prærogatiua adminiſtrationis.

30 Maioritas ſeu honor conſiſtit in eo, qui recumbit.

31 Honor debetur ei, qui eſt magnæ authoritatis.

32 Honor conſiſtit in commendatione noui præſidis.

33 Quis collaudandus eſt de his, quæ bene meruit in exercitio officii.

34 Honor eſt in adeundo principem.

35 Honor conſiſtit in erectione ſtatuæ, & ibi deſcribũtur, qui ſtatuas meruerint.

36 Honor conſiſtit in triumphi receptione,

& ibi leges, triumphi, & triumphatores plures aſcribuntur.

37 Honor conſiſtit in bibendo in auro, eſſe ſecundum poſt regem, veſtiri purpura, & cognatum principis vocari.

38 Honor conſiſtit in delatione armorum & inſignium, ad cuius comprobationem, & in ipſa materia armorum & inſignium ſiunt centum concluſiones, quarum ſeriatim ſequuntur argumenta.

ARGVMENTA IN ipſas 100. concluſiones.

1 Inſignia regum Romanorum deſcribuntur.

2 Diadema, corona, & ſceptrum, ſunt Imperatorum & regum inſignia, & de diuerſis coronarum generibus, & quibus dabantur.

3 Inſignia ſeu ornamenta Pontificum, ſacerdotum legis Moſaicæ, & quibus loco illorum hodie pontifices vtantur.

4 Inſignium Patriarcharum, Cardinalium, & Archiepiſcoporũ, vt ſunt crux, galerus ruber & pallium.

5 Mitra Epiſcopale inſigne eſt, vt & dalmatica, chirothecæ, annulus & baculus.

6 Paſtores Eccleſiaſtici, quare habeãt virgam, ſeu baculũ, & quare datur principibus.

7 Latuſclauus erat inſigne ſenatorum, & de inſignibus conſulum, Augurum, Saliorum Martis, ſacerdotum, ſeu fratrum Arualium, & principis iudicum Aegyptiorum.

8 Inſignia militaria literatorũ, & diuerſorum ordinum.

9 De inſigni Ducum, Comitum, & Marchionum, vt eſt pileus dignitatis.

10 Arma originẽ habuerunt loco imaginũ.

11 Arma ſeu inſignia ad perpetuam hominum memoriam in pleriſque locis apponi ſolent.

12 Honor eſt portare & habere arma.

13 Arma alicuius in opere eius ſumptibus, & liberalitate conſtricto affigi aut pingi poſſunt, nec abradi debent, vt alterius arma ponantur.

14 Arma ſeu inſignia, ſunt triplicia.

15 Arma ſingularis dignitatis nemini alteri licet aſſumere ſeu deferre, nec in ſuo depingi facere, niſi in ſignum ſubiectionis.

16 Arma ſeu imago principis in opere publico poni debent, & an priuato liceat ſua ibi apponi facere, inconſulto principe.

17 Subditus vſurpãs arma ſui principis, incurrit crimen læſæ maieſtatis, & quomodo Iul. Cæſar habuerit Aquilã pro armis, quibus vtuntur Imp. Romanorum. Et ibi de excellẽtia coloris nigri cuius eſt Aquila, & quibus armis vtebatur Carolus Magnus. Et de armis regum Chriſtianorũ. Et quibus ſignis vtũtur in bello Frãci, Burgũdi, Angli, Scoti, Veneti, Sueui & Neapolitani.

18 Violator armorũ principis, pœna criminis læſæ maieſtatis tenetur.

19 Dicta de armis ſupremorum principum, habent locum in armis inferiorum principum.

20 Nobiles ex origine habẽt arma certa & diſtincta, nec licet aliter illa deferre, etiam ſi ſint de eadẽ agnatione & familia, niſi cum quadam differentia.

21 Inferiores, præſertim viles, turpes, & ignominioſæ perſonæ non poſſunt aſſumere, nec portare arma nobiliũ, alias tenẽtur pœna falſi, & poteſt eis inhiberi.

22 Sic

Sicut non licet vituperoſe, & in odium arma alteriꝰ vſurpare, ſic nec vbi verſatur intereſſe publicũ, & propter bonum commune, vt euitetur ſcandalũ & ſeditio.

gnobili ſeu populari non licet arma nobilis vſurpare, nec ipſa ignobilis arma timbrata habere poteſt.

Baſtardi, ſeu illegitimi quomodo portãt arma domus, ſeu familiæ, ex qua geniti ſunt.

aſalli quomodo arma ſua cũ armis domini collocare, & depingi facere poſſunt.

Ad agnatos ſpectat ius & facultas geſtandi arma domus.

gnobiles & populares arma licite habent ex conceſſione principis.

opulares etiam authoritate propria arma ſibi aſſumere poſſunt.

elens, aut non patiens poni arma in loco licito & permiſſo, qua actione teneatur.

ſufructuarius, quemadmodum & proprietarius in re, in qua habet vſumfructum, arma ſua ponere poteſt.

Iercatores & artifices licite marchas & ſigna habere, & etiam mutare poſſunt.

ullus debet mutare ſignum, ſeu marcham ſuam in præiudiciũ alterius, & Reipublicæ detrimentum, nec vſurpare ſignum alterius.

tarius ſignum nec nomen ſuum mutare debet, etiam nec ſignum alterius vſurpare.

llus artifex, ſeu faber, aut hoſpes ſignũ alterius accipere debet, alias inhibitio fieri poſſet.

gnum ſeu marcha mercatoris, an probationem, vel præſumptionem faciat in rebus, in quibus ſit.

36 Glorioſum & vtile eſt habere arma à principe.

37 Arma agnationis & familiæ tranſeũt, & remanent plana & integra penes primogenitum.

38 Arma ſunt tranſmiſſibilia ad poſteros & ſucceſſores, ſecundum prioritatem & poſterioritatem gradus.

39 Arma tranſmittuntur ad ſuccedentes multis modis, & cum differentia.

40 Quomodo arma tranſeant ad cognatos & affines.

41 Identitas armorũ inducit præſumptionem agnationis vel cognationis.

42 Arma rebelliũ abradi debẽt, nec tranſeunt ad hæredes eorundem rebellium proditorum, ſeu falſariorum.

43 Arma domus, an tranſeant ad fideicommiſſarium.

44 Principes ſupremi an poſſint vendere, donare, aut alio modo cõcedere arma, ſeu inſignia ſuæ dignitatis.

45 Inferior à principe an poſſit vẽdere, aut alijs alienare ſua arma.

46 An valeat legatum factum cum onere portandi nomen & arma domus.

47 Præſcriptio an habeat locum in delatione armorum.

48 An pro armis ſeu inſignijs duellum indici poſſit.

49 Arma ſunt excellentiora ea dignitate, aut officio perſonæ ea geſtantis.

50 Inſignia, ſeu vexilla ciuitatis, ſocietatis, vel exercitus, penes quem remanere debent.

51 Signa artificii ratione loci ex priuilegio decreta remanent penes illum, qui in illo loco reſidet.

52 Officialis ſeu magiſtratus ſigna, aut inſignia ratione officii ſeu magiſterii data & conceſſa habere debet.

53 Signa artificii communis approbata penes exiſtentes de communitate illius ſtationis, officinæ, ſeu miniſterii remanere debent.
54 Artifices vtentes eodē ſigno, ſi ſeparentur, penes quem remanebit ſignum.
55 Arma an inducant probationem, iuriſdictionem & dominium.
56 In omni principatu ſunt certa arma, ſoli principi competentia, & quæ eis magis approximantur, & de eis participant, nobiliora cenſentur.
57 Habens officium, aut dignitatem, ſi arma à principe obtinuerit, excellentiora iudicantur.
58 De armis parium Franciæ, præcipue ex quibus conſiſtant arma Ducatus Burgundiæ: & de antiquis armis Heduorum, Bibracteorum, Druydum, & Alexienſium.
59 Arma ſub diuerſis formis & typis fiunt.
60 Arma tripliciter componuntur, metallis, ſcilicet, coloribus & pennis.
61 De auro, & quid repræſentet.
62 De argento, & quid deſignet.
63 De colore rubeo, & eius ſignificatione.
64 Iſti tres colores, ſcilicet, aureus, argenteus, & rubicundus aliis ſunt præſtantiores.
65 De azureo colore, & quid per eum demonſtretur.
66 De nigro colore, & de eius notificatiõe.
67 De viridi colore.
68 De purpureo colore.
69 Scutum armorum ſimplex, aut ex metallo, aut colore fit.
70 Arma, quomodo interdum compoſita ſint ex altera pennarum.
71 Color nobilior in nobiliori & ſuperiori parte armorum poni debet.
72 Arma ſecundum variationes ipſorum colores diuerſi in eis poni, & multifariam nominari debent.
73 In armoria nouem ſunt ſigna.
74 Arma diuerſo modo blaſonari, non dico blandiri, ſed recitandæ & commemorandæ alicuius virtutis gratia, ſub quibuſdam ſignis quempiam abundè, ſed vere laudare debēt, ſecundum diuerſitatem ſignorum in eis appoſitorum.
75 Arma in multis aliis ſignis à nouem prænominatis compacta ſunt.
76 Multa ſigna important in armis diminutionem ſeu depreſſionem.
77 Legitimati, an portent arma plana & integra, ut arma domus, à qua deſcenderunt.
78 Signum vocatum burla in armoria, an ſit color, & qualiter fiat & nominetur.
79 Arma etiam fiunt ex beſtiis, auibus, & piſcibus, arboribus, herbis aut floribus.
80 Arma ex beſtiis compoſita, ſunt perfectiora iis, quæ ex auibus, aut piſcib. & quæ ex auibus fiunt, ſunt nobiliora iis, quæ ex piſcibus confecta ſunt.
81 Arma ex auibus honeſtata, quomodo blaſonari debent.
82 In armis numerus animalium depictorum certus nominari debet.
83 Aues in armis depictæ ſecundum proprias naturas ſtare, ſeu ſedere debent, & quid ſignificent.
84 Arma ex beſtiis protracta, à quibus originem habuerunt, & de ſignificatione quarundam.
85 Animalia bruta ſecundum eorum nobiliorem actum in armis poni debent.
86 Non ſolum animalia, ſed etiam quæcunque aliæ res ſecundum proportionem &

& qualitatem illi conuenientem in
rmis poni debent.
nimalia etiam non ferocia in nobi-
lori eorum actu in armis pingi debēt.
rmis pes animalis dexter traductus,
ſemper debet anteire & eleuari.
ignia qualiter ſint imprimēda in ve-
xillis, quæ eleuata portantur.
ignia in vexillis affigendis in tubis
qualiter pingi debeant.
xilla quomodo fieri debeant, vbi duo
nimalia ſe conſpiciēda ponenda ſunt.
Inſignia ſuper veſtibus hominum,
m in parte anteriori, quā poſterio-
qualiter fieri debeant.
ma in ſigillis qualiter incidi debeāt.
ma ſeu inſignia in clypeis, in cooper-
ris lectorum & equorum, & ſuper
tis, quomodo componi debeant.
in muris & parietibus.
tudinibus & aliis locis con-
xis, & quæ ſe habent vt cælum.
Chriſti in terra imprimi non de-
, & ibi multa de laude crucis.
Chriſti multipliciter figurata fuit.
Chriſti quomodo fieri debeat nos
ſignando & muniendo.

QVA ARGVMENTA
onſiderationes primæ partis.

ior temere ſe intrudens in locū ma-
is, ſuo honore priuari debet.
r non eſt ſuſcipiendus, niſi prius is
aſſequi illum optat, vires ſuas cū
oris onere metiatur.
s vſque adeo honorandus eſt, quod
honorem ſuperuacaneum & ex-
uum alteri detrahatur.
non ſunt honore digni.
una bona facit homines honorari
exaltari.

44 *In eligendo aliquem ad honorem decem ſunt conſideranda.*
45 *De laude & eius deſcriptione, & de diſtinctione ab honore.*
46 *Laus quæ fit de altero contingit quadrupliciter.*
47 *Propter virtutem quis eſt publicè laudandus & commendandus.*
48 *Fugiendum eſt laudari à malis & improbis, alias ſecus.*
49 *Nullus plus debito & æque alium laudare debet.*
50 *Perfecta laudatio quæ ſit.*
51 *De gloria, quæ eſt effectus honoris & laudis, quid ſit gloria, de laudis differentia ab honore.*
52 *Fundamentum gloriæ eſt humilitas.*
53 *Nemo gloriam reſpuit.*
54 *Gloria an ſit ſummum bonum.*
55 *Gloria ex virtute radicata non eſt fugienda.*
56 *Gloriæ cupiditas vitanda eſt.*
57 *Gloriæ cupiditas, & honoris concupiſcentia multos peſſundedit, & conculcauit.*
58 *Nihil apud dominādi & præſidendi cupidos, probitatis, aut fidei reperitur.*
59 *An homo gloriari debeat, & ſe ipſum laudare, iactare, ſeu de bono commendare poſſit.*
60 *Homo gloriari non debet appetendo honorem non ſibi debitum.*
61 *Quis debeat eſſe contentus vno honore, & vno officio.*
62 *Quid virtus & vnde vocetur.*
63 *Virtus eſt effectrix vitæ beatæ.*
64 *Virtutis vberrimum alimentū eſt honor, & quomodo.*
65 *Propter virtutē multi ex infimo loco ad regna peruenerunt.*
66 *Quid ſit dignitas, & de dignitatū gradibus.*

*** 67 Qua-

67 *Quales ſint promouendi ad dignitates.*

68 *De priuilegiis dignitatis.*

69 *Dignitatem aſſequendo laborem, ſtudium, curam, miſeriam, vigilias, & calamitates amplectimur.*

70 *Quid ſit maieſtas, & an ſola ſit in principe.*

71 *Quid ſit reuerentia, & cui debeatur.*

72 *Subditi Prælatos reuereri debent.*

73 *Reuerentia quæ debetur à vaſallo domino, à filio patri, ab vxore viro, an remitti poſſit.*

74 *Reuerentia quæ debetur viuo, debetur & mortuo.*

75 *Pro reuerentia, quam quis exhibet alteri, datur ei præmium, cum ei accedat bona gratia.*

76 *Excellentia cadit in principem.*

77 *De ordine dignitatum, & qualiter ſit obſeruandus.*

78 *De duplici ordine, temporis ſcilicet & qualitatis.*

79 *Triplex eſt ordo alio reſpectu.*

80 *Ordo in multis attendendus eſt.*

SECVNDÆ PARTIS argumenta, 41. conſiderationes continentis.

1 *Quatuor ſunt genera entium.*

2 *De laude, excellentia & dignitate hominis ſupra omnes alias res mundi.*

3 *Homo eſt dignior angelis.*

4 *Homo præ cæteris honoratur anima, memoria, intellectu, & quinque ſenſibus vltra alia animalia.*

5 *Sicut homo in vita honorari debet, ita in morte, & de laude, gloria, & honore ſepulturæ.*

6 *De pompis funeralibus, & vnde originem habuerint.*

7 *Sicut vir laudari debet, ita & fœmina.*

8 *Mulieres laudantur ex magnanimitate.*

9 *Ex ſapientia & doctrina.*

10 *Ex conſilio.*

11 *Ex virginitate.*

12 *Ex caſtitate & pudicitia.*

13 *Ex clementia.*

14 *Ex timore Dei & mariti.*

15 *Ex deuotione & pietate.*

16 *Ex gratioſitate.*

17 *Ex miſericordia.*

18 *Ex diligentia.*

19 *Ex ſagacitate.*

20 *In ſeruanda viduitate.*

21 *In conſeruatione generis humani.*

22 *Ex pulchritudine.*

23 *De iudicio Paridis.*

24 *Laudantur etiam ſi ex bonis parentibus ortæ ſint.*

25 *Si ſe magis domi contineant.*

26 *Ex verecundia.*

27 *Ex conſtantia & patientia.*

28 *Si maritos honorauerint.*

29 *Mulieribus danda eſt praeminentia in rebus domeſticis adminiſtrandis.*

30 *Mulieres gaudent priuilegiis egregiarum perſonarum & aliis.*

31 *Honorantur in hoc, quod vocari debent dominæ.*

32 *Laudantur etiam & honorantur ex cultu & ornatu.*

33 *Ex taciturnitate & ſilentio.*

34 *Si ſe lanificio exercuerint.*

35 *Ex amicitia & amore erga maritos.*

36 *Ex fide erga viros.*

37 *Honor deferendus eſt mulieribus in aſſurgendo.*

38 *Laudandæ etiam ſunt ex ſolicitudine.*

39 *Item propter multa remedia ſalubria ex corporib. earum in medicina reperta.*

40 *Mulieres coruſcant radiis maritorum.*

41 *Mulieres etiam decorantur titul. nobilitatis, & aliis tit. dignitatum & honoris.*

TER.

ERTIÆ PARTIS argumenta, 50. conſiderationes complectentis.

e ſede & throno Dei, de diuinis nomi-nibus, laudibus, gloria, & adoratione.
ſus Chriſtus Filius Dei ſedet ad dextrã Patris, & de throno eius, & ſedere à dextris eſt honor.
ſede Spiritus S. & eius throno.
throno & ſede Deiparæ virginis Ma-riæ, quæ exaltata eſt ſuper hierarchias, & choros angelorum.
s ſunt hierarchiæ angelorum, & de nouem ordinibus, nominibus, diſtin-ctionibus & excellentia eorum.
prima hierarchia, & ordine Sera-phin, & loco dæmonum, qui ab illo or-dine deſcenderunt, & qui in illis col-locabuntur, & an ſit diabolis ordo in inferno.
ordine Cherubin, & loco illorum, qui ab iſto ordine ceciderunt, & qui in il-lis collocabuntur.
ordine Thronorum.
media hierarchia, & ordine illius or-dinis, qui dicitur Dominationum, & loco illorum, qui ab iſto ordine ceci-derunt, & qui in illis collocabuntur.
e ordine Principatuum, & loco illorũ, qui ab illo ordine corruerunt, & qui in illis ponentur.
e ordine poteſtatum.
e tertia hierarchia, & quomodo diffi-niatur, & de eius poteſtate & officio.
e ordine Virtutum.
e ordine Archangelorum, & loco illo-rum, qui ab eo cecidere, & qui in illis collocabuntur.
e ordine & officio Angelorum, et quod quilibet habet vnum bonum angelũ, aliqui vero duos.

16 Angelorum multiplex eſt effectus.
17 Qui ad ordinem Angelorum aſſumun-tur, & qui ab illo ordine ceciderunt.
18 Animæ defunctorum in quolibet or-dine collocantur.
19 An dabilis ſit decimus ordo angelorũ in Paradiſo.
20 Nedum angeli habent loca et ſedes in cæleſti patria, ſed etiam beati.
21 De[illegible]dat gloriam ſanctis in gloria.
22 San[illegible] etiam honorandi ſunt in terris.
23 Sanctos honorandos eſſe, et laudandos, multipliciter probatur.
24 Sanctos eſſe honorandos, etiam proba-tur exemplis.
25 Feſta Sanctorum celebrantur ab Eccle-ſia, die qua mortui ſunt.
26 Adam an ſit primus in cælo poſt ſacrã virginem Mariam.
27 In ordine Sanctorum an Patriarchæ et Prophetæ ſint præferendi.
28 Sanctus Ioan. Bapt. an ſit maior alijs.
29 Apoſtoli tanquam primores Eccleſiæ an debeant præferri Patriarchis et Pro-phetis.
30 Petrus Apoſtolus inter Apoſtolos obti-nuit primatum.
31 De excellentia Petri, et Pauli Apoſtolo-rum, et quis illorum maior.
32 Lazarus fuit primus diſcipulus Chriſti, et primus inter diſcipulos, martyres, et confeſſores.
33 Martyres ſunt laudandi et extollẽdi poſt Apoſtolos et Prophetas.
34 Doctores Eccleſiæ ſunt honorandi.
35 Præcipui inter Doctores ſunt quatuor Euangeliſtæ; et quis eorum maior, et quomodo figurentur.
36 Poſt Euangeliſtas quatuor Doctores Ec-cleſiæ multum laudandi et honoran-di ſunt.

37 De laude & honore innocentum.
38 De laude & loco confeſſorum.
39 De laude virginum, & laureola earum.
40 De laude & loco viduarum.
41 De laude & loco coniugatorum.
42 De pueris baptizatis, & an vnus præferatur alteri.
43 De loco puerorum nõ baptizatorum in iudicio vniuerſali.
44 Nedum ſancti ſunt venerandi, ſed etiã eorum reliquiæ.
45 Nedum etiam ſancti ſunt honorandi, & eorum reliquiæ, verum etiam eorum imagines.
46 Qui dicantur ſancti, & qui beati.
47 Quis poſſit ſanctum canonizare.
48 Epiſcopus quem ſanctum venerandum decernere poteſt ſine populo.
49 Quæ requirantur ad hoc, vt quis poſſit ſanctus canonizari.
50 Quæ forma in canonizatione ſanctorũ ſeruanda ſit.

QVARTÆ PARTIS argumenta, 86. conſiderationes complectentis.

1 De æquiparatione hierarchiarum militantium, ad hierarchias triumphantes, & de ordinibus illarum.
2 Status Eccleſiaſticus eſt præferendus temporali ratione inſtitutionis.
3 Sacerdotes ſunt honorandi ratione meditationis, inter Deum & populum.
4 Tũ ratione principalitatis & vtilitatis.
5 Tum exemplo paganorum & infideliũ.
6 Tum propter eorum poteſtatem, quæ omnes alias excedit.
7 Papa omnes dignitates mundi excellit.
8 Cardinalis Hoſtienſis ex priuilegio ſecũdum locum in conſiſtorio obtinet.
9 Quatuor patriarchæ primum locũ poſt apoſtolicum obtinent.
10 Cardinales aliis dignitatibus præferuntur, & de eorum differentia.
11 Cardinales præferuntur Epiſcopis, & ſic maior officio, minor vero ordine præfertur.
12 Cardinales Epiſcopi præferuntur aliis.
13 Inter Cardinales in cancellaria præfertur vicecancellarius.
14 Camerarius habet dignitatem vltra alios ratione iuriſdictionis.
15 Cardinales presbyteri præferuntur diaconis.
16 Cardinales reſidentes in curia aliis ſunt digniores.
17 Pœnitentiarius habet officium ratione cuius dicitur habere dignitatem.
18 Legati cardinales ſunt digniores, & excellentiores legatis miſſis.
19 Primates etiam præter quam quatuor ordinarij præcedunt Archiepiſcopos & Epiſcopos.
20 Archiepiſcopus præcedit Epiſcopum in loco, vbi ambo habent adminiſtrationem.
21 Archiepiſcopus Mediolanen. præcedit Rauennatenſ. & an Bituricenſ. præcedit Senonen. & Lugdunen.
22 Archiepiſcopus in terra Epiſcopi honorare debet Epiſcopum.
23 Inter Epiſcopos in ſeſſionibus, ſubſcriptionibus, & conciliis eſt ſeruandus ordo ordinationis.
24 Epiſcopi exempti ſedere debent in altiori loco.
25 Epiſcopus debet præcedere quoſcunque ſuæ diœceſis.
26 Epiſcopus Heduen. debet præcedere alios Epiſcopos prouinciæ Lugdun.
27 Exempti ab Epiſcopo, & habentes iura Epiſcopalia in diœceſi tenentur præſtare

ſtare reuerentiam Epiſcopo.

28 Epiſcopum honorare debet Princeps.

29 Protonotarij participantes, cum habeāt officium in curia, præferuntur aliis officiariis poſt Vicecancellarium, Camerarium, Pœnitentiarium & Referendarium, & ibi de dignitate Protonotariorum.

30 De ordine aliorum officiariorum curiæ Romanæ.

31 Quatuor Abbates generales præferuntur omnibus aliis Abbatibus.

32 Abbas regularis præfertur cæteris clericis.

33 Sicut Abbas præfertur clericis ſecularibus, ita præpoſitus qui eſt loco Abbatis.

34 Abbas poſt depoſitam dignitatem abbatialem debet habere primum locū in choro.

35 Dicta de Abbate habent locum in Abbatiſſa.

36 Idem in priore, & in prioriſſa.

37 Decanus in Eccleſia cathedrali eſt maior dignitas poſt pontificalem.

38 Decani, Præpoſiti, Priores, Rectores, Præceptores, & alii ſeculares habētes iuriſdictionem, & qui præſunt, Eccleſiæ collegiatæ habent dignitatem.

39 Archidiaconus in Eccleſia tanquam oculus Epiſcopi eſt maior poſt Epiſcopū de iure communi.

40 Theſaurariæ de conſuetudine poteſt eſſe maior dignitas in Eccleſia.

41 Præpoſitura videtur maior dignitas de iure quam decanatus.

42 Cantoriatus eſt prima poſt decanatum in Eccleſia Heduenſi.

43 Maior authoritate præfertur.

44 Minor ordine, ſed maior adminiſtratione præfertur maiori ordine in loco adminiſtrationis.

45 Exiſtens in maiori dignitate, quam ſit locus vbi eſt, non præcedit omnes de illo loco, quando eſt ibi vt vnus de illo loco.

46 Vicarius Epiſcopi præcedere debet Archidiaconum, nec valet conſuetudo in contrarium.

47 Inter plures eiuſdem dignitatis & nominis præferuntur, qui in maiori loco habent dignitatem & nomen.

48 Inter plures æqualiter promotos in vno loco præfertur, qui merito vitæ, nobilitate, vel ſcientia alios antecellit.

49 In habentibus eandem dignitatem in vno eodemque loco præfertur, qui à maiori recepit dignitatem.

50 Officialis principalis Epiſcopi cum habeat dignitatem alios clericos ſeculares præcedere debet.

51 Clericus ſecularis præfertur regulari.

52 Excellentia vnius religionis attenditur ex nouem.

53 Antiquitas religionis confert & valet ad hoc, vt vna excellentior iudicetur alia.

54 Ordo Monachorum nigrorum, tanquā primus, omnes alios præcedit.

55 Primus & dignior ordo in ordine S. Benedicti eſt Cluniacenſ.

56 Monachi nigri præferendi ſunt Canonicis regularibus, ſed Canonici regulares aliis religioſis præferuntur.

57 Ordo vallis vmbroſæ poſt Cluniacenſ. præfertur.

58 De excellentia ordinis Ciſtercienſ.

59 De excellentia ordinis Camaldulenſiū.

60 De ordine humiliatorum.

61 De ordine illorū, qui dicuntur Cœleſtini.

62 De ordine & laude Carthuſienſium.

63 De ordine S. Trinitatis, vulgo, les Mathurins.

64 De religioſis S. Ioan. Euangeliſtæ, qui dicuntur Ieroſolymitani.
65 De religioſis S. Antonij, et ordine illorũ.
66 De inſtitutione, & laude ordinis Præmonſtratenſium.
67 De ordine Grandimontenſi.
68 Quatuor ſunt alii ordines mendicantium, & fratres prædicatores minorib. præferuntur.
69 De ordine, & laude fratrum minorum, quos prædicatores præcedunt.
70 De origine ordinis Carmelitarum, qui de iure aliis præferendi ſunt. Et de ordine illorum, qui dicuntur Seruitæ.
71 De ordine, præeminentia, ſeu præcedentia Eremitarum S. Auguſtini.
72 De antiquitate & excellentia monialiũ.
73 De præcedentia Monachorum nigrorũ, & Canonicorum regularium.
74 Qualis ſit honor, an ſequi, an præcedere, an eſſe in medio.
75 Cur in actibus Eccleſiaſticis, puta in proceſſionibus, inter Eccleſiaſticos, minores præcedunt, & maiores ſequuntur. Secus vero in laicis.
76 Antiquiores clerici, & doctores, primũ locum: deinde cæteri ordinatim loca habere debent.
77 A Subdiacono vſque ad lectores omnes ſunt ſubditi Diacono.
78 Vbi concurrunt, dignitas eccleſiaſtica & ſecularis, præfertur eccleſiaſtica.
79 Filius ſacerdos præcedit patrem non-ſacerdotem.
80 Patronus in Eccleſia, præ aliis eſt honorandus.
81 Rector vniuſcuiuſque parochiæ, in ea eſt præferendus.

QVINTÆ PARTIS argumenta, 56. conſiderationes continentis.

1 Reges & Principes quomodo dominia habuerint.
2 Honor & gloria eſt boni regis præmiũ.
3 Non ſolum præmiũ optimi regis eſt honor mundanus, ſed & gloria cæleſtis.
4 Reges laudantur & commendantur ex veritate.
5 Ex iuſtitia.
6 Ex pietate ſeu clementia.
7 Ex affabilitate,
8 Ex liberalitate.
9 Ex magnanimitate, & magnificentia.
10 Ex ſapientia, quæ maxime in principe requiritur.
11 Ex caſtitate, & continentia.
12 Ex fortitudine.
13 Ex fide.
14 Principatus Romanorum ex tribus præcipue laudatus extitit.
15 Reges & Principes ex læta & populoſa gente gloriam conſequuntur.
16 Honor principis in pace ſubditorum conſiſtit.
17 Principes gloriam ſummam etiam apud Deum ex Eccleſiarum reſtauratione conſequuntur.
18 Laudãtur reges & principes ex pulchritudine.
19 Laus & honor regis augetur per dignitates ſubditorum, & ſi plures habeat vaſallos.
20 Laudantur principes ex ſeueritate, & quomodo.
21 Glorioſum eſt optimo principi, habere rationem ſtudiorum & vniuerſitates literatorias in ſuo regno.
22 Reges laudantur ex coronatione.
23 In ſceptro etiam honoratur Rex.
24 Principes honorantur pluribus iuribus regalibus eis de iure ſolum competentibus, & præter alios, vide ſub iſta cõſidera-

ſideratione 208. caſus enumeratos.

Lex laudatur ex conſtructione ciuitatis.

Honor principis maxime exaltãdus eſt.

An Imperator inter omnes principes ſit primus.

An Imperator ſit domin° totius mũdi, et ſi ſemel fuerit monarcha vniuerſalis.

Rex Franciæ præcedere debet electum in Imperatorem nondum coronatum.

De excellentia regis Franciæ, qui Imperator eſt, & monarcha in ſuo regno.

Rex Franciæ in ſuo regno omnes regnicolas, etiam alios reges præcedit, & ibi de excellentia & laude armorum Franciæ.

32 Rex in ſuo regno in culmen ſedere debet.

33 Princeps non ſolum honorari debet, ſed etiam adorari dicitur.

34 Principi obtemperandum eſt.

35 Pro Rege orandum eſt, vbi etiam aliquid ſcribitur de excellentia principum.

36 An princeps ſolutus legibus obligetur ex contractu.

37 De excellentia regum Hiſpaniæ, & quis illorum præcedere debeat.

38 De Regis Anglorum excellentia, & aliorum regum ordine.

39 De excellentia Reginæ, quæ poſt regem, & à dextris ſedere debet.

40 Mater Regis, cunctis aliis præferenda videtur.

41 Poſt Regem & Reginam præfertur primogenitus.

42 Sicut primogenitus præfertur, ita filius eius.

43 Conſuetudo ſedendi quo ad principes, & nobiles iuxta Regem attendi debet, et ibi, quod pares Franciæ alios præcedũt.

44 An dignitas Archiducalis ſit dignior Ducali.

45 Dux Burgundiæ in coronatione Regis et in locis, vbi principes congregantur, omnes alios præcedit.

46 Duces ſunt præferendi comitibus, & de ducibus, & comitibus Galliæ, & ordine illorum.

47 An marchio præcedere debeat comitem.

48 Ille qui marchio et comes præfertur marchioni tantum, vel comiti tantum.

49 Princeps vi expulſus à dominio per hoſtem, retinet dignitatem.

50 Comites Palatini qui non habent territorium, habent dignitatem & præcedunt alios non comites.

51 Comes habens dignitatem à iure, & non à principe præcedit milites & barones.

52 Comes non recognoſcens ſuperiorem, æquiparatur principi: ſi vero recognoſcat ſuperiorem, æquiparatur præſidi.

53 Comes eſt nomen dignitatis, quando profertur ſimpliciter, & nunquam debet ornamento carere.

54 De dignitate ſpeciali principatus, qualis ſit.

55 De dignitate vicecomatus, qualis ſit.

56 Barones non habent poteſtatem principis, præcedunt tamen alios nobiles.

SEXTÆ PARTIS
argumenta, 38. conſiderationes complectentis.

1 De ordine dignitatum & officiorum illuſtrium, & de tribus dignitatib. officiorum, adminiſtrantium ſcilicet, vacantium & honorariorum.

2 Tres ordines etiam reperiuntur in aliis officiis ab illuſtribus.

3 Maior honor adminiſtrantibus, vacantibus & honorariis præſentibus, quã abſentibus debetur.

4 *Inter vacantes, qui priori tempore vacauerint, præferuntur.*

5 *Habens adminiſtrationem, ſemper præfertur honorario.*

6 *De officiis circa perſonam principis exiſtentibus quæ ſunt in quadruplici differentia.*

7 *De officio magni magiſtri.*

8 *De officio præpoſiti ſacri cubiculi.*

9 *De officio chartularij, qui ſtat in Camera cubiculariorum, hoc eſt, cambellanorum.*

10 *De officio magni ſcutiferi, qui dicitur comes ſacri ſtabuli.*

11 *De officiis protectorum, ſtipatorum, ſeu cuſtodum corporis principis.*

12 *De officio medicorum exiſtentium iuxta perſonam principis.*

13 *De officio Archiatri, ſeu oſtiarii ſacri palatii.*

14 *De pluribus comitibus ſacri palatii, qui principem ſequuntur, ſeu comitantur.*

15 *De comite horreorum.*

16 *De officio præfecti fabrorum.*

17 *De officiariis finantiarum & primo de quatuor generalibus Franciæ.*

18 *De theſaurariis, & eorum origine, & dignitate.*

19 *De receptoribus generalibus.*

20 *De receptoribus particularibus.*

21 *De contrarotulatorum officiis.*

22 *Curiales in multis caſibus vltra alios à iure honorantur & priuilegiantur.*

23 *Curialibus permittitur cultus ornatior & precioſior non-curialibus.*

24 *Illegitimus per oblationem curiæ de eo factam legitimatur.*

25 *Curialium prædia abſque certa ſolennitate alienari non poſſunt.*

26 *Curiales nouem vncias pro legitima habere debent.*

27 *Curiales principi obſequentes, ſi fuerint ignobiles, nobilitantur.*

28 *Curiales & famulantes principis dignitatem habere dicuntur.*

29 *Curiales cenſentur eſſe illuſtriores, & præferuntur aliis etiam data paritate gradus, aut dignitatis.*

30 *Curiales vbi conueniri, & eorum cauſa, & negotia tractari debeant.*

31 *Curiales à tutela excuſantur.*

32 *Item ab hoſpitiis militum.*

33 *Item à taliis & collectis.*

34 *Item à vectigalibus & pedagiis.*

35 *Item à reſidentia ratione officii, aut dignitatis.*

36 *Curia principis exaltanda, ſi curialibus virtuoſis abundet.*

37 *Quales curiales laudandi ſint.*

38 *Curialibus facilius parcitur, & cum eis mitius agitur.*

SEPTIMÆ PARTIS argumenta, 52. conſiderationes complectentis.

1 *De quinque gradibus dignitatum, & ibi de ſuperilluſtribus.*

2 *De illuſtribus, & qui ſint illuſtres.*

3 *De excellentia illuſtrium, & priuilegiis eorum.*

4 *De ſpectabilibus & laude illorum.*

5 *De clariſſimis & excellentia illorum.*

6 *De infimis & eorum honore.*

7 *De officio cancellarii, et excellẽtia illius.*

8 *Cancellarius an præcedere debeat Coneſtabilem, vel è diuerſo.*

9 *De præſidentibus parlamentorũ, et eorum excellentia, et etiam parlamenti Pariſienſis.*

10 *De locumtenentibus regiis, ſeu gubernatoribus patriarum, et eorum excellentia.*

e magiſtris requeſtarum, & illorum laude.

e conſiliariis parlamentorum, & eorũ laude.

ffendentes conſiliarios principis, incidunt in crimen læſæ maieſtatis.

e præcedentia conſiliariorum magni conſilii ad conſiliarios parlamentorũ.

e officio præſidentium in camera computorum, & de aliis ſuperficiariis illius cameræ.

e ſecretariis principum, & graphariis ſupremarum curiarum.

De præfecto vrbis, ſeu præpoſito Pariſienſi.

e officio prætoris, & cui adaptari poſſit.

e præſidibus prouinciarum, & an adaptentur Balliuis & Seneſcallis Franciæ.

De gubernatore cancellariæ in Burgundia, & eius officio.

De grauariis, ſeu foreſtariis, & eorum officio & laude.

De granatariis habentibus iuriſdictionem circa diſtributionem ſalis, & eo abutentes.

De electorum regiorum officio ſeu dignitate.

erentes magiſtratum cæteris ſunt præferendi.

Dicta de Balliuis, ſeu Seneſcallis, habẽt locum in eorum locumtenentibus generalibus.

Quis præferri debeat, an locumtenens ciuilis, an criminalis.

Aſſeſſoribus qualis honor debeatur.

Aduocati in loco, vbi redditur iuriſdictio, ſecundo loco ſedere debent.

Officium aduocationis quadrupliciter laudatur, tum primo, quia eſt licitum.

Tum, quia eſt vtile.

Tum, quia eſt neceſſarium.

32 Tum etiam, quia meritorium.

33 Aduocatus fiſci inter cæteros aduocatos in auditorio iudiciali præferendus eſt.

34 Poſt aduocatum fiſci, procurator fiſci ſedere debet.

35 Receptores prouinciarum ante aduocatos ſimpliciter graduatos ſedere debẽt.

36 Inter alios aduocatos præferuntur habẽtes dignitatem.

37 Aduocatus minor ordine, ſed maior adminiſtratione in loco adminiſtrationis præfertur.

38 De controuerſia circa præcedentiam, ſeu præſidentiam, inter locumtenentes ſedis cancellariæ contractuum in Burgundia.

39 De contentione inter locumtenentes dictæ cancellariæ, & aduocatos fiſcales præſidatuum, ſeu balliuatuum.

40 De præſidentia locumtenentium dictæ cancellariæ & grauariorum, ſeu foreſtariorum.

41 In auditoriis iudicũ poſt officiarios principis, nobiles præferendi ſunt in ſedendo.

42 Examinatores, ſeu inquæſtores vbi ſedere debeant in auditoriis.

43 Aduocati non ſalariati, non debẽt præferri habentibus ſtipendia.

44 Inter aduocatos an præferatur, qui magis ornatus, & pro honore ſtatus melius indutus eſt.

45 Inter aduocatos præfertur filius aduocati fiſci.

46 Inter aduocatos ordo promotionis obſeruandus eſt.

47 Qui vita merito, nobilitate, aut ſcientia antecellit cæteris præferendus eſt.

48 Aduocati Doctores licentiatis, & licentiati baccalaureis præferuntur.

49 Aduocati ex pulchritudine laudari poſſunt.

**** 50 Gra-

50 Graphariis ſeu ſcribis cauſarum, ſeu actorum curiæ, commodus locus dandus eſt in auditorio iudicis, etiam cuiuſcunq; gradus.
51 Apparitores locum in auditorio deputatum & conuenientẽ habere debent.

OCTAVÆ PARTIS ARGVmenta, 50 conſiderationes continentis.

1 Quid ſit nobilitas.
2 De origine ſeu deriuatione nobilitatis.
3 Quid apud antiquos fuerit gentilitas, & quare nobiles dicantur gentiles homines.
4 De ſpeciebus nobilitatis.
5 Nobilitas vera, an ſit dabilis, & de numero commendabilium.
6 An ſit nobilitate generis intumeſcendũ, & inane gloriandum.
7 Inter plures eiuſdem qualitatis nobiles præferuntur.
8 Nobilitas cauſatur ex origine prædeceſſorum.
9 Ex ſapientia.
10 Ex ſcientia iuris ciuilis.
11 Ex iudicatura & officio principis.
12 Doctor dicitur nobilis.
13 Nobilitas cauſatur ex quacunq; virtute.
14 Ex quacunque dignitate.
15 Ex Ducatu, Comitatu, & Baronia.
16 Ex communi opinione.
17 Ex principis conceſſione.
18 Ex loco.
19 Ex adhærentia lateris principis & ſeruitio.
20 Ex vſu immemorialis temporis.
21 Ex matrimonio.
22 Ex diuitiis.
23 Ex adoptione.
24 Nobilitas tranſit in filios in infinitum.
25 Nobilitas cauſatur ex militia.
26 Nobilitas etiam depẽdet ex clericatura.
27 Nobiles ex multiplici ſpecie præferuntur nobilibus ex vna ſpecie tantum.
28 Nobiles ex ſapientia & virtutibus præferuntur nobilibus ex genere vel diuitiis.
29 Nobilitas virtutum præfertur nobilitati acquiſitæ ex dignitate.
30 Nobilitas animi præfertur.
31 Nobiles genere quomodo cæteris ſint præferendi.
32 Omnes virtutes pene nobilitati famulantur.
33 Nobiles in pœnis honorantur, & eis defertur.
34 Maior fides in promiſſis nobilium adhibetur.
35 Licitum & magis laudabile eſt nobili donare, quam alii.
36 In electionibus nobiles anteferuntur.
37 In teſtimoniis ferẽdis nobiles præferũtur.
38 Nobilitati defertur quoad honores, ſalutationem, & ſedis inter iudices aſſignationem.
39 Nobilitati in beneficiis eſt deferendum.
40 Nobilitati defertur in bonis, quia maior dos danda nobili.
41 Exceſſiua dos conſtituta per nobilem reducitur ad debitam menſuram, ſecus in plebeios.
42 In conſtituenda & reſtituenda dote furioſis nobiliores ſunt vocandi.
43 Nobiles nomina ſua in inſtrumentis ſolent facere apponi.
44 Nobili defertur in priuilegio condendi teſtamentum.
45 Nobilitati in hoc defertur, quod incola duarum ciuitatum tenetur ad munera impoſita per nobiliorem ciuitatem.
46 Nobilium appellatione Comites & Marchiones comprehenduntur, & quod Imperator ſe nobilem dicat.
47 Nobiles laudantur ex pluribus.

48 Ne-

obiles excuſantur à talliis collectis.
obiles diuerſarum regionum diuerſo modo laudari poſſunt, ſecundum diuerſos ritus eorum viuendi.
nus eſt magis nobilis, quam alius & diuerſi ſunt gradus nobilitatis.

NÆ PARTIS ARGVmenta, 48. conſid. complectentis.

uis præcedere debeat, an doctor, vel miles.
lura militum genera reperiuntur.
ter omnia exercitia mortalium nihil excellentius, nihil præclarius armata militia.
e militibus Chriſtianæ fidei, qui dicuntur milites Ieroſolymitani.
e aliis militibus, qui tẽplarii dicebãtur.
e militibus Alemanniæ, qui dicuntur milites Deiparæ Mariæ virginis.
e militibus in Hiſpania, qui vocantur ſancti Iacobi de Spata.
e militibus Calatrauenſibus, qui ſunt in Portugalia.
e militibus, qui ſunt in regno Caſtellæ, quos etiam inſtituit rex Aragoniæ.
e militibus ordinis ſancti Michaelis in Francia & aliorum ordinum.
e militib. armatæ militiæ, quib. dãda eſt ſumma laus, ſi habeant neceſſaria ad militiam.
uplex eſt militia armata, ſecularis ſcilicet, pedeſtris & equeſtris.
nter milites equeſtres ſunt multæ dignitates.
ocum tenentes regii in aliquo exercitu omnibus ſunt præferendi.
e contentione duorum Capitaneorum, quis illorum eſſet dignior.
dmirallus ſeu Comes maris, poſt Coneſtabilem præfertur.
e laude & præcedentia quatuor Mareſcallorum.
18 *De laude & honore Capitaneorum.*
19 *De 100. militib. nobilibus, & 200. ſagittariis cõmiſſis pro cuſtodia regis noſtri.*
20 *De primipilariis & præpoſitis laborũ, qui fortè portant ſtendardum.*
21 *De Mareſcallis hoſpitiorum, & epidemeticis, ſeu vulgo Forreriis.*
22 *De caſtrenſiariis militibus.*
23 *De militibus præſentialibus.*
24 *De circitoribus militibus.*
25 *Gloria militibus eſt exhortanda.*
26 *Milites laudantur ex cingulo eis impoſito per ducem exercitus.*
27 *Ex corpore bene diſpoſito.*
28 *Ex formoſitate & pulchritudine.*
29 *Ex audacia & terribilitate.*
30 *Ex latitudine pectoris.*
31 *In ſobrietate.*
32 *Ex paupertate.*
33 *In caſtitate.*
34 *Ex obedientia.*
35 *Ex ſcientia rei militaris.*
36 *Ex vigilantia.*
37 *Ex patientia.*
38 *In fortitudine.*
39 *Milites appetunt laudari, & prodeſt laus à duce prolata de eis.*
40 *Milites laudantur ex deuotione.*
41 *Ex fidelitate.*
42 *Ex perſeuerantia.*
43 *Ex charitate.*
44 *Ex ſapientia & conſilio.*
45 *Ex felicitate.*
46 *Ex multis miles conſequitur honorem in duello.*
47 *Milites armigeri excuſantur à collectis.*
48 *Milites & pugiles laudantur ex vulnerũ cicatricibus in prælio ſuſceptis.*

DECIMÆ PARTIS ARGVmenta, 56. conſid. comprehendentis.

INDEX

1 Scientia eſt de numero honorabilium, & literati ſunt honorandi.

2 Scientia laudatur, quia neceſſaria ratione perfectionis.

3 Item ratione illuſtrationis.

4 Item ratione appetitionis.

5 Item ratione fructificationis.

6 Item ratione vtilitatis.

7 Scientia vtilis eſt, quod probatur exemplis illorum, qui ex ea habiti ſunt in magno pretio & honore, & multa acquiſiuerunt.

8 Scientia eſt honorabilis & glorioſa.

9 De ſeptem artibus liberalibus, quæ ſint, & quare liberales dicantur.

10 Inter literatos præferuntur Theologi.

11 Item ratione certioris veritatis.

12 Item ratione dignitatis materiæ.

13 Item ratione potioris, nobilioris & ſtabilioris finis.

14 Item ratione vtilitatis.

15 Item ratione excellentioris doctoris.

16 Item ratione diſcipulatus perfectionis.

17 De excellentia iuris canonici, ex nouem rationibus.

18 An ius canonicum & ius ciuile ſcientiæ dici debeant.

19 De excellentia iuris ciuilis ad omnes alias ſcientias ex origine.

20 Ex effectu.

21 Ex fine.

22 De excellentia iuris ciuilis, ex eo, quod theologia eius patrocinio vtatur.

23 Quomodo ſcientia theologalis participet cum ſcientia legali & canonica.

24 Doctores iuris ciuilis ſunt multum honorandi.

25 De præcedentia Iuriſtarũ & Medicorũ.

26 Inter doctores eiuſdẽ ſcientiæ præferuntur actu legentes.

27 Præferũtur qui maiora ſtipendia habẽt.

28 Præferuntur qui libros compoſuerunt.

29 Doctor antiquior præfertur iuniori.

30 Doctor excellens, licet iunior, antiquiori non doctori præfertur.

31 Doctor creatus à maiori præfertur creato à minori.

32 Doctoratus in famoſiori vniuerſitate præferendus eſt, & de pluribus vniuerſitatibus.

33 Doctor habens plures gradus, præfertur.

34 Præfertur, qui primo licentiatus, & poſtea doctor, illi qui ſecundo licentiatus, & primo doctor effectus eſt.

35 Data paritate temporis & gradus inter doctores præferuntur diuites & nobiles.

36 Doctores in aſſumptione doctoratus honorantur pluribus inſigniis.

37 Doctor non tenetur ſemper vti doctoralibus inſigniis.

38 Vſurpans inſignia ſibi nõ debita, amplius illis vti non debet.

39 Inſignia doctoratus præſcribi poſſunt.

40 Iudex tenetur doctores ad ſe venientes inuitare ad ſedendum.

41 Doctores cõſiliarii principis nũcupantur.

42 De excellentia Philoſophi ad Medicum & Oratorem.

43 De excellentia Medici ad Philoſophum & Oratorem.

44 De excellentia Oratoris ad Medicum & Philoſophum.

45 De laude Poetarum.

46 De laude Hiſtoricorum.

47 De laude Grammaticorum.

48 De laude Dialecticorum.

49 De laude ſcientiarum Mathematicarũ, & Arithmeticæ.

50 De laude Geometriæ.

51 De laude Muſices.

52 De laude Aſtronomiæ ſeu Aſtrologiæ.

V N-

ECIMÆ PARTIS
gumenta, 53. conſiderationes
complectentis.

ra adminiſtratorum ciuitatum qualis eſſe debeat.

res ſunt ſtatus ſeu ordines hominum, quorum plebeii ſunt infimi, & ex his ſunt nouem modi.

chanicæ artis ſeptem ſunt ſpecies, ſeu ſeptem ſunt artes mechanicæ.

Maſculi in omni arte & ſtatu præferendi ſunt fœminis.

fenſores ciuitatum præferuntur cæteris ciuibus nõ habentibus maiorem dignitatem, aut maius officium.

Magiſtratus municipales præferuntur cæteris municipibus.

ui præſunt cognitioni vici, ſeu villæ vel caſtri, præferuntur cæteris.

ſt tales præferendi ſunt ſatrapæ, hoc eſt, ſapientes.

n ſolum ſapientes, ſed etiam quandoque imbecilles laudantur.

xorati præferuntur non vxoratis.

ut ciues præferũtur habentibus tantum incolatum, ita & Burgenſes.

bens liberos præfertur non habenti.

ter duos æquales, qui eſt in ſuo territorio, eſt maior altero.

uis ciuitatis ſupremæ, præfertur primario mediocris ciuitatis.

itimi plebeii præferuntur baſtardis, etiam ex nobili genere ortis.

ter plebeios vbi nulla eſt dignitas, patres ſunt præferendi filiis.

ter plebeios æqualis ſtatus ſenes præferendi ſunt iuuenibus.

ter plebeios præferuntur habentes aliquam ſcientiam, maxime legalem, & artem medicinæ.

ter plebeios præferuntur notarii & tabelliones.

20 *Inter plebeios præferuntur virtuoſi.*

21 *Inter omnes honorandus eſt, & laudandus, qui ab omnibus, & publico iudicio bonus & optimus iudicatur.*

22 *Inter plebeios præferri debent originarii cæteris peregrinis.*

23 *Præferendi ſunt, qui pulchra nomina habent.*

24 *Præferendi ſunt inter extraneos, qui non ſunt infamatæ nationis.*

25 *Præferendi ſunt, qui ex honeſtis parentibus orti ſunt.*

26 *Præferendi ſunt, qui ſunt magnæ authoritatis, ſeu poteſtatis.*

27 *Diuites præferuntur cæteris.*

28 *Præferendus eſt honeſtus inhoneſto.*

29 *Præferendus eſt vtilis inutili.*

30 *Præferuntur cæteris pulchriores.*

31 *Artificium quomodo mutet hominum conditionem, & quod potentius ſit officio.*

32 *Artificium eſt neceſſariũ in Republica.*

33 *Inter artificialia eſt contentio de nobilitate & excellentia.*

34 *Multi artifices priuilegiantur.*

35 *Inter plures artifices præferuntur, qui ſunt artifices principum.*

36 *Præferendi ſunt habentes officium in ſua arte.*

37 *De laude agricolarum, quorum plures ſunt ſpecies, & de priuilegiis eorum.*

38 *De laude argentariorum, ſeu aurifabrorum, & aliorum fabrorum in omni genere metallorum.*

39 *Inter artifices præferuntur librarii & impreſſores.*

40 *De laude alchimiſtarum, & an alchimia ſit licita.*

41 *De laude lanificum, qui ſunt in multiplici differentia, prout circa diuerſa lanificia verſantur.*

42 De laude fabrorum lignariorum.
43 De laude artificũ, qui circa lapides verſantur.
44 De laude artificum, qui circa colores verſantur.
45 De laude mercatorum, qui ſunt in multiplici differentia.
46 De laude hoſpitum, & multis priuilegiis eorum.
47 Quo loco ſit ponendus hoſpes in domo.
48 De laude medicinæ, nec non diuerſorum medicorum.
49 De laude venatorum.
50 An ſit licita venatio.
51 De laude piſcatorum, & an ſit licita piſcatura.
52 De laude artificum ludos exercentium.
53 De laude ſaltatorum.

DVODECIMÆ ET VLtimæ partis argumenta, 100. conſiderationes continentis.

1 De laude, excellẽtia, & dignitate diuina.
2 De excellentia Paradiſi cœleſtis.
3 De excellentia animæ & priuilegiis.
4 De excel. vnius paradiſi terreſtris inter alios.
5 De excel. vnius cœli ex duodecim.
6 De excel. vnius hierarchiæ ſupra alias.
7 De excel. ſtellarum fixarum ad planetas.
8 De excel. vnius ex planetis.
9 De excel. vnius ex circulis poſitis in 8. cœlo.
10 De excel. mundi.
11 De excel. vnius ſeculi inter alia.
12 De excel. vnius ex quatuor elementis.
13 De excel. vnius ex quatuor partib. terræ.
14 De excel. vnius ex ventis.
15 De excel. certarum Zonarũ cœli ad alias.
16 De excel. certorum climatum ad alia.
17 De excel. vnius ex tribus partibus orbis.
18 De aliquibus aquis, fluuiis, & fontibus.
19 De excel. aliquorum montium.
20 De excel. Chriſtianæ ſectæ ad alias.
21 De excel. vnius ſectæ Chriſtianitatis, ad alias.
22 De excel. vnius ex tribus linguis.
23 De excel. vnius modi cognoſcendi vires perfici.
24 De excel. vnius boni ad alia.
25 De excel. aliquarum virtutum ad alias.
26 De excel. veritatis ad omnes res mundi.
27 De excel. vnius ex præceptis diuinis.
28 De excel. vnius ex ſeptem beatitudinib.
29 De excel. vnius ex operib. miſericordiæ.
30 De excel. vnius ex donis Spiritus ſancti.
31 De excel. vnius ex ſacramentis.
32 De excel. vnius ordinis ad alios.
33 De excel. vnius viæ ad alias.
34 De excel. aliquarum diuinarum legum.
35 De excel. vnius ex gradibus prophetiæ.
36 De excel. vnius ex iuribus, nec nõ de excellẽtia vnius ex trib. præceptis iuris.
37 De excel. certorum numerorũ ad alios.
38 De excel. vnius temporis ad alia.
39 De excel. certorum annorum ad alios.
40 De excel. vnius ex quatuor temporibus anni.
41 De excel. vnius menſis ad alios.
42 De excel. certorum dierum ad alios.
43 De excel. aliquarum horarum ad alias.
44 De excel. aliquarum potentiarũ animæ.
45 De excel. aliquarum complexionum.
46 De aliquibus membris corporis humani.
47 De excel. ſanctitatis ad omnes res mũdi.
48 De excel. laboris.
49 De excel. ocii.
50 De excel. naturæ.
51 De excel. conſuetudinis.
52 De excel. fortunæ.
53 De excel. amoris.
54 De excel. pecuniæ.
55 De excel. vnius ex tribus modis regendi Rempu-

Rempublicam.
56 *De excel. aliquorum regnorum.*
57 *De excel. aliquarum inſularum.*
58 *De excel. aliquorum ducatuum, comitatuum, & principatuum.*
59 *De excel. unius ex duodecim tribubus Iſrael.*
60 *De excel. aliquarũ ciuitatum inter alias.*
61 *De excel. aliquarũ vrbium, ſeu oppidorũ.*
62 *De excel. quorundam templorum, ſeu eccleſiarum.*
63 *De excel. vnius capellæ inter alias.*
64 *De excel. vnius campanilis inter alia.*
65 *De excel. quorundã caſtrorũ inter alia.*
66 *De aliquibus theatris & amphitheatris.*
67 *De excel. certorum palatiorum.*
68 *De excel. murorum aliquarum ciuitatũ.*
69 *De excel. quorundam turrium.*
70 *De excel. aliquarum portarum.*
71 *De excel. aliquorum pontium.*
72 *De excel. aliquarum domorum.*
73 *De excel. aliquarum Bibliothecarum.*
74 *De Pyramidib. obeliſcis, & Labyrinthis.*
75 *De excel. aliquorum ſepulchrorum.*
76 *De excel. aliquorum hortorum.*
77 *De excel. aliquorum balneorum.*
78 *De excel. aliquorũ animaliũ terreſtrium.*
79 *De excel. quorundã animaliũ inſectorũ.*
80 *De excel. antiquarum auium.*
81 *De excel. aliquorum piſcium.*
82 *De excel. aliquorum ouorum.*
83 *De excel. aliquorum granorum.*
84 *De excel. aliquorum vinorum.*
85 *De excel. aliquarum carnium.*
86 *De excel. aliquorum caſeorum.*
87 *De excel. aliquorum oleorum.*
88 *De excel. aliquorum fructuum.*
89 *De excel. aliquarum ſyluarũ & arborũ.*
90 *De excel. aliquarum arborũ, & radicum.*
91 *De excel. aliquorum lapidum.*
92 *De excel. aliquarum gemmarum.*
93 *De excel. aliquorum colorum.*
94 *De excel. aliquorum florum odoriferorũ.*
95 *De excel. aliquorum ex metallis.*
96 *De excel. aliquarum veſtium.*
97 *De excel. paruarum rerum.*
98 *De rebus ſibi obuiantibus, quæ cedere debeant.*
99 *De excel. prioritatis tempore.*
100 *De excel. poſterioritatis.*

Indicis Argumentorum Finis.

PRIMA HVIVS OPERIS PARS, QVÆ TERMINOS DECLARAT ET DIFFINIT, ALIASQVE doctrinas ad præſentis materiæ cognitionem neceſſarias demonſtrat.

Octoginta Conſiderationes continet.

PRIMA conſideratio eſt de honore, cum ſecundum Beat. Tho. 2. 2.*q.* 103. honor teſtificationẽ quandam importet, de excellentia alicuius. Vnde homines, qui volunt honorari, teſtimonium ſuæ excellentiæ quærunt: & hoc eſt aut coram Deo, aut coram hominibus. Et hoc caſu vltimo teſtimonium non poteſt aliquis ferre, niſi per aliqua ſigna exteriora, vel verborum, vel factorum, vel rerum, de quibus ſingulariter in ſuis locis dicemus. Et ex his dicit Anton. Florent. *in ſua Sum. in* 4 *part. tit.* 5. *cap.* 10. §. 1. quòd honor conſiſtit in ſignis exterioribus. Et, ſecundum Philoſ. 4 *Ethic.* honor eſt maximum bonorum exteriorum. Et, ſecundum eundem 2. *Ethic.* honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis: vt ibi dicit Anton. Florent. facit tex. in *l ſi honore. ff. de mun. & honor. alleg. per Barb. in addi. ad Bal. in cap.* 1. *de feudis datis minimis valuaſ. in vſibus feudor.* Sed eſt error in illa apoſtilla; quia voluit alleg. *l. honor.* quæ infra alleg. *Ariſt. lib.* 1. *Rhet.* Honor eſt benefactiuæ gratię indicium, vel etiam eſt cuiuslibet virtutis præmium, ſecundum eundem 8. *Ethic.* & ſecundum Tho. 2. 2. *q.* 128. *artic.* 4. *& quol.* 131. & Luc. de Penna *in l.* 1. *C. de veteranis. lib.* 12. vbi dicit etiã, quod honor eſt adminiſtratio reip. cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine ſumptu. *l. honor. ff. de mun. & hon. in princ.* Not. Io. de Plat. poſt gloſ. 1. *in l. ſicut. C. eod. lib.* 10. & ibi dicit tex. *in d. l. hon.* quod honor municipalis eſt Reip. adminiſtratio cũ dignitatis gradu, ſicut cum ſumptu, ſiue ſine erogatione contingens. Vel etiam honor eſt proprie reuerentia & dignitas, quæ quauis ex cauſa exhibetur. Vnde Virg. *Haud equidem tali me dignor honore.* Et ideo dicitur dignitas, vt dicit Cicero *lib.* 1. *ad Cæſar. iun.* Tu cũ ea quæ es è ſenatu ſummo cum honore conſecutus. facit *l. decurionatus. ff. de vac. mun.* Et honor adminiſtratio magiſtratus dicitur; vnde conſulatus & prætura honores dicuntur, & ius honorarium ius prætoris, *vt* l. curiales qui honorariã. C. decur. lib. 10. *& in Auth. vt ordinaria præfectura. per totum. coll.* 5. & Ouid. lib. 1. Faſt. *Verbaq; honoratus libera prætor habet.* Quandoque etiam dicitur pulchritudo. Virg. *Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorem.* & alibi idem. *Et lætos oculis afflarat honores.* Aliquando pro præmio. Vnde idem Virgil. *Ipſis præcipue ductoribus addit honores.* Et ſic aliquando pro donatione vel remuneratione, vt habetur *in l. ſi mandauero. in princip. ff. mandati.* Et quandoque exponitur honor, id eſt, ſalarium. *l.* 1. §. *proinde. ff. de var. & extraor. cogn.* & inde dicitur honorarium, *eadem l.* 1. §. 1. *& §. in honorariis. & in l.* 1. *ſi menſor falſum modum dix. & in l. properandum. §. in honorariis. C. de iudic.*

Quandoque ponitur pro ſepultura, vt Virg. *Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes.* Aliquando pro obſeruantia, & cultu, vt apud eundem Virg. *Semper honore meo ſemper celebrabere donis.* Aliquando pro pudicitia, vt ibi: *Et rapti Ganymedis honores.* Aliquando pro amore, vt apud Ouid. *Per ſi quis amatæ tangit honos animum.* Et ex hoc deſcendunt honorarium, honoraria, honorus, honora, honorum, honoro, honoras, honorificus, honorifico, honorificentia, honorabile, & honeſtus: de quibus per Calepinum *in ſuo Dictionario, in verbo, honor, & honos,* quæ cum non ſint ad propoſitum noſtrum ſeu materiæ noſtræ, ad ibi dicta me remitto. Et, vt dicit Ant. Florent. *vbi ſupra.* Reuerentia eſt idem, quod honor, ſed ex vna parte eſt principium motiuum ad honorandum, in quantum ſcilicet aliquis ex reuerentia, quam habet ad aliquem, honorat. Ex alia verò parte eſt finis honoris, in quantum ſcilicet quis ad hoc honoratur, vt in reuerentia ab aliis habeatur. Proprie tamen honor eſt in ſe ab aliis, & eſt quædam præſtatio alicuius præeminentiæ in aliqua exhibitione illi, qui honoratur. Et, vt dicit Aug. *lib. 5. De ciu. Dei.* Honorem non debet ſequi virtus, ſed virtutem honor. Et iſtud bonum honoris, & gloriæ multum appetitur. Vnde *Aug. De ciuit. Dei.* allegans Cicero. *in 1. Offic.* Honos alit artes, omneſque incendimur ad ſtudia gloria. De quo Floren. *in ſua Sum. par. 1. tit. 7. cap. 3. §. 1. in medio, ibi, bonum honoris,* & ſtatim dicam amplius.

SEcunda conſideratio. Honor cunctis rebus præferendus eſt. l. Iulianus. vbi not. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſta. quã ad hoc alleg. do. meus Iaſ. *in l. reprehendenda. vbi illud idem not. C. de inſtit. & ſubſtit. in 3. not. Barb. in conſil. 47. col. 19. in 1. vol.* & dicit Bal. *in c. 1. de bon. & vit. cle.* quod honor non poteſt nummario pretio ęſtimari. & idem Bald. *in c. ex tenore. in 2. col. de app.* Vnde quod plus eſt, honor affert vtilitatem. *l. ſi longius. in fi. ff. de iudic.* Et vbicunque eſt quæſtio honoris, dicitur eſſe, ardua cauſa, per tex. in ratione ſui, *in l. ſi inimicitiæ. in fin. ff. de his, quib. vt indign.* In tantum, quod pro tuitione & defenſione honoris eſt permiſſum duellum de iure, prout tenet Bal. *in cap. 1. circa princ. 5. col. de pace tenenda. in vſibus feud.* Vnde dicit tex. *in l. miles. §. ſocer. ff. de adulter.* Verecundum eſſe honorem ſuum inultum relinquere. Et dixi *in comment. noſtris ſuper conſuetud. ducatus Burgundiæ, in tit. des iuſtices. §. 5. in gloſſ. ſil n' a grace. num. 165.* Et dicit tex. *in can. nolo. 12. quæſt.* quod is crudelis eſt, qui famam ſuam negligit. Et adeo honor & honeſtas in pretio habendi ſunt, vt pari paſſu cum vita ambulent. l. iuſta. ff. de manumiſ. vind. Faciunt quæ dicit idẽ d. meus Iaſ. *in repet. l. admonendi. in 95. colum. ver. tertio ex prædicta concluſione. ff. de iureiuran.* vbi ſatis ample commendatur fama, ex qua quis conſequitur honorem. Inde eſt, quod id, quod non prodeſt fieri non ſeruato honore, fieri non poteſt. *tex. in l. in eadem cauſa. ff. ex quibus cau. mai.* Notat plene Pet. Geraldi *in ſuis ſingul. ſingul.* 82. Et de honoris commendatione vide per Bonum de Curtili *in ſuo tract. nobilitatis. in 2. part. num. 42. vſque ad num.* 48. Dicit tamen Felin. *in rubr. de ma. & obed.* quod non dicitur pati præiudicium de reditibus, cui alius præfertur, *per cap. cum olim. extra de conſuetud.* & dicit Bart. *in conſil. 29. in 11. colum. in 1. volum.* quod intereſſe huiuſmodi eſt minus omni alio intereſſe. Et etiam apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio approbantur. 2. 3. *q.* 4. *cap. ſicut excellentiam, circa med. &* 40. *diſtin. c. non loca.* quia non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei, *extra de temp. or. cap. ad aures.* Et non qui maior eſt, ſanctior eſt, ſed qui ſanctior eſt, maior eſt. 40. *diſtin. cap. multi. Alb. de Roſa. in l. nemo. C. de offic. magiſtri milit.* & Lucas de Penna *in l. 1. C. de præpoſiti ſacri cubiculi. lib. 12.*

Quicquid ſit, teneas, quod intereſſe honoris eſt maius omni alio intereſſe. Nam, vt dicit Cicero *de amicitia,* Vbi enim iſtum inuenies, qui honorem amici anteponat ſuo? &, vt ait Ariſtot. *lib. Oeconom.* Multo grauius fert aliquis, ſi honore ſuo priuetur, quam ſi bona ſua ei auferãtur, & huiuſmodi honores terreni plus cupiuntur, quã cœleſtes, *ext. de renun. cap. niſi. §. pro graui.* Luc. de Penna *in l. filios. C. de decu. lib.* 10. imo, vt dicit idem Luc. de Pen-

na in

na *in l.fin. C.de loc.prad.ciuit.in* 8.*&* 9.*colum.lib.* 11. quod honor publicus publico commodo præferendus eſt.Imo etiam pro honore iudicii, ſeu corũ, quæ aguntur in iudicio, iniquitas toleratur: & ſic pro honore principis pôt tolerari iniquitas,prout ibi dicit idem Lucas.

Et pro honore ſuſtinendo etiam agendum eſt actione iniuriarum,vt dicit Bald.*in l. obſeruare.* §. *antequam.ff. de offic.proconſ.* & dixi ample *in commentariis noſtris ſuper conſuetud. ducatus Burgund. in tit. de feud.* §.4. *in gloſſ.*1.*in ver. aduerte ad illud.cum ſequen.& in tit.des enfans plusieurs lictz.*§.4.*in gloſſ.*1.*ver.qui dicantur.* Imo,vt dictum eſt, poteſt reſiſti armata manu. Imo etiam alium occidere prout pro defenſione corporis: vt tenet Petrus Geraldi *in ſuis ſingularibus,ſingul.* 33. quem vide. Aduerte, quod etiam non adminiſtrans honorem cui debetur, puniendus eſt. vt ſunt text. ad literam *in l ſinguli.& in l.ſciant.C.de offic.diuer.iudic.*vide *in proxima parte, in conſideratione* 37.

TErtia conſideratio. Virtutis vberrimum alimentum eſt honor, vt ait Valer. *lib.*2. *de inſtitutis antiquis.* & facit text. *in* §.*cumque.&* §.*fin. in proœm. Inſt.* ideo dicit Ariſt. honorem eſſe reuerentiam, & dignitatis collationem, quæ datur in teſtimonium virtutis, & dicit Ariſt. 8. *Ethic.* quod honor eſt præmium virtutis.& *in* 4.*Ethic.* dicit,quod virtuti perfectæ non fiet vtique dignus honor. Luc.de Penna *in l. per ſingulas. C. de decur. lib.*10. Præmia autem honoris ponit Plutar.*in ſua Polit.* & Textor *in ſua officina. in c.pramia virtutis; & doctrina. f.*114. de quibus alibi dicam. duo tamen elementa virtutum eſſe reor, honoris ſpem, & pœnæ metum. Illa quippe ad honeſta ſtudia alacriores reddit, hic deprauatos impetus hebeſcere cogit, tardioresq; facit ad ea, quæ à rationis libra viſuntur ſemota. His ad terrorem increſcentis audaciæ,pœnarum genera octo legibus ſanciri M. Tullius ſcribit, damnum, vincula, verbera, talionem,ignominiam, exilium,mortem,ſeruitutem. Et vide *infra in hac parte.in* 5.*&* 64. *conſideratione.*

Differunt tamen honor,& reuerẽtia,cum reuerentia ex vna parte ſit principium motiuum ad honorandum, in quantum ſcil. aliquis ex reuerentia, quam habet ad aliquem, eum honorat. Ex alia vero parte eſt finis honoris, in quantum ſcil. quis ad hoc honoratur, vt in reuerentia ab aliis habeatur.Honor ergo, vt dictum eſt, & exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis, ſecundum Philoſophum 2.*Ethic.*reuereri eſt actus timoris.ita dicit Anton. Flor.*in* 4.*parte ſua Summe.tit.*5.§.1. *dixi ante in prima conſideratione, & dicturus ſum infra ample de reuerentia in hac parte, in* 71.*conſideratione.*

Et etiam differt honor à laude, quia honor eſt propter ſe & in ſe, ſed laus ordinatur ad aliud. Ideo honor eſt excellentior laude, vt dicit S. Thom. *in expoſitione ſuper Pſalterium, Pſal.* 40.*col.*7. *& in expoſitione eius ſuper libros de anima. Et* 2.2.*q.*103.1.*diſtin.ſupra num.*3.*&* 3.*diſtin. quaſt.* 1.*art.*2. & vt dicit idem Thom.2.2. *quolib.*1. Sed honor eſt teſtimonium excellẽtiæ, quæ eſt in homine, ſed maxime ſecundum virtutem, ideo ſecundum virtutẽ & dignitatẽ dantur honores,nec indignis debent dari,cum,vt dicit Ariſtot.4.*Ethic.* Prauus honore non eſt dignus, & conuerſus in tyrann. tendet ad noxã.*c.licet.*45.*diſtin.* Lucas de Pen. *in d.l. per ſingulas. in fi. C.de decur. lib.*10.*& in l.*1. *C.de veter. lib.*12. *& in l.*2.*in* 4.*col.C.de dig.lib.*12.

QVarta conſideratio. Cum honorẽ conferre principis ſit, *l.*3.*C.de conſulib.& non ſpargendis. lib.*12.ideo honorandus eſt, quem princeps honorat. tex.*in l.reſtituenda. in fi.C.de aduo.diuer.iud.* facit tex.*in l.*1.*ff.de albo ſcribendo. ibi; nomina ante ſcribi oportet.qui dignitatem principis iudicio ſunt conſecuti.* hinc dicit gloſſ.*in cap. qui autem.in verb.dignus.*17.*quaſt.*3. quod quem princeps iudicat dignum, & nos iudicamus. alleg. *c.*1.94.*diſtin. & ff. de re iud. l.quidam.*facit tex.*in l.*1.§.*his cunabilis. ibi; credidit eum princeps. ff.de offic.prafect.prat.*

Sic etiam dicitur, quem Papa approbat, nemo improbare poteſt. *c.hac eſt fides.* 24.*q.*1. *& ibi notat gloſ.& c.vina.*35.*quaſt.*9.*in ver.nolite.* nam nullus debet eſſe tantæ ſuperbiæ faſtigio tumidus, vt regalem ſenſum contemnat. *l.ſi imperialis. C. de legib.* & ſacrilegii inſtar eſt, diuinis ſuper quibuſdam adminiſtrationibus, vel dignitatibus promulgandis obuiare benefi-

Digitized by Google

beneficiis, vt eſt tex. *in l. ſacrilegii inſtar. Cod. de diuer. reſcriptis. l. lege repetita. C. de ero. mil. annonæ. lib. 12. & in l. fin. C. de priuilegiis eorum, qui in ſacro palatio militant. & l. 1. C. vt dignitatum ordo ſeruetur. & d. l. Imperator. in l. 1. C. de domeſticis, & protect. lib. 12.* quod pœna ſacrilegii eſt, ſi his honorificentia non deferatur, quæ contingere noſtram purpuram digni ſunt æſtimati. ita dicit & tenet Bart. Veron. *in ſuo tract. de imp. eligen. in verb. pro imperat. in 2. colum.*

QVinta conſideratio. Ad honorem peruenitur multis aliis de cauſis. Primo deuenitur ad honorem ex virtute, quoniam, vt dicit Ariſt. 8. *Ethic.* honor eſt præmium virtutis. & 3. *Ethic.* dicit: *Virtuti perfectæ non fit condignus honor.* & 4. *Ethic.* dicit: *ſecundum veritatem ſolus virtuoſus eſt honorandus.* vt ait Auguſtin. *de ciuit. Dei.* antiquitus Romani colebant virtutem & honorem pro diis; vnde duo templa conſtruxerunt, ſic ſita: quod nullus intrare poterat templum honoris, niſi prius pertranſiſſet templum virtutis. Ad ſignandum, quod nullus honoraretur, niſi meruiſſet honorem aliqua virtute, dicam infra de huiuſmodi virtute in hac parte *in 62. conſid.* Et ſicut etiam recitat Textor *in ſua officina. cap. de Deis.* Veteres honorem in numero Deorum aſcripſerunt, & eidem templum dicauerunt, *authore Plinio.*

Secundo quis honoratur propter imaginem Dei, ſecundum quam creatus eſt. Sic homines honorandi ſunt, & quibuſcunque rebus digniores ſunt: ideo homo dignitatem primam inter cæteras creaturas obtinet. *l. iuſtiſsime. in princ. iuncta gloſſ. in verbo, dignitatem. ff. de ædil. edict.* & eius gratia omnia inuenta ſunt. *l. in pecudum. ff. de vſur.* vnde etiam 1. Pet. 2. *Omnes honorate.* & de hoc honore dicam *in ſecunda parte, per totum.*

Tertio quis honorandus eſt propter diuinam maieſtatem, & æternam gloriam, vt eſt Deus, & ſancti eius, & de his dicam *infra in tertia parte.*

Quarto quis eſt honorandus propter eius dignitatem, vt ſunt principes, prælati, & habentes officia & dignitates à principe. & de his dicam *in 4. 5. 6. & 7. partibus huius lib.* vbi ponam de principibus, prælatis, & aliis officiis eccleſiaſticis & temporalibus. & dicitur 1. Pet. 2. *Regem honorificate.*

Quinto honorandi ſunt ſeniores propter antiquitatem, vt habetur Leuitici 19. *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam eius.* de quo infra dicam 11. *parte, in 17. conſideratione.*

Sexto honorandi ſunt aliqui propter miniſterium, quod habent, vt ſunt ſacerdotes, & religioſi; quia miniſtri Chriſti ſunt. de quibus infra dicam *in 4. part. in princ. 2. 3. 4. 5. & 6. conſiderationib.*

Septimo honorandus eſt quis propter maiorem locum, quem habet in ciuitate, & plus poteſt prodeſſe communitati, quam alius. de quo infra dicam *in 11. parte, in 5. conſideratione.* Et ponitur *in ſermone diſcipuli* 28. vbi ponit cauſas, quare quis ſit honorandus.

Octauo, vt dicitur ibi, quis honorandus eſt propter participationem diuinæ dignitatis, quoniam, vt dicit, ſic honorandi ſunt parentes; quia repræſentant Dei honorem, & dignitatem eius, qui eſt pater omnium, & à quo ſunt omnia. vnde, vt dicitur, parentes ſunt honorandi, vt habetur Exodi 20. *Honora patrem & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram.* de quibus infra dicam *in 11. parte, 16. conſiderat.*

SExta conſideratio. Secundum Ant. Flor. *in ſua Sum. 4. part. tit. 5. c. 11. §. 2.* diuerſa genera perſonarum in ſcriptura ſacra mandantur honorari. Primo enim (vt dicit) rectores. Eccleſ. 10. *In medio fratrum rector eorum in honore, & multo magis prælati Eccleſiæ, quam ſeculares perſonæ.* 1. ad Timoth. 5. *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore ſunt digni,* argum. ad hoc 96. *diſt. cap. duo ſunt.* Maxime qui in verbo laborant, vt dicit Pet. Abbas Cluniac. *in 1. lib. epig.* vbi dicit, quod eſt honor, qui tantum creatori debetur, vt honor, qui creaturæ impenditur, & quem ſibi inuicem rationabilis creatura exhibere debet.

Secundo, vt dicitur, ſunt honorandi deuoti viri, hoc fit propter inhabitantem Spiritum ſanctũ, ſicut capſella propter reliquias. Et propter hoc Thobias fuit honoratus à rege Salmanaſar.

Tertio honorandi ſunt ſacerdotes. Eccl. 7

Honori-

Digitized by Google

Honorifica ſacerdotes. 6. q. 1. c. ſacerdotes. Exemplo B. Martini præferentis ſacerdotem Imperatori. reliqui etiam miniſtri ſunt honorandi ſecundum gradum ordinis, 93. *diſt.* dixi ante, & dicam *infra in* 4. *parte.*

Quarto dicitur, honorandi ſunt medici. Eccl. 33. *Honora medicum.* Et ſi corporum, vt dicit, multo magis animarum, cum Confeſſores dicantur medici animarum. *c. cum infirmitas. extra de pœn. & remiſſ.*

Quinto honorandi ſunt dono ſapientiæ præditi. Sapient. 8. *Propter hanc, ſcilicet ſapientiam, habebo honorem apud ſeniores.* Propter hoc Ioſeph à Pharaone, Daniel à Nabuchodonoſore honorati fuere. dicam *infra in* 10. *parte.* vbi ample de viris literatis, & ſapiẽtibus.

Sexto à ſuperioribus ad aliqua officia exercenda, vt oratores, & legati, & vicarii principum, ad Phil. 2. *Eum cum omni honore habetote.* & loquitur de Epaphrodito miſſo ab eo ad eos: quod quomodo fit, vide Bart. Cepollam *in tract. ſuo de impe. militum eligendo. in verb. pro imperatore.* 3. *&* 4. *colum.* & dicam *infra in* 7. *part. in* 10. *conſid.* vbi loquar de locum tenentibus regiis. Vnde quia miſſi à Nabuchodon. reuerſi ſunt ſine honore, turbatus eſt contra illos de Ieruſalem, vt habetur *Iud. c.* 1. & vt habetur 2. *Paralip.* 36. quia illi ſubſannabant nuncios Dei, & paruipendebant ſermones eius, illudebantque Prophetis, ideo aſcendit furor Domini in eos.

Septimo honorandi ſunt religioſi. Aug. in regula: *Honorate Deum in vobis inuicem, cuius templa facti eſtis.* Templum materiale honoratur, quaſi Deo dicatum: quanto magis rationale dicatum Deo per votum religionis. vt dixi *ſupra in conſideratione præcedenti, ibi: ſexto honorandi.*

Octauo, vt dicitur, honorandi ſunt ſenes, vt etiam dixi ante *in præcedenti conſideratione, ver. 5. honorandi ſunt ſeniores.* & habetur Eccleſ. 14. *Honora perſonam ſenis.* Similiter & priores in ordine, ſicut antiquitus primogeniti, ſicut Iacob à Pharaone.

Nono omnes vniuerſaliter inuicem. Roman. 12. *Honore inuicem præuenientes,* quoniam, vt ait Ariſtot. 6. Topicor. *Omnes honorem appetunt.* & 1. Pet. 1. ſcribitur: *Omnes honorate.*

Decimo tu adde, quod etiam medici ſunt honorandi, vt habetur Eccleſ. 38. *Honora medicum, cum propter neceſſitatem creauerit eum Dominus.* dicam *infra in* 10. *parte,* vbi deſcribam de ſcientia medicinæ.

Vndecimo honorandus eſt Deus Prou. 3. & Pſalm. 28. 1. Reg. 2. imo habetur 1. ad Tim. 1. *Soli Deo honor, & gloria.* & Deuter. 6. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et honora Dominum de tua ſubſtantia.* Et, *gloriam meam alteri non dabo.* Eccleſ. 7. *Honora Deum ex tota anima tua.* & dicturus ſum infra ample *in* 3. *part. in* 1. 2. *&* 3. *conſiderat. & in vltima parte, in prima conſiderat.*

Duodecimo honorandus eſt maritus ab vxore, Eſter. 1. *Vxores deferant maritis ſuis honorem.* quia maior dignitas eſt in ſexu virili *l.* 1. *ff. de ſenat.* Inde vxor Philonis Philoſophi in cœtu matronarum interrogata, cur coronam auream ſicut cæteræ non ferret, reſpondit: quod vxor ſatis habet ornamenti, viri virtutem, & honorem.

Decimotertio ſeruus debet honorare dominum ſuum, *Malachiæ* 2. dicam etiam *infra in* 11. *parte.*

Decimoquarto, honor debetur operantibus bonum *ad Rom.* 2.

Item, *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Exod. 20. Deut. 6. Matth. 15. & Marc. 7. Eccl. 7. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris.* De quo Anton. *in d. ſua ſum. in* 4. *part. tit.* 5. *cap.* 9. & Bernard. de Buſtis *in* 1. *part. ſui Roſarii ſerm.* 20. *in litera L.* de quo *infra in* 11. *part. in* 16. *conſiderat. & ſupra in præcedenti conſiderat. in fin.*

SEptima conſideratio. Subditi tenentur præſtare ſeruitium, honorem, & reuerentiam domino. *l.* 1. *C. de off. præfect. vigil. l. potiores. C. de off. rect. prouin.* Bald. *in l. cum plures. C. de cond. inſt.* dixi *in Commentariis noſtris ſuper conſ. ducatus Burgun. in tit. des fiedz.* §. *Le vaſſal. in gl.* 1. *quaſi per totum.* Quibus autem cauſis homines ſubiiciantur aliis, ponit Lucas de Pen. *in l. vnic. C. de magiſtris ſcriniorum lib.* 12

OCtaua conſideratio. Honor debetur omnibus prælatis & ſuperioribus ratione ex-

ne excellentiæ. Cultus autem conſiſtens in obſequio obedientiæ & beneficii, ratione gubernationis, etiam debetur prælatis ex debito legali. Aliis autem in dignitatibus conſtitutis ex debito morali, vt ample declarat S. Thom. 2.2.q.c.2.1.*diſtinct.ſupra ſecundum num.* & vt ibi dicit 2.*diſtinct.ſupra tertium num.* Honor debetur conſtitutis in dignitatibus ratione excellẽtiæ; timor autem ratione poteſtatis; obedientia vero, & tributum, ratione gubernationis. Et ille honor, qui debetur ratione excellentiæ, eſt diuerſus ſecundum diuerſitatem excellentię. idem S. Thom. 2.2.q.81.4.*diſtin.per tot.* & idem alio modo proſequitur, quomodo quis honoratur: quod dicit fieri quadrupliciter, ſcilicet propter virtutem propriam, vt virtuoſi: vel propter virtutem alterius, ſcilicet Dei, vel Comitis: vt ſuperioris: vel propter ſignum virtutis, vt ſenes: vel propter participationem diuinæ bonitatis, vt domini & parentis. ita dicit 2.2.q.63.3.*diſt.per tot.*

Et tamen conditione inferiores debent præſtare honorem ſuperioribus, vt ſi ſuperiores id, quod debent, non impendunt inferioribus, inferiores eis debitam obedientiam non impendant. Fruſtra enim exigit debitum, qui quod debet non impendit, *arg.c.eſto.95.diſtin.2.2.q.5.c.de forma.* ita dicit Ioan. de Turrecrem.*in c.cum beatus.45.diſtinct.*

NOna conſideratio; Honores ſunt æqualiter diſtribuendi. *l. & cum.* §.*præſes.ff.de mun.& hon.* & etiam gradatim ſunt conferẽdi.*l.vt gradatim.ff.de mun.& hon.* & non maiorem honorem, niſi prius minorem ſuſceperit, gerere poteſt, *l. honor.* §.*gerendorum.ff.de mun.& hon.* Per gradus enim eſt ad ordines aſcendendum. *c.ſicut.48.diſtin.* caſum enim appetit, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum. non autem deſcendendum eſt, *d.nulli.C.de numerariis.* vbi Lucas de Pen.*lib.12.* In ſingulis autem gradibus ordinum, & honoribus conferendis interſtitia ſunt ſeruanda.*c.in ſingulis 77.diſt.& c.ſequen.& in C.de muneribus non continuandis.lib.10.* Et genus humanum quidem conſiſtere non poſſet, niſi quidam maiores exiſterent.*c.ad hoc.89.diſtin.* ſicut etiam in anglis.*d.c.ad hoc.* & notatur *in c.de Conſtantinopolitana.22.diſtinct.in fin.* & gradus diuerſi, & ſtatus in Eccleſia conſeruant Eccleſiæ vnitatem.*d.c.ad hoc.* & hoc plene tractat Ambr.*in 3.de off.cap.4.* ſine tamen ſuffragatione temporis, aut merito laboris ad mundi honoris indignum eſt perueniri.*c.miramur.ante fin.61.diſt.*

DEcima conſideratio. Diuerſis & variis modis honorandi ſunt homines. Primus modus eſt, diligenter præſtare auditum loquentibus. vnde Sapientiæ 8. dicitur: *Loquente me reſpiciant.* Secundus eſt, loqui reuerenter. Eccleſ.5. *Honor eſt in ſermone ſenſati.* Tertius eſt, aſſurgere venienti. Leuit.19. *Coram cano capite conſurge.* Vnde iudices debent aduocatos in Conſiſtorio, & Adiutorio recipere, & reuerentiam cum ſalutatione deferre, & ſedendi locum tribuere.*l.fin.C.de offic.diuer.iud.* Et obſequium eſt in aſſurgendo, vt notatur *in l.ſi non ſortem.*§.*libertos.in gloſſ.magna.ff.de cond.ind.& in l.etiam.2.C.de obſeq.patro.præſtan.* Vnde refert Aul. Gellius *noct.Atticarum.lib.6.cap.9.* quod Cn. Flauius Annii filius dicitur ad collegium veniſſe viſere ægrotum, & in cõclaue poſtquam introiuit, adoleſcentes ibi complures nobiles ſedebant: ii contemnentes eum (forte quia patre libertino natus, aut quia ſcriba fuiſſet) aſſurgere nemo ei voluit. Cn. Flauius Annii filius ædilis id arriſit. Sellam curulem iuſſit ibi afferri: eam in limine appoſuit, ne quis illorũ exire poſſet, vtique ii omnes inuiti viderent ſeſe in ſella curuli ſedentem. Et Imperator Antoninus Auguſtus cognomento Pius à præfectis prætorio ſalutatus paululum eis aſſurgit, vt *in l.1.C.de ſent.paſſ.* Et reges epiſcopis aſſurgere debent. *c.ſolitæ.de ma.& ob.* vbi eſt tex. Quartus eſt, decenter aſſurgere ſedenti. Eſaiæ 6. *Vidi Dominum ſedentem, & poſtea Seraphin ſtabant, &c.* Quintus comitari incedentem. 2. Regum 15. *Vniuerſi ſerui eius ambulabant iuxta eum, ſcilicet Dauid, imitantes eum cum fugeret de Ieruſalem à facie Abſalonis.* Virg. *Ipſe vno graditur comitatus Achate.* & ibi: *magna comitante caterua.* Idem eſt in his, de quibus Cic *in*

Digitized by Google

Cat. ait: *Hæc enim ipſa honorabilia, quæ videntur leuia atque communia, ſalutaria appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci conſuli.* Item in lib. de Oratore: *Cumque maior natu, & conſularis Sergium Galba aſſectaretur.* Et Gellius lib. 2. cap. 14. *Scriptum eſt in antiquitatibus, vt à conuiuio ſeniores à minoribus domum reducerentur, eumque morem Romanos accepiſſe à Lacedæmoniis traditum eſt, qui Lycurgi legibus vterentur.* Sextus inſignis humiliationis, vt inclinationibus & huiuſmodi. Eccleſ. 3. *Ab hominibus honoratur, ſcilicet Deus.* Septimus in exhibitione ſeruitiorum, vt lotione pedum & manuum, & huiuſmodi. Eccleſ. 3. *Qui timet Deum, honorat parentes.* Hæc allegatio ad iſtud propoſitum non videtur aliquid facere: quicquid dicat Anton. Flor. ſed melius dictum eſt hic ante *in 6. conſiderat.* Sed mos lauandi pedes tam inter ſacerdotes, quam laicos, fluxit ab inſtituto Chriſti, *vt habetur Ioan. 13. de quo Polydo. de inuentoribus rerum lib. 4. cap.* 10. Octauus in rerum honorabilium collatione, vt honorabilius ferculum, & huiuſmodi. vnde *Num.* 24. dicit Balach Balaam: *Deuoueram te honorare, ſcilicet muneribus, ſed & Deus priuauit te honore.* Nonus in propriæ magnificentiæ depoſitione, vt depoſitio caputii, & huiuſmodi. Apocal. 4. *Cum gloriam & honorem darent illa quatuor animalia ſedenti ſuper thronum, & viginti quatuor ſeniores deponebant coronas, &c.* Magiſtratibus vero, & aliis potentioribus caput aperimus, tanquam omnia noſtra illis parere debent, ait Plutarch. Hinc haud dubie nobis mos eſt, & orare nudo capite, & ſuperiores reuereri. Quod de oratione dicitur, vt habetur 1. ad Corinth. 11. *Omnis vir orans velato capite, deturpat caput ſuum.* licet ſecus de muliere, vt ibi. Decimus eſt in alterius præpoſitione, in deſcendendo, in ſedendo, in loquendo: de quibus ſingulis ſtatim amplius dicam. Et hos decem modos honorandi ponit Anto. Flor. *in ſua Sum. in 4. part. tit. 5. §. 2. in fin.*

VNdecima conſideratio. Alii modi honorandi aliquem ponuntur per Doct. noſtros per diuerſa ſigna, quibus cognoſci poteſt, quod honor adhibetur, & aliqua ponit Fel. *in rubric. de mat. & obed.* vbi primo dicit, quod inter alia ſigna honoris eſt, quod quis ſedeat. Quoniam qui ſedet, dicitur magis honorari, quam ſtans. Bald. *in l. quoties. C. vbi ſenatores, vel clariſſ.* per illum text. *in ver. ſedendi quoque, in alia parte.* vbi vir in dignitate conſtitutus litigans coram iudice, non debet ſtare, ſed ſedere paulo inferius. & arguit Bal. ad Epiſcopum accuſatum, qui non debet ſtare coram iudice, ſed ſedere: quod tamen videtur eſſe intelligendum, dum eorum cauſa non agitatur. alias ſecus, ſecũdum gl. ibi *in d. verbo, ſedendi.* & etiam qui recumbit, maior eſt quam qui miniſtrat *Luc.* 22. Secundo dicitur maior, & honoratur, qui ſedet à dextris. Bar. *in l. decernimus in 3. not. C. de ſacroſ. eccl. gl. in c. quam periculoſum 7. q. 1.* Facit ad hoc illud quod dicitur in Euangel. *Vnum à dextris, & alium à ſiniſtris.* & eſt text. *in cap. ſoluta. in ver. hoc autem ſi prudenter. Ibi; in ſiniſtra parte ſedere. de mai. & obed.* dicit enim Bar. *in ſuo tract. de inſignibus & armis. in 4. colum.* quod dextera pars eſt principium motus. & *in iſta parte, in 38. conſid. in 88. conclu.* Et plene declarat Iaco. Bonaudi *in gloſſ. ſuis ad Ioan. de Terra rubea, in lib. ſuo de vinea eccleſiæ. artic. 2. primi tract. in 4. concluſ. in verb. à dextris.* Quid autem dicatur à dextris, vel à ſiniſtris, dicit Barth. Veron. *in ſuo tract. de imperat. eligendo. in verb. ratione dignitatis.* quod iſtud intelligendum eſt maxime, quando inſignia literæ, vel figuræ in clypeis, cooperturis, veſtibus, parietibus, vitrinis, vel in loco ad ſimilitudinem cœli pinguntur: & in aliis etiam caſibus, vt habetur plene per Bartol. *in d. ſuo tract. de armis. & in tract. de inſula. 3. col. cum ſeq. qu. vlt. & pen. ante primam figuram.* vbi omnino eſt videndum. & ponit Bart. Veron. *in loco hic ante alleg.* Exemplum de Venetis, qui male ponunt in ſigillis leonem in parte dextra, & ducem in parte ſiniſtra, habendo reſpectum ad contrarium. Quoniam, vt dicit, imago impreſſa dicitur eſſe in latere dextro, quæ nos reſpiciendo eſt reſpectu lateris ſiniſtri noſtri; ſicut ſi quis faciem ſuam ad meam conuertat, latus eius dextrum eſt reſpectu mei ſiniſtrum, ſecundum Bart. *in d. ſuo tract.* Idem ſi imaginem

Digitized by Google

imaginem noſtram in ſpeculo inſpiciamus. Eadem autem in ſigillis cælata ab altera parte reperiretur, quoniam eius terga, non faciem inſpicimus.

De primogenito, quomodo ſedet ad dexteram, dicam *infra in quinta parte, in 41. conſideratione.*

DVodecima conſideratio eſt. Quis dicitur magis honorari, qui ſedet prope dominum, & tanto maior dignior dicitur, & altior. gl. notab. *in §. aliam. in verb. altiori. Inſt. de bo. poſſ.* & ibi per Porc. & Ang. & per Ioan. de Imol. *in l. qui ſoluendo. la. 2. ff. de hær. inſt.* Bal. *in l. obſeruare § antequam vero. iuxta fin. ff. de offic. proconſul. & leg.* Et ideo, vt dicit Veron. *in loco ſupra alleg.* Adam, & Petrus magis honorantur, ex quo ſunt proximiores virgini, & de hoc honore ſedendi iuxta principem habetur 2. *Eſd. 3. c.* & vide Io. de Terra rubea *in loco allegato in præcedenti conſideratione.*

DEcimatertia conſideratio. Dicitur honorari quis, ex quo eſt in medio duorum, vel plurium: quoniam, vt ait Saluſtius *in Iugurthino:* Apud Numidas locus dignior erat in medio. & ideo, vt dicit Veron. *in loco ſupra all.* dux Venetiarum ſtat in medio ſex Conſiliariorum. quod intellige; quoniam omnes fiunt æquales aliquali qualitate: ſed ſi non eſſet aliqua æqualitas, ſemper maior deberet eſſe in eminentiori, & altiori loco. Sicut videmus, quod cum æqualis Pater, æqualis Filius, æqualis S. ſanctus: ideo Pater ſtat in medio, Filius ad dexteram Patris, & S. ſanctus ad ſiniſtram, vt dicam *in 3. par. in 1. 2. & 3. conſid.* Facit; quia mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniam in confinio boni malique poſita eſt. Et Cicero lib. 1. Off. *Eadem ratio eſt habenda veſtitus, in quo, ſicut in pleriſque rebus, mediocritas optima eſt.*

DEcimaquarta conſideratio. Dicitur honorari; qui ſedet in principio, ſiue in capite, & altiori loco, quod probatur; quia à dignioribus eſt inchoandum, vt eſt text. cum gl. *in §. ſi. Inſt. de iure nat gen & ci.* vnde Virg. in Buco. *A Ioue principium Muſæ.* Facit ad hoc illud: *In capite libri ſcriptum eſt de me.* & ad hoc videtur text. *in l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de ori. iur.* vbi ſic dicit: *Seruius autem Sulpitius cum in cauſis orandis primum locum, aut certe poſt M. Tullium obtineret.* & tex. *in c. quia tua. 50. diſt. ibi; à capite incipiente.* Et ita per hæc tenet idem Veron. *in loco hic ante alleg.* facit quod ſcribitur de Saule *lib. 1. Regum 9. c.* ſic: *Aſſumens itaque Samuel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati.*

DEcimaquinta conſideratio. Magis dicitur quis honorari, qui parieti magis eſt proximus, vt probatur in text. cum gloſſ. *in d. §. aliam.* & probatur *in c. epiſcopos. 17. diſtinct.* vbi dicitur, quod epiſcopus in eccleſia, in conſeſſu preſbyterorum ſublimior ſedeat: quia locus ille dicitur dignior. Ita videmus ſeruari in tribunalibus, vbi ius redditur, & in locis vbi nuptiæ celebrantur. Ita etiam tenet idem Veron. *in loco prædicto.* Ex quo etiam dicit, pro in cedendo ille, qui eſt iuxta parietem, dicitur eſſe in digniori, & nobiliori loco: quod comiter obſeruamus. niſi tres eſſent perſonæ ſimul, vt dictum eſt: quia tunc eſſe in medio, eſt magis honorabile, ſi tum omnes tres ſint eiuſdem qualitatis, ne dicatur, quod vltimus ſit inferior, aliorum vnus præcedere debet, iuxta illud vulgare apud omnes: *ſi tres incedant, vnus præcedere debet.* Veneti tamen ſeruant, quod eſſe à latere dextro, eſt honorabile, vt dicit Vero. *vbi ſupra.*

DEcimaſexta conſideratio. Qui ſedet immediate poſt epiſcopum, & ſubſcribit primo loco, dicitur eſſe in eminentiori loco. Fel. *in rub. de mat. & obed.* Card. *in conſi. 32.* dicam *infra in 4. par.* Et qui primus eſt poſt principem. 2. *Eſdr. 3. c.* Item qui primo deambulat, dicitur magis honorari, cum qui comitantur dicantur honorem facere illi, quẽ comitantur, vt dixi ante *in conſid. præced.* & faciunt quæ dicunt Ioan. de Imo. & Ang. *in l. qui ſoluendo. ff. de hæ. inſt.* & facit tex. *in cap. ſedes Apoſtolica. in ver. mitiores, & viliores. extra de reſc.* & qui præcedit maior eſt illo, qui ſubſequitur. text. *in l. 1. in fin. C. de præpo. ſacri cubi. lib. 12.* Et anteire quis dicitur in eundo, loquendo, ſedes prior, locus completior decernendi loquendiq; facultas antiquior, & vetuſtior.

l. 1. & ibi

l.1.& ibi gl.in ver.anteire.C.de conſulibus. Melior text.*in l.2.C.de praſe.prato.ſiue vrbi,&c.lib.12.*

DEcimaſeptima conſideratio. Qui prius nominat, dicitur honorari, prout dicit Bal.*in auth.hoc amplius. in vlt. col. C. de fideic.* & probatur *in c. ſi quis iuſto impedimento. ibi; is qui primo. de ele. lib. 6. & in l. ſeruus communis ita.* quod ibi not. Bart. *ff. de ſtip. ſeru.* & faciunt quæ dicit d. meus Ial.*in l.1.in prin.in 5.colum.ff. de ver.obl.* vbi dicit, quod denominatio debet fieri à digniori, quod ibi comprobat per multa. Facit; quia in concionando maiores præponi debent, & in omnibus facit tex. *in Auth.de defenſi.ciuit.§.vlt.* dum inquit; quia & maximorum, & mediocriũ, & paruulorum nobis cura eſt. *& ibi gl. in verbo, maximorum. coll.4.* & quod ordo ſcripturæ, vel nominationis titulum conferat prælationis, ſcribit Guil.Benedict.*in rep. cap. Raynutius in verbo, teſtimonium.2.num.28.extra de teſtam.* Conſului in caſu emergenti, in nominatione filiorum primi gradus & ſedis, in conſilio meo incipiente: *Le cas eſt tel.en pays de droit eſcrit.*

DEcimaoctaua conſideratio. Honor eſt illi, qui primo offert, & ideo primogenitus primo ante fratres offerre debet, vt dicit Martinus de Cazariis *in tract. de primogenitura.* Ex quo dicit Ioan. Saxo *in ſuo Commentario conſuetud. Turon. in titul. de ſucceſſ feud. art. 3.* quod ſecundegenitus in oblationibus, & proceſſionibus cedere debet primogenito; & ita dicit ſe ſemel reſpondiſſe cuidam nobili Pictauenſi. Et facit quo ad nos in hac noſtra patria ducatus Burgundiæ, vbi non eſt dabilis primogenitura, taliter, quod omnes filii æqualiter ſuccedunt. Si tamen fiat diuiſio alicuius hæreditatis, in qua quilibet habeat ſuam partem hæreditariam in tanta iuriſdictione, quantam alter habet, ſi ſint ambo, aut omnes eiuſdem parochiæ. eſt tamen deferendum per alios iuniores, & minores annis primogenito in oblationibus & proceſſionibus & aliis actibus, in quibus poteſt adhiberi honor ita, quod etiam vxor primogeniti præcedere debet aliam, & in oblationibus & proceſſionibus in danda & oſculanda pace, in deambulationibus, in conuiuiis, & pluribus aliis actibus. ſecundum quod etiam videre poteris ex dictis Io.Fab. *in d.§.aliam.Inſtit.de bonor.poſſeſſ.*

DEcimanona conſideratio. Maximum ſignum eſt honoris in eo, qui primam vocem habet, & debet primo loqui. Eccleſ. 22.*Loquere maior natu, decet enim te,* &c. & dicit Præpoſi. *in c. epiſcopos. 17. diſtinct. colum. 2.* quod qui dignior eſt, primo votum dare debet. facit, quod dicit Bald. *in cap.1. in tit. de controuerſ. feud. apud pares term.* & Lud. Ro. *in ſing. ſuo* 81. vbi dicit, quod licet de iure in conſiliis dandus ſenior primo loqui debeat, per text. *in d. cap. 1. &* Bald. *ibi, in 1.colum. &* facit text. *in l.fin.C.de tyro.lib.12. & in l 2.C.de primiceri. & in l.2.C.de praſect.prato.eo.lib.12.* tamẽ iſte vſus apud domin. de Rota non ſeruatur; quia ætate minores in conſiliis dandis primo loquitur. Et dignior dicitur interdum propter antiquitatem, puta ſi primo fuit adeptus dignitatem, iuxta not. per Innoc. *in cap. tua. extra de mai. & obed.* & per Bart. *in l. 1. ff. de albo ſcrib.* & ſic in capitulis, collegiis, ſeu vniuerſitatibus dignior ſemper eſt præferendus, vt antiquior Canonicus facit congregare Capitulum. Aliquando dicitur dignior, qui clarioribus fulget virtutibus. tex. eſt *in Auth. de monachis.§.pen.col.1.* Et ſic quando vna res eſt communis inter plures, & non poteſt ſtare niſi penes vnum, vt ſunt tabulæ teſtamenti, ſeu aliud inſtrumentum, dignior eſt concedenda, vel apud ſeniorem deponenda. *vt l. fin.ff.de fid.inſt.* Et ſic frater maior natu debet habere & cuſtodire claues caſtri. Item teſtibus deponentibus in pari numero dignioribus eſt credendum, *l. ob carmen. §.1.ff.de teſtib.* Et de materia dicam *infra, in 10. parte in 29. conſideratione.* de doctoribus, qui primo vocem & opinionem dare debeant, ſeniores, an iuniores.

VIgeſima conſideratio. Honor illi, cui reuerentia exhibetur, vt probatur *in l. potioris. C. de offic. rect. prouin. & in cap. ſtatuimus. & ibi gloſſ. & doct. de ma. & obed* per gloſſ. *in l. 1. §. ſi vicinus. & ibi doct. ff. de aqua plu. arc.* de qua dixi *ſupra.* Nam reuerentiam debet minor maiori impendere. gl. fin. *in l. nihil omnino.*

C.de pal.ſac.lar.lib.12. & inferiores iudices ſuperioribus reuerentiam tribuere debent. vt eſt text. in d. l. potioris. & in l. fin. C. de offic. praef. vrb. & minores maioribus debent honorem. l.2. & fin. C. de offic. diu. iud. dixi infra iſta parte in 71. conſid. in capit. reuerentia eſt honor. in fin. cum ſeq. maxime ſalutando, Iacob. Rebuff. in l.2. C. de prox. ſac. ſcrin. lib.12. de quo infra.

Vigeſimaprima conſideratio. Non ſolum ſemper, & indeterminate honor ab inferioribus debetur ſuperioribus, ſed etiam quandoque ſuperiores honorare debent inferiores, l. potioris. §. 1. C. de offic. rect. prouin. quoniam, vt ait Hier. de quo habetur in c. eſto ſubiectus. 95. diſt. Epiſcopi honorent clericos quaſi cler. vt ipſis epiſcopis à clericis quaſi epiſcopi honor deferatur. Subiungitque, ſcitum eſt illud orat. Domi. cur ego, inquit, te habeam in principem, cum tu me non habeas vt ſenatorem. de quo gl. circa initium in c. fruſtra. de re iud. in 6. Cui & omnino ſimile eſt, & neſcio an idem ſit, quod Hier. forte memoria lapſus nominibus mutatis ſcripſerit illud L. Craſſi ſenatoris ad L. Philippum conſulem. *Non es mihi Philippe conſul; quia nec tibi ſenator ſum.* quod à Vale. Maximo traditum eſt lib. 6. c. 8. & Quintil. lib. 8. oratoriarum inſtitutionum. tit. de ornatu. ad fin. & lib. 11. tit. 1. Et ante eos Tullius lib. 3. de Oratore. Quibus & ſimile eſt illud Platonis ad Dionyſium Syracuſanum: *Si noſtra tibi placent, nos quoque honorare debes. Nunc autem tanquam ab initio tu ducas, ego ſequar: honoratus enim à te, & te honorabo. Non honoratus autem conquieſcam.* Ad quod optime facit text. in c. cum beatus. circa initium. 45. diſtinct. ibi; *ne dum incautè ſubdita percutiat membra: ipſa quoque debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahat.* Ex quo notatur, quod ſi prælatus non ſeruat reuerentiam ſubdito, nec ſubditus tenetur ei ſeruare, etiam text. in cap. ſignificaſti. in fin. de elect. in cap. ad decorem. de inſt. & quod not. gloſſ. in verbo, me. in d. cap. eſto per text. illum ibi; *Fruſtra petit debitum, qui quod debet non impendit.* & facit dictum Plutarchi in lib. de præceptis nuptial. quod ſenes honorabat Plato, vt iuuenes venerarentur, vt & illi erga ipſos verecundiam conſeruarent: vbi enim in iuuenes pudorem ſenes abiiciunt, nulla in eos verecundia iuuenibus reſidet, ait Plato. Facit gl. in c. ſi ducturi. 32. q. 6. vbi etiam ait tex. & quales volumus vxores noſtras inuenire, & ipſæ nos inueniant, & ſi intactam quærimus, intacti ſimus, de quo ample per Tiraquellum in ſuis legib. connubialib. in l. 13. Et aduerte in hoc, quod gloſſ. ſuæ ſeu Commentarii ponuntur ante text. & ibi ſcribit materiam: *ſi amari volumus & cupimus ab vxoribus, eas quoque viciſſim amemus:* quod multis rationibus comprobat. Et facit text. in l. ſi non fuerit. ff. de iureiur. per quem not. glo. & doct. ibi, quod ſi non facio quod debeo; ſi tamen non facis quod debes, non obtines. Et per illum text. dicit Bald. in cap. 1. in verb. vel non. in tit. qualiter do. propriet. feud. priuetur. quod qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. quod & ipſe Bald. dicit in l. poſt legatum. ff. de his, quibus vt indig. &, vt voluerunt Innoc. & Ioan. Andr. Car. & Panorm. in cap. ſuam. de pœnis. quod cum aliquis tenetur aliquid dare aut facere ad hoc, vt aliquid conſequatur, non poteſt illud petere niſi totum dederit aut fecerit. all. Panor. text. in l. Mæuius. & in l. cui fundus. ff. de cond. & dem. facit etiam text. in auth. dos data. C. de don. ante nup. vbi not. Bald. quod qui differt facere, quod debet, non poteſt petere quod ei debetur. & in l. in teſtamento ita erat ſcriptum. ff. de cond. & dem. quem ad hoc propoſitum facit ſingularem Bald. in d. c. 1. qualiter do. propri. feudi priuetur. & text. in l. quæro. §. inter. ff. loca. per quem dicit Bal. in c. 1. §. vlt. in fi. in tit. de forma fidel. in vſi. feu. quod qui fidem non præſtat, eam ſperare non debet. Faciunt text. in d. c. fruſtra ibi [illegible] quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat. & ibi gl. & doct. de reg. iuris in 6. Faciunt etiam dicta Panor. in conſ. 61. incip. videtur primo. colum. [illegible] lib. 2. & Roma. conſil. 204. incip. pro diſc[illegible] veritate colum. 2. verſic. idem probatur. & conſil. 417. incip. in caſu propoſitæ conſultationis. & Barba. conſil. 306. incip. ſa[illegible] ſcripſit propheta. colum. 12. verſic. præterea. & col. 15. & ſeq. in 2. volum. & conſi. 73. incip. omnia quæ facitis. colu. 11. & ſeq. eo. volum. Corn. conſi. 343. incip.

cauſa

cauſa vertente colum. 2. ver. his tamen non obſtantibus in 1. volum. Ant. Corſet. *in repet. cap. grandi. charta 6. verſicul. nota ibi fidelitate. de ſupp. neg. prælat.* & ita alias dixi in facto contingenti. Et facit; quia maior, & ſuperior etiam iudex minorem benigne & ſine iniuria audire debet, cum poſſit vnius forſan & deterioris ſententia, & multos, maiores in aliqua parte ſuperare. text. *in l. 1. §. ſed neque. C. de vete. iur. enucle.* & quandoque reuelatur minori, quod maior neſcit. *cap. ad audientiam, iuncta gloſſ. 1. circa fi. de conſuetud.* vide *infra iſta parte, in 26. conſid.*

VIgeſimaſecunda conſideratio. Honor conſiſtit in melioribus & delicatioribus cibis conferendis. Quia inferiori non ſunt tales cibi conferendi, quales ſunt ſuperiori. Quoniam alimenta debentur ſecundum qualitatem perſonarum. gloſſ. *in ver. victus in c. epiſcopus. 10. quæſt. 3.* Ex quo dicit Floria. *in l. ſed & ſi quid. §. mancipiorum. ff. de vſufruct.* quod alimenta ſunt præſtanda ſecundum ordinem dignitatum. Faciunt quæ dicit Alex. *conſ. 70. in 4. vol.* maiora enim & delicatiora debentur domicellis, maiora monachis, quã conuerſis. facit text. *in l. ſeruus vrbanis. in prin. iuncta gl. in ver. cibariis. ff. de leg. 3.* vbi dicitur, quod ruſtici non debent vti pullis, vel aliis delicatis cibariis, ſed caſeo, cæpis, fabis & lardo: etiam groſſo pane, & non albo, *vt ibi dicit gl. in verb. ex libellis.*

VIgeſimatertia conſideratio. In veſtibus pretioſioribus adhibetur honor, vt habetur per Florianum *in d. §. mãcipiorum.* Hinc dicit Specul. *titul. de aduocato. §. ſequitur videndum de veſtibus. colum. mihi 2.* quod aduocati indui debent pro grauitate & maieſtate officii ſui. Ideo dicit gl. *in l. 1. C. nulli licere in frenis. lib. 11.* quod chlamys militem, purpura regem, ſtola ſacerdotem, toga aduocatum, cuculla monachum demonſtrat. quod dictum refert Bal. *in c. cauſam. extra de prob.* Faciũt quæ dicit Barba. *in cap. cum omnes. n. 49. cum quatuor ſeq. extra de conſtit.* vbi etiam plura de victualibus refert. & dicam infra *in 7. par. in 44. conſid.* vbi dicitur, quod aduocati honeſtioribus veſtimentis induti, ſunt præferendi. Et facit etiam dictum Senecæ ad vxorem Neronis: *Indue te chariſſima vxor delicate, nõ propter te, ſed propter honorem imperii.* de quo dicto meminit Spec. *vbi ſupra* alleg. tex. *in c. 1. 21. q. 1. & in c. 2. de cuſt. eucha.* ſubiungens, quod veſtis debet eſſe conueniens ſtatui, ordini, & officio. pro quo facit tex. in arg. *in l. id veſtimentum. ff. de pecul.* Et facit 2. *Eſd. c. 3.* vbi apparet, quod veſtiri purpura, eſt honor.

VIgeſimaquarta conſideratio. Honor fit in legati præſtatione. *l. amiciſſimos in prin. & ibi* Bartol. *ff. de excu. tut.* hinc eſt quod dicitur, quem non honoro, in præſtatione legati ſcilicet, aut inſtitutione, non onero, *de quo plene per Gui. Benedicti in ſua repe. cap. Raynutius. in verb. ſi abſque liberis moreretur. in materia ſubſtitutionis fideicommiſſariæ. extra de teſtam.*

VIgeſimaquinta conſideratio. In hæredis inſtitutione fit honor: quoniam maximus eſt honor filio ſuccedere patri titulo & iure, ſeu nomine inſtitutionis, tanquam ſit hæres, ob quod dicit text. *in l. 1. in fin. C. de his qui ſibi in teſta. aſcrib.* quod pater filium inſtituendo, & hæredem ſcribendo, dicitur fungi duplici officio, quod tendit in honorem & fauorem filii. *de quo in d. repe. c. Raynutius. in verb. in eodem teſtamento relinquens. 1. num. 21. 22. & 33. de teſtam. in antiq.*

VIgeſimaſexta conſideratio. Quis dicitur honorari in ſalutatione: quoniam ex quo quis ſalutatur, honoratur, vt dicit Iacob. Rebuffi *in l. in ſacris. C. de proximis ſacrorum ſcrin. lib. 12.* vbi etiam dicit, quod ſalutando videtur fieri reuerentia, *per l. fin. C. de offic. diuerſ. iud. & per l. peculium. C. de proximis ſacr. ſcrin.* Ideo, vt dicit Specul. *in titul. de aduocato. §. 5.* iudex eſt reuerenter ſalutandus: imo per ſalutationem videtur eſſe remiſſa iniuria. *c. cum Adrianus. 63. diſtinct. c. omnis qui. 24. quæſt. 1.* & ex non ſalutatione præſumitur quis inimicus, vt tenet gloſſ. fin. *in d. c. cum Adrianus.* & all. *cap. cum ſuper de offic. deleg.* & dicit dominus meus Iaſon *in l. apertiſſimi. col. 2. C. de iudic.*

Videtur tamen, quod maior etiam porrigit ſalutẽ minori, vt pater filio: *t in c. 1. in prin. de feu.*

Digitized by Google

de feu.cogni. vt etiam videmus in literis regiis, rex dirigendo literas ſuas exequendas, etiam nuncio, ſeu ſeruienti porrigit ſalutem, ſic dicendo: *Franciſcus Dei gratia Francorum rex tali, &c. ſalutem*. Vnde Traianus Imperator (vt Eutropius ſcribit) perſæpe amicos ſalutationis gratia viſitauit. Quippe ipſe omnibus in omnia ſe æqualem exhibuit. Cuius perſæpe tale erat dictum: Talem priuatis Imperatorẽ eſſe oportere, quales priuatos ſibi optat habere. Item; Antonius Imperator cognomento Pius, tantum detulit ſenatui, quantum ſibi priuatus ab alio principe deferri optauit: vt ait Iul. Capitolinus in eius vita, maxime iuriſperitis. Nam ipſe à præfectis prætorio tunc amicis, & principalibus officiorum & vtriuſque ordinis viris ſalutatus, eis aliquantulum aſſurgit. vt eſt tex. *in l.1.C.de ſent.paſſ.* dixi *ſupra in 21.conſi.* Et quando Papa ſcribit inferiori, puta epiſcopis aut regibus quomodo debeat eos ſalutare, ponit Ioannes de Montholono *in ſuo prompt. iuris, in ver. ſalutare, artic. ſalutate Priſcum & Aquilam.*

Item etiam par pari. l.Publia. §. Titius. & l.Quintus Cecilius. ff. depoſ. Etiam inferior ſuperiori mandat ſalutem, excepto principe: quia ab inferioribus non ſalutatur, exceptis quibuſdam, quibus in priuilegium conceditur, de quibus *in l. 2. C. de prox.ſacr.ſcriniorum. l.12.& in l.1. C. de ſilentiariis.eo.lib.* & poſt ſalutem datur poteſtas oſculandi, excepto Papa & Imperatore, qui oſculantur in pede. *l.1. C. de domeſt. & protect.* dicam *infra in 33. conſi.4. parte.* Vnde fluxit mos deoſculandi pedes Papæ aut Imperatoris, & oſculo ſalutandi: vide Polyd. *de inuent.rerum. lib 4.c.10.* vbi etiam dicit, quod cæteri præſules dextram manum auerſam adeuntibus oſculandam porrigunt, & viri dextram dextræ iungere ſolent ſalutationis cauſa.

Aduerte tamen, quod inferiores iudices ſcribendo iudicibus ſuperioribus, vt dominis de Parlamento nõ debent ſe in ſubſcriptionibus ſuis nominare fratres. text. eſt *in l.ſinguli C de offic.diuerſ.iudic.*

VIgeſimaſeptima conſideratio. Maioritas conſiſtit in prærogatiua ordinis. Nam presbyter maior eſt diacono. *c. legimus.in fin. 93.diſt.& c.ſtatuimus.extra de ma.& obed.*

VIgeſimaoctaua conſideratio. Maioritas etiam conſiſtit in prærogatiua conſecrationis: vnde epiſcopus eſt maior presbytero, ideo magis honorandus eſt. *c.olim.& c. epiſcopus in eccleſia. 95. diſt. & c.manus. de conſec. diſt.5.& c.perlectis.ver.ad epiſcopum.25.diſt.*

VIgeſimanona conſideratio. Maioritas habetur in prærogatiua adminiſtrationis: vnde Archidiaconus maior eſt archipresbytero, & ei obedire debet. *d. c.perlectis. verſ.archipresbyter vero.25.diſtinct.*

Et cum ad præcedentia deueniatur ratione maioritatis, propter quam quis laudatur, honoratur & reueretur, videat plene in quibus conſiſtat hæc maioritas, per Felyn. *in rubr.de ma.& obe.* per Alberic. *in ſuo Dictionario. in verb. maior, & maioritas.* de quibus ſuis locis dicetur: ideo circa ea aliter hic non inſiſto.

TRigeſima conſideratio. Etiam maioritas conſiſtit & præeminentia in eo, qui recumbit, non in eo, qui miniſtrat. *Luc.22.* quod tamen Chriſtus noluit eſſe inter ſuos diſcipulos, inter quos miniſtrabat. Lucæ eodem loco. & Math. 20. vbi inter illos ordinauit, quod maior eſſet miniſter. Et inter iſtos recumbentes digniores ſunt, qui in primo ſcamno honoris recumbunt: & communiter videmus in ſcamno, quod eſt verſus ignem, vel à latere dextro, ita quod dignior eſt ſecundus illius ſcamni, quam primus alterius, vt alibi dicam.

TRigeſimaprima conſideratio eſt. Honor etiam debetur, & defertur illi, qui eſt maximæ autoritatis, ſeu qui conſequitur laudem & honorem ex autoritate, facit tex. *in cap. dudum ad audientiam. circa med. ibi; inuenimus, quod pro præpoſito ſanctorum Apoſtolorum autoritas faciebat extra de elect. & in l. Quintus. §. Pomponius. ibi; ad autharitatem ſcribentis. & ibi; ſed ad authoritatem defuncti conſeruandam id pertinebit ff de annuis leg. & in l. 3. §. 1. verſic. quæ argumenta. ibi; alias dignitas & autoritas confirmat rei, de qua quæritur, fidem. ff. de teſtib. & in l.2.§.poſt hos Q. Mutius. ibi; ex quibus Gallum maxima*

maximæ autoritatis. & in §. *poſt hunc. in princ. & in* §. *primus diuus Auguſtus. ibi; vt maior iuris autoritas haberetur. & ibi; ſed plurimum in ciuitate autoritatis habuit. & ibi; ſed Proculi autoritas maior fuit. ff. de orig. iur. & in l. pen.* §. *Papinianus. ibi; & huiuſmodi ſententiæ ſubtiliſſimum teſtem adducit Saluium Iulianum; ſummæ autoritatis hominē. C. de cond. ind.* & hoc modo aſſumitur authoritas hoc caſu pro quadam reputatione ſiue æſtimatione, vt probatur *in l. cognitionem.* §. 1. *& ibi gloſſ. in verbo, æſtimatio. ff de var. & extraord. cogn.* Sicut dicimus, quod hi maioris autoritatis ſunt, qui habent poteſtatem ſeu dignitatem. *l. 1. ff. de albo ſcrib. & d. l. Quintus.* §. 1 *cum ſimilib.* Et hæc autoritas, ſiue æſtimatio (quam vulgo *reputationem* appellamus) multis modis acquiritur, de quibus ſuis locis dicetur, & de his ſcribit aliqua Barth. Cepolla *in ſuo tracta. de Imper. eligēdo. in ver. authoritatis.* vbi multum commendat autoritatem, & autore Ioſepho, ordo in Romanorum militia hic erat, vt milites ad centuriones, illi ad tribunos (quod Greci Chiliarchos vocant, hoc eſt, qui mille præerant hominibus) manē conuenirent ſalutatum, & ſic ordo dignitatum & autoritatum obſeruabatur.

TRigeſimaſecunda conſideratio. Conſiſtit etiam honor in commendatione noui præſidis prouinciæ, in ſuo nouo & ineundo aduentu ingredientis aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput: vt eſt text. *in in l. ſi in aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput aduenerit Poteſtas, deberet ſe commendare, laudeſque ſuas cum grauitate audire, cum id prouinciales honori ſuo ſibi vendicent. ff. offic. proconſ. & leg.* & iſtud communiter obſeruatur in Italia in aduentu noui Poteſtatis: & apud nos non ſolum in aduentu noui regis, ſed & gubernatoris noui alicuius patriæ, & nouorum Balliuorum in ſuis prouinciis. vide quæ dixi *infra iſta parte, in 47. conſider. incip. ex quo ex laude.* & dicit Bal. *in conſ. 418. in 1. par.* quod honor eſt, quando in iucunda viſitatione domini fiunt ei honorantiæ, ſicut ſunt xenia, caritiæ, ſeu blanditię, quę fiunt pro ipſo vitando vel miſſo ab eo, & ſimilia, & ad iſtam honorificentiam pertinent omnes operæ obſequiales & reuerentiales, quod videtur eſſe contra id, quod dicit *conſi. ſuo 335. in 1. par.* vbi dicit, quod honoris nomine continetur id, quod eſt ſine onere.

TRigeſimatertia conſideratio eſt. In eo, quod quis ratione maioritatis meruit laudem & honorem de bonis operationibus ſeu beneficiis in rep. exhibitis, & impenſis, collaudandus eſt publicis vocibus, ne per ſilentium bonum, quod fecit, videatur incognitum. vt eſt tex. & doct. *in leg. vnica. C. de quæſto. & magi. off. lib. 12.* & in hoc delectatur princeps, cum audit officiales ſuos collaudari à ſubditis de bono regimine officii: & hoc caſu admittit voces populi exclamantis, *viuat talis, qui in officio ſe bene geſſit.* ſicut faciunt Romani de Papa, vt docent gloſ. & Io. de Platea *in d. l. vnica. C. de quæſtor.* Et licet voces populi collaudando ſint admittendæ, *d. l. vnica. & l. iuſſimus. C. de offic. rect. prouin. &* §. *renouamus. in Authen. vt ordinaria præfectura. coll. 5.* faciunt quæ dicta ſunt *infra iſta part. in 47. conſider. incip. ex quo ex laude.* Non tamen in eligendo vel puniendo. *l. ſi conſtat. ff. de app. leg. decuriorum. C. de pœn. cap. 2. de elect. & in cap. ex literis. de exceſſ. prælat.* & plene declarat G. Benedicti *in ſua repe. cap. Raynut. in ver. mortuo itaque teſtatore. 1. num. 191. & 192. vſque ad num. 197.* dixi *ſupra in 32. conſideratione.*

TRigeſimaquarta conſideratio eſt. Honor etiam in adeundo principem, & alios iudices reuerenter ſalutando conſiſtit, vt dicit Ioannes de Platea *in rubr. C. de præpoſit. ſacri cubic. lib. 12.*

TRigeſimaquinta conſideratio eſt. Honor conſiſtit & habetur in præmium virtutis ex erectione ſtatuæ in publicum. Cum olim multi fuerint honorati ex erectione ſtatuarum, inter quos enumerat Textor Niuernenſis *in ſua officina 49.* qui fuerunt honorati ex erectione ſtatuarum. Et in tantum conſiſtit honor in ſtatua alicuius, quod ſi ipſa ſtatua rumpatur, datur actio iniuriarum. *l. ſi ſtatua. & ibi doctores. ff. de iniuriis.*

Qui ſtatuas meruerint, teſte Textore Niuernenſi, ſunt ſequentes.

Seſoſtris.	1	*Nerua Imperator*	26
Ariſtogiton	2	*Archias*	27
Armodius	3	*Claudianus*	28
Aſtylus	4	*Iunius ruſticus*	29
Atolycus	5	*Virgilius*	30
M. Portius Cato	6	*Beroſus*	31
T. Coruncanus	7	*Antonius Muſa*	32
Demetrius Phalereus	8	*Tanaquil*	33
Eunomius	9	*Pauſanias*	34
Fauorinus	10	*Phyrne*	35
Verrius Flaccus	11	*Claudius Imperator*	36
Iſocrates	12	*Epicurus*	37
M. Claudius Marcellus	13	*Ioſephus*	38
Mutius Scæuola	14	*Minutius Augurinus*	39
Ptolemæus Philopator	15	*Trebius*	40
Oppianus	16	*L. Aſtius*	41
Horatius Cocles	17	*Numa*	42
Demoſthenes	18	*Seruius*	43
Conon	19	*Gorgias Leontinus*	44
Euagoras	20	*Plato*	45
Mercurius	21	*Chelia*	46
Polydamas	22	*Porſena*	47
Cylon	23	*Phocion*	48
Octauus orator	24	*P. Lucullus*	49
Veſtritius	25		

Mulieres etiam olim forte habuerunt ſtatuas, cum Hyppiades ſtatuę mulierum equeſtres vocabantur, cuiuſmodi fuiſſe videntur Amazonum, quæ mortalium primæ equum ſcandere auſæ ſunt, ſi Lyſiæ oratori creditur.

Qui autem fuerint qui primo ſtatuas inuenerint, ponit Polydorus *de inuentoribus rerum, lib. 2. cap. 13.* & ibi ponit, quomodo alias fuerunt prohibitę. Et de vſu imaginum, quomodo & in quibus olim vtebatur imaginibus, & qui poterant, ſcribit Budæus *in annotationibus in l. ſi. ff. de orig. iur.* dicam ſtatim, ex quo dixit, quod hodie loco imaginum poſteriora tempora vtuntur armis. Hodie apud nos loco iſtarum ſtatuarum in inferioribus à principibus fiunt monumenta, ſeu ſepulchra eleuata: alii faciunt ea extra & ſupra terram eleuari ex altitudine trium pedum vel circa, & ſupra magnum, & latum lapidem, vel marmorem poni nonnunquam in medio chori eccleſiæ, vt ſunt patroni, & fundatores eccleſiarum, puta Principes, Duces, Barones, & huiuſmodi. Reges autē noſtri faciunt ſibi erigere ſtatuas, & ex more cuiq; regi poſt eius mortem erigitur ſtatua in palatio Pariſieſi. & fit talis, quod per eā demonſtratur, qualis fuerit regiminis: quoniam ſi fuerit bonus, prudens, & verus rex, ſic quod ſuo tempore iuſtitiam adminiſtrauerit, habet manus eleuatas, & in altum tendentes: ſi vero male aut vnicam, vel ambas habet depreſſas, & baſſe tendentes: & per hæc denotatur, quod fuit malus adminiſtrator iuſtitiæ: quod timens Ludouicus XI. ne in ſtatua eius poſt mortem fieret hæc depreſſio manuum vel manus, eius vita durāte fecit fieri ſuam ſtatuam, & ſunt num. 62. vſque ad Franciſcum primum, qui hodie regnat: & quilibet illorum habet ſuum epitaphium, per quod oſtenditur, quot annis vixerit ſeu regnauerit, & licet ad me nullo modo deuenerint; tamen alia hic ex Chronicis & Francorum geſtis calculando illorum tempora deſcripſi.

De Regibus Franciæ Carmen.

ASpice quo Franci regnarunt tempore Reges,
Quis prior & regum Gallica ſceptra tulit.

Pharamondus.

Primo Pharamondus decimo ſi iunxerit vnum
Occupat, & Salicæ legis origo fuit.

Clodio.

Clodio ſuccedit pacis ſeruator honeſtæ,
Quatuor incolumi corpore luſtra videns.

Meroueus.

Meroueus ſequitur, toto qui iuſtior orbe,
Tradiderat decies annua iura pater.

Childericus.

Sex quater imperium Childericus poßidet annis,
Cum coco ſubito carpitur enſe necis.

Clodueus.

Et Cloduєus fidei ſeruator, & æqui,
Gallica terdenis meſſibus arua tenet.

Childe-

Childebertus.

Iamque quater decies nonus ſuperadditur annus,
Childeberte tuum cum decus orbe cadit.

Clotarius.

Quinque ſuo decades Clotarius addidit anno,
Attamen immenſum contegit vrna caput.

Childricus.

Childricus decimo decies tres porrigit annos,
Dicitur & probitas multa fuiſſe viro.

Gontranus.

Hunc celere ſequitur Gontranus tramite princeps,
Biſterna imperium ſeruat olympiade.

Childebertus II.

Proſperior dictus Childebertus præſidet annis
Biſſeptem, dura ſed iacet alter humo.

Theodobertus.

Mox Theodobertus decimo cum iungeret annos
Septem, tunc verſa ſorte relictus abit.

Theodoricus.

Vix vim addideras cum tu Theodorice, tandem
Imperii celſa protinus arce cadis.

Clotarius.

Vndeciesque quater poſitis Clotarius armis,
Inſignis populo libera iura dedit.

Dagobertus.

Tum Dionyſeæ Dagobertus conditor adis,
Biſſeptem æſtates tradidit imperio.

Clodoueus.

Clodouee tibi decimo coniungere ſextum,
Non datur, in fatum tendere nemo poteſt.

Clotarius.

Cum tibi fallaci vultu fortuna minatur,
Clotari, quartus reſpuit annus opes.

Childericus.

Et tandem decimus ſeptem vix iungitur annus,
Childrici noctro cum perit enſe decus.

Theodoricus.

Atque nouem decem Theodoricus iunxerat annos,
Aethereum celeri cum pede carpit iter.

Clodoueus.

At Clodoueus ſola trieteride regnans,
Saucius incerta cuſpide mortis abeſt.

Childebertus.

Bis decies rutilans Phœbus compleuerat orbes,
Cum Childeberti Gallica ſceptra ruunt.

Dagobertus.

Vnica cum ſoboles Dagobertus regna miniſtrat,
Sed ſua ſub quarto lilia ſole cadunt.

Clotarius.

Inſignis totidem Clotarius induit annos,
Cuius inextincto nomine fama volat.

Childericus.

Vix adit imperium Childricus, fata repente
Vertuntur, lapſu labitur ille graui.

Theodoricus.

Non puduit molli Theodorice viuere luſtro,
Sed vetito tandem victus amore cadis.

Carolus Martellus.

Iam Martellus adeſt, belli cui firma poteſtas,
Imperium quinta linquit olympiade.

Pipinus Paruus.

Quinque ter atque tribus Gallis Pipinus habetur,
Maxima cui paruo corpore virtus erat.

Carolus Magnus.

Maior hic imperio dominatur Carolus omni,
Per binas hyemes luſtraque iure nouem.

Ludouicus Pius.

Bis deniſque Pius Ludouicus quinque peractis
Imperat, & mortis vulnere pulſus obit.

Carolus Caluus.

Carolus octauum terdenis præbuit annum,
Hauſta ſed innocuo toxica corde nocent.

Ludouicus Balbus.

At Balbus binis Ludouicus præbuit annis,
Gallica non modico robore ſceptra tenens.

Ludouicus III.

Heu Ludouice tibi dextro quid ſceptra feruntur
Sydere, cum luſtro tollitur vmbra breuis?

Carlonus.

Vix totidem regno Carlonus traditur, ecce
Syderea tenuis ſpiritus arce iacet.

Ludouicus iners.

Mox Ludouicus adeſt, Lacheſis cui bina repente
Tradidit immitis ſtamine luſtra ſuo.

Carolus Simplex.

Biſſeptemque tribus regnauit Carolus annis,
Ex humili ſimplex pectore dictus erat.

Rodulphus.

Ter quater inſignis dominatur laude Rodulphus,
Ecce repentino turbine pulſus abeſt.

Ludouicus IV.

Ter numerant bis ſex Ludouici tempora regis,
Robore cui ſubſunt parta tropæa ſuo.

Lotharius.

Digitized by Google

Lotharius.

Lothari primus terdenis iungitur annus,
Gallia magnanimo tunc manet orba duce.

Ludouicus.

Cui ſoboles nulla eſt primoque extinctus in anno,
Hac Ludouice breui ſunt data ſceptra die.

Hugo Capetus.

Virtus ipſa patet nono cum viuitur anno,
Conditur inuicta ſorte Capetus humo.

Robertus.

Bis deciesque quater dominatur iure Robertus,
Quis prius hoſtilem terruit enſe manum?

Henricus.

Ter tribuunt decade Henrici fata, nec vnquam
Largior in magno munere dextra fuit.

Philippus.

Sex decies tandem quartus tibi iungitur annus,
Libera cum populo iura Philippe canis.

Ludouicus Groſſus.

Iam Ludouicus adeſt, morti ſed ille propinquus,
Altera cum neuit bis tria luſtra ſoror.

Ludouicus Iunior.

Hincque quater decies Ludouicus præfuit annis,
Atque tribus victo victor ab hoſte manet.

Philippus Auguſtus.

Gallorum totidem moderatur regna Philippus,
Nobile cui valido corpore robur erat.

Ludouicus VIII.

Florida quam celeri truncantur flamina motu,
Sed prius autumnos ter Ludouice vides.

Ludouicus Sanctus.

Sancte quater decies, annis cum quinque peractis,
Imperium merito iam Ludouice tenes.

Philippus Poſterior.

Vixit inaudito regno probitate coruſcans,
Poſterior ſeptem luſtra Philippus habet.

Philippus Pulcher.

Iamque quater ſeptem Pulcher coniunxerat annos,
Tunc immaturo labitur vmbra die.

Ludouicus Hutinus.

Per binas hyemes regni vix ſceptra feruntur,
Cum Ludouice tibi triſtia fata nocent.

Philippus Longus.

Inſignis ſextum Longus numerauerat annum,
Gratia cui grato corde virilis erat.

Carolus Pulcher.

Carolus hinc ſequitur, bina trieteride Gallis
Præſidet, & pulchro gratior ore fuit.

Philippus Valeſius.

Felici valida moderaris ſorte Valeſi,
Bis deciesque tribus ſceptra tenere datur.

Ioannes.

Tunc Ioanni nec nono coniungere ſextum,
Toxica propulſis legibus Angla ſinunt.

Carolus.

Carle decennali ſextus cum iungitur annus,
Tunc virtus Galla perditur omnis humo.

Carolus.

Triſtia ſi numerant florentis tempora Carli,
Hac deciesque quater binaque cernit hyems.

Carolus.

Sæpius ex Anglo victricia dona rebelli,
Tertia ter decies Carolus ecce tenet.

Ludouicus XI.

Aſt Ludouicus adeſt clarus, nec iuſtior illo,
Bis tria, ſi memini, nunc ſua luſtra ferunt.

Carolus VIII.

Hoſtibus hic victis victor remeauit in orbem,
Carolus, & victus poſt tria luſtra cadit.

Ludouicus XII.

Bisſeptemque tribus Ludouicus præſidet annis,
Cuius & in toto floruit orbe decus.

Franciſcus.

Iam Franciſcus adeſt Gallis, generoſior illo
Alter & in toto non fuit orbe prior.
Magnanimus bello (luſtris vix quinque peractis)
Cum decorat meritum parta corona caput.
Heluetius dextro domuit qui marte rebelles,
Oppida victrici trudit & alta manu.
Impoſuitque potens Anglo qui frena feroci
Sedulus, hic patrio ductus amore nimis.
Italiam petiit, Francum remeauit in orbem
Sæpius, & pulſis hoſtibus vltor adeſt.

TRigeſimaſexta conſideratio eſt. Etiam honor conſiſtit in triumphi receptione, cum duces belli aut principes victoriã contra hoſtes & inimicos obtinuiſſent, de victoria triumphabant: hoc eſt, in introitu ciuitatis auratis curribus vehebantur, quos albi trahebant equi, capite lauro coronato. Pompeii tamen currum in triumpho Aphrico traxerunt elephanti. Quem imitatus Cæſar vectus eſt elephantis, 40 dextra læuaque lychnos

lychnos geſtantibus, *autore Tranq.* Et Gordiano quadrigæ elephantorum decretæ ſunt triumpho Perſico. Habuit & Aurelianus currum cum quatuor ceruis iunctis.

Moriſque fuit, vt in triumphantum currum ſederent eorum filii. Vnde & Æmilius Paulus ſpecioſiſſimo triumpho filium duxit, quem triduo poſt amiſit.

Triumphantem ſequebantur laureati milites triumphantis, vt quia laurus ſemper viret, ſignum eſſet rempub. florere.

Item captiui hoſtium duces in triumpho circumuecti, præcedebant currum triumphalem.

Item triumphantis rem diuinam facientis verba erant: *Dii, quorum nutu, & imperio nata, & aucta eſt res Romana, eandem placati propitiatique ſeruate.*

Item moris erat conſules ad cœnam inuitari à triumphante: deinde rogari, vt venire ſuperſederent, ne eſſet aliquis maioris imperii & autoritatis triumphante.

Item in triumpho ligneæ turres, & captarum vrbium, arcium, & montium ſimulacra, omniumq; victorum ſimulacra, aurum præterea & argentum ferebatur.

Moris item fuit imperatoribus belli ciuilis victoria quantumuis magna non triumphare; quia ciues, non hoſtes occidiſſent.

Item vt milites & abiectiſſimi quique triumphalem currum ſequentes, diuerſis conuitiis triumphantes inceſſerent, ne proſpera illa fortuna plus æquo ſuperbirent & inſoleſcerent. Sic triumphante Cæſare milites dixerunt: *Gallias ſubegit Cæſar, Nicomedes Cæſarem.* Item, *Romani ſeruate vxores, Mechum caluum vobis adducimus.*

Ventidium quoque Baſſum Parthico tri-triumpho ſicuti milites decantarunt: *Qui mulos fricabat factus eſt conſul.*

Porro lege cautum erat, ne dux triumphaturus ante triumphi initium vrbem ingrederetur.

Itē ne quis triumpharet, qui minus, quam quinque hoſtium millia vna acie ſuperaſſet.

Nulli item licuit triumphare, qui nec dictator, neque prætor, nec conſul res geſſiſſet. Nec pro inſtaurato, ſed aucto duntaxat imperio triumphus concedebatur.

Item nemini prius decernebatur triumphus, quam regionem (de qua triumphaturus erat) ſucceſſori pacatam reliquiſſet.

Item pœna à lege erat conſtituta ei, qui ſuper interfectorum numero mentiretur. Ideo triumphantes vrbem ingreſſi de veritate apud cenſores iurabant.

Item triumphantes habebant Iouis inſignia, faciemque è rubrica illinibant, vt eſſet coloris ætherei ſceptrumque gerebant.

Qui autem de diuerſis regibus, & populis triumpharunt (*vt ſcripſit Text. in ſua officina*) ſunt ſequentes.

Lucius Attilius Catilinus triumphauit de Sardis.

Gn. Dominicus de Aruernis, & Batulo eorum duce.

Liuius Salinator de Illyriis ſeu de Haſdrubale, vt teſtatur Liuius *lib.* 37.

Marcus Attilius regulus de Salentinis.

Paulus Æmilius iunior de Liguribus, & Perſeo Macedonum rege, cuius triumphi ordinem pulchre recitat Philippus Bergomenſis *in ſuo ſupplemento Chronicorum.*

Menenius Agrippa Lanatus de Sabinis.

Marcus Antonius Triumuir de Armeniæ rege.

Marcus Aquilius conſul de Ariſtonico rege.

Iunius Bubulcus Brutus dictator Æquos ſubegit, ac die octauo de eiſdē triumphauit.

Furius Camillus Veios decenniali obſidione domuit, ac de eiſdem triumphauit.

Sp. Caſſio duo triumphi contigerunt.

M. Curius de Samnitibus & Sabinis.

Publius Decius iunior de Samnitibus.

Gn. Duilius primus de nauali victoria triumphauit.

Fabius Rullianus de Appulis, Nucerinis, Samnitibus, Vmbris, Marſis, ac Thuſcis triumphauit.

Fabius Gurges de Samnitibus.

Q. Fabius Max. de Liguribus, de Lybicis, Aethr. Samnitibusque, & aliis multis nationibus triumphos quinque egit.

Gneus Fuluius Flaccus de Samnitibus.

M. Fuluius nobilior ouauit de Aetolis, triumphauit de Ambracienſibus.

L. Lucretius Tricipitinus de Volſcis.

Marius de Teutonibus & Iugurtha.

Propertius lib. 4.

Di melius, quantus mulier foret vna triumphus,
Ductus erat per quas ante Iugurtha vias.

Q. Ce. Metellus de Iugurtha & Numidis.

L. Mumius de Achæis.

M. Horat. conſul de Sabinis ſine autoritate ſenatus.

L. Papirius Curſor de Samnitibus.

L. Papyrius Craſſus eius filius de Priuernatibus.

Gn. Pompeius Magni Pompeii pater de Picentibus.

Pompeius Magnus de Iarba, Mithridate, Ariſtobulo rege Iudæorum. Hic triumphus maximus ac ſplendidiſſimus omnium fuit, qui hactenus Romæ fuerunt.

Aul. Poſthumus Tubero de Volſcis.

L. Aemilius Paulus de Liguribus.

Q. Capitolin⁹ quinquies cōſul de Volſcis.

Scipio Africanus de Hannibale, & Syphace Numidiæ rege, cuius triumphi formam Appianus hiſtoricus ſtylo diligēti perſcripſit.

Sulpitius de reliquiis Brenni.

L. Valer. Valeſii filius de Veientibus, & Sabinis.

Val. Coruinus, qui ſexies fuit conſul, de Samnit.

L. Valerius Potitus de Volſcis, & Aequis ſine autoritate ſenatus.

M. Attilius Glabrio de Antiocho, & Aetolis.

Aurelia. Imp. de Zenobia Palmirenorum regina.

Septimius Seuer. Imp. de Arabib. & Adiabenis.

Dagobertus Rex Francorum de Saxonib.

Papyrius Naſo de Corſis.

Iulius Cæſar, confectis bellis, quinquies triumphauit: primum triumphum egit Gallicum, ſequentem Alexandrinum, deinde Pōticum, huic proximum Aphricanum, nouiſſimum Hiſpanienſem.

Triumphauit Bacchus de Indis, & primus omnium triumphauit vectus Indico elephāto, vt ſcribit Diodorus, & diadema regium ad triumphum inuenit.

Tatius de Sabinia.

Gordianus de Perſis.

M. Claudius Marcellus de Hiberis.

Auguſtus currules triumphos tres egit: Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum cōtinuo triduo.

Antonius Commodus triumphauit de Germanis.

Domitianus de Dacis, & Catis.

Papyrius Curſor de Corſis in monte Albano.

Paulus Oroſius, & cum eo Blondus Foroiulienſis ſcribunt Romanos triumphos numero fuiſſe 330.

Vltimus omnium triumphauit Probus Imp. de Germanis & Benniis omnium gentium ferociſſimos.

Qui triumphabat, triplici iudicio honorabatur. Primo exercitus de triumpho decernendo duci iudicabat, ſecundo ſenatus, tertio populus. Erat autem triumphus omnium honorū, qui à populo Romano dari ſolebat, maximus. Nam illa pompa ſolennis erat, quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum victoria, vt dictum eſt. Et quemadmodum Roman. victoribus Imp. ſuis magnum honorem, & triumphū pſallendo, & cantando impenderunt, qui hoſtibus ſuperatis Romam rediiſſent: Sic etiam 1. *Reg.* 17. legitur de Dauid, quod poſtquam Goliam quinque lapidibus occidit, & populum eius vicit, reuerſus, cum magna gloria receptus eſt à ſuis, & mulieres in eius laudem cecinerunt dicentes; *Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia.* Et *Exod.* 15. *c.* dicitur, quod quando Dominus liberauit Iſrael de manu Aegypti, & viderunt Aegyptios mortuos ſuper littus maris, tunc Moyſes cecinit carmen hoc Domino: *Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem proiecit in mari. Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem &c.* Similiter Maria ſoror Moyſis & Aron ſumpſit tympanum in manu, egreſſæque

que

Digitized by Google

quę ſunt omnes mulieres poſt eam cũ tympanis, & choris præcinentes, & dicentes; *Cantemus Domino, &c.* Sed maior victoria & triumphus, & de quo maior laudis honor impendi debet, eſt de glorioſa & triumphãti reſurrectione Imp. noſtri Ieſu Chriſti, qui magnifice triumphando ab inferis ad nos reuerſus fuit, vt perpulchre ſcribit Ber. de Buſtis *in 2. parte ſui Roſarii, ſerm.* 17. *in princ.* Similiter Iudas Macab. ſuperatis hoſtibus epinicia, ſolennitatem, feſtiuitatem & gratiarum actionem celebrauit pro parta victoria, vt habetur 2. *Mach.* 8. *ibi: Et cum epinicia agerent in Ieroſolymis.* Et habetur Apoc. 3. *Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomẽ eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius.* Ideo triumphantes indui debent, & ornari veſtimentis albis, vt fecit Ludou. XII. habita victoria contra Genuenſes, dum ingrederetur Genuam, anno 1580. dixi *infra iſta parte* 28. *conſidera.* 62. *concl.* Legitur & Iudith *cap.* 15. quod poſtquam Iudith iugulauit Holofernem, & Aſſyrii victi fuerunt, omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus in organis & citharis, & *cap. ſeq.* ſcribit, quod tunc cantauit canticum Domino dicens: *Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illud Pſalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius, &c.* Et factum eſt poſt hæc: *omnis populus poſt victoriam venit in Ieruſalem adorare Dominum,* & mox, *vt purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repromiſſiones ſuas.* Erat autem populus iucũdus ſecundum faciem ſanctorum, & per tres menſes gaudium huius victoriæ celebratum eſt cum Iudith.

Quis vero primus apud Rom. triumphũ, aut ouationem duxerit, ſcribit Polyd. *lib.* 2. *c.* 16. *de inuentoribus,* & ibi de multis, qui triumphauerunt. Plinius vero 7. *nat. hiſt.* inter plura alia de laude Cic. ait, quod primus in toga triumphum, linguæque lauream meruit.

Macrobius *in Saturn.* dicit, Bullam eſſe inſigne triumphantium. Quomodo autem fiebat, ad quid & vbi portabatur hæc Bulla, vide Calepinum *in ipſius diction. in verbo, Bulla.* Toga regia, quæ erat auro, & purpura intexta, qua reges vtebantur, à Liuio inter inſignia triumphantis numeratur, purpura ante vocata, & erat ſine pictura. Erant etiam alia ornamenta triumphalia, vt Liu. tradit *lib.* 30. aurea corona, aurea patera, ſella curulis eburnea, ſcipio eburneus, toga picta, palmata tunica.

TRigeſimaſeptima conſideratio. Honor conſiſtit in bibendo in auro, eſſe ſecundum poſt regem, veſtiri purpura, & cognatum principis vocari: vt habetur 2. *Eſdra,* 3. *c.* maxime (vt dicit ibi text.) propter ſapientiam. Hinc videmus, quod doctores tanquam ſapientes, & ſcientia præcellentes, *parentes principis* vocantur, per text & gl. *in l. ex diui Pii C. de locat.* vbi Domitius Vlpianus, qui erat præfectus prætorio, ab Alex. Imperatore eius parens nuncupatur. Etiam anteceſſores principis dicuntur, per text. *in §. cumque. & ibi not. per gl. & doct. in proœmio Inſtitutionum.*

TRigeſimaoctaua conſideratio. Etiam honor conſiſtit in delatione inſignium, & armorum: Nam qui maioribus inſignibus vtuntur, maioribus honoribus præfulgent, & in digniori loco collocari debent. Faciunt quæ dicunt doctores *in c. vt apoſtolicæ. de priu. in 6. & in c.* 1. 41. *diſtinct. cum tex. in cap. penult. extra. de vita & honeſt. cler.* vbi ex qualitate, & precioſitate ornamentorum, augetur dignitatis prærogatiua. vt dixi *infra in* 4. *part. in* 32. *conſideratione. ibi; duodecimo Abbates.* Et quælibet dignitas habet ſua inſignia: Nam Papæ imponitur Frigium, Imperatori Diadema ſeu infula, Regi corona, Epiſcopo mitra, Archiepiſcopo pallium, Doctori biretum, vt dicit Lucas de Penna *in l. murileguli. in princ. C. de murileg. lib.* 11. de quibus omnibus infra dicam.

Hinc ſumpta occaſione hic ſcribam de inſignibus diuerſorum ſtatuum mundi, & armis, tam principum, dignitatum, quam aliorum, & de his ſigillatim faciam centum concluſiones ſequentes; remiſſiue tamen interdum ad loca ſua in præſenti opere tacta; & primo faciam decem de inſignibus, & alias de armis.

Digitized by Google

PRima concluſio ſit de inſignibus regum Romanorum. Nam, vt refert Polydorus *de inuentoribus rerum lib.2.cap.3.* Romanorum regum inſignia erant faſces cum ſecuri, corona aurea, ſella eburnea, trabeæ curules, phaleræ, annuli, paludamenta prætexta, togæ pictæ, tunicæque palmatæ, & omnia denique decora, quibus imperii dignitas eminebat. Ex duodecim Thuſciæ populis (quos Tarquinius Priſcus ſubegit) originem habuere, quibus Tarquinius ſimulatque id ſenatus permiſit primus vſus eſt. Verum Romulus ex more duodecim Hetruriæ populorum, qui ſinguli ſingulos regi ſtatim creato lictores dabant, antea 12. lictores aſſumpſit. Alii à numero auium, quæ augurio regnum portenderant, cum ſecutum numerum autumant. Hi magiſtratibus miniſtrabant, faſceſque virgarum alligatos, cum ſecuribus geſtabant, & huiuſmodi virgæ ex Betula arbore fieri conſueuerant, quæ eſt arbor Gallica, mirabili candore atque tenuitate, terribilis magiſtratuum virgis, ſecundum Plinium *lib.16.c.19. naturalis hiſtoriæ.*

SEcunda concluſio eſt. Etiam Diadema, & corona ſunt inſignia Imperatorum, & etiam ſceptrum, vt infra habetur *in 5. part. in 19. conſid.* vbi ponitur etiam de rationali, de quo ſtatim dicturus ſum.

Sed prius videndum eſt variã eſſe genera coronarum, & qui primus eas inuenerit, Polydorus *de inuentorib. rerum. lib.*11.*c.*17. refert, Liberum patrem coronarum repertorẽ fuiſſe, qui primus omnium impoſuit capiti ſuo coronam ex hedera. Moyſes tamen, qui multis ætatibus Liberum patrem præceſſit, coronas aureas fecit, ſecundum Ioſephum *in 3. & 8. antiquitatum.* Ægypti regum (*teſte Cælio lectionum antiquarum, lib.13. c.61.*) mos fuit peruetus, Diademata ſerpentis aſpidis imagine diſtincta geſtare. Principio ex arborum ramis fieri coronas in ludis, & ſacris certaminibus mos fuit. Poſtea varia florũ mixtura componi ceperũt. Has Glycera primo adinuenit. Paulo poſt ſubiere quæ vocatæ ſunt Ægyptiæ, ſiue Hybernæ, factæ è bracteis ligneis ſiue eburneis, variis colorib. infectis. Deinde ſubſecutæ ſunt è lamina ænea tenui inaurata, aut argentea, quæ propter gracilitatem corollæ dicuntur. Craſſus autem diues primus ſuis ludis coronam aureis argenteiſque foliis dedit, & alii alias. Hinc denique multifariæ coronæ repertę ſunt, & in maximo pretio habitæ, præcipue apud Romanos, & tẽpore conſulũ. Erant enim militares coronæ, puta Triumphalis, qua donabantur ſeu coronabãtur in triumphis Imperatores, ſeu triumphanti dabatur, & ex lauro primitus fiebat: quoniã ea arbor præcipue eſt lætitiæ victoriarumq; nuncia: ſed deinde ex auro fuit facta, & hæc dicitur aurum coronarium, erantque eiuſdem & virtutis, & honorarii præmia.

Muralis dabatur ei, qui primus murum hoſtium ſubierat, ſeu oppidum hoſtium per vim aſcendiſſet, hæc etiam aurea erat muri pinnis decorata.

Caſtrenſis (quæ & vallaris dicitur; quia inſigne valli caſtrẽſis haberet) ſimiliter aurea erat. hac donabatur qui primus hoſtium caſtra pugnando introiſſet, & irrupiſſet.

Naualis pariter aurea erat, & dabatur ei, qui primus maritimo prælio vi, & armis in hoſtium nauẽ tranſiliebat. Ea roſtris nauium erat inſignita.

Oleagina, qua victores in Olympiaco certamine donabãtur, vel ob conuerſum hoſtẽ.

Oualis, quæ & myrtea dicebatur, dabatur his, qui vrbem intrabant ouantes, quando bellum leuiter, & ſine cruore perfeciſſent, deditione facta: aut cum bella non recte indicta eſſent, nec cum iuſto hoſte geſta, aut cum hoſtium nomen humile eſſet, vt ſeruorum aut Piratarum.

Obſidionalis dabatur duci, qui exercitum ſuum ab obſidione hoſtium liberaſſet, & dicta eſt graminea; quia fiebat ex eo gramine, quod ibi natũ fuerat, vbi obſidebãtur. Hanc S.P.Q.R. Fabio Maximo dedit ſecundo bello Punico, quod vrbem obſidione liberaſſet. & hanc Plinius *lib.* 22. aliis nobiliorem fuiſſe dicit.

Ciuica corona erat celeberrima, quam ciuis ciui,

uis ciui, à quo in bello ſeruatus fuerat, & à morte liberaſſet teſtem vitæ ſalutiſque perceptæ dabat: & hæc fiebat ex fronde querna: quoniam quercus primum mortalibus victum præbuit, qui glande veſcebantur: vel quia Ioui (in cuius tutela ſunt ciuitates) ſacra quercus eſt. de hac Plin. *lib. 6.* meminit appellans eam militum virtutis inſigne clariſſimũ. Vnde præclare Antoninus Pius, teſte Capitulino, Scipionis recolendam ſententiam frequenter vſurpabat, dictans ſe malle vnum ciuem ſeruare, quam mille hoſtes occidere. Hanc conſuetudinem ciuibus claris coronas dandi ſecundum Valerium *lib. 12. de inſtitutis antiquis*, Athenienſes primi omnium introduxerunt, hoc honore laudatiſſimo virtutis alimento primum Periclem decorantes, & coronãtes. L. Gel. vir cenſorinus cenſuit Cic. conſulem hac ornandum corona, quod eius opera atrociſſima illa Catilinæ coniuratio deleta vindicataque fuiſſet.

Hederalis dabatur Poetis.

Populea dabatur iuuenibus virtutẽ imitantibus & has coronas poſuit etiam Lucas de Pen. *in rub. C. de auro coronario, lib. 10.* Et dicit idem *in l. 4. C. de veſtib. oloberis lib. 11.* quod legitur in hiſtoria ſcholaſtica, quod quatuor ſunt inſignia regalia, ſcilicet purpura, fibula aurea, ſceptrum & diadema. vel ſecundum Hugo. *lib. 2. de ſacramentis*, ſex ſunt inſignia, quibus excellentia regalis ordinis oſtenditur, & ſacramentum iuſtum figuratur: puta Annulus, per quem deſignatur fides. Armilla, per quam bona operatio. Sceptrum, quo iuſtitia. Gladius, quo vindicta. Purpura, per quam reuerentia, & Diadema, per quod deſignatur in rege gloria.

TErtia concluſio eſt de rationali, quod erat olim inſigne ſupremi ſeu maximi ſacerdotis. vel ſecũdum Beroaldum in Apuelium, Galerus, id eſt pileus rotundus in modum galeæ factus, erat inſigne pontificum. Hodie vero eſt tiara. Guillelmus vero Durandus *in ſuo rationali diuinorum officiorum lib. 3. cap. de indumentis legalibus, ſeu veteris teſtamenti*, dicit, quod ſecundum Moſaicam legem erãt quatuor indumenta legalia tam minoribus ſacerdotibus, quam principi ſacerdotum communia, de quibus legitur *Exod. 28.*

Primum dicebatur Manaſtaſim, quod Græce *bracce*, Latine vero *fœminalia linea* dici poteſt, de byſſo retorta contextum: quo vtebantur pro eo, quod legitur Exod. 20. cap. in fin. *Non aſcendes ad altare meum per gradus, ne reueletur turpitudo tua.* & Ezech. 24. *Fœminalia linea erunt in lumbis eorum.*

Secundum Cathemone ſiue linea, quod nos ſubuculam, vel albam, eratque biſcinum, & duplex.

Tertium Baltheus, id eſt, zona, vel cingulum latum, quaſi digitis quatuor contextum de byſſo, purpura, & hyacintho, per quæ quatuor elementa ſignificantur.

Quartum eſt Tiara, quod nos infulam vel mitram appellamus, à Tydari pontificiali plurimum differens, quaſi formam rotundæ caſſidis repræſentans.

Super hæc quatuor communia, quatuor propriis indumentis pontifex vtebatur.

Primum erat tunica hyacinthina, quæ Latine *talaris* dicitur, quæ habebat pro fimbriis mala granata cum octoginta tintinnabulis aureis intercalari modo diſpoſita, vt audiretur ſonus, cum Pontifex ingrederetur Sanctuarium, ne forte moreretur.

Secundum erat Ephot, id eſt, Superhumerale, de quatuor prædictis coloribus auroque contextum ſine manicis, ad modum colobii, habens aperturam in pectore quandam, ad magnitudinem palmi, in qua Longion eiuſdem menſuræ inſerebatur. In cuius parte ſuperiori videlicet ſuper humeros infibulati erant auro duo lapides onychini, quibus duodecim nomina filiorum Iſrael erant inſculpta, ſex in vno, & ſex in altero. Samuel autem, & Dauid induti leguntur Ephot. illud erat lineum: & proprie quidem *Ephorat* dicebatur.

Tertium dicebatur Heſeu, Græce *Longion*, Latine vero *rationale* vocatur, quod pontifex ferebat in pectore. dictum eſt autem rationale iudicii; quia ibi erat lapis, in cuius ſplendorem ſibi Deum eſſe propitium cognoſcebant. Erat autem rationale quadrangulum duplex

ROMA VITTORIO EMANUELE

duplex in modum vnius palmi de quatuor prædictis coloribus auroque contextum, habens duodecim lapides per quatuor ordines. In primo Sardium, Topazum, & Smaragdum. In ſecundo Carbunculum, Sapphyrum, & Iaſpidem. In tertio Ligurium, Achatem, & Amethyſtum. In quarto Chryſolitum, Onychinum, & Berillum: in quibus erant ſcripta duodecim nomina filiorum Iſrael in ſingulis ſingula, iuxta ordinem ſuæ natiuitatis. Erant enim in eo ſcripta hæc duo nomina, hurim, & thumim, id eſt, veritas, & diſciplina.

Quartum, & vltimum erat capitis ornamentum, videlicet Tiara, ſeu Tydaris in acutum procedens, habens circulum aureum cum malis granatis, & floribus: ex qua ſupra frontem pendebat aurea lamina, quam *Petalum* dicunt, ad modum lunæ dimidiæ, in qua ſcriptum erat, *Anoth Adonai*, id eſt, ſanctum nomen Domini. *Tetragrammaton*, id eſt, quatuor literarum. ne vero cum mouebatur Pontifex, moueretur & lamina, ligabatur vitta, ſeu iunctura hyacinthina perſpicua, quæ ſummitates poſteriores diffundebat.

Noſter ergo pontifex pro fœminalibus habet ſandalia: pro linea, albam: pro baltheo, cingulum: pro poderi, tunicam: pro Ephot, amictum vel ſtolam: pro Longio, pallium: pro Tydari ſeu Tiara, mitram: pro lamina, crucem: & quædam ex his diuerſam habent formam ab illis, ſed eãdem figuram. hæc ille. Et poſt hiſtoriam ibi per eum poſitam vide, quomodo declarat ſecundum allegoriam & tropologiam. Et aduerte quia Papa non vtitur baculo, ſed tantum inferiores prælati, vt infra dicetur.

Aduerte etiam, quod chlamydem purpuream, tunicam hyacinthinam, coronam, frigium, lorum, & ſuperhumerale habet ex conceſſione Conſtantini Imperatoris: vt dicit ipſe Durãdus *in d. lib. 3. c. de mitra.* & de hoc habetur *in Canon. Conſtantinus* I I. 6 9. *diſtinct.*

QVarta concluſio erit de inſignibus Patriarcharum, Cardinalium, & Archiepiſcoporum. Nam Patriarchæ, & Archiepiſcopi habent crucem, quam ante ſe deferri faciunt. vt habetur per Card. *in clem. 2. in princ. de priuileg.* habent & pallium, & etiam nonnulli epiſcopi, de quo dicturus ſum *in 4. parte, in 26. conſideratione.*

Innocentius IV. in concilio Lugdunenſi Cardinalibus inſigne dedit, quod capite perpetuo deferre debent, hoc eſt, rubrum galerum. Idque diligenter ſeruatur ſecundum Gaguinum *in ſuis Chronicis ſuper Francorum geſtu, in vita diui Ludouici.*

QVinta concluſio. Epiſcopi vero habent mitram, quæ habet duo cornua, ad denotandum, quod debent ſcire vetus, & nouum teſtamentum: vt habetur per Archidiaconum, & Ioannem de Turrecrem. *in c. diſciplina. 45. diſt.* Et quod mitra ſit epiſcopale, & pileus regale inſigne, text. eſt. & ibi Bald. notat, *in c. inter dilectos. § . ſed contra extra de fide inſt.* etiam mitra epiſcopalis dicitur *Cidaris.*

Hæc vero mitra eſt locó Tiaræ ſeu Cidaris, vt dixit Durandus *in loco prædicto.* Sed & alia ſunt ornamenta Prælatorum, vt ſunt Dalmatica, chirothecæ, annulus, & baculus, de quibus hic infra. & iſto non vtitur Papa. *c. 1. de ſacra vnctio. ad fi.* ſed vtuntur epiſcopi, & cõpagis ſandaliis. 93. *diſt. c nonnulli. § . compagis, & c. ſeq.* & annulo. *c. cleri. de vir. & hon. cle extra.* Et de his omnibus vide per dictum Durandum *in prætacto loco,* vbi ample.

Sed vſus talium Pontificalium non competit inferioribus ab epiſcopis de iure communi: & iſta omnia tendunt ad gloriam, honorem, & magnificentiam eccleſiarum, & non in amplitudinem officii dantur, quando conceduntur inferioribus prælatis, puta abbatibus. & ideo dicit Geminianus *in c. vt apoſtolica. de priuileg. in 6.* quod hæc operantur pontificalia in iſtis, quod genitalia in multis.

Ne tamen ſcandalum in eccleſia generetur, abbates, & inferiores prælati exemti ab epiſcopis, ſi habeant priuilegium portandi mitram, poſſunt tantum vt in conciliis & ſynodis epiſcopalibus, non tamen aureas vel argenteas laminas habentibus. Non exempti vero ſimplicibus, & albis, ac planis vtantur. Ita

tur. Ita eſt textus ad literam *in d. cap. vt apoſtolicæ. de priuileg. in 6.*

Aduerte, quod exempti non poſſunt talia deferre in potentia epiſcopi ſuæ diœceſis, niſi hoc habeant ex ſpeciali priuilegio, vt dicit ibi *tex.* & Geminianus *ex illo text.* per hoc enim detrahitur honori epiſcopi. & ibi ponit Geminianus, quod exempti debent in ordine præferri non exemptis. dixi alibi plene.

SExta concluſio ex præmiſſis eſt: quod & iſti principes ſeu paſtores habẽt aliud inſigne, quod dicitur virga, ſeu baculus: quo vtuntur maximi viri Eccleſiaſtici. Vnde dicit text. *in c. inter dilectos. § ſed & contra.* & ibi Bald. *extra de fide inſtru.* quod baculus eſt paſtoris, & ſceptrum eſt regis: &, vt dicit Aug. Dathus *lib. 3. ſuarum orationum, oratione* 38. bonus paſtor, qui iuxta ſaluatoris vocem animam ſuam dat pro ouibus ſuis, quintuplicem virgam geſtare perhibetur. Virgam diſciplinæ, per quam audacium & improborum hominum inſolentiam compeſcat. Virgam poteſtatis, per quam iuſte præſit. Virgam cognitionis, & ſcientiæ, per quam inſtruat. Virgam cuſtodiæ, per quam iuſtitiam, liberalitatem, pacem, & legum diſciplinam cuſtodiat ac tueatur. Virgam miſerationis, per quam tenuioribus, & iniuria laborantibus, pie miſericorditerque ſubueniat. Virgam debellationis, per quam victoriam aſſequatur.

Datur igitur virga prætoribus, propter diſciplinam.

Datur principibus, propter ſummam regendi poteſtatem.

Datur ſenioribus, in quibus ſapientię munus excellit.

Datur præſidibus, ad cuſtodiam obeundam.

Datur regibus ad manſuetudinem, & clementiam exercendam.

Datur imperatoribus, ad hoſtilem impetum coercendum, atque iniuriam propulſandam.

Et, vt ibi dicit, aſſumpſit Zacharias propheta virgas duas ac pauit gregem ſuum: ac duæ virgæ quidẽ duæ ſunt præclaræ eximiæque virtutes: altera iuſtitia, altera vero manſuetudo, per quas poſſit, qui imperat, parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos, de quibus per prophetam Dominus: *Viſitabo,* inquit, *eos in virga ferrea.* Virgam auream tenebat Aſſuerus Rex, eamque flectebat iis, qui eius iniuſſu ipſius thalamum fuiſſent ingreſſi; vt liquido pateat populos ad obſequia atque obedientiam principum erudiri oportere. Rhadamanthus, & Æacus, Platone teſtante, virgam tenent dum iudicant. Minos vero conſiderans ſedet ſolus, habens aureum ſceptrum, vt de eo inquit Vlyſſes apud Homerum, vidiſſe ſceptrum tenentem, iura mortuis dantem & magiſtratus quoque & rectum iudicii examen diſpicere, & iuſtum iudicium debet iudicare. Nempe virga hæc iuſtitiam deſignat, & poteſtatem. *Virga directionis,* inquit propheta, *virga regni tui.* Et virga quidem corripit delinquẽtes, quemadmodum & baculus imbecilles tuetur, ac ſuſtinet. *Virga tua,* ait propheta Pſal. 22. *& baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Hac virga,* inquit, *reiicit demiſſa cœlitus hoſtium vim arcet, ac deuitat inſidias,* dicẽte propheta, Pſal. 111. *Virgam virtutis tuæ emittet Deus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.* Quod ſi arca fœderis in veteri teſtamento duo continebat, ſcilicet manna, & virgam; ſatis argumenti eſſe debet, magna in hoc præclaro inſignia myſteria contineri: videlicet manna, vt denotaret in prælatis & paſtoribus dulcedinem exhortationis ad bonum quo ad bonos: & virgam, vt denotaret correctionem quo ad malos, ſecundum etiam, quod lex hoc contingere debet ſecundum Philoſophum 10. *Ethicor.* vt refert & ſequitur Io. de Turrecremata *in c. diſciplina. 45. diſt. in 1. col.* pro quo facit text. *in c. omnis autem lex. 3. diſt. & in c. factæ ſunt autem. 4. diſtin. & in l. 1. verſ. nam vt eleganter. ff. de iuſtit. & iure.*

Has duas virgas ſolent deferre, & gerere reges Franciæ cum depinguntur, aut eorum imagines, ſeu ſtatuæ fiunt, & eleuãtur. Quoniam vnam virgam portant in manu dextera: in qua ſupra in ſummitate virgæ eſt vnum lilium, quod habet vim ſceptri, & ad inſtar ſceptri fit. Alteram vero gerit in manu ſiniſtra, in cuius apice eſt repræſentatio manus,

Digitized by Google

nus, quod habet vim iuſtitiæ, & illius adminiſtrationis: & modo quo iuſtitiam adminiſtrauerint, & regnum gubernauerint, habent prædictas manus. Quoniam ſi bene, habent manus eleuatas; quia iuſtitia de cœlo proſpexit, quam manu demonſtrat; ſi male, habent manus depreſſas, vt denotetur mala eorum adminiſtratio iuſtitiæ. Et ſic illa manus poſita ſuper virgam denotat autoritatem, correctionem, dignitatem, & poteſtatem, quam debet habere princeps in ſubditos in virga paſtorali.

Quæreret forſitan aliquis, quare ſummus Pontifex non vtitur virga paſtorali, & tamen alii inferiores ea vtuntur. Guillelmus Durandus *in dicto 3. lib. in c. de baculo*, ponit rationem hiſtoriæ, & rationem myſticam.

Hiſtoria eſt, quoniam B. Petrus Apoſtolus Martialem diſcipulum ſuum (quem dominus inter diſcipulos conſtituit, cum dixerit: *Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, nõ intrabitis in regnum cælorum*) miſit cum quibuſdam aliis ad prædicandum Germanis, quo in via ad viginti dies defuncto collega eius rediit ad nunciandum hoc Petro. Cui Petrus: *Accipe hunc baculum, & tangens eum dic: ſurge in nomine Domini, & prædica*. ille vero in vigeſimo die à tempore mortis illius tetigit eum, & ſurrexit, & prædicauit, & ita Petrus baculum à ſe amouit, & ſubditis dedit, nec recuperauit.

Innocentius vero Papa III. *in Speculo eccleſiæ* ſcripſit, quod Beatus Petrus miſit baculum ſuum Euchario Treuirorum epiſcopo: quem vna cum Valerio, & Materno ad prædicandum Euangelium genti Teutonicæ deſtinauit. Cui ſucceſſit Maternus in epiſcopatu, qui per baculum Petri de morte fuerat ſuſcitatus, quem baculum vſque hodie cum magna veneratione Treuirenſis eccleſia ſeruauit, & adhuc ſeruat, imo Papa in illa diœceſi vtitur baculo, & non alibi.

Myſtica vero ratio eſt; quia baculus in ſummitate curuus eſt quaſi ad attrahẽdum; quod in Romano Pontifice neceſſe non eſt. Quia nullus ab eo finaliter diuertere poteſt. Hæc ratio mihi videtur friuola; cum Romanus pontifex magis ad ſe habeat attrahere deuiantes, & errantes à fide catholica, quam alii prælati. Cum ex quo eſt caput eccleſiæ catholicæ, ad ipſum magis ſpectat purgare errores, quam ad membra. Et dicit B. Thom. quod Papa non habet coarctatam poteſtatem, quæ donatur in curuatione baculi, vt dicit Fel. *in rub. de conſtit. col. 2. ver. bene facit quod not. B. Thom.*

Præterea, vt dicit idem Durandus, per baculum deſignatur coertio, quam quia cæteri pontifices ab homine recipiunt, ideo à ſolis ſuperioribus baculos recipiunt, & habent. Romanus vero pontifex; quia poteſtatem à ſolo Deo accipit, baculum non habet. Hæc ratio adhuc non mihi videtur conſona; eo quia etiam Romanus Pontifex poteſtatem ſaltem ſecundario accipit ab electoribus. ſecundum text. *in c. vbi periculum*. de elect. in 6. Imo potius videretur, quod virgam & baculum potius deberet habere, quam alii. Quoniam cum capite, ſcilicet Chriſto, conuenit, deberet illum habere, vt Chriſti poteſtatem ſignaret: de qua habetur Pſal. 44. *Virga recta ſiue directionis virga regni tui: quia dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem*. Propter quod alibi dicitur: *Reges eos in virga ferrea*. duritia ferri vigorem ſignat æquitatis, qua Chriſtus tanquam vas figuli peccatores confringet. Verum poteſtas Chriſti non ſolum eſt virga, ſed baculus: quia non ſolum corripit, ſed etiam ſuſtentat. Vnde Pſal. 22. iam ſuperius all. *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*. Sic exemplo Chriſti ſummus pontifex, tãquam eius vicarius, non debet eſſe ſine baculo: ſaltem ſi non vult eo vti pro coertione. quod denotaret conſolationem; ſicut hodie videmus noſtros ſummos pontifices eſſe multum conſolatiuos, præſertim in conceſſione Indulgentiarum, gratis, quod facere debent. & omnia ſua conuertendo in defenſionem Chriſtianitatis, quæ iam his noſtris temporibus tanta paſſa eſt. vt de expurgatione, & captiuitate Rhodi videmus, & adhuc non eſt ſine magno periculo, quod multa patietur, propter guerras, & diſſenſiones Chriſtianorum, quæ nunc ſunt inter principes Chriſtianos, quas debet ſummus Pont. ſuo baculo ſedare,

lo ſedare, & pacificare, illos compellendo ad pacem pro tuitione Chriſtianitatis, illis auxilium, & fauorem tam in pecuniis, quam hominibus armatis præſtando. Ecce quomodo baculo ſuo vti deberet, Deus omnipotens in omnibus prouideat.

De inſignibus vero principum, Imperatoris ſcilicet & Regum, ponitur *infra in 5. part. in 19. conſider. cum ſeq.* vbi ponitur de Diademate, & Corona, quæ ſunt inſignia Imperatorum & Regum: etiam de Sceptro, vt iam prędictum eſt.

SEptima concluſio. Inſigne ſenatorum, ſeu ordinis ſenatorii erat latuſclauus *ſecundum Sueton. in vita Cæſaris Dictatoris*, & calceus lunatus, qui tamen communis nobilitatis fuiſſe putatur. Iuuenalis de Quintil. *Appoſitam nigra lunam ſubtexit alutæ.* Cic. Philip. *Eſt etiam Aſinius quidam ſenator voluntarius lectus, ipſe à ſe apertam curiam vidit, poſt Cæſaris mortem mutauit calceos, pater conſcriptus repente factus eſt, id eſt, lunatos calceos ſumpſit.*

Latuſclauus, quod etiam *laticlauium* dicitur, pro ſenatoria dignitate ponitur: & ius annulorum aureorum, pro equeſtri ordine, vt dicit Budæus *in l. vlt. de ſenatorib. ff.* vbi etiam refert, quod Latuſclauus eſt tunica purpurea prætexta latior, & longior tunica vulgari ac diſcincta, cui toga ſuperinduebatur vt tunicæ: & tali veſte Tul. Hoſtilius primus è regibus Romanis vſus eſt. Credo, quod hodie ſit cappa ſeu ille mantellus magnus, latus, longus, & rubeus, quem deferunt præſidentes in Conſiſtoriis ſeu Parlamentis, cum reddunt ius, ſeu pronuntiant Arreſta curiæ populo. Qui loco lictorum etiam habent oſtiarios cum virga alba & tenui.

Legitur apud Plutarchũ *in Problem.* quod lictores cum ſecuri, & virgarum faſcibus, prætexta veſtis cum eburneo curru erant inſignia conſulum. Sicut Lituus augurum ſecundum Cic. 1. *de diuin.* Tunica picta cum æneo pectoris tegmine Saliorum Martis, vt inquit Liuius *lib. 1. ab vrbe condita.* Spicea corona, & alba infula fratrum Arualium, teſte Gellio *lib. 6. cap. 7.* principis iudicũ Ægyptiorum aurea catena è collo ſuſpenſa, qua pendebat ſignum, quod veritatem dicebant, autore Didoro *lib. 2.*

OCtaua concluſio. Inſignia militaria ſunt plura, enſis ſcilicet, torques aureus, & calcaria deaurata: de quibus infra dixi *in nona parte, in pluribus conſiderationibus*, & quemadmodum haſta eſt ſignum belli; ita caduceum eſt pacis.

De inſignibus vero literatorum, infra dicam *in 10. parte, in 36. conſid.* Nota tamẽ, quod ſicut purpura eſt regum, vt dixi, & probatur per totum titulum, *de veſtibus oloberis. lib. 11. C. & in l. fin. C. qui militare non poſſ. lib. 12.* ita chlamys militum, ſtola ſacerdotum, toga aduocatorum, habitus ruſticorum, cuculla monachorum appellatur. vt in gloſſ. *in verb. fibulis. in l. vnic. C. nulli licere in frenis. lib. 11.* de quo meminit Bald. *in capit. cauſam. col. 1. extra de probat.*

NOna concluſio. Repetitur ex communi vſu etiam aliud inſigne, quod eſt Ducum, Comitum, & Marchionum: & eſt pileus circundatus quadam corona rotunda, non erecta, nec aſcendente in modum zonæ circumdantis pileum, & apud nos ita ſeruatur, ita quod licet duces habeant iura regalia, non tamen portant coronam erectam prout Reges.

Et de huiuſmodi pilei ducalis inuentione, ſeu introductione pro inſigni ſeu infula, non video originem, niſi eam; quia cum capiebantur olim ſerui aut captiui, ſequebantur ducem in triumpho, & poſt eum deferebant pileum, vt de Terentio capto à Scipione Aphricano, qui illum ſequendo deferebat pileum in triumpho ipſius tanquam ducis, vt refert Quintilianus *in gladiatore.* de quo meminit Lucas de Penna *in l. murileguli. C. de murileg. lib. 11.* Ex quo poſtmodum in ſignum huius triumphi duces acceperunt pro corona pileum, & iſte modus apud nos obſeruatur. Vel dicendum videtur, quod huiuſmodi mos gerendi pileum per Duces, vel Comites eſt introductus ex eo, quod ſicut olim flamines gentilium inter alios tanquam duces, & paſtores ſuorum, portabãt pileum, in quo erat deſuper breuis virgula habens aliquid lanæ, vt dicit Albericus *in ſuo Dictionario,*

Digitized by Google

nario, in verbo, Flamines, ita hodie ille mos remanſit non ſolum apud Cardinales, Epiſcopos, & paſtores, ſed etiam apud Duces, & Principes, quod gerunt pileum, in quo eſt zona circundans eum in ſignum dignitatis, & præeminentiæ inter alios. quia non deferunt coronam, quæ ſolum Regibus competit. Et hoc quoniam in eo dignitatis gradu videntur eſſe Duces in ſecularitate, ſicut flamines in ſpiritualitate, vt inferius examinabitur.

De iure reperio, quod pileus lineus, ſeu ſericus, eſt inſigne hodie prohibitum clericis, vt ait gloſ. *in clem. 2. de vit. & hon. cler.* apud Græcos tamen ſacerdotes deferebant in ſignum dignitatis, vt dicit ipſe Lucas *in dicto loco*. Tamen quo ad Duces, Cardinales, epiſcopos, protonotarios licet diuerſimode, eſt multum in vſu. Et ſicut pileus tegit, ſtringit, & gubernat; ideo etiam videtur, quod dux ſuos ſubditos tegere & gubernare debet. Et eſt etiam inſigne libertatis; quia magis debēt eſſe liberi apud principem ſupremum, quam alii: quia antiquitus ſerui manumiſſi accipiebant pileum raſo capite. facit *l. vnica. §. ſed & qui. C. de latina libert. toll.*

Hic vero pileus iſtorum ducum deſignat præeminentiam ſupra alios, & eſt in modum coronæ non erectæ, vt dixi, & tali inſigni ſolent vti Duces in ſignum excellentiæ, & dignitatis: quia excellentiorem, & digniorem gubernationem habent cæteris.

Iſto etiam inſigni vtuntur apud nos Præſidentes Parlamentorum; quia habent certum pileum ex nobili panno, rotundum, foderatum, vt ita dicā, & vulgo dicitur *vngmortier* (Cum graues illi debeant eſſe) qui habet circuncirca vnam zonam ex panno aureo, & ſupra pilos ſericeos, & auratos, ad denotandum excellentiam illius ſtatus, & officii. Et iſtud ornamentum ſeu inſigne proprie dicitur *fa[c]iale*: de quo plene *infra in 7. parte, in 24. conſid. in c. generalis eſt. in ver. tantum eſt. in fin.*

Decima concluſio. Deueniēdo amplius ad materiam armorum, & vnde originem habuerint, quæ hodie ita ſunt in vſu apud nos. In qua dico, quod tria fuerunt iura apud antiquos, Agnationis, Gentilitatis, & Stirpis: ſed nobiliorum fuiſſe videtur gentilitas, vt ex diffinitione Ciceronis apparet, eorum ſcilicet, qui imagines generis ſui proferre poterant. Inde Tranquil. in Veſpaſia. *Flauia gens*, inquit, *obſcura illa quidem ac ſine maiorum imaginibus, ſed tamen reipublicæ nequaquam pœnitenda.* Vnde imagines pro nobilitate generis accipi ſæpe ſolent. Cicer. *de lege agraria* ſignificare volens nouum hominem, id eſt, nulla generis nobilitate commendabilem, conſulem tamen factum, ita ad populum inquit: *Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis autores generis mei commendarunt: ſic ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me à vobis deprecentur.* Idem in Piſonem: *Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quare ſimile nihil habes præter colorem.* Fumoſas imagines appellauit Cicero antiquiſſimi generis ſtemmata. vt legi omnino debeat apud Iuuen. *Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros.*

Hoc autem ius quæſiiſſe ſe ab ædilitate geſta, his verbis refert Cicero vltima in Verrem actione: *Ob earum rerum laborem ac ſolicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, ius, imagines ad memoriam poſteritatemq; prodendam.*

Ex quo loco apparet, ex honoribus geſtis imagines familiarum comparari, aut etiam retineri ſolitas eſſe. Vnde in principio legis agrariæ: *& in hoc more poſitum, Quirites, inſtitutoque maiorum, vt hi, qui beneficio veſtro imagines familiæ ſuæ conſecuti ſunt, eam primum habeant concionem, qua gratiam beneficii veſtri cum ſuorum laude coniungant.* Qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorem loco reperiuntur. Plerique autem hoc perficiunt, vt tamē maioribus eorum debitum eſſe videatur, vnde etiam, quod poſteris ſolueretur, redundaret.

Qui autem ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant, hi terræ filii, & à ſeſe orti, & homines noui vocabantur. Vnde Cic. in 7. epiſt. *Cornelius quidem tuus familiaris, ſummo*

ſummo genere natus,terræ filius. Summo autem genere natus ab eo per ironiam dicitur. Et Perſius: *Praſto eſt mihi Manius hæres,progenies terræ.* Iuuenalis: *Vnde fit,vt malim fraterculus eſſe gigantum.*

Hæ imagines etiam *ſtemmata* vocantur, vt per Satyricum: *Stemma:a quid faciunt?*

Cereæ autem erant ſimulachra per armaria diſpoſita. Vnde illud eiuſdem:

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria,nobilitas ſola eſt,atque vnica virtus.

Mos autem fuit olim Romæ, vt imagines maiorum in funeribus ducerentur,ad gentilitatem oſtendendam, id quod Cicero oſtēdit in ſecundo de oratore: *Brute, quid ſedes? quid anum illam patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides? quid maioribus tuis?* De anu Iunia agnata Bruti loquens, quæ funere efferebatur. Plin. lib.35.cap.2. *Apud maiores*, inquit, *in atriis imagines erant, quæ ſpectarentur, expreſſi vultus ſingulis diſponebantur armariis,vt eſſent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, ſemperque defuncto aliquo, totus aderat familia eius,qui vnquā fuerat,populus.* Stemmata vero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Tablina vero codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Aliæ in foribus & circa limina animorum ingentium imagines erant, affixis hoſtium ſpoliis, quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiam dominis mutatis, domus ornamenta erant,vt dicit Plinius.

Pro iis, vt opinatur Budæus, poſteriora tempora inſignia gentilitia habuerunt, quæ arma vulgo vocantur, quæ ipſa quoque primum, vt ſimile eſt veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclare geſtarum decora. Quæ tamen geſtantium nonnulli hodie, atque etiam plerique moribus ac vitæ inſtituto hoc certe perficiunt, vt tantum maioribus eorum honoris debitum eſſe videatur; vnde etiam quod poſteris ſolueretur redundaret,vt Cic. dixit.hactenus Budæus *in l.fin.ff. de orig.iur.*

Ex quibus cognoſcimus,vnde habuerunt origine m inſignia ſeu arma, de quibus præſens eſt quæſtio.Nam etiam Alexan.Magnus inſequendo veſtigia antiquorum, & prædeceſſorum, & volendo exaltare nomina Athletarum virtuoſorum, & militum bene certantium, vt magis atque magis animarentur ad decertandum contra hoſtes,& vt præmiarentur in honore,ſicut in præmio: ſtatuit cōſilio Ariſtotelis eius præceptoris donare, & tribuere militibus ſuis bene & valide certantibus & merentibus inſignia, vexilla, & alia. Nam donis, & gratiis quis inuitatur ad bonum, notat Pet.de Anch. *in cle. vnic. §.nos itaque.in fin.de reliq.& venerat.ſanctor.* Item blandimentis, & honoribus. *c. qui ſyncera. 45. diſt. & c. quam pio 1. q. 2.* notatur *in l. 4.ff.de inof teſt.* item muneribus. *c. nimium. cum c.ſeq. & c pen. 23.queſt.4.facit l.1.ff.de iuſt. & iure. ibi; bonos non ſolum metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes.* concordat *can.non vos.circa initium.23.quæſt.5.* Hic ea ipſa hodie in vulgari noſtro vocantur *Cordes d'armes.* Ex quo fit ex obſeruantia, quod milites principis,& alii portant ſua inſignia ſeu arma,vt inter alios cognoſcantur, maxime in bello, quum ibi interſunt cum eorum principe. facit *l.ſtigmata. in his verbis, ad imitationem tyronum.de fabricenſ.lib.11.C.*

VNdecima concluſio. Arma ſeu inſignia etiam ponuntur ad perpetuam hominum memoriam in multis locis, vt in ſepulturis:vt habetur 1. Mac.13.c. ibi; *Aedificauit Simon ſuper ſepulchrum fratris ſui & fratrum ædificiū altum viſu,lapide polito retro & ante. Et ſtatuit ſeptem pyramidas, vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus. & his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma, ad memoriam æternam: & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare.* & 1. Reg.31.cap.ibi: *Poſuerunt Philiſt.arma Saulis interfecti in templo Aſtaroth,corpus vero eius ſuſpenderunt in muro Bethſan.*

DVodecima concluſio. Non eſt dubium de iure, quod honor eſt portare arma, vehicula ſeu vexilla honoratorum, & ſuorum prædeceſſorum: text. eſt *in l. 1.* & ibi Io. de Plat. *& in l fin. C. de præpoſit. ſacri cub. lib. 12. & in l.vnic.C.de honora.vehicu.lib.11.*& dicit Bal. *in l. generaliter.§.fin.C.de inſt.& ſubſt.*quod portare

tare arma eſt honor, vt etiam ſatis patet ex ſupra deductis. Et ſicut nomen decorat. §. *ſed nos. Inſtit. ad Tertull.* ita & hæc arma decorant.

Vnde hæc fuit cauſa hic inſerendi materiam armorum, hoc eſt, inſignium, nō armorum ad bella neceſſariorum, cum alibi de his dicturus ſim infra in nona parte. vbi deſcribam de arte militari: ſed hic ponam, quomodo laudantur & honorantur, aut laudari poterunt homines in armis, ſeu ſcutis, ſecundū quod in eis apponuntur metalla, colores, animalia, & alia huiuſmodi, quæ dant autoritatem, & honorem ſeu laudem in illis.

Et hæc materia armorum generat arma: quoniam vt dicit Ouid. *Bella mouet clypeus, deq; armis, arma feruntur*. Quia de his ſæpe ſolet eſſe grandis quæſtio inter nobiles, ſicut videmus apud Ouidium *in 12. Metamorph.* inter Aiacem, & Vlyſſem pro armis ipſius Achillis. dicam latius *infra in 48. concluſione.*

DEcimatertia concluſio. Donatus ſeu legans pecuniam, vt fiat aliquod opus, puta Templum, ædes ſacræ, hoſpitale, imagines, &c. nomen vel arma ſua in eodem inſcribere, ponere ſeu depingi facere poteſt: nec debet abradi, ſeu deleri, etiam vt alterius arma ponantur. text. *in l. qui liberalitate. in princip. & fin. ff. de op. pub.* Notat Alberic. *in l. legatam. per illum text. in fin. ff. de adminiſt. rerum ad ciuitat. pertinentium.* facit text. *in l. fin. in fin. C. de ſtatuis.* vbi ait; *ſed eius, cuius ad honorem petitur expenſis propriis ſtatuam collocari præcipimus.* Quod intellige ſi donauerit ſponte, & ex liberalitate: quia ſi coactus, vt ſunt qui condemnantur apud nos ad emendas ciuiles, non poſſunt procurare, vt ſua arma apponantur in dictis operibus publicis factis ex illa mulcta, per d. text. *l. qui liberalitate.* Amplia procedere, etiam ſi aliquam ſummam & non totam donauerit; quia talis donans etiam arma ſua apponere poterit, per d. text. *in d. l. fin. ff. eod.* vide *infra in 21. concl.* vbi amplius.

Aduerte tamen, quod ponentes arma ſua in eccleſiis quas faciunt, aut in ornamentis, quæ donant eccleſiis, perdunt meritum, vt tenet Gemin. *in c. duæ ſunt. circa med. 45. diſt.* quē refert, & ſequitur Bernardinus de Landriano *in cap. dilecta. in Apoſtillis ad Panorm. de exceſſ. prælat. extra.*

DEcimaquarta concluſio. In ſequendo doctrinam Bart. *in ſuo tract. de inſignib. & armis.* eſt, quod quædam ſunt inſignia, quæ competunt alicui ratione dignitatis, vel officii. Et ſunt talia, quæ quilibet habens illam dignitatem, vel illud officium, portare poteſt: non tamen licet alicui portare, niſi habeat illam dignitatem, ſeu officium, pro quo allego gloſſ. *in verbo, dignitatem. in capit. vt apſtolica. de priuileg. in 6.* facit text. *in l. 1. & ibi doct. C. quæ res vendi non poſſ.* vbi habetur, quod veſtes, inſignia, vel arma, & colores ipſius principis nemini aſſumere licet.

Exemplificat Bart. in inſignibus proconſularibus & legatorum, de quibus *in l. 1. ff. de offic. proconſ. & legati. & l. ſanctum. in princip. ff. de rerum diuiſ.* vbi proconſul inſignia ſua etiam extra iuriſdictionem ſuam, portare poteſt. Nam ſex faſcibus tantum vtebatur. *l. proconſules. ff. de offic. proconſul.* Et etiam legati Romani populi portabant verbenas (forte ſagmina) ſecundum gloſſ. *in d. l. ſanctum.*) id eſt, herbas ſeu frondes ſacratas, ne violarentur à populo, vbi mittebantur, & ratione illius inſignis erant in cuſtodia Romanorum, ita quod dicebantur ſancti, prout ſancti habentur, vt dicit text. *in l. fin. in princip. ff. de legationib.*

Similiter legati Græcorum ferre ſolebant, ne quis eos violaret, ea quæ vocantur ceritia, vt inquit text. *in d. l. ſanctum.*

Item archiepiſcopus vti poteſt pallio in tota ſua diœceſi & prouincia, vt dicit text. *in cap. cum ſis. extra. de autori. & vſu pallii.* Sicut hodie videmus in clientulis ſeu ſeruientibus regiis, qui ſi offenduntur in exequendo mandata regia, habendo, & portando ſignum ſeu ſcutum regium, quod portare debent pro inſigni, & ſunt in ſalua guardia regis natiua; ita quod grauius puniuntur, qui eos offendunt.

Exemplificat etiam Bart. in inſignibus epiſco-

Digitized by Google

epiſcoporum, quæ ſi quis non habens illam dignitatem portet, incurrit in crimen falſi. *l. eos. §. fin ff. de fal.* vbi habetur, quod portans inſignia doctoratus, cũ non ſit doctor, incurrit in pœnam falſi. Et idem dicendum eſt de quacunque alia dignitate habente certa & diſtincta inſignia, de quibus ſupra dixi *in nouem primis concluſionibus.*

Et dicta Bart. in hac concluſione ſequitur Panorm. *in cap. delicta. in vlt notab. de exceſ. prelat. extra.* & Bonus de Curtili *in ſuo tract. nobilitatis, part. 2.* vbi dicit, quod quædam ſunt arma, ſeu inſignia dignitatis, vel officii in vniuerſo, vt epiſcoporum, doctorum, rectorum & ſimilium, & talia ſolum deferri debent ab illis habentibus talem dignitatem aut officium, vt hic patet.

Quædam autem ſunt arma, ſeu inſignia ſingularis dignitatis, quibus vtuntur Reges, Principes, Duces, Comites, & cæteri potentores. Quædam vero ſunt arma priuatorum, ſiue nobilium, ſiue popularium, de quibus particulariter infra ample dicetur.

DEcimaquinta concluſio erit de inſignibus ſiue armis cuiuslibet ſingularis dignitatis (vt videmus in quolibet Rege, qui habet ſua inſignia ſeu arma. Nam Rex Franciæ vndecunque ſit, habet pro armis ſuis in campo azureo tria lilia aurea, & coronam ſupraerectam. Imperator vero habet Aquilam nigram in campo aureo, & ſic de ſingulis, prout infra dicetur *in 17. concluſ.* de Regibus Chriſtianis, de Principibus Franciæ, & multis aliis.) Et talia nemini alteri licet deferre ſeu aſſumere, vt tenet Bald. *in l. 1. C. quæ res vendi non poſſ.* quia, vt dicit, propter hoc videtur ſe parem facere ſicut Lucifer, qui voluit ſe parē facere Deo, & ideo deiectus fuit de Paradiſo. Nec etiam ſuis rebus depingere *l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine. & in Auth. de mãdat. princ. §. pen. colla. 3. & in l. 1. C. vt nemo priuatum. &c.* vbi non licet priuato apponere arma regis in ſua domo. Dicit tamen ibi Albericus, quod vidit ſeruari, & quod quotidie ſeruatur contrariũ. Ideo Bart. *in d. tract.* dicit, quod hoc intelligendum eſt principaliter, ſed acceſſorie poteſt, puta, in ſignum ſubiectionis ſupraponere inſignibus propriis inſignia Regis, Comitis, domini, ſeu Principis ſui, & hoc de conſuetudine ſeruatur, vt ibi dicit Bart. & ita etiam tenet Bonus de Curtili *in ſuo tracta. nobilitatis, in 2. part. num. 170.* quod intellige, dummodo non ſit vilis perſona, *vt infra in 18. concluſ. dicetur.*

Sed vnde hoc, quod videmus multos principes in Gallia, & Francia, qui vtuntur liliis, ſicut Chriſtianiſſimus Rex noſter; & tamen ſoli Regi fuerunt demiſſa cœlitus pro ſcuto ſuo: etiam illi ſimul fuit demiſſum oleum ſacrum pro vnctione in eius coronatione fida; quod tamen aliis quam Regi non competit. dicam infra ponendo illos, qui communiter in Gallia geſtant lilia, ratione quorum videtur eſſe de maioribus, & magis honorari debent; cum magis approximent ſua arma armis ſupremi Principis; quanto magis ſunt conformia, & in minori differentia, tanto magis ſunt honorabiliora.

Aduerte tamen, quod ſi arma alicuius principis ſint picta in aliquo caſtro in ſignũ ſubiectionis, ſi quis tollat illa arma, dicitur tollere ſubiectionem domino, & ſic per dominum puniri poteſt tanquam rebellis, niſi aliter appareat de alia cauſa delendi, vt dicunt Geminianus, & Cardinalis Alexander *in can. quæcunque. 30. diſt.*

DEcimaſexta concluſio. Arma, imago, ſeu nomen principis in opere publico, vt in muris ciuitatis, & portis, in prætoriis iudicum, & domibus publicis, ſeu vniuerſitatum, poni & inſcribi debent, per text. *in l. opus nouum. in fin. ff. de operib. public. & in l. ſi quis iudices. C. eod.* quod etiam procedit in eo, cuius pecunia id opus factum ſit per text. *in d. l. opus.* ſed non ſupra arma Principis. Quia nec præſidis liceret nomen vel arma ſuperſcribere ſeu ſuperponere. *l. nec præſidis. ff. eod.* Cum in opere publico nulli iudicum licere debet ſua arma apponere, inconſulto principe, alias reus maieſtatis efficeretur. *d. l. ſi quis iudices.*

Contrarium tamen de conſuetudine ſeruatur ſecundum Salicetum *in d. l. ſi qui.* & Albericum de Roſate *in l. qui liberalitate. ff. eo.* Nõ hodie

hodie videmus, quod quando fiunt opera publica, gubernatores patriarum in Francia, vel iudices arma ſua eis imponunt, ſed ſub armis regis, quod poteſt fieri, vt dixi *in praecedenti concluſione*. Dicit etiam text. *in l. baſilica in. C. eod.* quod in baſilica, quæ eſt domus Regis, vel eccleſia ſacra, non debent imagines ſeu arma alicuius pingi: quod intellige, prout ſupra *in 13. concluſ.* niſi expenſis in toto vel in parte alicuius fuerit fabricata; quia tunc talis arma, ſeu nomen ſuum in eadem inſcribere, vel depingi facere poteſt.

DEcimaſeptima concluſio. Arma principum diſtincta, & ſeparata ab aliis ratione ſuæ dignitatis nō ſolum non poſſunt tanquam propria ab aliis aſſumi; imo quod plus eſt, etiam non licet ea in domibus propriis depingere, & aſſumentes ea & portantes, incurrunt & incidunt in crimen falſi, vt dixi ſupra *in 14. concluſ.* Imo, quod plus eſt, dicerem, quod aſſumentes propria arma ſupremorum principum, & exiſtentes in patria ſubdita tali principi, incurrunt crimen læſæ maieſtatis: eo; quia talis aſſumit ſibi honorem & poteſtatem, quam non habet. Per ſignum enim cognoſcitur ſignatum. *l. 1. §. ſi intelligatur. ff. de ædil. edict. l. ſtigmata. & ibi Ioan. de Platea. C. de fabricenſib. lib. 11.* Tria enim lilia aurea in campo azureo, vt dixi, denotant inſignia ſeu arma regis Franciæ. Ideo ſi quis illa aſſumat pro armis, videtur ſe velle dicere regem: quapropter illi contradicere videtur. Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari, *Ioan. 22. cap.* Cum enim quis in ſe accipit iuriſdictionem aut poteſtatē vltra quam habeat, aut habere debeat, punitur: vt dicit Lucas de Penna *in l. 1. in 10. & 11. col. C. vt nemo ad ſuum patrocin. ſuſcip. ruſtic. lib. 11.* De iſto ſcuto regio plura alibi dixi, vnde non inſiſto, licet adhuc aliquid de eo infra.

Sic erit dicendum in omnibus aliis ſcutis ſeu armis principum ſupremorum in ſuis regnis, principatibus, ſeu dominationibus, vt eſt in Imperio Romano, in quo eſt Aquila nigra, habens duo capita in campo aureo, quę ſunt arma ſeu inſignia Romanorum Imperatorū, vt in fine huius concluſionis patet.

Et fuerunt primo arma Iulii Cæſaris, quæ Aquila inter copias armatorū in caput Cæſaris reſidens, duos coruos hinc atque hinc illi moleſtiam inferentes, morte affecit, quod cum ſumma omnium admiratione factum eſt. Hanc Iouis alitem Poetæ confabulantur, vario quidem colore quem Mercurio aſcriptum ferunt, obductum quadam nigredine ſuperfluo: quod cum augures animaduertiſſent, vi quadam belloque, dolis ac calliditate Cæſarem regnaturum vaticinati ſunt. A quo tempore Imp. Romani pro armis ea Aquila vſi ſunt in campo aureo ſub colore nigro, vt prætactum eſt.

Legi tamen, quod C. Marius (cuius Cæſar Imperator fuit ſororius nepos) in ſecundo conſulatu ſuo, qui ſepties conſul fuit, Aquilam Romanis legionibus proprie dicauit: vt autor eſt Plinius *lib. 10. c. 4.* de qua in fine iſtius concluſionis. Sed ibi notat Plinius, non fere apud legiones Romanorum vnquam hybernatum in caſtris, vbi Aquilarum non fuerit iugum. Ex quo, vt opinor, adhuc hodie Aquila pro armis Imperii deſignata habet duo capita, ſed quas ſignificationes habeat, volens referre omitto: & de ea *in finali parte in 80. conſideratione* dicetur.

Et licet color niger ſit infimus inter colores, vt infra patet *in 66. concluſ.* Crederem tamen, quod inter Aquilas in armis apponi ſolitas, dignior ſit aliqua nigra quam alterius coloris: eo, quia à minori, & potentiori portatur, & etiam quicquid dicant alii, videtur hic color nobilior & dignior propter eius potentiam, & effectum. Nam licet de omnibus aliis coloribus poſſit fieri nigrū, ita quod nigredo extinguit, ſupprimit, & offuſcat omnes alios colores; non tamen alii colores poſſunt ita delere & extinguere nigrum, ſicut nigrum delet, obſcurat, & extingit alios. & ſic videtur eſſe maioris potentiæ & effectus quam alii. propterea magis honorari, & maior ſeu dignior reputari debet.

Carolus Magnus tanquam Imperator & Rex Franciæ prædictis duobus armis ſimul iunctis in vno ſcuto vtebatur: ſed Aquila à parte dextra, Lilia autem à parte ſiniſtra deſignaban-

ſignabantur. De huiuſmodi Aquila latius infra *in vltima parte.*

Idem eſt dicendum de omnibus armis aliorum principum, vt in Anglia, vbi rex Angliæ habet pro armis tres Leopardos aureos in campo rubeo: ſed vnde hoc, niſi quia aſſerit ſe eſſe ducem Normanniæ (qui habet pro armis ſuis duos Leopardos) & ducem Aquitaniæ, qui vtitur, & habet vnum: & hos tres ſimul copulat, ſeu accumulat, & ponit, ratione regni. Et ſic in Anglia qui vtuntur Leopardis pro armis ſuis, cum aliquali tamen diſtinctione, videntur eſſe de domo regia, & ſic dignior arma habere, geſtare.

Sic in Aragonia, vbi rex vtitur pro armis quatuor palis rubeis & armis quatuor aureis. Et ratione regni Caſtellæ, & Hiſpaniæ, vtitur duobus Leonibus azureis, in duabus partibus ſcuti ſeu campi argentei, & in aliis duabus partibus, duabus turribus ſeu caſtellis aureis in campo rubeo.

Rex vero Cypri vtitur pro armis, & habet in parte ſuperiori dextra vnam crucem potentiatam auream, cum quatuor paruis crucibus aureis in campo argenteo, & in ſiniſtra Leone rubeo in campo argenteo cotiſſato, quatuor cotiſſis azureis: & in duabus partibus inferioribus in campo argenteo duobus Leonibus rubeis.

Rex Nauarchiæ vtitur tribus Leopardis azureis in campo aureo, & tantum eſt diuerſitas in coloribus ab armis regis Angliæ.

Rex Portugalliæ vtitur quinque paruis ſcutis argenteis in campo azureo bordato, bordatura rubea, & ſeminata turribus.

Rex Phrygiæ (quam Phriſiam vocant) vtitur pro ſcuto campo argẽteo ſeminato pluribus cordibus rubeis, & bendato ex benda azurea quatuor petiarum

Rex Siciliæ & Ieruſalem vtitur Cruce aurea potentiata, cũ quatuor crucibus ſeu croiſetis aureis in campo argenteo: in parte ſuperiori dextra, Liliis ſeminatis ſeu inſertis in medio partium ſuperioris & inferioris: & ex latere ſiniſtro partis ſuperioris & inferioris: & ex latere ſiniſtro partis ſuperioris campo argenteo feſſato tribus feſſis rubeis in parte inferiori: ex parte dextra digno ſeu chettrono rubeo, in campo rubeo: & ſunt hodie arma, quibus vtuntur duces Lotharingiæ.

Rex Noruegiæ vtitur tribus coronis aureis in campo rubeo, & iſtis armis vtebatur Arthurus dux Britanniæ, licet quandoque ſit vſus multo magis pluribus coronis aureis ſeminatis ſeu reſperſis in campo azureo.

Rex Nauarræ habet in campo rubeo eſcarbunculum pometatum ex auro, & à certo tempore, ex quo deſcenderunt tales reges à regibus Franciæ, aſſumunt in duabus partibus lilia aurea ſeminata, & conſperſa in campo azureo cum banda argentea tendente à ſiniſtra ad dextram.

Rex Maioricarum vtitur quatuor palis rubeis, & quatuor aureis.

Rex Poloniæ habet ſcutum rubeum quadripartitum in ſuperiore parte dextra, & inferiore ſiniſtra habet duas Aquilas argẽteas, vnam in qualibet parte. In partibus vero ſuperiore ſiniſtra, & inferiore dextra hominem argenteum ſuper equo argenteo.

Rex Hungariæ in campo argenteo habet quatuor gemellas rubeas.

Rex Hirlandiæ in campo rubeo habet Leonem argenteum.

Rex Hiberniæ habet regem aureum, tenentem lilium in maieſtate ſedẽtem in campo nigro.

Presbyter Ioannes ſeu Ianus Rex Indiæ habet, vt fertur, crucifixum nigrum duobus flagellis nigris in campo aureo. De cuius dignitate, religione, ſeu deuotione, ſecta, & potentia, *infra in finali parte, in* 20. *conſiderat.* in qua de nationibus Chriſtianis locuti ſumus.

Vt manifeſtius res liqueat, referenda eſt huc arbor, in qua præcedentia arma figurantur.

SIc legimus, quod certa ſunt inſignia diuerſarum gentium, vt Romanorum Aquilæ, Scytharum Fulmen, Filiorum Iſrael ſignum Thau, de quo *infra* 98. *concl.* Ægyptiorum Apis, hoc eſt, Bos. Sus Phrygum, Geminæ rotæ corallorum, Thraciæ Mars, Arcus & pha-

& pharetræ Perſarum, & ita de aliis, vt in arbore præcedenti patet. Deis attributa fuere etiã inſignia, vt Fulmen Ioui, Tridens Neptuno, Framea Marti, Claua Herculi, & Baccho Thyrſus. Et ab Aquila, aquiliferi dicti ſunt ſigniferi in Romana militia. Habuerunt & Romani quatuor alia ſigna, videlicet Lupos, Minotauros, Equos, & Apros, quæ ſingulos ordines anteibant: ſed Marius ea in totum abdicauit, ſola Aquila pro ſigno relicta: *teſtis eſt Plinius lib. 10. c. 4.* Scribit Vegetius, primum ſignum totius legionis eſſe Aquilam, quam aquilifer portat. Idem Draconarius appellat ſigniferos à Draconibus qui per ſingulas cohortes ferebantur ad prælium. Franci vero vtuntur in prælio pro ſigno Cruce alba: Burgundi, Cruce S. Andreæ rubea: Scoti vero alba: Angli, Cruce rubea contra Francos, & roſis cõtra Scotos. Veneti Leone, Suevi Vrſo, Senenſes Lupa, Neapolitani Aſino onerato clitella.

DEcimaoctaua concluſio. Cum hodie arma in locum imaginum: quæ olim fiebant, ſint ſubrogata, vt ſupra dixi *in 10. concluſ.* ideo confertur, quod ſicut violator ſtatuæ, & imaginis principis tenetur criminis læſæ maieſtatis. *l. qui ſtatuas. ff. ad legem Iul. maieſt.* Lucas de Penna *in l. ſi qua. colum. 1. C. de ſpectaculis. lib. 11. & in l. prædia. C. de loca. præd. ciuit. &c. eodem lib. 12. colum.* Ita etiam violator armorum principis tenetur pœna criminis læſæ maieſtatis: cum ſubrogatum ſapiat naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, vt habetur plene per doctores, maxime d. meum Iaſonem, *in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.* quod dicit eſſe verum idem d. meus ibi, in dotabilibus, etiam ſi ſubrogatum in aliquo diſcreparet. & idem d. meus *in l. poßideri. colum. 2. ff. de acquiren. poſſ.* dicit habere locum etiam in correctoriis. Facit etiam; quia ſtatutum extenditur ad ſubrogatum. gloſſa ſingularis *in cle. & ſi principalis. in verbo, principalis, in fin. gloſſa. de reſcript.* Iac. But. *in l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Anton. de But. *in c. fin. extra de conſuetud.* d. meus Iaſon *in l. 1. colum. 2. ff. de vul. & pup.* dixi *in concluſ. conſuetudinum ducatus Burgund. in gloſſ. in verbo, interpretes. ver. 14. concluſ.* Et ideo etiam à ſimili, ſicut non licet iuxta imagines principis ſordida ſigna apponere. *d. l. ſi qua.* ita iuxta arma principum non licet arma aut ſigna ſordidorum hominum, & ſic vilium perſonarum apponere, ſecus de armis nobilium, vt infra *in 25. concluſ. incip. licet vaſallus.* & ſuperius *in 15. concluſ.*

DEcimanona concluſio erit talis, quod duæ concluſiones præcedentes extenduntur in omnibus aliis dignitatibus principalioribus vnius prouinciæ, vt in Ducatibus, Marchionibus, & Comitatibus, habentibus ex antiquo aliqua arma, & inſignia dignitati ducali, marchionali, aut comitali conuenientia; quoniam debent à pari iudicari, eo; quia tales dignitates habent iura regalia, maxime quando in eis ſucceditur, prout in aliis dignitatibus, prout ample dixi de ducatu Mediolani, *in Comment. noſtrarum conſuetudinũ ducatus Burgun. tit. Des ſucceßions des baſtardz. art. 5. in conſi. ibi poſito.* quo tenui, quod duces habent iura regalia. & ideo idem dicendum eſt in eis, ſicut in aliis principibus, de quibus ante dictum eſt.

VIgeſima concluſio eſt, quo ad arma nobilium. Nam certum eſt, quod nobiles ex origine, longa ſerie, & proſapia prædeceſſorum habent ſua arma & inſignia, & communiter à tali tempore, cuius initii memoria non extat. In contrarium, omnes nobiles ſeu gentiles homines, vt ita loquar, habent & gerunt ſua arma & inſignia diſtincta & ſeparata, nec vnus pateretur, quod alter portat arma ſua, etiam ſi eſſet de ſua familia, domo, & nomine: niſi cum quadam differentia quam habent inter ſe, quæ eſt videlicet, quod primogenitus familiæ ſuæ domus, portet ea plana & integra ſine aliquali diſtinctione, vel additione. Alii vero poſteriores, quilibet cum quadam diſcrepantia. Et hoc de conſuetudine, quæ valet in his vt in deſcendentibus omnibus præterquam primogenito, velut in capite ponatur aliqua differentia, qua mediante ab aliis diſcernatur, & cognoſcatur, vt *in l. 1. C. quæ res ven. non poſ. & ibi per Doct.* & ſic illæ differentiæ ſiue ſigna inducta

Digitized by Google

ducta ſunt per regni conſuetudinem, & talis conſuetudo tenet ſecundum Bart. *in tract. de inſignibus & ar.* quæ conſuetudo viget, & vſitata eſt in omnibus nobilium domibus regis Franciæ, vt tenet Guillelmus de Monteferrat. *in tracta. ſuo de ſucceſſ. regum, in 2 dubio, num. 18. in fine.* exemplificat in domo Dalbret, & domo Darual, & ſic de ſingulis. Quæ inſignia & arma licet ſint omnibus & ſingulis de illa agnatione, etiam nobili, communia. *l. vel quod pater: in princ. & l familiaria. ff. de religioſ. & ſumpt. f. ner.* tamen illa differentia de conſuetudine inducta (cum de iure arma vni per diuiſionem vel differentiam aſſignari non poſſunt. *l. ſepulchra. C. de religioſ. & ſumpt. funer.*) non eſt communis, ſed potius ſingularis & diuerſa, per quam vnuſquiſque de illa agnatione dignoſcitur, in qua linea deſcendentium de illa nobili agnatione ſit, an in linea primogenitorum, ſecundogenitorum, vel tertiogenitornm, vt dicit ibi idem de Monteferra. *num.* 20. Vt videmus apud nos domini Trimolii habent tres Aquilas azureas in campo aureo cum tigno rubeo, quæ ſunt integra, plana, & originalia arma illius domus, quæ primogenitus habet, & portat, nec licet alteri ea portare, etiamſi ſit frater, niſi cum quadam diſtinctione, quæ fit multifariam, vt hic infra videre poteris *in 76. concl.* & ſic de ſingulis. Et iſta ſunt & fiunt ad conſeruationem agnationis & domus, in hoc, quod nemo aſſumat talia arma, niſi ſit de tali domo & familia: cum agnationis ſeu familiæ dignitas ſemper debeat eſſe ſalua, vt plene *infra in ſeq. concl.* & vt per iſtam differentiam in inſigniis & armis poſitam vnus de agnatione, vel familia ab aliis & ſingulis de illa agnatione dignoſcatur, & diſcernatur, quod licet, vt nomini additur prænomen: vt *in l. vnica. C. de mutatione nomin.* faciunt notata *in proœmio Clemen. in gloſ. & in l. 2. ff. de lib. & poſth.*

Sed quod ignobilibus non liceat quouis modo arma, ſeu inſignia ſolis nobilibus conceſſa, & inter nobiles vſitata deferre, dicam *infra in 23 concl. in c. non licet ignobili.* Dixi remiſſiue poſt Bonum de Curtili, *in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgund. tit. Des enfans de pluſieurs lictz. §. 4. in 1. gloſſ. in verſ. additio. in fin.*

Vigeſimaprima concluſio. Quę dicta ſunt hic ante in principalib⁹, idem eſt in nobilibus ex antiqua proſapia habentibus in ſua progenie & familia certa arma diſtincta ab aliis, ratione antiquitatis domus. Quia tunc, ſi in patria & regione vbi ſunt & morantur, poſſet eis eſſe dedecus, quod inferiores minoris conditionis, geſtarent talia arma, ex quo eis prohiberi poſſet, ne talia portent, inſtante parte. Puta ſi in ducatu Burgundiæ aliquis vellet aſſumere talia arma, qui non eſſet de domo, & caſata, poſſet prohiberi à ſuperiore: vt ſi quis vellet aſſumere arma Trimoliorum (qui forte à Timoleone duce Corinthiorum originem habuerunt: vel à Timoleo monte Lydiæ, vt *in vlt. parte, in conſideratione, qua tractat de excellentia vinorum,* dicetur) poſſet ab eis prohiberi, vbi non eſſet de parentela, & idem de cæteris magnatibus ſeu magnificis potentioribus & nobilioribus in vna patria. Quoniam aliis non licet portare talia arma, niſi ſint de caſata, & domo illorum, & ſi portarent, aliqui poſſunt prohiberi; quoniam ex hoc iniuriarentur, quod inferiores, qui non eſſent de eorum parentela, ſe tales dicerent. notatur *in d. c. cum dilecta, extra de exceſſib. pralat.* imo dicit Bald. *in l. 2. C. quæ res vendi non poſ.* quod ſi quis aſſumat arma, ſeu inſignia alterius, qui eis longo tempore vſus fuerat, tenetur pœna falſi, vt ſæpe allegatum, & comprobatum eſt ſupra. Ita etiam tenet Ioannes de Montolono conciuis, & contemporaneus noſter *in ſuo Promptuario iuris, in verbo, arma.* Maxime ſi ſit talis, qui in ſua agnatione habuiſſet, vel conuictus fuiſſet, quod vituperio & ignominia poſſet ex hac ratione prohiberi, *argumen. l. mima. C de epiſcop. aud.* Et non ſolum principalis de caſata poteſt talia prohibere, ſed etiam quilibet alius etiam tertius. vt dicit Bartolus *in d. tract. de armis. argum. l. 1. C. de his, qui potent. nomine titulos prædiis aſſigunt, &c. & ita not. in verb. titulos. & in Authent. de mandat. princ. §. pen. coll. 3.* Et facit ad hæc ratio Ang. de Peruſ. *in conſil. ſuo 79. & conſil. 281. in penult. colum.* vbi dicit, quod grauiſſimum

Digitized by Google

mum, & iniurioſiſſimum eſt videre arma agnationis ad extraneos deuoluta.

Hinc eſt, quod domus antiquorum, in quibus ſunt arma prædeceſſorū & imagines, ſeu ſtemmata, de iure prohibentur vendi per tutorem & curatorem. Quoniam, vt dicit text. *in l. quæ tutores. §. nec vero domum. C. de admin. tut.* ſatis lugubre eſt aut non videre maiorum imagines in domo propria fixas, aut videre reuulſas. Ratio depromitur. Exempla priſcorum virorum honoratorum nos animant ad eorum veſtigia ſequenda, quos ſolitos dicere legimus, cum ſolas maiorum imagines intuerentur, vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi: nec prudentiſſimis viris modice ſuccurrebant. effigies maiorum, cum titulis ſuis in prima parte ædium poni ſolere, vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, verum etiam imitarentur, & ſemper audire videantur poeticum illud dictum: *Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector.*

Et de Themiſtocle tradunt veteres, quem ferunt ſtimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem: quærenti quid ita ex tempore in publico verſaretur, reſpondiſſe: quia me tropæa Milciadis de ſomno excitant. Et dicit Lactan. lib. 1. *Itaque homines eorum ſimulacra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium.* Et de materia ample *infra in 8. par. in 6. conſider. ver. dicit tamen.*

Hinc videmus, quod ſi ſint aliqui de aliqua familia, & caſata antiqua, qui videant arma ſuorum prædeceſſorum depicta, aut alias inſculpta in aliquo loco publico: ſi quis velit ea amouere & ponere ſua de nouo etiam ædificando nouum opus, quod poteſt ei prohiberi per iudicem ex officio ſuo, ex quo non eſt licitum abradere antiqua, & ponere noua, vt dicit Bartolus *in l. qui liberalitate. §. nec eius nomine. per illum tex. de oper. pub.* vbi refert contra religioſos, qui capellas, ſeu capellanias defunctorum aliquorum antiquorum fundatorum, vbi ſunt eorum arma, attribuunt aliis nouis, quod male faciunt, vt etiam dicit Ludouicus Roman. *ſing. ſuo* 474. & refert Ioannes de Terra rubea, *in ſuo opere de vinea eccleſiæ. tract. 3. art. 6. in 8. concluſ. ſuper gloſſ. in verbo, damnabilis.*

Et ideo vidi, quod cum in eccleſia Heduenſi remoueretur quidam lapis magnus in modum tumbæ, vbi erant arma & imago domini quondam Dautigneyo, conqueſtus eſt dominus Gerardus de Vienna, dominus dicti loci, tam ea ratione; quia dominus ipſius loci Dautigneyo, quam ea ratione; quia erat de agnatione illius prædefuncti, cuius arma ibi poſita erant & inſculpta: & fuit neceſſe, quod in loco, vbi conſtruebatur capella noua, quod arma antiqua ibi reponerentur cum nouis, quod & æquum fuit, prout probat text. ad hoc expreſſus, quem etiam ad hoc allegaui *in l. fin. §. ſi quis. ff. de ope. pub.* Ad quod facit text. *in l. ſi quando. C. eo.* vbi habetur: quoties opus publicum, vt palatium, ædes ſacræ vel porticus, reparatione indiguerint: licitum eſt imagines, ſtatuas, inſcriptiones nominum, vel arma quoruncunque deponere: ſed refectis ædificiis, vnaquæque remota reportari, & proprio loco denuo collocari debent. Sed in re priuata vendita, licitum eſt emptori rei emptæ arma ſua apponere, & alia ſi quæ ſint affixa remouere. facit; quia ſatis abſurdum eſt origine rei ſublata eius imaginem derelinqui ſeu remanere. text. *in l. vnica. §. 1. C. de latina libert. tollen.*

Ex dictis tamen Bart. *in prædicto tract. in 2. colum.* ſublimita iſtud dictum præcedens, ſcilicet de portu & delatione armorum, niſi eſſent exteri, ſeu ita de longinquo, vt eſſet talis diſtantia de vno loco ad alium, quod primus lædi non poſſet. puta ſi Italus aſſumat ſibi arma Teutonici, vel Anglici, & econtra, vel Italus arma Hiſpani, certe, vt dicit Bartolus, in hoc non videtur generari præiudicium, nec ſcandalum inter eos. & dictum Bartoli ſequitur Panormit. *in cap. dilecta, de exceſſ. præl.* & ample *infra in 48. concl.* Et ideo ex quo in his, in quibus quadam facultate quis occupat ſibi vſum, non licet quæri, niſi ex magna cauſa. *l. penult. §. ſunt autem qui putant. ff. ne quid in loco publico.* Vel niſi etiam eſſent ita antiqua arma, quod amplius dici nequeat, quod ſit aliquis in patria

Digitized by Google

in patria de familia illorum, qui talia arma antiquitus portabant, & deferebant, vt ſunt quædam ex antiquis armis nouem heroum, qui dicuntur in vulgari, *Leus neſpreux*: quorum tres erant Iudæi, ſcilicet Iudas Machabæus, Ioſue, & Dauid. Tres gentiles, ſeu pagani, Hector, Alexander Magnus, & Iulius Cæſar: & alii tres Chriſtiani fuerunt, Carolus Magnus, Arthurus, ſeu Arthuſius de Britannia, & Gaufredus, ſeu Godofredus Billonius: quorum quidem arma *infra in 28. concl.* videre poteris. Item, vt ſunt arma militum (quos *menſæ rotundæ* vocant) qui fuerunt numero centum & ſeptuaginta, qui omnes portabant arma diuerſa, vt videri poteſt in quodam volumine, ſeu Romantio, quod vulgari noſtro dicitur & intitulatur, *Gyron le cour toys.* in princ. Et ſi quis velit videre aut habere diuerſitatem armorum, recurrat ad illum locum. Maior tamen diuerſitas erat in turri Dauid. de qua *Canticorum 4. cap.* Dum in ea erant mille clypei pendentes. de qua *infra in 59. concluſ. verſ. quandoque.*

VIgeſimaſecunda concluſio. In caſu, in quo omnes & maiores & minores comprehenduntur, & eſt intereſſe, quod poteſt contingere vnumquemque in caſu, ſcilicet quando quis odiis plenus, cuius vitæ multi inſidiantur, aſſumeret arma ſeu inſignia hominis quieti, & pacifici, certe illius intereſt, & poterit facere prohiberi, ſi vituperoſe portat, vt dictum eſt, multo fortius poteſt peti prohibitio, ne ex hoc propter vnionem armorum alius pro alio occidatur vel iniurietur.

Item dicendum eſt, ſi ex hoc pudor primi aliquo modo lædatur, *arg. d. l. mimæ. C. de epiſc. aud. & l. Iudæos quoſdam. C. de Iudæis.*

Et hæc fieri debent per Iudicis officium, ad quem ſpectat quies popularis. *l. 1. §. quies. ff. de officio præfecti vrbi.* maxime ſi videat hoc ad ſcandalum poſſe eſſe & tendere, & ad diſſenſionem ſubditorum, etiam ex officio ſuo poteſt, *vt C. de latina liber. tollen. l. vnica. §. ſed & qui domini.* vbi circa eos, qui pileati incedunt, lex Iulia ſtatuit, ne populus decipiatur. & expreſſius *in capit. in nonnullis. extra, de Iudæis.*

VIgeſimatertia concluſio. Non licet ignobili aſſumere arma nobilis, & quæ ſolent portari per nobiles, nec inſignia ſolis nobilibus conceſſa, & inter nobiles vſitata, deferre: quia ſic dicitur nedum ſe nudo nomine nobilem aſſerere, ſed etiam nobilium actus facere: eam ob cauſam grauius puniendus eſt, quam ſi ſolum aſſereret ſe nobilem, quo caſu tantum falſum committit, & poteſt tanquam falſarius puniri. Text. eſt & ibi Bartol. *in l. eos. §. qui ſe pro milite.* quem text. ponderat ibi Bart. contra illos, qui ſe aſſerunt doctores, cum non ſint. *ff. de falſis.* vbi dicit text. quod illi, qui ſe pro milite geſſit, & illicitis vſus eſt inſignibus, falſo puniendus eſt, & videas Felin. *in cap. tertio loco. col. 1. de probat.* dixi alibi & ille text. multum facit pro hoc caſu, & in his etiam, vbi quis illicitis vſus eſt inſignibus. Facit quod not. Bald. *in l. fucandæ. quæ eſt l. 1. C. quæ res vend. non poſſ.* dum allegat illud vulgare, quod qui non eſt lupus, non debet aſſumere eius pellem, ample per Bonum de Curtili *in tract. nobilitatis, 2. part. num. 178.* vbi dicit, quod vbi in aliqua patria eſt diſcretio ſeu doctrina, & in modo pingendi arma inter nobiles & ignobiles, ignobilis nõ poteſt aſſumere arma nobilis, ſed bene aſſumere poteſt iuxta ritum ignobilium, & popularium, vt infra patebit *in 28. concluſ.* non iuxta ritum nobilium, qui non conuenit niſi nobilibus: vt apud nos non videtur honeſtum, quod ignobilis & popularis in ſuis armis ponat ſupra arma ſua galeam tymbratam, quod vulgo dicitur *Heaulme*, cum quadam eleuatione, quam faciunt nobiles magnifici, ſupra quod ponũt quoddam ſignum eleuatum, quod videtur ſolis nobilibus attribui, quod vulgariter dicitur *Tymbre*, de quo ample *infra 49. concluſ.* Alias etiam prohibere & impedire poſſet nobilis, ne aliquis villanus vel ruſticus nomen & arma ſuæ domus vſurpet, vel ne aliquis de malo & infecto ſanguine nomen vel arma immaculatorum aſſumat; quia cuiuſque de genere intereſt claritatem & nobilitatem generis conſeruari. ita tenet Guillielmus Benedicti *in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam.*

laſiam. num. 917. & plene in verbo, Raynutius de Clera num. 57. & 58. extra de teſtamen.

VIgeſimaquarta concluſio. Limitantur etiam præcedentes concluſiones in Baſtardis, qui non portant arma domus nobilium, cum non ſint nobiles, vt dicit Bald. *in l. cum legitimæ nuptiæ. ff. de ſtat. hom.* idem Bald. *in l. generaliter. §. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* dixi ample *in commento ſuper conſuetudinibus ducatus Burgundiæ, in titul. Des ſucceßions des baſtards. §. 3. in gloſſ. 1. verſic. iuxta prædicta: cum ſequ.* ideo non poſſunt aſſumere arma domus, vt dicit Guillielmus Benedicti *in ſua repet. cap. Rayn. de Cler. num. 31. de teſtam.* vbi tamen concludit, quod iſtud non obſeruatur in Francia; quia baſtardi portant arma domus, cum aliqua tamen barra, quæ incipit à ſiniſtris, & tendit ad dextram. tendens & tranſuerſans per medium ſcuti ſeu campi armorum. & ibi plene videas de baſtardis. *& infra in 75. concluſ. ver. item arma, &c.* Cum ſupradictis concordat commentum Coſmæ Guymier, *in verbo, filii, titul. de numero & qualitate Cardinalium. §. ſint viri.* Quid autem de legitimatis, vide *infra, in 77. concl.* Sed de baſtardis quomodo legitimi illis præferri debent, latius dicetur *infra in 11. part. in 15. conſid.*

VIgeſimaquinta concluſio. Licet vaſallus habeat arma ſua antiqua, & quæ poteſt vbique portare, & depingere, non tamen ea poteſt depingere, aut inſculpere ſeu depingi, aut inſculpi facere in locis, vbi ſunt arma ſui domini, à quo tenet in feudum ſaltem ita alte, ſed cum aliqua depreſſione, aut diminutione. Puta ſi tantum cum vſi ſint arma domini in medio, *vt dicam infra in 96. concluſ.* Quia talia ſunt ſigna & loca honoris, *vt dixi ſupra in hac prima parte, in 13. conſi. cum duab. ſeq.* Et de hoc eſt vniuerſalis obſeruantia in Gallia, ita quod aliqui habent conſuetudines particulares de his, vt eſt in patria Turonenſi: de qua per Ioan. Saxon. *tit. Des droitz de Chaſtelenie. cap. 1. in conſuetudinibus patriæ Turonenſis*, vbi ponit, quod vaſallus non poteſt ponere ſua arma, nec facere literam, ſeu ligaturam funerum in eccleſia Caſtellaniæ, quod eſt ratione congruum, vt minores maioribus deferant, iuxta gloſſ. fin. *in l. nihil omnino. C. de palatin. ſacrar. largit. lib. 12.* Etiam in delatione & prælatione armorum, in quibus conſiſtit honor, vt hic ante dictum eſt *in 12. conclu.* & dicit Bald. *in l. generaliter. §. fin. C. de inſt. & ſubſtit.* quod portare arma eſt honor.

Aduerte tamen, quod arma poſita iuxta arma principis, cenſentur ex eo nobiliora. facit, qui admittuntur ad latus principis, ex eo illuſtrantur. tex. eſt *in l. vnica. ibi; quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. C. de præpoſ. labor. lib. 12.* & ibi not. Bald. illum text. pro collateralib. quia illuſtrantur ab eo, cui aſtant, & Fel. *in c. paſtoralis. de offic. del.*

VIgeſimaſexta concluſio. Cognatis & affinibus non licet aſſumere, nec portare arma domus illius, vnde cognationem ſolam habent, aut affinitatem. Cum ad ſolos agnatos competat ius & facultas portandi arma domus: text. eſſe videtur *in l. ius familiarium. C. de religio. & ſumpt. funer.* quem ad hoc Ioannes Saxo alleg. *in d. c. 1. ſupra proxime allegato.* dicam latius *infra in 40. concl.* Et hæc ſunt quantum ad arma nobilium, & quæ competunt nobilibus, de quibus adhuc dico quando fiet mentio, an tranſeant ad ſucceſſores, & quomodo, & in pluribus aliis concluſionibus.

VIgeſimaſeptima concluſio eſt circa populares, qui non habent arma propria: ſed aut ſibi aſſumunt ex conceſſione principis ſupremi, vel alterius domini, vt Bart. qui habuit à Carolo IV. Imper. vt ipſe, & cæteri de ſua agnatione leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portarent. Et tunc talibus licet portare talia arma ſibi donata & conceſſa. & dicit Bart. *in d. ſuo tract. armorum.* in hoc non eſſe dubium. Quia diſputare de poteſtate Principis eſt ſacrilegium. *l. 2. C. de crim. ſacril.* Facit *in rubro & nigro, C. vt nemini lic. ſine iudic. autorit. ſigna imprim. rebus, quas alius detinet.* optimus text. *in l. ſacrilegii. de diuerſ. reſcript.* vbi notant Bald. & Paul. quod Imperator, ſeu Princeps ſupremus, vt Rex Franciæ, poteſt conferre dignitatem

Digitized by Google

tatem alicui non habenti, & nobilitare quemcunque vult. & inſtar ſacrilegii eſt reputare aliquem indignum, quem Princeps approbauit, *vt in d. text.* cum ſit Deus in terris. notatur *in l. iubemus. C. de ſacr. eccl.* de laude huiuſmodi armorum & vtilitate infra dicetur, *in 36. concluſione, incip. circa vtilitatem.*

VIgeſimaoctaua concluſio. Etiam populares propria autoritate arma ſibi aſſumere poſſunt, vt dicit Bart. *in dicto loco.* Sicut enim nomina inuenta ſunt ad cognoſcendum homines. *l. ad recognoſcendos. C. de ingen. manumiſſ.* ita etiam iſta inſignia ad hoc inuēta ſunt. vt *l. ſanctum.* §. 1. *ff. de rerum diuiſ.* Sed talia nomina cuilibet licet imponere ſibi ad placitum. *d. l. ad recognoſcendos. & l. falſi. in princip. ff. de falſis.* Ita etiam iſta inſignia cuilibet licet portare, & impingere in ſuo, non tamen in alieno: *vt l. 2. C. vt nemini lic. ſine iudic. autorit. &c.* & ibi notatur per gloſſ. *in verbo, aliquis.* facit *cap. dilecti. extra de conceſ. præbend.* & quod ibi notatur per gloſſ. Non inuenio illud *cap. dilecti,* ſub tit. *de conceſ. præben.* allegatum per Bartol. ſed bene reperio *cap. dilecta. extra. de exceſ. prælat.* quod bene videtur facere ad hoc cum gloſſ. fin. Et ibi Pan. & Pet. de Anch. ponunt iſtam quæſtionem cum ſeq. & ibidem tractatur iſta materia.

Videtur, quod Bart. in hoc multum exceſſe locutus fuerit, & quod iſtud non ſit indiſtincte verum, maxime in villanis ſeu ruſticis non habentibus aliquam præeminentiam aut dignitatem, ſeu nobilitatem: quoniam credo, quod talibus non ſit licitum portare arma, hoc eſt ſcuta, in quibus ſunt arma; cum talia ſolum competant nobilibus ex aliqua nobilitate, quæ ſunt plures, vt infra videtur in octaua parte: & illis licet propria autoritate aſſumere aliqua arma, aliis non, propter vſitatam & obſeruatam inuiolabiliter conſuetudinem à tempore immemoriali, quo talibus ſolum competit vſus armorum, non villanis & ruſticis.

Item & vt ſtatim dicetur, ſi adhuc tales ſibi aſſumant arma, cauere debent, ne aſſumant arma alicuius antiquæ domus & familiæ iam talia habentis, & portantis. quoniam tunc poſſet prohiberi, vt dictum eſt ſupra *in 23. concluſ.*

Sed bene verum eſt, quod tales ruſtici & artifices poſſunt per ſe & propria autoritate aſſumere merchas, & ſigna, quibus ſignare & merchare poſſunt opera ſua, & ſuas res. ſed iſta non debent fieri ad formam, ſeu inſtar armorum, & ita videntur intelligenda verba Bartoli. De prædictis merchis, ſeu ſignis infra videatur, *in 31. concluſ.*

Communiter tamen tenet ſecundū Pan. *in d. c. dilecti.* vt quilibet aſſumere poſſit ſibi certa inſignia ſiue arma. & de hoc truffantur villani à nobilibus, cum dicitur, arma ſunt villanorum; quia ſumpta ſunt ad placitum, prout Accurſius gloſſator iuris ciuilis *in l. hæres. in gloſſ. fin. ff. de leg. hæred.* de domino Martino ſic dicit, quod ſcutum ſuum albo nigroque variabat, vt omnem telorum vitaret amaritudinem. Veruntamen, vt dixi, omnia nomina propria ſumuntur ad placitum, vt vnus ab altero cognoſcatur, *iuribus præal.* quibus addo §. *ſi quis in nomine. Inſtit. de leg.* ita & arma poteſt quis aſſumere, vt vna parentela diſcernatur ab alia, & non fiat alteri præiudicium: etiam dummodo talia arma ignobilium ſeu ruſticorum non habeant galeam ſeu caſſidem tymbratam, vt ſupra tactum eſt *in 23. concluſ.* & expedit ita fieri, vt familiæ diſtinguantur, & diſtinctæ cognoſcantur, vt dictum eſt. non ſit idem de magiſtro Ioan. Grammatico, & Accurſio iuriſperito, vt vult gl. fin. *in l. vnica. C. de Profeſſor. qui, &c. lib. 12.*

Si quis tamen velit aſſumere arma de nouo, debet aſſumere magis conformia ſuis cognatis aut affinibus, vel patriæ ſuæ, & etiam antiquioribus. & ſecundum quod videre poteſt & cognoſcere, quod eis magis conueniunt & approximant ſtatui ſuo, tam ratione affinitatis, conſanguinitatis, patriæ, loci, quam vrbi ſeu ſuæ qualitati & conditioni, & de multis aliis, vt infra dicam. Vnde referam; quia ad rem facit, de Gordio patre regis Midæ opulentiſſimi Phrygum, qui Gordius ex agricultura ſumptus, ad regnum peruenit:

nit: quo potius Gordium ciuitatem inter Aſiam maiorem & minorem condidit, & à ſe denominauit, in qua templum Ioui conſecrauit, & non immemor, nec veritus originariam conditionem, nec eam celans in eo aratrum (tanquam forte propria arma, & inſignia) quo aliquando vſus fuerat, poſuit, & ex loris, ſeu funibus, quibus boues in iugo tenuerat, nodum connexit miro artificio, vt neque principium, neque exitus deprehenderetur in eo, eumque Ioui conſecrauit, donec qui eũ ſoluat occurreret: vt recitat Guilliel. Benedicti *in ſua repe. c. Raynutius. in ver. Ray. de Clera. num. 25. de teſtamen.* & ibi reprehendit illos, qui neglecto honore patris, ſe filios baſtardos magnatum dicunt, vt illorum nomen & arma eis non debita occupent, de quo vide ibi plura exempla.

Et ita vt magis communiter videmus, aſſumentes de nouo arma, aſſumunt ea, quæ magis ſuo nomini, aut cognomini approximantur & conueniunt propter conformitatem, alludendo ad vocabulum cognominis, vt nomina ſint conſonantia reb. *vulgato §. eſt & aliud. Inſt. de don.* & ſiquidem data ſunt ab antiquitate nomina ſignificatiua à parte rerum, vt Petrus; quia firmus vt petra. tex. & ibi gloſ. *in Auth. de defen. ciui. in princ. colum.* 3. & Lucius Lucillius, & Lucullus à luce. Puta ſi quis cognominetur de quercu, aſſumit pro armis quercum, vt in Papa Iulio II. qui dicebatur de Rouere, & aſſumſit pro armis quercum. Et rouere in vulgari Italico, eſt quercus. Et illi, qui vocantur de caſtro, aut caſtello, ſumunt caſtrum ſeu caſtellũ: qui vero cognominatur de Loup, accipit lupũ, & ſic de ſingulis. Et licet propria nomina ad placitũ imponantur, appellatiua tamen ab aliqua proprietate imponi ſolent, vt dicit Bal. *in proœm. Inſtit.* allegans *l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg.* 1.

Sicut videre eſt multas familias Romanorum cognomina aſſumpſiſſe à leguminibus, & ab ea re, quam optime ſererent, vt Fabii à faba cognominati, Cicerones à cicere, Lentuli ſeu Lentini à lente, Piſones à piſo, & ſic de huiuſmodi. & vt ait Plinius, fuerunt ab arboribus cognomina antiquis, vt Frondiciõ, qui præclara facinora Vulturnum tranſnatans fronde capiti impoſita aduerſus Hannibalem edidit. Item Cornutus ait: *Q. Cincinnatus cum ſuum agrum & araret & ſereret, dictatura ei à populo Romano delata eſt. Qui contra Samnites profectus victor extitit; quia à ſerendo, Seranus appellatus eſt.* A pinſendo Pilumnus, qui primus pinſendi frumenti vſum inuenit: & pilum, id eſt, inſtrumentum aptum ad terendum. Item ab herbis, vt Lactucinii, à lactucis dicti. Item à piſcibus, vt Muræna, quod fuit cognomen viri Romani, ab eo piſce deductum, vnde Ciceronis extat oratio pro Muræna. Item Orator, quod cognomen fuit Sergii viri Romani, quod ab hoc piſce ſortitus eſt. Cognomina etiam, vt inquit Varro, habentur à maiori & à minori pecore. A maiori, vt Equitius, Taurus. A minori, vt Saprilus, Scropha, Portius, quod cognomen fuit Catonis Cenſorii, à porco tractum. Quidam etiam à veſtimento, vt Antonius Caracalla.

Et aſſumendo antiqua arma (puta duos leones aureos eleuatos, ſe inuicem reſpicientes in campo rubeo, quæ fuerunt arma Hectoris. Lyram auream in campo rubeo quæ fuerunt arma Dauidis. Tres pſittacos virides in campo aureo, quæ fuerunt arma Ioſuæ. Draconem rubeum in campo argenteo, quæ fuerunt arma Iudæ Macchabæi. In campo azureo regem in ſolio maieſtatis ſedentem aureum, quæ fuerunt arma Alexandri Magni. In campo azureo tres coronas aureas, quæ fuerunt arma Arthuri) non poteſt quis reprehendi, nec ab aliquo prohiberi, cum nunc non ſint aliqui de parentela eorum. & ita de aliis ſimilibus, de quo latiſſime *infra in 48. concluſione.*

VIgeſimanona concluſio. Si quis impediat, ne arma ſua aliquis ponat in loco, in quo ponere poteſt, non patiendo eidem honorem decerni, qui decerni poſſit, non tenetur actione iniuriarum, vt eſt tex. ad literam, *in leg. iniuriarum. §. 1.* ſi quis de honoribus decernendis alicui paſſus non ſit decerni, vt puta imaginem alicui, vel quid aliud tale, puta arma. *ff. de iniuriis.* quamuis, vt dicit text.

Digitized by Google

text. hoc contumeliæ cauſa faciat. Intellige, ſi fiat impedimentum, antequam ſint poſita. ſed poſtquam fuerint poſita in aliquo loco: ſi amoueantur, credo actionem iniuriarum eſſe ortam. Quoniam turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes. tex. *in cap. quemadmodum. §. alioquin. de iniuriis. extra.* Ex quo dixi in caſu emergenti, de quo *infra* 49. *concluſ. in fin.* cum eſſet inter duos dominos contentio de quadam eccleſia, in cuius iuriſdictione eſſet, & quis illorum facere deberet zonam lugubrem, ſeu funebrem in dicta eccleſia: quod ex quo vnus ſuperſtes abradere fecerit zonam lugubrem, quam filii alterius prædefuncti fecerant fieri pro ſepultura eorum patris, quod in hoc tenebatur actione iniuriarum. Quia non ſolum non paſſus eſt honorem decerni, ſed decretum tulit, diminuendo eius dignitatem, quo caſu tenetur actione iniuriarum, vt eſt gloſſ. *in d. §. ſi quis. in verb. quid faciat.* Idem dicendum eſt de eo, qui arma alicuius iam in aliquo loco depicta deleuit, aut abraſit, quoniam hoc caſu tenetur actione iniuriarum, ſi talis, qui illa poſuit, non poterat prohiberi illa ibi ponere; quoniam ſi potuit prohiberi per alium: videtur, quod ſi ponat ſine eius autoritate & licentia, poſſint per dictum, qui prohibere potuit, aut eius mandato, deleri, & abradi. Quoniam ex quo per illum text. *in d. §. ſi quis.* poteſt impediri, ne vtatur honore, & ne honor ſibi decernatur: ita quod non poteſt hoc caſu teneri actione iniuriarum. Multo ergo fortius ſi quis vtatur honore non ſibi debito, poteſt talis honor impediri per illum, cui præiudicatur in honore, puta in appoſitione imaginis in vno loco, vel alicuius alterius rei ad honorem tantum, vt eſt in appoſitione armorum.

Et ideo dic, quod ſi quis in re litigioſa ponat, aut pingere faciat arma ſua, poſſunt ab aduerſario deuaſtari, excidi, & arripi, per tex. *in l. 2. C. vt nemo priuatus titul. præd. ſuis vel alienis impon. vel vela regia ſuſpendat.* & ita tenet Vinc. Cicault. *in quodam tract. quem fecit de factis Principum in c. de autoritate Eccleſiæ. fol. 5.* ſed pro hoc vltimo dicto allego formaliorem text. *in l. 1.* etiam *in l. 2. C. vt nemini liceat ſine iud. autor. ſigna imprim. rebus, quas alius detinet.*

Trigeſima concluſio. Non ſolum habẽs proprietatem in aliqua re arma ſua poteſt facere pingere, ſed etiam vſufructuarius in re, in qua habet vſumfructum. *l. æquiſſimũ. §. ſed ſi ædium vſusfructus legatus ſit.* Nerua filius, & lumina immittere eum poſſe, ait, ſed & colores, & picturas, & marmora, poterit; & ſigilla: & ſi quid ad domus ornatum pertinet. *& not. ibi, ſigilla. ff. de vſufruct.* & ibi Angel. de Per. & Flor. Quia per hoc non efficitur deterior conditio rei, neque mutatur eius ſubſtantia; quoniam alias ſecus eſſet, vt *l. monumentorum. C. de relig. & l. repeti. §. rei mutatione. ff. quibus modis vſufruct. amitt.* Ex quo dixi in caſu emergenti, quod vidua poſt mortem mariti, quę habet donarium in aliqua domo, ſeu in aliqua terra, & Signoria, poteſt ibidem ponere arma ſua, prout eius maritus feciſſet eius vita comite, ſed tamen zona funebris in eccleſia pro ea fieri non poteſt. *arg. d. l. monumentorum.*

Trigeſimaprima concluſio eſt circa merchas, & inſignia mercatorum, & artificum. & hoc caſu dicendum videtur, quod vnicuique liceat tales merchas, ſeu ſigna portare, & habere. Quoniam talia fiunt ad recognoſcendas res ſuas & opera ſua, ſeu artificia. vnde not. Bald. *in authen. dos data. in magna lectura. C. de don. ante nupt.* quod ballæ mercatorum recognoſcuntur ad ſignum; ſicut ſupra dictum eſt *in* 28. *concluſ.* quod nomina ſunt inuenta ad cognoſcendos homines, *C. de ingen. manumiſſ. & §. ſi quis in nomine. Inſtit. de leg.* Et licet vnicuique nomen ſuum mutare, & accipere ad placitum, dũmodo abſit fraus. *l. vnica. C. de mutat. nomi.* ideo videtur, quod etiam ſignum, ſeu mercham mutare poteſt. De mutatione tamen nominis, vide Gem. *in procemio ſexti in 3. colum.* & Angelum *in d. §. ſi quis in nomine.* & per Doctores *in d. l. vnica.*

Sed quid de armis, an licet ea variare, & mutare pro libito? videtur, quod non: quia, vt ſæpe dictum eſt, bonum eſt argumentum de nomi-

de nomine ad arma. Modo ſic eſt, quod mutatio nominis videtur prohibita, vt *in l.1.§.qui in rationib.ibi; vel rē amouerint. & l. falſi nominis. ff. de falſis. & l.Titio. in princ. ff. ad municip.* ideo nec arma mutare licet. Facit; quia nemini licet titulum ſemel aſſumptum variare ſaltem ſine ſcitu principis, ex ratione *l.eos. §. qui ſe pro milite. & ibi Bald. ff. de fal.* Item mutatio nominis non fit in Imperatore, vt tenet Baldus in *in proœm. Gregoriano. colum.1.* igitur nec in alio inferiore permiſſa eſſe videtur; cum dicat ſe dominum in terris, & eius dignitas alta eſt, vt per Bald. *ibi.* Item, Notarius non debet mutare nomen nec ſignum, vt in proxima ſequenti conſideratione dicetur. In oppoſitum facit: quia quis dum dignitatem apoſtolatus aſſequitur, mutat nomen proprium primæ impoſitionis, vt tenet Baldus, *vbi ſupra.* & illa mutatio dicitur gratioſa, idcirco variatio armorum eſt licita. Ideo dic, quod ſicut nomina bona poſſunt mutari, dummodo illa mutatio non ſit calumnioſa, captioſa, ignominioſa, & fallens: quia tunc prohibetur tanquam etiam glorioſa, iuribus pro prima parte allegatis. Sed illa eſt licita, quæ damnum, fraudem, & deceptionem alteri non infert, nec inferre poteſt, vt dicit ibi Bald. *in colum.2.* & pro vtroque caſu eſt tex. *in d.l. vnica, C. de mutat. nominis.*

TRigeſimaſecunda concluſio erit, pro limitatione prædictæ concluſionis, quæ fallit multis modis. Primo, quando intereſſet multis ſeu contingere poſſet ex hoc intereſſe multorum: quod fieri poteſt, quando eſſet quidam faber expertus, & bene famatus, qui in gladiis ſuis ſeu aliis operib⁹, aut artificiis facit certa ſigna, vel mercham, ex quibus opus talis magiſtri, ſeu artificis eſſe cognoſcitur, & laudatur, vt per hoc tales merces melius vendantur, & auidius emantur.

Et ideo dicunt Bart. *in d. ſuo tract. armorum,* Pan. & Petrus de Anchar. *in cap. dilecta. extra, de exceſſ. prælat.* ſi alius faceret tale ſignum, poſſe prohiberi; quia ex hoc commune bonum, ſeu reſpublica læderetur, & decipi poſſet. Acciperetur enim & emeretur opus vnius (vt ſæpe fit) pro opere alterius, argum. *l. vnica. C. de latina liber. tollen. & c. in nonnullis. extra de Iudæis.*

Iſtud exemplificari poteſt in multis, maxime tempore noſtro in quodam fabro cultellorum, qui dicebatur Vauldoire, qui vtebatur certo ſigno pro ſua mercha operi ſuo imprimenda. Nam ſi alius vſurpaſſet illud ſignum, potuiſſet ille, & quilibet alius de populo conqueri, & ad preces illorum per iudices prohiberi eidem vſurpanti, potuiſſet etiam cæteris, ne tali ſigno vterentur, quod & factum fuit.

Sic etiam in oppido Belnenſi, vbi erat quidam faber baliſtarum laudatiſſimus, & ingenioſus, qui cæteros in operis ſui dignitate excellebat. Nam ſi aliquis ſignum ipſius accepiſſet, potuiſſet ad iuſtitiam illius, aut alterius de illo loco prohiberi, ne quiſquam alius vſus fuiſſet, & ſic de ſingulis. faciunt ad prædicta, quæ tetigi *infra in 34. concluſ.*

Sicut videmus in Burgundia, dolia vinorum fiunt diuerſa, & diſtincta ab aliis totius Galliæ: ita quod nulla prouincia eſt in Gallia, quæ vtatur doliis, ſeu vaſis vinariis ad menſuram, & ſub forma, & modo quibus fabricantur in vrbe Belnenſi, & in tota Burgundia.

Altiſiodorenſes tamen ad æmulationem voluerunt facere ſimilia vaſa, & dolia, vt carius, & citius venderent eorum vina, & pro vinis Burgundiæ, quod tamen fieri non potuit, nec debuit. Et ideo ſuper hoc pendent proceſſus Pariſiis (vt audiui.) Et pro certo iuſte poſſunt & potuerunt Burgundi impedire & conqueri, ne fiant, neque fierent dolia ad vſum vinorum ad inſtar ſuorum, propter excellentiam vinorum Belnenſium, & totius Burgundiæ; quia alias euenire poſſet, quod alia vina venderentur, & exponerentur venalia pro vinis Burgundiæ, & diffamaretur, ſeu minueretur fama, & celebritas vinorum ipſius Burgundiæ, etiam decipi poſſent multi emptores; ideo intereſſe tam publicum, quam priuatum conſiderandum eſt.

TRigeſimatertia concluſio erit pro ſecunda limitatione antedictæ concluſionis. quæ fallit ſecundo in ſignis, quibus vtuntur Notarii,

Digitized by Google

Notarii, qui ſemper vno ſigno vti debent, & mutare non debent, nec nomen, alias tenerentur de falſo. *Bald. in l. comparationes. col. fin. C. de fid. inſt. & in l. conſt. C.* & Lanfran. *in cap. quoniam ver. inſtrumenta. colum. 2. extr. de probat.* Quia nullus poteſt aſſumere ſignum alterius Notarii, nec eo vti: & ſi id faciat, incidit in crimen falſi. notatur *in l. nemo.* quæ eſt *l. fin. §. nec callidis. C. de aſſeſſoribus. in §. item Lex Cornelia. Inſtit. de pub. iud. & in Authen. de inſtrum. cautela, & fide. §. oportet autem. & quod ibi not. colum. 6.* vbi ſi quis ſignum alterius accipiat, poteſt prohiberi. ita etiam tenet Ioan. de Platea *in l. ſtigmata. C. de fabricenſibus. lib. 11.* quia aliquando poſſet diffamari primus ſignans tali ſigno, ſi ſecundus non bene vteretur eo. *arg. d. cap. dilecta. de exceſ. pral. extra.* Et ibi Berna. de Landrino *in apoſtilla ad Panormitanum allegans Bal. in ſua diſputatione, qua incipit, accuſatus de vi turbatiua.*

TRigeſimaquarta concluſio erit pro tertia limitatione præcedentis concluſionis in ordine 31. quę fallit tertio in ſignis, quibus vtuntur fabricatores omnium rerum: quoniam etiam tales poſſunt ad requeſtam eorum inhiberi facere, ne alii illo ſigno vtantur, vt ſupra dixi *in concluſ. 32.* Quia ſi ſit bonus faber, pictor, aut textor, & alius qui non eſſet ita peritus in arte, vteretur ſuo ſigno, poſſet ille bonus artifex, qui primo vtebatur tali ſigno, diffamari in opere ſuo. Eius enim intereſt, ne alius imperitus artifex tale ſignum aſſumat, ne confuſio operum inducatur, & ſic eſſet primi boni, & periti artificis diffamatio, vt etiam tenet Bald. *in l. 2. C. quæ res vend. non poſ.* & dicit Bald. *in cap. quanto. col. 2. de iuriiur.* quod vnus mercator non poteſt apponere ſignum alterius mercatoris in ballis.

Idem etiam dicit Guillelmus Benedicti *in ſua repet. cap. Ray. in ver. Raynutius de Clera. num. 59. de teſtament.* in hoſpite tenente diuerſorium, ſeu hoſpitium, qui ſi primo acceperit ſignum aliquod, ſeu interſignum, poteſt prohibere, ne in illo loco alius accipiat illud. quia ſua intereſt, ſi in illo loco, ſeu ciuitate, vbi habet tale ſignum, vel quia forte propter eius famam, & diligentiam ſeu prouidentiam, cuncti viatores, & hoſpites ad ipſum currebant & nunc diffamaretur, ſaltem fama talis hoſpitii diminueretur, ſi alius non æque idoneus, fidelis, & ſeruitialis inter ſignum illud aſſumeret, quod non eſt tolerandum in præiudicium primi occupantis, & habentis tale ſignum ſeu interſignum.

Vel quia forte vnus mercator, vel alius artifex habet in ſua domo ex præſcriptione aliqua inſignia, quibus ſemper ſui prædeceſſores vſi fuerunt per triginta annos, & vltra, vt dicit Bald. *in l. 1. quæ incipit, fucandæ. in fin. C. quæ res vendi. non poſſ.* quem ibi vide pro materia. & facit pro hoc *l. monumentorum. in fi. C. de relig. & ſum. fun.* Et prædicta intelligo vera, niſi eſſet magna diſtantia loci, de vno interſigno ad aliud, aut vnus vicus multum diſtaret ab alio; quia tunc in illis vicis longe diſtantibus etiam in eadem ciuitate ſæpe ſimilia interſignia (vt Pariſiis) videntur eſſe appenſa, licet plerunque in aliquibus differant, vt vnum fiat paruum, aliud magnum, vel cum aliqua diſſimilitudine, & diſcrepantia, pro quo faciunt dicta *infra in 3. concluſ.*

Et ex hac concluſione infero, quod cauere debent aduocati ne ſe ſubſignent ſcripturis factis per procuratores aut alios aduocatos imperitos. Quoniam ex hoc, ſi deueniant ad manus expertorum, & doctiſſimorũ virorum, poſſet eorum fama attenuari: quia in his inſpicitur ſignum aduocati ſe ſubſcribentis, quod male obſeruant aduocati Heduenſes, qui vt plurimum ſubſignant ſcripturas per procuratores factas. quod tamen ſemper facere renui, & vidi multos in hoc decipi, & pænitere, cum eorum ſcripturę declarabantur inadmiſſibiles, inutiles, impertinentes, ineptæ, & nullæ, quod in eorum dedecus redundabat, ex quo non cogitauerant, nec illas fecerant. Caueant ergo de cætero ne ſigna eorum talibus ſcripturis apponant, niſi ex fontibus propriis proceſſerint; & facit; quia inciuile eſt (niſi tota lege perſpecta) de aliqua particula eius propoſita iudicare, vel reſpondere. *l. inciuile eſt. ff. de legib.*

& pharetræ Perſarum, & ita de aliis, vt in arbore præcedenti patet. Deis attributa fuere etiã inſignia, vt Fulmen Ioui, Tridens Neptuno, Framea Marti, Claua Herculi, & Baccho Thyrſus. Et ab Aquila, aquiliferi dicti ſunt ſigniferi in Romana militia. Habuerunt & Romani quatuor alia ſigna, videlicet Lupos, Minotauros, Equos, & Apros, quæ ſingulos ordines anteibant: ſed Marius ea in totum abdicauit, ſola Aquila pro ſigno relicta: *teſtis eſt Plinius lib. 10. c. 4.* Scribit Vegetius, primum ſignum totius legionis eſſe Aquilam, quam aquilifer portat. Idem Draconarius appellat ſigniferos à Draconibus qui per ſingulas cohortes ferebantur ad prælium. Franci vero vtuntur in prælio pro ſigno Cruce alba: Burgundi, Cruce S. Andreæ rubea: Scoti vero alba: Angli, Cruce rubea contra Francos, & roſis cõtra Scotos. Veneti Leone, Suecui Vrſo, Senenſes Lupa, Neapolitani Aſino onerato clitella.

DEcimaoctaua concluſio. Cum hodie arma in locum imaginum: quæ olim fiebant, ſint ſubrogata, vt ſupra dixi *in 10. concluſ.* ideo confertur, quod ſicut violator ſtatuæ, & imaginis principis tenetur criminis læſæ maieſtatis. *l. qui ſtatuas. ff. ad legem Iul. maieſt.* Lucas de Penna *in l. ſi qua. colum. 1. C. de ſpectaculis. lib. 11. & in l. prædia. C. de loca. præd. ciuit. &c. eodem lib. 12. colum.* Ita etiam violator armorum principis tenetur pœna criminis læſæ maieſtatis: cum ſubrogatum ſapiat naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, vt habetur plene per doctores, maxime d. meum Iaſonem, *in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.* quod dicit eſſe verum idem d. meus ibi, in dotabilibus, etiam ſi ſubrogatum in aliquo diſcreparet. & idem d. meus *in l. poſſideri. colum. 2. ff. de acquiren. poſſ.* dicit habere locum etiam in correctoriis. Facit etiam; quia ſtatutum extenditur ad ſubrogatum. gloſſa ſingularis *in cle. & ſi principalis. in verbo, principalis, in fin. gloſſa. de reſcript.* Iac. But. *in l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Anton. de But. *in c. fin. extra de conſuetud.* d. meus Iaſon *in l. 1. colum. 2. ff. de vul. & pup.* dixi *in concluſ. conſuetudinum ducatus Burgund. in gloſſ. in verbo, interpretes. ver. 14. concluſ.* Et ideo etiam à ſimili, ſicut non licet iuxta imagines principis ſordida ſigna apponere. *d. l. ſi qua.* ita iuxta arma principum non licet arma aut ſigna ſordidorum hominum, & ſic vilium perſonarum apponere, ſecus de armis nobilium, vt infra *in 25. concluſ. incip. licet vaſallus.* & ſuperius *in 15. concluſ.*

DEcimanona concluſio erit talis, quod duæ concluſiones præcedentes extenduntur in omnibus aliis dignitatibus principalioribus vnius prouinciæ, vt in Ducatibus, Marchionibus, & Comitatibus, habentibus ex antiquo aliqua arma, & inſignia dignitati ducali, marchionali, aut comitali conuenientia; quoniam debent à pari iudicari, eo; quia tales dignitates habent iura regalia, maxime quando in eis ſucceditur, prout in aliis dignitatibus, prout ample dixi de ducatu Mediolani, *in Comment. noſtrarum conſuetudinũ ducatus Burgun. tit. Des ſucceſſions des baſtardz. art. 5. in conſi. ibi poſito.* quo tenui, quod duces habent iura regalia. & ideo idem dicendum eſt in eis, ſicut in aliis principibus, de quibus ante dictum eſt.

VIgeſima concluſio eſt, quo ad arma nobilium. Nam certum eſt, quod nobiles ex origine, longa ſerie, & proſapia prædeceſſorum habent ſua arma & inſignia, & communiter à tali tempore, cuius initii memoria non extat. In contrarium, omnes nobiles ſeu gentiles homines, vt ita loquar, habent & gerunt ſua arma & inſignia diſtincta & ſeparata, nec vnus pateretur, quod alter portat arma ſua, etiam ſi eſſet de ſua familia, domo, & nomine: niſi cum quadam differentia quam habent inter ſe, quæ eſt videlicet, quod primogenitus familiæ ſuæ domus, portet ea plana & integra ſine aliquali diſtinctione, vel additione. Alii vero poſteriores, quilibet cum quadam diſcrepantia. Et hoc de conſuetudine, quæ valet in his vt in deſcendentibus omnibus præterquam primogenito, velut in capite ponatur aliqua differentia, qua mediante ab aliis diſcernatur, & cognoſcatur, vt *in l. 1. C. quæ res ven. non poſ. & ibi per Doct.* & ſic illæ differentiæ ſiue ſigna inducta

ducta ſunt per regni conſuetudinem, & talis conſuetudo tenet ſecundum Bart. *in tract. de inſignibus & ar.* quæ conſuetudo viget, & vſitata eſt in omnibus nobilium domibus regis Franciæ, vt tenet Guillelmus de Monteferrat. *in tracta. ſuo de ſucceſſ. regum, in 2 dubio, num. 18. in fine.* exemplificat in domo Dalbret, & domo Darual, & ſic de ſingulis. Quæ inſignia & arma licet ſint omnibus & ſingulis de illa agnatione, etiam nobili, communia. *l. vel quod pater: in princ. & l familiaria. ff. de religioſ. & ſumpt. ſuner.* tamen illa differentia de conſuetudine inducta (cum de iure arma vni per diuiſionem vel differentiam aſſignari non poſſunt. *l. ſepulchra. C. de religioſ. & ſumpt. funer.*) non eſt communis, ſed potius ſingularis & diuerſa, per quam vnuſquiſque de illa agnatione dignoſcitur, in qua linea deſcendentium de illa nobili agnatione ſit, an in linea primogenitorum, ſecundogenitorum, vel tertiogenitorum, vt dicit ibi idem de Monteferra. *num. 20.* Vt videmus apud nos domini Trimolii habent tres Aquilas azureas in campo aureo cum tigno rubeo, quæ ſunt integra, plana, & originalia arma illius domus, quæ primogenitus habet, & portat, nec licet alteri ea portare, etiamſi ſit frater, niſi cum quadam diſtinctione, quæ fit multifariam, vt hic infra videre poteris *in 76. concl.* & ſic de ſingulis. Et iſta ſunt & fiunt ad conſeruationem agnationis & domus, in hoc, quod nemo aſſumat talia arma, niſi ſit de tali domo & familia: cum agnationis ſeu familiæ dignitas ſemper debeat eſſe ſalua, vt plene *infra in ſeq. concl.* & vt per iſtam differentiam in inſigniis & armis poſitam vnus de agnatione, vel familia ab aliis & ſingulis de illa agnatione dignoſcatur, & diſcernatur, quod licet, vt nomini additur prænomen: vt *in l. vnica. C. de mutatione nomin.* faciunt notata *in proœmio Clemen. in gloſ. & in l. 2. ff. de lib. & poſth.*

Sed quod ignobilibus non liceat quouis modo arma, ſeu inſignia ſolis nobilibus conceſſa, & inter nobiles vſitata deferre, dicam *infra in 23. concl. in c. non licet ignobili.* Dixi remiſſiue poſt Bonum de Curtili, *in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgund. tit. Des enfans de pluſieurs lictz. §. 4. in 1. gloſſ. in verſ. additio. in fin.*

Vigeſimaprima concluſio. Quę dicta ſunt hic ante in principalib⁹, idem eſt in nobilibus ex antiqua proſapia habentibus in ſua progenie & familia certa arma diſtincta ab aliis, ratione antiquitatis domus. Quia tunc, ſi in patria & regione vbi ſunt & morantur, poſſet eis eſſe dedecus, quod inferiores minoris conditionis, geſtarent talia arma, ex quo eis prohiberi poſſet, ne talia portent, inſtante parte. Puta ſi in ducatu Burgundiæ aliquis vellet aſſumere talia arma, qui non eſſet de domo, & caſata, poſſet prohiberi à ſuperiore: vt ſi quis vellet aſſumere arma Trimoliorum (qui forte à Timoleone duce Corinthiorum originem habuerunt: vel à Timoleo monte Lydiæ, vt *in vlt. parte, in conſideratione, quæ tractat de excellentia vinorum,* dicetur) poſſet ab eis prohiberi, vbi non eſſet de parentela, & idem de cæteris magnatibus ſeu magnificis potentioribus & nobilioribus in vna patria. Quoniam aliis non licet portare talia arma, niſi ſint de caſata, & domo illorum, & ſi portarent, aliqui poſſunt prohiberi; quoniam ex hoc iniuriarentur, quod inferiores, qui non eſſent de eorum parentela, ſe tales dicerent. notatur *in d. c. cum dilecta, extra de exceſſib. pralat.* imo dicit Bald. *in l. 2. C. quæ res vendi non poſ.* quod ſi quis aſſumat arma, ſeu inſignia alterius, qui eis longo tempore vſus fuerat, tenetur pœna falſi, vt ſæpe allegatum, & comprobatum eſt ſupra. Ita etiam tenet Ioannes de Montolono conciuis, & contemporaneus noſter *in ſuo Promptuario iuris, in verbo, arma.* Maxime ſi ſit talis, qui in ſua agnatione habuiſſet, vel conuictus fuiſſet, quod vituperio & ignominia poſſet ex hac ratione prohiberi, *argumen. l. mima. C de epiſcop. aud.* Et non ſolum principalis de caſata poteſt talia prohibere, ſed etiam quilibet alius etiam tertius. vt dicit Bartolus *in d. tract. de armis. argum. l. 1. C. de his, qui potent. nomine titulos prædiis aſſigunt, &c. & ita not. in verb. titulos. & in Authent. de mandat. princ. § pen. coll. 3.* Et facit ad hæc ratio Ang. de Peruſ. *in conſil. ſuo 79. & conſil. 281. in penult. colum.* vbi dicit, quod grauiſſimum

mum, & iniurioſiſſimum eſt videre arma agnationis ad extraneos deuoluta.

Hinc eſt, quod domus antiquorum, in quibus ſunt arma prædeceſſorũ & imagines, ſeu ſtemmata, de iure prohibentur vendi per tutorem & curatorem. Quoniam, vt dicit text. *in l. quæ tutores. §. nec vero domum. C. de admin. tut.* ſatis lugubre eſt aut non videre maiorum imagines in domo propria fixas, aut videre reuulſas. Ratio depromitur. Exempla priſcorum virorum honoratorum nos animant ad eorum veſtigia ſequenda, quos ſolitos dicere legimus, cum ſolas maiorum imagines intuerentur, vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi: nec prudentiſſimis viris modice ſuccurrebant. effigies maiorum, cum titulis ſuis in prima parte ædium poni ſolere, vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, verum etiam imitarentur, & ſemper audire videantur poeticum illud dictum: *Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector.*

Et de Themiſtocle tradunt veteres, quem ferunt ſtimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem: quærenti quid ita ex tempore in publico verſaretur, reſpondiſſe: quia me tropæa Milciadis de ſomno excitant. Et dicit Lactan. lib. 1. *Itaque homines eorum ſimulacra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium.* Et de materia ample *infra in 8. par. in 6. conſider. ver. dicit tamen.*

Hinc videmus, quod ſi ſint aliqui de aliqua familia, & caſata antiqua, qui videant arma ſuorum prædeceſſorum depicta, aut alias inſculpta in aliquo loco publico: ſi quis velit ea amouere & ponere ſua de nouo etiam ædificando nouum opus, quod poteſt ei prohiberi per iudicem ex officio ſuo, ex quo non eſt licitum abradere antiqua, & ponere noua, vt dicit Bartolus *in l. qui liberalitate. §. nec eius nomine. per illum tex. de oper. pub.* vbi refert contra religioſos, qui capellas, ſeu capellanias defunctorum aliquorum antiquorum fundatorum, vbi ſunt eorum arma, attribuunt aliis nouis, quod male faciunt, vt etiam dicit Ludouicus Roman. *ſing. ſuo* 474. & refert Ioannes de Terra rubea, *in ſuo opere de vinea eccleſia. tract. 3. art. 6. in 8. concluſ. ſuper gloſſ. in verbo, damnabilis.*

Et ideo vidi, quod cum in eccleſia Heduenſi remoueretur quidam lapis magnus in modum tumbæ, vbi erant arma & imago domini quondam Dautigneyo, conqueſtus eſt dominus Gerardus de Vienna, dominus dicti loci, tam ea ratione; quia dominus ipſius loci Dautigneyo, quam ea ratione; quia erat de agnatione illius prædefuncti, cuius arma ibi poſita erant & inſculpta: & fuit neceſſe, quod in loco, vbi conſtruebatur capella noua, quod arma antiqua ibi reponerentur cum nouis, quod & æquum fuit, prout probat text. ad hoc expreſſus, quem etiam ad hoc allegaui *in l. fin. §. ſi quis. ff. de ope. pub.* Ad quod facit text. *in l. ſi quando. C. eo.* vbi habetur: quoties opus publicum, vt palatium, ædes ſacræ vel porticus, reparatione indiguerint: licitum eſt imagines, ſtatuas, inſcriptiones nominum, vel arma quoruncunque deponere: ſed refectis ædificiis, vnaquæque remota reportari, & proprio loco denuo collocari debent. Sed in re priuata vendita, licitum eſt emptorij rei emptæ arma ſua apponere, & alia ſi quæ ſint affixa remouere. facit; quia ſatis abſurdum eſt origine rei ſublata eius imaginem derelinqui ſeu remanere. text. *in l. vnica. §. 1. C. de latina libert. tollen.*

Ex dictis tamen Bart. *in prædicto tract. in 2. colum.* ſublimita iſtud dictum præcedens, ſcilicet de portu & delatione armorum, niſi eſſent exteri, ſeu ita de longinquo, vt eſſet talis diſtantia de vno loco ad alium, quod primus lædi non poſſet. puta ſi Italus aſſumat ſibi arma Teutonici, vel Anglici, & econtra, vel Italus arma Hiſpani, certe, vt dicit Bartolus, in hoc non videtur generari præiudicium, nec ſcandalum inter eos. & dictum Bartoli ſequitur Panormit. *in cap. dilecta, de exceſſ. pral.* & ample *infra in 48. concl.* Et ideo ex quo in his, in quibus quadam facultate quis occupat ſibi vſum, non licet quæri, niſi ex magna cauſa. *l. penult. §. ſunt autem qui putant. ff. ne quid in loco publico.* Vel niſi etiam eſſent ita antiqua arma, quod amplius dici nequeat, quod ſit aliquis in patria

Digitized by Google

in patria de familia illorum, qui talia arma antiquitus portabant, & deferebant, vt ſunt quædam ex antiquis armis nouem heroum, qui dicuntur in vulgari, *Leus neſpreux*: quorum tres erant Iudæi, ſcilicet Iudas Machabæus, Ioſue, & Dauid. Tres gentiles, ſeu pagani, Hector, Alexander Magnus, & Iulius Cæſar: & alii tres Chriſtiani fuerunt, Carolus Magnus, Arthurus, ſeu Arthuſius de Britannia, & Gaufredus, ſeu Godofredus Billonius: quorum quidem arma *infra in 28. concl.* videre poteris. Item, vt ſunt arma militum (quos *menſæ rotundæ* vocant) qui fuerunt numero centum & ſeptuaginta, qui omnes portabant arma diuerſa, vt videri poteſt in quodam volumine, ſeu Romantio, quod vulgari noſtro dicitur & intitulatur, *Gyron le cour toys*. in princ. Et ſi quis velit videre aut habere diuerſitatem armorum, recurrat ad illum locum. Maior tamen diuerſitas erat in turri Dauid. de qua *Canticorum 4. cap.* Dum in ea erant mille clypei pendentes. de qua *infra in 59. concluſ. verſ. quandoque.*

VIgeſimaſecunda concluſio. In caſu, in quo omnes & maiores & minores comprehenduntur, & eſt intereſſe, quod poteſt contingere vnumquemque in caſu, ſcilicet quando quis odiis plenus, cuius vitæ multi inſidiantur, aſſumeret arma ſeu inſignia hominis quieti, & pacifici, certe illius intereſt, & poterit facere prohiberi, ſi vituperoſe portat, vt dictum eſt, multo fortius poteſt peti prohibitio, ne ex hoc propter vnionem armorum alius pro alio occidatur vel iniurietur.

Item dicendum eſt, ſi ex hoc pudor primi aliquo modo lædatur, *arg. d. l. mimæ. C. de epiſc. aud. & l. Iudæos quoſdam. C. de Iudæis.*

Et hæc fieri debent per Iudicis officium, ad quem ſpectat quies popularis. *l. 1. §. quies. ff. de officio præfecti vrbi.* maxime ſi videat hoc ad ſcandalum poſſe eſſe & tendere, & ad diſſenſionem ſubditorum, etiam ex officio ſuo poteſt, *vt C. de latina liber. tollen. l. vnica. §. ſed & qui domini.* vbi circa eos, qui pileati incedunt, lex Iulia ſtatuit, ne populus decipiatur. & expreſſius *in capit. in nonnullis. extra, de Iudæis.*

VIgeſimatertia concluſio. Non licet ignobili aſſumere arma nobilis, & quæ ſolent portari per nobiles, nec inſignia ſolis nobilibus conceſſa, & inter nobiles vſitata, deferre: quia ſic dicitur nedum ſe nudo nomine nobilem aſſerere, ſed etiam nobilium actus facere: eam ob cauſam grauius puniendus eſt, quam ſi ſolum aſſereret ſe nobilem, quo caſu tantum falſum committit, & poteſt tanquam falſarius puniri. Text. eſt & ibi Bartol. *in l. eos. §. qui ſe pro milite.* quem text. ponderat ibi Bart. contra illos, qui ſe aſſerunt doctores, cum non ſint. *ff. de falſis.* vbi dicit text. quod illi, qui ſe pro milite geſſit, & illicitis vſus eſt inſignibus, falſo puniendus eſt, & videas Felin. *in cap. tertio loco. col. 1. de probat.* dixi alibi & ille text. multum facit pro hoc caſu, & in his etiam, vbi quis illicitis vſus eſt inſignibns. Facit quod not. Bald. *in l. fucandæ. quæ eſt l. 1. C. quæ res vend. non poſſ.* dum allegat illud vulgare, quod qui non eſt lupus, non debet aſſumere eius pellem, ample per Bonum de Curtili *in tract. nobilitatis, 2. part. num. 178.* vbi dicit, quod vbi in aliqua patria eſt diſcretio ſeu doctrina, & in modo pingendi arma inter nobiles & ignobiles, ignobilis nõ poteſt aſſumere arma nobilis, ſed bene aſſumere poteſt iuxta ritum ignobilium, & popularium, vt infra patebit *in 28. concluſ.* non iuxta ritum nobilium, qui non conuenit niſi nobilibus: vt apud nos non videtur honeſtum, quod ignobilis & popularis in ſuis armis ponat ſupra arma ſua galeam tymbratam, quod vulgo dicitur *Heaulme*, cum quadam eleuatione, quam faciunt nobiles magnifici, ſupra quod ponũt quoddam ſignum eleuatum, quod videtur ſolis nobilibus attribui, quod vulgariter dicitur *Tymbre*, de quo ample *infra 49. concluſ.* Alias etiam prohibere & impedire poſſet nobilis, ne aliquis villanus vel ruſticus nomen & arma ſuæ domus vſurpet, vel ne aliquis de malo & infecto ſanguine nomen vel arma immaculatorum aſſumat; quia cuiuſque de genere intereſt claritatem & nobilitatem generis conſeruari. ita tenet Guillielmus Benedicti *in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam.*

laſiam. num. 917. & plene in verbo, Raynutius de Clèra.num.57.& 58.extra de teſtamen.

VIgeſimaquarta concluſio. Limitantur etiam præcedentes concluſiones in Baſtardis, qui non portant arma domus nobilium, cum non ſint nobiles, vt dicit Bald. *in l. cum legitimæ nuptiæ.ff. de ſtat.hom.* idem Bald. *in l.generaliter. §.fin. C.de inſtit. & ſubſtit.* dixi ample *in commento ſuper conſuetudinibus ducatus Burgundiæ, in titul. Des ſucceſsions des baſtards.§.3. in gloſſ.1. verſic. iuxta prædicta: cum ſequ.* ideo non poſſunt aſſumere arma domus, vt dicit Guillielmus Benedicti *in ſua repet. cap. Rayn. de Cler.num.31. de teſtam.* vbi tamen concludit, quod iſtud non obſeruatur in Francia; quia baſtardi portant arma domus, cum aliqua tamen barra, quæ incipit à ſiniſtris, & tendit ad dextram. tendens & tranſuerſans per medium ſcuti ſeu campi armorum. & ibi plene videas de baſtardis. *& infra in 75. concluſ. ver. item arma, &c.* Cum ſupradictis concordat commentum Coſmæ Guymier, *in verbo, filii, titul. de numero & qualitate Cardinalium. §. ſint viri.* Quid autem de legitimatis, vide *infra, in 77. concl.* Sed de baſtardis quomodo legitimi illis præferri debent, latius dicetur *infra in 11. part. in 15. conſid.*

VIgeſimaquinta concluſio. Licet vaſallus habeat arma ſua antiqua, & quæ poteſt vbique portare, & depingere, non tamen ea poteſt depingere, aut inſculpere ſeu depingi, aut inſculpi facere in locis, vbi ſunt arma ſui domini, à quo tenet in feudum ſaltem ita alte, ſed cum aliqua depreſſione, aut diminutione. Puta ſi tantum cum vſi ſint arma domini in medio, *vt dicam infra in 96. concluſ.* Quia talia ſunt ſigna & loca honoris, *vt dixi ſupra in hac prima parte, in 13. conſi.cum duab. ſeq.* Et de hoc eſt vniuerſalis obſeruantia in Gallia, ita quod aliqui habent conſuetudines particulares de his, vt eſt in patria Turonenſi: de qua per Ioan. Saxon. *tit. Des droitz de Chaſtelenie. cap. 1. in conſuetudinibus patriæ Turonenſis*, vbi ponit, quod vaſallus non poteſt ponere ſua arma, nec facere literam, ſeu ligaturam funerum in eccleſia Caſtellaniæ, quod eſt ratione congruum, vt minores maioribus deferant, iuxta gloſſ. fin. *in l. nihil omnino. C. de palatin. ſacrar. largit. lib.12.* Etiam in delatione & prælatione armorum, in quibus conſiſtit honor, vt hic ante dictum eſt *in 12. conclu.* & dicit Bald. *in l. generaliter. §. fin. C. de inſt. & ſubſtit.* quod portare arma eſt honor.

Aduerte tamen, quod arma poſita iuxta arma principis, cenſentur ex eo nobiliora. facit, qui admittuntur ad latus principis, ex eo illuſtrantur. tex. eſt *in l. vnica. ibi, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. C. de præpoſ. labor. lib.12.* & ibi not. Bald. illum text. pro collateralib. quia illuſtrantur ab eo, cui aſtant, & Fel. *in c. paſtoralis.de offic.del.*

VIgeſimaſexta concluſio. Cognatis & affinibus non licet aſſumere, nec portare arma domus illius, vnde cognationem ſolam habent, aut affinitatem. Cum ad ſolos agnatos competat ius & facultas portandi arma domus: text. eſſe videtur *in l. ius familiarium. C. de religio. & ſumpt. funer.* quem ad hoc Ioannes Saxo alleg. *in d. c. 1. ſupra proxime allegato.* dicam latius *infra in 40. concl.* Et hæc ſunt quantum ad arma nobilium, & quæ competunt nobilibus, de quibus adhuc dico quando fiet mentio, an tranſeant ad ſucceſſores, & quomodo, & in pluribus aliis concluſionibus.

VIgeſimaſeptima concluſio eſt circa populares, qui non habent arma propria: ſed aut ſibi aſſumunt ex conceſſione principis ſupremi, vel alterius domini, vt Bart. qui habuit à Carolo IV. Imper. vt ipſe, & cæteri de ſua agnatione leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portarent. Et tunc talibus licet portare talia arma ſibi donata & conceſſa. & dicit Bart. *in d. ſuo tract. armorum.* in hoc non eſſe dubium. Quia diſputare de poteſtate Principis eſt ſacrilegium. *l. 2. C. de crim. ſacril.* Facit *in rubro & nigro, C. vt nemini lic. ſine iudic. autorit. ſigna imprim. rebus, quas alius detinet.* optimus text. *in l. ſacrilegii. de diuerſ. reſcript.* vbi notant Bald. & Paul. quod Imperator, ſeu Princeps ſupremus, vt Rex Franciæ, poteſt conferre dignitatem

tatem alicui non habenti, & nobilitare quemcunque vult. & inſtar ſacrilegii eſt reputare aliquem indignum, quem Princeps approbauit, *vt in d. text.* cum ſit Deus in terris. notatur *in l. iubemus. C. de ſacr. eccl.* de laude huiuſmodi armorum & vtilitate infra dicetur, *in 36. concluſione, incip. circa vtilitatem.*

VIgeſimaoctaua concluſio. Etiam populares propria autoritate arma ſibi aſſumere poſſunt, vt dicit Bart. *in dicto loco.* Sicut enim nomina inuenta ſunt ad cognoſcendum homines. *l. ad recognoſcendos. C. de ingen. manumiſſ.* ita etiam iſta inſignia ad hoc inuenta ſunt. vt *l. ſanctum. §. 1. ff. de rerum diuiſ.* Sed talia nomina cuilibet licet imponere ſibi ad placitum. *d. l. ad recognoſcendos. & l. falſi. in princip. ff. de falſis.* Ita etiam iſta inſignia cuilibet licet portare, & impingere in ſuo, non tamen in alieno: *vt l. 2. C. vt nemini lic. ſine iudic. autorit. &c.* & ibi notatur per gloſſ. *in verbo, aliquis.* facit *cap. dilecti. extra de conceſ. præbend.* & quod ibi notatur per gloſſ. Non inuenio illud *cap. dilecti,* ſub tit. *de conceſ. præben.* allegatum per Bartol. ſed bene reperio *cap. dilecta. extra. de exceſſ. prælat.* quod bene videtur facere ad hoc cum gloſſ. fin. Et ibi Pan. & Pet. de Anch. ponunt iſtam quæſtionem cum ſeq. & ibidem tractatur iſta materia.

Videtur, quod Bart. in hoc multum extenſe locutus fuerit, & quod iſtud non ſit indiſtincte verum, maxime in villanis ſeu ruſticis non habentibus aliquam præeminentiam aut dignitatem, ſeu nobilitatem: quoniam credo, quod talibus non ſit licitum portare arma, hoc eſt ſcuta, in quibus ſunt arma; nam talia ſolum competant nobilibus ex aliqua nobilitate, quæ ſunt plures, vt infra videtur in octaua parte: & illis licet propria autoritate aſſumere aliqua arma, aliis non, propter vſitatam & obſeruatam inuiolabiliter conſuetudinem à tempore immemoriali, quo talibus ſolum competit vſus armorum, non villanis & ruſticis.

Item vt ſtatim dicetur, ſi adhuc tales ſibi aſſumant arma, cauere debent, ne aſſumant arma alicuius antiquæ domus & familiæ iam talia habentis, & portantis. quoniam tunc poſſet prohiberi, vt dictum eſt ſupra *in 23. concluſ.*

Sed bene verum eſt, quod tales ruſtici & artifices poſſunt per ſe & propria autoritate aſſumere merchas, & ſigna, quibus ſignare & merchare poſſunt opera ſua, & ſuas res. ſed iſta non debent fieri ad formam, ſeu inſtar armorum, & ita videntur intelligenda verba Bartoli. De prædictis merchis, ſeu ſignis infra videatur, *in 31. concluſ.*

Communiter tamen tenet ſecundũ Pan. *in d. c. dilecti.* vt quilibet aſſumere poſſit ſibi certa inſignia ſiue arma. & de hoc truffantur villani à nobilibus, cum dicitur, arma ſunt villanorum; quia ſumpta ſunt ad placitum, prout Accurſius gloſſator iuris ciuilis *in l. hæres. in gloſſ. fin. ff. de leg. hæred.* de domino Martino ſic dicit, quod ſcutum ſuum albo nigroque variabat, vt omnem telorum vitaret amaritudinem. Veruntamen, vt dixi, omnia nomina propria ſumuntur ad placitum, vt vnus ab altero cognoſcatur. *iuribus præal.* quibus addo *§. ſi quis in nomine. Inſtit. de leg.* ita & arma poteſt quis aſſumere, vt vna parentela diſcernatur ab alia, & non fiat alteri præiudicium: etiam dummodo talia arma ignobilium ſeu ruſticorum non habeant galeam ſeu caſſidem tymbratam, vt ſupra tactum eſt *in 23. concluſ.* & expedit ita fieri, vt familiæ diſtinguantur, & diſtinctæ cognoſcantur, vt dictum eſt. non ſit idem de magiſtro Ioan. Grammatico, & Accurſio iuriſperito, vt vult gl. fin. *in l. vnica. C. de Profeſſor. qui, &c. lib. 12.*

Si quis tamen velit aſſumere arma de nouo, debet aſſumere magis conformia ſuis cognatis aut affinibus, vel patriæ ſuæ, & etiam antiquioribus. & ſecundum quod videre poteſt & cognoſcere, quod eis magis conueniunt & approximant ſtatui ſuo, tam ratione affinitatis, conſanguinitatis, patriæ, loci, quam vrbi ſeu ſuæ qualitati & conditioni, & de multis aliis, vt infra dicam. Vnde referam; quia ad rem facit. de Gordio patre regis Midæ opulentiſſimi Phrygum, qui Gordius ex agricultura ſumptus, ad regnum peruenit:

Digitized by Google

nit:quo potius Gordium ciuitatem inter Aſiam maiorem & minorem condidit, & à ſe denominauit, in qua templum Ioui conſecrauit,& non immemor,nec veritus originariam conditionem,nec eam celans in eo aratrum (tanquam forte propria arma, & inſignia) quo aliquando vſus fuerat, poſuit, & ex loris, ſeu funibus, quibus boues in iugo tenuerat, nodum connexit miro artificio, vt neque principium, neque exitus deprehenderetur in eo, eumque Ioui conſecrauit, donec qui eũ ſoluat occurreret: vt recitat Guilliel.Benedicti *in ſua repe.c.Raynutius.in ver.Ray. de Clera.num.25.de teſtamen.* & ibi reprehendit illos,qui neglecto honore patris, ſe filios baſtardos magnatum dicunt, vt illorum nomen & arma eis non debita occupent, de quo vide ibi plura exempla.

Et ita vt magis communiter videmus, aſſumentes de nouo arma, aſſumunt ea, quæ magis ſuo nomini, aut cognomini approximantur & conueniunt propter conformitatem, alludendo ad vocabulum cognominis, vt nomina ſint conſonantia reb. *vulgato* §. *eſt & aliud.Inſt.de don.* & ſiquidem data ſunt ab antiquitate nomina ſignificatiua à parte rerum,vt Petrus;quia firmus vt petra. tex.& ibi gloſ. *in Auth.de defen.ciui.in princ.colum.3.*& Lucius Lucillius,& Lucullus à luce.Puta ſi quis cognominetur de quercu, aſſumit pro armis quercum, vt in Papa Iulio II. qui dicebatur de Rouere, & aſſumſit pro armis quercum. Et rouere in vulgari Italico, eſt quercus. Et illi, qui vocantur de caſtro, aut caſtello, ſumunt caſtrum ſeu caſtellũ: qui vero cognominatur de Loup, accipit lupũ, & ſic de ſingulis. Et licet propria nomina ad placitũ imponantur, appellatiua tamen ab aliqua proprietate imponi ſolent, vt dicit Bal. *in proœm. Inſtit.* allegans *l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.1.*

Sicut videre eſt multas familias Romanorum cognomina aſſumpſiſſe à leguminibus, & ab ea re, quam optime ſererent, vt Fabii à faba cognominati, Cicerones à cicere, Lentuli ſeu Lentini à lente, Piſones à piſo, & ſic de huiuſmodi. & vt ait Plinius, fuerunt ab arboribus cognomina antiquis, vt Frondició, qui præclara facinora Vulturnum tranſnatans fronde capiti impoſita aduerſus Hannibalem edidit. Item Cornutus ait: *Q.Cincinnatus cum ſuum agrum & araret & ſereret, dictatura ei à populo Romano delata eſt. Qui contra Samnites profectus victor extitit; quia à ſerendo, Seranus appellatus eſt.* A pinſendo Pilumnus, qui primus pinſendi frumenti vſum inuenit: & pilum, id eſt, inſtrumentum aptum ad terendum. Item ab herbis, vt Lactucinii, à lactucis dicti. Item à piſcibus, vt Muræna,quod fuit cognomen viri Romani, ab eo piſce deductum, vnde Ciceronis extat oratio pro Muræna. Item Orator,quod cognomen fuit Sergii viri Romani, quod ab hoc piſce ſortitus eſt. Cognomina etiam,vt inquit Varro, habentur à maiori & à minori pecore.A maiori,vt Equitius,Taurus. A minori,vt Saprilus,Scropha, Portius, quod cognomen fuit Catonis Cenſorii, à porco tractum.Quidam etiam à veſtimento,vt Antonius Caracalla.

Et aſſumendo antiqua arma (puta duos leones aureos eleuatos, ſe inuicem reſpicientes in campo rubeo, quæ fuerunt arma Hectoris. Lyram auream in campo rubeo, quæ fuerunt arma Dauidis. Tres pſittacos virides in campo aureo, quæ fuerunt arma Ioſuæ. Draconem rubeum in campo argenteo,quæ fuerunt arma Iudæ Macchabæi. In campo azureo regem in ſolio maieſtatis ſedentem aureum, quæ fuerunt arma Alexandri Magni.In campo azureo tres coronas aureas, quæ fuerunt arma Arthuri) non poteſt quis reprehendi, nec ab aliquo prohiberi, cum nunc non ſint aliqui de parentela eorum. & ita de aliis ſimilibus,de quo latiſſime *infra in 48.concluſione.*

Vigeſimanona concluſio. Si qui impediat, ne arma ſua aliquis ponat in loco, in quo ponere poteſt, non patiendo eidem honorem decerni, qui decerni poteſt, non tenetur actione iniuriarum, vt eſt text. ad literam, *in leg. iniuriarum.* §.1. ſi quis de honoribus decernendis alicui paſſus non ſit decerni,vt puta imaginem alicui,vel quid aliud tale,puta arma. *ff. de iniuriis.* quamuis, vt dicit

text.

text.hoc contumeliæ cauſa faciat. Intellige, ſi fiat impedimentum, antequam ſint poſita. ſed poſtquam fuerint poſita in aliquo loco: ſi amoueantur, credo actionem iniuriarum eſſe ortam. Quoniam turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes. tex. *in cap. quemadmodum.§.alioquin.de iniuriis.extra.* Ex quo dixi in caſu emergenti, de quo *infra* 49. *concluſ.in fin.* cum eſſet inter duos dominos contentio de quadam eccleſia, in cuius iuriſdictione eſſet, & quis illorum facere deberet zonam lugubrem, ſeu funebrem in dicta eccleſia: quod ex quo vnus ſuperſtes abradere fecerit zonam lugubrem, quam filii alterius prædefuncti fecerant fieri pro ſepultura eorum patris, quod in hoc tenebatur actione iniuriarum. Quia non ſolum non paſſus eſt honorem decerni, ſed decretum tulit, diminuendo eius dignitatem, quo caſu tenetur actione iniuriarum, vt eſt gloſſ. *in d.§.ſi quis.in verb.quid faciat.* Idem dicendum eſt de eo, qui arma alicuius iam in aliquo loco depicta deleuit, aut abraſit, quoniam hoc caſu tenetur actione iniuriarum, ſi talis, qui illa poſuit, non poterat prohiberi illa ibi ponere; quoniam ſi potuit prohiberi per alium: videtur, quod ſi ponat ſine eius autoritate & licentia, poſſint per dictum, qui prohibere potuit, aut eius mandato, deleri, & abradi. Quoniam ex quo per illum text. *in d.§.ſi quis.* poteſt impediri, ne vtatur honore, & ne honor ſibi decernatur: ita quod non poteſt hoc caſu teneri actione iniuriarum. Multo ergo fortius ſi quis vtatur honore non ſibi debito, poteſt talis honor impediri per illum, cui præiudicatur in honore, puta in appoſitione imaginis in vno loco, vel alicuius alterius rei ad honorem tantum, vt eſt in appoſitione armorum.

Et ideo dic, quod ſi quis in re litigioſa ponat, aut pingere faciat arma ſua, poſſunt ab aduerſario deuaſtari, excidi, & arripi, per tex. *in l. 2. C. vt nemo priuatus titul. prad. ſuis vel alienis impon. vel vela regia ſuſpendat.* & ita tenet Vinc. Cicault. *in quodam tract. quem fecit de factis Principum in c.de autoritate Eccleſia.fol.5.* ſed pro hoc vltimo dicto allego formaliorem text. *in l.1.* etiam *in l.2.C.vt nemini liceat ſine iud. autor.ſigna imprim.rebus, quas alius detinet.*

TRigeſima concluſio. Non ſolum habēs proprietatem in aliqua re arma ſua poteſt facere pingere, ſed etiam vſufructuarius in re, in qua habet vſumfructum. *l. aquiſſimū. §.ſed ſi adium vſusfructus legatus ſit.* Nerua filius, & lumina immittere eum poſſe, ait, ſed & colores, & picturas, & marmora, poterit; & ſigilla: & ſi quid ad domus ornatum pertinet. *& not.ibi, ſigilla.ff.de vſufruct.* & ibi Angel. de Per. & Flor. Quia per hoc non efficitur deterior conditio rei, neque mutatur eius ſubſtantia; quoniam alias ſecus eſſet, vt *l. monumentorum.C.de relig. & l.repeti.§.rei mutatione.ff.quibus modis vſufruct.amitt.* Ex quo dixi in caſu emergenti, quod vidua poſt mortem mariti, quę habet donarium in aliqua domo, ſeu in aliqua terra, & Signoria, poteſt ibidem ponere arma ſua, prout eius maritus feciſſet eius vita comite, ſed tamen zona funebris in eccleſia pro ea fieri non poteſt. *arg. d.l.monumentorum.*

TRigeſimaprima concluſio eſt circa merchas, & inſignia mercatorum, & artificum. & hoc caſu dicendum videtur, quod vnicuique liceat tales merchas, ſeu ſigna portare, & habere. Quoniam talia fiunt ad recognoſcendas res ſuas & opera ſua, ſeu artificia. vnde not. Bald. *in authen. dos data. in magna lectura.C.de don.ante nupt.* quod ballæ mercatorum recognoſcuntur ad ſignum; ſicut ſupra dictum eſt *in* 28.*concluſ.* quod nomina ſunt inuenta ad cognoſcendos homines, *C. de ingen.manumiſſ. & §.ſi quis in nomine.Inſtit.de leg.* Et licet vnicuique nomen ſuum mutare, & accipere ad placitum, dūmodo abſit fraus. *l.vnica.C.de mutat.nomi.* ideo videtur, quod etiam ſignum, ſeu mercham mutare poteſt. De mutatione tamen nominis, vide Gem. *in proœmio ſexti in 3. colum.* & Angelum *in d.§.ſi quis in nomine.* & per Doctores *in d. l, vnica.*

Sed quid de armis, an licet ea variare, & mutare pro libito? videtur, quod non: quia, vt ſæpe dictum eſt, bonum eſt argumentum de nomi-

Digitized by Google

Notarii, qui ſemper vno ſigno vti debent,& mutare non debent, nec nomen, alias tenentur de falſo. *Bald. in l. comparationes. col.fin. C. de fid. inſt. & in* 1. *conſt.* C. & Lanfran. *in cap. quoniam ver. inſtrumenta.colum.2.extr.de probat.* Quia nullus poteſt aſſumere ſignum alterius Notarii, nec eo vti: & ſi id faciat, incidit in crimen falſi.notatur *in l nemo.* quæ eſt *l. fin.§. nec callidis.* C. *de aſſeſſoribus. in §.item Lex Cornelia.Inſtit.de pub. iud. & in Authen.de inſtrum. cautela,& fide.§.oportet autem.& quod ibi not.colum.* 6. vbi ſi quis ſignum alterius accipiat, poteſt prohiberi.ita etiam tenet Ioan.de Platea *in l. ſtigmata. C.de fabricenſibus.lib.*11. quia aliquando poſſet diffamari primus ſignans tali ſigno,ſi ſecundus non bene vteretur eo. *arg.d. cap.dilecta.de exceſ.præl. extra.* Et ibi Berna.de Landrino *in apoſtilla ad Panormitanum allegans Bal. in ſua diſputatione, qua incipit,accuſatus de vi turbatiua.*

TRigeſimaquarta concluſio erit pro tertia limitatione præcedentis concluſionis in ordine 31.quę fallit tertio in ſignis,quibus vtuntur fabricatores omnium rerum: quoniam etiam tales poſſunt ad requeſtam eorum inhiberi facere,ne alii illo ſigno vtantur, vt ſupra dixi *in concluſ.*32. Quia ſi ſit bonus faber,pictor,aut textor, & alius qui non eſſet ita peritus in arte, vteretur ſuo ſigno, poſſet ille bonus artifex, qui primo vtebatur tali ſigno,diffamari in opere ſuo. Eius enim intereſt, ne alius imperitus artifex tale ſignum aſſumat, ne confuſio operum inducatur, & ſic eſſet primi boni, & periti artificis diffamatio, vt etiam tenet Bald. *in l.*2. *C. quæ res vend. non poſ.* & dicit Bald. *in cap.quanto. col.* 2. *de iurieiur.* quod vnus mercator non poteſt apponere ſignum alterius mercatoris in ballis.

Idem etiam dicit Guillelmus Benedicti *in ſua repet. cap. Ray. in ver. Raynutius de Clera. num.*59. *de teſtament.* in hoſpite tenente diuerſorium, ſeu hoſpitium, qui ſi primo acceperit ſignum aliquod, ſeu interſignum, poteſt prohibere, ne in illo loco alius accipiat illud. quia ſua intereſt, ſi in illo loco, ſeu ciuitate, vbi habet tale ſignum, vel quia forte propter eius famam, & diligentiam ſeu prouidentiam, cuncti viatores, & hoſpites ad ipſum currebant & nunc diffamaretur,ſaltem fama talis hoſpitii diminueretur, ſi alius non æque idoneus,fidelis,& ſeruitialis inter ſignum illud aſſumeret, quod non eſt tolerandum in præiudicium primi occupantis, & habentis tale ſignum ſeu interſignum.

Vel quia forte vnus mercator,vel alius artifex habet in ſua domo ex præſcriptione aliqua inſignia, quibus ſemper ſui prædeceſſores vſi fuerunt per triginta annos, & vltra, vt dicit Bald. *in l.*1.quæ incipit,*fucandæ. in fin. C. quæ res vendi.non poſſ.* quem ibi vide pro materia. & facit pro hoc *l. monumentorum. in fi.C. de relig.& ſum.fun.* Et prædicta intelligo vera, niſi eſſet magna diſtantia loci,de vno interſigno ad aliud,aut vnus vicus multum diſtaret ab alio; quia tunc in illis vicis longe diſtantibus etiam in eadem ciuitate ſæpe ſimilia interſignia (vt Pariſiis) videntur eſſe appenſa, licet plerunque in aliquibus differant, vt vnum fiat paruum,aliud magnum, vel cum aliqua diſſimilitudine, & diſcrepantia, pro quo faciunt dicta *infra in* 3. *concluſ.*

Et ex hac concluſione infero, quod cauere debent aduocati ne ſe ſubſignent ſcripturis factis per procuratores aut alios aduocatos imperitos. Quoniam ex hoc, ſi deueniant ad manus expertorum, & doctiſſimorũ virorum, poſſet eorum fama attenuari: quia in his inſpicitur ſignum aduocati ſe ſubſcribentis, quod male obſeruant aduocati Heduenſes, qui vt plurimum ſubſignant ſcripturas per procuratores factas. quod tamen ſemper facere renui, & vidi multos in hoc decipi,& pænitere,cum eorum ſcripturę declarabantur inadmiſſibiles, inutiles, impertinentes, ineptæ, & nullæ, quod in eorum dedecus redundabat, ex quo non cogitauerant,nec illas fecerant. Caueant ergo de cætero ne ſigna eorum talibus ſcripturis apponant, niſi ex fontibus propriis proceſſerint; & facit; quia inciuile eſt (niſi tota lege perſpecta) de aliqua particula eius propoſita iudicare,vel reſpondere. *l. inciuile eſt. ff. de legib.*

facit etiam *l. de his controuerſiis. in his verbis, inſpectis cognitisque verbis teſtamenti. ff. de tranſact.* & plerunque principium per finem corrigitur. *l. ſi tibi. in fine. ff. ſi cert. petat.*

Et ampliando prædictam fallentiam videtur, quod apponere ſignum alienum, ſeu mercham alienam in rebus ſuis ſit prohibitum. *leg. 1. C. de nauib. excuſandis. lib.* 11. imo quod perdat rem ſuam. *d. leg. 1. & l. ſacrilegii. §. qui cum. ff. ad leg. Iul. pecul.* cum aliis allegatis per Lucam de Penna *in leg. ſtigmata. Cod. de fabricenſibus. lib.* 11. Et ſic vnus mercator non poteſt, nec debet apponere ſignum alterius mercatoris in ballis ſuis, vt dictum eſt hic ante.

TRigeſimaquinta concluſio erit de inſigni, inſigno, ſeu mercha mercatoris, an probet. Ioan. de Platea *in d. l. ſtigmata.* & Guilliel. Benedi. *in d. rep. cap. Rayn. in ver. Rayn. de Clera. de teſtam.* dicunt, quod talis mercha ſufficit ad probandum rerum dominium. facit *c. diſplicet. 23. q. 4. ibi; & vos oues Chriſti eſtis, characterem dominicum portantes.* ſecundum Lucam de Penna *in d. l. ſtigmata.* Eius enim res eſſe videtur, cuius ſigno ſignata eſt, *l. quod ſi neque. § fin. ff. de peric. & commodo rei vend. & cap. ſi iudex. de ſent. exc. in 6.* Ad idem bene facit 1. *queſt. 1. c. quod quidam. in fin. & 23. q. 7. c. quemadmodum. de conſeſ. diſtin. 4. c. poſtea ſignatur. 24. queſt. 2. c. ſane profertur. extra de voto. c. magne. & c. fin. ibidem.* & Ezech. cap. 9. *Tranſi per mediam ciuitatem, & ſigna Thau, ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper abominationibus, quæ fiunt in medio eius.* Et Luc. 20. *Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi attulerunt ei denarium. Cuius habet imaginem, & inſcriptionem? Et reſpondentes dixerunt: Cæſaris, & ait illis: Reddite ergo quod eſt Cæſaris, &c.* Et Geneſ. 4. *poſuit Dominus ſignum in Cayn.* Ad idem Exod. 12. quod verum dicit eſſe Lucas de Penna, ſi probetur impoſitio merchæ. *l. 3. C. de bonis vacantib. lib.* 10. *d. leg. quod ſi neque.* Quod videtur etiam eſſe verum, quo ad poſſeſſionem, & dominium, *arg. d. leg. 3. & l. monumentorum. C. de relig. & ſump. funer.* & facit quod notatur *in capit. quanto. in gloſſ. in verbo, patris. de iureiur. extra. & in leg. vnica. C. de nautis Tyberinis. lib.* 11. Ita dicit Lucas de Penna *in d. leg. ſtigmata.* & dixi *in meo monologio, in verb. mercha mercatoris.* Dicit tamen Bald. *in authent. dos data. C. de don. ante nupt.* quod facit tantum præſumptionem, vt in ballis mercatorum, ſi quod facit præſumi eſſe illius, cuius eſt ſignum. De impreſſione armorum, inſcriptione nominum, & imaginum an probent, vide *infra in 55. concluſione.*

TRigeſimaſexta concluſio circa vtilitatem armorum, quæ quis habet à Principe, verſatur: de quibus *ſupra in 27. concl. in cap. circa populares.* an plus poſſint, & an afferant aliam vtilitatem, quam ſi alius ea non habeat à Principe. In quo concludit Bart. *in ſuo tract. de armis*, quod magis prodeſt, & magis releuat habere arma à Principe, quam à ſeipſo in multis.

Primo; quia eſt maioris dignitatis, ſicut dicimus in teſtamento facto à Principe, vt *in l. omnium. C. de teſtam.*

Secundo; quia non poſſunt prohiberi ab alio illa portare, *leg. 2. C. de iureiur. & ff. de mino. 25. annis. leg. minor autem magiſtratus. in princip. & §. 2.* qui text. bene facit, cum dicat, quod aduerſus ſententiam Principis non admittitur quis ad petendam reſtitutionem in integrum; cum ſolus Princeps reſtituat aduerſus ſuam ſententiam. Quia nullus eo maior ſit, *l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact.*

Crederem doctrinam Bar. in hoc eſſe veram, dummodo princeps non conceſſiſſet ei arma alicuius magnatis, ſeu domus, aut caſatæ antiquæ: quia tale priuilegium conceſſum à Principe, intelligitur ſine præiudicio tertii. text. *in l. 3. §. merito. ff. ne quid in loco pub. & l. 2. C. de preci. impe. offer.* ideo ſi Princeps concederet arma alicui noua, quæ quis non ſolitus eſt habere, non poteſt prohiberi. Secus ſi ſolitus eſſet portare aliquis, & geſtare à tempore immemoriali: quia tunc poſſet querelare talis de ſuo intereſſe, & quod Princeps non intellexit illud feciſſe in præiudicium illius: & ſic inſtantiam illius prohiberi, niſi Princeps diceret; *Non obſtante*, & cæ-

Digitized by Google

te,& cætera. quia tunc Princeps poſſet concedere. *arg. nota. in l. ſin. C. ſi contra ius vel vtilit. pub.*

Tertio; quia ſi duo aſſumpſerint eadem arma,ſeu inſignia, nec de prioritate, nec poſteritate appareat, præfertur ille,qui à Principe habuit. *l. ſi duas. in princ. ff. de excu. tutor.*

Quarto; quia ſi in exercitu eſſet vel alio loco, & quæreretur quis deberet præcedere, debent præferri illius arma, quæ à Principe ſunt conceſſa. *l. fi. ff. de albo ſcrib. leg. 1. C. de conſulib. lib. 12. cap. per tuas. extra de maio. & obed. & arg. d. leg ſi duas. in princ. ff. de excuſ. tut.* Et dixi in pluribus locis, quod inter eiuſdem qualitatis pares, ſemper præfertur, qui à Principe honoratus ſit, ſeu aliquo munere donatus ſit. text. eſt ad hoc *in l. reſtituendæ. in fin. C. de aduo. diuer. iud.* & merito illis eſt deferendum, cum ratio priuilegii ſit habenda, *l. 3. ibi; niſi quis priuilegiatus veniat. ff. quod cum eo, qui in aliæ poteſt. &c.* Et ſic intelligit Bart. prædicta procedere cæteris paribus, ſcilicet quod alias illi, qui habent arma, ſint æqualis dignitatis, alias præferri debent arma illius, qui eſſet in maiori dignitate, *arg. ll. ſuperius allegatarum, & quæ ibi notantur.* allego tamen text. expreſſum *in l. 1. ff. de albo ſcrib.* Exẽplifico, ſi aduocato fiſcali alicuius alterius prouinciæ in Burgundia Princeps daret arma hodie,& ego cras aſſumerem propria autoritate: cum vterque ſit aduocatus fiſcalis, & ſic paris dignitatis ille, qui haberet à Principe, præferretur. Sed ſi Cancellarius Franciæ aſſumeret ſibi arma de nouo hodie, & Princeps hodie mihi conceſſiſſet, non eſſem propter hoc præferendus; imo ille, qui eſt maioris dignitatis, vt latius infra dicetur *in 49. concluſio.*

Et ideo cum arma donata à Principe maiorem autoritatem præſtent,& prælationem, quam arma ſumpta propria autoritate, non mirum ſi Bart. gloriabatur in hoc, quod arma ſibi fuerant conceſſa à Carolo IV. Imperat. qui ſibi donauit,& cæteris de ſua agnatione Leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portare, vt dicit *in d. ſuo tract.* & dixi ſupra *in d. 37. concl.* vbi de materia.

TRigeſimaſeptima concluſio, attingendo materiam circa tranſmiſſionem armorum ad ſucceſſores, eſt, quod arma vnius domus, familiæ, vel caſatæ, remanent, & tranſeunt integraliter ad filium primogenitum tanquam digniorem, qui quidem illa debet, & poteſt portare integra, plana, ſine aliqua additione, vel diminutione, vt infra dixi *in 76. concl.* Eo quia primogenito debetur honor in omnibus, cum præferatur cæteris,& in menſa, in oblationibus,& aliis multis,de quibus *infra in 5. parte, in 41. conſideratione.* & portare arma eſt honor, vt ſæpe repetitum eſt ſupra, & dicit Bald. *in l. ſin. C. pro ſocio,* quod arma, & nomen nobilium remanent apud principalem domus. Cum in illo tanquam in capite ſplendor geniture ſit & permaneat, *argu. l. cum ſcimus. in fin. C. de agricol. & cenſi. lib. 11.* quem allegat Vincentius Cigault *in ſuo tract. de poteſtate eccleſiæ.* Cum deterioris conditionis non ſit, quam pater *l. cum ſatis. C. eo. tit. & lib.*

TRigeſimaoctaua concluſio. Arma ſunt tantæ virtutis,quod tranſeunt in ſucceſſores vnius domus ſeu agnationis. *l. familiaria. cum l. ſeq. Cod. de religioſ. & ſumpt. funer.* & hoc ſecundum prioritatem gradus,vt in ſucceſſione aliarum rerum. de quo inferius *in 76. concluſ. in fin.* & ample Guilliel. de Monteferrat. *in tracta. de ſucceſſione regum, in ſecundo dubio. num. 19. & ſupra in 20. concluſ.* Facit; quia filius familiam ſequitur & agnationem patris §. 1. *ibi; quia qui naſcuntur, patris, non matris familiam ſequuntur. Inſtitutio. de legitim. agnat. tutela.* concordan. text. *in capit. 2. & ibi gloſſ. in verbo, poteſtate. extra de conuerſ. infidel.* & ſic de iure à patre, & non à matre denominari debet. Item filius ſequitur conditionem patris quo ad originem. Item ſequitur patrem quo ad dignitatem, & honores. Item nationem patris; vt probat, & tenet Guilliel. Bened. *in ſua rep. cap. Raynu. in princ. de teſtam.*

TRigeſimanona concluſio. Si ſint plures ſucceſſores, ad proximum tranſeunt arma integra ſine diminutione. Ad ſequentes verò cum aliqua diminutione, aut cum appoſi-

appoſitione, ſeu additione alicuius rei, ſic quod poſſint diſcerni ab armis principalibus integris,& planis. Sed quomodo hoc fiat, infra dicturus ſum in 76. *concluſione*.

Et dicit Bart. *vbi ſupra*, quod iſtud licet, ſicut licitum eſt addere cognomen nomini, aut illud inter duos eiuſdem nominis : ex quo denotari poſſit diuerſitas inter eos, ſicut inter duos fratres eiuſdem nominis dicitur vnus Ioannes iunior, vel paruus, alter vero Ioannes antiquior, vel magnus, &c. Et iſtud ſemper operatur antiquitas, ſeu primogenitura, quæ debet habere aliquam prærogatiuam: & ex communi obſeruantia in Gallia in quocunque gradu ſit, ſemper habet iſtam præeminentiam in armis, quod ea portat integra: ſequentes vero cum aliqua adiectione, vt dixi ſupra *in* 20. *concluſ.* & ample declarat Guillelmus de Monteſerrato *in tract. de ſucceſſ. reg. m, in* 2. *dubio*.

QVadrageſima cõcluſio. Arma nõ tranſeunt ad cognatos, & affines. *l. ius familiarium. C de rel. & ſumpt. funer.* Et facit; quia cognati deſcendentes ex fœmina non ſunt de familia. *leg. cum in adoptiuis. C. de adopt.* Sozinus *in conſil. ſuo* 30. *colum.* 3. Et ſoror dicitur quaſi ſeorſum nata, & à familia ſeparata appellatur, vt dicit idem Sozin. *in d. conſi. per me allegato in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgundiæ. tit. des droitz & appartenances à gens marietz.* §. 1. *in gloſſ. en puiſſance. de ſom. mary. & tit. des ſucceſſions.* §. 12. *in gloſſ.* 1. vbi dicitur, quod agnationis dignitas ſemper debet eſſe ſalua, conſiderato in hoc, quod honor debet remanere apud agnationem, & ſic cum arma ſint honor domus, vt prædictum eſt, ad cognatos tranſire non debent. Faciunt etiam ad propoſitum quæ dicit Angel. *in conſi.* 169. *& in conſi.* 281. *ſupra allegat.* Ita etiam tenent Bart. *in d. tractatu de armis.* Petr. de Anch. d. capit. *dilecta. de exceſſ. prælat. & Ioannes Saxo in d. capit.* 1. *titul. des droictz de chaſtellenie. in conſuetudinibus patriæ Turonenſis*.

Ex communi tamen obſeruantia & vſu arma, domus, ſeu familiæ tranſeunt ad cognatos, & affines, vno modo, videlicet cum adiunctione in vna parte armorũ: alterius familię ex parte ſiniſtra: maxime in deſcendentibus ab illis; quia ſolẽt depingere aut depingi facere arma ſua diuiſa, & bipartita, ita quod in parte dextra ſunt arma patris, & in parte ſiniſtra ſunt arma matris. Quod quomodo facere liceat, ſcilicet aſſumere etiam nomen & arma matris, vel alterius, ponit Guill. Benedicti *in ſua rep. c. Rayn. in ver. Raynutius de Clera. num.* 44. *de teſtam.*

QVadrageſimaprima concluſio. Sicut identitas cognominis inducit præſumptionem agnationis. *l. cum precum. C. de liber. cauſa.* ita etiam identitas armorum inducit præſumptionem agnationis aut cognationis. Quoniam ſicut nomina imponuntur, & reperta ſunt ad cognoſcendos homines. *l. ad recognoſcendos ſingulos nomina comparata. C. de ingen. manumiſſ. &* §. *ſi quis in nomine. Inſtit. de legatis.* Ita etiam arma, ſigna, ſeu inſignia fiunt & adinuẽta ſunt ad recognoſcendas familias, & agnationes; quia per ſignum cognoſcitur ſignatum. facit tex. *in l.* 1. §. *ſi intelligatur. ff. de ædil. edict.* facit *l. quod ſi neque.* §. *fin. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. ſtigmata. & ibi Ioan. de Plat. de fabricenſib. lib.* 11. *C.*

QVadrageſimaſecunda concluſio. Arma non tranſeunt ad hæredes rebellium, proditorum ſeu falſariorum, eo; quia quod fortius eſt, ſi tales delinquentes iam haberent arma ante rebellionem, proditionem aut falſitatem, deſtrui, deleri, & detrahi poſſent poſt talia delicta perpetrata, vbicunque eſſent depicta, ſeu affixa: vt dicit Bartol. per text. ſingularem *in leg. eorum. ff. de pœn.* ita tenet Lud. Roman. *ſingulari ſuo* 474. *in cap. eorum arma. & ſingulari* 666. & d. meus Iaſ. *in* §. *pœnales. in* 3. *colum. num.* 104. *Inſtit. de actio.* & Ioannes de Terra rubea, *in ſuo opere de vinea eccleſiæ. tract.* 3. *l.* 1. *ff. de interdict.* idem de bannitis *artic.* 6. in materia rebellionis: qui impune poſſunt occidi, cum dicantur hoſtes. Bart. *in l. amiſſione.* §. *deficientium. ff. de capit. diminut.* Multo fortius ergo impeditur tranſlatio ſeu tranſmiſſio armorum prædictorum in eorũ hæredes; cum memoria eorum etiam deſtrui poſſit, & debeat. *l. fina. ff. ad leg. Iuliam maieſt.* Et turpius eiicitur,

Digitized by Google

eiicitur, quam non admittitur hoſpes. text. *in cap. quemadmodum. §. alioquin. extra, de iureiuran.* Facit pro præſenti concluſione; quia patre damnato de crimine læſæ maieſtatis, amittit filius iura ſepulchrorum, vt de hoc eſt caſus ſpecialis *in l. 1. §. interdum. ff. de ſuis & legit. haered ib.* & vltra, talis filius amplius ad honores ſeu dignitates aſpirare non poteſt. text. *in l. quiſquis. §. 1. ff. ad legem Iuliam maieſtat.* quæ lex eſt canonizata *in c. penult. 6. quæſt. 1.* & ſatis videretur abſurdum illos admitti, quorum repellerentur autores. vt *in cap. licet. in fin. de teſtib. extra.* In aliis vero delictis ſecus. *l. 2. §. nullum patris delictum innocenti filio pœnæ eſt: ideoque nec ordine decurionum, aut cæteris honoribus propter eiuſmodi cauſam prohibetur. ff. de decur. cum pluribus concord. in gloſſ. ibi alleg.*

QVadrageſimatertia concluſio. Inſignia, & arma domus non tranſeunt ad fideicommiſſarium. ita tenet G. Benedict. *in ſua repe. cap. Raynut. in verb. ſi abſque liberis. 2. de fideicommiſſaria ſubſtitutione, num. 204. & 205. de teſtam.* vbi in ſimili arguit de iure patronatus tam ſpirituali, quam temporali, ſeu ſeculari. cui æquiparat in hoc talia iura armorum & inſignium. Licet ius patronatus ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos tranſeat. *gloſſ. in verbo, hæredes. in Clem. 2. de iure patron. & gloſ. in can. conſiderandum. 17. quæſt. 7.* Notat plene Panorm. *in cap. 1. & in cap. cum ſeculum, de iure patron.* Non tamen (vt dicit) tranſeunt talia iura ad fideicommiſſarium, vbi eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, & obliqua: imo hæc omnia remanent penes hæredem directum. *l. quia perinde. vbi Barto. ſingulariter. & Alexand. ff. ad Trebellia.* dominus meus Iaſon *in l. precib. colum. 12. C. de impub. & aliis ſubſtit.* allegans Imolam & Bald. *in d. loco per d. G. Benedicti allegatum.*

Dicit tamen Guido Papæ *quæſt. 57.* quod tale ius patronatus ſeculare tranſit ad fideicommiſſarium facta reſtitutione, ſed ante reſtitutionem remanet penes hæredem. Ideo videtur idem dicendum in armis & inſignibus, quæ competunt alicui ratione familiæ, aut domus. Sicut etiam videmus in iure ſepulchrorum, aut monumentorum, quod etiam tranſit in fideicommiſſarium: imo etiam quod plus eſt, in legatarium. text. *eſt in l. monumenta. C. de legatis.*

Ex prædictis, & ex dictis Panorm. *in d. cap. cum ſeculum. extra de iure patron.* dicentis, ius patronatus vendi non poſſe ſimpliciter, aut alienari, ſed bene cum vniuerſitate, vt *in d. cap. cum ſeculum.* infero ſequentia.

Vnum videlicet, quod vendendo totam hæreditatē alicuius, ſeu ſucceſſionem, quod in emptorem hæreditatis vniuerſalis tranſibunt arma, & inſignia; ſicut trāſiret ſeu tranſferretur ius patronatus; cum de his fiat argumentum de vno ad aliud, ex dictis G. Benedicti, *in d. c. Raynutius.*

Aliud vero erit, quod ſicut non poteſt vendi ius patronatus de per ſe, nec legari, vt dicit Alber. de Roſ. *in d. l. monumen.* ita nec arma de per ſe, aut inſignia de per ſe vendi poſſunt, ſed bene cum vniuerſitate; quod tamen de vtroque, an ſit verum, in ſequentibus videbitur.

QVadrageſimaquarta concluſio ergo erit talis: An arma ſeu inſignia ſint in bonis, ita quod alienatione omnium bonorū comprehendantur, cum tranſeant ad ſucceſſores, vt ſupra dictum eſt *in 37. concluſ. cum duabus ſequent. concluſ.* videtur, quod ſint in bonis. Iſta concluſio erit tantummodo de armis, & inſignibus principum ſupremorum. An videlicet poſſint vendere, aut alio modo cōcedere arma ſuæ dignitatis ſupremæ, aut inſignia in parte, vel in toto aliis ſuis inferioribus non habentibus facultatem illa portandi, aut ratione agnationis, aut alias quouis modo. Do exemplum in Imperatore, qui geſtat Aquilam nigram, in rege noſtro, qui habet tria Lilia aurea bene ordinata in campo azureo, & & ſic de aliis. An poſſint aliis concedere, quod ſua arma portent in totum, cum aliqua diminutione, aut in parte. Et ſi faciant, an principes de eorum ſanguine, aut ab antiquo talia arma portantes cum aliqua tamen diminutione poſſunt de hoc conqueri, & impedire, ne deferantur.

De armis autem regis Franciæ, inter alia arma principum cum fuerint Clodoueo pri-

mo regi Francorum Chriſtiano cælitus demiſſa in baptiſmo illi⁹, & coronatione, videtur, quod nõ poſſint aliis concedi, nec quod ſint in commercio ipſius, & quod ſolus ipſe eã portare debeat, & habere ſine aliqua diminutione. Alii vero de ſanguine regali cum aliquali diminutione: & ſi concedat aliis, an quod ex eis videretur facere iniuriam, & inferre intereſſe, & commodum dignitati regali, & illis de ſuo ſanguine, & proſapia regali, & cum ſit incorporale concernens non perſonam ipſius tantum, ſed regnum, & illos de ſua agnatione, ex quo non percipitur commodum, videtur, quod non poſſit alteri dare, aut alio modo alienare; cum pignori talia iura dari non poſſint, vt dicit Bartolus *in l. ſi is qui. §. fin. ff. de pignorib.* dominus meus Iaſon *in §. item Seruiana, num.* 109. *cum ſeq. Inſtit. de action.*

Imo, & quod minus eſt, veſtes regales non poſſunt vendi, nec per alios aſſumi. vt eſt tex. *in l. 1. & ibi Bald. C. quæ res vendi non poſſ. & l. 4. C. de veſtib. oloberis. lib.* 11. & ample declarat Guilliel. de Monteferrato *in tract. allegato, de ſucceſſione regum, in 2. dubio.* Et de his iuribus regalibus, quæ non poſſunt concedi per Principem, vide Luc. de Pen. *in l. contra publicam. C. de re mil. lib.* 12.

Hic tamen ſuper pręſenti dubio cauſa diſputationis, & veritatis indagandæ ex doctrinis dictorum aliquid dicendum videtur, arguendo ad vtranque partem, & tandem omiſſis diſputationibus concludam.

Primo pro parte affirmatiua, quod poſſit princeps concedere alicui, etiam inferiori, quod arma ſua deferat, probatur ſic. Nam nemini eſt dubium, quin ſit ad inſtar ſacrilegii, de poteſtate principis diſputare, *vulgata l. 2. C. de crim. ſacrileg.* & quia omne, quod vult princeps, facit, nec ei dicere quiſquã poteſt, cur hoc facis? *Eccle. 8. c. in memoriam. 19. diſtin.* dom. meus Iaſ. *in l. reſcripta. colum. 1. C. de precib. Imperat. offerend.* Et quod vult fieri, pro facto habetur. *l. apud eum. ff. de manumiſſ.* & eſt apud eum pro ratione voluntas, *l. 1. ff. de conſtit. princip.* Mutat rerum naturas. *l. vnica. C. de rei vxo. act.* Nec de facto eius eſt dubitandum, quia dicitur habere nomen diuinum ad exemplum diuinæ maieſtatis. *l. quicunque. C. de fundis patrim. lib.* 11. Diuinatio namque in labiis regiis eſt. *Prouerb. 16.* Et ideo, ſicut mentiri Deo, vel Papę eſt ſacrilegium. *c. ſerpens. iuncta gloſſ. de pœnit. diſtinct.* 1. ita de Principe falſum referre, temerarium & periculoſum eſt. Quia tamen circumſcripta autoritate principis de principe diſputare licet, *argum. l. Aemilius. vbi not. Bald. ff. de minor.* Salua in omnibus autoritate eius, pro elucidatione dubii adducantur ſequentia.

Primo, quod poſſit princeps concedere inferiori delationem armorum ſuorum, ſatis videtur probatum ex iam deductis. Ex quibus patet, principem multa maiora poſſe; ergo hoc, quod minus eſt, poteſt, per regulam iuris: Cui licet, quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. *c. cui licet. de reg. iur. lib. 6.* Nec debet, cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere. *l. non debet. ff. eo. tit.*

Secundo, de eo iure, quod quis habet, poteſt ad libitum diſponere. *l. ſi domus. § fina. in fina. verbis. ff. de legat. 1. l. qui tabernas. ff. de contra. empt. & vend.* facit *l. 1. in re mandata.* vbi dicitur, quod rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter. Et nihil tam conueniens eſt æquitati naturali, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferri ratam haberi. *§. per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ.* Ex quibus ſequitur, quod princeps ſuis armis vti poteſt ad libitum, & ſic eorum portum inferiori, & cui volet, concedere poteſt.

Tertio cuilibet licitum eſt aſſumere arma prout vult, vt ſupra dixi *in 28. concluſ.* dummodo non cedat in iniuriam, aut præiudicium alterius. deciſio eſt Bart. *in ſuo tracta. de inſignibus & armis.* & Panorm. *in cap. dilecta. de exceſſ. prælat.* Tenet Paris de Puteo *in tract. quem fecit. de re milita. & duello. lib. 6. cap. antepen.* Bonus de Curtili *in tract. nobilitatis num. 172. tertia par.* Ergo & mutare arma propria, & ea ad illum transferre. Et ſic etiam licere debet principi, qui ab vniuerſali non eſt excluſus, verum iure communi vtitur priuatus, *l. iuſtas. C. de iure fiſc. lib. 10. l. 2. C. de pet. hæred. l. cum hæredes. C. qui teſtam. fac. poſſ.*

Quarto

Quarto nomina poſſunt aſſumi, & mutari ad placitum. *l. vnic. C. de mutat. nomi.* poſſunt etiam concedi, & transferri, *l. hoc iure. §. ſi. ibi; ſi iuraſſe. te nomen meum laturum. ff. de don. leg. facta. §. ſi ſub conditione. in illis verbis, nihil mali eſt, honeſti nominis nomen aſſumere. ff. ad Trebellia.* Ergo & arma ſeu inſignia poſſunt concedi & transferri. tenet conſequentia ex eo, quod valet argumentum de nominibus ad arma, ſeu inſignia: quia ſicut nomina inuenta ſunt ad recognoſcendum, *vulgata l. ad recognoſcendos. C. de inge. & manumiſſ. § ſi quis in nomine. Inſtitu. de leg.* ita & inſignia. *l. ſanctum. ff. de rerum diuiſ.* & ita tenet Bart. *in tract. ſuo de inſignib. & armis. col. 2.* & dictum eſt ſupra *in d. 28. concluſ. in c. etiam populares.*

Quinto faciunt pro hac parte, quę ponunt Feudiſtę *in tit. quæ ſint regalia.* vbi tenent, quod princeps poteſt iura regalia concedere: & hoc tenet aperte Andr. de Iſern. *in d. tit. de regalib.* vbi dicit, quod ſi princeps generaliter, & indefinite concedit, videtur conceſſiſſe omnia, quæ perſonæ principis cohærent: & ſic concedere poteſt delationem armorum ſuorum, quæ dicuntur eſſe de regalibus principis: ſunt enim inſignia regalia.

Sexto condere leges, eſt de præcipuis pertinentibus ad principem ſolum. *l. ſina. C. de legib.* Et tamen ſenatus legem facit de autoritate principis. *l. non ambigitur ff. de legib.* Idem præfectus prætorio. *l. 2. C. de offic. præfect. præto. Orientis.* ſi hoc maximum imperii & poteſtatis ſignum concedit princeps: ſimiliter portum armorum ſuorum concedere poteſt; cum non poſſit aſſignari congrua ratio differentiæ.

Septimo ad idem poteſt princeps comiti, & alii inferiori concedere, quod monetam faciat; ita tenet Hoſtien. *in Summa de cenſibus.* ſed hoc non eſt minus, quam deferre inſignia principis, vt clarum eſt; ergo portum ſuorum armorum concedere poteſt iuxta regulam iuris iam alleg. quæ vult, quod qui poteſt plus, poteſt minus, ſiue tantundem. *l. cui pa.tio. ff. de ſeruis exportan. l. non debet cui quod plus eſt. ff. de reg. iur. & c. cui licet. de regul. iur. in 6.*

Octauo facit quod ſcribitur Eſter. 6. c. *Homo quē rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis & imponi ſuper equum, qui de ſella regis eſt, & accipere regium diadema ſuper caput ſuum.* quod factum fuit Mardochæo, ex regis Aſſueri præcepto. Ex quo approbatur, principem conceſſiſſe inferiori portum ſuorum armorum, & ſic nunc concedere poſſe, facit text. *in cap. antiqua. de priui. § dominica.* vbi ſummus pontifex concedit legato ſuo, quod vtatur inſignibus pontificalibus, ſcilicet veſte rubea, palafreno albo, freno, & calcaribus deauratis.

Nono probatur arguendo de nominibus ad arma, quod eſt validum, vt deductum eſt. Duo enim eodem nomine vocari poſſunt. *l. duo ſunt Titii. ff. de teſtam. tute. l. ſi quis ſeruum. § ſi inter duos. ff. de leg. 2.* Ergo duo eadem ferre poſſunt. Et quis nominari nomine alterius poteſt ex ſua conceſſione, & illud ferre. *d. l. hoc iure. § fina. ff. de donat. & l. ſed ſciendum. in fine. ff. ad Trebell.* ergo & arma; cum parificentur.

Decimo, facit; quia, vt dicit Bald. *in c. quanto. de iureiur.* Nemo poteſt portare arma principis ſine ſpeciali priuilegio. *allegat. l. 2. C. vt nemo priuat. tit. prædiis ſuis, vel vela regia ſuſpendat. & l. 1. C. vt nemini lic. ſine iudicis autorit. ſigna imprim. rebus, &c.* Ergo videtur, quod cum ſpeciali priuilegio poteſt; quoniam hoc caſu non eſt ſublata poteſtas principi, quin poſſit facere, & princeps poteſt omnia, vt dictum eſt.

Vndecimo ſcribitur de multis Imperatoribus quod ſibi ſocium, & comitem imperii delegerunt. Aſſumpſit enim Gratianus Imperator Theodoſium ſecum, qui cum eo, & Valentiniano imperauit, vt aperte teſtatur *l. 1. C. de ſumma Trinit.* iuncta ſuperſcriptione eiuſdem legis, vbi loquuntur Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Imperatores. Similiter Arcadius filius Theodoſii aſſumpſit ſecum Honorium: & poſtea idem Honorius Theodoſium iuniorem ſecum aſſumpſit in adminiſtratione imperii, & multi alii Imperatores ita fecerunt, vt perſcrutanti hiſtorias, & ſuperſcriptiones legum apertum eſt. fuerunt ſimul Imperatores Diocletianus, & Maximianus, vt probatur *in cap. nunc autem.*

Digitized by Google

autem. 20. *diſtinct. in illis verbis ; ſiquidem tempore Diocletiani & Maximiani Auguſtorum. iuncta gloſ. prima. ibi: in verbo, Diocletiani. & in l. ſoror. iuncta ſuperſcriptione illius. C. de col.* pro quo facit *Clement. Romani. in gloſſ. in verbo, reges. in fin. de iureiurand.* Bald. *in authen. ex teſtamento. colum. fin. dicto tit. de col. & in c. non autem. & ibi gloſſ. mag.* 7. *quaſt.* 1. vbi etiam apparet, quod duo poſſunt eſſe epiſcopi in eadem diœceſi.

Ex quibus patet Imperatorem aſſumpſiſſe conſortem, & ei conceſſiſſe iura imperii: ergo multo magis arma, & inſignia: & ideo nunc poſſe portum ſuorum armorum concedere, *argum. auth. multo magis. C. de epiſcop. & clericis.*

Vltimo, certum eſt, quod apud populum primo fuit imperium, ſed tranſtulit populus omne ius imperii & dignitatem in principem, vt de hoc ſunt tex. *in l.* 2. *§. nouiſſime. ff. de orig. iuris. in l.* 1. *in princ. ff. de conſtit. princ. & in §. ſed & quod principi. vbi ſunt eadem verba. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* & firma manet talis translatio: cum itaque res de facili redeat ad ſuam primæuam naturam, *can. ab exordio. cum gloſſ. in verbo, ad a.* 35. *diſtinct. vulgat. §. pactus ne peteret. ver. quoties. in l. ſi vnus. ff. de pact.* Si potuit populus omne ius principi concedere: videtur modo principem aliquid de pertinentibus ad imperium in alium transferre, ſeu alteri concedere poſſe: & ſic portum ſuorum armorum inferiori, & cui voluerit, concedere poteſt.

In oppoſitum facere videntur, quæ ponit Ioan. Andreæ & Innocen. *in cap. inquiſitioni. de ſent. excom.* vbi dicunt, non eſſe obediendum principi præcipienti aliquid, vnde ſequi poteſt turbatio reipublicæ: & eos ſequitur Panormit. *in cap. ſi quando. de reſcript.* & Felin. *in cap. quæ in eccleſiarum. colum.* 17. *in fin. de conſtitutio.* Sed ſi princeps concederet alteri portum ſuorum armorum, turbari poſſet ſtatus ſui imperii, & dignitas decreſceret. Nam plures de principatu ſequerentur deferentem arma principis quaſi ſuum principem, propter ſignum, quod repræſentat ſignatum, *l. decernimus. ad fin. C. de aquaductu. lib.* 11. *l. dos data. C. de donat. ante nupt. cap. ad audientiam. de falſis. & cap. ſi iudex. de ſent. excom. in* 6. idem eſſe & habetur ad Galath. 6. *Stigmata Domini mei Ieſu in corpore meo porto.* omiſſis vulgaribus. & quia poſſeſſio dignitatis probatur per inſignia, vt dicit Bald. *in l. ſi aquam. C. de ſeruitut. & aqua.* arbitrarentur quamplurimi deferentem inſignia principis eſſe principem: vnde quaſi principem eum ſequerentur, & venerarentur, & exinde deciperentur, & turbarentur: ex quo ſequeretur factio, & diuiſio in populo, & ex conſequenti turbatio principatus, quare hoc non poteſt princeps. Faciunt quæ voluit Innocen. *in tit. qui filii ſint legitimi. §. qualiter, & à quo. circa finem.* vbi vult, quod princeps non poteſt facere aliquid vnde turbetur populus, & ſequatur ſcandalum in populo.

Item quod rex illud facere non poſſit, tanquam contra publicum, & vniuerſalem regni & coronæ ſtatum, & eius dimembrationem ſeu decolorationem, probat gloſſ. *in verbo, diſpenſare, in cap. literas. de reſtit. ſpol.* & gloſſ. *in verſ. ſupra ius. in cap. propoſuit. de conceſſ. præben.* quæ gloſſ. ab omnibus approbantur: nec valet diſpoſitio ſeu conceſſio, ex qua ſequitur difformatio, & decoloratio communis & publici ſtatus, per tex. *in cap. & ſi illa. ibi; illa tamen magnopere præcauenda ſunt, quæ recipi & tolerari ſine manifeſta decoloratione non poſſunt.* 1. *quæſtio.* 7. Ad hoc facit dictum Innocen. *in cap. innotuit. de elect.* quem ſequitur Panorm. *in cap. ad hoc ſumus. de reſcript. in fin.* vbi dicit, Papam ſine cauſa non debere vti plenitudine poteſtatis: nec tolerandus eſt princeps ſine magna cauſa, ſibi & aliis manifeſte aliquid contra vniuerſale ſtatutum eccleſiæ vel regni faciens, vt clare decidit idem Innocent. *in c. quanto. de conſuetud.*

Confirmatur per id, quod ponit Bartolus *in d. ſuo tract. de armis. verſ.* 3. *iudex.* vbi dicit, iudicem poſſe prohibere, ne aliquis ferat arma alterius, ſi hoc in ſcandalum, diſſenſionē, ſeu deceptionem ſubditorum viderit fieri. & allegat pro hoc *cap. in nonnullis. de Iudæis & Saracenis.* vbi habetur, quod error, confuſio, & ſcandalum, oritur ex eo, quod Iudæi & Saraceni non diſcernentur habitu à Chriſtianis. Quod dictum Bartoli corroboro ex eo, quod

Google

quod ad omnem ambiguitatem tollendam habitus nouitiorum à profeſſorum habitu diſtingui debet, text. *in cap. pen. de regularibus.* Et per habitum meretrix à matrona, & virgo ab ancilla diſcernitur. *cap. in audientia. extra de ſent. excomm. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. l. nimiæ. C. de epiſcop. audien. & in Auth. de ſanctiſ. epiſcop. §. pen. colla. 9.*

Item habitus clericorum diſcernitur & diuerſificatur ab habitu laicali: *d. cap. in audientia. cap. clerici. de vit. & hon. cleric.* prout & in corona diſcerni debent. *cap. ſi vero aliquis. de ſent. excom. c. ſi quis. & c. clericus. de vit. & hon. cler.* Et per habitus diſſimiles monachi & religioſi diuerſarum profeſſionum ſeu regularum cognoſcuntur. *c. Deus. d. tit. de vita & hon. cler.* Item viri à fœminis per crines, veſtes & ornamenta. *c. ſi qua fœmina 1. & 2. diſtinct. c. mulier. 33. quæſt. 5.* prout etiam liber à ſeruo diſtinguitur per pileum. *l. vnic. §. ſed & qui in domini funus pileati incedunt, qui tunc illico manumittebantur.* vt dicit ibi text. & gloſſ. *in verbo, additis. §. fina. Inſtit. de libertinis.* Et dicti ſunt ſerui pileati, qui pileo impoſito vendebantur. Nam teſte Budeo *in ſuis annot. in Pandectas, in l. fina. ff. de orig. iur.* Gellius ſcriptum reliquit *lib. 7.* his verbis: *Pileatos ſeruos vænum ſolitos ire, quorum nomine venditor nihil præſtaret, Cælius Sabinus iuriſperitus ſcriptum reliquit.* Cuius rei cauſam eſſe ait, quod huiuſmodi conditionis mancipia inſignia eſſe in vendendo deberent, vt emptores errare, & capi non poſſent, neque lex vendendi operiunda eſſet, ſed oculis perciperent; quodnam eſſet mancipiorum genus. Sicut antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta vænibant, & idcirco dicebantur ſub coronis vænire. Nam vt ea corona ſignum erat captiuorum vænalium; ita pileus impoſitus demõſtrabat eiuſmodi ſeruos vænundari, quorum nomine emptori venditor nihil præſtaret. Quomodo quis talis eſſe præſumitur prima facie, qualem eum indicant veſtes, & qualiter ex veſtibus, & ornatu præſumatur pro & contra aliquem. Et quod ornamenta debent eſſe conuenientia ſtatui, ordini & officio, tractat Specul. *tit. de aduocato. §. 2.*

Concluſio itaque ex prædictis à ſimili, ſi arma principis non differant ab armis alterius, oritur confuſio, error & ſcandalum in populo. Vnde non videtur hoc poſſe princeps facere, qui ſuos ſubditos congregare, & conſeruare debet in pace perpetua, exemplo regis ſummi, & pacifici, qui diſpoſuit ſibi ſubditos fore pacificos & modeſtos, & eos congregare, quemadmodum gallina congregat pullos ſub alas. Et poteſt corroborari per id, quod dicit gloſſ. *in c. fina. in ver. ad nos. 9. quæſt. vlt.* quæ habet, quod Papa non poteſt omnes epiſcopos deponere; quia ſic vniuerſalem eccleſiam turbaret, & gloſſ. fina. *in cap. apoſtolica, 8. quæſt. 1.* quæ dicit, quod Papa non poteſt ſibi facere ſucceſſorem; quia hoc eſſet immutare ſtatum eccleſiæ, quæ videtur multum ſingularis pro deciſione præſentis caſus. Quia cum ex dicta conceſſione poſſit ſequi deceptio & perturbatio ſubditorum, ſequeretur inde immutatio ſtatus imperii aut regni, quare hoc non videtur poſſe princeps.

Item ex tali conceſſione videretur communicata, & diuiſa imperialis dignitas ſeu regia, quæ tamen incommunicabilis, & indiuiſibilis eſt. *c. 1. §. præterea Ducatus, Marchia, Comitatus, de cætero non diuidatur. de prohibi. feud. alie. per Fridericum, in vſib. feud.* & ita tenet Cyn. *in l. ſi viua matre. C. de bon. mater.* Bald. *in Authen. hoc amplius. C. de fideicom.* qui etiam dicit *in cap. cum noſtrum. de elect.* quod regnum non poteſt eſſe commune; cum certa prouincia ſeu regnum vnum regem habeat, vel habere debeat. *c. 3. 6. q. 3.*

Item ſi admitteretur dicta conceſſio, viderentur duo eſſe principes, ſignum enim, vt dictum eſt, repræſentat ſignatum, & hoc eſſe non poteſt. Nam, vt dicit Philoſoph. 12. Metaphyſ. *Entia nolunt male diſponi, pluralitas principatuum mala, vnus ergo Princeps.* concordat *can. in apibus. 7. quæſt. 1.* ponderatis illis verbis: *Imperator vnus, & regnum, non capit duos.* vt eleganter ſcribit Cælius *lib. lect. antiquarum. 13. cap. 11.* Facit *can. non autem. iuncta gloſſ. fina. eadem cauſa & quæſt.* quæ dicit, monſtrum eſſe vbi ſunt duo capita, & *l. non ſunt liberi. iuncta gloſſ. in ver.*

Digitized by Google

Notarii, qui ſemper vno ſigno vti debent, & mutare non debent, nec nomen, alias tenerentur de falſo. *Bald. in l. comparationes. col. fin. C. de fid. inſt. & in 1. conſt.* C. & Lanfran. *in cap. quoniam ver. inſtrumenta. colum. 2. extr. de probat.* Quia nullus poteſt aſſumere ſignum alterius Notarii, nec eo vti: & ſi id faciat, incidit in crimen falſi. notatur *in l. nemo.* quæ eſt *l. fin. §. nec callidis. C. de aſſeſſoribus. in §. item Lex Cornelia. Inſtit. de pub. iud. & in Authen. de inſtrum. cautela, & fide. §. oportet autem. & quod ibi not. colum. 6.* vbi ſi quis ſignum alterius accipiat, poteſt prohiberi. ita etiam tenet Ioan. de Platea *in l. ſtigmata. C. de fabricenſibus. lib. 11.* quia aliquando poſſet diffamari primus ſignans tali ſigno, ſi ſecundus non bene vteretur eo. *arg. d. cap. dilecta. de exceſ. præl. extra.* Et ibi Berna. de Landrino *in apoſtilla ad Panormitanum allegans Bal. in ſua diſputatione, quæ incipit, accuſatus de vi turbatiua.*

TRigeſimaquarta concluſio erit pro tertia limitatione præcedentis concluſionis in ordine 31. quę fallit tertio in ſignis, quibus vtuntur fabricatores omnium rerum: quoniam etiam tales poſſunt ad requeſtam eorum inhiberi facere, ne alii illo ſigno vtantur, vt ſupra dixi *in concluſ. 32.* Quia ſi ſit bonus faber, pictor, aut textor, & alius qui non eſſet ita peritus in arte, vteretur ſuo ſigno, poſſet ille bonus artifex, qui primo vtebatur tali ſigno, diffamari in opere ſuo. Eius enim intereſt, ne alius imperitus artifex tale ſignum aſſumat, ne confuſio operum inducatur, & ſic eſſet primi boni, & periti artificis diffamatio, vt etiam tenet Bald. *in l. 2. C. quæ res vend. non poſ.* & dicit Bald. *in cap. quanto. col. 2. de iurieur.* quod vnus mercator non poteſt apponere ſignum alterius mercatoris in ballis.

Idem etiam dicit Guillelmus Benedicti *in ſua repet. cap. Ray. in ver. Raynutius de Clera, num. 59. de teſtament.* in hoſpite tenente diuerſorium, ſeu hoſpitium, qui ſi primo acceperit ſignum aliquod, ſeu interſignum, poteſt prohibere, ne in illo loco alius accipiat illud. quia ſua intereſt, ſi in illo loco, ſeu ciuitate, vbi habet tale ſignum, vel quia forte propter eius famam, & diligentiam ſeu prouidentiam, cuncti viatores, & hoſpites ad ipſum currebant & nunc diffamaretur, ſaltem fama talis hoſpitii diminueretur, ſi alius non æque idoneus, fidelis, & ſeruitialis inter ſignum illud aſſumeret, quod non eſt tolerandum in præiudicium primi occupantis, & habentis tale ſignum ſeu interſignum.

Vel quia forte vnus mercator, vel alius artifex habet in ſua domo ex præſcriptione aliqua inſignia, quibus ſemper ſui prædeceſſores vſi fuerunt per triginta annos, & vltra, vt dicit Bald. *in l. 1.* quæ incipit, *fucandæ. in fin. C. quæ res vendi non poſſ.* quem ibi vide pro materia. & facit pro hoc *l. monumentorum. in fi. C. de relig. & ſum. fun.* Et prædicta intelligo vera, niſi eſſet magna diſtantia loci, de vno interſigno ad aliud, aut vnus vicus multum diſtaret ab alio; quia tunc in illis vicis longe diſtantibus etiam in eadem ciuitate ſæpe ſimilia interſignia (vt Pariſiis) videntur eſſe appenſa, licet plerunque in aliquibus differant, vt vnum fiat paruum, aliud magnum, vel cum aliqua diſſimilitudine, & diſcrepantia, pro quo faciunt dicta *infra in 3. concluſ.*

Et ex hac concluſione infero, quod cauere debent aduocati ne ſe ſubſignent ſcripturis factis per procuratores aut alios aduocatos imperitos. Quoniam ex hoc, ſi deueniant ad manus expertorum, & doctiſſimorũ virorum, poſſet eorum fama attenuari: quia in his inſpicitur ſignum aduocati ſe ſubſcribentis, quod male obſeruant aduocati Heduenſes, qui vt plurimum ſubſignant ſcripturas per procuratores factas. quod tamen ſemper facere renui, & vidi multos in hoc decipi, & pœnitere, cum eorum ſcripturę declarabantur inadmiſſibiles, inutiles, impertinentes, ineptæ, & nullæ, quod in eorum dedecus redundabat, ex quo non cogitauerant, nec illas fecerant. Caueant ergo de cætero ne ſigna eorum talibus ſcripturis apponant, niſi ex fontibus propriis proceſſerint; & facit; quia inciuile eſt (niſi tota lege perſpecta) de aliqua particula eius propoſita iudicare, vel reſpondere. *l. inciuile eſt. ff. de legib.*

F facit

facit etiam *l. de his controuerſiis. in his verbis, inſpectis cognitisque verbis teſtamenti. ff. de tranſact.* & plerunque principium per finem corrigitur. *l. ſi tibi. in fine. ff. ſi cert. petat.*

Et ampliando prædictam fallentiam videtur, quod apponere ſignum alienum, ſeu mercham alienam in rebus ſuis ſit prohibitum. *leg. 1. C. de nauib. excuſandis. lib.* 11. imo quod perdat rem ſuam. *d. leg. 1. & l. ſacrilegii. §. qui cum. ff. ad leg. Iul. pecul.* cum aliis allegatis per Lucam de Penna *in leg. ſtigmata. Cod. de fabricenſibus. lib.* 11. Et ſic vnus mercator non poteſt, nec debet apponere ſignum alterius mercatoris in ballis ſuis, vt dictum eſt hic ante.

TRigeſimaquinta concluſio erit de inſigni, inſigno, ſeu mercha mercatoris, an probet. Ioan. de Platea *in d. l. ſtigmata.* & Guilliel. Benedi. *in d. rep. cap. Rayn. in ver. Rayn. de Clera. de teſtam.* dicunt, quod talis mercha ſufficit ad probandum rerum dominium. facit *c. diſplicet. 23. q. 4. ibi; & vos oues Chriſti eſtis, characterem dominicum portantes.* ſecundum Lucam de Penna *in d. l. ſtigmata.* Eius enim res eſſe videtur, cuius ſigno ſignata eſt, *l. quod ſi neque. § fin. ff. de peric. & commodo rei vend. & cap. ſi iudex. de ſent. exc. in 6.* Ad idem bene facit 1. *queſt. 1. c. quod quidam. in fin. & 23. q. 7. c. quemadmodum. de conſeſ. diſtin. 4. c. poſtea ſignatur. 24. queſt. 2. c. ſane profertur. extra de voto. c. magnæ. & c. fin. ibidem.* & Ezech. cap. 9. *Tranſi per mediam ciuitatem, & ſigna Thau, ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper abominationibus, quæ fiunt in medio eius.* Et Luc. 20. *Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi attulerunt ei denarium. Cuius habet imaginem, & inſcriptionem? Et reſpondentes dixerunt: Cæſaris, & ait illis: Reddite ergo quod eſt Cæſaris, &c.* Et Geneſ. 4. *poſuit Dominus ſignum in Cayn.* Ad idem Exod. 12. quod verum dicit eſſe Lucas de Penna, ſi probetur impoſitio merchæ. *l. 3. C. de bonis vacantib. lib.* 10. *d. leg. quod ſi neque.* Quod videtur etiam eſſe verum, quo ad poſſeſſionem, & dominium, *arg. d. leg. 3. & l. monumentorum. C. de relig. & ſump. funer.* & facit quod notatur *in capit. quanto. in gloſſ. in verbo, patris. de iureiur. extra. & in leg. vnica. C. de nautis Tyberinis. lib.* 11. Ita dicit Lucas de Penna *in d. leg. ſtigmata.* & dixi *in meo monologio, in verb. mercha mercatoris.* Dicit tamen Bald. *in authent. dos data. C. de don. ante nupt.* quod facit tantum præſumptionem, vt in ballis mercatorum, ſi quod facit præſumi eſſe illius, cuius eſt ſignum. De impreſſione armorum, inſcriptione nominum, & imaginum an probent, vide *infra in 55. concluſione.*

TRigeſimaſexta concluſio circa vtilitatem armorum, quæ quis habet à Principe, verſatur: de quibus *ſupra in 27. concl. in cap. circa populares.* an plus poſſint, & an afferant aliam vtilitatem, quam ſi alius ea non habeat à Principe. In quo concludit Bart. *in ſuo tract. de armis*, quod magis prodeſt, & magis releuat habere arma à Principe, quam à ſeipſo in multis.

Primo; quia eſt maioris dignitatis, ſicut dicimus in teſtamento facto à Principe, vt *in l. omnium. C. de teſtam.*

Secundo; quia non poſſunt prohiberi ab alio illa portare, *leg. 2. C. de iureiur. & ff. de mino. 25. annis. leg. minor autem magiſtratus. in princip. & §. 2.* qui text. bene facit, cum dicat, quod aduerſus ſententiam Principis non admittitur quis ad petendam reſtitutionem in integrum; cum ſolus Princeps reſtituat aduerſus ſuam ſententiam. Quia nullus eo maior ſit, *l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact.*

Crederem doctrinam Bar. in hoc eſſe veram, dummodo princeps non conceſſiſſet ei arma alicuius magnatis, ſeu domus, aut caſatæ antiquæ: quia tale priuilegium conceſſum à Principe, intelligitur ſine præiudicio tertii. text. *in l. 3. §. merito. ff. ne quid in loco pub. & l. 2. C. de preci. impe. offer.* ideo ſi Princeps concederet arma alicui noua, quæ quis non ſolitus eſt habere, non poteſt prohiberi. Secus ſi ſolitus eſſet portare aliquis, & geſtare à tempore immemoriali: quia tunc poſſet querelare talis de ſuo intereſſe, & quod Princeps non intellexit illud feciſſe in præiudicium illius: & ſic inſtantiam illius prohiberi, niſi Princeps diceret; *Non obſtante*, & cæ-

Digitized by Google

te, & cætera. quia tunc Princeps poſſet concedere. *arg. nota. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. pub.*

Tertio; quia ſi duo aſſumpſerint eadem arma, ſeu inſignia, nec de prioritate, nec poſteritate appareat, præfertur ille, qui à Principe habuit. *l. ſi duas. in princ. ff. de excu. tutor.*

Quarto; quia ſi in exercitu eſſet vel alio loco, & quæreretur quis deberet præcedere, debent præferri illius arma, quæ à Principe ſunt conceſſa. *l. fi. ff. de albo ſcrib. leg. 1. C. de conſulib. lib. 12. cap. per tuas. extra de maio. & obed. & arg. d. leg. ſi duas. in princ. ff. de excuſ. tut.* Et dixi in pluribus locis, quod inter eiuſdem qualitatis pares, ſemper præfertur, qui à Principe honoratus ſit, ſeu aliquo munere donatus ſit. text. eſt ad hoc *in l. reſtituendæ. in fin. C. de aduo. diuer. iud.* & merito illis eſt deferendum, cum ratio priuilegii ſit habenda, *l. 3. ibi; niſi quis priuilegiatus veniat. ff. quod cum eo, qui in alie. poteſt. &c.* Et ſic intelligit Bart. prædicta procedere cæteris paribus, ſcilicet quod alias illi, qui habent arma, ſint æqualis dignitatis, alias præferri debent arma illius, qui eſſet in maiori dignitate, *arg. ll. ſuperius allegatarum, & quæ ibi notantur.* allego tamen text. expreſſum *in l. 1. ff. de albo ſcrib.* Exéplifico, ſi aduocato fiſcali alicuius alterius prouinciæ in Burgundia Princeps daret arma hodie, & ego crás aſſumerem propria autoritate: cum vterque ſit aduocatus fiſcalis, & ſic paris dignitatis ille, qui haberet à Principe, præferretur. Sed ſi Cancellarius Franciæ aſſumeret ſibi arma de nouo hodie, & Princeps hodie mihi conceſſiſſet, non eſſem propter hoc præferendus; imo ille, qui eſt maioris dignitatis, vt latius infra dicetur *in 49. concluſio.*

Et ideo cum arma donata à Principe maiorem autoritatem præſtent, & prælationem, quam arma ſumpta propria autoritate, non mirum ſi Bart. gloriabatur in hoc, quod arma ſibi fuerant conceſſa à Carolo IV. Imperat. qui ſibi donauit, & cęteris de ſua agnatione Leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portare, vt dicit *in d. ſuo tract.* & dixi ſupra *in d. 37. concl.* vbi de materia.

Trigeſimaſeptima concluſio, attingendo materiam circa tranſmiſſionem armorum ad ſucceſſores, eſt, quod arma vnius domus, familiæ, vel caſatæ, remanent, & tranſeunt integraliter ad filium primogenitum tanquam digniorem, qui quidem illa debet, & poteſt portare integra, plana, ſine aliqua additione, vel diminutione, vt infra dixi *in 76. concl.* Eo quia primogenito debetur honor in omnibus, cum præferatur cæteris, & in menſa, in oblationibus, & aliis multis, de quibus *infra in 5. parte, in 41. conſideratione.* & portare arma eſt honor, vt ſæpe repetitum eſt ſupra, & dicit Bald. *in l. fin. C. pro ſocio.* quod arma, & nomen nobilium remanent apud principalem domus. Cum in illo tanquam in capite ſplendor geniture ſit & permaneat, *argu. l. cum ſcimus. in fin. C. de agricol. & cenſi. lib. 11.* quem allegat Vincentius Cigault *in ſuo tract. de poteſtate eccleſiæ.* Cum deterioris conditionis non ſit, quam pater. *l. cum ſatis. C. eo. tit. & lib.*

Trigeſimaoctaua concluſio. Arma ſunt tantæ virtutis, quod tranſeunt in ſucceſſores vnius domus ſeu agnationis. *l. familiaria. cum l. ſeq. Cod. de religioſ. & ſumpt. funer.* & hoc ſecundum prioritatem gradus, vt in ſucceſſione aliarum rerum. de quo inferius *in 76. concluſ. in fin.* & ample Guilliel. de Monteferrat. *in tracta. de ſucceſſione regum, in ſecundo dubio. num. 19. & ſupra in 20. concluſ.* Facit, quia filius familiam ſequitur & agnationem patris §. 1. *ibi; quia qui naſcuntur, patris, non matris familiam ſequuntur. Inſtitutio. de legitim. agnat. tutela.* concordan. text. *in capit. 2. & ibi gloſſ. in verbo, poteſtate. extra de conuerſi. infidel.* & ſic de iure à patre, & non à matre denominari debet. Item filius ſequitur conditionem patris quo ad originem. Item ſequitur patrem quo ad dignitatem, & honores. Item nationem patris; vt probat, & tenet Guilliel. Bened. *in ſua rep. cap. Rayn. in princ. de teſtam.*

Trigeſimanona concluſio. Si ſint plures ſucceſſores, ad proximum tranſeunt arma integra ſine diminutione. Ad ſequentes verò cum aliqua diminutione, aut cum

appoſitione, ſeu additione alicuius rei, ſic quod poſſint diſcerni ab armis principalibus integris, & planis. Sed quomodo hoc fiat, infra dicturus ſum in 76. *concluſione.*

Et dicit Bart. *vbi ſupra*, quod iſtud licet, ſicut licitum eſt addere cognomen nomini, aut illud inter duos eiuſdem nominis: ex quo denotari poſſit diuerſitas inter eos, ſicut inter duos fratres eiuſdem nominis dicitur vnus Ioannes iunior, vel paruus, alter vero Ioannes antiquior, vel magnus, &c. Et iſtud ſemper operatur antiquitas, ſeu primogenitura, quæ debet habere aliquam prærogatiuam: & ex communi obſeruantia in Gallia in quocunque gradu ſit, ſemper habet iſtam præeminentiam in armis, quod ea portat integra: ſequentes vero cum aliqua adiectione, vt dixi ſupra *in* 20. *concluſ.* & ample declarat Guillelmus de Monteferrato *in tract. de ſucceſſ. regi. m, in* 2. *dubio.*

QVadrageſima cõcluſio. Arma nõ tranſeunt ad cognatos, & affines. *l. ius familiariam.* C *de rel. & ſumpt. funer.* Et facit; quia cognati deſcendentes ex fœmina non ſunt de familia. *leg. cum in adoptiuis. C. de adopt.* Sozinus *in conſil. ſuo* 30. *colum.* 3. Et ſoror dicitur quaſi ſeorſum nata, & à familia ſeparata appellatur, vt dicit idem Sozin. *in d. conſi. per me allegato in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgundiæ. tit. des droitz & apparténances à gens marietz.* §. 1. *in gloſſ. en puiſſance. de ſom. mary. & tit. des ſucceßions.* §. 12. *in gloſſ.* 1. vbi dicitur, quod agnationis dignitas ſemper debet eſſe ſalua, conſiderato in hoc, quod honor debet remanere apud agnationem, & ſic cum arma ſint honor domus, vt prædictum eſt, ad cognatos tranſire non debent. Faciunt etiam ad propoſitum quæ dicit Angel. *in conſi.* 169. *& in conſi.* 281. *ſupra allegat.* Ita etiam tenent Bart. *in d. tractatu de armis.* Petr. de Anch. d. capit. *dilecta. de exceſſ. prælat. & Ioannes Saxo in d. capit.* 1. *titul. des droictz de chaſtellenie. in conſuetudinibus patriæ Turonenſis.*

Ex communi tamen obſeruantia & vſu arma, domus, ſeu familiæ tranſeunt ad cognatos, & affines, vno modo, videlicet cum adiunctione in vna parte armorũ: alterius familię ex partę ſiniſtra: maxime in deſcendentibus ab illis; quia ſolẽt depingere aut depingi facere arma ſua diuiſa, & bipartita, ita quod in parte dextra ſunt arma patris, & in parte ſiniſtra ſunt arma matris. Quod quomodo facere liceat, ſcilicet aſſumere etiam nomen & arma matris, vel alterius, ponit Guill. Benedicti *in ſua rep. c. Rayn. in ver. Raynutius de Clera. num.* 44. *de teſtam.*

QVadrageſimaprima concluſio. Sicut identitas cognominis inducit præſumptionem agnationis. *l. cum precum. C. de liber. cauſa.* ita etiam identitas armorum inducit præſumptionem agnationis aut cognationis. Quoniam ſicut nomina imponuntur, & reperta ſunt ad cognoſcendos homines. *l. ad recognoſcendos ſingulos nomina comparata. C. de ingen. manumiſſ. & § ſi quis in nomine. Inſtit. de legatis.* Ita etiam arma, ſigna, ſeu inſignia fiunt & adinueta ſunt ad recognoſcendas familias, & agnationes; quia per ſignum cognoſcitur ſignatum. facit tex. *in l.* 1. *§. ſi intelligatur. ff. de adil. edict.* facit *l. quod ſi neque. §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. ſtigmata. & ibi Ioan. de Plat. de fabricenſib. lib.* 11. C.

QVadrageſimaſecunda concluſio. Arma non tranſeunt ad hæredes rebellium, proditorum ſeu falſariorum, eo; quia quod fortius eſt, ſi tales delinquentes iam haberent arma ante rebellionem, proditionem aut falſitatem, deſtrui, deleri, & detrahi poſſent poſt talia delicta perpetrata, vbicunque eſſent depicta, ſeu affixa: vt dicit Bartol. per text. ſingularem *in leg. eorum. ff. de pœn.* ita tenet Lud. Roman. *ſingulari ſuo* 474. *in cap. eorum arma. & ſingulari* 666. & d. meus Iaſ. *in § pœnales. in* 3. *colum. num.* 104. *Inſtit. de actio.* & Ioannes de Terra rubea, *in ſuo opere de vinea eccleſiæ. tracta.* 3. *l.* 1. *ff. de interdict.* idem de bannitis *artic.* 6. in materia rebellionis: qui impune poſſunt occidi, cum dicantur hoſtes. Bart. *in l. amißione. § deficientium. ff. de capit. diminut.* Multo fortius ergo impeditur translatio ſeu tranſmiſſio armorum prædictorum in eorũ hæredes; cum memoria eorum etiam deſtrui poſſit, & debeat. *l. fina. ff. ad leg. Iuliam maieſt.* Et turpius

eiicitur,

Digitized by Google

eiicitur, quam non admittitur hoſpes. text. *in cap. quemadmodum.* §. *alioquin. extra, de iureiuran.* Facit pro præſenti concluſione; quia patre damnato de crimine læſæ maieſtatis, amittit filius iura ſepulchrorum, vt de hoc eſt caſus ſpecialis *in l.* 1. §. *interdum ff. de ſuis & legit. heredib.* & vltra, talis filius amplius ad honores ſeu dignitates aſpirare non poteſt. text. *in l. quiſquis.* §. 1. *ff. ad legem Iuliam maieſtat.* quæ lex eſt canonizata *in c. penult.* 6. *quæſt.* 1. & ſatis videretur abſurdum illos admitti, quorum repellerentur autores. vt *in cap. licet. in fin. de teſtib. extra.* In aliis vero delictis ſecus. *l.* 2. §. *nullum patris delictum innocenti filio pœna eſt: ideoque nec ordine decurionum, aut cæteris honoribus propter eiuſmodi cauſam prohibetur. ff. de decur. cum pluribus concord. in gloſſ. ibi alleg.*

QVadrageſimatertia concluſio. Inſignia, & arma domus non tranſeunt ad fideicommiſſarium. ita tenet G. Benedict. *in ſua repe. cap. Raynut. in verb. ſi abſque liberis.* 2. *de fideicommiſſaria ſubſtitutione, num.* 204. *&* 205. *de teſtam.* vbi in ſimili arguit de iure patronatus tam ſpirituali, quam temporali, ſeu ſeculari. cui æquiparat in hoc talia iura armorum & inſignium. Licet ius patronatus ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos tranſeat. *gloſſ. in verbo, heredes. in Clem.* 2. *de iure patron. & gloſ. in can. conſiderandum.* 17. *quæſt.* 7. Notat plene Panorm. *in cap.* 1. *& in cap. cum ſeculum, de iure patron.* Non tamen (vt dicit) tranſeunt talia iura ad fideicommiſſarium, vbi eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, & obliqua: imo hæc omnia remanent penes hæredem directum. *l. quia perinde. vbi Barto. ſingulariter. & Alexand. ff. ad Trebellia.* dominus meus Iaſon *in l. precib. colum.* 12. *C. de impub. & aliis ſubſtit.* allegans Imolam & Bald. *in d. loco per d. G. Benedicti allegatum.*

Dicit tamen Guido Papæ *quæſt.* 57. quod tale ius patronatus ſeculare tranſit ad fideicommiſſarium facta reſtitutione, ſed ante reſtitutionem remanet penes hæredem. Ideo videtur idem dicendum in armis & inſignibus, quæ competunt alicui ratione familiæ, aut domus. Sicut etiam videmus in iure ſepulchrorum, aut monumentorum, quod etiam tranſit in fideicommiſſarium: imo etiam quod plus eſt, in legatarium. text. eſt *in l. monumenta. C. de legatis.*

Ex prædictis, & ex dictis Panorm. *in d. cap. cum ſeculum. extra de iure patron.* dicentis, ius patronatus vendi non poſſe ſimpliciter, aut alienari, ſed bene cum vniuerſitate, vt *in d. cap. cum ſeculum.* infero ſequentia.

Vnum videlicet, quod vendendo totam hæreditatẽ alicuius, ſeu ſucceſſionem, quod in emptorem hæreditatis vniuerſalis tranſibunt arma, & inſignia; ſicut trãſiret ſeu tranſferretur ius patronatus; cum de his fiat argumentum de vno ad aliud, ex dictis G. Benedicti, *in d. c. Raynutius.*

Aliud vero erit, quod ſicut non poteſt vendi ius patronatus de per ſe, nec legari, vt dicit Alber. de Roſ. *in d. l. monumen.* ita nec arma de per ſe, aut inſignia de per ſe vendi poſſunt, ſed bene cum vniuerſitate; quod tamen de vtroque, an ſit verum, in ſequentibus videbitur.

QVadrageſimaquarta concluſio ergo erit talis: An arma ſeu inſignia ſint in bonis, ita quod alienatione omnium bonorũ comprehendantur, cum tranſeant ad ſucceſſores, vt ſupra dictum eſt *in* 37. *concluſ. cum duabus ſequent. concluſ.* videtur, quod ſint in bonis. Iſta concluſio erit tantummodo de armis, & inſignibus principum ſupremorum. An videlicet poſſint vendere, aut alio modo cõcedere arma ſuæ dignitatis ſupremæ, aut inſignia in parte, vel in toto aliis ſuis inferioribus non habentibus facultatem illa portandi, aut ratione agnationis, aut alias quouis modo. Do exemplum in Imperatore, qui geſtat Aquilam nigram, in rege noſtro, qui habet tria Lilia aurea bene ordinata in campo azureo, & & ſic de aliis. An poſſint aliis concedere, quod ſua arma portent in totum, cum aliqua diminutione, aut in parte. Et ſi faciant, an principes de eorum ſanguine, aut ab antiquo talia arma portantes cum aliqua tamen diminutione poſſunt de hoc conqueri, & impedire, ne deferantur.

De armis autem regis Franciæ, inter alia arma principum cum fuerint Clodoueo pri-

Digitized by Google

mo regi Francorum Chriſtiano cælitus demiſſa in baptiſmo illi9, & coronatione, videtur, quod nõ poſſint aliis concedi, nec quod ſint in commercio ipſius, & quod ſolus ipſe eà portare debeat, & habere ſine aliqua diminutione. Alii vero de ſanguine regali cum aliquali diminutione: & ſi concedat aliis, an quod ex eis videretur facere iniuriam, & inferre intereſſe, & commodum dignitati regali, & illis de ſuo ſanguine, & proſapia regali, & cum ſit incorporale concernens non perſonam ipſius tantum, ſed regnum, & illos de ſua agnatione, ex quo non percipitur commodum, videtur, quod non poſſit alteri dare, aut alio modo alienare; cum pignori talia iura dari non poſſint, vt dicit Bartolus *in l. ſi is qui. §. fin. ff. de pignorib.* dominus meus Iaſon *in §. item Seruiana, num. 109. cum ſeq. Inſtit. de action.*

Imo, & quod minus eſt, veſtes regales non poſſunt vendi, nec per alios aſſumi. vt eſt tex. *in l. 1. & ibi Bald. C. quæ res vendi non poſſ. & l. 4. C. de veſtib. oloberis lib. 11.* & ample declarat Guilliel. de Monteferrato *in tract. allegato, de ſucceſſione regum, in 2. dubio.* Et de his iuribus regalibus, quæ non poſſunt concedi per Principem, vide Luc. de Pen. *in l. contra publicam. C. de re mil. lib. 12.*

Hic tamen ſuper præſenti dubio cauſa diſputationis, & veritatis indagandæ ex doctrinis dictorum aliquid dicendum videtur, arguendo ad vtranque partem, & tandem omiſſis diſputationibus concludam.

Primo pro parte affirmatiua, quod poſſit princeps concedere alicui, etiam inferiori, quod arma ſua deferat, probatur ſic. Nam nemini eſt dubium, quin ſit ad inſtar ſacrilegii, de poteſtate principis diſputare, *vulgata l. 2. C. de crim. ſacrileg.* & quia omne, quod vult princeps, facit, nec ei dicere quiſquã poteſt, cur hoc facis? *Eccle. 8. c. in memoriam. 19. diſtin.* dom. meus Iaſ. *in l. reſcripta. colum. 1. C. de precib. Imperat. offerend.* Et quod vult fieri, pro facto habetur. *l. apud eum. ff. de manumiſſ.* & eſt apud eum pro ratione voluntas, *l. 1. ff. de conſtit. princip.* Mutat rerum naturas. *l. vnica. C. de rei vxo. act.* Nec de facto eius eſt dubitandum, quia dicitur habere nomen diuinum ad exemplum diuinæ maieſtatis. *l. quicunque. C. de fundis patrim. lib. 11.* Diuinatio namque in labiis regiis eſt. *Prouerb. 16.* Et ideo, ſicut mentiri Deo, vel Papę eſt ſacrilegium. *c. ſerpens. iuncta gloſſ. de pœnit. diſtinct. 1.* ita de Principe falſum referre, temerarium & periculoſum eſt. Quia tamen circumſcripta autoritate principis de principe diſputare licet, *argum. l. Aemilius. vbi not. Bald. ff. de minor.* Salua in omnibus autoritate eius, pro elucidatione dubii adducantur ſequentia.

Primo, quod poſſit princeps concedere inferiori delationem armorum ſuorum, ſatis videtur probatum ex iam deductis. Ex quibus patet, principem multa maiora poſſe; ergo hoc, quod minus eſt, poteſt, per regulam iuris: Cui licet, quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. *c. cui licet. de reg. iur. lib. 6.* Nec debet, cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere. *l. non debet. ff. eo. tit.*

Secundo, de eo iure, quod quis habet, poteſt ad libitum diſponere. *l. ſi domus. § fina. in fina. verbis. ff. de legat. 1. l. qui tabernas. ff. de contra. empt. & vend.* facit *l. 1. in re mandata.* vbi dicitur, quod rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter. Et nihil tam conueniens eſt æquitati naturali, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferri ratam haberi. *§. per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ.* Ex quibus ſequitur, quod princeps ſuis armis vti poteſt ad libitum, & ſic eorum portum inferiori, & cui volet, concedere poteſt.

Tertio cuilibet licitum eſt aſſumere arma prout vult, vt ſupra dixi *in 28. concluſ.* dummodo non cedat in iniuriam, aut præiudicium alterius. deciſio eſt Bart. *in ſuo tracta. de inſignibus & armis.* & Panorm. *in cap. dilecta. de exceſſ. prælat.* Tenet Paris de Puteo *in tract. quem fecit. de re milita. & duello. lib. 6. cap. antepen.* Bonus de Curtili *in tract. nobilitatis num. 172. tertiæ par.* Ergo & mutare arma propria, & ea ad illum transferre. Et ſic etiam licere debet principi, qui ab vniuerſali non eſt excluſus, verum iure communi vtitur priuatus, *l. iuſtas. C. de iure fiſc. lib. 10. & l. 2. C. de pet. hæred. l. cum hæredes. C. qui teſtam. fac. poſſ.*

Digitized by Google

Quarto nomina poſſunt aſſumi, & mutari ad placitum *l. vnic. C. de mutat. nomi.* poſſunt etiam concedi, & transferri, *l. hoc iure. §. fi. ibi; ſi iuraſſe te nomen meum laturum. ff. de don. leg. facta. §. ſi ſub conditione. in illis verbis, nihil mali eſt, honeſti nominis nomen aſſumere. ff. ad Trebellia.* Ergo & arma ſeu inſignia poſſunt concedi & transferri. tenet conſequentia ex eo, quod valet argumentum de nominibus ad arma, ſeu inſignia: quia ſicut nomina inuenta ſunt ad recognoſcendum, *vulgata l. ad recognoſcendos. C. de inge. & manumiſſ. §. ſi quis in nomine. Inſtitu. de leg.* ita & inſignia. *l. ſanctum. ff. de rerum diuiſ.* & ita tenet Bart. *in tract. ſuo de inſignib. & armis. col. 2.* & dictum eſt ſupra *in d. 28. concluſ. in c. etiam populares.*

Quinto faciunt pro hac parte, quę ponunt Feudiſtę *in tit. quæ ſint regalia.* vbi tenent, quod princeps poteſt iura regalia concedere: & hoc tenet aperte Andr. de Iſern. *in d. tit. de regalib.* vbi dicit, quod ſi princeps generaliter, & indefinite concedit, videtur conceſſiſſe omnia, quæ perſonæ principis cohærent: & ſic concedere poteſt delationem armorum ſuorum, quæ dicuntur eſſe de regalibus principis: ſunt enim inſignia regalia.

Sexto condere leges, eſt de præcipuis pertinentibus ad principem ſolum. *l. fina. C. de legib.* Et tamen ſenatus legem facit de autoritate principis. *l. non ambigitur. ff. de legib.* Idem præfectus prætorio. *l. 2. C. de offic. præfect. præto. Orientis.* ſi hoc maximum imperii & poteſtatis ſignum concedit princeps: ſimiliter portum armorum ſuorum concedere poteſt; cum non poſſit aſſignari congrua ratio differentiæ.

Septimo ad idem poteſt princeps comiti, & alii inferiori concedere, quod monetam faciat; ita tenet Hoſtien. *in Summa de cenſibus.* ſed hoc non eſt minus, quam deferre inſignia principis, vt clarum eſt; ergo portum ſuorum armorum concedere poteſt iuxta regulam iuris iam alleg. quæ vult, quod qui poteſt plus, poteſt minus, ſiue tantundem. *l. cui pacto. ff. de ſeruis exportan. l. non debet cui quod plus eſt. ff. de reg. iur. & c. cui licet. de regul. iur. in 6.*

Octauo facit quod ſcribitur Eſter. 6. c. *Homo quē rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis & imponi ſuper equum, qui de ſella regis eſt, & accipere regium diadema ſuper caput ſuum.* quod factum fuit Mardochæo, ex regis Aſſueri præcepto. Ex quo approbatur, principem conceſſiſſe inferiori portum ſuorum armorum, & ſic nunc concedere poſſe, facit text. *in cap. antiqua. de priui. §. dominica.* vbi ſummus pontifex concedit legato ſuo, quod vtatur inſignibus pontificalibus, ſcilicet veſte rubea, palafreno albo, freno, & calcaribus deauratis.

Nono probatur arguendo de nominibus ad arma, quod eſt validum, vt deductum eſt. Duo enim eodem nomine vocari poſſunt. *l. duo ſunt Titii. ff. de teſtam. tute. l. ſi quis ſeruum. § ſi inter duos. ff. de leg. 2.* Ergo duo eadem ferre poſſunt. Et quis nominari nomine alterius poteſt ex ſua conceſſione, & illud ferre. *d. l. hoc iure. §. fina. ff. de donat. & l. ſed ſciendum. in fine. ff. ad Trebell.* ergo & arma; cum parificentur.

Decimo, facit; quia, vt dicit Bald. *in c. quanto. de iureiur.* Nemo poteſt portare arma principis ſine ſpeciali priuilegio. *allegat. l. 2. C. vt nemo priuat. tit. prædiis ſuis, vel vela regia ſuſpendat. & l. 1. C. vt nemini lic. ſine iudicis autorit. ſigna imprim. rebus, &c.* Ergo videtur, quod cum ſpeciali priuilegio poteſt; quoniam hoc caſu non eſt ſublata poteſtas principi, quin poſſit facere, & princeps poteſt omnia, vt dictum eſt.

Vndecimo ſcribitur de multis Imperatoribus quod ſibi ſocium, & comitem imperii delegerunt. Aſſumpſit enim Gratianus Imperator Theodoſium ſecum, qui cum eo, & Valentiniano imperauit, vt aperte teſtatur *l. 1. C. de ſumma Trinit.* iuncta ſuperſcriptione eiuſdem legis, vbi loquuntur Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Imperatores. Similiter Arcadius filius Theodoſii aſſumpſit ſecum Honorium: & poſtea idem Honorius Theodoſium iuniorem ſecum aſſumpſit in adminiſtratione imperii, & multi alii Imperatores ita fecerunt, vt perſcrutanti hiſtorias, & ſuperſcriptiones legum apertum eſt. fuerunt ſimul Imperatores Diocletianus, & Maximianus, vt probatur *in cap. nunc autem.*

quod ad omnem ambiguitatem tollendam habitus nouitiorum à profeſſorum habitu diſtingui debet, text. *in cap. pen. de regularibus*. Et per habitum meretrix à matrona,& virgo ab ancilla diſcernitur. *cap. in audientia. extra de ſent. excommi. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. l. iuvina. C. de epiſcop. audien. & in Auth. de ſanctiſ. epiſcop. §. pen. colla. 9.*

Item habitus clericorum diſcernitur & diuerſificatur ab habitu laicali: *d. cap. in audientia cap. clerici. de vit. & hon. cleric.* prout & in coma diſcerni debent. *cap. ſi vero aliquis. de ſent. excom. c. ſi quis. & c. clericus. de vit. & hon. cler.* Et per habitus diſſimiles monachi & religioſi diuerſarum profeſſionum ſeu regularum cognoſcuntur. *c. Deus. d. tit. de vita & hon. cler.* Item viri à fœminis per crines, veſtes & ornamenta. *c. ſi qua fœmina 1. & 2. diſtinct. c. mulier. 33. quaeſt. 5.* prout etiam liber à ſeruo diſtinguitur per pileum. *l. vnic. §. ſed & qui in domini funus pileati incedunt, qui tunc illico manumittebantur.* vt dicit ibi text. & gloſſ. *in verbo, additis. §. fina. Inſtit. de libertinis.* Et dicti ſunt ſerui pileati, qui pileo impoſito vendebantur. Nam teſte Budeo *in ſuis annot. in Pandectas, in l. fina. ff. de orig. iur.* Gellius ſcriptum reliquit *lib. 7.* his verbis; *Pileatos ſeruos vaenum ſolitos ire, quorum nomine venditor nihil praeſtaret, Cælius Sabinus iuriſperitus ſcriptum reliquit.* Cuius rei cauſam eſſe ait, quod huiuſmodi conditionis mancipia inſignia eſſe in vendendo deberent, vt emptores errare, & capi non poſſent, neque lex vendendi operiunda eſſet, ſed oculis perciperent, quodnam eſſet mancipiorum genus. Sicut antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta vænibant, & idcirco dicebantur ſub coronis vænire. Nam vt ea corona ſignum erat captiuorum vænalium; ita pileus impoſitus demõſtrabat eiuſmodi ſeruos vænundari, quorum nomine emptori venditor nihil præſtaret. Quomodo quis talis eſſe præſumitur prima facie, qualem eum indicant veſtes, & qualiter ex veſtibus, & ornatu præſumatur pro & contra aliquem. Et quod ornamenta debent eſſe conuenientia ſtatui, ordini & officio, tractat Specul. *tit. de aduocato. §. 2.*

Concluſio itaque ex prædictis à ſimili, ſi arma principis non differant ab armis alterius, oritur confuſio, error & ſcandalum in populo. Vnde non videtur hoc poſſe princeps facere, qui ſuos ſubditos congregare, & conſeruare debet in pace perpetua, exemplo regis ſummi, & pacifici, qui diſpoſuit ſibi ſubditos fore pacificos & modeſtos, & eos congregare, quemadmodum gallina congregat pullos ſub alas. Et poteſt corroborari per id, quod dicit gloſſ. *in c. fina. in ver. ad nos. 9. quaeſt. vlt.* quæ habet, quod Papa non poteſt omnes epiſcopos deponere; quia ſic vniuerſalem eccleſiam turbaret, & gloſſ. fina. *in cap. apoſtilla, 8. quaeſt. 1.* quæ dicit, quod Papa non poteſt ſibi facere ſucceſſorem; quia hoc eſſet immutare ſtatum eccleſiæ, quæ videtur multum ſingularis pro deciſione præſentis caſus. Quia cum ex dicta conceſſione poſſit ſequi deceptio & perturbatio ſubditorum, ſequeretur inde immutatio ſtatus imperii aut regni, quare hoc non videtur poſſe princeps.

Item ex tali conceſſione videretur communicata, & diuiſa imperialis dignitas ſeu regia, quæ tamen incommunicabilis, & indiuiſibilis eſt. *c. 1. §. praeterea Ducatus, Marchia, Comitatus, de caetero non diuidatur. de prohibi. feud. alie. per Fridericum, in vſib. feud.* & ita tenet Cyn. *in l. ſi viua matre. C. de bon. mater.* Bald. *in Authen. hoc amplius. C. de fideicom.* qui etiam dicit *in cap. cum noſtrum. de elect.* quod regnum non poteſt eſſe commune; cum certa prouincia ſeu regnum vnum regem habeat, vel habere debeat. *c. 3. 6. q. 3.*

Item ſi admitteretur dicta conceſſio, viderentur duo eſſe principes, ſignum enim, vt dictum eſt, repræſentat ſignatum, & hoc eſſe non poteſt. Nam, vt dicit Philoſoph. 12. Metaphyſ. *Entia nolunt male diſponi, pluralitas principatuum mala, vnus ergo Princeps.* concordat *can. in apibus. 7. quaeſt. 1.* ponderatis illis verbis: *Imperator vnus, & regnum, non capit duos.* vt eleganter ſcribit Cælius *lib. lect. antiquarum. 13. cap. 11.* Facit *can. non autem. iuncta gloſſ. fina. eadem cauſa & quaeſt.* quæ dicit, monſtrum eſſe vbi ſunt duo capita, & *l. non ſunt liberi. iuncta gloſſ. in ver.*

prodigioſum.ff.de ſta.homin. & formalis tex. *in c. quoniam. de officio iudic.ordin.* vbi eſt text. *prohibemus autem omnino ne vna eademque ciuitas ſiue diœceſis diuerſos pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuerſa capita quaſi monſtrum.*

Ex quo infertur quod duo Cæſares eſſe non poſſunt ſimul,& eodem tempore, ne ſequatur inde euidens reipublicæ ſtatus perturbatio & confuſio. Facit, quod dicit Bald. *in cap.ſi quis. quo tempore miles inueſtit.petere deb. in vſib.feud.* vbi dic, quod princeps non poteſt partem ciuitatis alienare,& partem retinere, propter perturbationem populi. Cum ergo non poſſint vere eſſe duo principes, nec repræſentatiue. Quoniam fictio non poteſt plus operari quam veritas, l.legem. C.locati. & l.qui ad certum.ff.eodem.

Facit ad hoc elegans deciſio Bald. *in c. generali.ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dom. & agnatos vaſalli,in vſib. feud.* vbi determinatur in ſpecie,quod rex Franciæ non poteſt alienare vnam de ciuitatibus regni ſui inuitis ciuibus. alleg.Hoſt. *in cap.dilecti filii.de maior. & obed.* & ibi Ioan.And.in nouella,quos ſequitur d.Iaſ. *in §.item Seruiana num.*105. *Inſtit.de actio.* ideo à fortiori,nec arma regni inuitis princip.alienare poterit; & ſubditis intereſſe non perdere. d.Pan. *in conſ.*3.*in* 5.*q.in* 2.*volum.*

Item nō poteſt princeps difformare principatum. *c.intellectio.de iureiuran.d.canon. in apibus.* ponderatis illis verbis; *& omnis ordo ſuis rectoribus mittitur.* Vbi enim ſinguli ſingulis dignitatibus prẹſunt,decoratur ordo.vbi autem duo vni dignitati præponuntur, decoloratur ſtatus & ordo. Et ad imperium ſeu regnum deuentum eſt, vt reipublicæ per vnum conſulatur. *l.* 2. *§.nouiſſime. ff.de orig.iur.* quia tunc vtile bonum optime gubernaretur, ſi nulli ſuum officium ſeu miniſterium ſubtrahatur, ſi vnicuique ſua iuriſdictio & dignitatum ordo ſeruetur,nec ſuperiores officia inferiorum ſibi vendicent, nec inferiores ditionem, directionem, atque correctionem non refugerent. Etiam abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. *l.repetita. C.de epiſcop. cler. & l.conſul. §.abſurdum. C.de teſtamentis. & cap.eſto ſubiectus,* 95. *diſtinct.* & indecorū eſt, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio. Sed ex conceſſione ſuorum armorum princeps induceret difformitatē in populo, & reipublica, & poneret corruptibilitatem & ſcandalum in ipſa. Cum tamen deceat imperialem ſolertiam ita reipublicæ curam gerere, & ſubiectorum commoda inueſtigare, vt regni vtilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus iugiter ſeruetur illæſus, *cap. Imperialem. in princip. de prohibita feudi alienatio.per Fridericum. in vſibus feudorum.* Faciunt quæ ponit dominus Præpoſitus *in tit. qui feudare poſſunt.colum.*5. *in vſibus feudorum.* vbi dicit, quod remiſſio facta per Principem, ſi noceat reipublicæ, non valet, allegat pro hoc *d. cap. imperialem.* & Baldum *in cap.cum cauſam.de probat.* vbi tenet, quod non licet principi exuiſcerare viſcera imperii, & eum ſequitur Barbatia ibi,dicens *in* 5.*colum.*quod princeps non poteſt ſubuertere imperii maieſtatem, ne dicatur homicida ſuæ dignitatis. Sicut enim tutor debet eſſe adminiſtrator pupilli,& non ſpoliator, *l. qui fundum, §.ſi tut. ff. de vſuc. pro empt.* ita rex non debet eſſe deſtructor, aut diminutor maieſtatis regni, faciunt quæ ponit Old. *in conſi.*231. Et quæ ad plenum diſſerit Lucas de Pen. *in l.quicunque.de omni agro deſerto.lib.*11.*C.*

Præterea pro hac parte videtur multum ſtringere: quod dicit Martinus Laudenſis *in ſuo tract. de principe. verſic.*305. videlicet, quod bonæ & naturales cōſuetudines ligant principem.alleg.Bald. *in cap.*1. *qui feuda dare poſſ. in §.fina.* vbi ita tenet: quia, vt ipſe inquit, potentius eſt ius naturale, quam principatus. Vnde infert poſt gloſſ. quod non poteſt deueſtire vaſallum ſine conuicta culpa. facit; quia quod conſuetudo dat, homo auferre non poteſt. *Auth. quod locum. C ſi mulier ſecundo nupſerit. l.ſi arrogator. §.ſed an impuberi. ff. de adoptionibus.*

Facit etiam quod ſcribitur Deuter.21.cap. *Si habuerit homo duas vxores, vnam dilectam, & alteram odioſam, non poterit filium dilectæ facere primogenitum.* ſupple: quia ex conſuetudine ius primogenituræ competit, Si ergo ius primogeni-

mogenituræ, quod acquiritur ex conſuetudine non poteſt alteri concedi per patrem, ex conſequenti nec arma, quæ annexa ſunt dignitati primogenituræ. habet enim acceſſoriæ primogenitus arma domus, & ea conſeruare debet, vt dixi ſupra *in 37. concluſ.*

Modo verum eſt, quod princeps ex naturali conſuetudine defert arma dignitatis, ſcilicet principatus; ergo alteri concedere non poteſt immutando dictam conſuetudinem.

Maxime rex Franciæ non poteſt alteri concedere portum ſuorum armorum, quæ habet non ſolum ex conſuetudine, ſed ex diuina reuelatione, ſeu tranſmiſſione, vt ſæpe dictum eſt. Diuinitus enim regi Clodoueo fuerunt lilia de cælo miſſa: quibus ipſe, & qui ſecuti ſunt reges Franciæ pro armis ſeu inſignibus ac illo tẽpore vſi ſunt: loco trium bufonum, & vtuntur in perpetuum.

Inſuper arma ad honorem dignitatis noſcuntur deputata, vt in hoc dignoſcatur à cæteris omnibus. Et ſoli principi ordinata ſunt; quia ſolus cæteros omnes antecellit. Rex enim ſuper omnia præcellit, vt ſcribitur Eſd. *cap.* 3. 4. Cum igitur non habeat princeps parem, nec patiatur conſortem, arma ſua, quæ ſunt ſigna ſuperexcellentiæ, alteri concedere non debet: ſed nec pati, quod aliquis alius deferat, iuxta illud Apoſtoli: *Gloriam meam alteri non dabo*; maxime quia faceret præiudicium reipublicæ & ſubiectis, qui armis, propter ſignatum honorem, debent.

Et facit; nam ſicut videmus, quod non licet priuatis deferre veſtes oloberas, auratas, ſeu ſericas, aut purpureas, *l. 1. 2. & 3. & 4. C. de veſtib. oloberis. lib. 11.* Et hoc, vt dicunt ibi doct. ne priuati parificent ſe principibus, ita quod talia facientes, incidunt in crimen læſæ maieſtatis. *d. l 3.* Sic ergo à ſimili, imo à maiori, cum maior autoritas principis denotetur in inſignibus & armis ſuæ dignitatis, quam in veſtibus; non licet alicui alteri inferiori arma, & inſignia principis deferre, quod credo eſſe verum ſua authoritate, ſed quia cum cõceſſione principis licet alicui exiſtenti in miniſterio principis ex conceſſione illius, vt ornatior ſit, cum eo deferre tales veſtes, *vt in d. l. 2.* & ibi Ioan. de Platea. Ideo videtur, quod idem in armis. Sed cum princeps poſſit tales veſtes auferre, cum recedit ab eo miniſtrans, *argum. l. ad veſtimentum. ff. de pecul.* & notatur *in l. in his. §. 1. in gloſſ. fin. ff. ſol. matrim.* Ergo videtur, quod ſi princeps alicui concedit talia arma, quod tamẽ poterit eidem auferre, quando voluerit, vt ſtatim dicetur.

Facit vltra quod dicit Bald. *in cap. licet cauſam. de probat.* quod licet imperator vel rex poſſit donare eccleſiæ ciuitates & caſtra, non tamen claues imperii: quia eſſet cauſa deſtructionis imperii: ſed certe maius videretur, tradere arma, quã claues; quia arma ſequentur ſubditi, qui etiam clauibus obſiſtere poſſent.

Etiam facit; quia rex vendens oppidum cum mero mixto imperio & iuriſdictione, etiam in ſe nihil retinens, non videtur tranſtuliſſe in emptorem ius regium, vt tenet Iacobinus de S. Georg. *in l. imperium. in 1. lectura. col. 3. ff. de iuriſd. omn. iud.* Alb. *in l. fin. in fine. C. eod. tit.* de quo vide Guilliel. Benedicti *in repet. cap. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num. 217. in fin. cum duob. ſequent. de teſtam.* ſed nihil magis poteſt eſſe ius regium, quã arma, præſertim regis Franciæ, cum ei diuitus tanquam regi fuerunt demiſſa & conceſſa, vt dictum eſt, igitur. Et dicit Bald. *conſ. 207. incip. ego puto. lib. 3.* quod ſuper vexilla inuictiſſimi Francorum regis nemo præſumat honorem.

Item vt decidit de Roſellis *in d. ſuo tract. de poteſtate Imperatoris & Papæ. fol. 20. colum. 3. circa med.* Papa non poteſt ſedem Romanam mutare, & alibi caput conſtituere, nec Romanam eccleſiam alteri vnire, nec licet ei teſtamentum facere quo ad papatum, vt probat gloſſ. ſing. *in c. apoſtolicæ. 8. q. 1. ſecundum Francum in rub. de teſtam. in 6.*

Item etiam Reges, Duces, Comites, vel Marchiones, de ſuis dignitatibus teſtari non poſſunt, præſertim rex Franciæ teſtari non poteſt de ſuo regno, etiam primogenitum, cui debetur, hæredem inſtituendo: cum primogenito debeatur ex ſola conſuetudine regni, quæ hoc introducit in honorem & fauorem regni, vt integrum permaneat, & non diuidatur, vt tenet Guill. Benedicti *in repet. c.*

Digitized by Google

Rayn in verb. in eodem teſtamento relinquens. num. 147. *cum tribus ſequentib. extra de teſtam.* & regnum eſt quid indiuiſibile. Cyn. *in l. ſi viua matre. C. de bonis matern.* Bald. *in Auth. hoc amplius. C. de fideicommiſſ.* & in ſucceſſione regni non habent locum iura legitimæ, ne fiat diuiſio regni. gloſſ. *in cap. non licet. de voto, & voti redempt.*

Ergo à ſimili, ſicut non poteſt princeps dignitatem ſuam immutare; ita nec ſigna ipſius dignitatis alteri concedere: quia per hoc viderentur duo capita in eodem corpore, quod eſſet monſtrum, vt iam dixi allegando tex. per hoc *in c. quoniam.* §. 1. *de offic. iud. ord. & in l. non ſunt liberi. iuncta gloſſ. fina. ff. de ſtatu homin.*

Adhuc inſtando pro hac parte poſſent adduci, quæ per Lucam de Penna ampliſſime traduntur *in l. contra publicam. de re mil. lib.* 12. C. vbi per multa decidit, regem non poſſe committere alii inſignia regalia. *con.* 7. Cui deciſioni aſſentire videtur Guilliel. de Monteferrat, *in ſuo tract. de ſucceſſ. regum. in concluſione ſecundi dubii.* cùm quibus videtur decidendum pro hac parte ſecunda, non obſtantibus deductis pro parte affirmatiua. Quibus facile reſponderem, ſi hanc ſecundam partem negatiuam tenere vellem. Sed quia in hoc paſſu volo deuiare ab eo, quod diu obſeruatum eſt: cum, vt dicit Alexan. *in conſilio ſuo* 27. *incipiente, viſo libello, colum.* 4. *in* 1. *volum.* non eſt recedendum à communi obſeruantia. & minime mutanda ſunt, quæ certam interpretationem habuerunt, *l. minim. ff. de legib.* Nec facile diſcedi debet ab eo, quod diu viſum æquum eſt. *l. in rebus. de conſtit. princip.* & quia alias ſic practicatum extitit. Lapus *alleg.* 52. & faciunt quæ dixi *in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgund. tit. Des confiſcations.* §. 1. *in gloſſ.* 1. *ibi, pro hac ſecunda parte.*

Ideo inſequendo id, quod vſque nunc communiter factum eſt in Gallia, nec reprobando quod à tantis fuit approbatum, & vſque in hodiernum diem obſeruatum, videlicet, quod principes etiam ſupremi poſſint etiam inferioribus ſuis concedere licentiam ſeu poteſtatem deferendi, ſaltem communicare aliquid de armis ſuis. Non tamen priuatiue ad ſuam dignitatem, in totum ea alterare. Et quod princeps arma ſua omnino à ſe non debet abdicare, & in alium transferre, ſed retinere debet integra, & plana, patet *argum. l. penult. ff. de offic. præſid.* & per notata *in gloſſ. in verb. ad alium. in cap.* 1. §. *præterea Ducatus. de prohib. feud. alienat. per Frideric. in vſib. feud.* Teneo primam opinionem.

Et pro certo ſi vſque nunc non fuiſſet obſeruatum, nec factum in regno, & nunc rex vellet facere de nouo; ego dicerem, quod rex Franciæ non deberet, nec poſſet permittere, aut concedere, quod aliquis in ſuo regno portaret tria lilia aurea in campo azureo plana, & integra præter ipſum, aut illos, qui eſſent de agnatione & proſapia regali, & tales, qui eſſent ſucceſſibiles in regno, ex quo fuerunt prædicta arma cœlitus demiſſa regi Clodoueo, in aſſumptione coronæ, & diadematis, vt dixi: & videntur illi eſſe data in excellentiam illius dignitatis regalis inter alios, ex quo non licet alteri ſe cum tali dignitate ſociari, niſi ſit capax illius eo modo, quo ad illam deuenitur, ſcilicet per ſucceſſionem.

Sed quia aliter obſeruatum eſt vſq; nunc, & multa facta tenent, quæ ſi fienda eſſent, non permitterentur, *vulgata l. patre furioſo, ibi; Nam furioſus. cum multis concord. ibi in gloſſ. in ver. retinere. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iu.* & ibi ample per dom. meum Iaſ. *concor. cap. dilectus filius. de ſponſa. & c. neque furioſus.* 32. *quæſt.* 7. dico, quod eo modo, quo obſeruatur, non videtur eſſe diminuta autoritas, & excellentia regalis dignitatis. Mos namque retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis, quem ſi quis immutare voluerit, iniuria prædeceſſoribus fieri videretur, iuxta *l. teſtamenta. C. de teſtam.* Nec paritur in hoc detrimentum in honore & gloria, quam habere debet, & poteſt ex delatione dictorum armorum; ſicut nec paritur damnum & intereſſe in conceſſione aliquorum iurium regalium aliquibus particularibus facta: cum etiam princeps iura regalia alteri concedere poſſit, non priuatiue in totum, ſed ſecum accumulatiue. Nec vniuerſaliter

Digitized by Google

liter omnia iura regni, ſed ſolum alicui particulari in aliquo loco regalia, vt dicit And. de Iſer. *in rub. quæ ſint regalia. ibi; ſed quomodo poteſt donare.* quoniam ſi alienaret in totum, aut ab ſe iura regalia in totum abdicaret, eſſet in præiudicium regni, & contra regni & regis honorem, quod fieri non poteſt, *vt dicit text. in c. intellecto. extra de iureiur.* vbi alienatio facta in præiudicium regni, & contra regis honorem non valet, nec tenet; & ſic ibi parificantur præiudicium regni, & factum contra honorem regis. Si ergo rex in totum concederet arma ſua, ita quod amplius illa deferre non poteſt, eſſet ſibi in dedecus maximum, abdicando à ſe ea, quæ in ſignum ſupremæ dignitatis & excellentiæ fuerunt ſibi cœlitus demiſſa, vt dixi ſupra & ample *in 5. p.* vbi de rege Franciæ, & eius excellentia, ſeu dignitate. Sed ſicut aliquibus ſui regni Comitibus, & inferioribus vtilitatem, commodum & honorem regni zelantibus aliqua regalia concedere poteſt, non vniuerſa: ita etiam aliquibus ſui regni Chriſti fidelibus ob aliquam cauſam eos fidei Chriſtianæ ſibi commiſſæ in delatione dictorum armorum aſſociando, vt firmiores ſint, & in fide Chriſtiana, & in ſubiectione ipſius, poteſt particulariter eiſdem impartiendo aliquid de honore, quem vult eis tribui, concedere, quod deferant partem armorum ſuorum. Sicut fecit Aſſuerus rex (qui regnauit ab India vſque Æthiopiam ſuper 127. prouincias) de Mardochæo Iudæo, quem honorare voluit, ordinando, quod indueretur veſtibus regiis, & diadema regium ſuper caput ſuum imponeretur, de quo habetur *Eſter. 6. cap. & 8. in fine.*

Sed cum Ludouici Francorum regis vndecimi tempore multis fuerit conceſſum, quod deferrent lilia in armis ſuis: an rex ſucceſſor poſſet alias conceſſiones reuocare? Videretur, quod non; cum deceat priuilegium Principis eſſe manſurum, & beneficio Principis nos iuuari oportet, non decipi. Cogita ex his, quæ ante dicta ſunt *in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgundiæ, tit. Des iuſtices, artic. 5. in gloſſ. Si n'a grace, quaſi in fine. ibi; vlterius quæro.* vbi poſui an priuilegium Principis poſſit reuocari?

Crederem tamen, quod ceſſantibus prædictis cauſis, videlicet aut quod non eſſent Principes, aut de illis, quos ſibi aſſociare poteſt ad fidem Chriſtianam, vt ſunt milites ordinis, aut qui tali ordini aſſociari poſſint, & debeāt de honeſtate, vt ſunt magnates, quod honeſtius & melius faceret, ſi prædictas conceſſiones reuocaret, maxime in ſubditis. In aliis vero eſt dubium ex dictis Fel. & aliorum *in c. nouit. de iudic.* per me allegatum in loco hic ante citato: vbi videntur concludere, quod priuilegia extraneis conceſſa, non poſſint reuocari.

QVadrageſimaquinta concluſio erit de armis inferiorum à Principe conceſſis, an poſſint vendi, an alio quocunque titulo per hæredem, vel alium habentem certa arma domus aut familiæ alienari, ita quod eius hæredes non poſſint amplius talia arma deferre, aut geſtare.

Circa iſtud conſiderandum eſt, quod aut ſunt arma, quæ competunt alicui ratione ſuæ perſonæ, & officii eidem conceſſi; & tunc videtur, quod non, eo quia quis vendendo arma ſua, & ſigna, videtur incidere in vituperium. *arg. l. quadam. ff. de pœn. & l. 2. in fin. ff. de capt. & poſtlimi. reuer.* per quos text. ita videretur tenere Alber. de Roſate *in l. ſi vt certo. § vſque adeo. in quaſt. An vendito equo, videatur vendita ſella. ff. commod.* vbi dicit, quod ſi arma patrisfam. ſint in ſella vendita cum equo. Eo quia talis ſella magis videtur reſpicere perſonam domini, quam equi, ex quo non videtur vendidiſſe. *arg. l. decernimus. § vniuerſos. C. de aquaductu. lib.* 11. vbi ſigna hydrophilatorum dantur ſucceſſoribus; ergo non poſſunt per eos alienari in præiudicium eorum ſucceſſorum, & *in l. ſtigmata. de fabricenſ. lib. 11. C.* vbi puniuntur, qui à fabricenſ. talia ſigna illos latitando euellunt, aut ſubripiunt; ex quo videntur talia ſigna reſpicere perſonam habentium ipſa aut arma. Cum ergo videantur reſpicere perſonam, extinguuntur cum perſona, & ſic poſt mortem eorum tranſire debent ad eorum ſucceſſores, ita

quod non poſſunt in præiudicium ſucceſſorum alienari. Aut vero competunt alicui tãquam exiſtenti de aliqua agnatione, aut familia antiqua, & eſt quoddam ius quod datur vnicuique agnationi ſuæ familiæ, quod non videtur poſſe tranſire extra illum. Cum ſint arma inuenta ad cognoſcendas agnationes, familias & domos; ſicut nomina ad recognoſcendos homines. dixi ſupra in pluribus locis; & communis vſus vtendi in talibus eſt, quod gradatim deueniant ad ſucceſſores de familia & agnatione cum diſtinctionibus, quas ſupra dixi *in 39. concluſ.*

Sicut in ſimili videmus, de verbo familiæ prolato, quod intelligitur ordine ſucceſſiuo, vt dicunt Ang. & dominus meus Iaſon *in l. fin. C. de ver. ſig.* & Bartol. *in l. ſi cognatis. ff. de rebus dub. colum. fin.* Barb. *conſil. 27. in 11. colum. in 1. volum.*

Et quod communis vſus vtendi in his cõſiderandus ſit, tenet Bart. *in l. Labeo. ff. de ſupell. leg.* Quoniam ab eo, quod ſolitum eſt fieri, bonum eſt, *arg. l. quod ſi nolit. §. aſſidua. ff. de adil. edi.* notatur plene per dom. meum Iaſ. *in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet.* Barb. & Fel. *in c. cum M. Ferra. extra de conſtit.* & idem Fel. *in c. ex literis. in ver. ſeptima & vlt. de fid. inſt.* & dicit Bald. *in l. ſi prædium. colum. 4. Cod. de adil. actio.* quod frequentia actus multum operatur. Imo illud, quod in obſeruantia, & moribus vtentiũ obſeruatur, eſt tantæ efficaciæ, quod tollit ſtatutum in contrarium, *dominus meus Iaſon in l. rem non nouam. in 1. & 2. colum. C. de iudi.*

Et ex quo conſuetudo generalis vtendi in Gallia debet iſtud ius agnatis ſucceſſoribus, non poteſt tale ius eis tolli per homines, cum quod conſuetudo dat, homo tollere non poſſit, *auth. quod locum. C. ſi mulier ſecundo nup. l. ſi arrogator. §. ſed an impubori. ff. de adopt.* Conſuetudo enim in vnaquaque regione eſt omnium dignitatum & iuriſdictionum origo, forma, & principium, vt *in l. miſſi opinatores.* ibi, dum dicit: *conſuetudine ſeruata regionum. de exactoribus tributor. lib. 10. C. & leg. 1. ibi; ſicut plectendi conſuetudo criminis habet. de peti. bonor. ſublat. eodem lib. Cod. l. obſeruare. §. hoc etiam ibi.* Magni enim faciunt prouinciales ſeruare ſibi conſuetudinem iſtam, & huiuſmodi prærogatiuas. *& in l. ſi in aliquam. ibi; & ferias ſecundum mores & conſuetudines, quæ retro obtinuit dare. ff. de offic. proconſ. & legati. & l. vt prophanos. ibi; ſecundum veterem. C. de paganis, & ſacrific. eorum l. nullum. ibi; & conſueta depoſcant. C. de offic. recto. prouinc. l. teſtamenta. C. de teſtam.* Et conſuetudinis vſuſque longæui non vilis autoritas eſt. *l. 2. Cod. quæ ſit longa conſuet.* Concordat *cap. cum conſuetudinis. & cap. fin. extra eod. & can. conſuetudinis. 11. diſtin.* Et ſi quid contra conſuetudinem fiat, ad ſolicitudinem ſuam hanc reuocabit præſes prouinciæ. *l. 1. in fin. C. quæ ſit longa conſuet. l. ſi manifeſte. C. de ſeruit. & aqua. can. conſuetudo. 2. diſtinct.* Ex quo æque puniri debet tranſgreſſor conſuetudinis, ſicut tranſgreſſor legis, *can. in his. 11. diſt.* Et quod antiquæ conſuetudines ſint ſeruandæ, habetur *in tit. de pace Conſtantiæ. §. nos Romanorum. ibi; ſicut ab antiquo habere conſueuiſtis. & c. ad apoſtolicam, extra de ſimonia.* & maxime in Francia. vt dicit text. *in c. dilecti filii. ibi; iuxta conſuetudinem approbatam, quæ pro lege ſeruatur in partibus Gallicanis. extra de arbitris.*

Ex ante deductis ſequitur, quod ſicut per teſtatorem ſi eſſet aliquid relictum indiſtincte non nominando perſonas familiæ, quod tranſiret ad omnes de familia gradatim, ita quod non poſſit per aliquos alienari: vt notat Bart. *in l. peto. § fratre. ff. de lega. 2.* faciunt quę dicit Barbatia *in dict. conſil. 27. colum. 11. in 1. volum.* Alexand. *conſil. 165. in 2. volum. in conſil. 56. in fin. in 1. volum.* Imo quod plus eſt, ibi dicunt: hoc caſu prohibetur hæredis inſtitutio. & ita decidit domin. meus Iaſon *in l. non dubium, in 1. colum. C. de teſtam.* vbi prohibita alienatione, ſimpliciter prohibetur hæredis inſtitutio. Sic ergo cum prohibetur in fauorem familiæ ſtante familia, alienatio facta in contrarium poteſt reuocari per exiſtentem de familia. Sic ergo in hoc caſu, vbi eſt prohibitio legis ex obſeruatione generali, & ex communi vſu vtendi, quæ habent vim legis, *§. ex non ſcripto. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili.* notatur *in l. de quibus. ff. de legib. & canon.*

Digitized by Google

canon. conſuetudo. 1. diſtinct. Et ideo cum prohibitio legis & teſtatoris æquiparentur: notatur *in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1.* vbi Bartol. & alii. ſequitur neceſſario dicendum, quod ſtante aliquo de agnatione, aut familia, ſeu domo habente aliqua arma, à tempore cuius initii memoria non extat in contrarium, quod talia arma non poſſunt vendi, nec alienari quocunque titulo in præiudicium illorum de familia, domo, aut agnatione.

Aut vero loquimur de armis datis & conceſſis alicui pro ſe & ſua familia, aut agnatione: quoniam per illam conceſſionem factam familiæ, & agnationi, eſt acquiſitum ius familiæ, & agnationi, vt ſatis probant iura allegata per Barbat. *in dict. conſil. 27. in 12. colum.* Sicut etiam videmus de feudo conceſſo alicui pro ſe & ſua agnatione, ſeu familia: quoniam tranſit ſucceſſiuè ad poſteros abſque eo, quod poſſit alienari in præiudicium ſucceſſorum, vt per Bal. *in c. 1. §. hoc quoque. de feudi ſucceſſ.* & idem in emphyteuſi data pro ſe & liberis: quia in illa pater non poteſt præiudicare liberis, vt not. Barto. *in authen. ſi quas ruinas. colum. penult. ver. iuxta hoc quæro. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Petrus de Anch. *in conſil. 142. incip. domina Paula in princip,* Imola *in c. potuit. de locato.* Romanus *in conſil. 35. incip. viſa facti ſerie. in fin.* Paulus de Caſtro *in conſil. 161. incip. in cauſa, quam magnificus. col. 5. & in conſil. 208. incip. prætermittendum eſt.* Soci. *in conſil. 205. incip. dominus Franciſcus. in 4. & 5. col.* Philippus Cor. *in conſil. 299. incip. in præſenti conſultatione. col. 18. in 2. parte, & in conſil. 200. incip. viſa dicta copia. in quarta parte.* & idem Romanus *in conſi. 202. incip. pro propoſitæ conſultationis habenda veritate, quem allegat dominus meus Iaſon in l. 2. in 89. col. ver. quid autem in themate prædicto. C. de iure emphyt.* Cum enim talibus liberis fuerit ius quæſitum per huiuſmodi conceſſionem, tolli nõ poteſt ab eis. *l. quodcunque. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.* vbi Bart. *in l. quod dicitur. colum. pen. de verb. obliga. & in conſil. 70. incip. quæſtio iſta in ſecundo dubio.* not. Bald. *in l. ſi conſtante. in vltimo notabili. C. de do. ante nupt.* dicens, quod ius quæſitum tertio etiam in ſpe tolli non poteſt. facit text. *in l. fin. ff. de pact. & in regul. id quod noſtrum eſt. ff. de regul. iuris.* & dicit Alexand. *in conſil. ſuo 160. in fin. in 4. colum.* hoc eſt verum reſpondendo ad dictum Bartol. *in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligation.* & etiam Corneus *in conſil. 68. incip. ardua quædam. in 3. columna. in 3. parte.*

Cum ergo communis vſus loquendi in appellatione familiæ ſit in talibus, quod extendatur ad agnatos ordine ſucceſſiuo, vt dicit Bart. *in l. cum ita. §. fin. ff. de legat. 2.* dominus meus Iaſon *in l. fin. C. de verb. oblig.* qui hoc caſu in talibus armis iungitur cum communi vſu vtendi, qui attendendus eſt, vt dixi: & ſit ex illo communi iure vtendi acquiſitum ius in talibus armis omnibus poſteris de familia. quo caſu (vt ante dictum eſt) præiudicari non poteſt. Idem ergo erit in caſu in quo ex conceſſione Principis eſt acquiſitum ius agnatis, & illis de familia, ſeu agnatione, vt in Bartolo, qui habuit arma à Carolo IV. Imperatore, pro ſe, & ſua agnatione. Quoniam in præiudicium ſuæ agnationis, cui ius fuit quæſitum, non potuiſſet illa alienare. Idem ſi dictum ſit, *pro ſe, & ſua poſteritate,* quoniam poſteri dicantur tantum ex linea maſculina, & ſic de agnatione. *l. 1. §. 1. ff. de iure immunit.*

Licet in omnibus ſupradictis caſibus, in quibus arma competunt, aut ratione familiæ, aut ratione conceſſionis à Principe, ex quo ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes: vt ſupra dictum eſt, videtur etiam quod ſint ceſſibilia: cum quicquid tranſmiſſibile, cenſetur & ceſſibile, vt *l. ex pluribus. ff. de adminiſtr. tutor.* Bart. vtitur hoc fundamento *in l. 1. §. vſufructuaria. ff. de operis noui nunciat.* ſed ibi dom. meus Iaſon *& in l. cum ſecundum. C. de legat.* dicit, quod tale fundamentum non habet locum affirmatiue, imo adhuc alia ratio reformat pactum, ſcilicet, quia videtur eſſe priuilegium familiæ, & agnationis, de cuius præiudicio agitur in alienatione, cum eis ſit ius quæſitum in prædictis, vt ſæpe hic ante dixi: igitur.

Sed an arma agnationum accreſcant alicui ſecundum quod dignitati aut dominio ſuccedit,

Digitized by Google

ſuccedit, ſic quod etiam ſuccedat armis, illi dignitati, ſeu dominio coniunctis. vide Guil. de Montefer. *in tractat. de ſucceßione regum, in 2. dubio. num.* 170. ſed ad priorem materiam redeo.

Aut vero loquimur de armis, quæ quis ſibi aſſumpſit propria autoritate, aut quæ emit ab alio in caſu, in quo poterunt vendi: & tunc non eſt dubium, quod talia poſſunt vendi, & quocunque titulo alienari. Quia ex quo ſunt in commercio hominis, qui ſibi propria autoritate aſſumpſit, quod poteſt, vt ſupra dixi *in* 208. *concluſ.* poteſt illa alienare, vendere, aut quocunque alio titulo transferre, prout dicitur; *Emerat ille prius, vendere iure poteſt.*

Aut vero loquimur de armis, ſeu de inſignibus quæ quis habet ratione ſui artificii, vel ſuæ artis; & tunc aut habet; quia ſua autoritate aſſumpſit, vel ab alio habuit, & de per ſe ſine ſocio; tunc vēdere poteſt cuicunque. Aut cum ſocio; & tunc non poteſt in præiudicium ſocii, eo non conſentiente. Aut vero habet ea à republica, puta ſi in ciuitate aliqua dentur certis artificibus aliqua inſignia, quibus vti debeant in eorum artificiis, ſeu operibus, non poſſunt talia ſigna, ſeu inſignia vēdere, aut in alios transferre, arg. eorum quæ dicta ſunt in princ. huius concluſionis de fabricenſibus & hydrophilatis.

QVadrageſimaſexta concluſio. Habens arma antiqua ſuæ familiæ, domus & agnationis, non habens aliquos de familia, ad quos de iure, & iure ſucceſſorio deuenire debeant, poteſt ea relinquere alicui, relinquendo eidem bona in caſu, in quo poterit de aliis bonis teſtari, aut diſponere de armis, etiam & nomen, ſeu cognomen domus, & valet tale relictum: imo, quod plus eſt, hæres aut fideicommiſſarius, cui eſt iniunctum onus de aſſumendo nomen & arma domus, tenetur adimplere voluntatem teſtatoris, ſi velit conſequi commodum. vt notatur *in l. facta.* § *ſi ſub conditione. ver. in danda. ff. ad* Trebell. & hæc verba, *quod hæres meus portet nomē meum & arma*, important conditionem, ſecundum Guidonem Papæ, *quæſt.* 251. *ſuarum deciſionum*, per textum quem ad hoc allegat *in l. mulieri.* § *ſi quis hæreditarium ſeruum*, per hæc verba; *iuſſus eſt manumittere, & hæres eſſe. ff. de condit. inſtit.* & ſic conditio adimpleri debet, vt ſequatur effectus, ſcilicet vt hæres eſſe poſſit, ſicut in materia conditionis, de qua ample notatur *in cap. verum. extra de condit. appoſit.* & ita vidit determinari & practicari ipſe Guido Papæ, vt refert in loco prædicto. Quod tamen videtur multis fore graue, nomen ſuum antiquum ſuæ agnationis antiquæ dimittere, & arma magnifica ſuæ agnationis: imo ſi ſit antiquæ domus, habens arma magnifica, non poteſt minora aſſumere, cum reipublicæ interſit, vt ordinum dignitas familiarumque ſalua ſit. *l.* 1. §. *ſed & ſi ſeruus. ff. de ventre inſpic.* Ne forte alienæ ſordidæ ſtirpes ſplendidis & ingenuis natalibus audeant ſubrogari, vt dicit text. *in l. ſuper ſtatu. Cod. de quæſt.* & diſcretio perſonarum eſt habenda, atque dignitas & autoritas obſeruanda: vt *in l.* 1. *in princip. ff. de poſtulando.* Ob quod dicit text. *in l. hoc iure.* §. *fin. ff. de donationibus.* quod donatio alicui facta, vt nomen portet donatoris, cum ſit cauſata, non dicitur proprie donatio, de cuius ſubſtantia eſt, quod ex liberalitate procedat, & donatario ſit lucroſa, quia donari id videtur, quod nullo cogente imperio conceditur, ſed dicitur quædam remuneratio oneroſa in recompenſam nominis ferendi facta, quod onus non eſt modicum, ſcilicet nomen ſuſcipere alienum, vt clare demonſtrauit propinquus Ruth, cui conceſſio & ius ſanguinis competebatur cum onere gerendi nominis, qui reſpondit: *Cedo iuri propinquitatis, neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo*, &, vt dicit ibi text. Illud eſt ſuſcitare nomen defuncti, ne vocabulum eius de familia ſua, ex fratribus & populo deleatur, quod eſt commodum, & honor defuncti, vt familia ſua, & nomen, & arma ſua maneant, & non deleantur. Cum reipublicæ interſit, vt dignitas familiarum ſalua ſit, vt ſupra dixi. Et ſic cum talis donatio non ſit ſimplex, ſed remuneratoria, non indiget inſinuatione. arg. *l. Aquilius. ff. de donat.* ita dicit & tenet Guilliel. Benedicti *in ſua repet. cap.*

Rayn.

Rayn. in ver. Rayn. de Clera. num. 44. *&* 50. *de teſtament.*

Quod intelligendum eſt fieri poſſe, vbi nō eſſet alius de familia iure ſucceſſorio, cui nomen & arma deberentur, quia ex quo (vt in præcedenti conſideratione dixi) ex communi vſu nomen & arma domus antiquæ ſeu familiæ deberētur ordine ſucceſſorio, ita quod in his videtur eſſe prohibita alienatio ex dicto vſu quæ eſt realis, hoc eſt in rē reſpiciens, & nomen, & arma, & familiam, non perſonam Titii, ſcilicet Petri, aut alterius.

Intellige tamen, quod in dicto legato, ſeu fideicomiſſo veniunt arma, quæ licite & ſine vituperatione portare poteſt: puta ſi quis miles portauerit aliqua inſignia regis, quę prohibebatur portare, ſi legauerit equū ſuū, omnia ornamēta, & arma ſua, ſeu inſignia, intelliguntur ſolum ea legata, quæ honeſte, & ſine vituperatione portare poterat legans, vel quæ eidē competebant ratione perſonę tantum: vt voluit Bal. *in l.* 1. *C. de ver. ſign.* per text. *in l. veſtis.* § *muliebria ff. de au. & arg. leg.* Arma vero vel inſignia ratione officii aut dignitatis debita, deueniunt ad ſucceſſorem, & gerentem dignitatem, vel officium huiuſmodi, & nō alium, vt ſupra dixi in decimaquarta, decimaquinta & præcedenti concluſionibus, & infra 52. concluſio.

QVadrageſimaſeptima concluſio. Præſcriptio cadit in talibus, ſc. in delatione armorum, ſeu inſigniū, & in caſibus, in quibus poſſunt alienari arma, in talibus cadit præſcriptio: & ſatis faciunt quæ dicit Bald. *in l. fucandæ. in fin. Cod. quæ res vendi non poſſ.* vbi dicit, quod in præſcriptis per vſum longi temporis, quod alius talia ſigna accipere non poteſt, quia ius cauſa habendi quæſitum eſt primo, quod tamē dicit eſſe verum, niſi hoc alicui obeſſet, quoniam ille cuius non intereſt, non habet ius prohibendi. Vnde concludit, quod ad æmulationem, & damnum præſcribendi alteri non licet accipere idem ſignum. Vnde videtur concludere, quod in talibus habet locum præſcriptio, niſi fiat ad æmulationem, vel damnum alterius: quo caſu non licet accipere idem ſignum, per tex. *in l. ſi iniuria. ff. de iniuriis.* Et ſicut regalia tanto tempore cuius initii memoria non extat in contrarium, præſcribuntur etiam aduerſus principem in parte, tamen non in totum, vt in iure inductionis gabellarum, quæ cum non poſſint imponi niſi per ſuperiorem. *l. vectigalia. ff. de publicanis.* Tamē exactio gabellarum præſcribitur tāto tempore, cuius initii memoria non extat in contrarium, vt tenet Bartol. *in l. ſi publicanus.* §. *vectigalibus. ff. de publicanis.* Bald. *in conſil.* 112. *in* 2. *parte.* Panorm. *in conſil.* 20. *incip. ſuper quæſtione vertente.* & idem de iure nauigandi. & per plura dixi *in commento meo ſuper conſuetud. ducatus Burgun. tit. Des iuſtices.* §. 2. *in gloſſ. Et la preuue.* quod ea quæ competunt principi, acquiruntur aut ex priuilegio, aut ex præſcriptione tanti temporis, &c. cum ergo (vt dictum eſt) princeps poſſit concedere ius & facultatem alicui arma ſua portandi, ita etiam iſtud ſcribi poteſt: Dicerem tamen hoc poſſe eſſe verum in capace, & habili ad tale ius, puta in vectigalibus in alio inferiori principe, & non in ſimplici priuato, & ſic à ſimili in iure deferendi arma in nobili & nō ignobili: quoniam talis etiam non poſſet præſcribere tali ius deferendi arma principis. prout in ſimili videtur tenere Felin. *in c. dilecto. de teſtib.* & dixi in loco ſupra allegato. Ex quo poteſt hæſitari de tribus liliis datis per Carolum regem Francorum VIII. Coſmæ de Medicis Florentino nummulario, qui tunc non reputabatur nobilis. Imo adhuc videretur, quod non ſufficeret, quod eſſet nobilis nobilitate communi & inferiori: ſed requireretur, quod eſſet nobilis, puta dux, princeps, marchio, comes, aut baro: & quod alius nobilis inferior non poſſet arma principis præſcribere, nec etiam ex priuilegio, cum videantur eſſe ſolis principibus conceſſa, prout & alia regalia, quæ per inferiores præſcribi non poſſunt. Maxime illa, quæ ſunt in ſignum vniuerſalis cognitionis, vel ſupremæ poteſtati reſeruata, vt dictum eſt, & etiam vt declarat Ioan. Franciſcus Balbus in ſuo *tract. de præſcriptio. in* 2. *parte* 5. *partis principalis, in* 3. *quæſtio.* ſic à ſimili, quod vnus nobilis poteſt præſcribere arma alterius nobilis

Digitized by Google

bilis, etiam ſuperioris, dummodo nõ ſit princeps. Sed non ignobilis poteſt præſcribere arma nobilis propter incapacitatem, ex antedictis, cum talis habeatur pro incapace.

Et in hoc; quia ſupra poſiti ſunt caſus, in quibus talia arma ſeu inſignia poſſunt alienari in illis, poſſunt & præſcribi: ſed in caſibus in quibus non poſſunt alienari, non poſſunt etiam præſcribi: quia procedit regula, quod quæ non poſſunt alienari, non poſſint & præſcribi, vt per Bartolum, & Baldum, & Salicetum *in l. fina. C. in quibus cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſſ.* de qua regula ample per dictum Ioan. Franciſum, *in d. tractat. in 5. part. quintæ partis principalis; in 4. quæſt. illius quintæ partis.* vbi ample de materia illa brocardica. Et ad prædicta faciunt quæ dicit Socin. de maioricatu inter conſanguineos, & collaterales, qui poteſt præſcribi, vt dicit *in conſ. ſuo 148. num. 14. in 3. volum.*

QVadrageſimaoctaua concluſio erit circa duellum. An pro inſignibus & armis poſſit duellum indici? ponamus. Videmus, quod rex Angliæ ſe aſſerit regem Franciæ, & portat tria lilia Franciæ in vna parte ſcuti ſuorum armorum, an ſit iuſta cauſa ad indicendum ei bellum per regem Franciæ, & eidem duellum præſentare, & ſic de ſingulis.

Iſta concluſio habet magnam materiam: ſed cum clarum ſit, quod tria lilia Franciæ integra cum corona non debentur, nec deferri poſſunt niſi per regem Franciæ, cum eidem cœlitus fuerint demiſſa, vt dictum eſt ſupra pluries. Ideo rex Angliæ non poteſt illa portare, niſi aſſerendo ſe regem, ex quo contradicit in hoc Chriſtianiſſimo regi noſtro, ideo eidem facit iniuriam, pro qua licitum eſt eidem indicere bellum, & duellum. Et latius ſolui poterit iſta quo ex deductis per Paridẽ de Puteo, *in tract. de re mili. & duello.* in vna quæſtione, vbi quęrit, An ratione inſignium, vel armorum procedi poſſit ad pugnam. Et vt dicit, nobiles & armigeri pro hoc conſueuerunt pugnare, & pro hoc (vt dicit) facit quoniam arma ſeu inſignia alicuius de voluntate domini ſunt portanda, & non alias. *C. de mutat. nominis.* & poſſint alteri communicari. *l. hoc iure. §. fina. ff. de donat.* ſicut etiam nomẽ dignitatis ſuæ poteſt alteri concedi. notatur *in l. facta. §. ſub conditione. ff. ad Trebellia.* Bald. *in cap. 2. extra de fid. inſtru. in vltima col.* vbi dicit, quod in aliquibus æquiparat ſigillum armis, & ſic requiritur conceſſio illius cuius ſunt arma, vel inſignia ipſa, vt per alium portari poſſint, argum. *l. 1. C. de his qui potentio. nom. & in authen. de mand. princip. §. pen. collat. 3.* ſecundum Bartolum *in ſuo tract. de armis. ſupra allegat.* & Baldum *in cap. quanto. de iureiuran.* & ſi quis geſtat inſignia ſibi prohibita, videtur committere falſum. *l. eos. in fine. ff. de falſ.* Inſignia enim dignitatis faciunt eum haberi pro tali. *l. ego. cum gloſſ. ibi. ff. de manumiſſ. vind. l. item apud. §. ſi quis virgines. de iniur. cap. ſi vero aliquis & cap. in audientia. extra de ſenten. excommun. & cap. ſi iudex. de ſentent. excommun. in ſexto.* facit *l. mima. C. de epiſcop. aud.* Ideo noſtra intereſt, quod nemo deferat inſignia noſtra, vel arma, propter multa ſcandala, quæ occurrere nobis poſſent, vt dicit Bartolus *in dicto tracta.* & ſupra dixi in pluribus locis. Quia ſi aliquis portaret inſignia noſtra, & haberet inimicos capitales, poſſent nos offendere, putantes illum eſſe. Nam noſtra inſignia faciunt nos & noſtros revereri. *l. 1. §. caſum. ff. de poſtulat.* & dicit Baldus *in leg. 1. C. quæ res vendi non poſſ.* quod inſignia deputata alicui magiſtratui, vt ſunt inſignia proconſularia. *l. 1. ff. de offic. proconſ. & legati. l. milites. C. de locatis.* non licet propria autoritate aſſumere. & idem in ſignis præſcriptis longo vſu, vt dixi in concluſione præcedente: quoniam in talibus ius eſt quæſitum primo, & ille, cuius non eſt tale ſignum, non habet ius vtendi ad æmulationem, iniuriam, ſeu æquiparationem alterius: puta ſe volendo dicere habere illam dignitatem, vt ſi aliquis diceret ſe eſſe regem, & vellet portare arma data regi Franciæ, in hoc committeret crimen læſæ maieſtatis, ſi eſſet inferior eo, & eſſet illi ſubditus. Alius vero non ſubditus faceret ei iniuriam, argumento *l. nec magiſtratibus. §. quod ſi ex minoribus. cum ſequent. ff. de iniuriis.* Et in talibus

caſibus

Digitized by Google

caſibus quando quis defert arma alterius, aut ad æmulationem, aut iniuriam, ei poteſt indici duellum: vt videtur tenere Paris de Puteo *in dicto loco.*

Ponit tamen ibi multos caſus, in quibus etiam ſumendo arma alterius, non poteſt bellum neque duellum indici, de quibus iam ſuprà dixi *in 28. concluſ. in fin.*

Primus eſt in eo, qui defert arma illius, qui commiſit crimen læſæ maieſtatis; quia propter hoc crimen poſſunt eius arma, & inſignia abradi. *l. eorum. ff de pœnis.* Lud. Roman. *ſingul. ſuo* 474. *&* 656. dixi ſupra *in* 42. *concluſ.* imo quando miles male ſe habuerit in bello, poteſt iudex ſcutum illius perforari facere, vt hoc exemplo alii milites in prælio ſint fortiores, vt eſt caſus *in l. quod reipublicæ. ff. de iniuriis.*

Secundus eſt in capitaneo armorum, qui ſtendardum ſuum ſeu vexillum perdidiſſet; quoniam hoc caſu occupator, vel dux exercitus poſſet illum deferre, nec perdens poſſet poſtea prouocare capientem ad duellum, quia iſta efficiuntur occupantium de iure. *l. hoſtes. ff. de captiuis. l.* 1. *§. item in bello. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. naturalem. §. fina. ff. de acquir. rerum dominio.*

Tertius in caſu quando duo eadem arma portarent, nec apparet de prioritate, & poſterioritate: ſi tamen vnus illorum habuit à Principe, præfertur, vt dixi ſupra in 36. *concl.* quod eſt verum, quando illi qui portant talia ſunt æqualis dignitatis: ſecus ſi vnus ſit maioris dignitatis; quia præferretur, vt dicit Bart. *in d. tract. de armis. per l.* 1. *C. de conſul. lib.* 12. dixi ſupra *in d. concluſ.*

Quartus caſus in duobus habentibus ſimilia arma ab anteceſſoribus ſuis, quoniam licet ſint ſimilia, ex quo non apparet de prioritate inter eos, non eſt locus pugnæ, quoniam licet habeant omnimodam ſimilitudinem: tamen non ſunt eadem, quoniam nullum ſimile eſt idem. *l. quod Nerua, vbi Bart. ff. depoſ. l. ad ſimilitud. C. de epiſc. & cler.* & alias videtur, quod inter ſimilia non poteſt dari ratio conſequentiæ ſimilitudinaria. *l. fina. ff. de calumnia. l.* 3. *§. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.* & dicit Bal. *in l. Gallus. §. nunc videndum. ff. de lib. & poſthum.* quod non omne, quod eſt ſimile, eſt idem: quia ſimilitudo eſt inter diuerſa habentia incóuenientiá aliquã, & facit *l. qui liberis. §.* 1. *ff. de vulg. & pupil.* ſed, vt dicit dom. meus Iaſ. *in l.* 1. *in* 2. *colum. C. de iure emphyt.* dicitur proprie ſimilitudo, vbi plures ſunt conuenientiæ, quam differentiæ: & valet tale argumentum à ſimili, licet non ſit omnimoda ſimilitudo. Idem d. meus *in l. credito. in* 2. *colum. ff. de nou. oper. nun.* vbi eſt materia ſimilitudinis. Ex hoc caſu poterit dicere iudex, qui ſuper pugna adiretur, vti poſſidetis, ita poſſideatis. *l.* 1. *§.* 1. *& l. fina. & ſi duo. ff. vti poſſ.* Nam non apparente prioritate, & poſterioritate vſus, vel cõceſſionis huiuſmodi inſignium, vel armorum, nemo eorum dicere poterit [illegible] alio iniuriam, vel vim ſibi fieri: quia quilibet eorũ habet antiquitatem & titulum. arg. *l. etiam. §. ſi quis. ff. de pet. hær.* Nam ambo poſſunt aſſignare cauſam ſuæ poſſeſſionis, ſcilicet antiquitatem anteceſſorum, propter quod nemo dicitur prædo. per Innoc. *in c. cum veniſſent. de reſtit. in int.* & antiquitas multa operatur. *l.* 1. *§. penult. ff. de aqua plu. arc.* & per notata *in auth. quas actiones.* per Bald. *C. de ſacroſ. eccleſ.* & cum ſint pares, in hoc vnus non impedit alterum. *l. cum quidam. §.* 1. *ff. de acquir. hær.* & obligationes paris potentiæ non ſe tollunt. *l. ſi reus. ff. de duobus reis.*

Quintus caſus eſt: ſi inter eos appareret prioritas; tunc illi, qui eſſet poſterior in delatione iſtorum inſignium, deberet cedere priori, qui ratione prioritatis temporis eſſet prior, arg. *l.* 2. *l. prior. & ſi fundum. C. qui priores in pignore hab. & l. qui prior. ff. de iudic. & in l. operis. ff. locati. & in l. quoties. C. de vſufruct. & de albo ſcribendo. l.* 2. *& l.* 1. *de conſulibus. lib.* 12. *C.* Melior enim eſt conditio occupantis. *l. plurib. ff. de procurat. & l. ſi quis à multis. ff. de nox.* Bart. & Bald. *in rub. ff. de rerum diuiſ.*

Sextus caſus eſt in pluribus ſeruitoribus portantibus eadem arma & inſignia à domino eis data; quia tunc inuicem non poſſunt conqueri: quod vnus ſolus illa debeat portare, vt eſt in pluribus armigeris vnius ſocietatis: eo, quia in hoc conſideratur voluntas

domini dantis, vt dicit Paris de Puteo in loco allegato.

Septimus caſus eſt, vbi inſignia & arma eſſent ſimilia in pictura, vel ſigno, different tamen in nomine; tunc data nominis diſſimilitudine, viderentur diuerſa; quia nominis diuerſitas inducit diuerſitatem rei. *l. ſi idem. C. de codicill.* vbi Cyn. *& l. ſunt duo Titii. ff. de teſtam. tut. & c. cleros. 21. diſtinct. & c. 1. 99. diſtinct.* Quia nomina ſunt rerum ſignificantia, vt *in authent. de defenſorib. ciuitat. in princip. colum. 3. & l. 1. ff. de officio praefecti vrbis. & l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. & l. facta. 1. § in danda. ff. ad Trebellia.* Vnde ſi vnus deferret pro ſuis inſignibus caput bouis, & alter caput vaccæ, data tantum diſſimilitudine nominis, non eſſet tunc locus pugnæ, vel ſi deferret caput porci, & alius ſimile caput, & illud appellaret caput ſuis. Nam in iſtis non eſt vna qualitas, nec vna ſubſtantia, quæ requiritur, vt quid ſit ſimile. Bal. *in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet.* autoritate Ariſtotelis. licet alias dicatur, quod illud dicitur idem in quo non mutatur res, perſona, vel cauſa, licet aliqua qualitas, vel accidentia alterentur. *l. cum quæritur. & l. cum de hoc. & l. eadē. § idem corpus. ff. de excep. rei iud.* & Lapus [illegible]gatio. 77. Tamen aduerte quod qualitas non facit diuerſificare rem ſpecie, nec alterat ſpeciem, vt tenet d. meus Iaſ. *in l. 3. § ex contrario. in 3. col. ff. de noui operis nunc.* de quo late *in concl. ſeq. ver. aduerte tamen.* ex hoc videretur, quod illa qualitas adiuncta non debet importare diuerſitatem: & ſic cum eſſent ſimilia, quod eſſet locus pugnæ. Sed concluſiue tenet cum Paride, quod illa diuerſitas nominis inducit diuerſitatem talem, quæ eſt potēs ad duellum impediendum, eo, quia vt dicit, nominis expreſſio multa operatur. vt *l. adhuc. §. quaſtionis. ff. de vſufruct. l. ſi communis ſeruus ita. ff. de ſtipulat. ſeru. l. ſi cui balnei. ff quibus mod. vſusfruct. amittatur.* & facit 29. *quaſt.* 1. §. 1. vbi diuerſificatio nominis dirimit matrimonium: Finaliter ad corroborationem præcedentiū adduco Pogium Florentinum in ſuis facetiis (quæ nonnunquam & in factis contingunt) de duorum contentione pro eodem inſigni armorum, & eius verba ſunt: *Ianuenſis oneraria nauis patronus, qui in Gallia conductus à rege aduerſus Anglicos nauigauit, geſtabat ſcutū, in quo bouis caput depictum erat. Conſpicatus hunc Gallicus nobilis cum illud armorū inſigne ſibi vendicaret: altercatione Gallicus Ianuenſem ad certamen prouocauit. Ianuenſis accepta prouocatione in campum ad certamen nullo apparatu deſcendit: alter multis impenſis ornatiſſimus in campum conſtitutum venit.* Tum Ianuenſis: *Quid eſt,* inquit, *propter quod certaturi hodie inuicem ſumus?* Ille, *aſſero,* inquit, *tua inſignia mea meorumque prius quam tuorum fuiſſe.* Cum Ianuenſis, quænam ſua eſſe diceret, *caput bouis,* ait. Hic Ianuenſis, *non eſt opus certamine aliquo,* inquit; *Nam hoc, quod porto, non bouis, ſed vaccæ eſt caput.* Faceto dicto inanis Gallici iactātia eſt eluſa. Faciunt quæ dixi ſupra *in 21. concluſ. in fin.* vbi eſt caſus permiſſus in quo duo poſſunt habere arma ſimilia, puta Anglus, & Italus, propter locorum diſtantiam.

Octauus caſus eſt, in quo licet ſit paritas in ſigno, tamen eſt diſparitas in colore: vt ſi vnus faceret leonem aureum, alius argenteum, vel rubeum: vel vnus aureum in campo rubeo, alius in campo viridi, vel turchino: vel vnus geſtaret leonem totum aureum, alter leonem aureum cum vngulis rubeis, aut pro media parte aureum, pro altera vero argenteum. Vel ſi alter faceret leonem in banderia, qui reſpiceret verſus haſtam, & alter faceret leonem in banderia, qui terga verteret ad haſtam. Nam ſunt diſſimiles: quia leo, qui reſpicit haſtam venit, & ille, qui terga vertit ad haſtam, vadit. & idem ſi quis faceret leonem rumpentem, & alter leonem ſedentem, vel deambulantem: vel ſi quis faceret leonem caudam geſtantem per terram, & alter caudam leuantem, & erectam habentem: vel ſi leo vnius aſpiceret in cœlum, & leo alterius caput in terram inclinaret: vel ſi quis feceret ſtellam cum octo radiis, alter vero cum ſeptem. Aut ſtella vnius eſſet cum radiis paruis, & alterius cum radiis longiſſimis: vel cum radiis pro parte longis, & pro parte paruis. Vel ſi quis faceret lunam creſcentem, alter decreſcentem. Vel

ſi quis

Digitized by Google

ſi quis faceret arma, vel inſignia in colore viridi claro, alter vero in obſcuro viridi. Vel ſi quis faceret Aquilam apertis alis ſedentem, alter Aquilam ſtrictis alis ſedentem: vel ſi Aquila vnius haberet campanas paruas in pedibus, alia nullam: vel ſi quis faceret roſam rubeam, alter roſam rubeam cum frondibus, vel ſi quis faceret arborem cum frondibus, alter cum floribus: vel ſi quis faceret arma vel inſignia conſimilia; tamen aliqua liſta eſſet in ſcuto: vel per tranſuerſum, quæ non eſſet in alio, & ſic de ſimili. Quia data vna diſſimilitudine, etiam paria iudicabuntur diuerſa; quia ſufficit, quod arma vel inſignia mea differant à tuis tali ſigno, vel demonſtratione: quod detur diuerſitas. Nā ſi vnus faceret equum album, qui æqualiter ſe moueret in altum cum pede dextro, & equus alterius albus ſe moueret in altum cum pede ſiniſtro, vel ſi equus vnius eſſet cum fræno, alter ſine fræno, vel alter equus haberet balſana, alter non: tunc non erunt æqualia arma, vel inſignia. Vel ſi arma, vel inſignia conſiſterent ex liſtis albis, & rubeis, & in vno præcederet liſta rubea, quæ eſſet de campo, & in alia præcederet liſta alba, quæ eſſet ſimiliter de campo, & eſſent eo caſu, quo ambo haberent vetuſtatem temporis, nec apparet quis primo habuerit: tunc ſi vnus diceret, pugnemus quis primo debeat deferre & vti talibus inſignibus, non debet audiri, quia nemo tenetur ſe ſubmittere viribus formæ in rebus certis. *l. 2. ff. de con. & demon.* Quia vt dicit Paris de Put. quæſtio facti non eſt ſorte dirimenda.

Fuit alias ſimilis quæſtio in hac ciuitate Heduenſi inter nobilem virum Guillielmū de Cluny, & honorabilem virum Antonium Charuot huius ciuitatis receptorem, qui contendebant inter ſe, eo quia dictus de Cluny dicebat, quod non licebat alteri deferre duas claues aureas in campo azureo, cum eſſent arma illorum de Cluny. Ex parte cuius Charuot dicebatur, quod poterat illas in ſcuto quartelato portare cum armis ſui patris, eo quia eius mater erat ex proſapia, & cognatione de Cluny, &c. Pluraque alia hinc inde allegabant: tandem venerabilis, & ſcientificus vir, magiſter Ioannes Charuot, qui tunc erat conſiliarius Parlamenti Diuionenſis, Canonicus Heduen. & præpoſitus noſtræ dominæ Heduen. ſubtilis, & cautus dicebat claues, quæ erant in armis ſuis, & ſui fratris non eſſe ſimiles clauibus exiſtentibus in armis illorum de Cluny: quoniam ſuæ erant perforatæ, aliæ vero non: ex quo erat differentia, & diſſimilitudo inter eaſdem. Tandem quia prædictus Guil. de Cluny fregerat vitrinas exiſtentes in eccleſia Sancti Pancratii, vbi erant depicta arma dicti Charuot, fuit condemnatus ad illas reficiendum, & ſuis expenſis fuerunt refectæ, prout prius erant, cum armis, in quibus ſunt adhuc duæ claues; ſed an ſint perforatæ, vel non, ignoro.

Nonus caſus vltra caſus poſitos per Paridem, eſt quando eſſent duo eiuſdem cognominis, cui cognomini ambo arma adaptari poſſent: ex quo idenditas cognominis inducit præſumptionem agnationis. *l. cum precum. C. de libera. cauſa.* ideo videtur, quod ipſi poſſint eadem arma deferre, vt ſupra tactum eſt *in 42. concluſ.*

QVadrageſimanona concluſio. Sicut arma, & inſignia recipiunt in ſe differentiam, ſeu diminutionem, etiam licet proueniant ex eadem domo, & familia puta per bordaturam, lineaturam, bendam, barram, lambentia, aut alia huiuſmodi, vt dictum eſt ſupra *in 20. concl.* & latius inferius dicetur *in 77. concl.* Sic etiam ſimilia arma, vt arma eiuſdem nobilitatis, aut ſimilia inter ſe ex paritate domus, & familiæ, aut alias, recipiunt excellentiam & augmentum decoris, & honoris ex officio, aut dignitate deferentis talia arma, & ſic ex perſonis ea geſtantibus, vt ſupra dixi *in 36. concl. verſic. & dixi.* quod multis modis contingit. Ita quod plures ex aliquo, vt ex officio, dignitate, ſeu antiquitate, vel omnibus aliis modis quibus quis fit honoratior, & præcellit alium, ſic & arma ex eiſdem excellentiam recipiunt, & augmentum honoris: vt ſi ſint plures habentes ſimilia, &

conformia arma, tamen vni aliquid addi poteſt in augmentum ex dignitate perſonæ, ſeu officio, quod alteri non liceret, puta ſi vnus vt ſimplex nobilis, qui in Francia dicitur ſcutifer, à ſcuto ferendo, qui certa arma ſeu Scutum armorum ſimpliciter deferat. Alter vero, qui conformia arma ex origine, vel alias gerat, ſi efficiatur maior dignitate, vel officio, vt inter plures fratres vnus ſit Imperator, poteſt tymbrare arma ſua triplici corona. Si vero rex armis ſuis licite ſuperaddere poterit tymbrum ex corona ſua vltra tymbrum extraordinarium, & voluntarium. Sola tamen corona ſuper regalia inſignia, & arma poſita nullam denotat & demonſtrat aliarum regalium domorum, & à ſanguine regio deſcendentium differentiam, vel diuerſitatem. ſed potius denotat, & demonſtrat illarum principium, & caput, & eaſdem eiuſdem capitis fore, & eſſe membra. vt *in l. cum in diuerſis. ibi; mihi autem videtur illum religioſum eſſe, vbi quod principale conditum eſt, id eſt eius caput, &c. ff. de reli. & ſumptib. fune.* ita tenet G. de Monteferrato *in tract. de ſucce. reg. in 2. dubio. num.* 18. Aut ſi ſit Dux, Comes, vel Marchio tymbrum ex pileo dignitatis ſuæ, vel Papa ex tiara. Cardinalis ex pileo rubeo. Patriarcha ex cruce. Epiſcopus ex mitra, & baculo paſtorali, qui in vulgari crocea dicitur. Protonotarius ex pileo nigro duplicato viridi colore, & omnes milites etiam ſi ſint Principes, vtuntur ſupra arma galea exornata cum quadam no. ſeu diuiſa, quæ fit aut per ſignum alicuius animalis, aut alias extraordinarie, & voluntarie, vt eis expedit: ſic quod ex talibus tymbrantur arma exiſtentium in dignitatibus, & iſtud eſt auctarium quoddam, quod & inuentum eſt, prout forte corollarium olim apud Romanos. Solent tamen etiam aliqui propter ipſorum multiplicationem, & augmentationem de gratia, honeſtate, & mera liberalitate ſignum aliquod vel differentiam aliquam in ſuis armis apponere, non ad hoc, vt compelli valeant, vel ad hoc, vt propter talem differentiam in armis appoſitam aliquid iuris alicui de agnatione, vel familia illa acquiratur: ſed potius vt ab aliis, & ſingulis de illa agnatione dignoſcatur, & diſcernatur, quod licet vt nomini prænomen additur, vt *in l. vnic. C. de mutat. nominis.* vt plene per G. de Monteferrat. *ti. de ſucc. regum in 2. dub. num.* 19. Ad minus ad hoc, vt quis poſſit addere tymbrum ad arma ſua requiritur, quod habeat aliquam dignitatem, vltra nobilitatem, aut quod ſaltem ſit miles, hoc eſt, eques auratus. & vt communiter videmus in duellis, & torneamentis nulli licitum eſt, nec ſolet quis tymbrare arma, niſi ſit ſaltem eques militaris, vulgo *Cheualier:* & ita ſe habet vſus, quod ſoli ſcutiferi non ſolent tymbrare arma ſua: & vt communiter videmus tymbrum tale ſumitur ex voluntate capiētis, ſed magis communiter ſumitur ex aliqua parte, quæ continetur in armis: puta Imperator tymbrat galeam ſuam ex Aquila, Rex Franciæ ex lilio: plures tamen diuerſa animalia circumpoſuêre. Nam recitat Gaguinus *in ſuo Chron. ſuper Francorum geſtis, in vita Regis Caroli VI.* quod accidit quodam die, vt Siluanectum Carolus venandi cauſa ſe contulerat, canum latratibus excitatus in fugam ceruus æneam torquem collo gerere viſus eſt, quem venabulis, aut ferro appeti rex prohibens, in caſſes & retia compellit. erat in torque Latinis literis ſcriptum: *Hoc me Cæſar donauit.* Ex eo tempore Carolus ceruum alatum auream coronam collo geſtantem pro inſigni habuit. & regiis inſignibus (quæ liliis aureis tribus conſtant, vt ſæpe dictum eſt) hinc atque hinc cerui duo apponi conſueuerunt: hæc ille. Saltem Carolus VII. Ludou. II. & Carol. VIII. reges Francorum ſcutum regium duobus ceruis lateraliter illud tenentibus circundatum, & etiam vela regia eodem modo ornata geſtarunt, & merito cum ceruus Gallis regibus præſertim bona fortuna ſemper fuit, vt inquit G. Bened. *in ſua repe. c. Ray. in ver. vxorem nomine Adelaſiam. numer.* 894. *cum duob. ſequentibus. extra. de teſta.* Ludouicus vero XII. Francorum rex, ſcutum regium hiſtricibus ab vtroque latere ornabat, vel ſcuto hiſtricem ſupponebat. Nam hiſtrix animal eſt habens pinnas aculeatas, & porcus pungens,

Digitized by Google

pungens, ſeu ſpinoſus appellatur, vndè Calphurnius:

Venit & hirſuta ſpinoſior hiſtrice barba.

Franciſcus vero Rex nunc imperans ex ſalamandris duabus & communiter habentes in ſuis armis lilia tymbrant ex liliis quadratis, vt olim fiebat in armis ducum Burgun.

Aut vero ornantur aliquo alio inſigni; & tunc aut ordinario, puta in rege Franciæ, & aliis militibus ordinis S. Michaëlis, qui vulgo apud nos dicuntur *Les cheualiers de l'ordre.* qui geſtant torquem aureum circundantem eorum arma, in quo ſunt coclearia, *Coquilles* Gallice, affixa: & in infima parte imago ſeu repræſentatio S. Michaëlis aurea eſt appenſa (quem quidem ordinem militarem in honorem Michaëlis Archangeli protectoris regni ſui Rex Lud. XI. inſtituit, & perpetuo fundauit:)

Milites vero ordinis velleris aurei, à Philippo II. duce Burgundiæ inſtituti, geſtant torquem aureum, in quo vellus aureum, hoc eſt aries lanam auream ferens pendet: & dicitur apud nos *la Thoiſondor*, vt publice videri poteſt Diuione in capella ducum Burgundiæ.

In Anglia vero milites ordinis regis Angliæ zonam deferunt, quam dicunt, *la l'arretiere*, & ſic de aliis. Et talia inſignia non poſſunt deferri niſi ab illis qui deſcripti, recepti, & deſignati fuerint in illo ordine: & ex illis inſignibus plus decorantur arma talium, maioremque laudem, & excellentiam merentur. Et ſic licet duo habeant paria arma, vt dictum eſt, cui tamen talis præeminentia conceditur, & ſua arma modo prædicto exornata ſunt præferenda, & maiori honore extollenda erunt.

Aut vero extraordinario inſigni, ſeu ornatu arma illuſtrantur, vt communiter fit in aliis non habentibus talem ordinem, ex quo poſſunt ferre ornatum extraordinarium, qui tamen ſunt conſtituti in magna dignitate, etiam vſque ad clariſſimatum; & tunc tales ornatus ſeu inſignia fiunt ad voluntatem cuiuſque, vt iam prædixi, ex quibuſdam variis & diuerſis ſignis, quæ magis conformantur, aut eorum armis, ſeu dignitatibus & officiis. Nempe aliqui ſibi aſſumunt arborem circumdantem arma, alii laqueum amoris, alii angelos, quidam homines ſilueſtres, aut puerulos nudos, aut alia ſigna, & hæc ſolum cõpetere videntur magis nobilibus & in dignitate aut officio conſtitutis: ita quod ſi ſimplex ſcutifer deferat arma cum tymbro, videtur quod à milite aut ab alio habente dignitatem vltra ſimplicem nobilitatem prohiberi poſſit, aut ad eius requæſtam per ſuperiorem prohiberi poteſt, ne portet tymbrata, ſeu vt ferat tymbrum.

Sed ſi ſuperior non habens iuriſdictionem in talem ſcutiferum deleret arma ſcutiferi ſua autoritate, an daretur tali actio iniuriarum: vide ſupra *in concluſ.* 29.

Aduerte tamen, quod per hæc augmenta non eſt dicendum, quod ſint arma alterius ſpeciei, nec quod differant ſpecie. Ita quod ſi ſimplex ſcutifer tanto tempore quo fuerit ſcutifer, portauerit ſua arma ſine tymbro: ſi poſtea ratione, & ex cauſa dignitatis, aut officii ſuperuenientis tymbrauerit, non propter hoc dicentur noua arma, ita quod in ſe differant aliqua ſpecie, ex quo non eſt augmentum in parte ſubſtantiali, ſed eſt tantum additio, & qualitas circa accidentia, quæ non faciunt rem differre ſpecie, vt eſt gl. notabilis *in verbo, anno. in l. fi. §. quoties. ff. de publicanis.* not. Bar. *in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur.* Ang. *in l. & an eadem. §. aliis. in princ. ff. de exce. rei iud.* vbi dicit, quod differentia penes ſolam qualitatem non facit rem eſſe aliam. & dixi in præced. conc. *verſic. ſeptimus caſus.* Dummodo vera rei eſſentia non ſit immutata, not. Bartol. *in l. 1. colum. 4. ff. de act. & obl.* facit quod habetur *in cap. cum Martha. §. quæſiuiſti. de celebratio. miſ. extra.* vbi dicitur, quod accidentia poſſunt miraculoſe, & non aliter mutare ſubiectum. Ad prædicta facit bonus text. *in l pacta conuenta. in princ. ff. de contrahen. emp.* vbi dicitur, quod augmentum, vel diminutio circa accidentalia contractuum non reponunt contractum in diuerſo eſſe, nec per ea intelligitur ab eo in ſubſtantialibus receſſum: de quo etiam per Bart. & alios *in l. in conuentiona-*

Digitized

uentionalibus.ff.de ver.obl. dum tangunt an ſi per contrahentes addatur ſtipulationi prætoriæ, vel ſtipulatio prætoria alteretur, deſinat eſſe prætoria, vel conuentionalis. Et ex hoc infert Ang. *in d.l. & an eadem.* §.1.ad quæſtionem, quæ fuit de facto. Nam productum fuerat quoddam teſtamentum animo inſinuandi, quod habebat adiectionem certarum qualitatum: aduerſarius autem recurſum habuit ad protocollum, & fecit teſtamentum punctualiter, extrahit prout ſcriptum erat in protocollo.& quia ſcriptura reperiebatur diuerſa ratione dictarum qualitatum, dicebatur inſinuatio nulla; quia non fuerat requiſita, prout ſcriptura emanauerit. Contrarium dicit Ang.quod valuerit inſinuatio, quia illa variatio circa illas ſolas qualitates non facit aliud eſſe, vel cenſeri teſtamentum.per illum text. quem in ſimili allegat Spec. *in tit. de iura. cal.* §. *ſequitur. ver. quod ſi moueo.* facit quod dicit Bar. *in l. ſi fundus.* §. *ſi res. per illum text. ff. de pig.* Quod additio qualitatis non extinguit hypotheca, facit quod dicit Bald. *in l. fundi. ff. quibus mod. vſusfr. amitt.* quod mutata forma in acceſſoriis, non perit ſubſtantia. per illum text.facit text. *in leg.* 4. §. *modum. ff. de ſerui. tit. generali.* vbi modus adiectus ſeruituti, non facit deſinere ſeruitutem: quod eſt intelligendum in qualitatibus accidentalibus,non ſubſtantialibus,vt ſunt prædictæ in armis, ſcilicet tymbrum,litera, & zona, licet ſecus ſit de qualitatibus ſubſtantialibus, quæ ſunt in ipſis armis, vt videmus in armis aliquorum principum Franciæ ex proſapia regali, qui habent lilia ſicut rex: tamen quia habent qualitates ſubſtantiales additas eorum armis vltra arma regis, vt in duce Borboniorum, qui pro armis vltra tria lilia habet bendam in medio ſcuti tendentem à parte dextra ad ſiniſtram. In duce Aurelianenſi, qui habet tria lambētia ex tribus liliis: & ſic de ſingulis. Et talia ſunt arma dicta, & diuerſa ſpecie ab armis regis Franciæ, licet omnia habeant tria lilia aurea in ſcuto azureo: quoniam talia ſuperuenientia reponunt prædicta arma in diuerſa ſpecie:& etiam idem dicendum eſt de aliis diminutionibus aut augmentis, quæ fiunt in quibuſdam armis ad cognoſcendum quis ſit primogenitus, & ſic quis portet arma plana, quoniam alii poſtea geniti ea geſtare debent cum aliquali diſtinctione, vt ſupra pluries dictum eſt.

Intellige etiam dummodo ex adiectione qualitatis non mutetur forma primi actus, quoniam hoc caſu adiectio non mutat id, cui adiicitur: ſecus vero ſi fiat mutatio formæ; tunc reponit rem in diuerſa ſpecie, vt per Inn. *in c.* 1. *de conſec. eccleſia vel altaris.* dum dicit, quod ſi augeatur altare, non deſinit eſſe altare, nec perit conſecratio. Et eſt ratio huius dicti: quia vbi mutatur forma, noua forma dat nouum eſſe. *l. Iulianus.* §. *ſi quis. ff. ad exhib.* ſed vbi non mutatur, ſed aliquid exterius additur: licet illa adiectio faciat differre in plus aut minus, ita quod vna ſit maior, aut minor propter adiectionem, non tamen dicitur alia à prima; vt videmus de illo, qui promiſit dare ſchachum mattum cum pedona, quod poteſt dare cum pedona facta domina, vt tenet Ba. *in l. ſenat. ff. ſenat. & in l. ſerui lega.* §.1. *ff. de leg.*3.

Sequeretur ergo ex prædictis, quod ſi hæc adiectio non mutet ſubſtantiam ſpeciei, ſed ſit eadem, quod idem erit dicendum de vna, ſicut de alia: & ſic quod ſicut illud, quod eſt principale, ſcil. arma ſimplicia competent omnibus de familia in quo ſunt, etiam ſi ſint tantum ſcutiferi, quod etiam adiecto omnibus competat, cum ſequatur naturam ſui præexiſtentis, ſeu eius cui accedit. *l. etiam. vbi Bar. Bal. & doctor. C. de iure dotium. l. quod in rerum.* §. *ſi quid poteſt. ff. de leg.*1. vbi idem iuris eſt in augmento dotis, & rei legatæ, quod in ipſa dote. faciunt plura quæ ponit Albert. Brun. *in tractat. de augemento. in* 5. *concl. principali.* quod ibi ampliat in pluribus.

Sed tamen ſecus eſt hoc caſu, vbi iſta augmenta non accedunt armis, tanquam illa contingentia, ſed tanquam re & conſenſu ſeparata: & non ipſi rei ſimpliciter de per ſe accedunt, ſed in fauorem tantum perſonæ, qua extincta, extinguitur & adiectio. Sicut in ſimili dicitur de caſtro cōceſſo, in quo nō venit

iuriſdictio

Digitized by Google

iuriſdictio perſonæ cohærens, ſed illa tantum quæ caſtro cohæret, vt dicit Bart. *in l. ſi aliena. §. 1. ff. de vſuc.* & patet *in l. ſi Titio. §. fi. ff. de vſufr. & in l. interdum. ff. de vſu accreſ. & in l. 3. §. 1. ff. quemadmodum vſuſ. amitt.* vbi pars vſusfructus vacans accreſcit etiam illi vſufructuario, qui portionem ſuam iudicialiter, vel aliter amiſit, & non proprietati, eo quia vſusfructus perſonæ debetur.

Hinc ex his concludo, quod ſi Baro, Comes, Dux, aut Rex, qui dignitatis ratione vt dictum eſt tymbrare poſſunt & littrare, decedat relictis pluribus filiis: ſi primogenitus habeat ſolus illam dignitatem, quæ ratione eius perſonæ tribuat illam adiectionem, puta quia Baro ſolus, Comes ſolus, &c. poterit ſolus illam adiectionem deferre, & non alii (licet etiam habeant principale, ſcilicet arma domus, & familiæ) poſſunt illa adiectione vti. Cum tantum (vt prædictum eſt) videatur eſſe data ratione dignitatis perſonæ. Et ita videtur tenere idem Albertus *in d. 5. con. principali. in 4. limitatione illius.* Et hoc; quia illa dignitas non extinguitur cum perſona, ſed ſi eſſet dignitas, quæ extingueretur cum perſona, vt in milite, capitaneo, ſiue principali, ſiue præpoſito laborum, de quo proxime dicam, tunc extincta perſona, licet principale, ſcilicet arma tranſeant ad ſucceſſores, & filios, non tamen illa augmenta, ſed extinguuntur cum perſona, & in hoc non ſequuntur naturam præexiſtentis: quod eſt verum in his, quæ fiunt aut fieri debent in vita, ſed in his, quæ fiunt in ſepulturis, illorum etiam filii aut parentes pro pompis funerabilibus eorum poſſunt geſtare arma tymbrata & littrata, & eis zonam facere lugubrem in loco ſepulturæ, quæ cõſueuit fieri exiſtentib. in dignitate.

Sed videre reſtat, an omnibus habentibus tamen iuriſdictionem omnimodam, altam, ſcilicet mediam & infimam, non tamen honoratis ſeu conſtitutis in dignitate, aut officio: in armis ſuis tymbra, aut littra. ſeu in eorum pompis funeralibus zonæ funebres fieri poſſint in loco ſepulturæ, ad ponendum arma eorum vbi habent omnimodam iuriſdictionem. In hac patria ducatus Burgund. antea pauci vſi ſunt hac zona ſeu littra in pompis funeralibus. Sed à certo tempore citra domini terrarum habentes omnimodam iuriſdictionem vti volunt dicta zona circumdando eccleſiam, aut capellam, in qua inhumantur, intus & foris zona nigro depicta, & ſuper ea fiunt, & pinguntur eorum arma tymbrata & ornata: quod an fieri poſſit, aut ex eo ſolum, quod iuriſdictionem habent omnimodam, aut quod requiratur, quod ſint, & fuerint aliqua dignitate conſtituti, ſaltem militares equeſtres. Nam cum de his nihil ſcriptum reperiatur in volumine noſtratum conſuetudinum, ideo ad ius commune recurrendum eſt. Sed cum de iure pauca reperiantur, ideo videretur dicendum, quod ſit recurrendum ad conſuetudines vicinarum prouinciarum, vt notatur per gloſſ. magnam *in can. conſuetudo. 1. diſt.* quæ allegat tex. *in cap. ſuper eo. extra. de cenſib.*

Cum ergo ſit conſuetudo expreſſa in aliquibus partibus & prouinciis Franciæ (cui Burgundia ſubiicitur, cum ſit de feudo, & paritate Franciæ) quod etiam vaſalli caſtellanorum ſimplices, dummodo habeant iuriſdictionem ſupremam ſine aliqua dignitate, aut habeant aliquod ius in eccleſia, ſeu ex conſuetudine, vel ex antiqua fundatione, etiam inuitis caſtellanis poſſunt littram, & tymbram facere in eorum armis, vt habetur *in conſuetudinibus patriæ Turonenſis, tit. de iuribus caſtellaniæ. §. 3.* Ideo videtur dicendum, quod hæ præeminentiæ ſeu prærogatiuæ, & facultates debentur non ſolum ratione dignitatis, aut officii, verum etiam ratione & ex cauſa altæ iuſtitiæ, cum iuriſdictio tribuat dignitatem. dictum eſt ſingulare Bald. *in cap. vnico. §. cæteri. quis dicatur dux, marchio, comes, in vſibus feudorum.* & dixi infra *in 11. parte, in 7. conſid.*

Si ergo etiam in dictis locis poſſint tales facultates, & præeminentiæ competere habentibus tantummodo iuriſdictionem, & vaſallis caſtellanorum: multo fortius competere poterunt vaſallis principum habentibus iuriſdictionem altam, & ſi in illis locis, multo fortius in Burgundia, vbi domini habentes

bentes altam iuriſdictionem, habent etiam in multis iura regalia, quoniam percipiunt confiſcationes damnatorum, vt *in tit. des confiſcations, art. 1. in lib cõſuetudinario ducatus Burgund.* Habet & ius bannizandi, faciendi proclamata, tenendi foreſtas, & flumina bannalia, quæ ſunt de regalibus, & alia huiuſcemodi plura eiſdem ſunt conceſſa: ergo à fortiori habent ſupradictas facultates, & præminentias, quæ non reperiuntur eſſe expreſſe reſeruatæ Principi, & cum ſolum fiant ex conſuetudine, aut ex quadam laudabili obſeruantia in ipſis pompis funeralibus principum, magnatum, & aliorum dominorum: ideo dicendum eſt, quod non tamen ſunt permiſſæ, imo etiam vtiles, & honeſtæ, & quam plurimum laudandæ, vt dixi inferius *in 2. par. in conſideratione*, vbi fit mentio de honorib. exhibendis in ſepul. & funeralib. mortuorum. Et cum talia non reperiantur dominis habentibus altam iuriſdictionem prohibita, quare non videantur illis permiſſa, cum quod non eſt prohibitum, permiſſum eſſe cenſetur. *l. nec non. §. ſed quod eu. ff. ex quib. cau. maio. in l. ſcientiam. §. qui cum. in gl. permittunt. ff. ad legem Aq.* notatur *in l. certa forma. in gl. fi. C. de iu. fiſci. lib.* 10. & cui licet plus, licet & minus. *c. cui licet. de regul. iur. in 6. & l. non debet, cui plus licet. ff. e.* facit *l. 1. §. 1. ibi: & hi quib. non interdicitur teſtimonium, nec vlla lege à dicendo teſtimonio excuſantur. ff. de teſtib.* & quod non mutatur, ſtat. tex. *in l. ſancimus. §. 1. C. de teſt. & l. præcipimus. in fin. C. de appellation.*

Maxime etiam cum tales zonæ non ſint de reſeruatis Principi, imo ex communi vſu, qui in his multum attenditur, vt dixi in multis locis, Principes & magnates in dignitate conſtituti non ſolent has zonas facere, verum loco illarum cinguntur, & ornantur eccleſiæ vbi ſepeliuntur pannis, aut laneis, aut ſericis nigris intus, & foris. Inferiores tamen à Principibus, qui non poſſunt commode cingere eccleſias ex dictis pannis, ſolent facere has zonas, ſeu littras ex pictura nigra, vbi ſepeliuntur, dummodo ibi habeant iuriſdictionem omnimodam, aut ſint patroni, & fundatores in illis. De ratione iuriſdictionis dixi, de iure vero patronatus patet: eo quia habet ius honorificum, & debetur ei honor: & ſi in vita (vt clare probat Rochus de Curte *in ſuo tract. de iure pat. in verb. honorificum*) ita etiam in morte & in ſepultura, vt dixi infra *in 2. par. in 5. conſid.*

Et cum alias fuiſſem interrogatus de quodam nobili huius patriæ, qui habebat altam iuriſdictionem in cancello cuiuſdam eccleſiæ parochialis, eo quia circumcirca dictum cancellum, & in ambitu illius iuriſdictionem habebat: imo ex conſequenti, eccleſia, quæ eſt in finibus ſuæ iuriſdictionis exiſtentis in illa parte cancelli, erat & in ſua iuriſdictione. arg. notator. *in c. ſi diligenti. & ibi Hoſt. Pan. & Henric. Boich. extra de foro compe.* Qui quidem nobilis erat in dignitate conſtitutus: quoniam erat præpoſitus laborum vnius ſocietatis centum militum armatorum, quem in vulgari dicunt *Porteur d'enſeigne d'une bande*, qui ſunt in dignitate, ſeu ordine clariſſimatus, vt eſt tex. *in l. vnica. & ibi Lucas de Pen. C. de præpoſ. lab.* dixi eo caſu, quod vti poterat in pompis funeralibus tali facultate, præeminentia, & prærogatiua faciendi zonam in dicta eccleſia: cum notorium ſit etiam ex generali conſuetudine Franciæ, quod Capitanei belli (qui etiam tamen in dignitate clariſſimatus eſſent) vtantur talibus iuribus, & facultatibus, imo maiori, cum ante ſe deferre faciant & galeam, & vexilla militaria quibus vtebantur in exercitu. Idem ergo erit dicendum de dictis prępoſitis laborum, cum ſint eiuſdem dignitatis. Et crederem, quod tales præpoſiti laborum etiam poſſent in eorum pompis funeralibus deferri facere vexillum, cum ſit apud nos officium ſeu dignitas, quæ non conceditur ab ipſo Capitaneo, ſed à Principe. De galea autem quod ante ſe deferri poſſit, etiamſi non eſſet eques auratus, non dubito. Militibus autem equeſtribus ante eorum corpora in pompis funebribus deferuntur & galea, tunica militaris, enſis, calcaria, manicæ, les genteletz, &c. de huiuſmodi dicam infra *in d. 2. par.* cum tales habeãt dignitatem, vt habetur *in l. 1. & ibi not. C. de equeſtri dign. lib.* 12.

Et ad-

Et aduerte, quod littra, & zona idem ſunt, ſed zona non cingitur, nec clauditur ab omni parte, littra vero ſic: hanc differentiam accepi à nonnullis nobilibus patriæ Turonenſis, qui his maxime vtuntur.

QVinquageſima concluſio. Inſignia, ſeu vexilla alicuius ſocietatis, ſeu exercitus, habentis Capitaneum, vel magiſtratum, debent remanere penes illum. Bart. *in d. tract. de armis*, allegat pro hoc text. in ſimili *in l. pecul.* §.1. *ff. de legat.* 2. ſed melius facit text. in ratione ſui, *in cap. dilecta. de exceſ. prala. extra.* vbi apud illum, qui eſt caput, ſigillum remanere debet. Et facit pro hac parte ratio inconuincibilis: quia ex quo ille eſt maior, debent remanere inſignia apud eum. arg. *l. fin. ff. de fi. inſt.* facit *l. quæ ſunt cautiones. ff. fam. erciſc.*

Et ſi ſint plures magiſtri, ſeu Capitanei, aut domini alicuius ſocietatis, inſignia illius tranſeunt, & deueniunt in illum, qui eſt magiſter maioris quantitatis ſociorum. *l. actione.* §. *Labeo. in fin. ff. pro ſoc. & d. leg. ſi quæ ſunt cautiones. in princ. ff. famil. erciſc.* & minor pars maiori cedit. *arg. l. in rem.* §. *item quæcunque. ff. de rei vend. l. quæritur. ff. de ſtat. hom.* & dicit text. *in c. quæ contra. in fin.* 8. *diſt.* quod in poteſtatibus ſocietatis humanæ, maior poteſtas minori ad obediendum præponitur, & maior numerus tranſcendit minorem. *not. gl. in ver. ſententiam. in Authen. vt iudices non expectent. &c.* §. 1. *colla.* 9.

Si vero ſit ſocietas vbi omnes ſunt æquales, nec vnus ſit maior altero, tunc forte dirimendum eſt, apud quem inſignia illius ſocietatis remanebunt, *d. l. ſi quæ ſunt cautiones.* §. 1. vnde quæri poſſet, an ſors ſit permiſſa. ſed de hac materia me remitto ad Bald. & dom. meum Iaſonem *in l. fi. C. communia de legat.* cum non ſit præſentis ſpeculationis.

Si autem in totum ſit finita ſocietas alicuius negotiationis, ſi vnus ſolus negotiator illius ſocietatis remaneat, debet remanere apud eum ſignum illius ſocietatis. Primo, quia aliorum non intereſt, etiam quamuis ſit diſſoluta ſocietas, tamen negotiatio remanet penes illum. Ergo iniquum eſſet, quod ſignum, quod erat acceſſorium negotiationi, diſſoluatur & ſeparetur ab eo. arg. *l. poſſeſſionis. C. communia vtriuſq. iud.* & vide Bald. *in l. 1. ver. item quæro. C. pro ſocio.*

QVinquageſimaprima concluſio. Vbi ſunt aliqua ſigna vnius artificii, in quibus principaliter operatur & attenditur qualitas loci ex beneficio, ſeu ex priuilegio, apud illum remanebunt inſignia ſeu ſigna, apud quem remanet locus ſiue ex beneficio, ſeu ex priuilegio, ſiue iure proprietatis, ſiue iure conditionis, ſiue in mala fide ibi remaneret toto tempore vitæ quo ibi remanebit; ita, quod ibi illo ſigno vti prohiberi non poteſt, quod videtur eidem competere, ſicut in cæteris iuribus realibus, quæ adhærent rei. arg. *l. omnia conſtitui.* §. *fin. ff. de ſerui. ruſt. prædio. l.* 2. §. *fin. & l. ſeq. ff. ſi ſeruitus vend. l. vſusfructus. & l. ſeq. ff. quemadmod. ſeruitus amitt.* Ponit exemplum Bar. in quodam caſtro, cuius nomen eſt Fabrianum, vbi artificium faciendi chartas viget principaliter, ibique ſunt ædificia multa deputata ad hoc, & ex quibuſdam ædificiis meliores chartæ veniunt: quia vt dicit Plin. ſpectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, leuor, hoc eſt leuitas, complanatio: ſeu terſitudo.

QVinquageſimaſecunda concluſio. Si ratione alicuius officii debeantur aliqua ſigna, ſeu inſignia alicui, ſi eidem conducatur officium tanto tempore, quo durabit côdictio officii, tanto tempore durabunt, & remanebunt apud illum inſignia alius officij. arg. *l. ſed addes.* §. *illud. ff. locati.* Exemplum de inofficioſo maioris Senemuri in Auxeto. Nã apud eos conducitur, & cum ſint ibi inſignia illius officii, quæ ſeruiunt communitati, ſeu vniuerſitati illius loci, tanto tempore, quo conducitur maioritas, tanto tempore remanent apud eum illa inſignia, quæ competunt ratione dicti officii maioritatis, ſcilicet inſignia ſeu ſigna quibus ſignantur, & mercanturmenſuræ tam vinorum, quam bladorum, & alia huiuſmodi.

Et iſtud facit ad omnia officia temporalia habentia ratione officii quædam inſignia; pone in ſigilla, veſtem, cappam, ſeu mantel-

 lum,

lum, aut caputium, miſſam, quæ deſeruiunt officio, quia durante officio, remanebunt apud tales officiarios, ſiue habeant ex conceſſione Principis, ſiue ex electione, ſiue ex cõductione, alias quouis modo.

QVinquageſimatertia concluſio. Quædam vero ſunt inſignia artificii, in quo principaliter bonitas artificii operatur, & iſto caſu ſi ſtant plures in vna ſtatione illius artificii, omnes poſſunt vti illo ſigno quaſi magiſter principalis illius ſtationis approbet illa opera, vt *in Authen. de tabell. §. nos autem.* & ibi notat. *gloſſ. in verb. ipſis per ſe. collat.* 4. Bartol. *in d. tract.* exemplificat in ſignis, quæ apponuntur in ſpartis, gladiis, & aliis operibus metallorum. In argento tamen & auro duo ſigna, ſeu marcæ communiter apponuntur, ſaltem apponi deberent: vnum quod eſſe debet commune omnium ad denotandum omnibus, quod opus eſt argenteum, vel aureum. Alterum vero ſignum illius operatoris ſeu artificis, ad deſignandum, quod opus eſt factum à tali artifice, inter quos vt plurimum lata differentia, vt dicit text. *in l. artifices*, longa differentia eſt, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & inſtitutionis. *ff. de ſolut.* Facit; quia ſæpe opera vnius plus valet, quam alterius, *vt in §. nam & ita. Inſtit. de ſociet.*

QVinquageſimaquarta concluſio. Si ſint plures in vna ſtatione vtentes vno ſigno, ſi ſeparentur, remanebit ſignum penes magiſtrum illius ſtationis, vel illum, qui principalis & maior erat inter eos, argum. *l. fin. ff. de fide inſtr.* quod intellige verum, quando eſt diſparitas inter eos, ita quod vnus eſt maior aliis. Secus ſi æquales; quia tunc forte dirimendum eſſet, apud quem remanere debeat. *dict. l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. fam. erciſ.*

Hæc autem maioritas conſideratur ex multis, vt quia pater cum filiis, vel quia frater antiquior cum iunioribus, vel quia vnus erat primo ſolus, qui vocauit alium ſecum in illa ſocietate, vel aliis pluribus modis, quibus poteſt arbitrari iſta maioritas ſeu ſuperioritas inter plures, de quibus *in dict. leg. fin.*

QVinquageſimaquinta concluſio. Arma depicta in muro probant murum eſſe illius, ſaltem pro illa parte, vbi ſunt ſua arma depicta. *l. qui liberaliter. & ibi Bart. in fin. ff. de ope. publicis.* Et ibi dicit Bart. notab. contra illos, qui abradunt arma alicuius, & ita dicit Boer. *in conſ. ſuo, in cap. qui habent parietem communem. poſito poſt Commentaria conſuetudinum ſeptena Bituricen.*

Et videntur arma aliquo modo probare iuriſdictionem & dominium, quoniam etiam, vt videmus, menſuræ locorum debent ſignari armis dominorum. *l. 2. Cod. de frumen. Alexandr. l. 11.* Licet olim ſignabantur nominibus dominorum, hodie vero armis. Cum arma ſint additamenta ad recognitionem agnationum, & nobilium, vt ante dixi *in 20. concl. circa fin.* Et vt communiter obſeruatur in rebus, in quibus quis habet autoritatem, facit nomen ſuum ſcribi & apponi, vt dicit Iacob. Rebuff. *in d. l. 2.* vt in monumentis, eccleſiis, capellis, ædificiis, & palatiis, quorum nominum loco hodie apponuntur per nobiles arma. vt dicitur hic, & etiam per Guid Papæ. *q. ſua* 49. & Bald. *in tit. qualiter feudum alienari poſſit circa fin. principii.* ex quibus conſtat, quod probari poſſit in hoc & dominium, & iuriſdictio per appoſitionem armorum in locis publicis. Sed vſus ſe habet, vbi plebeii & ignobiles apponunt nomen, nobiles & domini apponunt arma ſua. Sed an tales inſcriptiones probent, videatur ample per gloſſ. *in verb. patru.* & ibi doct. *extra de iurein.* Fel. *in cap. cum cauſam. col. 3. ad fin. de prob.* Angel. & Iaſon. *in. §. pœnales. col. 3. Inſt. de actio.* Bart. *in l. monumentorum. C. de religioſ.* vbi tenet, quod ſic, quoniam continet quod poſſibile. facit gloſſ. ſingularis *in verb. ſcribebat. in c. pulſatus. 3. q. 7. & in c. ſane. 2. in gl. dicticius.* 24. *q.* 2. & de imagine impreſſa in nummo, vide hic ante *in 35 concluſione.*

QVinquageſimaſexta concluſio. Perſtringendo paucis materiam armorum circa maioritatem, dignitatem, ſeu excellentiam ipſorum, quod in vnoquoque principatu & potentatu ſeu regno ſunt arma principis certa & determinata, quæ ſunt illi data &

Digitized by Google

ta & attributa in ſignum præeminentiæ, dignitatis & autoritatis, & quæ nemo alius illo modo, quo portat ille princeps, geſtare poteſt, nec debet, vt in regno Franciæ ſunt tria lilia aurea in campo azureo, quæ ſunt arma regis Franciæ cœlitus demiſſa, vt dixi ſupra *in 15. concl.* & dicam infra.

Et habentes arma ſua, quæ magis illis approximantur, & aliquid habent ex illis liliis, dicuntur eſſe digniores, & habere arma digniora. Iſtud probatur arg. text. *in c. perlectis. 25. diſt.* & per gloſſ. *in verbo, altiori. in §. aliam vero. Inſti. de bon. poſſ.* per quam gloſſam probatur, quod maior eſt & altior aliis, qui proximior eſt domino, & magis ſtat prope dominum. facit text. *in l. 1. ibi: pœna enim ſacrilegii ſimilis erit, ſi his honorificentia non deferatur, qui contingere noſtram purpuram digni ſunt æſtimati.* Et ibi not. *in gloſſ. fin.* quod quem princeps honorat, ab omnibus eſt honorandus, quæ pro hoc alleg. multos text. *C. de domeſticis. lib. 12.* Item ad prædicta facit text. *in l. vnica. C. de præpoſitis laborum. C. e. lib.* vbi dicit: *Nam & immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat.*

Cum ergo arma alicuius magis approximantur ſeu aſſimilantur armis principis, dicitur ille eſſe maior in armis, & digniora habere arma.

Sicut videmus in domo de Borbonio, quæ habet tria lilia aurea in campo azureo: ſed ad denotandum, quod eſt principe ſeu rege noſtro minor & inferior, habet cum illis bendam rubeam tendentem à dextra ad ſiniſtram.

Sed vnde hoc quod habet talia arma, cum deſcenderit ex rege Franciæ ſcilicet Ludouico, à quo deſcendit Robertus eius filius, comes Claromontenſ. & ab ipſo Roberto Ludouicus de Borbonio primus dux Borbonii? A quo quidem Ludouico deſcenderunt Petrus II. dux Borbonii, & Ioannes comes de la Marche, & ab illo Ioanne deſcendit Ioannes de Borbonio etiam comes dicti loci, à quo deſcendit Ludouicus comes Vindocinenſis, qui portat arma de Borbonio cum aliqua diſtinctione; quia in benda ſunt tres leones argentei, qui ſunt tantummodo poſiti ad denotandum, quod non ſunt primarii, ſeu principales de dicta domo Borbonia: ſed iam ſunt deſcendentes, & filii ſecundogeniti; quia ſecundogenitus non portat arma plana, ſeu integra domus principalis, à qua deſcendit, vt dixi ſupra *in 20. concl.*

Sic etiam ex Ioanne rege Franciæ deſcendit Philippus III. eius filius, qui fuit rex, & ex eo ortus eſt Ludouicus comes Eboracen. ex quo deſcendit Philippus rex Nauarræ, ratione cuius originis reges Nauarræ portant in parte ſcuti ſuorum armorum lilia cum benda argentea tendente à ſiniſtra ad dextram.

Similiter ex prædicto Philippo deſcendit Carolus comes Alenconien. & iſte Carolus & alii vſq; nunc, ratione quorum, quia ſunt de proſapia & ſanguine regali, portabant tria lilia aurea in campo azureo circundata ſeu bordata vna bordatura rubea ſeminata ex beſanis argenteis.

Eodem modo ex ipſo Ioanne rege Franciæ deſcenderunt duces Aurelianen. ex quo portabant pro armis tria lilia aurea in campo azureo habentia deſuper tria lambentia argentea, troys lombeaulx d'argent, in vulgari.

Et quia ex domo Aurelianenſi orti ſunt comites Angoliſmenſes, ideo arma illa portant cum iſta diſtinctione ſeu additione, ſcilicet quia cum lambentibus habent tria creſcentia rubea, hoc eſt, troys creſſans de guelle taux lambeaux. de quibus meminit ample Guillelmus de Monteferrato *in tract. ſuo de ſucceſſione regum in 2. dubio. num. 6.*

Sic dicendum eſt de comite Niuernenſi, qui pro armis etiam vtitur tribus liliis aureis in campo azureo, cum bordatura compoſita ex auro, & rubeo, & quæ participat de vtroque, & tantum de vno quantum de altero.

Pariter in comite Duenſi, qui etiam in cāpo azureo habet tria lilia aurea pro armis: ſed cum banda compoſita partim ex argento, & partim ex colore rubeo tendente à dextra ad ſiniſtram.

Plures ſunt alii principes, qui in ſuis armis

mis apponunt lilia tanquam exiſtentes de ſanguine & progenie regali: vt fuerunt duces Burgund. deſcendentes ex Philippo le Hardy, hoc eſt, audacis cognomine, duce Burgund. filio præfati Ioannis Regis Franciæ. Item duces Bituricen. Andegauen. & Memortii. Item Comes Arteſii. Nec alii talia arma portant, nec portare debent, niſi ſint ex proſapia regali, & deſcenderint aliquo modo ex progenie regali.

Aduerte tamen, quod omnes domus à ſtirpe regia maſculina deſcendentes ſignatæ & differẽtias, characteres & accidentia continentes in armis ſuis, vt ſupra viſum eſt, cum eis differant, ſunt ſeparatæ: quia cum in armis ſit quædam differentia ſiue ſignum, per quam, ſeu quod cognoſcitur, & dignoſcitur ab armis vnius ab armis alterius: imo denotat ſeparationem, & diuerſitatem, vt *in l. quod ſi neque. in §. materia. ibi; quas emptor ſignaſſet. ff. de peric. & commo. rei ven.* & illud ſignum demonſtrat aliquid præter id, quod in ſe eſt, ſcilicet domum, in quibus apponitur & dicitur quoddam accidens, quod per ſe non ſtat, vt *in leg. pacta. ff. de contrah. empt. & in l. Valerianus. ff. pretor. ſtipulat. & in d. §. materia.* cum igitur differant, ſunt ſeparata, *vt in cap. ſuſceptum. in fin. de reſcr. lib. 6. & in leg. fina. ff. de calumniat.* & plene de materia per Guil. de Monteferrato *in tract. de ſucceſsione regum. in ſecundo dubio. num. 7.*

Reperio tamen, quod domini de Turnone de Delphinatu, licet non ſunt principes, nec de Principibus Franciæ, portant & habent arma bipertita, & in media parte campi à parte dextra habent leonem ardentem, quæ ſunt arma Troiæ, in altera vero parte ſunt lilia ſeminata, quæ ſunt arma Franciæ, vt refert Ioan. de Maire *in illuſtrationib. Galliæ. lib. 3. cap. incipiente, touchant la citè de Troie.* Ex quo conſtat eos eſſe ortos à nobili, & antiqua progenie, ſcilicet à Troianis, vt ibidem dicitur, & deſcribitur. etiam præſumendum eſt, quod dicta lilia à regibus Franciæ eis conceſſa fuère: quod an fieri poſſit, ſupra videre potes *in 44. concluſ.*

Similiter Florentini habent pro armis, & inſignibus ſuis vnum lilium, quæ arma (vt legi) habent ab anno Domini 1265. & eiſdem tunc donati ſunt à Carolo, tunc Comite Andegauenſi, Prouinciæ, & Cenomani, fratre diui Ludouici Francorum regis; tum quia benigne receptus in eorum ciuitate; tum quia ſibi fauerent, dum iter faceret vna cum exercitu copioſo ad Siciliam, cauſa dicti regni adipiſcendi, quod ſibi donauerat Vrbanus IV. Papa: quia detinebatur à Naufredo hoſte, & perſecutore eccleſiæ Romanæ. Florentiam tamen denominauit (vt legi) Carolus Magnus Francorum rex à liliorum floribus Francorum inſignibus.

QVinquageſimaſeptima concluſio. Excellentia armorum etiam denotatur, & deſignatur ex conceſſione principis primæua, ratione officii aut dignitatis, de quo ſupra *in 26. concluſ.* vt fuit in Carolo Magno, qui conſtituit, creauit, & ordinauit XII. pares Franciæ, & vnicuique dedit & attribuit arma propria, ratione paritatis, vt in paribus viris eccleſiaſticis, quibus conceſſit, vt in armis eorum vterentur liliis aureis. Maxime quinque paribus eccleſiaſticis habentibus campum armornm eorundem azureum, cui adaptari poſſunt lilia aurea: ſed quia campus armorum epiſcopi Beluacen. vnus ex ſex paribus eccleſiaſticis eſt aureus, in quo nõ poſſunt adaptari lilia aurea, ne ſit metallum ſupra metallum, alias falſificarentur arma eiuſdem, ideo non habet aliqualia, prout archiepiſcopus Rhenenſis, & cæteri alii epiſcopi pares Franciæ.

Cæteris vero paribus Franciæ, ſcilicet ſex laicis dedit & conceſſit ipſe Carolus Magnus arma etiam diſtincta, & ſeparata, vt tandem cognoſcerentur, & diſtinguerentur inter eos ratione paritatis.

QVinquageſimaoctaua concluſio. Primo enim duci Burgundiæ (cui nomen Saxon erat) dedit pro armis ſuis in campo azureo vnam cotiſſam auri ex tribus petiis, ſeu partibus ſeparatis, & diuiſis cum vna cordatura ex rubeo, quæ in vulgari noſtro dicuntur,

ur, à vne cotiſſo dora troys piecis borde de gueulle, vt aſſerunt nonnulli. Et hęc prędicta arma ſemper ſoliti fuerunt portare duces Burgundiæ ratione ducatus Burgundiæ exiſtentis de paritate. Imo qui in ipſo ducatu vtuntur prædictis armis, præſumuntur, & vt audeam dicere, dicuntur eſſe de proſapia ducum Burgun. ſicut eſt videre in illis de Monteacuto, qui talia arma habeant, cum aliquali tamen diſtinctione.

Nonnulli tamen alias mihi retulerunt, quod iſta bordatura (vt ita loquar) non debet apponi in armis principalibus ducis Burgundiæ, eo quia bordatura eſt quædam diminutio ab armis principalibus. Et ideo cum nulla alia reperiantur apud nos ſimilia, quæ ſint principalia alicuius principatus, videtur quod talis bordatura ſeu circumpoſitio ex colore rubeo nō debeat in eiſdem armis apponi, ſed quod firit quædam additio in armis alicuius deſcendentis è domo ducum Burgund. ad denotandum differentiam inter principalia arma domus ducis Burgund. quæ debent eſſe plana, & deſcendentis, puta ſecundogeniti.

Sed quicquid ſit, ego credo quod arma ducis Burgund. quæ habuit & habeat Saxon dux Burgun. tempore ipſius Caroli Magni Franciæ regis, erat Cotiſſa ſex petiarum ex auro, & azureo æqualiter partito in campo rubeo. Et iſtud mihi magis videtur conſonari veritati.

Et iſta arma ſunt, & competunt duci Burgun. non ratione originis, ſed ratione paritatis ſeu dignitatis, cum ſit primus par Franciæ, & parium decanus. Et ideo videretur, quod deſcendentes ex eis non deberent vti talibus armis, ſaltem niſi primogenitus ducis, ſi ſic eſſet, quod eſſent donata ratione dignitatis ſeu paritatis. Sed potius videtur dicēdum, quod ſint arma patriæ ſeu principatus Burgund. & quod principes Burgundiæ, etiam ante tempora Caroli Magni talia arma portabant. Et iſtud credo verius.

Nos vero Hedui habemus nunc à tempore ducum Burgun. in armis noſtræ ciuitatis Heduenſis pro capite ſcutum ſeu arma ducatus Burgun. ad denotandum nos Heduos velle eſſe ſubditos principi, & illi ſubiici & obedire. Cum in ſignum ſuperioritatis ſint ſuperſita arma principis. prout ſupra dixi *in concluſ. 25. quæ in cap. licet vaſallus habeat arma, &c.* Et pro parte inferiori habemus leonem rubeum in campo aureo.

Audiui tamen à maioribus noſtris, quod aliis Hedui vtebantur pro armis ciuitatis, capitibus aprorum nigris in campo aureo. & hoc ante tempora Philippi le Hardi ducis Burgundiæ. Licet tamen ante aduentum Chriſti vterentur aliis armis, vt ſtatim dicam.

Nam eo tempore, quo ciuitas Heduorum erat principalis ciuitas, & caput Celtarum, & quo Druides regnabant, & ipſi Hedui principatum fere totius Galliæ obtinebant, in capite armorum eorundem ipſi Hedui habebant duo capita leonum aurea, in campo azureo, & in inferiori parte habebant in campo rubeo tres angues argenteos, in modum trium annulorum, ſeu circulorum inter ſe colligatos, & reuolutos, habentes & ponentes in ore eorum caudas cum tali rotunditate, quod erant in gyrum, ſeu in figuram orbis, prout ſequitur.

Antiqua Heduorum Inſignia.



Leoninarum

Digitized by Google

Leoninarum faucium ac ſerpentium diſticha Apoſtrophe.

Nos Drius Herculeo finxit pro pignore vinctas,
Hedua vincta ſtetit, vincta ſoluta ruit.

Fuerunt & tunc temporis multi ex Heduorum confœderatis, qui anguibus vtebantur. Maxime Bibractenſes (qui erant ex vrbe Bibractis, quæ erat vrbs Heduorum, & de clientelis eorum) & habebant in campo azureo duos angues argenteos in medio ſimul colligatos, & viperinis orbibus ſe implicantes in modum laqueiamoris, *dunt lacz d'amours*, Gallice, & capita eorũ eleuata quaſi ſimul colligata, curuantia à capite vſque ad colligátionem, & à colligatione media vſque ad finem campi partis inferioris caudas longas, tenues, pendentes, & in fine retortas, & in medio à quolibet latere prædictorũ duorum anguium, duo capita aurea leonum, vt infra patet.

Inſignia Bibractèorum.



Inſignis huius ad Heduos diſticha Apoſtrophe.

Auguſtdunei cognatos anguibus angues
Cerne, Bibracteam dum liquet eſſe fidem.

Druides vero Heduorum, qui tunc habitabant in quodam loco, hodiernis temporibus mons Druidum dictus, diſtans à noſtra ciuitate Heduenſi per vnum milliare, vbi adhuc reſtant veſtigia loci habitationis eorum: de quo latius infra dicam, *in vltim. part. in 17. & 59. conſid.* vtebantur pro eorum armis anguibus in campo azureo. habebant enim in parte ſuperiori ramum viſci quercinei, vngrameaul de guyg de chaſne, & in parte inferiori vnum cumulum paruorum anguium, ſeu ſerpentum argenteorum, quaſi nunc naſcentium, qui vulgo dicitur *coubée de ſerpens d'argent*, vt hac forma ſeu pictura demonſtratur.

Auguſtdunienſium Druidum inſignia.



Anguium & viſci ad eoſdem apoſtrophe diſticha.

Quærimus in omne, Druidis inſignia caſus,
Anguinum viſco relligione ſubeſt.

Alexienſes etiam tunc habebant arma ſeu inſignia, in quibus erat bos aureus in campo viridi, exiens de nube argentea.

Alexien-

Alexienſium Inſignia.



Effigiati bouis apoſtrophe diſticha.

En Deus iſta ſuo poſuit monumenta popello,
Cui ſtatuit ſedes, nomina, cuique modos.

Sed non mihi videntur habere apparentiam veritatis prædicta arma Alexienſium. Cum Hercules Lybicus, quam Alexiam conſtruxit, pro inſigni & armis vtebatur leone magno rubeo radente, & coronato, vt refert Io. le Maire *in illuſtrationib. Galliæ, lib. 1. c. 11. in fi.* poſt Io. Annium *in 7. lib. Commentariorum ad Beroſum.* Vel potius dicerem, quod Alexienſes etiam ſerpentibus ſicut Hedui, & Bibractenſes in armis eorum vti ſolebant, cum Hercules dictus anguifer, ſerpentarius, anguitenens, ſiue ophiuchus.

Inſequendo vero modum Heduorum, & tanquam ciuis & alumnus huiuſce ciuitatis, ballinatus, & diœceſis Heduenſis, pro armis habeo leonem, & eo in eiſdem vtor. ſed diuerſimode. Quoniam in armis noſtræ ciuitatis eſt rubeus in campo aureo, vt ſupra proxime dixi: ego vero eum bipartitum habeo, ſcilicet in parte ſuperiori, aureum in campo azureo, & in parte inferiori pro alia media parte, azureum in campo aureo, habentem per medium vnum filetum argenteum, & in dicta parte ſuperiori rapientem ſeu radentem ſuper mola molendinaria argentea, & ſuper illa cum rapacitate tranſeuntem.

Et non mirum, ſi leonem aſſumpſit in armis, cum tanquam Heduus inſequor naturam Heduenſium, qui habent tertiam leonis faciem pro horoſcopo ſuo, quæ eſt Martis, ſed leo ſolis totus eſt domus, & ſol aſcendens ſignificat, quod leonibus delectantur, eoſque pingunt in vexillis, teſſeris, piſtromatibus, aulæis, & id genus, vt iam dixi *in Commentariis noſtris ſuper proœmio conſuetudinum ducatus Burgun. in gloſ. Meßire Ferry de Clugny.* vbi cœleſtes influxus ſiderum ciuitatis Heduenſis deſcribuntur.

Proſequendo tamen principale noſtrum intentum poſt arma ducatus ſeu ducis Burgund. ſunt arma ducatus Normandiæ, quæ ſunt in campo rubeo duo leopardi aurei. & eſt ſecundus dux in regno par Franciæ, ſecundum inſtitutionem regis Caroli Magni.

Et maior videtur in Normandia, qui habet leopardum pro armis ſuis in campo rubeo, cum aliqua tamen diſtinctione, puto aliquo addito, vel diminuto. Si tamen aliquis filius regis Franciæ haberet nunc ducatum Normandiæ pro appanagio, pro armis vteretur principaliter, & in parte dextra in quartelato ſeu quartipartito ſuperiori, & inferiori à ſiniſtris liliis aureis cum aliqua differentia à corona regia, & in parte ſiniſtra ſuperiori & dextra inferiori ratione dignitatis, & officii (quia par Franciæ) vteretur armis ipſius ducatus, ſcilicet duobus leopardis aureis, aut vno tantum, cum aliquali diſcrepantia, vt dictû eſt ſupra, aut per bordaturam, bendam, aut alia, vt infra dicetur. Et quando talia arma accreſcant filiis regum Franciæ, cum dignitatibus, vide Guil. de Montefer. *in ſuo tracta. in ſucceßione Regum, q. 2. ibi; & deſcendendo ad altam partem huiuſmodi dubii, an arma eidem Franciſco accreſcant.*

Poſt iſtum ducatum etiam eſt alius ducatus (cuius dux erat de paribus Franciæ in ordine tertius) qui dicitur ducatus Aquitaniæ, & habet pro armis ſuis in campo rubeo leopardum aureum, de quo dicendum eſt, vt de præcedenti. Item ſimiliter dicendum eſt

K de

de tribus comitibus ſecularib. paribus Franciæ videlicet de comite Flandriæ, qui habet in campo aureo leonem nigrum.

Et de comite Campaniæ, qui habet in campo azureo potentiam contra potentiam auream, *potence contre potence d'or*, Gallice, cum ben ad argentea.

Item de comite Tholoſano, qui habet in campo rubeo vnam crucem auream, & ſupra illam aliam crucem rubeam.

Ex prætactis infertur, quod habentes aliquid de dictis armis in patria poſt arma Principis, illa ſunt principaliora, & ipſi dicuntur excellentiores & digniores: & ſic cõſequenter ſecundum quod approximantur maioribus maiores reputantur. per gl. notabilem *in d. § aliam. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* & magis honorari & priuilegiari debet, vt *d. l. vnica. C. de præpoſitis laborum lib.* 11.

Sunt & fuerũt plures alii principes in Gallia, habentes alia arma antiqua ratione & ex cauſa antiquitatis eorum domus & familiæ, vt ſunt illi de Fuxo, qui dicebantur comites Fuxi, *de foyes* Gallice, & habebant pro armis ſuis in ſcuto quartelato, ſeu quadripartito in prima parte ſuperiori & vltima inferiori ex auro duas vaccas rubeas itinerãtes, ſeu tranſeuntes, & in aliis duabus partibus palos aureos & rubeos.


Et ſic nobiles, qui in dicto comitatu vtuntur pro armis ſuis, aut vaccis rubeis, aut palis prædicti coloris magis approximari, ſeu attinere videntur domui illius principis, quam alii, & ſic maiores cenſendi ſunt.

Etiam comes Arminiaci ſcutum quartelatum argenteo & rubeo, pro armis geſtare ſolebat, cuius ſcuti prima pars ſuperior, & vltima inferior erant argenteæ cum duobus leonibus azureis. Alii autem duæ partes ſcuti erant rubeæ, cum duobus leobardis leonatis. Ex quo qui adhuc illis, aut aliqua poteſtate contenta in illis vtuntur, maiores & honoratiores aliis in illo loco eſſe dicuntur.

Sic etiam in ducatu Mediolanenſi, vera & antiqua arma ipſius ſunt ſerpens, ſeu coluber azureus in campo aureo, tenens in ore puerum nudum rubei coloris. Et qui ibi illo colubro vtuntur in armis, de primoribus illius ducatus, & de familia ducum ortum habere dicuntur, vt ſunt Vicecomites.

QVinquageſimanona concluſio. Arma ſeu inſignia quandoque fiunt, pinguntur, aut figurantur in ſcutis, nonnunquam in clypeis, interdum in parmis, quandoque vero in teſſeris, aut aliis. Sed fiunt ſcuta diuerſis modis. aliquando in forma trigonali, triquetra ſeu triangulari, quæ tribus lineis conſtare videtur, vt fiunt magis communiter apud nos hoc modo.

Licet videatur, quod ſcuta fieri debeant in forma rotunda ad modum ſcutellæ, quæ fit rotunda, & concaua; vnde videmus, quod moneta aurea, quæ eſt rotunda, in qua imprimuntur arma principis, dicitur & vocatur in vulgari numero *ſcutum*. quia eſt rotundũ, & olim arma (vt videre eſt) nullibi fiebant, niſi prius facta rotunditate, in qua intropingebantur, & ſcuta armigerorum quibus ſe defendunt, fiebant antiquitus, & adhuc vt plurimum fiunt rotunda, ideo in Gallico dicuntur *rundelles*, & ſic fiunt orbiculata.



Quandoque vero fiunt non rotunda ſed ex vtroque latere reciſa: ita quod nullus angulus videri poteſt, vt ſummum infimumq; eius latus medio pateat, & dicitur ancile.

Alii deſcribunt aliter ancilia ſcuta, & dicuntur ſecundum eos, quæ oras, id eſt, extremitates habent in ſimilitudinem labiorum ſeu cubiti, in quo eſt decens flexura, ſeu curuatura brachii.

Fertur

Digitized by Google



Fertur regnante Numa Pompilio breue ſcutum de cœlo lapſum, quod peſtilentiæ remedium fuit, quo ciuitas laborabat tunc: de quo Ouid. *lib.4.Faſt.*

Ecce leui ſcutum verſatur leuiter aura,
Decidit, à populo clamor ad aſtra venit.

Et libro quinto:

Atq; ancile vocãt, quod ab omni parte reciſum eſt,
Quaq; oculis ſpectes, angulus omnis abeſt.

Conſulti deinde aruſpices reſponderunt ibi futurum totius orbis imperium, vbi ſcutum illud ſeruaretur. Licet alii dicant vnam editam vocem de cœlo de hoc, quo accepto reſponſo, & honoris gratia, & quo idẽ tutius ſeruaretur, ne ab hoſtib. ſurripi, ſeu internoſci poſſet, Numa Põpilius duodecim alia ad ſimilitudinem cœleſtis illius à Mamurio fabricari iuſſit, quæ fuere in templo Martis repoſita. Et cum duodecim ſacerdotes ex patriciis ſpectatiſſimos iuuenes Numa ipſi Marti Gradiuo delegiſſet, illiſq; dediſſet inſignia, tunicas pictas, & ſuper tunicas æneum pectori tegmen, iuſſit ipſa cœleſtia arma, quæ *ancilia* nominauit, ſuſpenſa collo ab illis per vrbem portari, cum ſaltu atque tripudiis carmina decantari: & Salii dicti ſunt à ſaltu. Vnde Ouid.

Iam dederat Saliis à ſaltu nomina dicta,
Armaq; & ad certos verba canenda modos.

Hi autem Salii omnes iactatores quidam erant & laudatores armatorum deorum.

Nec hoc beneficio diuino ſoli Romani potiti ſunt, ſed & Franci, qui habent ſua arma cœlitus demiſſa, quæ ſunt lilia: & etiam vexillũ, ſeu ſignum militare, quod *Auriflammam* vocant, de quibus Gaguginus *ſuper Geſtis Francorum lib.1. in vita regis Clodouei*, ita refert: *Non præteribo adiicere quod nullo certo autore, ſed perſeuerante ad hanc meam ætatem fama, vulgatum accepi, fuiſſe regibus Francis bufones tres, nobilitatis quidem inſigne, ſed Clodoueo Chriſtianis ſacris hortatu Clotildis Burgun. eius vxoris Chriſtianæ initiato demiſſum cœlo eſſe id, quod nunc reges geſtant lilia aurea, quibus ſubeſt cœli ſereni color, quem azureum Franci dicunt.* Huius mirali fons teſtis ab incolis oſtenditur, qui prope diui Bartholomæi monaſterium (quod *gaudium uallis* appellatur) habitant: de quo ſcuto amplius *infra in 5. par. in 31. conſid.* Traditum eſt quoque pannum ſiriceum rubrum inſtar ſigni militaris quadratum, miro fulgore ſplendentem, diuinitus eſſe exceptum, quo in expeditionibus contra fidei Chriſtianæ hoſtes pro ſigno Franciæ reges vterentur, huicque vexillo nomen *Auriflammam* hactenus permanſiſſe, diuque à Dionyſianis cœnobiis aſſeruatum eſſe. Sed abutentibus ſigno aduerſus Chriſticolas regibus illud euanuiſſe. Alterum tamen non diſſimili forma inſtauratum eſſe, quod ab epiſcopis & loci abbate conſecratum inter ſacra aſſeruatur. Sunt tamen, qui hoc cœleſte beneficium Carolo Magno collatum fuiſſe contendunt. Sed hactenus de his, ad ancilia reuertamur, quæ forte his modis fieri potuerunt.

Quandoque etiam fiunt in forma quadrangulari, ſeu tetragone, & fiunt in modum teſſaræ. Cum *teſſara* Græce, Latine *quatuor* dicitur. vnde & id dicitur, quod omni ex parte quadratum eſt.


Nonnunquam etiam apponuntur arma in clypeis, prout fecit Dauid, qui fecit turrim ex qua pendebant mille clypei omnis armaturæ fortium: vt habetur *Cantic.4.* Vtinam poſſem ſcire differentias illorum & quorum fuerint: & credo quod fuerunt inſignia & arma mille magnatum, tam parentum, quam amicorum, aut ſibi ſubditorum, quæ poſuit in mille clypeis pendentibus ex dicta turri: & ſufficeret mihi habere ſenſum literalem, in quo explicarentur arma ſeu inſignia cu-

by Google

iuſque clypei, & relinquerem ſenſum moralem, allegoricum, & anagogicum dominis Theologis. Et licet multos interrogauerim de his, pro certo tamen omnes ignorant, & dicunt, quod nunquam fuit talis turris materialis: quod non credo, cum de ea non fuiſſet facta mentio ad comparationem alterius. Nec illud eſt mirum. Nam *teſte Plin. lib. 35. c. 3.* Ap. Claudius, qui conſul cum Seruilio fuit, ſuorum clypeos in ſacro vel publico priuatim dicare primus inſtituit. Poſuit etiam in Bellonæ æde maiores ſuos, placuitque in excelſo ſpectari, & titulos honorum legi. Decora res, vtique ſi liberorum turbæ paruulis imaginibus ſeu nidum aliquem ſobolis pariter oſtendant. Quales clypeos nemo non gaudens fauensque aſpicit. Poſt eum M. Æmilius collega in conſulatu Q. Luctatii, non in baſilica modo Æmilia, verum & domi ſuæ poſuit: id quoque Martio exemplo. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt (vt infra etiam dicitur) continebantur imagines (vnde & nomen habuere clypeorum) non vt peruerſa Grammaticorum ſubtilitas voluit à cluendo, plenam videlicet virtutis faciem reddi in ſcuto cuiuſque, qui fuerit vſus illo. Pœni ex auro factitauere & clypeos & imagines, ſecumque in caſtris tulere. Certe captis eis, talem Aſdrubalis inuenit Q. Martius Scipionum in Hiſpania vltor. Iſque clypeus ſupra fores Capitolinæ ædis vſque ad incendium primum fuit. Maiorum quidem noſtrorum tanta ſecuritas in ea re annotatur, vt L. Manlio, Q. Fuluio conſulibus M. Aufidius tutelæ Capitolii redemptor docuerit patres, argenteos eſſe clypeos, qui pro æreis per aliquot iam luſtra aſſignabantur. hæc Plin.

Clypei autem ſunt maiora ſcuta, & peditum tantum, vt docet Seruius. Scuta equitum. vnde Liu. *lib. 6.* Clypeis ante Romani vſi ſunt, deinde poſtquam ſtipendiarii facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere: dicti clypei, quod celent totum corpus, & poſſunt dici in vulgari, *targe ou eſpauoir.* vel à glypo, & melius, id eſt, ſculpo deriuatur, quaſi glyptos, hoc eſt, ſculptus. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines, vnde & nomen habuere clypeorum, vt teſtis eſt Plin. loco præallegato, & fiunt ſub quacunque figura.

Vmbo vero dicitur media pars clypei eminentior, licet quandoque pro toto. Parma vero ſcutum rotundum dicitur, quod à



medio in omnes partes ſit par, & eſt breue, quo pedites & expediti milites vtebantur. apud nos dici poteſt, *bouclier*: Pelta vero ſcutum breuiſſimum in modum lunæ iam mediæ, alias vero, & aliter fieri poſſunt ſcuta ſub diuerſis formis, vt inferius patet.

SExageſima concluſio. Arma pinguntur & fiunt aut ex metallo, aut ex coloribus, aut ex pennis, *de pennes* Gallice, ſecundum Armoriſtas. Et quantum ad metalla, tantum ſunt duo, ex quibus depinguntur & effigiantur arma ſeu inſignia, aurum ſcilicet & argentum, quæ pinguntur in coloribus aureis, ſeu flauis, & albis, & ſunt alii quatuor colores, primus quem azurum vocat, azur, ſecundus eſt rubeus, gueules, iniopis, ſinoble, & alii ſinople, qui eſt viridis coloris, tertius & quartus eſt niger, qui dicitur ſable, & de his omnibus ſex fit vnus alius color mixtus, qui in armaria dicitur purpureus. Sunt & in armaria duæ pennæ, ſcilicet hermines, & vair, & à nonnullis balius color dicitur, & de vnoquoque in concluſ. ſeq. dicam.

Aduerte tamen prius ad vnum, quod aurum ſecundum Polydorum Virgilium *de inuentoribus rerum, lib. 2. cap. 19. in princ.* vt Plinio placet,

Digitized by Google

placet, Cadmus Phœnix ad Pangæum montem inuenit, ſecundum alios Thoas, & Eaclus in Panchaia, aut Sol Oceani filius, Argentum vero Ericthonicus Athenienſis aut Ceacus. Sed magis placet Polydoro ad Pangæum montem Thraciæ hæc metalla primũ inuenta fuiſſe, cum ibi, teſte Herodoto *lib.* 7. aurũ & argentum maxime abundãt.

Colores vero primum inuenit Cleophantus Corinthius, ſecundum Polydorum *eo. lib. cap. pen. circa fin.* Et de excellentia colorum ſcribitur *infra in vlt. part. in* 93. *concl.*

SExageſimaprima concluſio. Ex metallo, quod aurum dicitur, quia preciosiſſimũ eſt, fit color aureus, qui eſt nobilior cæteris reſpectu rei, quam repræſentat ſecundum ſe. Per eum enim repræſentatur lux. Si quis vellet figurare radios ſolis, qui eſt corpus magis luminoſum: hoc non poſſet congruentius facere, quam per radios aureos. Conſtat autem, quod nil luce nobilius, *epiſtola, inter claras. C. de ſum. trin. ibi: nihil eſt, quod lumine clariore præfulgeat. & auth. habita. C. ne filius pro patre, ibi: totus mundus illuminatur.* Et ideo in ſacra pagina pro re maximæ excellẽtiæ figuratur, vt Matth. 7. *Fulgebũt iuſti ſicut ſol.* & Matth. 23. *Reſplendet facies eius ſicut ſol.* & propter eius nobilitatẽ nulli licet portare veſtes auras, niſi principi. *l.* 2. *C. de veſtib. oloberis, & auratis, lib.* 11. & habetur Pſal. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.* & paulo poſt: *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.*

Vnde ſecundum Iſidorum aurum dicitur ab aura, id eſt, ſplendore, vt dicit *lib.* 16. *cap.* 17. vel habetur de natura rerum, quod aurum eſt in corporibus, ſicut ſol inter ſtellas. Sol autem dicitur rex ſtellarum, & lumen earum. Sic aurum eſt rex corporalium rerum, & menſura omnium. Et plene de eius excellentia ponit G. Benedicti *in ſua repet. cap. Rayn. in verb. duas habens filias, à num.* 110. *vſque ad num.* 170. *de teſtam.* & dicam *infra in* 5. *part. in* 31. *conclu. & in fin. d. part. in* 95. *conſid.* Et hoc metallum ſeu hic color inter planetas ſignificat ſolem, aſſimilatur topazio: qui eſt lapis precioſus, & in rebus mundanis figurat diuitias. In ætatibus denotat adoleſcentiam à 25. ann. In virtutibus Theologalibus, fidem, ſapientiam, fidelitatem, & multas alias, quæ declarat ipſe G. Benedicti *in loco ſupra alleg.* Et refert Cælius *lib. ſuarum antiquarum lectionum.* 4. *cap.* 24. *in fin.* aurum eſſe ſapientiam, argentum vero naturalium notitiam. Porro, inquit, illud autem eſt omni cenſu maius, quo ab Hebræis Ægyptios fuiſſe ſpoliatos, ſanctæ produnt litteræ. Etenim ſic auri nomine Chriſtianæ veritatis aſſertores diuinorum cognitionem intelligunt. Vt argentum ſymbolice ſcientiam rerum à Deo conditarum ſignare tradunt. Porro in Apocalypſi Ioannes Theologus & diuinitatis intimus, & ſine pari contemplator, ac, vt ſic dixerim, à ſecretis, vbi aurum ignitum cenſet emendum, non aliud, quam ipſum hoc intelligendum prudentibus reliquit. Sed & magicum illud aurum infanti oblatum Chriſto, non alium (vt opinatur Cælius) habuerit ſenſum. pro quo allego text. *in c. legimus. ver. magi quoque.* 37. *diſtinct.* & ibi Aret. qui ait, quod in auro oſtenditur regis potentia, & inter dies dominicam diem, atq; vt finiam, inter alia aurum cunctis corporibus nobilius eſt, & rex eorũ ac dominus: quia nec terra, nec aqua, nec aëre, nec igne corrumpitur aut minuitur, nec comburunt illud ſulphura, quæ alia comburunt corpora. Natura quippe eius & complexio recta eſt, ex qua maxime in hoc denotat, & figurat conſtantiam. Hæc ſunt ex quibus laudantur homines geſtantes talia arma.

SExageſimaſecunda concluſio. Inter colores in compoſitione armorum accipimus pro ſecundo metallo argentum, quod *argyrion* Græce dicitur. vnde argyraſpitas dicimus eos, qui argentata ſcuta ferunt, ſicut chryſaſpitas ab aureis clypeis. Lampr. Alex. Imp. Rom. non ſolum fecit chryſaſpitas, ſed & argyraſpitas, per quod argentum repræſentatur color albus ſeu candidus, per quem figuratur aqua, quæ eſt poſt aërem nobilius elementum: eo quia in armaria approximatur rebus lucentibus, ſeu magis appropinquat luci, vt dicit Bart. *in tract. de armis. in* 5. *col.* & omnes colores ſuſcipit, & nõ ſuſcipitur ab

 aliis,

alijs.*l.*3.*C.de veſtib.olob.lib.*11.& denotat victoriam,ex quo triumphantes veſtiri debent indumentis albis,vt dixi ante *in 39.concluſ.*vnde ſancti,qui per fidem vicerunt,viſi fuere à Ioanne ſtantes ante thronum in cõſpectu agni amicti ſtolis albis, *Apoc.*7. Et Chriſti veſtiméta in eius transfiguratione facta ſunt alba ſicut nix, *Matth.*17 *Mar.*9. *& Luc.* 9 *in c. quod quidam.* 1. *q.*1. Et cum hoc ſignificat puritatem & innocentiam. & habetur *Matth.vlt.* vbi dicitur de Chriſto, quod apparuit in reſurrectione in veſtimentis albis vt nix, vt purus, innocens,& victor.& *Ioan.vlt.c.*dicitur, quod Maria vidit duos Angelos in albis, ſedentes in monumento, vbi poſitum erat corpus Ieſu.& *Actor.*10.dicitur,quod angelus ſtetit ante Petrum in veſte candida.

Nec prætereundum, argentũ, autore Plinio,quam aurum militaribus ſignis fuiſſe familiarius,quod longius fulgeat. Et licet ſit alius color nobilior,tamen ponitur hic pro ſecundo,eo quia eſt metallum, ex quo non videntur arma eſſe bene conuenientia imo falſa, niſi ſit in ſcuto armorum vnum ex metallis,prout ſtatim dicetur.

Hic color comparatur conchis, vnionibus, margaritis exluminatis, hoc eſt perlis, quæ ſunt lapides precioſi.Denotat infantiam à 7. annis vſque ad 15.comparatur lunæ, denotat ſpem,in eo figuratur dies lunę,& in complexionibus ſignificat hominem phlegmaticum, denotat integritatem. Nam ſolus hic color ſincerus, candidus, purus & minime inquinatus eſt. Item & per argentum eloquentia deſignatur *c. legimus. ver. legitur.* 37. *diſt.*de quo *in præced.conſid.*

SExageſimatertia cõcluſio. Color rubeus, qui figurat ignem, qui eſt ſuper alia elementa,& nobilius elementum eſt,& corpus poſt ſolem ſecundario luminoſum, & propter eius nobilitatem nulli licet portare veſtes comptas ſeu tinctas eius colore, *vt l.*2.4.5. *de veſtib.olob. lib.* 11. vbi expreſſe dicitur,quod dictus color eſt nobilior aliis.

Hic color rubeus multos colores comprehendit, ſcilicet ſanguineum, croceum, aureum, auſtrinum, fuluum, flauum, rubidum, phœniceum, rutilum, luteum, ſpadicum. Hi enim colores rubei ſeu ruſſi coloris ſunt, vt acuentes eum, quaſi incendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes.Gel.*lib.*1. Sed cum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrum, aliter crocum: has ſingulas ruſſi varietates Latina oratio ſingulis propriisq; vocabulis non demonſtrat, omnia iſta ſignificat vna ruboris appellatione.

Hic color æquiparatur lapidi precioſo, qui dicitur rubeus, *rubis* Gallice,ſignificat audaciã, altitudinem, virilitatem, in homine à 35. annis vſq; ad 50. æquiparatur Cholericis, denotat charitatem. Marti cõparatur & diei Martis. Alii dicunt diei ſabbathi: de quatuor elementis igni: de duodecim ſignis Arieti, Leoni,& Sagittario.

SExageſimaquarta concluſio. Tres colores ſupradicti multum placent, & ſunt commendabiles in armariis, quoniam, vt habetur *Canti.*4. Dilectus meus candidus,& rubicundus, caput eius aurum optimum. Ecce ergo quomodo inter colores aurum eſt precioſius, & debet eſſe in ſuperiori loco, ſcilicet capite, vt dixi ſupra *in* 61. *concluſ.* Sed an color azureus ſit præferendus argenteo ſeu colori albo, vide *in concluſ. ſequent.*

SExageſimaquinta cõcluſio. Nobilior color poſt rubeũ eſt azureus, qui forte cœruleus dicitur. Per eum enim figuratur nobilis aër, qui eſt corpus tranſparens, & diaphanum,& maxime receptiuum lucis, & eſt elementum ſequens poſt ignem nobilius aliis. Vnde prædicti colores propter id, quod repræſentant, dicuntur nobiliores.

Comparatur iſte color Sapphiro, qui eſt lapis precioſus habens multas virtutes, & ſingularitates in ſe, de quibus per G. Benedicti, *in d. ſua rep. c. Rayn. in verb. duas habens filias, num.* 114. *&* 115. *de teſtam.* & dicam infra *in* 5. *part. in* 22. *conſider.*

In virtutibus vero denotat pulchritudinem, caſtitatem, humilitatem, ſanctitatem, & deuotionem, vt dicit ibi G. Benedicti: & puritatem à 15. annis vſque ad 25. Æquiparatur ſanguini, ſeu homini ſanguineo. Figurat Iouem tanquam ſit color cœli, & denotat iuſtitiam.

Digitized by Google

ſtitiam. Hæc omnia ſunt dilucidanda in laudando aliquem in armis ſuis. Alii aliter dicunt in metallis, & complexionibus capias diuerſitates ſecundum varietates morū hominum. De colore tamen azureo, & eius excellentia ſcribit Ioan. Ludou. Viualdus *in ſuo tract. de vita animæ ſenſitiuæ art. de laudibus ac triumphis trium liliorū Franciæ q.1.* & G. Benedict. *in ſua repet. c. Rayn. in verb. duas habens filias. num. 113. vſque ad num.* 114. vbi dicit, quod prædicti tres colores, ſcilicet rubeus & aureus ſunt nobiliores colores in armariis & inſignibus.

SExageſimaſexta concluſio. Color niger eſt infimus à prædictis; quia magis appropinquat tenebris, ex quo per contrarium colores, qui magis oppropinquant luci, ſunt nobiliores, vt dicit Bart. *in d. tract. de armis.* quoniam, vt dicit Ariſtot. *in lib. de ſenſu & ſenſato.* Colores ſunt aut magis, aut minus nobiles, ſecundum quod magis appropinquant albedini aut nigredini: ex quo ſequitur, quod color niger eſt infimus ab aliis omnibus, & niger proprie fuſcus dicitur: eſt enim contrarius albo, per translationem tamen quandoque ponitur pro malo: vnde Iuuen. *Nigrum in candida vertunt.* Solebant enim priſci quod bonum, & laudabile erat creta, vel alba linea notare: contra, quod turpe fuiſſet, nigro ſignabant: vnde Perſius:

Quæcunq; ſequenda forēt, & quæ vitāda viciſſim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti.

Et dicitur in Commento Valerii Maximi, *in tit. de his, qui ex inimicis coniuncti ſunt amicitia. ſuper c.1.* vt color niger triſtem, ita candidus lætum facit. Funeſti homines atra, hoc eſt, nigra veſte induuntur, quæ ſine dubio triſtitiam repræſentat: contra dignitates petentes candidati erant, id eſt, candida veſte induti. dicitur tamen *Cantic.* 5. quod ad laudem virginis Mariæ intelligi poteſt: Comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus. Nam ibi *Cantic.* 1. habetur. *Nigra ſum, ſed formoſa.* Ad hæc faciunt dicta *in 17. concluſ. ſuper ver. & licet color niger.* Hic enim color aſſimilatur adamanti, à vng dyamant, qui eſt lapis precioſus, & ſignificatur per hunc colorem melancholia, ſimplicitas & decrepitas, ſeu mors, & inter planetas denotat Saturnum, inter virtutes prudentiam, inter dies diem Veneris, inter metalla ferrum, ex quo conficitur nigrum, inter elementa terram: hinc eſt, quod in armaria dicitur ſabulum, quod armariſtæ vocant *ſable.*

SExageſimaſeptima concluſio. Ex quo viridis color non multum participat de nigro, non eſt ita infimus, ſicut color niger, licet non ſit ita nobilis, ſicut alii colores: præter nigrum. Tamen, vt quidam volunt, quia non numeratur inter quatuor elementa, eſt minus nobilis color: ſed ſolum ſignificat ligna, prata, plantas, campos, arbores, herbasque viridantes. Comparatur lætitiæ, & iuuētuti, & eſt ſimilis ſmaragdo lapidi precioſo. Et dicitur à vigore, vnde dicimus virides plātas, quæ nondum aruerunt, & in vigore ſuo ſunt, & quoniam in his herbaceus color eſt, eum etiam colorem viridē dicimus. Hic color in armaria dicitur *ſynoble*, ſeu *ſynople*. Apud nos ſignificat in virtutibus honorem, amorem, amicabilitatem, & ſeruitium. Ex planetis Venerem: ex metallis argentum viuum, ex quo fit color viridis, ex ætatibus iuuentutem à 35. annis, ex diebus diem Iouis.

Olim & tempore Iulii Cæſaris, quo Alexia vrbs florebat, non diſtans à noſtra ciuitate Heduenſi niſi per 25. milliaria, ipſi Alexienſes habebant in eorum armis campum viridem, & in dicto campo erat bos aureus exiens de nube argentea, vt ſupra videre potes in figura armorum eorundem. Nunc tamen paucos videmus, qui talibus vtantur coloribus, & eſt quaſi color, qui minus practicet inter colores, ſaltem in armis. Licet vt plurimum ſigna, quæ dicuntur *beſans*, ſint ex viridi colore.

Vnde domini de Triultio, Mediola. vtuntur palis ex viridi contra palos aureos, & erant tempore quo reſidebam Mediolani arma domini Iacob. de Triultio, qui tempore ſuo fuit vir magnæ authoritatis in Italia, & magnam geſſit adminiſtrationem pro rege Ludouico XII. in ipſa Italia, quo tempore erat illuſtriſſ. dominus Carolus de Ambaſia magnus Magiſter Franciæ, & Locumtenens

nens generalis regius in dicta Italia, qui habebat pro armis tres palos rubeos in campo aureo, & ſunt arma illorum de Ambaſia.

Sexageſimaoctaua concluſio. In armaria ex omnibus ſex coloribus ſupradictis ſimul pro æquali portione mixtis fit alius color, qui vocatur *pourpre*, & forte dici poteſt purpura, & quidam tenent eum pro colore, quidam vero non: hac forte moti ratione, quod ſub ſimplici comprehẽdatur mixtum, de qua ample per dom. meũ Iaſon. *in §. omniũ, num. 28. cum quinque ſeq. Inſti. de act.* & ſi ſit color, eſt minimus, & infimus inter alios, cum ſit factus, & compoſitus ex aliis, & non habet virtutem, niſi illam, quam accipit ab aliis; cum ſubrogatum ſapiat naturam illius, in cuius locum ſubrogatur. *§. fuerat. ibi; merito. Inſtit. de act. & l. ſi eum. §. iniuria. ff. ſi quis cau.*

Alii vero tenent eum nobiliorem, quia de omnibus aliis participat, & communicat. & dicit Luc. de Pen. *in l. negotiantes. C. de exc. mun. lib. 10.* quod purpura eſt color roſeus nimiũ ſpecioſus, dicta à puritate lucis, & fit ex prima tinctura conchilii, luceque ob nigram rubedinem, crocus ex ſecunda, & magis rubet, & cum ſit tincta conchilio, nemo portare poterat, niſi eſſet princeps: & prohibebatur. Primus autem, qui eam portauit, fuit Tullus Hoſtilius.

De hac purpura eximio modo Hieronymus exemplificando teſtatur in ſermone de aſſumptione beatæ Mariæ Virg. in lect. quæ incip. *Cogis me ô Paula, &c.* ibi, cum dicit, *ad Mariam autem cum veniſſet Spiritus ſanctus, quaſi ipſa lana cum inficitur ſanguine conchili, vel muricis, vertitur in purpuram, verſa eſt & ipſa ſola ſalutatione in matrem.* Plura de conchilio & eius ſanguine ponit Caſſiodorus *lib. variarum epiſt. 2.* alleg. per Lucam de Pen. *in l. temperent. colum. 2. C. de veſtib. olobe. & auratis. lib. 11.*

Alii dicunt purpuram eſſe piſcem ex concharum genere ſeptem annis viuentem. Cõgregatur verno tempore, mutuoque attritu lentorem quendam veluti ceræ emittit, ſed nobilem illum ſuccum ad tingẽdas veſtes in mediis faucibus habet. Reliquo tempore fere ſterilis cum vita ſuccum emittit, & ideo viuos capere oportet. Hinc purpureus color dicitur, qui nigrantis roſæ ſplendore ſublucet: cæterorum omnium colorum gratiſſimus, & tingendis veſtibus maxime expeditus. hinc purpureæ veſtes dictæ ſunt *Tyria* à loco, vbi purpura fit. Purpureus tamen niger color eſt præcipue de mari, quod ex altitudine nigrum accipimus. Virg. 4. *Georg.*

In mare purpureum violentior influit amnis.

Inde purpuraſcit, id eſt, purpureum fit, *Cic. lib. 1. Acad.* Quid mare nonne cæruleum, aut eius vnda, cum eſt pulſa remis purpuraſcit? Amb. Quid igitur deſcribam purpuraſcentes violas, candida lilia, rutilantes roſas? Sciendum autẽ eſt, vt Vitruuius inquit, quod purpura pro ſolis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem procreat Aphrica, id eſt, quaſi violaceum colorem. Tyros autem rubeum. Purpura in violæ colorem tendens, violacea dicitur.

Hic color denotat liberalitatem, abundantiam, & diuitias. Inter planetas Mercurium, inter lapides precioſos lebalaim, qui *balagius* ſeu *berillus* dicitur, inter dies diem Iouis, inter metalla ſtannum, etiam per eum denotantur nubes, vt volunt aliqui armariſtæ.

Sexageſimanona cõcluſio. Arma ſic fiunt, & componũtur: quia vt ſcutum ſeu campus ſcuti eſt de metallo, aut de vno ex coloribus ſupra nominatis, quando ſcutum non eſt bipartitũ, nec quadripartitum, ſeu quartelatum. Aut fiunt ex pennis, de Pennes, quæ ſunt duæ, Hiermines, & varium Vair, vt de his ſtatim dicam.

Sed in his, quæ fiunt de metallo, aut coloribus, ſi ſcutum ſit de coloribus, quod ſupra ſcutum erit, debebit eſſe de metallo. Si vero ſcutum ſit de metallo, arma ſupra poſita debent fieri ex coloribus, Ratio; quia nec metallum ſupra metallum, nec color ſupra colorem in armis ſeu inſignibus poni debet: & iſta eſt vniuerſalis in armaria.

Quæ tamen fallit, & recipit limitationem in armis regis Hieruſalem, in quibus licet ſcutum ſit ex argento, tamen ſupra ſcutum eſt crux aurea potentiata cum 4. croiſetis, ſeu cruciculis

Digitized by Google

cruciculis aureis. Sed ratio iſtius eſt. Nam cum Godofr. Billo. victorioſe terram ſanctã recuperaſſet, fuit tunc concluſum, & ordinatum, & per ſe, ſuoſque Principes ſtrenuos, & conſiliarios, qui aderant cum eo in ipſa victoria, quod ipſe rex vteretur talibus armis, vt differrent à communi curſu aliorum: & vt multi cogitantes illa videndo, ad quod & cur ita fierent, & an eſſent falſæ, nec ne, ſcirent cauſam rei, & inquirerent quare ſic portarentur, vt exinde memoria foret perpetua de tali victoria: vnde propter hoc non reputantur falſa, ſed ſunt vera, & quia princeps ita voluit, non eſt amplius diſputandum, nec improbandum, quod fecit, ne crimine ſacrilegii notati ſimus *iuxta l. 2. C. de cri. ſacril.* Vbi autem alius portaret metallum ſupra metallum, aut colorem ſupra colorem, reputarentur arma ſua falſa, vt dictum eſt.

SEptuageſima concluſio. De duabus pennis, *de deux pennes* Gallice, quæ ſic nominātur in armaria, vna dicta eſt vulgariter *Vair*, hoc eſt varium, altera *hermines*. Vair vero habet quendam colorem, qui dicitur *Bleu*, & alium colorem album (quia ex argento & azureo fit.) Hermines eſt in modum albi & nigri (quia ex argento & nigro fit) ſed magis participat de albo, quam de nigro.

Reperio, quod herma capitur pro ſtatutis, & ſigillis præcipue truncis, & quorum capita permutari poſſunt. Cic. ad Att. lib. 6. *Hermæ illi tui penteliсi cum capitibus aneis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc admodum me delectant.* Pro. in Alcibiade. *Id cum appareret, prius quam claſſis exiret, accidit, vt vna nocte omnes hermæ, quæ in oppido erant, aenis deiicerentur, præter vnam, quæ ante ianuam erat.* Suidas dicit, hermas ſtatuas dictas, quod plurimum Mercurii ſtatuæ delinearentur. Hæc enim hermæ viriles ſtatuæ ad propagandam defuncti memoriam ſepulchris erigebantur. Solebant autem Romani Mercurii ac Mineruæ ſtatuas coniungere gymnaſiis, dicarique, quas *hermathenas* Cic. nominat. *Quod ad me de hermathena* (inquit) *ſcribas, mihi pergratum eſt, ornamentum Academiæ proprium meæ, quod & hermes commune omnium, & Minerua ſingulare in fine eius gymnaſii.* Et quomodo reges Alexandriæ & Pergami identidem, & Romani poſuerunt imagines virorum literatorum in bibliothecis ad eorum memoriam, & decorem, vt earum ſpecie ad virtutes, & literas magis incitarentur. vide Plinium *lib. 35. c. 2.* Et iſta ſatis conueniunt his, quæ iam ſupra dicta ſunt *in 10. concluſ.* de imaginibus, in quarum locum hodie ſunt adinuenta arma. Sic & aliud genus armorum eſt in locum dictarum hermathenarum, prout forte ſunt ſigna illa, quæ retinuerunt iſtud nomen vulgatum apud nos, *Hermines.*

Et in armaria, quando arma ſunt ex dictis pennis, non aliter nominant, quam *hermines* ſimpliciter, aut *vair*: poſito, quod in his ſit tantum de vno ſuo colore, quod de alio poteſt ſuper his poni metallum, ſed bene color: & tunc ſi ſit alius color, debet dici variatum ex ipſis coloribus. & ſi ponatur puta benda feſſa trabes, ſeu tignum, hoc eſt cheuronum aut aliud huiuſmodi, prout infra dicetur, debet illud nominari, ſeu blaſonari ſecundum eius colorem, vt infra patebit.

SEptuageſimaprima concluſio. Quando arma ſiunt ex ſignis ſimplicibus aut ex varietatibus colorum, nobilior color poni debet in nobiliori loco. arg. *l. 1. C. de offic. præfect. vr. & l. potioris. C. de offic. rect. prouin. & l. 1. C. de conſ. & non ſparg. ab his. pec. lib. 12.* ita Bart. *in d. tract. de armis. ibi, circa ſecundũ.* & ibi dicit, quod locus prior & ſuperior eſt nobilior & dignior poſteriore, ſeu inferiore, *iuribus præal.* & dixi ample *ſupra in 14. conſiderat.* Nam qui prior eſt in ordine, dignior cenſetur. *cap. antiqua. extra de priuileg.* & quod digniora præcedant, & ſint præponenda, facit *§. fin. iuncta gloſſ. fin. Inſtit. de iure natur. gent. & ci. & l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. & cap. ſtatutum, §. 1. de reſc. in 6.*

SEptuageſimaſecunda concluſio. Arma quandoque variantur per mediũ, vt quia quis portat binderiam duorum colorum; tunc aut diuiduntur per medium ante & poſt:

Digitized by Google

& in iſtis color nobilior debet eſſe ſupra, id eſt,in ea parte, quæ reſpicit cœlum, vel ante, id eſt,in ea parte,quæ reſpicit haſtam. Si vero varientur per quarteria; tunc nobilior color debet eſſe in quarterio ſuperiori, & anteriori prope haſtam. Si vero varientur per liſtas directas; tunc liſta colorum nobiliorum debet eſſe prope haſtam.


Si vero fiat variatio per liſtas tranſuerſales,liſta nobilioris coloris debet eſſe verſum cælum. Si vero liſtæ vel bendæ ſint pendentes; tunc cum haſta habet tãquam pars prior in banderia: ideo pars magis eleuata debet reſpicere haſtam. ita dicit Bar. *in d. tract. ver. hoc præmiſſo dico.* Et ſic infero, quod quando ſcutum eſt ex metallo,ſeu aliquo colore, vel pluribus, & eſt integrum, primo debet nominari à capite, quod in vul.dicitur,*à la pointe.* Facit in arg. *l. argentarius. §.1. ff. de eden.* vbi dicitur,quod ratio à capite edenda eſt. Quãdo vero eſt partitum, ſeu diuiſum, debet fieri,& incipi nominatio à parte, quæ tendit ad dextram. Si vero quadripartitum, ſeu quartelatum ſcutum armorum; etiam prius nominetur quarterium, ſeu pars ſuperior, & dextra.

SEptuageſimatertia concluſio. In armaria ſunt nouem ſigna, quæ ſi apponantur in ſcuto, faciunt, occupant, aut tenere debent tertiam partem ipſius ſcuti,quæ ſunt ſequentia:

Primum, quod dicitur caput, vulgo *chief*, fit ſic ex tranſuerſo.



Secundum vero vocatur palus, *pal* in Gallico,& decurrit à ſummo ad imum ſcuti, forma ſequenti:




Tertium nominatur benda, *bende* Gallice, licet Bart. *in ſæpe alleg. tract. de armis*, vtatur hoc vocabulo *banderia*, tam pro ea, quæ fit ex directo, ſiue ex tranſuerſo, quam ex pendenti, vt infra demonſtrabitur.

Quartum dicitur faſca ſeu feſſa, in vulgari *feſſe*, & forte faſtigium, & apud Bar. ibidem videtur eſſe liſta, ſed etiam vtitur diuerſimode:& fit feſſa figura infra poſita.


Nota, quod domus Auſtraſiæ baſſæ, *D'aultriche*, portat pro ſuis armis, vnã feſſam argenteam in campo rubeo: & prædictis armis ab antiquo vſi ſunt reges Auſtraſiæ, quæ dicitur, & eſt nunc ducatus de Lothri. Et talia arma prius portauit Saluiꝰ Brabo, primus dux Brabantiæ, vt refert Ioãnes le Maire, *in illuſtrationibus Galliæ, lib. 3. cap. incip. Iulianus Cæſar. in fine.*

Quintum appellatur tignum, trabes ſeu *cheuron* in vulgari,& ſic fit.




Sextum

Sextum vocatur *orla*, *orle* Gallice (quam forte flexuram fimbriarum voco) & fit taliter ſecundum nonnullos.



Septimum gyronum, hoc eſt, *gyron*, lingua Gallica, & fit modo ſequenti.



Octauum dicitur crux, & fit multis modis, vt infra patebit. Nonum eſt, quod vocatur *faultoir*, & ponitur in armis epiſcopi & ducis Lingonen. paris Franciæ, & ita formatur.



Ciuitas noſtra Heduen. olim habebat ſeptem nobiles vicinos, qui hoc ſigno pro armis vtebantur, diuerſis tamen coloribus, hodie tantum ſunt tres, quorum vnus eſt dominus de Loges, habens prædictum ſignum de ſaultoir coloris aurei in campo azureo. Alius eſt dominus de Monteioco, habens prædictum ſignum azureũ in campo aureo. Alius eſt dominus de Perreria, qui habet hoc ſignum album in campo viridi.

SEptuageſimaquarta concluſio. Si ponatur aliquod ex iſtis nouem in ſcuto, quod non contineat tertiam partem ipſius ſcuti, non debet nominari pro parte armorum, ſed eſt diuiſum, *diuiſe* Gallice.


Et ex dictis nouem ſignis ſunt ſex, benda ſcilic. palus, faſſa, gyronum, cheuronum, & orla, quando ſunt ex pluribus petiis, quæ debent blaſonari vno nomine cum tot petiis, ſic dicendo. *Talis dominus habet in ſuis armis vnã bendam, ſeu feſſam de quinque aut ſex petiis*, & ſic de ſingulis. Sed de aliis tribus, ſcilicet cruce, capite, ſaultoir, eſt ſemper vnum, quod facit tertiam partẽ ſcuti. Et licet poſſint poni plures cruces in ſcuto, debent omnes nominari, & dici debet, *ſunt tot cruces in talibus armis, & ſic blaſonari debent, ſecundum earum numerum.*

Et aduerte, quod *blaſonare* eſt dictio armariſtarum, quæ tantum importat, quantum recitandæ, aut commemorandæ alicuius virtutis gratia, ſub quibuſdam ſignis quempiam abunde, & vere laudare, aut decorum dicere: quod eſt teſte Tul. *in off.* id quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ quo ad prudentiam, fortitudinem, iuſtitiam, & ad temperantiam pertinet, & in omni honeſtate verſatur, referre.


SEptuageſimaquinta concluſio. Plura ſunt alia ſigna & res, ex quibus fiunt arma, vt patet ex ſequentibus, puta ex baſanis, *de beſans*: & ſunt hæc ſigna rotunda ex auro tamen vel argento, & numerãtur vſque ad octo (qui numerus octonarius *ogdoas* dicitur.) Poſt vero dicuntur beſandæ, & ſi ſint ex auro non

 dicitur,


dicitur, ſecus ſi ex argento, & figuratur ſub hac forma.



Aut vero ſiunt arma ex tortellis, *de torteaux*, & ſunt hæc ſigna groſſiora beſanis, & ſemper ſiunt ex colo. & numerantur, ſicut dictum eſt de ipſis beſanis, & qualiter effigiantur, hic patet intuenti.




Aut ex contiſſis compacta ſunt arma. *de cotiſſes*. Cotiſſa eſt enim in triplo minor quam benda, & vadit per tranſuerſum ſicut benda: & cotiſſæ in armis ſe numerant vſque ad octo, & ponuntur in armis ducis Burgundiæ, in armis comitis Campaniæ, & do. de le Roche Guyon, & ſic figurantur.



Etiam ex denturis, *endentez* Gallice: hoc eſt, tanquam dentata, vel dentoſa ſiunt arma, vel *d'engrellez*, quæ quaſi idem ſunt: ſed dentatura eſt maior, & fit iſto modo.




Vel ſic, vt in armis ducis Bituricenſis.




Engrelatura

Digitized by Google


Engrelatura vero eſt minor endentura, & fit ſub hac ſpecie.



Item ex lozangiis, *Lozenges*, factis ad modum lozangiarum, quæ ponuntur in vitrinis ſub forma quadranguli: ſed ſuperior & inferior partes plus tendunt in acutum, quam aliæ duæ collaterales ſeu mediæ, & ſic plus longæ ſunt, quam largæ: & numerantur vſque ad 26. aut ad 25. ſecundum alios, vt ſunt arma ducis Bauariæ, & fiunt hoc modo.



Item ex fuſis. *de fuzées*, & ſunt acutæ in ſuperiori & inferiori partibus, & rotundæ ex vtroque latere, & fit de eis numerus, prout de lonzagiis, & ſic depinguntur.




Item ex fretura, *de frettes*, quæ fit ſicut cotiſſa, ſed recotiſſatur, ſeu recruciatur, *recroisé* Gallice, ex contrario vna alteri, hac forma.




Item ex ſcachis, *d'eſchequier*, qui fiunt ſub forma tabulati luſorii, & conuenientis ludo ſcachorum, & numerantur puncta ſcachi: & & ſi ſint tot puncta ex vno colore ſicut ex alio, dicetur ſolum ſcachotatum, *eſchequetté*, de coloribus quibus erit. Si vero excedat numerum 25. punctorum, & tres cuſpides ſcuti, *les troys puyntes*, ſin eiuſdem coloris, aut metalli, dicetur ſcutum talis coloris ſcachotatum

eſchequetté, & ex tali colore: & numerantur ſicut lozangiæ, & figura fit hic expreſſa.




Item ex gemellis, *degemelles*, & ipſa in triplo minor, quam feſſa, & debet poni in medio ſcuti, ſicut feſſa, & ſunt prout cotiſſæ, vna prope alteram, in modum tamen feſſæ: & inter eas in medio debet eſſe tantum ſpacii, quantum vna eſt groſſa: & quando ſunt tres, ſeu triplicatæ, vocantur *trierces*, & fiunt modo hic ad oculum oſtenſo.



Item ex billetis etiam componuntur arma, quæ ſunt modicum longæ, & ſtrictæ, & non ſunt ita largæ, ſicut longæ numerantur vſque ad 16. & ſic effigiantur.




Item ex faſca ſeu feſſa, & interdũ ex benda, quæ quando ſunt ſimiles, quando ſuper ſuis coloribus ſunt figuratæ ex aliquibus beſtiis aut auibus, prout ſi diceretur *diaſpres*, & ſunt arma domini de Clera in Normannia. Eſt tamen differentia inter faſcas, & bendas; quia benda eſt maior, quam longior, & interdum dicitur compoſita ex diuerſis coloribus ſeu metallo & colore, vt in armis comitis Dunen. Item ſit cum engrelatura, ſeu genelatura aut cum animalibus, vt in armis ducis Vindocinenſis, & fit benda hoc modo.




Faſca

Faſca vero ſiue feſſa fit, vt hic videre potes.



Item ex crucibus, quæ fiunt pluribus modis, & cum differentia. Nam quandoque fiunt ſimpliciter, & dicitur ſimpliciter *à vne croix*, vt in armis ducis Sabaudiæ, archiepiſcopi, & ducis Rhemenſis, epiſcopi, & comitis Cathalaunenſis, epiſcopi, & comitis Beluacenſis: qui quidem tres ſunt pares Franciæ, & ſic fiunt.



Vnde tamen habuerint originem talia arma ducum Sabaudiæ, legi in quadam oratione Petri Care Iuriſc. deſcripta *in lib. ſuarum orationum*, quam habuit tanquam legatus ad Alexan. VI. Pont. maximum: quod extincto Rhodiorum Principe, vrbe à Turcis obſeſſa, rebus Chriſtianorum vndique trepidantibus, Amadeus vnus Sabaudię Princeps Chriſtiani exercitus imper. barbarorum impetum non modo ſuſtinuit, verum excelſo infractoque animo fudit, fugauit, oppreſſit: vrbem Rhodum, inſulam omnem, Chriſtianos cunctos, ea obſidione illis periculis liberauit. Hinc communi Chriſtianorum omniũ principum conſenſu, ſummo Rhodiorum applauſu, Chriſti vexillo donatus eſt, decretoque illo actũ, vt in militaribus ſignis, crucem albam, crucem candidam, crucem agni immaculati deferret, quo trophęo, glorioſoque inſigni omnes poſtea Sabaudiæ Principes, relictis Cæſareis aquilis (quod priſcum, & gentile illius antiquiſſimæ familiæ inſigne fuerat) in hunc vſque diem inſigniri exornarique videmus.

Vel alio modo crux ſimplex fieri poteſt ſic, licet videatur, quod potius dici debeat *patée*, vt infra patet.




Et iſta forte fuerunt inſignia Flauii Conſtantini Magni, qui anno Domini (vt referunt Hiſtoriographi) 210. regnare cœpit, bellis victorioſus, in gubernando rempub. prudens, liberalitate & gratia omnium beneuolentiam ſibi comparauit, iturus ad bellum, non alio quam crucis ſignaculo vſus eſt. de quo ad radicem inferius dixi, *in 98. concluſione*.

Quan-


Digitized by Google

Item ſiunt cum nilo. *vng nyle,* in vulgari: & eſt ferrum inuerſum, ſeu recuruum, ſuper quo mola molendinaria rotatur.




Et ſunt arma dominorum de Capitulo Heduenſi: qui habent nilum nigrum in campo rubro: ſed illa arma ſic compoſita videntur falſa, quia color ſupra colorem. Dicitur tamen quod eccleſia nunquam habet arma falſa. Vel poteſt dici, quod ſi ponatur filetum, *vng filet,* ex argento circundans nilum, tunc non erunt falſa: & ita fit in aliquibus armis dicti Capituli, licet potius dicerem eſſe nilum nigrum ſupra nilum album, quod & verum eſt. Vel aliter dic, quod prædicta eccleſia habet talia arma, & de eis fiat quæſtio, & inueſtigatio, ad ſciendum cuius ſint arma. Sicut fit de armis Ieruſalem, quæ propter excellentiam tolerantur, vt ſupra dixi *in 69. concluſ.*


Item aliquando ſiunt cum bina cuſpide ſurſum tendente, & ſe contingente in ſuperiori parte, *deux pointes l'vne contre l'autre dreſſées,* & ſic videtur eſſe mediatas cheuroni. & ſic fit:



Item etiam ſiunt cum vno filo, ſeu linea, *vng filet,* & ita ſtruitur.



Vel ſic, vt in armis comitis Artheſii.




Digitize

Item alias fiunt cum creneleura, *creneleure*, quæ ſi ponatur in benda, ſic fit.




Notabitis, quod benda ſimplex poteſt figurari, & colorari, ſeu depingi ſuper diuerſis coloribus, ſeu metallis, vt fit in armis dominorum de Cauilone, de Nouo caſtro, & de Giury, de Burgundia, qui omnes ſolam habēt bendam pro armis, ſed diuerſis coloribus: ex quo apud nos facile diſcernantur, cuius illorum ſint.


Item, & vltra etiam fit ſcutum armorum diuiſum in quatuor, & ſic eſt quadripartitum, quod dicitur *eſquartelé*, vt in armis Dalphini regni Franciæ, ducis Aurelianen. ducis Nemorsii, comitis Fuxi, *Fouez*, comitis Arminiaci, quamplurium aliorum, & ſic formatur.



Item in armis apponitur bordatura, & fit aut ſimplex, vt in armis ducis Andegauenſis, puta:




Aut componata, vt ita loquar, vt in armis comitis Niuernenſis, vt ſupra dixi, & taliter fit:



Aut crenelata, aut dentata, vt in armis Bituricen. vt iam ſupra oſtenſum eſt. Aut alio modo munita, & ſeminata beſanis, vt ſunt arma ducis Alenconii. Dulencon, quam ſic depingemus.


Item

Digitized by Google




Item arma etiam non raro fiunt, in quibus apponitur barra, quæ ſi veniat à ſiniſtra ad dextram, denotat, quod gerens talia arma apud nos, eſt naturalis tantum. Si vero à dextra ad ſiniſtram, ſecus, vt in armis illorum de Borbonio, de quibus aliquid ſupra tetigi: & plene per Guillelmum Benedicti *in ſua rep. cap. Rayn. in verb. Rayn. de Clera. num. 31. extra de teſtam. & in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducatus Burgundiæ. tit. des ſucceſſions des baſtardz artic. 3. ver. iuxta prædicta. cum duob. ſeq.* in quibus locis comprobatur, quod baſtardi non poſſunt portare arma plana, vel inſignia domus, licet ex communi vſu in tota Francia portent arma legitimorum, quibus ſuperaddunt tamen Barram per tranſuerſum ſcuti armorum, quæ incipit ſurſum à ſiniſtris, & ducitur inferius ad dextram, vt etiam tenent Guido Pap. q. 580. commentum Coſmę Guimier, *in verbo, filii. tit. de numero & qualitat. Cardinalium.* & Nicolaus de Vbaldis *in tract. ſucceſſ. 1. parte.* Et hoc debet ſeruari in baſtardis, vt differentes & diſtincti à legitimis cognoſcantur, ne forte per errorem computetur inter præcipuos. Maxime in participatione priuilegiorum, & bonorum filiis delatorum, & propter bonos mores cuſtodiendos, dixi ſupra *in 24. concl.* quæ incip. *limitantur etiam præcedentes.* Quid autem de legitimatis, vide *infra in 47. concl.*

Item interdum fiunt arma, in quibus apponitur orla, *orle*, & quandoque fit ex pluribus petiis, vſque ad ſex, & id quod album ſeu argentum eſt ſcutum, & illius coloris, cuius erit, nominatur. Alia vero, quæ ſunt intra ſcutum, & extra, dicuntur, *orle*; & ita figurantur.




Item ſimiliter in armis apponuntur quædam ſigna, vulgo dicta, *laumbeaux*, hoc eſt, lambantia, vel lambentia; ſeu appendix, vt in armis ducis Aurelian. ducis Andegauen. & comitis Angoliſmenſis iſto modo.



Item ponuntur etiam in armis tractus, *trectz*, & ſunt minores benda, ita quod eſt tertia pars bendæ, ſeu faſcæ. Et ſi ſint tres in ſcuto, dicuntur *tractus*, vbi vnus ſatis diſtat ab alio, & ſunt minores palis, ſeu baculo. Aliquando ponuntur in modum bendæ ſeu faſcæ.


SEptuageſima ſexta concluſio. Sunt multa ſigna ex prædictis etiam denotãtia, & importantia in armis diminutionem, vt ſunt

Item alias fiunt cum creneleura, *creneleure*, quæ ſi ponatur in benda, ſic fit.




Notabitis, quod benda ſimplex poteſt figurari, & colorari, ſeu depingi ſuper diuerſis coloribus, ſeu metallis, vt fit in armis dominorum de Cauilone, de Nouo caſtro, & de Giury, de Burgundia, qui omnes ſolam habēt bendam pro armis, ſed diuerſis coloribus: ex quo apud nos facile diſcernantur, cuius illorum ſint.


Item, & vltra etiam fit ſcutum armorum diuiſum in quatuor, & ſic eſt quadripartitum, quod dicitur *eſquartelé*, vt in armis Dalphini regni Franciæ, ducis Aurelianen. ducis Nemortii, comitis Fuxi, *Fouez*, comitis Arminiaci, quamplurium aliorum, & ſic formatur.



Item in armis apponitur bordatura, & fit aut ſimplex, vt in armis ducis Andegauenſis, puta:



Aut componata, vt ita loquar, vt in armis comitis Niuernenſis, vt ſupra dixi, & taliter fit:




Aut crenelata, aut dentata, vt in armis Bituricen. vt iam ſupra oſtenſum eſt. Aut alio modo munita, & ſeminata beſanis, vt ſunt arma ducis Alenconii. Dulencon, quam ſic depingemus.

Item



Item arma etiam non raro fiunt, in quibus apponitur barra, quæ ſi veniat à ſiniſtra ad dextram, denotat, quod gerens talia arma apud nos, eſt naturalis tantum. Si vero à dextra ad ſiniſtram, ſecus, vt in armis illorum de Borbonio, de quibus aliquid ſupra tetigi: & plene per Guillelmum Benedicti *in ſuã rep. cap. Rayn. in verb. Rayn. de Clera num. 31. extra de teſtam. & in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducatus Burgundiæ. tit. des ſucceßions des baſtardz artic. 3. ver. iuxta prædictã. cum duob. ſeq.* in quibus locis comprobatur, quod baſtardi non poſſunt portare arma plana, vel inſignia domus, licet ex communi vſu in tota Francia portent arma legitimorum, quibus ſuperaddunt tamen Barram per tranſuerſum ſcuti armorum, quæ incipit ſurſum à ſiniſtris, & ducitur inferius ad dextram, vt etiam tenent Guido Pap. q. 580. commentum Coſmę Guimier, *in verbo, filii. tit. de numero & qualitat. Cardinalium.* & Nicolaus de Vbaldis *in tract. ſucceſſ. 1. parte.* Et hoc debet ſeruari in baſtardis, vt differentes & diſtincti à legitimis cognoſcantur, ne forte per errorem computetur inter præcipuos. Maxime in participatione priuilegiorum, & bonorum filiis delatorum, & propter bonos mores cuſtodiendos, dixi ſupra *in 24. concl.* quæ incip. *limitantur etiam præcedentes.* Quid autem de legitimatis, vide *infra in 47. concl.*

Item interdum fiunt arma, in quibus apponitur orla, *orle*, & quandoque fit ex pluribus petiis, vſque ad ſex, & id quod album ſeu argentum eſt ſcutum, & illius coloris, cuius erit, nominatur. Alia vero, quæ ſunt intra ſcutum, & extra, dicuntur, *orle*; & ita figurantur.



Item ſimiliter in armis apponuntur quædam ſigna, vulgo dicta, *laumbeaux*, hoc eſt, lambantia, vel lambentia; ſeu appendix, vt in armis ducis Aurelian. ducis Andegauen. & comitis Angoliſmenſis iſto modo.



Item ponuntur etiam in armis tractus, *trectz*, & ſunt minores benda, ita quod eſt tertia pars bendæ, ſeu faſcæ. Et ſi ſint tres in ſcuto, dicuntur *tractus*, vbi vnus ſatis diſtat ab alio, & ſunt minores palis, ſeu baculo. Aliquando ponuntur in modum bendæ ſeu faſcæ.

SEptuageſimaſexta concluſio. Sunt multa ſigna ex prædictis etiam denotãtia, & importantia in armis diminutionem, vt ſunt

lambentia, hoc eſt, ea ſigna, quæ vocamus *lambeaux*, quæ ſolent poni, & addi ad doctrinam armorum principalium domus, ſeu caſatæ principalis. Nam apud nos, vt etiam ſup. *in* 20. *concl.* dixi, *& in* 37. ex conſuetudine regni quilibet primogenitus ſolet portare arma plana & integra ipſius domus, ſine aliqua diminutione: alii vero poſteriores, & poſtea geniti deſcendentes portant cum aliqua differentia, diminutione & diſtinctione, videlicet vt communiter ſecundogenitus portat, & addit cum armis principalibus les lambeaux. Tertius vero bordaturam ſimplicem. Quartus bordaturam componatam, aut alio modo diſtinctam per edenturas, crenelaturas, aut ſeminatam beſanis. Alii vero aut per bendam, ſeu barram, ſeu alias quouis modo per aliquam diſtinctionem, vt cognoſcantur de armis primogeniti, cui tanquam antiquiori in familia deferendum eſt, & cæteris ſit honorabilior, vt teſtatur Pſal. 88. & ego primogenitum illum excelſum præ regibus terræ, hoc eſt, honorabilem, vt exponit ibi de Lyra. & in primogenito tanquam in capite remanet, & ſtat ſplendor genituræ. argum. *l. cum ſcimus. in fin. C. de ag. & cenſi. lib.* 10. *& in leg. cum in diuerſis. ff. de religioſ.* Ideo arma domus nobilis remanent apud primogenitum, tanquam caput, & imaginem domus, ſecundũ Bal. *in l. ſi. C. pro ſoc.* & ea, quæ acquiruntur primogenito, acquiruntur titulo vniuerſali. Item acquiruntur, vt conſtituto in dignitate. vt tenet gloſ. *in c. quam periculoſum.* 7. *q.* 1. ideo arma debent penes eum remanere, quia dignitas, & titulus vniuerſalis non reperiuntur in aliis filiis ſecundogenitorum, vel tertiogenitorum. Alias primogenitus poteſt aliis prohibere, ne ea integra portent ex generali vſu, & conſuetudine Franciæ. facit in argumentum ad prædicta *c. omnes filii. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſalli. in vſib. feudor.*

Primogenito tamen ſine liberis decedente, ſecundogenitus poterit portare arma domus ſeu familiæ integra, & ſic conſequenter. Facit ad hoc in arg. *c. quidam habens filium. de filiis natis ex matrim. ad morgana. contract. c.* 1. *§. mulier. & §. filii nati. & ibi gl. in ver. filii. ſi de feu. defu. conten. ſit, & c. in vſib. feu.* Facit, nam in iure primogenituræ attenditur ordo primogeniti, vt notum eſt: ita in ſucceſſionibus ab inteſtato inſpicitur ordo proximorum. *l.* 2. *§.* 1. *ff. de ſuis, & leg.* eodem modo & in portu armorum, vt ſupra tactum eſt, *in* 39. *concl.*

SEptuageſima ſeptima concluſio. Quia ſupra in pluribus locis, vt *in* 24. *&* 75. *concluſionib.* de armis baſtardorum dictum eſt: nunc vero quæri poſſet, an legitimati à principe per reſcriptũ poſſint portare arma plana domus, vnde deſcenderunt ſine aliqua barra in medio per tranſuerſum. Primo videtur, quod non, cum non includantur, nec ſuccedant tales in feudis, text. eſt *in d. c.* 1. *§. naturales filii.* licet poſtea fiant legitimi ad ſucceſſionem feudi: nec ſoli, nec cum aliis admittuntur, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos vaſalli. facit cap. *quidam de filiis natis ex matri. ad morgo. contracto. in vſibus feu.* Ergo eodem modo dicendum eſt de armis. Quia quemadmodum eſt beneficium & honor, qui non intelligitur ſentire de reprobatis, *l. Lucius. §. Lucius. ff. de leg.* 2. ita etiam portare arma eſt honor. vt ſupra dixi. Secundo non comprehenduntur in diſpoſitione emphyteuticaria. ſecundum Specul. *titul. de emphyteu. §. nunc aliqua. verſic.* 172. ergo etiam videtur, quod nec in portu armorum, cum eadem militet ratio in vno, ſicut in alio; ergo idem ius conſtituendum in vtroque, *vulgata l. illud. §.* 1. *ibi; eaque ratio ſimiliter, &c. cum pluribus concord. allegatis in gloſſ. in ver. eſtimari. ff. ad l. Aquil.* Prædicta duo fundamẽta poſuit Bald. *in leg. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* & poſt eum G. Benedicti *in repe. cap. Rayn. in verl o. Rayn. de Clera num.* 23. *&* 24. *de teſtam. & il idem in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.* 101. Tertio facit; quia legitimatus etiam expreſſe ad quamlibet dignitatem non intelligitur legitimatus ad regiam dignitatem, vt tenet Bald. *in l. eam quam. col.* 9. *in fine. C. de fideicom.*

In oppoſitum facit; quia exiſtentia ſui hæredis habet locum in legitimatis, ſecundum Bald. *in d. leg. eam quam. colum.* 2. & d. meum

Iaſ.


Iaſ. *in leg. qui ſe patris. in* 3. & 4. *colum.* C. *vnde liberi. & in l. moribus. colum.* 5. *ff. de vulgari.* dixi *in commento meo ſuper conſuetud. ducatus Burgund. tit. des ſucceſſions des baſtardz.* §. 5. *in gloſſ. ab inteſt. verſic. quomodo autem.* & plenius *in eodem tit.* §. 5. *in conſ. ibi poſito: vbi ſiunt de materia multa argumenta.*

Pro concordia prædictorum breuiter dicendum eſt, quod prima opinio procedit, vbi ſimplex interueniret legitimatio. Secunda autem etiam eſt vera in caſu, in quo ita fiant legitimi, vt in feudo, emphyteuſi, portu armorum domus, aut ſucceſſione regni ſuccedant, & hoc fuerit expreſſe & nominatim dictum in reſcripto legitimationis, prout tenet gloſſ. *in verbo legitimi. in d. cap.* 1. §. *naturales. quam ſequitur ibi Bald. in d. l. eam quam. colum.* 9. *in fin.* Quia hoc licet principi facere ex ſuo reſcripto, vt ſatis innuit G. Benedicti *in ſua repe. cap. Raym. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. numer.* 289. *de teſtam.* vbi dicit, quod talis legitimatio quo ad honores & cætera filiis legitimis poſt vel antea ſuſceptis, non præiudicialia perpetuo durat, & ſuum ſemper cõtinuat effectum. pro quo facit *l. quoties. C. de precib. Imp. offer.* tamen quo ad regnum, & per conſequens quo ad arma regni talis legitimatio non poteſt fieri, ſaltem in regno Franciæ. vt tenet idem G. Benedicti *in loco præd. num.* 192. & 195. *in fin.*


Legitimati vero per ſubſequens matrimonium habent intrepide ius & facultatem deferendi arma plana domus, & familiæ. Sufficiat ad hoc melior text. *in cap. tanta. in princ.* & ibi gloſſ. 1. ad hoc fere expreſſa, ſaltem quo ad honores, *extra. qui filii ſint legit.* Ex eo; quia habentur pro ſuis, & habent iura ſuitatis. *in d. gloſſ. ab inteſt. ver. primo enim legitimantur. etiã quod ſuccedunt ſicut alii filii legitimi, & naturales etiam: in feudo & in emphyteuſi.* Prout etiam tenet Pan. *in cap. innotuit. colum.* 7. & *in cap. cum Vintonenſis. de elect. & in cap. lator. & d. cap. tanta. extra qui filii ſint legit.* Imo etiam ſi ſit conſuetudo, quod ſuccedat primogenitus, iſte taliter legitimatus, ſi ſit primo natus, intelligitur primogenitus, & ſic poterit, & debebit portare arma plana domus,

licet reperiatur poſtea alius natus legitimus & naturalis, aliàs ſecus. Faciunt ad hæc notata Bald. *in d. l. eam quam. ibi; denuo dubitatur. & ibi; Sed pone, quod eſt nominatim. C. de fideicommiſſis.*


SEptuageſima octaua concluſio. Reperitur & alius color ſeu ſpecies ſigni in armis, ſecundum nonnullos armoriſtas, & dicitur in vulgari eorum *burle*, & eſt tertia vnius faſciæ: & ponitur faſcia per medium ſcuti, vt ſupra videre potes ad oculum. Dicitur nempe *burle*, quando excedit decem petias, & infra numeratur ex argenteo & azureo: Et eius proprius color eſt ſicut balius color, *vair* Gallice. Et ſi fiat alteri coloris, debet nominari ſeu blaſonari, cuius coloris ſit, & ſit ſeu fieri debet iſto expreſſo modo, quando eſt vnica tantum.




Quando vero ſunt plures quam denæ, ſeu decem, modo ſequenti:




dicitur, ſecus ſi ex argento, & figuratur ſub hac forma.



Aut vero fiunt arma ex tortellis, *de torteaux*, & ſunt hæc ſigna groſſiora beſanis, & ſemper fiunt ex colo. & numerantur, ſicut dictum eſt de ipſis beſanis, & qualiter effigiantur, hic patet intuenti.




Aut ex contiſſis compacta ſunt arma. *de cotiſſes*. Cotiſſa eſt enim in triplo minor quam benda, & vadit per tranſuerſum ſicut benda: & cotiſſæ in armis ſe numerant vſque ad octo, & ponuntur in armis ducis Burgundiæ, in armis comitis Campaniæ, & do. de le Roche Guyon, & ſic figurantur.



Etiam ex denturis, *endentez* Gallice: hoc eſt, tanquam dentata, vel dentoſa fiunt arma, vel *d'engrellez*, quæ quaſi idem ſunt: ſed dentatura eſt maior, & fit iſto modo.




Vel ſic, vt in armis ducis Bituricenſis.



Engrelatura


Engrelatura vero eſt minor endentura, & fit ſub hac ſpecie.



Item ex lozangiis, *Lozenges*, factis ad modum lozangiarum, quæ ponuntur in vitrinis ſub forma quadranguli: ſed ſuperior & inferior partes plus tendunt in acutum, quam aliæ duæ collaterales ſeu mediæ, & ſic plus longæ ſunt, quam largæ: & numerantur vſque ad 26. aut ad 25. ſecundum alios, vt ſunt arma ducis Bauariæ, & fiunt hoc modo.



Item ex fuſis. *de fuzées*, & ſunt acutæ in ſuperiori & inferiori partibus, & rotundæ ex vtroque latere, & fit de eis numerus, prout de lonzagiis, & ſic depinguntur.




Item ex fretura, *de frettes*, quæ fit ſicut cotiſſa, ſed recotiſſatur, ſeu recruciatur, *recroiſé* Gallice, ex contrario vna alteri, hac forma.




Item ex ſcachis, *d'eſchequier*, qui fiunt ſub forma tabulati luſorii, & conuenientis ludo ſcachorum, & numerantur puncta ſcachi: & & ſi ſint tot puncta ex vno colore ſicut ex alio, dicetur ſolum ſcachotatum, *eſchequetté*, de coloribus quibus erit. Si vero excedat numerum 25. punctorum, & tres cuſpides ſcuti, *les troys puyntes*, ſin eiuſdem coloris, aut metalli, dicetur ſcutum talis coloris ſcachotatum

Digitized by Google


eſchequetté, & ex tali colore: & numerantur ſicut lozangiæ, & figura fit hic expreſſa.




Item ex gemellis, *de gemelles*, & ipſa in triplo minor, quam feſſa, & debet poni in medio ſcuti, ſicut feſſa, & ſunt prout cotiſſæ, vna prope alteram, in modum tamen feſſæ: & inter eas in medio debet eſſe tantum ſpacii, quantum vna eſt groſſa: & quando ſunt tres, ſeu triplicatæ, vocantur *trierces*, & fiunt modo hic ad oculum oſtenſo.



Item ex billetis etiam componuntur arma, quæ ſunt modicum longæ, & ſtrictæ, & non ſunt ita largæ, ſicut longæ numerantur vſque ad 16. & ſic effigiantur.




Item ex faſca ſeu feſſa, & interdũ ex benda, quæ quando ſunt ſimiles, quando ſuper ſuis coloribus ſunt figuratæ ex aliquibus beſtiis aut auibus, prout ſi diceretur *diaſpres*, & ſunt arma domini de Clera in Normannia. Eſt tamen differentia inter faſcas, & bendas; quia benda eſt maior, quam longior, & interdum dicitur compoſita ex diuerſis coloribus ſeu metallo & colore, vt in armis comitis Dunen. Item fit cum engrelatura, ſeu genelatura aut cum animalibus, vt in armis ducis Vindocinenſis, & fit benda hoc modo.




Faſca

Digitized by Google

Faſca vero ſiue feſſa fit, vt hic videre potes.



Item ex crucibus, quæ fiunt pluribus modis, & cum differentia. Nam quandoque fiunt ſimpliciter, & dicitur ſimpliciter *à vne croix*, vt in armis ducis Sabaudiæ, archiepiſcopi, & ducis Rhemenſis, epiſcopi, & comitis Cathalaunenſis, epiſcopi, & comitis Beluacenſis: qui quidem tres ſunt pares Franciæ, & ſic fiunt.



Vnde tamen habuerint originem talia arma ducum Sabaudiæ, legi in quadam oratione Petri Care Iuriſc. deſcripta *in lib. ſuarum orationum*, quam habuit tanquam legatus ad Alexan. VI. Pont. maximum: quod extincto Rhodiorum Principe, vrbe à Turcis obſeſſa, rebus Chriſtianorum vndique trepidantibus, Amadeus vnus Sabaudię Princeps Chriſtiani exercitus imper. barbarorum impetum non modo ſuſtinuit, verum excelſo infractoque animo fudit, fugauit, oppreſſit: vrbem Rhodum, inſulam omnem, Chriſtianos cunctos, ea obſidione illis periculis liberauit. Hinc communi Chriſtianorum omniũ principum conſenſu, ſummo Rhodiorum applauſu, Chriſti vexillo donatus eſt, decretoque illo actũ, vt in militaribus ſignis, crucem albam, crucem candidam, crucem agni immaculati deferret, quo trophęo, glorioſoque inſigni omnes poſtea Sabaudiæ Principes, relictis Cæſareis aquilis (quod priſcum, & gentile illius antiquiſſimæ familiæ inſigne fuerat) in hunc vſque diem inſigniri exornarique videmus.


Vel alio modo crux ſimplex fieri poteſt ſic, licet videatur, quod potius dici debeat *patée*, vt infra patet.



Et iſta forte fuerunt inſignia Flauii Conſtantini Magni, qui anno Domini (vt referunt Hiſtoriographi) 210. regnare cœpit, bellis victorioſus, in gubernando rempub. prudens, liberalitate & gratia omnium beneuolentiam ſibi comparauit, iturus ad bellum, non alio quam crucis ſignaculo vſus eſt. de quo ad radicem inferius dixi, *in 98. concluſione*.


Quan-

Item fiunt cum nilo. *vng nyle*, in vulgari: & eſt ferrum inuerſum, ſeu recuruum, ſuper quo mola molendinaria rotatur.




Et ſunt arma dominorum de Capitulo Heduenſi: qui habent nilum nigrum in campo rubro: ſed illa arma ſic compoſita videntur falſa, quia color ſupra colorem. Dicitur tamen quod eccleſia nunquam habet arma falſa. Vel poteſt dici, quod ſi ponatur filetum, *vng filet*, ex argento circundans nilum, tunc non erunt falſa: & ita fit in aliquibus armis dicti Capituli, licet potius dicerem eſſe nilum nigrum ſupra nilum album, quod & verum eſt. Vel aliter dic, quod prædicta eccleſia habet talia arma, & de eis fiat quæſtio, & inueſtigatio, ad ſciendum cuius ſint arma. Sicut fit de armis Ieruſalem, quæ propter excellentiam tolerantur, vt ſupra dixi *in 69. concluſ.*


Item aliquando fiunt cum bina cuſpide ſurſum tendente, & ſe contingente in ſuperiori parte, *deux pointes l'vne contre l'autre dreſſées*, & ſic videtur eſſe mediatas cheuroni. & ſic fit:



Item etiam fiunt cum vno filo, ſeu linea, *vng filet*, & ita ſtruitur.




Vel ſic, vt in armis comitis Artheſii.




Digitized by Google

Item alias fiunt cum creneleura, *creneleure*, quæ ſi ponatur in benda, ſic fit.




Notabitis, quod benda ſimplex poteſt figurari, & colorari, ſeu depingi ſuper diuerſis coloribus, ſeu metallis, vt fit in armis dominorum de Cauilone, de Nouo caſtro, & de Giury, de Burgundia, qui omnes ſolam habẽt bendam pro armis, ſed diuerſis coloribus: ex quo apud nos facile diſcernantur, cuius illorum ſint.


Item, & vltra etiam fit ſcutum armorum diuiſum in quatuor, & ſic eſt quadripartitum, quod dicitur *eſquartelé*, vt in armis Dalphini regni Franciæ, ducis Aurelianen. ducis Nemortii, comitis Fuxi, *Fouez*, comitis Arminiaci, quamplurium aliorum, & ſic formatur.



Item in armis apponitur bordatura, & fit aut ſimplex, vt in armis ducis Andegauenſis, puta:




Aut componata, vt ita loquar, vt in armis comitis Niuernenſis, vt ſupra dixi, & taliter fit:




Aut crenelata, aut dentata, vt in armis Bituricen. vt iam ſupra oſtenſum eſt. Aut alio modo munita, & ſeminata beſanis, vt ſunt arma ducis Alenconii. Dulencon, quam ſic depingemus.

Item



Item arma etiam non raro fiunt, in quibus apponitur barra, quæ ſi veniat à ſiniſtra ad dextram, denotat, quod gerens talia arma apud nos, eſt naturalis tantum. Si vero à dextra ad ſiniſtram, ſecus, vt in armis illorum de Borbonio, de quibus aliquid ſupra tetigi: & plene per Guillelmum Benedicti *in ſuā rep. cap. Rayn. in verb. Rayn. de Clera. num. 31. extra de teſtam. & in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducatus Burgundiæ. tit. des ſucceſſions des baſtardz artic. 3. ver. iuxta prædicta. cum duob. ſeq.* in quibus locis comprobatur, quod baſtardi non poſſunt portare arma plana, vel inſignia domus, licet ex communi vſu in tota Francia portent arma legitimorum, quibus ſuperaddunt tamen Barram per tranſuerſum ſcuti armorum, quæ incipit ſurſum à ſiniſtris, & ducitur inferius ad dextram, vt etiam tenent Guido Pap. *q.* 580. commentum Coſmę Guimier, *in verbo, filii. tit. de numero & qualitat. Cardinalium.* & Nicolaus de Vbaldis *in tract. ſucceſſ. 1. parte.* Et hoc debet ſeruari in baſtardis, vt differentes & diſtincti à legitimis cognoſcantur, ne forte per errorem computetur inter præcipuos. Maxime in participatione priuilegiorum, & bonorum filiis delatorum, & propter bonos mores cuſtodiendos, dixi ſupra *in* 24. *concl.* quæ incip. *limitantur etiam præcedentes.* Quid autem de legitimatis, vide *infra in* 47. *concl.*

Item interdum fiunt arma, in quibus apponitur orla, *orle*, & quandoque fit ex pluribus petiis, vſque ad ſex, & id quod album ſeu argentum eſt ſcutum, & illius coloris, cuius erit, nominatur. Alia vero, quæ ſunt intra ſcutum, & extra, dicuntur, *orle*; & ita figurantur.



Item ſimiliter in armis apponuntur quædam ſigna, vulgo dicta, *laumbeaux*, hoc eſt, lambantia, vel lambentia; ſeu appendix, vt in armis ducis Aurelian. ducis Andegauen. & comitis Angoliſinenſis iſto modo.



Item ponuntur etiam in armis tractus, *trectz*, & ſunt minores benda, ita quod eſt tertia pars bendæ, ſeu faſcæ. Et ſi ſint tres in ſcuto, dicuntur *tractus*, vbi vnus ſatis diſtat ab alio, & ſunt minores palis, ſeu baculo. Aliquando ponuntur in modum bendæ ſeu faſcæ.


SEptuageſimaſexta concluſio. Sunt multa ſigna ex prædictis etiam denotātia, & importantia in armis diminutionem, vt ſunt lamben-

Iaſ. *in leg. qui ſe patris. in* 3. *&* 4. *colum.* C. *vnde liberi. & in l. moribus. colum.* 5. *ff. de vulgari.* dixi *in commento meo ſuper conſuetud. ducatus Burgund. tit. des ſucceſsions des baſtardz.* §. 5. *in gloſſ. ab inteſt. verſic. quomodo autem.* & plenius *in eodem tit.* §. 5. *in conſ. ibi poſito: vbi fiunt de materia multa argumenta.*


Pro concordia prædictorum breuiter dicendum eſt, quod prima opinio procedit, vbi ſimplex interueniret legitimatio. Secunda autem etiam eſt vera in caſu, in quo ita fiant legitimi, vt in feudo, emphyteuſi, portu armorum domus, aut ſucceſſione regni ſuccedant, & hoc fuerit expreſſe & nominatim dictum in reſcripto legitimationis, prout tenet gloſſ. *in verbo legitimi. in d. cap.* 1. §. *naturales. quam ſequitur ibi Bald. in d. l. eam quam. colum.* 9. *in fin.* Quia hoc licet principi facere ex ſuo reſcripto, vt ſatis innuit G. Benedicti *in ſua repe. cap. Raym. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. numer.* 289. *de teſtam.* vbi dicit, quod talis legitimatio quo ad honores & cætera filiis legitimis poſt vel antea ſuſceptis, non præiudicialia perpetuo durat, & ſuum ſemper cõtinuat effectum. pro quo facit *l. quoties. C. de precib. Imp. offer.* tamen quo ad regnum, & per conſequens quo ad arma regni talis legitimatio non poteſt fieri, ſaltem in regno Franciæ. vt tenet idem G. Benedicti *in loco præd. num.* 192. *&* 195. *in fin.*

Legitimati vero per ſubſequens matrimonium habent intrepide ius & facultatem deferendi arma plana domus, & familiæ. Sufficiat ad hoc melior text. *in cap. tanta. in princ.* & ibi gloſſ. 1. ad hoc fere expreſſa, ſaltem quo ad honores, *extra. qui filii ſint legit.* Ex eo; quia habentur pro ſuis, & habent iura ſuitatis. *in d. gloſſ. ab inteſt. ver. primo enim legitimantur. etiã quod ſuccedunt ſicut alii filii legitimi, & naturales etiam in feudo & in emphyteuſi.* Prout etiam tenet Pan. *in cap. innotuit. colum.* 7. *& in cap. cum Vintonenſis. de elect. & in cap. letor. & d. cap. tanta. extra qui filii ſint legit.* Imo etiam ſi ſit conſuetudo, quod ſuccedat primogenitus, iſte taliter legitimatus, ſi ſit primo natus, intelligitur primogenitus, & ſic poterit, & debebit portare arma plana domus, licet reperiatur poſtea alius natus legitimus & naturalis, aliàs ſecus. Faciunt ad hæc notata Bald. *in d. l. eam quam. ibi; denuo dubitatur. & ibi; Sed pone, quod eſt nominatim. C. de fideicommiſſis.*

SEptuageſima octaua concluſio. Reperitur & alius color ſeu ſpecies ſigni in armis, ſecundum nonnullos armoriſtas, & dicitur in vulgari eorum *burle*, & eſt tertia vnius faſciæ: & ponitur faſcia per medium ſcuti, vt ſupra videre potes ad oculum. Dicitur nempe *burle*, quando excedit decem petias, & infra numeratur ex argenteo & azureo: Et eius proprius color eſt ſicut balius color, *vair* Gallice. Et ſi fiat alteri coloris, debet nominari ſeu blaſonari, cuius coloris ſit, & ſit ſeu fieri debet iſto expreſſo modo, quando eſt vnica tantum.




Quando vero ſunt plures quam denæ, ſeu decem, modo ſequenti:



Item

Item etiam fiunt arma per vndaturam, hoc eſt, ad typum vndæ fluentis: vt eſt in armis illorum de la Baulme, qui geſtant in campo aureo vndam azuream forma hic deſignata:



Item in armis ponuntur planetæ, vt Luna. puta in parte per modũ creſcentis lunæ, cum curuatur in cornua, vt in armis Soldani, qui habet ſecundum aliquos tres creſcentes argenteas in campo azureo, in hanc figuram.



Item arma depinguntur per membra hominis, vt manus, caput, & ſi manus dextra paſſis digitis apponatur, libertatem deſignat, vt habent domini de Cap. Eccleſ. Lingon. Si vero ſiniſtra compreſſis tenacitatem. Si vero oculus, interpretatur iuſtitiæ ſeruator & corporis cuſtos. Vel etiam cum manus hominis pingitur, hominẽ laborioſum ſignificat, cum manus omnia opera perficiat. vt deſcribitur in hieroglyphica Ori Apollinis Niliaci.

SEptuageſimanona concluſio. Licet ſupra abunde viderimus multa ex quibus fiunt arma, & diuerſimode, tamen adhuc eſt aduertendum, quod multoties arma etiam fiunt, aut ex auibus ſeu aliis animalibus & beſtiis, ſeu piſcibus, aut ex floribus, herbis, vel arboribus, & in his ſunt attẽdenda ſequentia.

OCtogeſima concluſio. Cum animalia terreſtria ſint auibus & piſcibus perfectiora, vt dicam *inf. in 7. par. in 78. con.* vbi ſcripſi de animalibus. Ideo videtur dicendum, quod arma ex talibus animalib. ſint digniora illis, quæ ſunt ex auibus ſeu piſcibus data paritate nobilitatis. Et quæ fiunt ex auibus digniora ſunt, quam ex piſcibus. Cum aues, ex quo magis participant de aere & igne, quã de aqua & terra. ideo videantur digniora, cum aer ſit dignius elementum aqua & terra, vt *in d. par. in 7. conſi.* dixi. quod facit etiam pro armis ex auibus quod ſint digniora, quã ſi eſſent ex aliis animalibus, vt ſunt arma Imperatoris, quæ ſunt aliis digniora.

OCtogeſimaprima concluſio. Si fiant ex auibus notandum eſt, quod de omnibus habentibus pedes & roſtrum ex alio metallo ſeu colore, quam ſit corpus ipſius auis, dici debet, in blaſono talium armorum tales aues membratæ. Et iſtud eſt generale in omnibus auibus, præterquam in merulâ, quæ ſi apponatur in armis, non debet habere pedes nec femora, & ſic nominatur ſine pedibus, nec dicitur membrata. Et tene iſtud pro maxima in armaria.

OCtogeſimaſecunda concluſio. Si in armaria alicuius ſint pictæ aues, beſtiæ, piſces, & id genus in certo numero; tunc numerus illorum numerari, nominari, ſeu blaſonari debet, ſi ſint vſq; ad 16. vt eſt in armis illorum de Lauel, aut de Montmorancy, vbi dicitur, quod habent 16. aquilas, propterea dicitur in campo aureo cum 16. aquilis aureis. Si vero ſint plures, dicitur in tali ſcuto aureo, vel alias prout erit, ſunt aquilæ ſeminatæ ex azureo, vt eſt in armis illorũ de Peulle, vbi non dicitur, nec fit numerus, ſicut nec in omnibus aliis, vbi eſt maior numerus quã

36. ſed

Digitized by Google

36. ſed debent dici talia ſeminata, vel ſine numero.

OCtogeſimatertia concluſio. Auis in armaria eſt ita figuranda & collocanda, prout de ſui natura ſtare, ſeu ſedere poſſet in ſimili loco, alias arma ſunt, & dici debent falſa; cum ars imitetur naturam in quantum poteſt. §. *minorem. inſti. de adop. & in l. ſi paterfa. in fi. ff. eo.* Pan. *in c. debitum de baptiſmo.* & Bar. *in d. tract. de armis in 3. col.* Et ideo ſi ponatur aquila ſuper aliqua parua herba, aut ſuper flore, ſeu viola, ſuper quibus naturaliter nō poſſet ſtare, non videtur bene collocata. Sicut videmus in armis domini de Foleto in comitatu Pinctauenſi, qui habet accipitrem ſuper lilio ſeu flore lilii. Cum iſtud ſit impoſſibile, quod accipiter ſtare poſſis naturaliter ſuper flore lilii. Ideo videtur, quod male collocetur in talibus armis. Sic etiam qui depingeret in armis auem non aquatilem in aqua, non eſſet bene collocata: ſicut ſi piſcis collocaretur aut depingeretur in arbore vel in aëre ſuper terra, vbi non ſolet viuere, nec ſtare. Aut etiam ſi figuraretur bos in aëre, vel in nube, vel in aqua. Ex quo mihi videtur, quod arma antiqua Alexien. (de quibus ſupra in 48. *concluſ.*) vbi bos figuratur exiens de nube non ſunt bene compoſita; quia non eſt de natura bouis, quod exeat de nube. Cum ſit ridiculum dicere, quod bos volet, aut volare poſſit, iuxta prouerbium commune, quo dicitur: *Dum piſcis arabit, & bos volabit, omnia erunt in pace.*

Aduertendum eſt, quod, vt refert Lucius, dictus de Lyngres, inuentio armorum ex auibus compoſitorum, vt ex aquilis, grifonibus, vulturibus, coruis, gruibus, anſerib⁹ prouenit & habuit initium à Romanis. Donationem ſeu deſignationem plurium auium vide in Ori Apollinis Niliaci hieroglyphica per Bernardinū Trebatium de Græcis tranſlata: & poſt eum in fragmentis Iacobi Capelli Pariſienſis: vbi dicunt Pellicani formam deſignare inſidiantem, Cuculi effigiem ingratitudinem, Ciconiam parentum amantes deſignare. Columbam gratitudinem. Apis effigiem regem iudicare. Vulturem genium, & maieſtatem. Perdices contumelioſos homines. Accipitrem rem denotare cito factam: & ibi allegat pro talibus dictis ſuos autores.

Legitur apud Ioan. le Maire *in illuſtrationibus Galliæ lib. 5. c. incip. Semiramis.* quod ipſa Semiramis regina Babyloniorum portabat in ſuis armis vnam columbam. Item ramus aureus in campo viridi cum duabus columbis argenteis erant arma Æneæ, de quo meminit Virg. *in 6. Aen.* ſic inquiens:

Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat nemore in tanto. Et ſequitur:
Vix ea fatus erat, geminæ cum forte columbæ,
Ipſa ſub ora viri cœlo venere volantes:
Et viridi ſedere ſolo. De quarum columbarum geminarum interpretatione, vide Cælium *lib. antiq. lectionum* 10. *cap.* 40. vbi etiam declarat, quid denotent geminæ alæ.

OCtogeſimaquarta concluſio. Inuentio armorum depictorum ex beſtiis, puta ex leonibus, leopardis, vrſis, lupis, apris, ceruis, & aliis prouenit ex Hunnis, ſeu Hungaris, Saxonibus & Pannoniis, ſecundum eundem Lucium, & vt ſcribitur in hieroglyphica Ori Apollinis Niliaci, & refert Iacobus Capellus *in ſuis fragmentis*: Ægyptii vtebantur notis animalium, & auium, vt ſupra probe dictum eſt ad quid ſignificandum: quoniam ſerpens caudam ſibi mordens (vt in armis antiquis Heduorum ſupra poſitis) annum, aſtra eorumque diſcurſus ſignificabat. Figura leonis furorem. Anteriores partes leonis fortitudinem. Muſca impudentem. Formica cognitionem & prudentiam. Caput leonis vigilantes aut cuſtodes. Vipera mulierem viro inſidiantem. Hyena picta inconſtantem hominem. Pellis hyenæ fortunæ & calamitatis contemptorem, Capræ figura optime audientem, Camelus pigrum, Bouis figura terram, Hippopotami vngulæ deorſum verſæ impium, iniuſtumque ſignificant, Crocodilus malum notat.

OCtogeſimaquinta concluſio. Circa beſtias & animalia bruta, iſtud etiā eſt attendendum, quod ſecundum eum naturam & conditionem meliorem ſeu actū nobiliorem

rem in armis poni & deſignari debent. Ita tamen, quod pars anterior ſemper præcedat, & ſit in anteriori parte, quæ eſt nobilior: vt dicit Angel. *in l. quod conclaue. & ibi Alexan. in apoſt. ad Bar. ff. de dam. inſe.* Ideo ſi portentur in vexillo, debent portari ſecundum illum vſum, ad quem vexillũ deſtinatur ſeu appropriatur. Et ideo cum haſta in vexillo præcedat, & vexillum ſequatur, ſi ſit aliquod animal in ipſo vexillo depictum, debet reſpicere haſtam. Cum de natura & inclinatione naturali faciei ſit antecedere. Et dicit Bartol. *in d. tracta. de armis, in 3. colum. ibi; de natura autem vexilli.* quod idem eſt in omni re & figura, quę habet partes, quæ denotantur per ante & poſt; tunc ſemper anterior debet eſſe, & vergere verſus haſtam, alias videretur retro cedere tanquam monſtrum, & non eſſet bene compoſitum vexillum.

Dicit tamen ibi Bar. quod ſi ſit alicuius rei pars anterior, quæ ſolum portetur pro armis, vt ſunt multi qui faciem arietis, vel bouis, vel caput leonis, aut galli gallinacei ſuo ſigno & armis portant; tunc non poteſt pars anterior reſpicere haſtam, ſed à latere.

Octogeſimaſexta concluſio. Non tamen animalia picta & poſita in armis, in eorum nobiliori actu, & eo quo magis ſuum vigorem oſtendunt, deſignari debent. Pro quo facit *l. quæritur. ff. de ſtat. ho. l. quicquid. §. cum partes. ff. de acquir. re. do. & l. ſi non ſunt. §. fin. ff. de auro & arg. leg.* ſed vt dicit Bart. in *præd. tract.* ſic vſitatum eſſe videmus ab antiquo, quod princeps in maieſtate, pontifex in pontificalibus depinguntur & deſignantur, & ſic ſinguli ſecundum ſuos nobiliores & conuenientes actus, in quo poſſent eſſe: hoc eſt, quod communiter dicitur, *Caſcun à ſon attour*, & quod quis debet ornari ſecundum ordinem & qualitatem dignitatis, & prout conueniens eſt ſtatui, ordini, & officio. facit text. *in l. ſed ſi quid. §. ſufficienter autem alere & veſtire debet ſecundum ordinem & dignitatem mancipiorum (hoc eſt ſtatum, ſecundum expoſitionem gl. ibi) ff. de vſuf.* & plene per Spec. *tit. de aduoc. §. ſequitur videre de veſtib. aduocatorum.* de quibus & pluribus aliis vide ſupra *in 8. concl.* Vnde Seneca ait vxori Neronis, vt refert ibi Spec. indue te delicate, chariſſima, non propter te, ſed propter honorem imperii. pro hoc alleg. text. *in c. 1. ibi: propter neceſſitatem, hoc eſt, honeſtatem, ſecundum gl. ibi 21. q. 4. & in c. fi. de cuſt. euch. extra.* facit etiam *c. veſtimenta. de conſec. diſt. 1.*

Ex prædictis ſequitur, quod animalia, quorum natura fera eſt, vt *l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul.* debent deſignari & figurari in actu feroci, vt leo, vrſus, tigris, leopardus, & ſimilia.

Figuratur ergo in armis Leo erectus ſeu eleuatus, mordax ore, & radẽs pedibus, quod in vulgari noſtro dicitur, *Rampant*. Quia morſu & vnguibus ſæuit. Et Leopardus tranſiens, *paſſant*, Gallice. & idem in ſimilibus vt lupus, qui de ſui natura dicitur *Paſſant*: & ex illis actibus magis ſuum vigorem oſtendunt, pariter & naturam.

Octogeſimaſeptima concluſio. Animalia non ferocia etiam in nobiliori eorũ actu deſignari ſeu depingi debent in armis: vt Equus in currendo aut ſaliendo, Agnus in ambulando plane per terram, & ſic de cæteris huiuſmodi animalibus in ſua ſpecie.

Octogeſimaoctaua concluſio talis eſt, quod ſemper pes, qui antecedit, ſit pes dexter; quoniam, vt ſupra dixi *in 11 conſid.* pars dextra eſt principium motus, & principalior ſeu dignior pars, alias ſignaret talem figuram læuam eſſe, quod vitium ſonat, *l. qui clauum, §. item ſciendum. ff. de ædil. edicto.*

Et de huiuſmodi parte dextra, an ſit nobilior, vide Ioan. Saxon. ad hoc propoſitum *in commentis ſuis ſuper conſuetudin. Turon. tit. Des droitz de chaſtellenie, artic.* 2. vbi ponit concluſiones de præſenti materia. Et ibi dicit, quod in Normania pars ſiniſtra in Eccleſiis eſt nobilior & dignior.

Octogeſimanona concluſio. Licet pes dexter in vexillis, quæ portantur ex vna parte, videatur eſſe pes ſiniſter; tamen in vexillo inſpicitur pars, quæ reſpicit portantem, & non alia. Cum illud, quod videtur ex alia parte, non ex principali propoſito contingit, ſed per accidens. Et vexilla portantur in haſta, cuius natura eſt, quod portetur recta & eleua-

& eleuata, vt *l. qui ſella. ff. de ſerui. ruſtic. prædio.* Sicut videmus in ſcribente literas; reſpicitur enim illa pars, quæ reſpicit ſcribentem, non pars, quæ eſt ex conuerſo, quæ non habet formam. Sic etiam ſi quis in ſpeculo aſpiciat ſeipſum, quod in ſe dextrum eſt, in ſpeculo ſiniſtrum apparebit. ita dicit Bart. *in d. tract. ſuo de armis.*

NOnageſima concluſio. In vexillis ſeu vehiculis, quæ affiguntur & portantur in tubis, quarum natura proprie eſt, vt ad os tubarum poſitæ quaſi per planum gerentis poſitum: tunc facies rei vel deſignatæ pars anterior non debet inſpicere tubam ſicut haſtam. Non enim tuba eſt pars anterior, ſed ſuperior, & ſic debet partem anteriorem illius vexilli tubæ plane iacentis portare: ita Bart. *vbi ſupra.*

NOnageſimaprima concluſio. Vt dicit idem Bar. loco prædicto, ſupradicta habent locum, quando eſt tamen vnum animal in armis, ſeu vexillis pictum. Si vero ſint duo animalia ſe inuicem reſpicientia, non eſt amplius quæ pars ſit, quæ debeat poni à dextra vel ſiniſtra, & non eſt locus (vt dixi) præcedenti inueſtigationi ſeu ſpeculationi. Quia in incertis, non certis locus eſt coniecturis. *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.* notatur per gloſ. *in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. c. ad audientiam. & ibi gl. 2. de homicid. extra.* Quod intellige, niſi eſſent duo animalia diuerſæ naturæ, ſeu generis diuerſi: quoniam ſi eſſet leo cum alio, puta cane, deberet poni leo à dextris, canis vero à ſiniſtris, & ita dicendum de quibuſuis aliis animalibus, quorum vnum comparari non poſſet cum alio, vt obſeruetur illud generale ſæpius repetitum, quod ſemper digniora & nobiliora præcedere, & in loco priori ſeu digniori poni debeant.

NOnageſimaſecunda concluſio. In armis portatis, etiã ſuper veſtibus hominum (puta *encortes d'armes*) protractis ſeu fibulatis, illud, quod in armis ſe habet vt pars ſuperior, debet eſſe verſus caput hominis; quod vero vt inferior, verſus pedes. Et quod depingitur in anteriori parte hominis, vt in pectore, pars nobilior armorum debet reſpicere latus dextrum: eſt enim illa pars nobilior & principium motus, vt dixi ſupra in pluribus locis ſecundum Bart. *vbi ſupra.*

NOnageſimatertia concluſio. Si vero arma depingantur, & fiant à parte poſteriori ſuper veſte hominis, & ſit à tergo illa pars quæ ſe habet vt anterior, vel nobilior, debet eſſe verſus latus ſiniſtrum hominis portantis. Ratio (vt dicit ibi Bar.) quia illius arma erunt ſicut facies illius reſpiciens recte illud videndo. Facies ergo iſtorum armorum à parte poſteriori, idem Bart. alio modo cõprobat fingendo vnum hominem habere faciem retro: proculdubio latus quod erat ſiniſtrum ex parte poſteriori, erit dextrum. Item Bar. ſuper hoc dubio ad illud magis elucidandum ponit quæſtionẽ de modo ſcribendi apud nos, qui cum ſcribimus, incipimus à latere ſiniſtro, & tẽdimus ad dextrum. Apud Iudęos autem fit è conuerſo: quoniam cum ſcribunt, incipiunt à latere dextro, & tendunt ad latus ſiniſtrum: quis iſtorum modus ſit æquior & rationabilior. Videretur dicendum, quod modus Iudæorum. Dicunt enim Iudæi, quod modus ſeu mos noſter nõ eſt rationabilis, eo quia illud, quod debet eſſe principium motus & actionis, eſt terminus & finis, & illud, quod debet eſſe terminus, eſt principium, & ſic perturbatur ordo rerum, & per conſequens modus eorum ſcribendi eſt rationabilior, cum incipiant ſcribere à latere dextro, & traducunt verſus ſiniſtrum.

Sed Bar. ad tollendam illam eorum friuolam rationem dicit, quod aliquid rationabiliter fieri debet reſpectu finis, ad quem ordinatum, ideo finis dicitur primus intellectus operantis, & hæc naturaliter ſunt vera: & vt dicit, probatur iſtud per regulam. Nam etſi intellectus operantis finis ſit rationabilis, etiam ſi poſtea non ſequitur, non dicitur irrationabiliter operari, *l. ſed an vltro. §. 1. ff. de nego. geſt.* ſed ſcriptura fit, vt legatur. Legere autem eſt oculis inſpicere & videre quę ſcripta ſunt. text. eſt *in l. 1. §. 1. ff. de his quæ in teſtam. del.* Et ſic legi fit per viſum, videri autem eſt facti, vt

N Phyſici

Phyſici dicunt; ſcriptura autem repræſentata in oculis noſtris, agit in oculos noſtros: oculi autem pati dicuntur, quod patet; quia ex hoc læduntur. Cum ergo ſcriptura agat in oculis, debet iſta actio incipi à latere dextro ipſius ſcripturæ, quia illud latus eſt principiũ motus ſeu actionis, ſed latus dextrum ſcripturæ quæ nos reſpicit, eſt reſpectu lateris noſtri ſiniſtrum. Sicut ſi homo voluat vultum ſuum verſus meum directo, latus eius dextrum reſpectu mei, eſt ſiniſtrum.

Et ſic infertur, quod nos in ſcribendo magis rationabiliter operamur, inſpicimus enim finem, ſic vt à latere dextro ſcriptura in omnibus incipiat operari: ſecundum modum Iudæorum incipit à latere ſiniſtro.

Ex quibus concludit Bar. ad propoſitum qualiter arma ſeu inſignia depingi debeant rationaliter à parte ſuperiore ſuper veſte hominis, prout hic proxime deciſum eſt: & ibidem vlterius fortificat Bar. prædicta, ponendo aliquem velle ſcribere Latine in ſpeculis alicuius, quod abſque dubio incipiat à parte ſiniſtra, quoniam illo reſponſum legendo erit dextro, vt ample demonſtrat, & ſupra oſtenſum eſt.

NOnageſimaquarta concluſio. Secundũ eundem Bar. loco quo ſupra literæ & arma ſemper debent incidi in ſigillis per cõuerſum, quando fit ſigillum ad finem imprimẽdi in ceram vel aliam materiam, & remanet rectum, & ſic inſpiciendus finis, ad quem fit, non id, quod fit, & ſic fit in eo, quod vulgo dicimus *vng cachet*, aut in ſigneto cuiuſuis perſonæ, quibus ſignantur ſeu ſigillantur literæ miſſiuæ. Si tamen in aliqua re incideretur, inſculperetur ſeu conflaretur non ad ſigillandum, ſed vt ſic eſſet & remaneret; tunc directe incidi, inſculpi, ſeu conflari debet.

NOnageſimaquinta concluſio. Arma quandoque depinguntur in clypeis; & tunc etiam pars clypei, quæ ſecundum naturam portandi reſpicit latus dextrum. Illa enim aſſumitur vt potior, ita quod dignior pars armorum debet illam partem reſpicere, vt ex his, quæ ſupra dicta ſunt, patet.

Interdum arma portantur & depinguntur in coopertoriis equorum ſeu phaleris; & tũc ſiue ſit à dextra parte, ſiue ſiniſtra, pars nobilior reſpicere debet caput equi. Monſtroſum enim & abhorrendum eſſet, quod vnus caput equi reſpiceret, & alius caudam. Hoc autem, quod nulli liceret, magis accideret, & cum deberent ſtare in fronte vel in croppa ſeu cauda; tunc latus dextrum reſpiceret ſecundum ea, quæ ſupra poſita ſunt.

Nonnunquam arma depinguntur in coopertis ſiue operimentis tectorum domus, vel quorumcunque ædificiorum; & tunc debet inſpici ea res, in qua debet depingi, cum ſtat in ſuo proprio eſſe.

In coopertoriis lectorum ſunt quædam partes, quæ circa lectum iacent, quædam quę planæ iacent ſupra. & in parte iacenti forma pingendi ſumitur à forma hominis iacentis in lecto: in parte vero pendente in loco aſſumitur forma pingendi arma à forma hominis recte iacentis ſeu extantis, vt fit in periſtromatibus ſiue aulæis, cortinis, conopeis, tentoriis ſiue velis, & papilionibus lineis, vel laneis, ſeu bombycinis, qui toto circundantur ad arcendum culices & muſcas.

NOnageſimaſexta concluſio. Arma etiã quandoque inſculpuntur, depinguntur, & figurantur in muris, parietibus & aliis locis ſtabilibus & firmis: & tunc ſecundum eundem Bar. in loco ſæpe allegato: aut locus, in quo depingũtur ſe habet vt paries; & tunc conſideratur, quod paries voluat faciem ſuam verſus nos, & ſic latus dextrum parietis cognoſcetis, & ſic facies pars nobilior armorum voluatur verſus partem dextram.

Quod tamen limitat Bar. ibi, niſi ex cauſa: puta ſi in modo vnius parietis depingatur ſtatua principis aut eius arma vel alterius magnifici; tunc aliæ imagines vel arma, quæ ab vtraque parte depinguntur, debent illam ſtatuam vel illius arma reſpicere, non inſpecto à dextris vel ſiniſtris voluatur, ad ſimilitudinem trium hominum circa dominum exiſtentium: homines enim ſe voluunt verſus eum, pro quo vide ſupra *in 25 concluſ.* quæ incipit, *licet vaſallus*. Et practica iſtius limitationis cuiq; recte intuenti patet apud Diuionem in

nem in ingreſſu, & ſupra portã hoſpitalis ſancti Spiritus, vbi arma Ducum Burgun. in medio ſunt collocata, & picta, pluraq; alia arma magnatum, & heroum à duobus lateribus circumſtant depicta.

NOnageſimaſeptima concluſio. Si locus ibi pingitur, habet ſe vt cœlum, veluti cameræ vel aulæ, tunc cognoſcendum eſt, vbi dicatur caput aulæ, ſeu cameræ, poſtea finge hominem iacentem, vt vultum verſus nos voluentem, ex quo cõſideranda eſt pars dextra & ſiniſtra, & ſic modus depingendi cognoſcetur, & ingreſſus. Si vero locus depingendus habet ſe, vt terra, tunc eodem modo conſidera caput & pedes, & effinge hominem iacentem ibi & voluentem vultũ verſus nos, & tunc cognoſcitur dextra & ſiniſtra, ex quo inuenietur modus depingendi rationabilis. ita dicit Bart. *in d. tract. de inſigibus & armis. in fine.*

NOnageſimaoctaua concluſio. Non licet alicui ſignum ſeu arma ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti in terra inſculpere vel pingere, vt *in rubro & nigro, C. nemini licere ſignum ſaluatoris Chriſti humo, vel in ſilice, ſeu marmore, aut inſculpere, aut impingere,* per quem tex. extendit Bar. *in ſuo tract. de armis. in fin.* idem eſſe in ſignis vel armis alicuius domini ſui vel maioris, licet (vt dicit) ſua poſſit, vt videmus quotidie multos facientes inſculpere eorum arma in ſepulturis ſuis ſupra lapidem ſeu tumulum.

Crux vero dicitur ſignum ſaluatoris Chriſti, & iſtud ſignum portant Chriſtiani. Signum enim diſtinctiuum eſt ſeruorum Dei Ieſu Chriſti Domini noſtri. Vnde Damaſcen. *Hoc nobis ſignum datum eſt ſuper frontem, per ipſum enim fideles ab infidelibus diſtamus & cognoſcimur, hoc certe eſt ſignum Dei viui, quo ſignantur ſerui Dei,* de quo Ioan. ait *Apoc.* 7. Vidi angelum deſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari, dicens: *Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* Et in omnibus negotiis noſtris ſemper præponimus ſignum crucis, etiam in bello. vnde Euſebius *lib. Eccleſ. hiſtor.* 9. author eſt, Coſtantinum Imperatorem eo die, quo cum Maxentio tyranno, & ſæuiſſimo Chriſtianorum perſecutore ad pontem Miluium non procul ab vrbe Roma conflixit, ſereno puroq; cœlo crucem vidiſſe, eamque adoraſſe, ac auditam ſuperne vocem, Conſtantine, in hoc ſigno vinces, vel, vt alii volunt, tunc de cœlo miſſum eſt ei vexillum, in quo erat crux pro ſigno, & erat ſcriptum: *In hoc ſigno vinces.* Nec defuit oraculo euentus, cum vicit hoſtem inſigniter, tum cæteris, quæ deinceps bella geſſit, par felicitas adfuit, & vt dicit Lucas de Penna *in rub. C. de prepoſitis labor. lib.* 12. Ipſe credit, quod ſit auri flamma cœlitus demiſſa regi Franciæ.

Hinc Franci in exercitu militari portant à tergo, & pectore ſuper tunicis militaribus crucem albam, vt ſe cognoſcant, & cognoſcantur ab aduerſariis: nec defuit ille mos apud eos à tempore, quo effecti ſunt Chriſtiani. Sicut Angli in bello geſtant crucem rubeam. Burgundi vero crucem beati Andreæ, & ſic de aliis, de quibus dixi ſupra *in* 17. *concl. in fin.*

Crux olim ſupplicium noxiorum, ſeu pœna & tormentum reorum, vt habetur 2. *Reg.* 21. *cap.* vbi dicitur, quod Gabaonitæ pro iniuria per Saulem eis allata, ſeptem viros de genere ſuo crucifixerunt, & id quidem infame fuit ſupplicium: de quo meminit Vlpian. *in l. ſacrilegii. in princ. ibi; alios vero in furcas ſuſpendiſſe. ad leg. Iul. de ſacrileg.* & Calliſtratus *in l. capitalium. in princ. ff. de pœnis.* Summum (inquit) ſupplicium eſſe videtur ad furcam damnatio. Et ſatis probatur in paſſione Domini noſtri, quod ideo ſaluator noſter ſubire voluit, vt qui humilis aduenerat, & humilibus & infirmis opem ferret, & in omnibus ſpem ſalutis oſtenderet. Proinde (teſte Lactantio) genere mortis afficiendus fuit, quo humiles, & infimi ſolent, ne quis eſſet omnino, qui eum non poſſet imitari. Et dicitur à cruciatu. tex. *eſt in c. nulli.* 5. *q.* 1. Huic autem rei poſtea honor acceſſit, & eſt hodie gloria & exaltatio bonorum, & ipſorum protectio aduerſus inſidias & machinamẽta diaboli, vt eſt tex. *in c.*

poſtea ſignatione. de conſec. diſtin. 4. vbi dicitur: *Signatur baptizandus ſignaculo S. Crucis, tam in corde, quam in fronte, vt ab eo tempore apoſtata Diabolus in vaſe ſuo priſtino ſuæ interemptionis cognoſcens ſignaculum, iam ſibi deinceps illud ſciat eſſe alienum*, vt dicit ibi text. Et propterea omnia ſacramenta Eccleſiæ crucis ſignaculis perficiuntur: tex. *in c. nunquid. de conſec. diſt.* 5. vbi dicitur: nunquid non omnia chriſmata ſacerdotalis myſterii crucis figura perficiantur? nunquid baptiſmatis vnda, niſi cruce ſanctificata peccata relaxet: & vt cætera prætereamus, ſine crucis ſignaculo quis ſacerdotii gradus non aſcendit; tutum eſt illius, qui tali ſigno ſe munit, maxime contra dæmones: cum & vt ait Io. de Turrecre. *in c. Eccleſiaſticarum. 11. diſt.* Crux eſt armatura fortis ad pugnandum contra dæmones. Vnde B. Chryſoſt. inquit: *Vbi crux Chriſti eſt, nullus ſtare poteſt immundorum dæmonum, videns enſem, in quo plagam accepit. Videns gladium, in quo peſtiferum vulnus accepit.* Vnde Auguſt. in quodam ſerm. *Signũ crucis à nobis expellit exterminationẽ, ſi tamen cor noſtrum habeat habitatorem.* Imo etiam crux extraneis, & Iudæis quandoq; prodeſt. Facit quod dicit *gl. in c. poſtquam. in ver. interemptionis. de conſec. diſt.* 4. de Iudæo, qui ſignauerat, ſeu ſupra ſe poſuerat ſignum crucis, cui Diabolus nocere non potuit, ſed dixit: *Inueni vas vacuum, ſed ſignatum.* De qua hiſtoria loquitur Pan. *in c. quod quidam. de pœn. & remiſſ.* Alias duas virtutes ſigni crucis ponit Ioh. de Turr. *in d. c. Eccleſiaſticarum*, quia virtus eſt contra vitiorum tentamenta, & vt diuinæ benedictionis dextram homo conſequatur. Sicut Ephraim conſecutus eſt benedictionem cancellatis manibus Iacob. in modum crucis ſuper eum. de quo infra *in ſeq. concl.* Et de benedictione crucis Chriſti habetur, *Sapien. 14. in princ.* & de eius inuentione eleganter ſcripſit Polydorus *de inuentorib. rerum. lib. 5. cap. 6. in fin.* Helena (inquit) mater Conſtantini Imperatoris, religione inſigni ac pietate mulier, per quietem monita Ieroſolimã petiit, quæſitum Dominicam crucem, vnde humana ſalus pependiſſet. Ita forte accidit, vt Veneris ſimulacrum eo eſſet loci ab impiis orthodoxæ fidei perſecutoribus collocatum, quo omne Dominicæ paſſionis monimentum aboleretur: Chriſtianique Venerem loco Saluatoris adorarent. Cæterum loco ruderibus purgato, crux reperta eſt, & cum illa duæ aliæ, vnde duo pependerant latrones. Sed titulus ille; Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum; & ſi vetuſtate propemodum abolitus, indicio fuit, vt crux vera agnoſceretur, quæ admota mulieri defunctæ vitam illico reſtituit. His & in victoriæ ſibi partæ retributionem Conſtantinus Princeps motus, edicto vetuit quenquam deinceps eo crucis ſupplicio necari. Sic res, quæ antea mortalibus probro fuerat, venerationi atque honori eſſe, & haberi cœpit. Idem poſtea voluerunt Theod. & Valent. ſeruari, qui (*vt ſupra in princ. dictum eſt*) lege prohibuerunt ſignum Saluatoris in ſolo vel in ſilice, aut in marmore humi poſitis inſculpi, ne ſcil. hominum pedibus calcaretur. Vnde importunum, & contra religionem videre eſt, paſſim hodie in templis ſignum illud, id eſt, nomen ipſius Saluatoris in ære vel lapidibus, quibus mortuorum ſepulchra teguntur, inciſum. Item cruces ac diuorum imagines impreſſas, quæ aſſiduis calcantium veſtigiis obtrita late reſplendent.

NOnageſimanona & penultima concluſio ſit talis, quod Crux Chriſti multipliciter figurata fuit in veteri teſtamento.

Primo reperitur figurata in ſigno Thau, de quo dicitur *Exod. 12.* quod cum angelus primogenita Æpypti deberet occidere, præceptum eſt filiis Iſrael, vt de ſanguine agni vtrunque poſtem linirent in modum Thau literæ, quæ facta eſt in modum crucis. Nam & Thau Gallicum poſitum, inuenies pro cruce apud celeberrimos authores, quam ad eum conſtruere modum Galli conſueuerant. Autor eſt Cælius *lib. antiquit. lect. 6. c. 8.*

Item ſec. *Ezech. 9.* vbi propheta legitur audiuiſſe dominum dicentem ad virum veſtitum lineis habentem atramẽtarium ſcriptoris in lumbis ſuis. Tranſi per mediam ciuitatem, & ſigna Thau in frontibus eorum virorum dolentium & gementium. Poſt hæc dicit ſe-

Digitized by Google

cit ſeptem viris: *Tranſite per mediam ciuitatem, & percutite omnem, ſuper quem non videritis Thau, nemini parcent oculi veſtri.* Tertio figurata fuit in cãcellatione manus Iacob ſupra Ephraim & Manaſſes. Legitur enim *Geneſ.* 48. quod cum Ioſeph applicuiſſet Manaſſen & Ephraim, ad Iacob ſtatuens maiorem ad dextram, & minorem ad ſiniſtram, vt eis ſecundum ordinem benediceret: Iacob manus commutans in modum crucis cancellans dextram ſuper caput Ephraim minoris, & ſiniſtram ſuper caput Manaſſes maioris, & ita benedixit illis. Porro quia de cruce mentio eſt, non grauemur promere hic, quæ in primis ſtudioſorum digna auribus arbitramur, ex monumẽtis excerpta clariſſimis, præcipue ex Cælio loco ſuperius citato. Siquidem traditum eſt *(inquit Cælius)* ab Arabibus crucis figuram videri cæteras quotquot ſint præſtare, quoniam ſuperficies prima cruce deſcribatur. Sic enim in primis longitudinem habet atq; latitudinem, primaq; hæc figura eſt omnium recta quam maxime, conſtansq; rectis angulis quatuor. Effectus vero cœleſtium, maxime per reſtitutionem angulorum radiorumque reſultant. Tunc enim ſtellarum poteſtas præualet, quando cœli quatuor habeant angulos vel cardines potius, orientis videlicet, occidentisque, & medij vtrinq; cœli. Sic vero diſpoſitæ radios ita coniiciunt in ſe inuicẽ, vt crucem inde conſtituant. Propterea eſſe crucem veteres dicebant, tũ ſtellarum fortitudine factam, tum earundem fortititudis ſuſceptaculum. Ideoque habere ſummam in imaginibus poteſtatem, ac vires, & ſpiritus ſuſcipere planetarum. Quæ opinio ab Aegyptiis initia duxit, confirmataque vel præcipue eſt, inter quorum characteres crux erat inſignis, vitam eorum more futuram ſignificans. Proinde figuram eiuſmodi Serapidis ſeu Oſyris pectori inſculpebant. Adiicit Hieronymus, aues in ſurrectum ſe attollentes crucis exprimere figuram, quod adorans homo, & natans item facit: ſed & nauis antenna cruci aſſimulata ſufflatur. Scribit porro Suidas Theodoſio imperante, cum æquarentur ſolo Græcorum templa, in Serapidis ſacrario hieroglyphicas eſſe compertas literas, quæ crucis præferrent formam. Cæterum quod ad crucis pertinet excellentiam, apud Aegyptios ante Chriſtum humanæ ſalutis autorem inenarrabilem: non tam muneris ſtellarum teſtimonium fuiſſe contenderim, quam virtutis præſagium, quam à diuiniſſimo corpore fuerat acceptura. Nec illud omiſerim diuina, vt equidem reor, agente vi, fuiſſe in adoratione veterum crucis item figuram ſumme religioſam. Quoniam in veneratione ſupplici, dum ori dextram admouerẽt, indicem ſuper pollicem reſidentem, quod & tempeſtate hac fere à plæriſque fit, exoſculabantur. Quod Plinius quoq; ſignificaſſe videtur. In adorando (inquit) dextram ad oſculũ referimus, totumq; corpus circumagimus. Et in Apologia item Apuleius: Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admouere. Hinc factum opinantur, vt Hebræi iuxta linguæ ſuæ proprietatem deoſculationem ponant pro veneratione, quod Hieronymus aduerſus Ruffinum notum reliquit. Hæc Cælius.

De laudibus S. Crucis ſcripſit egregie & deuote Rabanus Epiſcopus Maguntinenſis libros duos, partim metricos, partim proſaicos, quos habeo non impreſſos. De quibus laudib. aliquid recitat Antonius *in 2. par. ſuarum hiſtoriarum. tit.* 14. *c.* 5. §. 2. Et de crucis gloria, & laudibus copioſe & ſanctè ſcribit Petrus Abbas Cluniacen. *lib.* 1. *Epi.* interpretans dictum *Matt.* 24. dum ait, *virtutes cœlorum mouebuntur, & tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo.* & illud *Eſa.* 5. dum dicit: *Et leuabit dominus ſignum in nationib.* vbi hoc ſcribit: *Signũ leuatum in nationes crux eſt & apparens ſignum filii hominis in cœlo crux eſt, quæ quia hic in ſignum à Chriſto leuata, nationes totius orbis ad fidem ſalutis æternæ à quatuor ventis congregat, quia* vt ait propheta, *Eſa.* 5. Et congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor ventis. Et in vltimo Chriſti iudicio ad eandem æternam ſalutem & gloriam à quatuor ventis, vt habetur *Matthæi loco præalleg.* & mittet filius hominis angelos ſuos cum tuba & voce magna, & congregabit electos eius à qua-

quatuor ventis, hoc eſt, de toto mundo electos in cœlo apparens conuocat, ſummo ab eis honore colenda creditur, dicitur, & prædicatur. An non (vt ibi ait) dignum ſit, vt quam ad ſalutis humanæ cauſam commendandam cœlum exhibet, terra reſpuat? An dignum ſit, vt eam homines abiiciant, quam angeli honorant? An non honorant, quando commotis ad iudicium cœli virtutibus ipſam mundo iudicando, ſecum pariter repræſentant? Nam qui dixit, *virtutes cœlorum mouebuntur*, ipſe ſubdidit: *Et tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo.* Cumque hoc ſignum crux Chriſti ſit, cum virtutes cœlorum, hoc eſt ordo totus cœleſtium ſpirituum deſuper veniens apparuerit; tunc & ipſa pariter in cœlo fulgebit. Fulgebit in cœlo, vt diſcant terrigenæ non poſſe ſibi conſcenſum eſſe ad cœlos, niſi per ipſam ſe poſſe fieri ſocios angelorum. Non eſt igitur honoranda ab hominibus, quæ angelicum eis honorem præparat? Nō eſt glorificanda à mortalibus quæ immortalem eis gloriam præſtat? Non eſt vt vitalis & ſalutifera adoranda, quæ vitam mortuis beatam, quæ ſalutem perditis conferet æternā? Et plane velint nolint hæretici, vitalis; quia honorem: amabilis; quia amorem: admirabilis; quia admirationem: felix; quia felicitatem: nobilis; quia nobilitatem: beata; quia beatitudinem; glorioſa; quia gloriam præſtat æternam. Qui idcirco crucem oderunt; quia Dominum torſit; diligant eam; quia non ſolum nobis, ſed ipſi gloriam peperit. peperit ei gloriam, de qua habetur *ad Hebr.* 2. Vidimus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum. Peperit, inquam, gloriam crux crucifixo: ſicut ſcribitur *ad Philip.* 2. Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum. Hāc quia gloriā huiuſmodi illi à Deo aſſumpto peperit, & nobis inſuper vitā & gloriam æternam contulit, glorioſa eſſe promeruit. Ideo crux Chriſti honoranda, collaudanda, & à Chriſtianis glorificanda, probatur. Sed quærit ibi Petrus, an ſit adoranda? Et dicit, quod nō adoratione latriæ, quæ dicitur cultus ſoli Deo cōpetens: quia habetur *Deut.* 6. Dominū Deum tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies. Ratio; quia ſicut ordine ipſo creationis creator, creaturæ quam creauit, merito iuſteque præfertur: ſic decebat vt prælatio ipſa aliquo ſigno congruo ſignaretur. Signatur igitur prælata creaturis deitas ſacrificiorum ſigno: ſignatur iſto, ſignatur multiplici, quod nunc agitur Chriſtiani populi ſacramento. Niſi intelligatur, quod adorare idem ſit, & tātum importet quod venerari honore Deo debito: & hac adoratione adoramus Chriſtum, nō tantum Dei, ſed & hominis filium. Adoramus & crucem, imo in cruce ipſum (qui Deus & homo eſt) crucifixum. Neque quantum in ipſo eſt, aut lignum colimus, aut lignum adoramus. quia ſoli Deo eſt ſeruiendum ipſum adorando, vt ante dictum eſt. Sed dum crucem (vt ait Petrus) me adorare dico, crucifixum Dominum Deum meum eſſe, meque illi ſoli ſeruire debere profiteor. Et iuxta iſtum intellectum Eccleſia Catholica laudabili deuotione ſe adorare pronunciat non ſolum crucem Domini, ſed & paſſionem eius, mortem ac reſurrectionem, atq; aſcenſionem. Sic cum dicimus mortem Domini, reſurrectionem, aſcenſionem adoramus: hoc eſt, Dominum mortuum, reſurgentem, aſcendentem, vt Dominum, qui mortuus eſt, qui reſurrexit, qui aſcendit, adorare nos profiteamur.

Et per iſta infert Petrus, ibi, quod hoc priuilegium cruci Dominicæ datum eſt, vt in creaturis ſola poſt filium hominis, qui & filius Dei eſt, adoranda eſſe credatur, quatenus in morte Domini, quam in cruce paſſus eſt, finem ſummamque ſalutis humanæ conſtitutam eſſe ſciamus,

Reperitur & alius adorationis modus, quo humana hominibus impendenda reuerentia tantum ſignatur. Et iſta adoratio *dulia* vocatur, & impenditur homini, vel angelo. Hoc magnus ille patriarcha Abraham adorauit populum terræ, filios videlicet Heth, de quo *Geneſ.* 23. Hoc Loth (teſtimonio quoque Petri Apoſtoli) iuſtus ſubuerſores Sodomorum angelos adorauit. 2. *Pet.* 2. *&* *Geneſ.* 19. hoc fratres

fratres Ioſeph, cum proſtrati adorauerunt. *Geneſ.50.* Hoc Ioſue Principem militiæ Domini angelum. *Ioſ.5.* Hoc propheta Nathan Dauid regem.2.*Reg.1.* Hoc fortaſſis, & ſi malus, Nabuchodonoſor prophetam Danielem adorauit, vt *Dan.2.* ſcribitur. Neque enim credendum eſt, ſanctos homines, vel ſanctos Angelos cultum ſoli Deo debitum, aut hominibus impendiſſe, aut ſibi impendi æquanimiter toleraſſe. Vnde clarum eſt modum hunc non eſſe adorationis diuinæ, ſed venerationis humanæ: nec eſſe ſingulare illud inſigne deitatis, ſed officioſam, & communem exhibitionem honoris. Sed ſpeciale illud omnem creaturam refugit, generale iſtud tam creatori quam creaturæ rationali inſeruit. Nam irrationali honorem vel modicum exhibere, & autoritas prohibet, & ratio diſſuadet. Cum tamen vel Sanctorum pignoribus, vel ſacris locis, veſtibus vel vaſis, vel quibuſlibet huiuſmodi rebus honor, & reuerentia defertur, non quia ſunt inſenſibilia, pulchra, ſuauia, precioſa, vel quolibet modo corporaliter homini accommoda, fieri creditur; ſed quia Deo, vel ſanctis eius perpetuo cum eo victuris, in his honor cõgruus exhibetur. Si igitur & hoc modo crux Domini adoranda, id eſt, honoranda ſuſcipitur, nec impium eſt, nec erroneum, ſed pium & ſalutiferum. Pium, quia à rectæ fidei tramite non diſcordat. Salutiferum; quia ſalutem piis adoratoribus ſeu veneratoribus comparat. Licet ergo primo vel ſecundo modo crucem Domini adorare, vt in primo non tam ipſa, quam Deus adoretur, in ſecundo non tam ipſa, quam Deus honoretur: illo modo colatur in cruce crucifixus, iſto veneretur in ligno author eius, illo cultus diuinus, ipſi Deo per crucem exhibeatur, iſto communis multorum honor per eandem crucẽ eidem Deo, cui debetur honor & gloria, impendatur.

CEnteſima & finalis concluſio edocet, quomodo ſignũ crucis fieri debeat. Circa id inprimis ſcitu dignum eſt, quod ex notatis per Hugon. *in ſuo apparatu,* & Guillelmum Durandi *in ſuo rationali,* Ioannem de Turrecremata *in c. Eccleſiaſticarum. 11. diſt.* colligit tres differentias in ſigno crucis faciendo.

Quidam enim (vt dicit) ſignante ſe à fronte ad dextram, & inde in ſiniſtram, propter tres perſonas Trinitatis, quæ in ipſa ſignatione crucis nominantur. Et ita iſti ſignum crucis in forma quadam triangulari perficiunt, ſicut erat ſignum Thau: de quo in præcedenti concluſione dictum eſt.

Alii vero in figura quadrangulari ſignant & muniunt ſe ſigno crucis, à fronte deorſum facientes ſignum crucis ad deſignandum deſcenſum filii ad terram, ſecundum illud: *Inclinauit cœlos, & deſcendit.* Deinde tranſeunt in dextram, & de dextera in ſiniſtram terminãdo ibi ſignum crucis: tum ad deſignandum, quod æterna, quæ per dextram, temporalibus, quæ per ſiniſtram ſignificantur, anteponenda ſunt. Tum ad demonſtrandum, quod Chriſtus de Iudæis ad gentes tranſiuit.

Alii vero ſignando ſe, ſignum crucis incipiunt à parte ſuperiori, quæ patrem ſignat, deinde deſcẽdunt ad inferiorum, quæ mundum deſignat, poſtea à ſiniſtra, quæ infernũ ſignificat, producunt ad dextram, quæ cœlũ denotat, & ibi ſignum terminant, fulti autoritate illa: *Egreſſus eius à patre, excurſus vſque ad inferos, recurſus ad ſedem Dei.* & eſt ſic. verſ. hymni: *Veni redemptor gentium,* à D. Ambroſ. compoſiti. nam Chriſtus deſcendit de cœlo in mundum, de mundo in infernum, de inferno aſcendit in cœlum, vbi ſedet ad dextram patris, & iſto modo dicunt ſignum crucis debere fieri, Archid, Gemin. & Car. Alex. *in d. c. eccleſiaſt.* & ibi Ioan. de Turrecremata probat hunc modum ſignandi de ſigno quadrangulari eſſe meliorem quinque rationibus, & etiam, quod terminari debeat in dextram, comprobat pluribus rationibus. Ideo reprobatis aliis duobus primis modis ſe ſignãdi ſigno crucis, tanquam non bonis, neq; vſitatis, tertium modum tanquam communem, & ab omnibus approbatum, religionique noſtræ conuenientem, dico eſſe inſequendum.

TRigeſimanona cõſideratio, continuando materiam noſtram honorariã (cum ſatis

dem impenſas diſceptauerimus) ſit talis: Si inferior temere intrudat ſe in loco maioris, maiorem honorem, quam ei debeatur, aſſumendo, ſeu vſurpando, debet ſuo honore priuari, & à loco proprio expelli, vltimusque poſt alios in opprobrium poni, *cap. præcipimus. 93. diſtinct.* facit *l. neminem. C. de offic. magiſt. offic.* quod limitat Felin. *in rubr. de maior. & obed.* niſi minor eſſet ſubſtitutus maiori; quia tunc in actu, in quo eſt vicarius ſuus, ſedebit in loco maioris: quem textum in hoc extollit Lud. Rom. *ſingulari* 340. quoniam vicerector honoratur vt rector. dixi infra *in 6. par. in conſid.* vbi de gubernatoribus patriarum ſcribitur. Et facit; quia ex quo ſubſtitutus loco maioris habet maiorem adminiſtrationem: imo maior ei minori ſubſtituto reuerentiam præſtare debet, *gloſſ. in Summa. 93. diſtinct.*

QVadrageſima conſideratio. Honor non eſt ſuſcipiendus, niſi prius is, qui adipiſci deſiderat, vires ſuas cum honoris onere metiatur. 1. *quæſt. 1. c. non eſt.* Ad honores autem ſine labore non peruenitur, *l. 1. C. de excuſat. artific. lib.* 10. Imo etiam ſi digno conferatur, cum metu ſuſcipiendus eſt, 63. *diſtinct. c. Valentinia. & d. c. non eſt.* Et nemo debet ſibi honorem aſſumere, ſed qui à domino vocatur, quemadmodum Aaron. *c. qualiter. extr. de elect. c. in ſcripturis.* 8. q. 1. verum contemnenti & fugienti offerendus non eſt. *d. c. in ſcripturis. & c. ſicut. 1. q. 1. & l. ſi quenquam. C. de epiſc. & cler.* ita dicit Luc. de Penna. *in l. filios. C. de dec. lib.* 10. Sicut tamē ſcientiæ cupiditas nō eſt arguenda, ſed commendanda, *l. apud Iulianum. ff. de fideicomm. libert.* vbi Pomponius ait: Nam ego diſcendi cupiditate, quam ſolam viuendi rationem optimam in octauum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum eius ſententiæ, quam dixiſſe fertur Iulianus: Et ſi alterum pedem in ſepulchro haberem, adhuc addiſcere quiddam vellem. Sic & honoris, ſecundum quod notatur per Lucam de Penna *l. 2. per illum tex. C. de his qui ſponte munera publica ſubeunt. eod. lib.* 10.

QVadrageſimaprima conſideratio. Nullus ita honorandus eſt, quod per huiuſmodi honorem exceſſiuum vni alteri detrahatur. 29. *diſt. c. nulli. in fi. & c. eccleſ.* Nec honorabilius quid exhibendum eſt vni, vnde alii ſcrupuloſo corde moueantur. *c. decimas. 16. q.* 7. & faciunt notata *in c. ſtatuimus. extra de ma. & obe.* Spec. *in tit. de legat. §. 2. ante verſic. patet ergo. & in tit. de diſputat. & allegation. §. 6. incip. Satis clare. in princ.* Quia quando aliquem exceſſiue quis commēdat, alios tali nimia prædicatione vituperat. arg. §. *ſed ſi quia. in proœmio Digeſtorum. & l. nec quicquam. §. obſeruare. ff. de offic. procon. & leg. c. qualis. 25. diſtinct. & cap. nomen extra de præſumpt.* Vnde Egeſippus de bello Iudaico: *Vos honore congruo proſequimur, vt neq; immoderatus, neq; infirmus honor ſit. Aliud inflat, aliud exaſperat, quodcunque ſuæ portionis vnicuiq; ſuppetit, impartiatur. Non enim quis delectat tantum eum, quem ſupra meſuram honorat, quantum lædit, cum cui debitum negat, & plerunq; vterque eorum offenditur, vbi prælationis adulatio eſt.* & Ariſtotel. dicit 5. *Polit.* quod inhonorati alios videntes honoratos faciunt, & rurſus in honoratione amatores honoris grauiter ferunt. Et qui dehonorat paruipendit, ſecundum eundem in Rhetoric. videatur *c. ecce. & c. nullis 99. diſtinct.* quem allegat Lucas de Pen. *in l. 2. colum. 2. C. de proximis ſacror. ſcrinior. lib.* 12. Turpius tamen eſt frigide laudari, quam acerbius vituperari, ait Aul. Gellius *lib. noctium Attic. 19. c. 2.* Et de huiuſmodi laudibus etiam (ſicut inquit Saluſtius de Carthagine) melius eſſet tacere, quam pauca dicere, ſaltem vbi non pauca commemoranda eſſent.

QVadrageſimaſecunda cōſideratio. Praui non ſunt honore digni, quia honor eſt præmium virtutis, & virtuti perfectæ non eſt condignus honor. Ariſtot. *Ethic.* 4. Benemeritis igitur, & ſtudioſis honor impendendus eſt: quia honor magis eſt in honorante, quam in honorato, ait Ariſtot. *Ethic.* 1. & Bald. *in proœmio feudorum.* Et dicit Cicero *in lib. orationum:* Is magis gloria excellat & honoretur, qui virtute plurimum præſtat, & ſi illaudati ſeſe illuſtribus conferre, & ampliſſimis honoribus inhiare audent, dicetur in eis adagium Polydori: *Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaricino ſui.* & habetur *Prouerb.* 26. Quomodo nix in æſtate, & pluuiæ in meſſe, ſic indecens

Digitized by Google

cens eſt ſtulto gloria, & in exemplum culpa vehementer extenditur, cum pro reuerentia ſtatus peccator honoratur, *c. nemo. 83. diſtinct.* Nec hic debet minor iraſci, ſi maior prælatus eſt, *c. qui reſiſtit. 11. quæſtio. 3.* Ex quibus videtur, quod infames non poſſunt concludere ad emendam honorabilem, vt dixi infra *in 11. parte, in 15. conſideratione.*

QVadrageſimatertia conſideratio. Fortuna bona facit homines exaltari & honorari. Nam maior dignitas procedit ex ea, *l. digna vox.* & ibi notatur *in verbo, principatum. C. de legib.* ſubiungens verſus;

Si fortuna volet, fies de rhetore conſul.
Si volet hac eadem, fies de conſule rhetor.

Notat Iacobus Rebuff. *in l. vnica. C. de comitib. & tribun. ſcholar. lib. 12.* vel quia conſtituti in dignitatibus maximis, vt plurimum proſperãt, & magis honorantur. facit *l. ad ſplẽdidiores, & ibi Lucas de Pen. C. de diuerſ. offic. lib. 12.* tamen fortuna quandoque dat honores immeritis. vnde Virgil. *in ſuo opuſculo de fortuna,* ait;

Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus afficit.

Nec minus vere dixiſſe videtur Ouid. *lib. 3. de arte aman.*

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.

Et idem in primo Faſtorum:

In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbiq; iacet.

Et non ſolum omnia venalia Romæ, ſed vbique. Itẽ ſicut de moribus vltima fit quæſtio, ita de literatura, & prudentia; ſed non eſt mirandum; quia ſæpe vbi plurimus intellectus, & ratio, ibi minima fortuna. Ariſtot. *de bono fortunæ,* & Boëtius *de conſol. philoſ. lib. 1. metro 5.*

At peruerſi reſident celſo mores ſolio.
Latet obſcuris condita virtus clara tenebris.

Sed videtur, quod dignitates, & honores à Deo, & non ex caſu, & fortuna præſtentur, cum à Deo eſt omnis poteſtas, *ad Rom. 8. c. quid culpatur. 23. quæſt. 1.* & omnia à Deo. Bona enim & mala, vita, mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt. *Eccleſ. 11.* Vnde Romanũ imperium non fortuna, ſed diuinitate propitia defertur. tex. *in prin. C. de off. magiſtri mil.* Vnde reges noſtri in ſuis reſcriptis ſæpe dicunt: *Talis Dei gratia Francorũ Rex.* de materia tamen plene per Luc. de Pen. *in dict. l. vnica. C. de comiti. & trib. ſcholar.*

QVadrageſimaquarta conſideratio. In eligendo aliquem ad honorem, ſiue munus perſonale, decem ſunt conſiderãda, quæ ſcripta ſunt *in gloſſa rubricaria. C. quẽmadmod. ciuilia munera indic. lib. 10.* & etiam refert Bar. Cæpol. *in tract. de Impera. in fi. verſ. circa hanc.* & Io. de Plat. *in d. rub.* vbi plura alia addit.

Primum ergo eſt, ſc. perſona indicentis, vt habeat iuriſdictionem indicendi, vt ſunt decuriones, qui poſſunt diſtribuere officia, & eligere officiales, vt *in l. 2. C. de decur. eo. lib. 10.* & comes rerum priuatarum in creando ſuſceptores, vt *l. ſuper creandis. de iure fiſci. C. eo. lib.* Item decuriones, hoc eſt, conſules ciuitatis, iudicio præſidum prouinciarum eligunt Irenarcham (hoc eſt, quem præpoſitum mareſchallorum vocamus) vt ait text. *in l. vnica. C. de Irenarchis. lib. 11.*

Secundum, modus & ordo, vt perſona eius, cui indicitur, nõ grauetur vltra modum, ſed ſecundum æqualitatem, vt *l. fin. C. quemadmod. ciui. mun. &* vt in ordine primo vocetur pater, ſi eſt habilis, quam filius; & primogenitus, quam ſecundogenitus, *l. in ſucceſſione. & l. neminem. C. de decur. & l. 3. §. de filiisfamil. & quemadmodum pater pro his teneatur. eod. lib. 10. C.*

Tertium eſt habilitas, ſcilicet an perſona, cui iniungitur, ſit habilis & idonea, vel non, text. *in l. honor. §. de honorib. & in l. vt gradatim. in princ. ibi; ſciendum eſt, hoc eſſe obſeruandum, ſi idonei ſint, ff. de mun. & honor.*

Quartum, eius origo, text. *in d. §. de honoribus.* vt ſi non ſit origine ingenuus, ſed libertinus, officia ingenuorum non concedantur ei, niſi impetraſſet ius annulorum aureorum, aut reſtitutionem natalium, alias incidit in legem Iuliam Viſcelliam, vt *in leg. 1. C. ſi ſeruus aut libert. lib. 10. & in leg. vnica. C. ad leg. Viſcell.* & intellige de origine propria, vel paterna, vel ex priuilegio, vel etiam incolatus, *l. 1. & l. ciues. C. de incol. & l. in filiis. & l. exemplo. C. de decur. lib. 10.* Attendi etiam debet, an ſit maſculus vel

lus vel fœmina, an ſit minor, vel infirmus: vel aliam inhabilitatem habeat, vt dicit Ioan. de Plat. *in dict. rubr. C. quemadmodum ciuilia munera, &c.*

Quintum conſiderandum, ſcilicet facultates, an iniuncto muneri ſufficere poſſit. tex. *in d. §. de honoribus.* alias ſi non ſit ſufficiens ad complendum munus ſibi iniunctum, ſuſcipere non debet. Vnde dicitur:

Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.

Et facit dictum Horatii:

Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam viribus.

Quod ſi etiam intelligas diuites eſſe præponẽdos pauperibus in electione honorum ſeu officiorum, recte ſentis: vt etiam inquit text. *in l. ad ſubeunda. cum pluribus concordantiis. C. de dec.*

Sextum, conſuetudo. Nam in delatione officiorum ſeruanda eſt conſuetudo loci, vt vult §. *de honoribus* ſuperius allegatus. & text. *in d. l. ſuper creandis. C. de iure fiſci. & in l. non tantum. ff. de decur.*

Septimum, vt potiores, & idoniores eligãtur, *d. l. ad ſubeunda. l. honores. in princ. ff. de dec. l. vt gradatim. in prin. ibi; ſi idonei ſunt. & l. honor. §. fin. ff. de mun. & honor.*

Octauum conſiderandum, ſcilicet ordo graduum, vt quis prius vocetur ad minores, quam ad maiores. *d. l. vt gradatim. in princ. & l. honor. §. gerendorum ff. de munerib. & l. 2. C. quemadmod. ciuilia, lib. 10. & l. quæ vtiliter. in princ. ff. de neg. geſt.* & ibi deciditur, quod expenſæ conſuetæ & rationabiles factæ pro alio, vt honores aſſequeretur, peti poſſunt, cum *prædictis leg.* concordant text. *in c. ſi officia. 59. diſt. & in c. legimus. in fin. 93. diſt.* Alioquin caſum appetere videtur, qui ad ſummi loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum. *c. ſicut. 48. diſt.* & eſt text. ad literam *in l. nemini ad ſubſid. C. de conſulib. & non ſpargendis. lib. 12.*

Nonum, vt curialis vnius curiæ non eligatur ad honores alterius curiæ; cũ non debeat quis eodem tempore habere plura officia. *c. ſing. 89. diſt. & in l. 1. C. quemadmod. ciuilia muner. &c.* Sicut non poteſt eſſe Monachus vel Abbas in pluribus monaſteriis. *c. ſi. extra de religioſ. domib.* Sicut autem de iure nullus poteſt præfici in diuerſis Eccleſiis ſecularibus, *c. de multa. extra de praben.* & officia eccleſ. ſingula ſingulis perſonis ſunt diſtribuenda. *c. 1. 89. d. c. cum ex iniuncto. &c. ſicut de hære. ext.*

Decimum, vt quis non cogatur continuare illud idem, vel aliud officium, ſed habeat vacationem, & interualla legitima. *l. pen. eadem rubr. C. quemadmodum ciuilia munera. & l. 1. & 2. C. de munerib. & honorib. non continuandis, &c. lib. 10.* & hoc verum, niſi neceſſitas aliud expoſcat. *d. l. pen. & l. vt gradatim. §. quoties. & l. honor. in fin. ff. de muneri.* ita quod propter neceſſitatem quis admittitur, qui alias non admitteretur.

Addit ad præcedentia Ioan. dé Plat. *in dict. rub. C. quemadmodum ciuil. mun. ind.* quod etiam conſideratur morum honeſtas, & vita laudabilis, & laboris prolixitas, & ſtipendiorum merita. Hi enim ad honores ſeu dignitates eligendi ſunt, quos morum honeſtas commendat. *l. magiſtros. C. de profeſſorib. & medicis. lib. 10. & l. vnica. C. de profeſſorib. qui in vrbe Conſtant. lib. 12.* Et ad honoris augmentum, non ambitione, ſed labore conuenit peruenire. *l. contra rempublicam. C. de re milita. & l. ſi. C. de tyronib. eod. lib. 12.* Labores enim & ſtipendia dignitates tribuunt, non ſuffragia mendicata. *l. ſcriniis. C. de Palatinis. l. 1. C. de caſtrenſianis. d. lib. 12. l. nemo. C. de offi. magiſtri offic. & l. virtutum. C. de ſtatuis & imaginib.* de quibus omnibus ſupra & infra iſta parte plenius & optime liquet, & liquebit.

QVadrageſimaquinta cõſideratio eſt circa laudem. Et pro eius declaratione dico, quod laus eſt ſermo elucidans magnitudinem virtutis ſecundũ Ariſtot. *lib. 1. & 3. Rhet.* & B. Tho. *ſuper Pſal. 17.* Et dicitur à *laudo* verbo, quod verbũ extollo aliquando ſignificat, vt apud Horat. *Laudabunt alii clarã Rhodon, aut Mitilenem.* Aliquando idem, quod nomino. Plautus: *Id vt ſcias Iouem ſupremum teſtem laudo.*

Et laus, & laudatio differunt, quia laudatio eſt oratio ipſa laudantis, laudes continens ipſius laudati. Laus vero eſt virtus ipſa non aliunde proueniens, ſed ſuis nixa radicibus. Vnde Virgil. *Primum merui qui laude coronam.*

dicta

Digitized by Google

dicta laus à populo, quod propriè laus ſit populi de aliquo recta loquentis.

Et laus diſtinguitur ab honore dupliciter.

Primo; quia laus cõſiſtit in ſolis ſignis verborum: honor autem in quibuſcunq; ſignis, & ſecundum hoc laus in honore.

Secundo modo; quia per exhibitionem honoris redimimus teſtimonium bonitatis de excellentia alicuius abſolute, ſed per laudem teſtificamur de bonitate alicuius in ordine ad finem, ſicut laudamus bene operantem propter finem. Honor autem eſt etiam optimorum, quæ non ordinantur ad finem, ſed iam ſunt in fine, vt dicit Florent. *in dicta ſua ſum. par.* 4.*c.*10.*ti.*5.§.1.

QVadrageſimaſexta conſideratio. Laus quæ fit de altero, contingit quadrupliciter. Primo, prout Deus honoretur, & hoc eſt bonum. Sic ſacerdos ſummus Ioach. laudauit Iudith de occiſione Holofernis, & liberatione populi, dicens: *Iudith* 15. Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri, eo quod dilexeris caſtitatem.

Secundo laudatur quis virtuoſe, vt non deficiat in tribulatione poſitus, ſed conſoletur. Sic laudata fuit Noemi, & Ruth Moabitides afflictæ, & depauperatæ à Booz, vt conſolarentur. *Ruth*.3.

Tertio, vt virtus in proximo augeatur, & in bono proficere conetur: quoniam virtus, ſecundum Senecam, laudata creſcit, & Iuuenalis Satyra prima, *Probitas laudatur, & alget*. Et vt ait Iulius Celſus *de geſtis Cæſaris*; Laudis cupiditas & timor ignominiæ ad virtutem excitat. Et vt ait Ariſt. *lib.* 3. *ſua Rhetorica nouæ* Neque ſolum laudis cauſa rectum ſequi cõuenit, ſed ſi laus conſequitur, duplicatur recti appetendi voluntas, & Ouid. *de Ponto, lib.* 4. *Elegiarum*:

Excitat auditor ſtudium, laudataq; virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

Et iſta eſt laus, de qua intendimus tangere principaliter.

Quarto, vt quis ferat mitius correctionẽ. Sic Apoſtolus laudabat mirabiliter Corinthios in principio ſuæ epiſtolæ primæ, dicens: *In omnibus diuites facti eſtis in illo, ita, vt nihil vobis deſit in vlla gratia.* Et paulo poſt de multis reprehendit, & de iſta cum præcedente facit tantum vnum modum. Anton. Flor. *in* 2. *par. ſuæ ſummæ, tit.* 10. *cap.* 2. §.1. & ibi dicit, quod etiam quatuor modis contingit aliquem inordinate laudare, quod non eſt bonum: ſed quia non eſt materia præſentis ſpeculationis, ad illum ibi recurre, ſed ſolum de laude, quæ debetur, de qua Ariſt. 2. *Ethic.*

Ad magnam enim laudem cõſequendam quatuor requiruntur, ſc. quod fiat à magno, magno modo, & de magnis factis, & de magnis perſonis, vt declarat Ant. Flor. *in ſua ſum.* 4. *par. tit.* 15. *in c. beatæ Mariæ virg.* §.3.

QVadrageſimaſeptima conſideratio. Et quo ex laude virtuoſi homines diſponuntur amplius ad bene agendum, & ad virtutem, quod ſi bene quis ſe in ſuo officio laudabiliter habuerit, publicè commendandus eſt, facit dictum Pſalmiſtæ 32. *Rectos decet collaudatio*, & text. *in l. iuſtiſſimos. C. de off. recto. prouinc.* & quæ dixi *ſupra in* 32. *conſid.* Sicut enim ignis aura ſtante fit grandior; ita bonæ mentis ſtudia commendatione proficiunt, vt ait Gregorius *in regiſtro lib.* 6. *c.* 109. vnde Caſſiodor. 1. *variarum epiſtolarum*, 13. Debetis bene agentibus, vt eos laudis veſtræ comitetur aſſenſus. Nam ſi equorum curſus hominum clamoribus incitantur, & inſonantium manibus agitur, vt à mutis animalibus velocitas operetur; quanto magis homines inde ſtimulari poſſe credimus, quos ad laudis auiditatem natos ſingulariter inueniemus? Hinc etiam Hiero. *in* 15. *epiſt. ad Marcellam*: Nemo reprehendat; quod in epiſtolis aliquos laudamus, aut carpimus. Cum in arguendis malis ſit correctio cæterorum, & in optimis prædicandis bonorum ad virtutis ſtudia incitentur: imo etiam aliquando ſi qui boni ſint, ſi tamen quid male agant, propter eorum virtutes non omnino reprehendendi ſunt, vt dicit Luc. de Pen. *in l. fi. C. de numerar. lib.* 12. & facit ad prædicta dictum Ouidii in Ponto; *Laudataque virtus Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.* dicam infra *iſta par. in* 74. *conſiderat.*

QVdrageſimaoctaua conſideratio. Aug. *in ſermone de die ſua conſecrationis,* dicebat; *A male viuentibus nolo, & deteſtor laudari. Laudari autem à bene viuentibus ſi dicam nolo, mentior: ſi dicam volo, timeo, ne ſim humanitatis appetentior, quam ſoliditatis. Quid ergo dicam, nec plene nolo, nec volo, non plene nolo in laude humana periclitari: non plene volo, ne ingrati ſint quibus prædico.* facit quod notatur 31. *diſtinct, c. tenere.* vbi patet, quod licet iuſto ſe laudare. 1. *queſt. 6. c. ſicut ii.* & *cap. in ſcripturis.* 8. *queſt.* 1. & Lucas de Pen. *in l. 1. C. de agentibus in reb. in fine. lib.* 12. vbi ponit proprietates ambitioſi, & *in l. fi. C. de cohortalib. lib.* 12. dicam infra *in 2. parte.*

QVadrageſimanona conſideratio. Quod ex quo ſæpe ex laudis præconio innaſcitur ſuperbiæ inflatio. *cap. ſunt plurimi. 6. q. 1.* nullus plus æquò debet laudare alium, ne ſibi debitum ſubtrahat, cum infert in debitum. *c. nullus. 99. diſt.* Nemo tamen niſi vanus, falſo lætatur honore; & hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis, prout ait Cato moralis. Et vt ait Horatius in primo ſermonum: *Stultus honores ſæpe dat indignis.* vnde Ariſtot. vt refert Laertius *de vita & morib. Philoſophorum,* dicebat de duobus hominum generibus vehementer admirari, ſcilicet de illo, in quo bona non ſunt, & tamen ſi de ipſo dicantur, acceptat, & gaudet. Et de illo, de quo mala præferuntur, quæ in te non ſunt, & inde turbatur. Inter cætera tamen aduerte, quod natura promptior eſt, ac paratior ad culpandum ea, quæ minus recte agi arbitramur, quam ad laudandum illa, quæ videntur fieri cum virtute.

QVinquageſima conſideratio erit ex dictis Platonis *in lib. de amore, c. 2.* vbi dicit, quod perfecta laudatio eſt, quæ præcedentem rei recenſet originem, præſentem formam narrat, ſequentes oſtendit euentus. Ab antecedentibus res quæque laudatur vt nobilis, à præſentibus vt magna, à ſequentibus vt vtilis: quare ex tribus illis via hæc in laudibus concluditur, nobilitas, magnitudo, atque vtilitas, & ex illis tribus multum ibi laudat amorem, de quo infra dicam *in vlt. parte.* Et infra dicam *in d. par. 38. conſid.* à præterito, præſenti, vel futuro quælibet res debet laudari, quod idem eſt, vt ſupra dictum eſt.

QVinquageſimaprima conſideratio. Ex quo gloria eſt effectus honoris, & laudis, poſt honorem & laudem de ea dicendum eſt. Et eſt effectus illorum, vt dictum eſt, eo quia ex hoc, quod teſtificamur de bonitate alicuius, clareſcit bonitas eius in notitia plurimorum, & hoc importat nomẽ gloria, vt dicit Anton. Florent. *in 1. par. tit. 3. c. 1. §. 3.*

Dicitur enim gloria quaſi clara, vnde Beatus Ambroſ. *ſuper epiſt. ad Rom.* Gloria eſt clara cum laude notitia, vt refert Anton. Florentinus *in 4. parte ſua ſumma, tit. 5. c. 10. §.* Et ſecundum Ciceronem in Rhetoricis, gloria eſt frequens de aliquo fama, cum laude. vel ſecundum eundem *in oratione pro M. Marcello,* eſt illuſtris, & promulgata multorum, & magnorum, vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum; vel etiam ſecundum eundem, eſt conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute; vel ſecundum Auguſt. eſt iudicium hominum bene de hominibus opinantium. &, vt ait Lucas de Penna *in l. qui publici. C. de his qui ſponte munera pub. ſubeunt. lib.* 10. quod gloria dupliciter ſumitur, vnò modo improprie pro vana gloria. Alio modo proprie ſumpta eſt frequens fama cum laude notitia, ſecundum Ambroſ. *vt ſupra.* vel gloria quaſi glarea, id eſt, gerẽs lauream ſecundum etymologiam, quam, vt dicit, facit Catholicum; ſed ſecũdum Tullium 3. *Thuſcula. queſt.* gloria eſt ſolida quædam res, & expreſſa, non adumbrata: ea eſt conſentiens laus bonorum incorrupta, vox bene iudicantium de excellẽte virtute, ea virtuti reponit, tanquam imago gloriæ, quæque recte factorum plerunque comes eſt, non eſt bonis viris repudianda, &c. vt ibi.

Differunt tamen gloria, & honor; quia proprie gloria eſt in ſe & alios, honor vero in ſe ab aliis. & ſecundum B. Thom. 2. 2. *queſtio.* 132. *art.* 3. quod ſicut magnanimitas eſt circa honorem, ita & circa gloriam. Vnde & ſicut magnanimus moderate vtitur honore; ita & moderate vtitur gloria: gloriatur tamen ma-

gnanimus circa res magnas, non circa modicas, vt dicit Anton. Florentinus *in 1. part. ſuæ Summæ, tit. 3. cap. 1. §. 3.* & ibi dicit, quod gloria operatur, quod quis excellentiam conſequitur, quando eſt appetitiua ad bonum, quod naturaliter amatur & honoratur à cunctis, & ideo ſicut per gloriam, quæ eſt apud Deum, conſequitur homo excellentiam in rebus diuinis; ita per gloriam quæ eſt apud homines, conſequitur quis excellentiam, quæ eſt in rebus humanis. & ibi ponit de vana gloria, quæ multum eſt euitanda.

QVinquageſimaſecunda cõſideratio eſt, quod fundamentum gloriæ eſt humilitas, quoniam, vt habetur *Iob. 22. in fine.* Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. & *Prouerbiorum 29.* Nam humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. & vide Lucam de Pen. *in l. humilioribus. C. de ſuſce. lib. 10.*

QVinquageſimatertia conſideratio. Gloriæ cupiditas eſt frequens, & quotidiana, ita quod nemo eſt, qui eam non deſideret, teſte Valerio *lib. 8.* dicente: Neminem eſſe tam humilem, tamque abiectæ conditionis, quem gloriæ dulcedo non demulceat, & tangat. quem refert Lucas de Pen. *in l. 1. in 2. colum. C. de his qui ſponte munera publica ſubeunt.* vbi etiam ad hæc plura alia dicta allegat, & Ciceronem *in Tuſculanis quæſtionibus*, aſſerentem, quod honos alit artem, omneſque incendimur ad ſtudia gloria laudis, & *ex primo Officior. lib. eiuſdem.* Vix inuenitur qui laboribus ſuſceptis periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret præter hanc gloriæ, & laudis. & Balb. *in ſuo dialogo*, poſt Cicero. Omnes ſtudio laudis trahimur, & optimus quiſque maxime cupiditate gloriæ incenditur. An erit qui velle recuſet os populi meruiſſe, ait Perſius, *Satyra. 1.* & Horatius in ſermonibus lib. 1. *Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru, Non minus ignotos generoſis.* vnde Socrates ſolitus erat dicere, viam ad gloriam proximam eſſe, & quaſi compendiariam: quod intelligitur, ſi quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet, alias fortis eſt & magnamini viri gloriam non appetere: ſed ſola ſuorum recte factorum conſcientia contentos eſſe. Vnde communiter dicitur: *ſæpe viris maior gloria ſpreta redit.* vt dicit G. Bened. *in ſua repet. c. Rayn. in verbo, condidit. 1. num. 51. de teſtament.* & propterea dicit Chryſ. *hom. 4.* Si gloriari cupis, gloriam deſpice, & omnibus glorioſior eris.

Sed quicquid ſit, gloria & honor ſunt de genere delectabiliſsimorum; quia fit phãtaſia vnicuique qui honoratur, quod ſit talis, vt dicit Ariſt. 2. *Rhetoric.* allegatus per Luc. de Pen. *in l. 2. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12.* & dixi ſupra.

QVinquageſimaquarta cõſideratio. Hinc Beroald. *in ſuo tract. de felicitate*, vbi quærit, An gloria ſit ſummum bonum, ſic ait: Quanto honeſtior videri debet ſententia illorum, qui ſummum bonum felicitatemque in honore, & gloria collocauerunt, videtur ferme hæc fuiſſe ſumma boni in ſummis Imperatoribus Romanorum, Græcorum, Barbarorum, qui voluptates omnes contempſerunt, qui dies noctesq; in laboribus militaribus exantlauerunt, qui vigilarunt, ſudarunt, alſerunt ob hoc ſolum, vt glorioſi viuerent, glorioſiores morerentur, de quibus illud eſt poetæ Satyrici: *Ad hæc ſe Romanus grauiſq; & Barbarus Induperator, Erexit, cauſas diſcriminis atque laboris Inde habuit.* Tanto maior famæ ſitis eſt, quam virtutis. In Romanorum laudem dicit Saluſtius: *Laudis auidi, pecuniæ liberales erant: gloriam ingentem, diuitias honeſtas volebant.* Hanc gloriam, vt inquit eleganter diuus Auguſtinus, ardentiſſime dilexerunt propter hanc viuere voluerunt, propter hanc & mori non dubitarunt, cæteras cupiditates huius vnius cupiditate preſſerunt.

Hæc gloria veluti finis felicitatis, Fabios, Marcellos, Africanos Cæſares incitauit, inflammauit, ſtimulauit ad res magnas forti animo capeſſendas. De hac cecinit Valerius Flaccus:

Tu ſola animos mentemq; pararis Gloria.

Hanc Silius Ital. facem honeſtæ mentis appellat, cum ait:

Abripuit traxitque virum fax mentis honeſta Gloria. Et, vt ait idem Silius:

Mortales ad laudem, & gloriam geniti ſunt.

Ad laudes genitum capit ſi munera diuum.
Felix ad laudes hominum genus.

Scribunt hiſtorici, quod Themiſtocles Athenienſis noctu ambulabat in publico, quod ſomnum oculis capere non poſſet: quærentibus huiuſce vigiliæ cauſam, reſpondebat: Milciadis trophæis & gloria ſe ex ſomno ſuſcitari.

Demoſthenes oratorum apud Græcos clariſſimus valde lætatus eſt gloriæ ſuſurro, quando anus Attica aquam ferens, ita alteri inſuſurrauit, *Hic eſt ille Demoſthenes.*

Alexandro, qui ex rebus geſtis nomen Magni ſibi inuenit, pectus inſatiabile laudis fuit, qui plusquam par ſit ſitior gloriæ, Anaxagora referente innumerabiles eſſe mundos, ex authoritate Democriti præceptoris. *Heu me miſerum, inquit, qui ne vno quidem mundo ſum potitus.* Hinc exit illud:

Vnus Pelleo iuueni non ſufficit orbis.

Hinc controuerſia illa eſt apud Senecam famigerata: *Alexander orbi terrarum magnus eſt: orbis Alexandro anguſtus eſt.* Idem cum in Sigæo ad Achillis tumulum adſtitiſſe: *O fortunate,* inquit, *adoleſcens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inueneris.* Quod apud Silium verſibus modulatis ſic expreſſum eſt:

Felix Aeacida cui talis contigit ore
Gentibus oſtendi, creuit tua carmine virtus.

Cæſar cum apud Herculis templum in Hiſpania res geſtas ab Alexandro (vt inquit Plutarchus) contemplaretur in pictura, ingemuit illacrymauitq; veluti ignauiam ſuam pertæſus, quod nihil tum memorabile à ſe actum eſſet in ea ætate, qua iam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet.

Hannibal Pœnorum ille inclytiſſimus Imperator apud Silium, alloquens milites in pugna Cannenſi, mercedem laborum ſuorum ſolam gloriam eſſe vult. Sic enim inquit: *Mihi magna ſatis ſat vera ſuperque. bellandi merces ſit gloria, cætera vobis vincantur.*

Quid multa? non ſolum magni in re militari duces, & egregii in adminiſtratione reipublicæ ciues gloriæ inhiant, & amplexantur, ſed etiam ſcriptores ferme omnes hanc gloriam veluti præmium vberrimum ſuarum lucubrationum ſpectare videntur. Illi quoque Philoſophi, qui libros ſcripſerunt de gloria contemnenda, ſua nomina in titulo inſcripſerunt, & in liminari pagina lectitari voluerunt.

Quid? nonne & opifices ipſi gloria ducti nobilitari volunt? vt de Phydia infra dicemus, *in 2. conſid.* poſt iſtam, qui nomen in clypeo Mineruæ incluſit.

Sauros quoque & Batrachus ſua impenſa conſtruxiſſe produntur templa octauis porticibus incluſa, inſcriptionem ſperantes: qua negatâ, hoc tantum alio modo vſurparunt, in columnarum enim epiſtoliis inſculpſerūt Ranam atque Lacertam, tanquam nominum eorum argumenta. Sauros enim Græce Lacerta, & Batrachus, Rana ſignificat.

Quid enim ipſe Beroaldus in dicto opere de ſeipſo, quoniam liber & ſibi, vt de ſe aliquid attingat, illud Horatianum aſſumendo:

Gaudeo quod ſpectant oculi me mille loquente.

Hinc eſt, quod etiam alios inſequendo nomen ſuum in operibus ſuis intitulauit.

Sed an hoc licitum ſit, & fieri poſſit, tractat ample Ioan. Andr. *in ſuis mercurialibus. in vlt. quæſt* quæ eſt multum notabilis, & ſingularis, & quam ſtatim in fine huiuſce partis poſiturus ſum.

Plures alii ſunt, qui poſuerunt felicitatem in gloria, elatione, & ambitione, quos enumerat Textor Niuernenſis, *in ſua officina, in c. glorioſi, ſuperbi, elati, & ambitioſi.* quos vide, & ibi inuenies quoſdam, ſed non omnes; quoniam pauci ſunt, qui ſe abſcondant à calore eius.

Tandem tamen concludit ipſe Beroaldus vbi ſupra, quod hæc gloria non videtur eſſe finis ille felicitatis, quem quærimus, cum ſit res caduca, & intra breue ſeculum flacceſcat, cum aliunde pendeat, quod de ſummo bono credi nefas eſt: magis enim in laudantibus, quam in laudato conſiſtit gloria, quæ nihil aliud eſt, quam opinatio de aliena virtute bene ſentientium.

Huc adde, quod Philoſophi, & cum primis diuus Auguſtinus amorem laudis, & gloriæ fer-

Digitized by Google

riæ ferventiſſimum vitium eſſe dixerunt. hinc illud Horatianum:

Laudis amore tumes.

Hinc illa Perſiana mordacitas.

Egregium cum me dicat vicinia, credam.

Et illud:

Sed recti finemque extremumque eſſe recuſo.
Euge tuum & belle.

Exclamat tragicus poëta, *O doxa, O doxa, O gloria, O gloria, Quid aliud eſt, quam aurium inflatio magna?* Hinc Democritus Abderites philoſophus lætatus eſt, quod Athenis multos annos vixerit, ignotus illi vrbi. *Veni,* inquit, *Athenas, & nemo me nouit.*

Anneus Seneca decenter ait: *Qui vixit notus omnibus, ignotus moritur ſibi.* Et ab Horatio luculenter dictum eſt:

Nec vixit male, qui natus moriensq; fefellit.

Neminem tamen ſanorum dicam virorum, qui aliquando gloriæ amore non caperetur.

Quis enim philoſophorum illius amore vnquam caruit? Quis vnquam ſummus Imperator, aut quis clarus miles extitit, qui gloriæ admonitu, quicquid arduum auſus eſt, non geſſerit? Quis nam Platonem ad tanta tamque ardua diſcenda animauit? Gloria. Quis illius diſcipulum Ariſto. poſt tam multa tamque præclariſſima à ſe ferme in omne ſcibilium genere cõſcripta magiſtro, & ei, à quo filii loco, & honore ſemper habitus fuiſſet, contrariari, & magiſtri aduerſari opinionibus coegit? Gloria. Inuidit profecto tantus gloriæ zelus ei, à quo ſuperari ſolo illa ætate ſe poſſe ſentiebat. Quis Diogenem (vt ad Cynicos & qui ſummam ſordidamque inopiam pati videri volunt) ad id vitæ genus perduxit, vt id magis mori ſit, quam viuere? Gloria. Quis, vt finem ex philoſophis demus exemplis, Epicurum ſummæ, & continentiſſimæ vitæ hominem coegit, quo doctior appareret, de voluptate ita diſſerere, vt in illa ſummum bonum eſſe cõſtitueret? Gloria. Quis, vt ad militares deſcendamus, Scæuolam regis occidendi cupidum cum in cæde erraſſet, manum vrere coegit? Gloria. Quis Coclitem victori exercitui ſolum reſiſtere fecit? Gloria. Quis Curtium in hiatum ſe proripere? Quis Marium conſuli, à quo obſeruabatur, inuidere? Quis Syllam aduerſum Marium tanta bella mouere? Quis Cæſarem armis cinctum maximam orbis partem inuadere? Quis illius ætatis Scipionem? Quis Catonem ſibi manus inferre? Quis Hannibalem tranſire alpes? Quis Philonem fratres viuos à ſe terra obrui? Quis Alexandrum? Quis Herculem? Quis Cyrum? Quis Perſeum, tanta ſubire belli diſcrimina? Quis Zophirum Perſam ſibi aures, & naſum ſecare induxit? fatebimur profecto, gloria.

Nec illud tamen à vera abhorrentes lege egerunt.

Nempe plerique cum Iudæi, tum Chriſtiani ſimile eadem gloriæ auiditate peregere, & horum præbere exempla friuolum eſſe notum eſt; cum etiam ſupra ætatem noſtram, noſtræ quoque ætatis literati omnes eadem via pergere videamus.

D. Thom. plerunque à Ioanne Scoto ſuo diſcipulo in de re diuina opinionibus (quam *Theologiam* appellant) carpitur. Itendidem feciſſe Thomam in Albertum, quem ob excellentiam *Magnum* appellant, vulgata fama eſt.

Noſtræ autẽ ætatis ſcholaſtici, quid aliud in ſuis gymnaſiis agunt, quam vt clariores ingenio & doctrina ſe declarari poſſint?

QVinquageſimaquinta cõſideratio. Gloria quæ ex virtute procedit, non eſt fugienda, aut alteri danda, iuxta Eſaiæ dictum 42. c. *Gloriam meam alteri non dabo.* Et Archi. *in c. cauendum. in fi. de pœn. diſt. 3. & Baruch.* 4. Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ. & Apo. 1. *ad Cor.* 9. Bonum eſt mihi mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. *c. ſacerdos. circa fi. 1. q. 2.* & vulgo dicitur: *Honorem meum nemini dabo.* &, *qui non diligit honorem ſuum, fur eſt ipſius, & homicida.* Et qui negligit famam ſuam, crudelis eſt. 12. *quæſt.* 1. *c. nolo.* Cæpolla *in tract. de Imper. militum eligendo. in verbo, authoritatis.* Quod intellige, vt dictum eſt, dummodo procedat à virtute. Quoniam, vt ait Valerius de inſtitutis antiquis, vberrimum alimentum virtutis honos, eximiuſ-

eximiuſque virtutis miniſter eſt, vt ait Ariſt. 8. *Ethic.* & Iuſtinianus *in Authent. de monachis.* §. *ordinatione vero abbatis. colla.* 1. in quam ſententiam incidit Ouidius in Ponto:

Laudataq; virtus

Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

Et Cic. *in lib. de offic.* nihil eſſe in vita magnopere expetendum, niſi laudem atq; honeſtatem: in ea autem perſequenda, omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii, parui eſſe ducenda. Et Valerius *lib.* 4. *tit. de abſtinentia, & continentia*: De publico miniſterio nihil cuiquam præter laudem bene adminiſtranti officio accedere debet, vt ibi de Paulo Æmilio exemplum patet, qui præclare actum ſecum exiſtimauit, quod ex victoria contra Xerxem Perſarum regem parta, alii pecuniam, ipſe vero gloriam occupaſſet, memoriamque nominis ſempiternam feciſſet. Nam gloriæ cupiditas, & timor ignominiæ ad virtutem excitant, vt refert Cæſar *in ſuis Commentariis lib.* 7. & vt ait Cic. *in orationib.* Eſt in virtute aſcenſus, vt is gloria magis excellat, qui virtute plurimum præſtet. Igitur recte ex ſententia eiuſdem Cic. 1. *officiorum* dicebatur ſic: Præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet. Quod ſi qui in ſimulatione, & inani oſtentatione, & ficto non modo ſermone, ſed etiam vultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe dicerent, vehementer errant. Vera enim gloria radices agit atque etiam propagatur, ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt, nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum, dixi hic ante.

QVinquageſimaſexta conſideratio. Gloriæ cupiditas cauenda eſt, vt ait Cic. 1. *officior.* Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio, quoniam etiam, vt Sapiens ait:

Quid valet hic mundus, quid gloria, quidue triumphus?

Poſt miſerum funus puluis, & vmbra ſumus.

Et vt Laertius *in lib. de vita & morib.* philoſophorum teſtatur: Scipio Africanus ſolitus erat dicere, nullam peſtem fuiſſe maiorem, quam gloriæ cupiditatem, ex qua ob certamen honoris & gloriæ inimicitias maximas inter amiciſſimos ſæpe extitiſſe videmus. Sitque gloriæ cupiditas, ſtultitia, teſte Cic. *lib. veteris rhet.* Et vt habetur *lib.* 9. *Quinti Curtii de geſtis Alexandri*: Auaritia gloriæ & inſatiabilis cupido famæ nihil intuium, nihil remotum videri ſinit. Auidi milites ſunt & pecuniæ, & gloriæ ſimul: fortuna rebus famam preciumque conſtituit, & militiæ probrum plerunq; vertit in gloriam vulgi, vt dicit Tibul. *in Elegia* 10 *lib.* 4. quæ quantacunque ſit, tota eſt breuis planeque inanis, & nemo niſi vanus falſo lætatur honore, *ſecundum Polycratum de nugis curialium in ſuo prologo.* Audi ſententiam Franc. Petrar, Gaudeo, magnam inueni gloriam, reſpondeo, magna in exiguo qualiter explicentur non intelligo, ſi temporum, ſi locorum anguſtias metiare, magnam hic gloriam non poſſe eſſe fateberis. Nam & liquido cernitur, quænam ſit hæc mortalis atque terrenæ gloriæ magnitudo, ſi tamen præfulgens & digna ſit tibi gloria gaude, non quod habeas, ſed quod meruiſti: miſerrimaque eſt omnino ambitio, bonorumque contentio, quoniam nihil laudabilius, nihil magno atque præclaro viro dignius placabilitate atque clementia, vt ex Cic. 1. *officior.* ſecerni poteſt.

QVinquageſimaſeptima conſideratio. Ipſa gloriæ cupiditas, & honoris concupiſcentia multos peſſundedit, ſeu decepit. Nonnullos enim legimus, qui à parentum inclyta nobilitate degenerarunt & honore domus poſtpoſito, ad vilia officia conuolarunt: vt refert Valerius *tit.* 8. *de cupiditate gloriæ*, de Quinto Fabio Romano, qui derelicta clara & nobiliſſima Fabiorum ſecta, pictor effectus fuit, vt nomen ſuum in publico pingens faceret æternum, de claro genere faciens ſe ſordidum.

Alios vero, qui de ſtatu infimo deitate gloriari volentes, auſi fuerunt in vertice deorum nomina ſua includere, vt de Phidia ſtatuario legitur apud eundem Valerium *eiſdem lib. & tit.* & apud Cice *lib.* 1. *Tuſcula. quæſtionum*, qui

qui clypeo Mineruæ effigiem ſuam incluſit, ita inſeparabiliter: qua conuulſa, tota operis colligatio ſolueretur, rememorans Luciferum, qui dixerat: *Ponam ſedem meam ab aquilone, & ero ſimilis altiſsimo.* de quo *Eſa.* 4.

Alios vero, qui ſeipſos interfecerunt, vt Empedocles, vt refert Textor *in ſua offici. cap. arrogantes, ſuperbi, glorioſi, ambitioſi. & in c. qui ſe occiderunt.* & videas plures caſus, in quibus ambitio multos decepit per Texto. *in d. c. arrogantes, ſuperbi, glorioſi, ambitioſi.*

Cæteros vero, qui cum virtute gloriam, & famam aſſequi non poſſent, ſceleribus inſignique maleficio innoteſcere non dubitarunt, vt de Pauſania nobili adoleſcente, qui Philippum Macedoniæ regem Alexandri Magni patrem interfecit, vt tali parricidio immortalitatem ſibi compararet.

Et de Phegio ſeu Heroſtrato, qui gloriæ cupiditate templum Dianæ incēdit, & comburi fecit, vt ſui nominis memoria obliterari non poſſet, atque perpetuaretur, vt refert hæc duo exempla Valerius loco, quo ſupra, & multa alia ibi videre poteris, quæ demonſtrant non ſolum in magnis viris, ſed etiam in aliis affectus gloriæ affuiſſe. vide Textorem *in loco ſupra allegato.*

QVinquageſimaoctaua conſideratio. Nihil apud dominandi, & præſidendi cupidos probitatis aut fidei eſt, quod multis exemplis demonſtratur, & oſtenditur.

Et primo Cain libidine dominādi, & præſidendi, & vt ſolus dominaretur, & præeſſet cæteris, ac prædam ſuam liberius exerceret, fratrem ſuū Abel interfecit, vt habetur *Geneſ.* 4. vnde Proba mulier *in ſuo Centone* ait:

Tunc gemini fratres adolent dū altaria cedis,
Alter in alterius prælato inuidit honore.

Etiam habetur 2. *Paralipomenon.* 21. c. Ioram enim filius Ioſaphat regis Iuda, gladio ſex fratres ſuos occidit, vt bona eorum poſſideret, & regnum ſuum ampliaret, ſolusque dominaretur, atque illi ſoli honor tribueretur.

Refert etiam Oroſius, quod Romulus fratrem ſuum Remum interfecit, vt regnaret ſolus, & totus honor eidem cederet. & etiam habetur 1. *Mach.* 1. *& c.* 2. *ibi: Surrexerunt in Ieruſalem filii Belial introducentes ritum gentium.* vbi habetur, quod Ieſu & Ioan. qui de principatu futuro & dominatione præ cæteris habenda cogitantes, ex eo quod Onias primogenitus Simonis ſacerdotum principis liberis careret, vt vnus alterum perderet, Deo Iſraël penitus derelicto, ad Antiochum regem Aſſyriæ ſe contulerit, ritum prophanum in ciuitate Dei initiante: ex quo tanta ſuccedit tribulatio, vt ibi habetur plene.

Et etiam habetur de Etheocle & Polynice fratribus, quibus Oedipus rex Thebarum eorum pater regnum alternis annis regendum demiſit: verum cum Etheocles maior natu, anno peracto, fratri cedere noluiſſet, cupiditate dominandi motum fuit propterea bellum, contractis deniq; vtriuſq; copiis, ambo mutuis ſe vulneribus interfecerunt.

Virgilius in culice:

At diſcordantes Cadmeo ſanguine fratres
Iam truculenta ferunt, infeſtaq; vulnera corpus
Alter in alterius: iamq; aduerſatus: vterque
Impia germani manat quod ſanguine dextra.

Athila rex Pannoniæ reuerſus è Gallia Budam, fratrem, (qui regnum occupauerat) vt dominaretur, de medio ſuſtulit.

Antiochus Magnus Seleuci filius mortuo patre, fratrem vita exuit, vt ſolus principaretur & regno frueretur.

Fernandus rex Caſtellę Sanctii filius Garſiam fratrem regem Nauarræ peremit, vt Nauarram ipſam ſuo adiiceret regno, vſque adeo libido principandi non præſcripſit ſibi modum.

Nempricus filius Maddam rex Britanniæ Malym fratrem exuit vita, vt eo mortuo principaretur.

Cunedagius quoque non alia ratione fratrem Morganum occidit, quo tempore Roma condita eſt, vt refert Volaterranus.

Canſignorus Veronenſium princeps moriens Antonium, & Bartholomæum filios reliquit hæredes, quorum Bartholomæus Antonium fratrem è medio ſuſtulit, quem in principatu conſortem aut parem, ferre non poterat.

Cambyſi Perſarum regi viſus eſt per quietem nuncius adeſſe, dicens Mergidem fratrem ſolio ſedere regio, qua ille viſione conſternatus Prexaſpen Perſam ad eum interimendum miſit. *Trogus & Herodotus authores.*

Canis Grandis Voronenſium princeps fratrem Erigamum (qui dum abeſſet, Veronam inuaſerat) foris reuerſus obſeſſum vicit, victum morti dedit.

Perinus Fregoſus Genuenſium princeps, Nicolaum fratrem doctrina moribusq; inſignem ob ſuſpicionem principatus affectati interfecit.

Pinus Ordelaphus Foroliuienſis, vt ſolus regnaret, Franciſcum fratrem trucidauit, eius liberis in exilium miſſis. *Author Volaterranus.*

Ptolemæus Philadelphus Argeum fratrem (à quo inſidias parari ſibi intellexerat) interfecit, & alteri fratri Mage nomine (qui Cyrenis imperabat) vt ſolus imperaret, bellum indicit.

Franciſcus & Ludouicus Gonzagæ, Vgolinum fratrem ſimulata amicitia ad cœnā inuitatum adorti ſunt, & interfecerunt: ſola ad facinus inuidia moti, quod Guido Gonzaga pater, Mantuanorum dux, ei ſoli principatum reliquiſſet.

Fortho Danorum rex tres habuit liberos, Haldanum, Roem, & Scatonem, quibus mortuo patre æqua inceſſit regnandi cupiditas: quo factum eſt, vt Haldanus natu maximus duos iuniores interfecerit, & regnum patricidio ſuſceperit. *Autor Saxo Grammaticus.*

Feugo quoque Horuendilium Danorum regem fratrem ſuum inſidiis circumuenit, atque vbi parricidio datus eſt locus, cruenta manu funeſtam mentis libidinem ſatiauit, vt eo mortuo regnaret.

Herminefredus Bertharium fratrem vi oppreſſit, vt ſibi ſoli tranquillius, & ſecurius apud Thuringos liceret regnare. *Autor Gregorius Turonenſis.*

Orta inter Dardanum, & Iaſium contentione, Dardanus ſuperior fratrem peremit: adeo conſortem neſcit poteſtas, adeo rara eſt in neceſſarios charitas, vbi illa dominandi libido mentes hominum titillat.

Bela rex Pannoniæ Polonorum copiis inſtructus, Andream fratrem bello aggreſſus eſt, partaque victoria interfecit victum.

Tiphon Ægyptius fratrem ſuum Oſyridem peremit, inuidia accenſus, *autores Beroſus & Seneca de ſacris Aegyptiorum.* Diodorus itē, compertum eſt (inquit) Oſyridem Ægypto iuſte regnantem à Tiphone fratre impio ac nefario interemptum, quem in ſex & viginti partes diſſectum, cuilibet eorum, qui tanti ſceleris participes fuerant, partem dedit, vt ipſos defenſores cuſtodesque regni fidos haberet.

Henricus cognomento Clericus Anglorum rex, Robertum fratrem hoſtem habuit, quem in bello captum, oculis primum anulſis, in carcerem detruſit, ac demum pedore, & inedia ibidem emori fecit. *Volater.*

Ludouicus XI. Francorum rex contra ducem Aquitaniæ fratrem ſuum bellum mouit, quo tempore mortuus eſt.

Orodes Phraatis filius, Parthorum rex, Mitridatem fratrem ſuum obſedit Babyloniæ, factaque deditione in conſpectu omnium, quamuis ſupplicem, interfecit. Deus te perdat ambitio, quæ fratres armas in fratrum viſcera, quæque ſecurum à nato non ſinis eſſe patrem.

Iugurtha Manaſtabilis filius nothus, fratres ſuos Adherbalem, & Hiempſalem Micipſæ patrui ſui filios interfecit, vt ſolus Numidis imperaret. *autor Saluſt.*

Friola Alphonſi Catholici filius rex Hiſpaniæ, ab Aurelio fratre interfectus, cum an. 11. regnaſſet. hæc exempla ponit Textor *in ſua officina, in c. parricida. ver. interfectores fratrum aut ſororum.* vbi multos ponit fratres, qui occiderunt fratres, & ſorores.

Legitur etiam de Perpenna conſule, qui regnandi cupiditate Sertorium inter epulas incautum occidit, vt ſolus in Hiſpania principaretur.

Amulius Numitorē, Artabanus Xerxem, Athalia vniuerſum Dauidis ſemen interfecerunt, vt apud ſuos dominarentur.

Spitigneus rex Boemorum dominandi libidine bellum geſſit cum fratre Vratislao.

Eraclius

Digitized by Google

Eraclius Phocam interfecit, vt ſolus imperaret.

Conſtantinus Imp. Irenem matrem expulit, vt ſolus imperaret. hæc exempla ponit idem Textor *in ſua officina. c. arrogantes, ſuperbi, glorioſi, ambitioſi.*

Refert etiam Gaguinus *lib. 1. c. antep.* quod in regno Franciæ poſt Clodouei regis obitum, cui quatuor liberi ſucceſſerunt, duo ambitione dominandi & regni vſurpandi, vt reliqui præferrentur, occiſi ſunt.

Hæc enim gloria videtur multa attuliſſe incommoda & damna & angelicæ naturæ, vt habetur de Lucifero, qui voluit fieri ſimilis altiſſimo, *Iſai.* 14, & à humana natura. *Geneſ.* 3. Eritis ſicut dii ſcientes bonum & malum. Ex quo videtur, quod gloria nō eſt multum appetenda: quoniam etiam ſcriptum eſt: Ne glorietis in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies. *Prouerb.* 28. Et hoc, quoniam homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis fact⁹ eſt illis. *Pſal.* 48. *no.* Arch. *in c. principium. de pœni. diſtinct. c.* 2. Homo enim vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prætereunt. *Pſal.* 103. & eſt text. *in c. fin.* §. *charitas. de pæn. diſt.* 2. Sicut vmbra ſunt hominis dies. *Iob.* 13. Et quaſi putredo conſumēdus, & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea. *Iob.* 14. *c.* Nec plus glorietur vnus quam alter: quoniā vnus eſt introitus omnibus ad vitam, & ſimilis exitus *Sap.* 7. & habetur *Eccl.* 7. quod ſicut egreſſus eſt de vtero matris nudus, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Neſcit enim homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo tempus ſuperuenerit. *Eccleſ.* 10. *c.* Et vt ait Cic. *lib.* 3. *de oratore*: O fallacem hominum ſpem fragilemque fortunam, & inanes noſtras conceptiones, quæ mediocri ſpacio ſæpe franguntur, corruunt, & cum ipſo curſu ante obruunt, quam portum conſpicere valuerint, & ſemper habenda eſt prouidentia, & conſideratio futuræ mortis. Vt enim dicitur in vita B. Ioannis eleemoſynarii, antiquitus poſtquam imperator coronabatur, ſtatim ingrediebantur ad eum ædificatores monumentorum, dicentes eidem: *De quali metallo iubet imperium fieri monumentum tuum?* ei inſinuantes, quod cum ſis homo corruptibilis, & tranſitorius, curam habeto tuiipſius, & pie regnum diſpone. & habetur *Eccleſ.* 14. Cum enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes & beſtias, & vermes. Et omnis caro ſicut fœnum veteraſcet. *Eccleſ.* 28. Et vanitas vanitatū, & omnia vanitas. *Eccleſ. c.* 1. Vniuerſa enim vanitas omnis homo viuens. *Pſal.* 88. Vnde, vt habetur *in lib. de contemptu mundi:*

Quid valet hic mūdus, quid gloria, quidue triūphus?
Poſt miſerum funus, puluis & vmbra ſumus.

Et ampliſſime de huiuſmodi gloria fugiēda, vide Petrū Antratien. *in ſua ſumma de fuga vitiorum.* de quinto vitio ſuperbiæ, vbi ponit in reprobationē illius gloriæ & ſuperbiæ per l. folia vel circa, ad quem recurre in omni ſtatu. ſed quia extra propoſitum, nō inſiſto. Maxime etiā gloriari non debet ſe iactādo, & ſic ſeipſum laudando; quoniā, vt ait Ariſt. 4. *Eth.* iactator maxime vituperandus eſt. Et Cic. *lib.* 1. *officior.* ait: Turpe eſt de ſeipſo prædicare. Et vt ait Quint. *lib.* 8. *de oratoria inſtitutione:* Vitioſa eſt iactatio, infertq; audientibus nō modo faſtidium, ſed etiam aliis plerunque odium. Ideo dicitur, quod iactator nocet non ſolum ſibi ipſi, ſed etiam aliis. Et habetur *in c. ſi quis.* 1. *q.* 2. Et in communi prouerbio dicitur: *Laus in ore proprio ſordeſcit.* de quo habetur *in c. ſi quis vero non obediat.* 11. *queſt.* 3. & Ioan. de Plat. *in proœmio Inſt.* §. *quorum.* Et etiā habetur per Apoſt. *ad Rom.* 1. Dicētes ſe eſſe ſapientes, ſtulti ſunt. Ait enim Bernardus *in lib. de improbatione vitiorum. c.* 2. *Vana ſuperborum vacuat iactantia mentem.* At ideo inquit Seneca *lib.* 2. *de beneficiis*: Retrahenda inanis iactatio, res loquātur nobis tacentibus; quoniam, vt habetur *in gloſſ. in proœmio Inſtit.* §. *cumq; hoc. & in Authen. de monachis.* §. *ſancimus. ibi: & impedimento eorum tolerantiam. colla.* 1. *& in Authent. de quæſt. circa princ. ibi: vtiliſſime ex ipſo rerum experimento. coll.* 7. Opus laudat magiſtrum. Et Paulus 2. *ad Corinth.* 10. *in fin.* ait: *Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.* Et vnuſquiſque

quiſque ſequi debet conſilium Ambroſ. de quo 6. *quæſt.1.c.imitare.* quod nemo debet ſe iactare, vt docet de Petro, qui ſe iactauit, dicendo: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, &c.* & tamen Chriſtum negauit. Et de Dauide, qui dixit: *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Et tamen hanc fuiſſe iactãtiam dixit, cum dixit: *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Ideo nos hortatur Sapiens, *Prouerb.*20. Laudet te alius, & non os tuum: aliena labia, & non lingua tua. Nam etiam iactans ſe bono gratiam Dei effundit; quoniam, vt habetur *Eccl.*20. & omnia bona perdit, quoniam, vt ait Gregor.*in moralibus.* O quam miſeri ſunt, qui affectant laudes hominum in ſemetipſis, diſſipant fructus laborum: dumque ſe alienis oculis oſtenderę appetunt, damnant quod agunt. Hinc reprobantur opinio & actus illorum, qui cum aliquid in eccleſiis & intuitu pietatis & eccleſiæ faciunt, in eis arma ſua aut inſignia ponunt; quoniam ex hoc videntur conſequi præmium, ſcilicet gloriæ & laudis mundi, & amittunt fructum, quod à Deo percipere deberent, vt notatur per Doct.*in apoſt. ad Pan. in c.dilect. extra de exceſſib. prœl.* vbi allegatur Gemi.*in c.duæ ſunt.45. diſtinct.* qui dicit: *Nota contra illos, qui cum in eccleſiis quid faciunt, ibi inſignia eorum ponunt.*

QVinquageſimanona conſideratio erit, quod etiam quandoque licitum eſt ſe iactare & commendare de bono, ſecundum Ioan.de Plat.*in proœm. Inſtit.* & ibi Angel.*in §. quorum*, faciendo diſtinctionem inter commẽdationem neceſſariam, vtilem, & voluntariam, notoriam, aut non notoriam. Neceſſariam dicunt permiſſam, vt puta in eo, qui veniam ætatis impetrat, qui non aliter admittitur niſi morum ſuorum inſtituta, probitatemque animi vitæ honeſtioris edoceat. *l. omnes. C.de his, qui veniam ætatis impetra.* & niſi commendatio ſit intentio quærentis aut petentis, vt *l.vnicuique. C.de prox. ſacr. ſcrin. lib.*12. Vtilem etiam permiſſam, videlicet, cum nouus rector prouinciæ commendat ſe à bono regimine & iuſtitia, pro beneuolentia ſubditorum conſequenda. *l.ſolent. §.ante omnia.ff.de offic.proconſ.& leg.31. diſtinct. c.tenere debet.* Voluntariam etiam notoriam permittunt Legiſtæ, vt *in §. quorum. in proœm. Inſtit. & C.de nouo Codi. comp. in princip.* Non notoriam tum tamen modica ſit, etiam permittunt, iuxta illud:

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe,
Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.

Iſta eſt doctrina Legiſtarum *in d. §.quorum. ſupra allegato.* & vide etiam Albericum de Roſate *in l.1. C.de nouo Codice compo.* Theologi vero aliter ſentiunt, & dicunt, quod iactare, laudare, ſeu commendare contingit pluribus modis, qui tres ponunt permiſſos.

Primo videlicet, quando quis ſe laudat ſeu commendat propter bonum propriæ famæ, vt ſcilicet homo poſſit ſaluare ſuam bonam famam. Sicut Samuel ſe laudauit, poſtquam ſenuit, coram filiis Iſrael, vt habetur *1.Reg.*12. dicens ad filios Iſrael: Itaque conuerſatus ſum coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad hanc diem. Ecce ego præſto ſum, loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim vel aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam accepi, & contemnam illud, hodieque reſtituam vobis. Et poſt hoc ſubdit: Teſtis eſt mihi Dominus; quia non inuenietis in manu mea quippiam mali. Sic etiam ſimili modo, cum quis inculpatur iniuſte, vel etiam timet iniuſte inculpari, poſſet in tali caſu, in quo inculpatur, ſeipſum laudare ad conſeruandum bonam famam ſuam. imo hoc caſu tenetur ad conſeruandam bonam famam ſuam, alias crudelis eſſet: cum crudelis ſit, qui famam ſuam negligit. *12. quæſt.1. c.nolo.* & gloſſ. *in proœmio decreta. in verbo, prodiga.* & habetur *Prouerb.*22. Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ. & Hugo de S. Victore. Non ſufficit nobis vita ſancta, niſi ſit bona fama. Vnde etiam dicit Aug. quod ſunt duo neceſſaria, ſcilicet conſcientia & bona fama. Conſcientia propter teipſum: & fama bona propter proximum. Et iſta commendatio quandoque eſt neceſſitas: quando

ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet quis inculpatur de delicto, vt habetur *de purga. can. per totum.*

Secundo poteſt quis ſe laudare propter charitatem Dei ac illius gloriam, gratias ſibi à Deo conceſſas, non ad ſe, ſed ad Dei honorem referendo. Et de hoc inquit Cyprian. *in epiſtola ad Donatum.* Odioſa iactatio non eſt, quamuis non iactatum eſſe poſſit, ſed gratum, quicquid non hominis virtuti aſcribitur, ſed de Dei munere prædicatur. Sic fecit glorioſa virgo Maria, quæ cecinit Luc. 1. *Magnificat anima mea Dominum, &c.* Et ſequitur: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

Tertio poteſt quis ſe laudare propter charitatem proximi, ne ſcilicet ſcandalizetur propter verba detrahentium: quoniam, vt dicitur *in c. ſunt plurimi. 6. quæſt. 1.* Sunt plurimi, qui vitam moresque bonorum amplius, quã debent, laudant: ideo permittit Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt ſi qua elatio ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Qua de re quia ſæpenumero de bonis viris & iuſtis puſilli malorum diffamationibus ſcandalizantur: licitum eſt quandoque virtutes aperire, ſicut fecit B. Aug. qui in ſermone, qui legitur in feſto eius, dicit: *Charitati veſtræ de nobiſipſis hodie ſermo reddendus eſt.* Quia enim, vt ait Apoſtolus: Spectaculum facti ſumus mundo, angelis, & hominibus, qui nos amant, quærunt quod laudent in nobis. Qui vero nos oderunt, quærunt quod detrahant nobis. Nos autem in vtroque medio conſtituti adiuuãte Deo vitam & famam noſtram ſic cuſtodire debemus, vt non erubeſcant de detrectatoribus laudatores. Cuius doctrinam ſequi volentes debent ſeruare doctrinam, quam ponit author ad Rudium *lib. 2.* dicens:

At quiſquis famam cupiat retinere celebrem,
Omnibus hic ſtudeat gratus adeſſe bonis.
Sit mitis cunctis, tractabilis, atque benignus,
Sublevet vt nomen proſpera fama ſuum.
Et ſi diſpliceat prauis, non ſollicitetur,
Quis niſi ſit prauus nemo placere poteſt.
Verum profiteor, ſimul omnibus opto placere,
Si nequeo ſaltem gliſco placere bonis.

Quarto etiam licitum eſt ſe laudare pro ædificatione liberorum ac proximorũ. Vnde cum B. Paulus haberet de ſe prædicare Corinthiis ab eo ad fidem conuerſis, poſt receſſum eius cum ſeducti fuiſſent à quibuſdam pſeudoprophetis, qui Paulo detraxerãt, vt eius prædicationem contemni facerent, ipſe Paulus zelo & charitatis ſalutis eorum ductus mirabilia de ſe refert, vt eos ad fidem veram reuocaret, vt habetur 2. *ad Corinth.* 11. *& 12. capitibus,* vbi dicit, ſe nihil minus feciſſe à magnis Apoſtolis. Et alio loco dicit, quam abundantius his omnibus laboraui. Et deinde iactat ſe de his, quæ paſſus eſt: poſtmodum dicit, ſe raptum fuiſſe vſque ad tertium cœlum, & vidiſſe quæ non licet homini loqui. & dicit etiam ſe habere Spiritum ſanctum. 28. *quæſt. 1. c. ſic enim. circa fin.* & multa alia in ſui commendationem, de quo habetur & aliis hic ante dictis per Anton. Florent. *in ſua ſumma 2. part. titul. 4. capit. 4. §. 2.* & ibi in illo titulo ponuntur aliqui caſus ex prædictis, quem videatis. Etiam B. Auguſtin. dicit ſe parem prophetis. 23. *quæſt. 4. c. ecce.* & Deus ſe ore proprio commendauit, dicendo ſe ſanctum. *c. tenere debet eccleſia. 31. diſtinct.* Ita dicit Albericus *in dict. l. 1. Cod. de nouo Cod. compo.* & Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. *c. legitur.* 71. *diſtinct.* ergo, & nos commendare poſſumus.

Quinto licitum eſt alicui ſe laudare, & commendare, quando eſt in tribulatione, & oppreſſione de benefactis ſuis, ne in deſperationem incidat. Vnde Iob turbatus, & ab amicis calumniatus ſe laudauit, vt habetur 29. *capit.* Oculus fui cæco, pes claudo, manus debili, & pater eram quondam pauperum. Et habetur de S. Antonio, quod cum plus deprimeretur à diabolo, plus ſe exaltabat.

Sexto licitum eſt ſe laudare, vt euitetur malum vel periculum, non tamen deficiendo à veritate, prout fecit Paulus, qui ſe ciuem Romanum dixit, propter quod fuit dimiſſus liber, qui tenebatur captiuus. *Actorum 25. cap.*

Digitized by Google

Imo etiam quo ad Deum licitum eſt ſe laudare, coram eo ad ſublimationem ſpei, & vt euitetur periculum, prout fecit Ezechias rex Iuda, vt habetur *Eſa. 28. cap.* vbi dicitur: *Aegrotauit Ezechias vſque ad mortem, & introiuit ad eum Eſaias propheta, & dixit ei: Diſpone domui tuæ; quia morieris & non viues. Et conuerſus Ezechias faciem ſuam ad parietem, orauit ad Dominum, & dixit: Obſecro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te, in veritate & corde perfecto, & quod bonum eſt, in oculis tuis fecerim.* Et vide ad hoc eundem Antonium in loco hic ante allegato.

In omnibus autem his eſt prohibita iactantia vltra prædictos, ita quod ſemper aut eſt veniale peccatum, aut mortale. Veniale videlicet in caſu, ſcilicet cum aliquid dicit in ſui commendationem, quod etiam eſt verũ, & non iniuriatur nec Deo, nec proximo, ſed aut quia non eſt nec neceſſarium, nec vtile, ſed cum aliquali inani gloria, & in hoc pacto pauci inueniuntur immunes, vt ait Greg. *in 31. cap. moralium.* Et iſta iactantia magis minuit laudis præconium, ſi ſit aſſidua, vt multi cupidi laudis faciunt, vt dicit Valerius. Et iſte ſeptimus eſt modus iactantiæ. De his dicetur prout Cato: *Ne te collaudes, &c. Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.*

Octauo contingit alicui ſe laudare aut iactare cõtra honorem Dei, vt fecit Sennacherib, dicens, quod Deus non poſſet liberare populũ ſuum ab eius potentia. de quo habetur 4. *Reg.* 19. Et iſto modo multi delinquunt etiam mortaliter, cũ dicunt, Deum non poſſe facere, quin talia per eos fiant.

Nono cõtingit aliquando, quod quamuis laudat ſe in contumeliã proximi, ſicut Phariſæus ſe laudando vituperabat publicanum, de quo *Luc.* 18. & Goliat dicens: *Ego exprobraui agminibus Iſrael hodie, qui ſuo proprio gladio à Dauide capite truncatus eſt.* vt habetur 1. *Regum* 17. *c.*

Decimo quis ſe laudando de bono opere principaliter & finaliter, vt laudem humanam habeat, quam præponit Deo, peccat. & ex hoc poteſt damnari, vt habetur de quodam Phariſæo, *Luc.* 18. *cap.* Qui decimas dedit, & duos dies in hebdomade ieiunauit, cum de his bonis operibus ſe iactauit, & in eiſdem vanam gloriam quæſiuit. Ex quo periculoſum eſt, ſe in bonis operib. iactare, de ſummo bono. Qui hic de bono laudari appetit, ſpem perdit, & gloriam mercedis in futurum non recipit. Vnde Chryſoſt. ſuper Matth. *O inſipiens, quid tibi prodeſt illa laudatio poſt mortem, ſi vbi eris, non lauderis?* vnde non ſolũ cauere debemus, ne bona opera iactanter proferamus, ſed etiam diligenter cauere debemus, ne in elatione mentis de bonis noſtris extollamus: vt docet exemplum, de quo habetur *in ſermonibus diſcipuli, ſermone* 17. vbi quædam ex ſupradictis extraxi, de quo ample infra dicam.

Vndecimo, cum quis ſe laudat de peccato mortali, & de his loquitur Salomon, *Prouerb. 2. cap.* Qui gloriantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Et Dauid *Pſal.* 51. Qui gloriatur in malitia. Et habetur *Eſa.* 3. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt. De quo etiam delicto iactationis hoc caſu, quomodo ſit de iure puniendum, notatur *in cap. quam ſit. de exceſſ. prælat.* vbi dicit Petrus de Anchar. quod de crimine laudari eſt crimen graue, vnde allegat Senecam de quatuor virtutibus: Tam turpe tibi ſit laudari à turpibus, quam ſi lauderis ob turpia, & maxime reprobatur in clericis, vt ibi. Imo etiam ſapiens in ſapientia ſua non debet gloriari. vt habetur *Ierem.* 9. *cap.* Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitiis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me.

Duodecimo, cum quis ſe iactat & laudat, vt aliquem decipiat, vt puta dicens ſe expertum eſſe in aliqua ſcientia, & in ea magna commoda feciſſe, alliciat homines ad ſe, & in manibus ſuis ſe ponant cum damno & periculo eorum. De talibus loquitur Ariſtoteles 4. *Ethicor.* Turpior eſt, qui cauſa lucri ſe iactat, quam cauſa gloriæ vel honoris. Et ibidem dicit Philoſophus: *Iactator fingit de ſe maiora exiſtere, quandoque nullius gratia, id eſt, ex vanitate, quandoque honoris & gloriæ, quandoque*

gratia

Digitized by Google

gratia argenti: & hoc caſu, ſi faciat cum damno aliorum, eſt prohibitum, cum ſit maxime quædam ſimulatio, cum iactator ſimulat ea ſibi aliqua ineſſe, quæ non ſunt, vel ſi ſunt, ſimulat eſſe maiora, quam ſint, vt ait Ariſtot. vbi ſupra. Si tamen dicat veritatem, & non deroget aliis, licitum eſt laudare ſe apud eos, quibus quis eſt ignotus, vt dicit Bernard. de Buſt. *in 2. part. Roſarii. ſermo. 9. part. 2. in litera E.* vbi *in dict. ſerm.* multa ex prædictis dicit.

Decimotertio dic, quod huiuſmodi vana gloria ſeu iactantia eſt euitanda tribus de cauſis, vt ample dicit Antonius Florent. *in ſua ſum. 2. part. tit. 4. cap. 1. §. fin. & in §. 1. 2. & 3.* ponit materiam inanis, & vanæ gloriæ, quæ dicitur iactantia: ad quem recurre. Et dicit idem Anton. *ead. part. tit. 10. cap. 2. §. 1.* quod alios laudare contingit quadrupliciter, vt ibi per eum.

Sexageſima conſideratio. Homo non debet gloriari appetendo honorem terrenum non ſibi debitum, quoniam ad honores mundi ſine ſuffragio temporis, aut ſine merito laboris, velle promoueri, dicitur ambitio, quæ non eſt permiſſa, cum ſit inordinatus appetitus honori terreni, & amplitudinis dignitatis. *c. miramur. in fin. 6. diſtinct.* Et ideo dicit S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 131. *artic.* 2. & Alexander de Al. *in 2. part. ſummæ. in tractat. de ambitione*, eſt peccatum. Quia cum honor ſit præmium virtutis, Ariſtot. 4. *Ethicor.* ambitioſus deſiderat præſidentiam, & regimen, quod non debetur niſi virtuoſis, & per conſequens non ſibi. Imo etiamſi eſſet ſanctus, ex ambitione fit indignus. 1. *quæſt. 1. c. principatus.* Miſerrimaq; eſt omnino ambitio, honorumque contentio, vt ample habetur per Luc. de Pen. *in l. omnium. in fin. C. de dec. lib. 10.* Refert Cicero *lib. 1. officiorum.* Vnde dicitur *Eccleſ. 9.* Noli quærere ducatum ab homine, nec à rege cathedram honoris: Et ratio poteſt aſſignari, quæ habetur *Sapient. 5.* Iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet. & dicit text. *in c. multi. 40. diſtinct.* Quicunque deſiderauerit primatũ in terra, inueniet confuſionem in cœlo, nec inter ſeruos Chriſti computatur, qui de primatu tractauerit. & *in cap. principatus 1. quæſt.* Principatus, quem metus extorſit, aut ambitio occupauit, & ſi actibus ſuis vel moribus non offendat, ipſius tamen initii eſt pernicioſus exemplo. *c. ſicut is. 1 quæſt. 6.* & habetur *in c. in ſcripturis.* 8. *quæſt.* 1. Sicut qui inuitatus renuit, quæſitus refugit, eſt ſacris altaribus remittendus: ſic qui vltro ambit, vel importunum ſe gerit, proculdubio eſt repellendus. Et dominus Ieſus Chriſtus contra ambitionem Phariſæorum inquit, *Matth. 22.* Amant primos accubitus in cœnis, primas cathedras in ſynagogis, & ſalutari in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Nam huiuſmodi ambitio totum fere mundum conturbat, denique Eccleſiam deſtruit, *cap. nihil. de elect.* Ambitio enim cauſa eſt omnium malorum, & ideo vitanda, vt peccatum mortale, vt dicit Cardin. *in Clem. 1. in 3. & 4. notab. de regularib.* & eſt reprobanda per eundem Cardin. *in d. Clemen. 1. & in clemen. fin. de elect.* Imo dicit Albericus de Roſa. *in rubr. C. ad legem Iul. de ambitu.* quod diſpoſitio vniuerſi, quæ in prædictis vſurpat, tam in brachio ſeculari, quam Eccleſiaſtico, mundum in malo ſtatu, in quo eſt, ponit. & dicit text. *in c. omnes huius ſeculi. 47. diſt.* Omnes huius ſeculi dilectores in terrenis rebus fortes, ſunt in cœleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetũt, & pro ſpe perpetua, nec parum in labore quidem ſubſiſtunt, *vt ibi ample.* Et dicitur per Ambroſium ſuper Lucam: Sæpe quos vitia nulla delectãt, quos nulla potuit mouere luxuria, nullaque auaritia, facit ambitio curioſos. Et, vt ait Auguſt. ſuper *Pſal. 1.* Non eſt fere quiſquam, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. Dixi *ſupra in præfatione.* Imo etiam & ambitio de iure Digeſtorum, & C. eſt reprobata. *ff. & C. ad leg. Iuliam de ambitu.* Et ideo de iure noſtro videndum eſt, nunquid liceat appetere officium vel dignitatem. Salycet. *in d. l. vnica. C. ad legẽ Iul. de ambitu.* examinando hanc materiam, dicit: Aut eſt quæſtio de iam præſidente & habẽte officium aut dignitatẽ. Et tunc, vt dicit, nõ licet eidem illud officium repetere, vt finito tempore ſtatuto poſſit illud cõtinuare etiam ſi illud precibus

porrectis

porrectis obtineret à principe, vt *dict. l.* 1. Si tamen princeps proprio motu ex priuilegio illud confirmaret; tunc illud continuare & exercere poſſet, vt gl. *ibi. in d. l.* 1. Quoniam, vt dicit ibi Salyc. tunc nō creditur ob importunitatem petentis feciſſe. nec creditur eum rempublicam & ſubditos lædere; cum non ſit credendum principem, cuius eſt proprium ſubiectorum commoda inueſtigare, illū motu proprio conceſſiſſe, niſi exigente ſuorum experientia meritorum. Alii autem inferiores à principe non poſſunt illum etiam non motu proprio confirmare, niſi in defectum aliorum, *in Auth. de defenſo. ciuita. §. fin. & in l. honor. §. fin. ff. de mun. & honorib. & in l. nemo. C. de offic. aſſeß.* & tales, qui talia officia petunt per ambitionem ſibi continuari etiam per reſcriptum principis, niſi ſit motu proprio, priuantur officio, & pœna deportationis. *dicta l.* 1. quod male obſeruant officiarii noſtræ ciuitatis & aliorum locorum huius patriæ, qui ſemper volunt ſigulis annis continuari in electionibus, quæ fiunt, & multas proſecutiones pro continuatione eorum in officiis faciunt: etiam vt pleroſq; vidimus vſque ad decennium, licet officia ſint annalia, ex quo non aduertunt ad hanc legem, ideo caueant in futurum.

Aut vero loquitur in non præſidente ſeu non habente officium illud, tamen aut dignitatem appetente; & tunc appetit ſolum moribus & virtutibus quæ operātur in illo, & hoc eſt permiſſum *l. 2. C. de offic. recto. prouinc. l. liceat. C. de aſſeſſ. l. magiſtros. C. de profeſſo. & medicis.* & facit *l. contra publicam. C. de re mili. lib.* 12. vbi dicit: Ad honoris augmentum nō ambitione, ſed labore vnumquemque conuenit euenire. Et hic modus erat introductus apud Romanos, cum in ſignum huius, quod ſoli virtuoſi ad dignitates promoueri deberent, duo conſtruxerunt templa contigua in vrbe, vnum deæ virtutis, aliud deæ honoris. Ita tamen, vt ad templum deæ honoris non eſſet aſcenſus, niſi per templum virtutis. refert Auguſt. 14. *de ciuitate Dei.* & Bernardinus de Buſtis *in 2. parte ſui Roſarii, ſermone* 9. *litera H.*

Aut quis appetit dignitatem verbo & procuratione; & tunc aut ſolum vt præſit & reparet, quod cadere videbat: & ei licet, & commodandus eſt. 8. *quaſt.* 1. *c. qui epiſcopatū.* & notatur *in l. ſi quemquam. C. de epiſcop. & cler.* & habetur *ad Timoth.* 3. vbi habetur. Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Aut vt præſit tantū; & tunc ſi dignitas eſt ſpiritualis, non licet nedū precio, ſed nec prece, nec verbo. *d. l. ſi quenquam.* Ratio; quia præeſſe animabus non licet, quas Deus omnes fecit æquales, vt *in Authen. de monachis, in princ. col.* 1. Non tamen eſt, dicit Salycet. quod de iure canonico ſit ſimoniacus, qui tantum preces effundit: ſed in hoc caſu de deſiderante epiſcopatum aliter ſentit S. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 1. vbi dicit, quod in epiſcopatu tria poſſunt deſiderari.

Primum eſt principale & finale, ſcilicet epiſcopalis operatio, per quam vtilitati proximorum attenditur, ſecundum illud *Io. vlt.* Paſce oues meas. & hoc ſecundum ſe eſt laudabile, & meritorium: verum; quia talis actus epiſcopalis habet annexam celſitudinem: hodie præſumptuoſum videtur, quod aliquis præciſe appetat ad hoc, vt ſubditis proſit, niſi manifeſta neceſſitate vrgēte: quia locus ſuperior, ſine quo populus regi non poteſt, & ſi ita adminiſtretur, vt dece... men indecenter appetit. 8. *q.* 2. *d. c. qui epiſcopatum.*

Alia autem duo deſideranda in epiſcopatu ſunt excelentiæ gradus; quia epiſcopus ſuper alios conſtituitur, ac reuerentia & honor ei exhibetur: Et iſta appetere eſt præſumtuoſum. vnde inquit Chryſoſt. ſuper Matth. *Opus quidem deſiderare bonum, bonum eſt; Primatum autem honoris concupiſcere, vanitas.* Dicit tamen Angel. de Peruſ. *in l. 1. C. de ambitu.* quod ſi aliquis fuerit electus ad epiſcopatum, poteſt petere ſe confirmari, vt dicit Ioan. Andr. *in cap. cupientes. ver. poſt obtentum. de elect. in 6.* Et ſi tales, qui per ambitionem habuerunt prælaturas, remaneant male conſolati, cum difficile ſit, vt bono peragantur exitu, quæ malo ſint inchoata ambitionis principio. 1. *quaſt.* 1. *c. principatus,* cum etiam ille caſum quærat, qui per ambitionem ad hono

Digitized by Google

honoris faſtigia per abrupta cōſcendit. *c. ſicut. 44. diſt. & c. ſicut. 1. q. 6.* Quid dicendō erit de illis, qui tales prælaturas emunt, aut per promiſſionem pecuniarū ad prælaturas eliguntur, aut alio modo promouentur? taceo, & ex cauſa. Redeundo, vnde digreſſi fueramus, aut vero quis appetit dignitatem, aut officium temporale, aut publice & palam, aut occulte, & clam. Et quia hæc diſtinctio non placet Salycet. non inſiſto. Ideo proſequendo dic, aut dignitas non habet iuriſdictionem annexam; & tunc non ſolum prece, ſed etiam precio publice, & palam petere poteſt, vel etiam clam, mediante ſuffragatore: *l. 1. in princip. & l. toties. §. 1. de pollicit.* Et iſtud bene obſeruatur in Francia. Quoniam officia temporalia, & non habentia iuriſdictionem annexam, ſunt venalia, ſicut officia Papæ in curia Romana, vt dicit Angel. *in dicta l. 1.* Aut vero habet officium, dignitatem & iuriſdictionem annexam; & tunc non poteſt petere ab inferiore à principe per preces aut precium; quia præſumeretur ſubditos grauare, *& in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. colum.* 2. A principe autem poteſt petere & prece, cum in eo ceſſet lex Iulia de ambitu. *l. 1. in princip. ff. ad leg. Iul. de ambitu.* Quinimo & precio de eius potentia abſoluta, vt dicit Baldus *in l. Barbarius. ff. de offic. prætor.* Hoc enim prohibitum non inuenitur de iure diuino, ſed tantum ciuili, cui princeps ſupremus non ſubeſt. *l. princeps. ff. de legib.* vnde Papa etiamſi officia temporalia vendere poteſt, prout vendit, vt dictum eſt ante; igitur, &c. licet tamen non congruat honeſtati. Quia venditionem iuſtitiæ præſumptiue dicitur tolerare. *in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. fiant.* vbi eſt pulcher textus, prohibens venditionem huiuſmodi officiorum. ex conſilio vxoris Iuſtiniani facta eſt illa ordinatio, quod de cætero officia iudicaturæ non vendantur. Imo iudices deinceps faciant ſine quoquo ſuffragio. Et de hoc etiam eſt ordinatio Ludouici Beati, de qua mentionem facit Gaguinus *lib. 6. cap. 2.* & Ludouicus XII. *ordinatione ſua* 49. quæ eſt approbatiua & confortatiua aliarum ordinationum regiarum, videlicet Caroli VII. *ordinatione ſua* 97. Et Caroli VIII. *ordinatione ſua* 68. de quibus per dictum Guilliel. Benedicti *in ſua ſollenni repet. cap. Raynut. in ver. duas habens filias.* vbi ponit multa alia exempla, quæ cauſa breuitatis non inſero. Et facit; quia iuriſdictiones & honores venales eſſe non poſſunt. *dicta Authen. vt iudices. & l. quiſquis. Cod. ſi certum petat.* Nec iuſtitia venalis eſſe debet. Quinimo res male agitur, cum quod virtute fieri debet, pecunia tentatur, vt dicit Tullius Cicero, quem refert Baldus *in dict. l. Barbarius. in 2. colum.* vbi in vnaquaque lectura ample tractat hanc materiam, quam videas. Et facit etiam *in l. Baphii. C. de murilegul. lib. 11.* Quia officia vendi non poſſunt. Et dicit ibi gloſſ. illud eſſe ſimoniacum. facit text. *in l. lege Iulia. & in l. fin. 1. quaſt. 1.* & eſt caſus *in cap. 1. iuncta gloſſ. ibi ſuper verbo, conſuetudines, de magiſtris.* quæ dicit, quod talia emere, eſt quaſi ſimoniacum. facit gloſſ. *in d. l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambitu.* vbi Bartolus dicit, quod illud, quod Canoniſtæ vocant ſimoniam, Legiſtæ vocant ambitum, qui committitur in redemptione pecuniaria officiorum: & ibi plura alia dicit dictus Benedicti, qui vltra dicit, quod quicquid de iure communi, ordinationibus regiis, & alio modo ſit prohibitum, hodie non inſtamus in iſtis; quia temporale & ſpirituale, & etiam omnia, venalitati expoſita ſunt, & omnia pecuniæ obediunt. *Eccleſ.* 10. prout dicit Lucas de Penna *in dicta l. Baphii.* vbi dicit, quod de hac materia parum ſcribitur; quia omnibus pontificibus, regibus & principibus nota eſt plus exercendo, quam in libris ſtudendo: ex quo nobis ſuccedunt illa, de quibus *in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.* & peiora, vt videbimus quotidie in oculis noſtris.

Imo, quod plus eſt, multo minus licet emere talia officia: & dignitates, & ad illa ambire per pecuniam: cum etiam non liceat ſola voluntate dignitatem, vel officium appetere, vel deſiderare ſine peccato, vt ante dictum eſt. Et, vt dicit Auguſt. lib. 9. De ciuitate Dei: *Locus* (inquit) *ſuperior etſi adminiſtretur, vt decet, indecenter tamen appetitur.* vnde ſine cauſa, &c

Q

ſa, & ratione. Hala, magiſter equitum, Spurium Melium regnum Romanorum affectantem occidit, vt refert Valerius, *lib.5. titul. de ingratis*, quod ſibi fuit reputatum ad maximam reipublicæ gratitudinem, & obſequium, & vt idem Valerius *lib.6. tit. de ſeueritate*, ait, *Par indignatio ciuitatis aduerſus Spurium Caſſium erupit, cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magiſtri, conſulatus ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. Senatus enim populuſque Romanus non contentus eum capitali ſupplicio afficere, interempto domum ſuperiecit, vt penatum quoque ſtrage puniretur. In ſolo autem ædem Telluris fecit: itaque quod prius domicilium potentiſſimi fuerat, nunc religioſæ ſeueritatis monumentum eſt.* Hæc dicit Valerius, *vbi ſupra*. Et dicit text. *in l.1. Cod. de comitibus & tribunis ſcholar. lib. 12.* quod dignitates, & dominationes dependent à caſu, & fortuna: quod dicit eſſe verum Ioan. de Platea, *in dict. leg.1.* prout iſta adhærent, aut illi, ſed non in abſtracto, quoniam à Deo emanauerunt, *in Auth. quomodo oporteat epiſcop. in princip. colum. 1. & in cap. ſolitæ. de maior. & obedien. extra.* Vnde dicit Ber. *Quoties hominibus præeſſe deſidero, Deum meum præire contendo, & tunc non ſapio, quæ Dei ſunt.* Pariter dicit Chryſoſtomus *ſuper Matthæum*. Quicunque deſiderauit primatum in terra, inueniet confuſionem in cœlo. *c. multi. 40. diſtinct.* & dixi ſupra, quod nobis Chriſtus etiam oſtendit, qui aufugit cum eum regem facere voluerunt. *Ioan. 6.* ob quod dicit Apoſtolus ad *Hebræ. 5.* Nemo ſibi aſſumat honorem, niſi qui vocatus fuerit ſicut Aaron. ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* quemadmodum & alibi dicitur: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.*

Et de multis, qui regna & dignitates reſpuebant, refert Guil. Benedicti *in ſua repet. cap. Ram. in ver. duas habens filias, extra de teſtam.* vt de Numa Pompilio, prout refert Plutarchus de Scipione Africano, vt etiam refert Valerius *lib 4. tit. de moderatione animi.* qui recuſauit ſtatuas, & ſtemmata in comitio, in roſtris, in ſella denique Iouis Capitolini. Et Marcus Fabius, vt ait Plinius *lib.2.* oblatum à ſenatu triumphum laudabili animi modeſtia contempſit. Denique Caius Claudius Nero, ſecundum Liuium, *lib.7. decados 3.* Triumphum à ſenatu decretum cum Liuio conſule recuſauit, Liuiumque triumphantem equo ſequutus eſt. Cato etiam (Plutarcho teſte *in vita eius*) nullam ſibi paſſus eſt ſtatuam poni, inquiens, malle vt poſteri interrogarent, cur Catoni nō poſita eſſet ſtatua, quam cur poſita eſſet. Et de Labeone, qui noluit cum offerretur ab Auguſto conſulatus, quo ſubiectus fieret, & honorem ſuſciperet, *vt l.2. §. poſt hunc. ff. de orig. iur.* Vnde Valerius *titul.5. de indulgentia patrum in liberos.* Læti erant, qui regna deponebant, & triſtes, cum dabantur. de quibus ibi per eum ample.

De huiuſmodi materia ambitionis ampliſſime per Antonium Florentinum *in ſua ſumma. part. 2. lib. 3. cap. 5.* vbi ample, & alto ſtylo tractat hanc materiam: & ibi ponit, An ſit licitum appetere honores. §.1. & 2. & in §. 3. an ſit licitum appetere epiſcopatum, vbi declarat *c. qui epiſcopatum deſiderat.* ſupra allegatum. & in §. 4. vtrum licitum ſit appetere honores, & alias dignitates eccleſiaſticas ſeu officia, vel beneficia curata infra dignitatem epiſcopalem, & in §.5. & quid de officiis, & dignitatibus ſecularibus.

Sexageſima prima conſideratio. Licet, vt hic ante dictum eſt, non liceat ambire, ſeu appetere dignitatem aut officium; tamen etiam aduertendum eſt, quod vbi licitum eſſet appetere officium, homo contentus eſſe debet vno, nec duo officia petere aut tenere poteſt. text. eſt ad literam. *in l.1. C. quemadmodum ciuilia munera indic. lib. 10.* & habetur *in l. quiſquis. C. de cohortalibus & principib. &c. lib. 12.* Vbi Bart. dicit, quod duo etiam officia non liceat ſimul habere. & Iacobus Rebuff. *in d.l.1. C. quemadmodum ciuilia munera. & in l. æternam. C. de murileg. lib. 11. & l. vnica. vbi idem Iacobus. C. quib. ad conduct. præd. fiſcal. acced. non licet. libr. 11.* Nec etiam duos honores. *l. libertus. §. præſcriptus ad munera. & l. fin. C. de aſſeſſorib. & l. quiſquis. Cod. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* Nec etiam duas militias. *l. bis quidam. §. in poſtremo.*

C. qui

Digitized by Google

C. qui milit. non poſſ. lib. 12. Et dicit Luc.de Pen. *in l.* 1. *C. de primicer. lib.* 12. Quia vnum ſolum officium vix digne quis poteſt implere. *cap.* 1. *de conſuetud. lib.* 6. & quod ibi notat Archidiaconus: & ibi plene per eum, quem videas. Et iſtud obſeruatur in regno Franciæ, quod quis non poteſt tenere duo officia principis ſine diſpenſatione. Hinc Quintus Mutius Voluſii auditor homo quęſtorius noluit vltra proficere, cum Auguſtus illi etiam conſulatum offerret. *l.* 2. *§. Seruius autem. verſic. fuit eodem tempore. ff. de orig. iuris.*

Et apud Francos Gaguinus *lib.* 9. *cap.* 3. refert, quod cum Ioannes Solleuillus homo ſine controuerſia eruditus, & iuſtus, duo gubernacula in vrbe Pariſienſi geſſiſſet, non inſcius quantę ſolicitudinis erat vtrique officio inſeruire, regem Carolum VI. adiuit, enarrans curas, quæ bino magiſtratu incumberent, alteri, vix ſe ſatis poſſe orare, vt ſe vno abdicare poſſet: deputatur in eius locum Ioann. Iuuenellus inter Parlamenteos aduocatos boni nominis, & probitatis vir. hæc recitat Guillielmus Benedicti *in ſua repe it. capit. Raynutius. in verb. duas habens filias. extra de teſtamen.*

In ſpiritualibus autem quomodo non liceat appetere plura beneficia, vide *in cap. de multa. de præbend. extra de clem. cum plures. eod. tit. in extrauag. execrabilis. eod. tit.* non inſiſto: quia non eſt præſentis ſpeculationis.

SExageſimaſecunda conſideratio. Circa virtutem erit, quod virtus vocata eſt ex eo, quod ſuis viribus nitens, non ſuperetur aduerſis, ſecundum Boetium, 3. *de conſolatione. proſa vlt.* vel virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, vt habetur 2. *Ethic.* vel, vt dicit Lucas de Penna *in l. vnica. C. de metrop. Beryto. in* 3. *colum.* dicitur etiam virtus, vt habetur *in libro de ſpiritu & anima*: mentis habitus bene inſtitutus. Vel virtus eſt bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nemo male vtitur, qua Deus quid in nobis ſine nobis operatur. Et, vt ibi dicit, ſunt ſeptem virtutes, tres Theologicæ: ſcilicet fides, ſpes, & charitas, & quatuor cardinales, iuſtitia, fortitudo, prudentia, & temperantia, de quibus ibi videre potes per eum. & infra *in fin. in* 25. *conſideratione* dicetur.

SExageſimatertia conſideratio. Virtus eſt effectrix vitæ beatæ; hinc Horatius: *Ad ſummum ſapiens, vno minor eſt Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.* Et, vt ait Seneca *in lib. ad Galionem de vita beata.* Altum quiddam eſt excelſum & regale, inuictum: infatigabilem virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris ſtantem, puluerulentam, coloratam, calloſas habentem manus. Huic ſententiæ ſubſcribit Silius, à quo virtus ita deſcribitur:

Frõs hirta, nec vnquam compoſita mutata coma.
Stans vultu & ore,
Inceſſuque viro propior lætique pudoris.
Celſa humeros, niuea fulgebant ſtamine pallæ.

Et ait Ouid.

Inuia virtuti nulla eſt via.

Horatius vero virtutem ſic diffinit.

Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima,
Stultitia caruiſſe.

Lucilius Satyræ conditor, virtutem his verſibus enarrat:

Virtus eſt homini ſcire id, quod quæq; habeat res,
Virtus ſcire homini rectum, vtile, quid ſit honeſtum.
Quæ bona, quæ mala, item quid inutile, turpe, inhoneſtum.
Virtus quærendæ rei finem ſcire modumq;
Virtus diuitiis precium perſoluere poſſe.
Virtus id dare, quod re ipſa debetur honori.
Hoſtem eſſe atque inimicum hominum morumque malorum.
Contra, defenſorem hominum morumque bonorum.
Hos magnificare, his bene velle, his viuere amicum.
Commoda præterea patriæ ſibi prima putare,
Deinde parentum, tertia iam poſtremaq; noſtra.

Et, vt ait Plautus in Amphytrione. *Virtus omnibus rebus anteit profecto: libertas, ſalus, vita, res, parentes, patria, & prognati tutantur, ſeruantur: virtus omnia in ſe habet. Omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus.* Seneca lib. Epiſtolarum 9. ad Lucilium: *Virtus* (inquit) *eſt recta ratio.* Et Auguſtinus; Virtutem artem eſſe bene

Google

viuendi. Vnde Horatius: *Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum: Virtus eſt medium vitiorum, & vtrinque redactum*, Cicero putat *in Tuſcula. quæſtionibus* ad bene viuendum ſatis poſſe virtutem. cui aſtipulatur Silius: *Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.*

Et Claudianus decenter his verſibus virtutem deſcribit, cum ait:

Ipſa quidem virtus pretium ſibi ſolaq; late
Fortuna ſecura nitet, nec faſcibus vllis
Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi.
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis.
Diuitiis animoſa ſuis immotaq; cunctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.

Et ait Horatius:

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ, Intaminatis fulget honoribus.

Hęc Beroaldus *in ſua declamatione de excellentia Philoſophi, medici, & oratoris.* & ibi an virtus ſit ſumma felicitas de per ſe, quomodo virtutes naturaliter appetãtur, & de multis aliis circa virtutẽ vide *in Sophologia Sapientiæ. c.* 1. 2. 3. *&* 4.

SExageſimaquarta conſideratio eſt. Virtutis vberrimum alimentum eſt honor, teſte Valerio *de Inſtitutis antiquis lib.* 2. & Ariſtot. 8. *Ethic. & in Authent. de monachis.* §. *ordinatione. collatio.* 1. & vt ait Franciſcus Patritius *lib.* 3. *de inſtitutione reipublica titu.* 6. virtus ſecum ſemper habet comitem honorem, veluti corpus vmbram, laudataque creſcit. vide quæ ſupra dixi *in* 3. *&* 5. *conſiderationibus.* Et ipſa virtus eſt animi habitus naturæ modo ratione conſentaneus, habens in ſe plures partes: vel eſt affectio conſtans conueniensque, laudabiles efficiens eos in quibus eſt, & ipſa per ſe ſua ſponte ſeparata etiam vtilitate, laudabilis, & ex virtute glorioſus, efficitur: quoniam bonorum laborum glorioſus eſt fructus. vt habetur *Sapientia cap.* 3.

Ex quibus ſatis conſtat virtutem eſſe præambulam ad honorem, laudem, & gloriam: & virtus eſt, quæ extollit hominem, & ſuper aſtra mortales collocat. Seneca *Epiſtola ſua* 88. Imo homines dii dicuntur fieri propter virtutum excellentiam. Ariſto. 4. *Ethic.* Virtuti enim perfectæ non fiet condignus honor. Idem Ariſt. *Ethico.* 8. Honor eſt præmium virtutis, & præmia virtuoſis danda ſunt. *l.* 2. *C. de ſtatuis & imagin.*

SExageſimaquinta conſideratio. Quod propter virtutem multi ex infimo loco ad regnum peruenerunt, vt habemus de Saul, qui paſcebat aſinas. 1. *Reg.* 9. & Ioſephus *lib.* 6. *antiquitatum. capit.* 4. & Dauid oues, vt *ibi.* 16. *cap.* Ioſephus *eod. lib. cap.* 9. & tamen iuuenes, ambo reges facti ſunt propter virtutem.

Ortus Tullii Hoſtilii, vt Valerius ait *lib.* 3. *tit. de his, qui infimo loco nati, clari euaſerunt.* nunquam niſi agreſte tugurium habuit, cuius parentes pene incogniti ſunt, illique diu pecoris paſcendi cura fuit, poſtea vero Romanum Imperium rexit.

Ventidius Baſſus adeo ſordido natus eſt loco, vt victum ægre ſibi quæreret adoleſcens. demum tamen cum in Caii Cæſaris beneuolentiam introrepſiſſet, eius patrocinio, & fauore factus eſt primum tribunus plebis, mox prætor, inde pontifex, & conſul ad extremum: qui prius curandis mulis victum ſibi quæritabat, eo conſcendit gloriæ, & autoritatis, vt primus ſubegerit Parthos, ac de his triumphauerit, cui eius gloriæ cauſa vſque adeo inuidit populus Romanus, vt ſequentes in eum verſiculi vulgo iactati ſint:

Concurrite omnes, augures, aruſpices,
Portentum inuſitatum, conflatum eſt recens.
Nam mulos qui fricabat, conſul factus eſt.

Author Gellius *lib.* 15. *c.* 4.

Quintius Cincinnatus cum agrum coleret, ſudore deterſo prætextatam accepit togam, & ab aratro conſcendit ad dictaturam.

Tullius quoque Seruius, verna, & ancillæ filius, Romanis principatus eſt propter virtutes. Pariter Attilius ab aratro vocatus, & Conſtantinus ex pauperrimo, poſtquam Helenam duxit in vxorem, ac Theodoſius primo ſtabularius, Imperatores, ac vitæ merito facti claruerunt: quæ etiam Helena inter Britannos humili loco orta eſt. De Marco Portio Catone refert Valerius *loco ſupra allegato*, qui apud Tuſculanum vicum agreſti tugurio natus illius tanta fuit in vrbe dignitas,

vt Sena-

Digitized by Google

vt Senatorum ordinem auxerit,ipſam quoq; Senatus maieſtatem ſuo ſplendore decorauit. Oroſio referente nonnunquam Caium Marium humi ſuper crepidinem iacentem,à parentibus infimis pene ſordidiſſimum ortum traxiſſe nouimus,tamen ſecundum Romæ triumphum egit.

Telephantes cum antea currus factitaret, tandem rex Lydorum factus eſt.

Agathocles è figulina patris officina ad regnum Sicilię peruenit.vnde apud Auſonium ſic inducitur loquens: *Rex ego qui ſum Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.*

Tamberlanus à tenera ætate Porcarius, Scytarum rex effectus fuit, refert P. Bergomenſis *lib.14.ſui ſupplementi Chronic.*

Lamiſſio infans in piſcina repertus Lombardorum rex fuit.

Narſes eunuchus è Chartulario patriciam conſecutus eſt dignitatem, & totius Italiæ principatum,vt refert Bergomenſis *lib.*10.

Ptolemæus, filius Lagi, ex Gregorio Alexandri milite factus eſt rex Ægypti, refert Bergomenſis *lib.*7.

Valentinianus Imperator patrem habuit funes torquentem.

Mauritius Cappadox, è famulo, & excubitore imperium adeptus eſt poſt Tyberium ſecundum,refert idem Bergomenſis *lib.*10.

Primiſlaus rex Bohemorum ab ineunte ætate bubulcus erat,& armentarius.

Hyperbolus Chremydis filius, qui prius lucernas factitabat, Athenis tandem principatus eſt.

Darius,Hyſtaſpis filius Cyri primum extitit Pharetrophorus, & lictorio functus eſt munere,rex poſtea Perſarum factus.

Macedonum rex Archelaus, natus eſt Symiche matre ſerua.

Mandro,fuit quiſpiam,qui ex nauiculario factus eſt Imperator. hinc adagium fuit: *& Mandroni ficulna nauis.*

Bonoſus Imperator, filius fuit Pædagogi literarii,*authore Vopiſco.*

Gordius ab agricultura ad imperium euectus eſt.

Lycaſtus & Parrhaſius à Philonomia matre expoſiti, & à Tilipho paſtore nutriti, Arcadiæ regno tandem præfuerunt.

Sadrageſillus Dagoberti pædagogus è ludi magiſtro dux Aquitaniæ.

Cornelius Sylla, ex Nicopolis meretriculæ ſinu aſſumptus, ſuper Cymbricos Marii triumphos ſeptemque conſulatus Imperiis, dictaturisque affecit.

Ioannes Zymiſcenus prius ludimagiſtrum egerat, Imperiali tamen dignitate tandem functus eſt.

Remus & Romulus,ex lupa nutriti,& tamen vrbis conditores fuerunt, & regnauit Remus. Bergomenſis *lib.* 4. & hi omnes infimo loco, & ex paruis parentibus propter eorum virtutes ad regna peruenerunt: de quibus etiam fit mẽtio per Cæpollam in *tractat. de Imperator. milit. eligend. verſic. pro Imperatore. colum.* 12. vbi ponit inter cæteros de Petro & Iacobo, qui piſcatores fuerunt, *vt not. Io. An. in c. venerabili. de præb. in nouella.*

Cœleſtinus V. ex Anachoreta factus eſt Pontifex Max. refert Bergomenſis *lib.*13.

Imo etiam plures fuerunt,qui licet baſtardi eſſent, & illegitimi, propter eorum excellentes virtutes ad apicem Papatus deuenerunt,vt fuerunt Felix Romanus III. Gelaſius ex patre epiſcopo, natione Afer. Agapitus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero, & Oſius, Bonifacius, Agapitus, & alii, de quibus hebetur 50. *diſt.* fere per totũ. *& in c. Oſius. ibidem.*

Nicolaus V. natione Lunen.ſeu Genuen. patria, Sarzanen. humili natus loco, & profeſſione medicus ad ſummum tandem pontificatum prouectus,refert idem Bergomenſis *lib.* 15.

Innocentius VIII. ab ineunte ætate coactus eſt ob paupertatem famulari, & inter Alphonſi Siciliæ regis miniſtros victum ſibi comparare: mox tamen Sixto IV.in pontificatu ſucceſſit: & vt dicit Bergomenſis *lib.* 16. inter Cardinales erat etiam pauperior.

Pius II. ob parentum paupertatem peregrinari coactus eſt, & victum emendicare, prouectior factus ſucceſſit Caliſto III.

Sixtus I.paſtore patre natus, poſt Alexandrum

Digitized by Google

drum Pontificem, ad ſummum pontificem conſcendit. Bergomenſis *lib.*8.

His annumerandi ſunt Iulius Papa II. qui ex nauiculario patre, tandem cum tanta gloria effectus eſt ſummus Pontifex, quod non poteſt vltra dici.

Et etiam Adrianus huius nominis VI. qui Caroli Auſtriaci Archiducis Auſtriæ, & Imperatoris pædagogus fuit, non ex nobili genere natus, vt per vniuerſum orbem euolat fama, ob eius ingentiſſimas virtutes, à Cardinalibus incognitus, Spiritu ſancto inſpirante, in ſummum Pontificem electus eſt. Hic vir doctiſſimus, & probiſſimus reputatur: & vidi, & legi quodlibeta ab eo compoſita, quæ mihi videntur recto tramite, & recta via ordinata, & videtur ex ſuis dictis inſequi veritatem, non diſcurrendo per mendicata ſuffragia, qui hoc anno Domini in M. D. XXIII. menſe Septembri, migrauit in cœlis.

Plures alii præter dignitates imperiales, regales, & Pontificales, ex ſola eorum virtute ad alias dignitates euecti ſunt, vt de Demoſthene fabri filio, qui clariſſimus euaſit Philoſophus. vnde Sydonius: *Fabro progenitus, ſpreto cui patre polita Eloquiis plus lingua fuit.* Idem: *Qui fabro genitore procreatus, oris maluit expolire linguam.*

Æſopus tragœdus cum hyſtrionicam artem exerceret, tandem euaſit ditiſſimus.

Gadareus ſophiſta, qui prius more mendici peregrinabatur, Maximiani beneficio conſulatum adeptus eſt.

Adrianus, & Marcus Antonius principes, Arrianum hiſtoricum euexerunt ad conſularem dignitatem.

Cyrus Panapolita beneficio Theodoſii Imperatoris & Eudoxiæ vxoris eiuſdem, pręſul factus eſt.

T. Coruncanus è plebe factus eſt conſul maximus.

C. Marius ſenior ſepties conſul Arpinas fuit, obſcura prognatus origine.

Terentius Varro ſordido natus loco, tandem quæſtura & duabus ædilitatibus functus eſt.

Ioannes Campanus, qui infans paſcentibus ouibus tempus contriuerat, tandem beneficio Pii II. præſul factus eſt.

L. Tatius Ruffus natalium humilitate, cõſulatũ militari induſtria merit⁹ eſt. *autore Plin.*

Euripides ex matre oleorum venditrice, euaſit poëta clariſſimus.

Plures alii adepti fuerunt maximas laudes & glorias ob eorum virtutes, quos cum aliquibus ex ſupradictis enumerat Textor Niuernenſis *in ſua officina, in cap. qui ex humili fortuna clari & diuites euaſerunt.* Alios vero enumerat G. Benedicti *in ſua repet. cap. Raynut. in verſic. conditi primo. num.* 38. *extra de teſtamen.* quod cum talia ex virtute conſequantur, eſt vndique appetenda, & amplexanda: & illa quæ in radice rationis, nõ in foliis verborum conſiſtit. 1. *quæſt.* 1. *c. Marcion. & Baſilides.* quia, vt dixi ſupra, illius laus in actione conſiſtit, & merito: quoniam ex ea ſperandum eſt præmium. *l. vt virtutum. C. de ſtatuis & imagin. clem. cupientes. de pœnis.* gloſſ. *in c. eccleſiaſticis.* 12. *q.* 2. Nec carere debet effectu. *c. vlt. de cleri excom. miniſt.*

Illam vero diffinitionem virtutis cum diuiſione, acquiſitione, duratione, connexione, & operatione ponit ampliſſime Ant. Florent. *in ſua ſum. part.* 4. *tit.* 1. *per totum.* & quædã per Dominicum Nanum *in Polyant. in verb. virtus.* Et de commendatione virtutis dicit Lactantius, quod nos facit immortales, & pares diis. vt ample declarat Bonus de Curtili *in ſuo tract. nobilitatis in ſecunda part. num.* 47. dicam latius in diſcurſu materiæ in pluribus & diuerſis locis. Imo ex multis comprobat P. Beroaldus *in opere de Felicitate,* quod virtus eſt effectrix vitæ beatæ: quoniam (vt ait,) ſeueriſſimique philoſophorum ſummum bonum in honeſto, hoc eſt, in ipſa virtute poſuerunt: exiſtimantes ſolum ſapientem eſſe omnia. vt ſupra dixi *in* 63. *conſid.*

SExageſimaſexta conſideratio. Cum ergo ex virtute deueniatur ad dignitates, faciatque hominem gloria decorari, *l. nullus. C. de decurioni. lib.* 10. & Lucas de Pen. *in l. obſiſtet. Cod. de anno. & tribut. lib.* 10. ſitque materia huius tractatus principalis circa ordinem dignitatum

tatum intendens: videndum eſt, quid ſit dignitas, vnde dicatur, quot ſunt dignitates, quibus ſunt conferendæ, quæ ſunt priuilegia dignitatis.

Primo enim dignitas ſecundum Tullium *2. Rhetoric.* eſt authoritas alicuius honeſta, cultu & verecundia, & honore digna. ita dicit Lucas de Pen. *in l. obſiſtere. C. de anno. & tribut. lib. 10. & in l. murileguli. C. de murileg. lib. 11.* Vel dic etiam, quod dignitas eſt quicquid à principe iniungitur, prout colligitur ex *l. nemo perfectus. C. de dignitat.*

Hinc dicitur, quod cocus principis habet dignitatem. Romanus *ſingul. ſuo* 690. licet alias ſit officium, text. eſt iuncta gloſſ. *in l. legatis. in gloſſ. 1. ff. de leg. 3.* ſiue artificium, ſi ſit cocus optimus. *l. ſi quid venditor. §. venditor qui optimum. ff. de ædil. edict.* bene facit quę dicit Angel. *in §. fin. in 1. colum. Inſtit. de except.* per text. *in l. 1. Cod. de mand. princip. & in l. laudabile. Cod. de aduocatis diuerſo. iud.* quod ſecretarii principis habent dignitatem. ſequitur Felin. *in cap. fraternitatis. col. 2. de hæret.* ſic etiam licet medici ſimpliciter per ſe non habeant dignitatem (cum obſtetricibus æquiparentur) tamen ſi ſit medicus principis, habet dignitatem. Bartol. *in l. omnes. la. 3. C. de decurio. lib. 10.* Imo omnes famulantes principi, vt notatur *in leg. vnica. Cod. de comiti. & archidiac. lib. 12.* quia tales habent aliquod onus eis iniunctum à principe. ita videtur ſentire Bonus de Curtili *in ſuo tractat. nobilitatis in 3. parte, numer. 54. vſque ad numer.* 158. & ibi videtur inſiſtere, an habens officium dicatur habere dignitatem, in quo multum ponderat conſuetudinem vel ſtatutum. dicam *infra in 8. part. in 19. conſiderat.* ideo non aliter nunc inſiſto.

Et iſta dictio dignitas quandoque ponitur pro fama. *l. 3. C. de re milit. lib. 11.* Quandoque pro conditione. *l. nepos autem. in fin. ff. de verb. ſign.* interdum pro poteſtate. *l. 1. ff. de offic. quæſtoris.* quoniam qui poteſtatem gerit, eam digne gerere debet, ipſaque dignus eſſe. Imo etiam poteſtas poteſt ſine adminiſtratione eſſe, & hæc vocatur dignitas honoraria. *l. fin. Cod. de dignit. l. fin. C. vt dignitatum ordo ſeruetur. lib. 12.* Imo etiam quandoque ponitur pro publico honore. *l. generali. C. de decur. lib. 10. & l. fin. Cod. qui milit. non poſſunt. lib. 12. l. penult. §. fin. ff. de re milit.* Aliquando pro bona opinione vel ſtatu. *l. ſi quid. ff. de vſufruct. & l. 4. ff. de ventre in poſſeſſio. mitt.* gloſſ. *in l. maiorem. in verb. dignitatis. ff. de pact.* Quandoque ſumitur pro ordine Eccleſiaſtico, qui dicitur dignitas ſiue honor. *1. quæſt. 1. c. reperiuntur. in fin.* Quandoque pro ordine. *4. diſtinct. c. denique.* Quandoque pro officio, quod habet dignitatem annexam, vt *in titu. de præbend. & dignitat. & in cap. de multa. eod. tit.* & ita loquitur gloſſ. *in l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit.* quæ dicit officia ibi numerata eſſe dignitates. Quandoque etiam ſumitur pro potentia natura tributa cuilibet, quia cum homo ſit dignior omni creatura. *l. iuſtiſſime. ff. de ædil. edict.* dicam infra *in 1. conſiderat. 2. part.* Quandoque ſumitur pro ſingulari poteſtate; quia ſeculares poteſtates dicuntur. *2. quæſt. 3. c. adminiſtratores. & in l. 1. in princip. ff. de officio quæſtoris.*

Vnde omnis, qui præeſt cognitioni villæ, vel caſtelli, dicitur habere dignitatem, argumento notatorum *extra, de præbend. cap. cum olim. in nouella.* & Bald. *in cap. 1. in tit. quis dicatur Dux, Marchio, Comes.* Imo etiam habens milites ſub ſe dicitur habere dignitatem, argum. *c. ius naturale. 51. diſtinct. & leg. magiſteria. & quod ibi notatur C. de iuriſdict. omn. iud.* Quandoque etiam ſumitur pro quadam præeminentia, prout notat Archid. *in cap. 1. de conſuetud. lib. 6.* vnde Oldrad. *conſil.* 163. dicit, quod dignitas eſt quædam præeminentia cum adminiſtratione. Quandoque etiam accipitur pro quadam qualitate, quæ facit perſonam differre à plebeis, & iſta eſt nobilitas, de qua dicam *infra in 8. parte* ampliſſime. Et magis digni maioribus præmiis ſunt extollendi. *c. dicat. 23. q. 5.* notat. *in cap. de multa. in fin. de præbend. cap. ſtatuimus. de maior. & obedien.* & hoc ſiue in militibus cœleſtis militię, ſiue armatæ, vt notat Petrus de Anchar. *in cap. vnico. per illum text. de reliq. & venerat. ſanctor. in 6.*

Alio modo conſideratur, prout conſtat in nomine ſui generis, nec habet nomen ſpeciale,

Digitized by Google

ciale, vt eſt decurio. *leg. ſpurii. in princip. ff. de decurio.* & eſſe militem & presbyterum & ſimiles. *l. ne quis. Cod. vt nemo priuatus.*

Alio etiam modo, vt ſunt dignitates, quæ nomen habent ſpeciale, & per ſuos gradus nominantur, vt ſunt ſuperilluſtres, illuſtres, ſpectabiles, clariſſimi, & infimi. de quibus Lucas de Penna *in rubrica de dignitatibus*, ponit verſus ſequentes.

Illuſtris primus, medius ſpectabilis, imus
(Vt lex teſtatur) clariſſimus eſſe probatur.
Et ſuperilluſtris præponitur omnibus iſtis.

Et etiam iſtas quinque dignitates ponit Ioan. de Platea *in l. fi. C. de decur. lib.* 10. vbi ponit 12. dignitates: videlicet ſuperilluſtres, vt ſunt Imperator, Papa, & quilibet rex in ſuo regno non recognoſcens ſeperiorem, vt eſt Rex noſter, qui dicitur Imperator. Patritius, qui apud nos dicitur Cãcellarius & Conſul, loco cuius ſunt duodecim pares Franciæ. Illuſtres, vt ſunt præfectus prætorio, qui dicitur præſidens. Senator, qui dicitur conſiliarius, & inter iſtos multi alii enumerantur, Præfectus vrbis loco cuius eſt hodie præpoſitus Pariſienſ. Comes donationum, quæ ſunt in curia principis. Præfectus prætorio militaris annonæ. Proconſul. Comes rerum priuatarum, qui apud nos eſt magiſter domus. & Comites prouincias gerentes, qui hodie apud nos ſunt gubernatores prouinciarum. de quibus infra dicetur ſuis locis. Et ſunt etiam quæſtores ſacri palatii, qui dicuntur generales ſeu theſaurarii.

Spectabiles ſunt proximi ſacrorum ſcriniorum, præſides prouinciarum, aduocati fiſcales, principes agentium in rebus. Quandoque etiam dicuntur clariſſimi.

Clariſſimi etiam ſunt rectores ciuitatum, ſeu defenſores, qui habent merum & mixtũ imperium; vt ſunt Poteſtates Italiæ, & alii Poteſtates apud nos, qui habent merum imperium, vt ſunt in pluribus locis.

Infimi vero ſunt iudices pedanei, magiſtratus Municipales, cognoſcentes vſque ad certam ſummam, aut certam rem: & iſti infimi licet non habeant merum imperium; tamen poſſunt cauſas delegare, & vicarios ſeu locum tenentes conſtituere. not. gloſſ. fi. *in l. fin. Cod. de ſent. ex periculo recit.* Quod facit contra ſcabinos noſtræ ciuitatis Heduen. qui dicunt quod Virgobretus noſter, hoc eſt maior, non poteſt committere vicarium in ſua abſentia: imò quod antiquior eorum debet iuriſdictionem exercere. De ſupradictis omnibus dignitatibus ſuo loco dicemus: & de iſtis quinque gradibus, vide ampliſſime infra *in 7. par. in princip.*

Aliquando etiam ſumitur dignitas pro quodam gradu dignitatis à principe vel ſuperiore collata, vt eſt dignitas Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & ſimiles: de quibus per totum titul. *Cod. de dign. vſque ad tit. de re milit. lib.* 12. Et de his quomodo aſſumatur, videatur per Lucam de Pen. *loco ſupra allegat.* & Cæpollam *in tractat. de imper. militum eligen. in verb. dignitatis.* vbi allegat plura alia loca, quæ videre poteris.

Sexageſimaſeptima conſideratio. Lucas de Penna *in d. rubr. C. de dignit. lib.* 12. dicit, quod ad dignitates aſſumendi ſunt viri nobiles, prudentes, fideles, optime ſibi conſcii pro mentis integritate, qui pro ſua fide ac induſtria nec fallant nec fallantur, tam moribus optimis præditi, quam ſcientiam peritiamque rerum habentes. Et ibi ponit, quod ad dignitates minus idonei non ſunt aſſumendi, quem vide; quia eſt extra propoſitum, ideo non inſiſto.

Sexageſimaoctaua conſideratio. Dignitas habet multa priuilegia, quæ ponit Cæpolla *in tract. de Imperatore eligendo. in verbo dignitas.* vbi ponit triginta priuilegia, & duo alia ponit Lucas de Penna *in l. obſiſtere. C. de annonis & tributis. lib.* 10. Vnum videlicet, quod facit hominem gloria decorari. *leg. nullus. C. de decurio. lib.* 10. Lætitiam gaudiumque in eo generat. *l. 3. §. his addimus. C. de ſilentia. lib.* 12. Tertio, vltra per eum ibi poſita dignitas ſuperueniens operatur, quod excuſare facit quem ab eo, quod prius promiſerat, ſecundum Bald. *in l. quiſquis in fin. C. de epiſco. & cler.* Hinc per hoc Bonus de Curtil. *in ſuo tracta. nobilitatis, in 3. part. numer.* 23. dicit, quod homo manus mortuæ, qui tenetur ad corueas,

ueas, ſi poſt efficiatur doctor, aut conſequatur aliam dignitatem, liberatur, & eſt immunis ab illis coruéis, per tex. quem ad hoc ponderat *in l. interdum. ff. de oper. libert.* Et dicit Felyn. *in cap. quoniam Abbas. in 5. colum. verſic. quarit hic Abbas. de offic. delegat.* quod dignitas mutat conditionem perſonæ. faciunt quæ dicit Bal. *in l. quiſquis. in fin. C. de epiſcop. & cleric.* quod intellige non de diminuendo, ſed pullulando, & augmentãdo; quoniã, vt ait G. de Monteferrato *in tract. de ſucceſſ. regum. in princ. num. 5.* honor & dignitas perſonæ ſuperueniens, eiuſdem perſonæ qualitatem non mutat, neque extinguit, ſed potius illam pullulat, & augmentat. *l. falſa demonſtratio. §. ſed ſi cui.* Nam honor eius auctus eſt, nõ conditio mutata. *ff. de cond. & dem. & in l. penult. ff. de ſenator.* & ex dignitate quis efficitur homo nouus, & immittitur ei cor aliud. vt 1. *Reg. 10. cap.* vbi dicitur: *Num & Saul inter prophetas*: faciunt quæ dicit dominus meus Iaſon, *in l. non ſolum. §. morte. in 27. colum. ff. de noui oper. nunc.* vbi dicit, quod verecundia excuſat, ac ſi quis eſſet obligatus. Faciunt etiam quæ dicit Barba. *in conſ. 60. in 1. colum. & ſequent. in 1. volum.* & idem dominus meus Iaſon *in §. quadru. in 10. col. Inſtit. de act. & Felin. in c. cum omnis, in 7. col. extra. de conſtit.*

Et his diebus mihi euenit caſus de quodam Notario regio, qui terras ſuas, & hereditagia in loco manus mortuæ habebat, & per homines loci illas cultiuari, & laborare faciebat: dominus volebat eum cogere ad faciendum coruéas. Dixi, attenta eius qualitate, cum illi fuiſſet verecundum & inhoneſtum tales coruéas facere, quod non tenebatur ad illas, & quod erat immunis, imo ſolum tenẽtur ad tales coruéas, qui ſciunt illas facere ex natura ſui artificii, & ſecundum naturam illorum, & adhuc pendet proceſſus.

SEptuageſimanona conſideratio. Quod dignitatem acquirendo & regendo, conſequimur laborem, ſtudium, curam, miſeriam, vigilias, & calamitatem, ſecundum Lucam de Penna *in l. 1. C. de veteran. lib. 12.* vnde Grego. *in regiſtro. lib. 4. cap. 68.* Quomodo autem ſuſcepto paſtorali onere habere ſerenitatem cogitationum poſſetis, cum ſcriptum ſit: *Ecce gigantes gemunt ſub aquis.* quod ſatis ibi per Lucam exponitur, vbi etiam dicit, quod dignitas habet onera annexa. *leg. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de collatio. bonor. l. continent. ff. quod metus cauſa.* facit *40. diſtinct. c. ante.* & ſicut patrimonium non ſine labore conſequimur, ſic nec beneficia eccleſiaſtica, nec honorum inſignia, nec ſtipendia. Luc. *in leg. 1. C. de metallariis lib. 11.*

SEptuageſima conſideratio. Maieſtas eſt, virtutis, & probitatis quædam excellentia, ſine magiſtratu, ſine imperio, ſine fortunæ adminiculo, honoratum reddens hominem. Et ſic maieſtas eſt honor longus, id eſt, diuturnus etiam poſt mortem, æternus ſine honore, id eſt, magiſtratu publico, vt dicit & refert G. Benedict. *in ſua repe. cap. Rayn. in ver. teſtamentum. 1. numer. 45. de teſtament.* ſed tamen quicquid dicat, cadit in principem, vt *in proœm. Inſtit. in princip.* & in rege. vt *in l. regina. C. vt nemo priuatus.* & in prætore, vt *in leg. pen. in fin. ff. de iuſt. & iure.* & in quolibet iudice, vt *in ff. & C. ad l. Iul. maieſt.* Et dicitur maieſtas, id eſt, maior ſtatus. *cap. felicis. de pœnis. lib. 6. cl. 1. eod. tit. cum ibi notatis. cap. 2. de ſtat. mon. cap. paſt. de ſen. & re iud.* per Vale. *lib. 2. cap. de maieſtate.* vel maior poteſtas. Luc. de Penna *in l. vlti. C. de delato. lib. 10.* vbi ponit differentiam inter maieſtatem & dignitatem, vel dicitur maieſtas autoritas ſacra, quæ in terris poſt ſupernum honorem ſecundo loco poſita habetur, vt *in §. arripiat. ibi; quæ merito poſt ſupernum honorem ſecundo loco poſita ſunt. in Authent. vt omnes obediant iudicibus prouinciarum. collat. 5.* Et in ſacra maieſtate ſolum beneplacitum pro ratione eſt. dummodo honor inde non afferatur rationi naturali; quia tunc tale beneplacitum inciuile & illegitimum eſſet, vt *in l. Marcellus. in fin. ff. de reg. iur.* In publica vero autoritate diſciplina attenditur, hoc eſt, doctrina populi cum increpatione: quæ quidem increpatio ſacræ autoritati ſummæ non congruit, cui etiam dedit Deus leges eſſe ſubditas, vt ipſe princeps ſit animata lex ſcriptatum legum, vt *in Auth. de conſulibus. in fin.*

Digitized by Google

ſin. collatio. Qui autem publicam diſciplinam agunt, multa prudẽtia primo imbuti eſſe debent, vt ex eorum prudentia autoritas aſſequatur, prout lex dicit. Platonem fuiſſe virum primo ſummæ prudentiæ, deinde ſummæ autoritatis. vt *in l. 2. ff. de nundinis*. Princeps autem, qui maieſtatem habet, primo autoritate fulget; quia à Deo ſecundus in terris habetur, *alleg. §. arripiat.* & ſecundo prudentia ipſa pro eximio ornatu & illuſtri decore apparet. An autem Duces & Barones habeant maieſtatem, vide *infra in 5. parte, in ſin. in conſideratione incip. Alii autem inferiores*, quæ eſt in ordine 56.

SEptuageſimaprima conſideratio. Reuerentia eſt honor, qui exhibetur cum pauore, vt dicit Archi. *in cap. 2. de offic. deleg. in 6.* & ibi Dominicus de S. Gemini. & eſt inter maiores & minores. vt notat Io. Andr. *in cap. non eſt ſine culpa. de regularib. in 6*. Et alicui exhibetur ratione dignitatis, vel poteſtatis, *c. viſis. 16. quaſt. 2.* vt dicit Tullius in Rhetor. Reuerentia eſt virtus aliqua prælatione ſublimatis debitæ honorificationis cultum exhibens. Sed veneratio eſt virtus, qua reuerentiam exhibemus maioribus, in corporis humiliatione, geſtu, nutu, & verborum emiſsione. Ita dicit Lucas de Penna *in l. 1. in 2. colum. C. de colleg. lib. 11.* & de huiuſmodi deſcriptionibus reuerentiæ & venerationis, vide Ioannem de Terrarubea cum gloſſ. Iacobi Bonaudi, *in ſuo tractat. de vinea eccleſia. articul. 3. tertu tractat. in verbo, honorificate.* Dicit tamen S. Thom. 2. 2. *quaſt.* 13. 1. *diſtinct.* ſupra numerum primum, quod reuerentia non eſt honor: ſed motiuum honorantis, & finis aliorum. & ibidem *quaſt.* 104. 2. *diſtinct.* ſupra numerum quartum, dicit, quod reuerentia directe reſpicit perſonam excellentem: ideo ſecundum diuerſas rationes excellentiæ, diuerſæ ſunt ſpecies eius, vt de pluribus ponam in hoc libro, ſecundum ordinem dignitatũ, in quolibet ſuo ſtatu & ordine. de hac reuerentia vide Polycrat. *lib. 5. capit. 4.*

Vel etiam dic, quod reuerentia eſt honor exhibitus, in teſtimonium virtutis. Et eſt timor initialis & caſtus, & poteſt capi in bono & in malo, ſicut etiam confuſio, id eſt, erubeſcentia. ſecundum Thomam *ſuper Pſal. 34.* Et ideo cum nec dæmones, nec damnati, nec irrationabiles, vllam habeant virtutem, eiſdem nulla debetur reuerentia, nec honor, prout dicit S. Thom. *in 3. part. diſt. 9. quæſtio. 2.* hinc Boetius *de philoſophica conſolatione, libr. 3.* Non poſſumus ob honores reuerentia iudicare dignos, quos ipſis honoribus iudicamus indignos. Et ideo boni reuerendi ſunt, ne offendantur, ne fortaſſe per eos ille prouocetur ad iram, qui eorum corda ſemper inhabitat, vt dicit Gregorius *ſuper Ezechielem.* Inferiores enim ſuis potioribus debent reuerentiam exhibere. *l. potioris. C. de offic. rectoris prouin. cap. ſtatuimus. extra de maioret. & obed.* Nec debet iunior ex hoc iraſci, quod maior ei præfertur. 11. *queſt. 3. c. qui reſiſtit*, vide Lucam de Penna *in l. 1. C. de conſulibus. lib. 12.* dixi ſupra amplius *in 20. conſideratione. incip. honor eſt illi.*

SEptuageſimaſecunda conſideratio. Subditi prælatos reuereri debent, eis effectum dilectionis impendendo. 95. *d. c. eſto. 2. quaſt. 3. c. habet.* ipſis obediendo. 93. *diſt. §. 1. & c. ſeq. & 2. queſt. 2. c. ſacerdotes.* eis communicando & ſubſequendo, 95. *diſtinct. c. non oportet.* eorum officium temerarie non vſurpando, *eadẽ diſtinct. c. presbyter.* eorum ſtatuta ſeruando, 7 *quaſt. 1. c. quia, & c. ſi quis. extra de maioritat. & obedien.* eos temerarie non arguendo, vel iudicando, 21. *dicto cap. nolite.* & eorum defectus non reuelando, ſed potius contegendo. 97. *diſtinct. cap in ſcripturis.* & dicit text. *in cap. regnum. 23 queſtio. 5.* Ipſis autem principibus, & poteſtatibus fidem, & reuerentiam ſeruari oportet: quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit. Sic etiam filius patri, & vxor marito tenentur reuerentiam præſtare. 23. *quaſt. 5. c. eſt ordo.* ita dicit Luc. de Penna *in d. l. C. de collegiatis. lib. 11.* imo etiam reuerentia debetur in vtili prolato, quandiu ſuſtinetur, *cap. ſi fortaſſis. 16. quaſtio. 6.* Nec dignitas regia, vel imperialis vituperanda eſt, ſi rex aut Imperator tyrannice

ſæuiat,

ſæuiat, vt eſt text. *in c. neque 24. q. 6.* Imo etiam reuerentia debetur ab exemptis. Bald. *in l. fin. per illum text. verſic. ibi: per hunc. C. de bonis libert.* & dicam *infra in 4. part.* & ibi etiam Bald. *in verſic. vltim. notab.* dicit, quod reuerentia debetur naturali, nec poteſt reuerentia pacto remitti, prout dicit Bald. *in l. libert. in 2. colum. pone: ego promitto. C. de operis libert.* Ita qui tenetur ad reuerentiam alicui, non poteſt vocare talem in ius ſine venia, vt dicit Specul. *in tit. de actore in 11. colum. in fin.* Sed nunquid edictum, quod non credo indiſtincte verum. Cum princeps reuerentiam exhibeat iuriſperitis ob finem meritum. *leg. quicquid. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* & tamen non eſt verum, quod eos non poſſit in ius vocare ſine venia. Dic tamen, quod princeps hoc facit, non quod teneatur, ſed tantum ex vrbanitate, & ob finem meritum, & propter honorem ſcientiæ, adeo quod nominatim opiniones eorum exprimit in reſcripto. vt *in leg. ſi pure. ff. de fideicom. libert.* & hoc ſtudiorum labor iuſte meretur. *l. 1. C. de aſſeſſ.*

SEptuageſimatertia conſideratio. Reuerentia, quæ debetur à vaſallo domino, remitti poteſt, cum videatur deberi ratione contractus, ſecundum Bald. *in l. 1. in 52. q. ff. de ver. diuiſ. & in cap. ſi cautio. de fid. inſtrum.* Secus autem in reuerentia, quæ debetur ratione perſonæ, vt eſt illa, quæ debetur à filio patri, ab vxore marito, à iudice doctori, vt dicit G. Benedicti *in ſua repet. cap. Raynutius. in ver. duas habens filias. num. 234. de teſta.* & idem de illa, quæ debetur epiſcopo. de quo per Cano. *in cap. cum venerabilis. de relig.* & dicturus ſum infra *in 4. par. in 28. conſiderat.*

SEptuageſimaquarta conſideratio. Reuerentia, quę debetur viuo, debetur & mortuo, vt dicit text. *in l. apud Celſum. §. aduerſus. ff. de except. ibi; ſemper enim reuerentia ei adhibenda eſt tam viuo, quam mortuo. & ibi; namque conuenit tam viuo, quam mortuo patrono à liberto honorem exhiberi.* de quo honore exhibendo circa corpus mortuum ſeu reuerentia, infra dicam, *in 2. part. in 5. conſider.* vbi ample.

SEptuageſimaquinta conſideratio. Pro reuerentia, quam quis facit alteri, datur ei præmium: cum ei accedat bona gratia, vt habetur *Eccl. 32.* Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Laudabile namque diſcretumque eſt reuerentiam & honorem exhibere prioribus. dicit text. *in c. ſicut inquit in princ. 2. q. 7.* facit text. *in c. ex ore. in fin. de priuil.* etiam ſi inutiles ſint, dummodo tolerentur. dixi antea, & videatis conciuem & contemporaneum noſtrum Ioan. de Motholo. *in ſuo promptuario iuris. in verbo. reuerentia.*

Aduerte ad id, quod dicit Luc. de Pen. *in d. l. 1. C. de collegiatis.* an faciendo reuerentiam, vt præpoſito ei, cum quo de præpoſitura litigantur, iuri ſuo propterea renunciare videatur. videantur notata *in cap. ex ore. extra de his, quæ fiunt à maiori part. Capit.* vbi videtur dicendum, quod ſic.

SEptuageſimaſexta conſideratio. Excellentia proprie cadit in principem, vt notat. *in cap. 1. de probat.* vbi Imperator ſcribit Regi Angliæ, & vtitur his verbis: *Tua excellentia.* Tamen etiam præfectus vrbis dicitur excellentiſſimus, vt *in l. tam dementis. C. de epiſco audi.* & etiam quæſtor dicitur excellentiſſimus, vt *in l. ſi quando. C. de appella.* Ex quo non indiſtincte excellentia cadit in principem: & ratione excellentiæ quis præfertur, qui alias non præferretur, vt dicit gloſſ. *in l. 1. C. de anno. ciui. lib. 11.* vbi dicit, quod ſi ſcholaris ſit excellens, debet præcedere doctorem. dominus meus Iaſon *in l. cum quid. in 1. lect. in 4. colu. ff. ſi cert. pet.* Et etiam minor excellens debet præcedere ſeniorem, vt plene habetur per G. Benedicti *in ſua repet. cap. Raynut. in ver. Adiecta impuberi. num. 2. de teſta.* Et alia, quæ fiunt ratione excellentiæ perſonæ, ponit Spec. *in tit. de arbit. §. 2. verſic. 1.* & Alex. *in d. l. cum quid.* & dicam *infra in 10. par. in 30. conſider.* vbi ponam, quod iunior doctor excellens, præfertur antiquiori indocto.

SEptuageſimaſeptima conſideratio eſt. Quod vt cognoſcatur, quis honor, q́ laus, quæ gloria dignitatem habentibus ſint deferēdæ, & quomodo inter illos ſit ſeruādus or-

Digitized by Google

do, & quomodo vnuſquiſque agnoſcere debet ordinem ſuum, & quod dignum ſit eo ordine, quem ſuſcipit, intelligere, & ita actus ſuos, ſermonem, inceſſum, habitum, moderare. Ideo videndum eſt, quid ſit ordo. Vnde vt ait Auguſt. *de ciuitate Dei, lib. 29.* Ordo eſt parium diſpariumque rerum, ſua cuique loca tribuēs diſpoſitio. & dicitur ab ordino: & ordino ab ore dicitur, quod idem eſt, quod diſpono, quaſi ore pronuntio, quis cuique locus eſſe debeat. A quo ordo, diſpoſitio gradus, & ordinarium, in quo ordo ſeruatur, & maxime ordo in dignitatibus eſt ſeruandus. *l. fin. C. de primicer. & ſecundic. & toto tit. vt dignit. ordo ſeruetur. C. lib. 12.* & bonum conſiſtit in ordine, ſecundum Auguſt. *in lib. de natura boni.* & ordo dat rei perfectionem, *7. quaſt. 1. c. nihil.* Nullius quippe vniuerſitatis adminiſtratio gerere, neque ſubſiſtere poſſet, niſi eam magnus ordo differentiæ ſeruaret, *in c. ad hoc, 89. diſtin.* vbi habetur, quod Eccleſiæ militantis & triumphantis duplex eſt ordo, & ſicut in eccleſia triumphanti ſunt nouem ordines deſignati per nouem lapides. *de pœnit. diſtinct. c. principium.* ita in eccleſia militanti, quos habes. *c. clero. 21. d. c. cum in eccleſia nihil debeat eſſe inordinatum. 61. d. c. miramur.* Et ideo quanto aliquid ordinarium eſt, tanto id melius, & perfectius *l. 2. §. 1. ff. ad Velleia.* Ita dicit Lucas de Penn. *in rubr. C. vt dignitat. ordo ſeruetur. lib. 12.* Et proprie ordo dicitur, cum diuerſarum rerum vel perſonarum, vnaquæque proprium locum tenet. Arch. *in c. decernimus. in prin. 10. quaſt. 1.* graduum enim & ordinum diſtributio vnitatem in eccleſia conſeruat. *d. c. ad hoc.* vbi gloſſ. & Arch. 89. *diſt. ſuper c. licet. 45. diſt.* quod ampliſſime & eleganti ſtylo declarat Iodocus Clyct. *in ſuo Antiluthero cap. 2. & 3. in 3, lib.* Ratio autem ordinis obſeruandi inter perſonas, ponitur *in cap. fina. in princ. 89. diſtinct.* vbi dicitur: Ad hoc, diſpēſationis prouiſio, gradus diuerſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuerſitate contentio, & recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi eam magnus ordo differentiæ ſeruaret. & ibi gloſſ. allegat Apoſt. dicentem: Dum mundus iſte durabit, homines præſunt hominibus, dæmones dæmonibus, angeli angelis. Cum enim Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit omnis prælatio, non tamen ordo vel maioritas. Aliquis enim maior erit alio, quoniam in domo patris mei multæ manſiones ſunt. *c. in domo. de pœniten. diſtinct. 4.*

In omnibus enim actibus & virtutibus eſt ordo, & vtitur ſecundum ordinem, ſecundū Ariſt. 3. *Ethicorum.* Et ideo, vbi ſunt plura ordinata in vnū, oportet eſſe aliquod vniuerſale regimen, ſupra particularia regimina, & ad hoc eſt facta prælatio inter miniſtros, vt not. gloſſ. & Doct. *in c. legimus. 93. diſt.* Et etiam dicit Tull. *lib. 1. officiorum*, quod ordo proprie eſt compoſitio rerū in aptis, & commodatis: prout etiam dicit Luc. de Pen. *in l. his quidem. C. qui milit. non poſſ. in 2. colum. lib. 12.* Poteſt autem ordo multipliciter conſiderari, *vt infra dicam.* Nam, vt habetur *in c. conuenit. de conſecr. diſt. 5.* Conuenit ordinem æqualiter ab omnibus cuſtodiri, nec debet turbari ordo officiorum. *l. quiſquis. in fin. & ibi gl. fin. C. de poſtulan.*

Et ordo eſt etiam vniuſcuiuſque rei figura ſubſtantiæ, vt inquit Bald. *in conſi. ſchiſmatis,* quod poſuit poſt rubr. *ſi quis alteri. vel ſibi.* & teſtatur D. Ambr. quem recitat Bald. *in proœ. Digeſtorum. in princ.* & dixi ſatis ample *ſupra in proœ. huius libri.* Vdalricus Zaſius *in repe. l. 2. ff. de ori. iu. in §. poſt hunc maxima autoritatis. in gloſſ. in equeſtri ordine.* dicit, quod eſt diſcretio ſtatus hominum conditioni accommodatus. Et Origen. *in Leuit. cap. 4.* ordines duodecim rationalis creaturæ eſſe, ex 12. tribubus collegit. de quibus infra dicam *in ſequenti parte.*

Ordo etiam rem decorat *leg. munerarios. & ibi Luc. de Penn. C. de appar. magiſtr. milit. lib. 12.*

SEptuageſimaoctaua conſideratio. Duplex eſt ordo, temporis ſcilicet & qualitatis. De ordine temporis habetur *in l. 1. C. de conſulibus. lib. 12. & de prępoſ. ſacri cubic. l. 1. C. eo. lib. & de proxim.*

proxim. ſacror. ſcrinior. l. vnicuique. & de tyronibus. l. fin. C. eo. lib. de quo infra in pluribus locis dicam, & maxime *in vlt. par.* De ordine qualitatis ſeu maioritatis, de quo eſt nunc quæſtio in partibus ſequentibus quaſi in omnibus, & de quo habetur *in rubro & nigro vt dignitatum ordo ſeruetur. C. lib.* 12. & hic ordo potior eſt primo: quia, vbi habet locum ordo qualitatis, & de ordine temporis non curatur, *vt in l.* 1. *C. de conſulibus in fin. & C. qui accuſ. non poſſunt. leg.* 1. *in fin.* Vnde immutatio operis præfertur origini carnis. 22. *quæſt.* 2. §. *item opponitur quod Iacob.* ita dicit Luc. de Pen. *in rub. C. vt dig. ordo ſeruetur.* Et ideo dicit Iacob. Rebuff. *in d. l.* 1. *C. de conſulib. lib.* 12. quod ordo temporis ſeruatur tantum inter exiſtentes in dignitate æquali: ſed vbi ſunt inæquales dignitates, non ſeruatur ordo temporis: ſed ille eſt prior aliis, qui meruit maiorem dignitatem, vt ibi ample per eum.

SEptuageſimanona cõſideratio, quod adhuc alio reſpectu, triplex ordo.

Primus eſt, vnius rei ad ſe ipſam in eſſe producendam, vt in ſententia, ad quam recte faciendam, ſeruandus eſt ordo iudicii, *l. prolatam, C. de ſent. & interl. om. iud.*

Secundus ordo eſt temporis, vt quia vna res eſt prior tempore, quam alia; tunc in honoribus ordinandis non præfertur prior, ſed potior. *l. bonores. ff. de decurio. l. ad ſubeunda. C. de decu. lib.* 10. Sed in iam ordinatis inuicem præferendis, ſeruatur ordo, tam temporis, quam qualitatis, vt dixi *in prate. conſid.* & dicam infra *in vlt. par.*

Tertius eſt ordo, qui non attenditur, quãdo conſtat de mente contraria. *l. nec enim. ff. de ſolutio.* quoniam quandoque verba tranſpoſita & vt plurimum idem ſignificant, *l.* 1. *C. qui accuſ. non poſ. l. quidam. ff. de pecul. lega. l. præpoſteri. C. de teſta.* vbi do. meus Iaſon. *leg. cum pater. §. ſi fidei tuæ. ff. de leg.* 2. & hoc quia ſenſum & non verba ſpectamus. *l.* 3. §. *cum domino. ff. de adi. leg.* & declaratur quandoque mens ex conceptione ſermonis, & perſonarum affectione, vt vult gloſſ. *in d. leg cum pater. §. à te rogo. ff. de lega.* 2. Si autem non poteſt conſtare de mente, non recedimus ab ordine ſcripturæ. *l.* 1. §. *ſi qui nauem. ver. in re igitur dubia. ff. de exercit.* & ita dicit Ioan. de Platea *in l.* 2. *C. vt dignitat. ordo ſeruetur.* & dicã plura infra de hoc brocardico, *An ordo ſcripturæ attendatur.* videatur Fel. *in rubr. de maiorit. & obe. & in cap. cum dilecta, de reſcri.* vbi ponit quinque limitationes. & do. meus Iaſon *in leg.* 2. §. *prius. ff. de vulg. & pupil.* Benedictus *in ſua repetit. cap. Rayn. in verbo, teſtamentum.* 2. 3. *de teſtamen.* dicit, quod procedere contingit tribus modis, ſcilicet tempore, ordine naturæ, & iuris fictione, ſeu ingenio intellectus. vide ibi.

OCtuageſima conſideratio. Quia, licet ordo in dignitatib. ſit ſeruandus, quod etiam in aliis eſt ſeruandus. Primo, in iubendis muneribus. *leg. fin. quemadmod. ciuilia mune. ind. lib.* 19. *C. & l.* 1. *de munerib. patrimo. eod. lib.*

Secundo, in debitoribus fiſci conueniendis. *leg. quoniam Augerio. C. de conuenien. fiſci debitr. li.* 10. *quo quis ordine conuen. per totum.*

Tertio, in liberalibus. *leg. generaliter. §. ſi quis alienum. verſicul. ſi quis ergo. ff. de fideicommiſ. libert.*

Quarto, in pignoribus. *l.* 2. *C. qui potio. in pig. hab.*

Quinto, in petitionibus à diuerſis in iudicio propoſitis, *l. qui prior. ff. de iudic.*

Sexto in executione rei iudicatæ *l. ordo. C. de exe. rei iudi. & l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.* Qui ſi non ſeruetur, actus eſt nullus. Fel. *in c. cum dilecta. in* 6. *col. extra de reſc.* Io. de Imo. *in d.* §. *in venditione.* & maxime quando executio fit ab executore, vt dicit Alexand. *in conſil.* 5. *in* 3. *col. in* 2. *vol.*

Septimo, in petitionibus ab eodem propoſitis. *l. ordinarii. C. de rei vendicat.*

Octauo, in teſtamentis, *l. qui ſoluendo. ff. de har. inſt. l.* 2. § *prius. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Iſta ponit Io. de Platea *in l.* 2. *C. vt dignit. ordo ſeruetur. lib.* 12.

Nono, in viſitatione fienda per epiſcopum, vel alium habentem ius viſitandi. *c.* 1. *de cenſib. in* 6.

Decimo, in electionibus fiendis. *cap. quia propter.*

Digitized by Google

propter & ibi not. ext. de elect. ita, quod non debet fieri præpoſterario requiſitorum ad electionem, vt notant Ioan. And. & Panorm. *in d. c. quia propter. in 5. & 6. colum.*

Vndecimo, in confirmatione electionis: quoniam prius debet fieri inquiſitio de proceſſu electionis, de meritis & dignitate vel indignitate ipſius electi per ipſum confirmatorem, quam electus confirmetur, alias confirmatio non teneret. *c. prouida. & c. fin. de elect. in 6.* & ibi Dominicus, & Philipp. Francus, & ample de his duobus per Pe. de Brax. *in ſuo directorio electionum. 3. parte c. 38.* vbi multa de materia ordinis, & ibi ponit triplicem eſſe ordinem. de quibus dixi *in præced. conſid.*

Duodecimo, in Euangeliis, vbi primo in ordine ponuntur Euang. Matth. quia primus ſcripſit Euang. in Iudæa, vt habetur *in argum. in euangelium ſecundum Matth. & ibi Nicolaus de Lyra.*

Decimotertio; Etiam Deus præcipit nomina filiorum Iſrael ſcribi in veſte Aaron, iuxta ordinem natiuitatis eorum. **Exod. 28.** & habetur per Lucam de Penna *in l. 3. in princ. C. de tyronib. lib. 12.*

Decimoquarto in oneribus ordo eſt ſeruandus, *l. ordine. ff. de leg. 5. l. 3. § præſens. ff. de muner. & honor.* gloſſ *in l. vnica. C. de potiorib. ad munera nomin. lib. 10.*

Decimoquinto, ordo ſeruandus eſt eorum, quæ lege ponuntur, vt *l. fi. C. de offic. præfecti vrbis, ſecundum gloſ. 1. in l. 2. ff. de adopt.* & ſic vbi legalis paternitas contrahitur, primo interrogatur pater, quam filius, *d. l. 2.* vbi, quia is, qui adoptat, rogatur, id eſt, interrogatur. *ff. de adopt.* per quem text. d. gl. 1. infert, quod ſponſus primo debet interrogari in matrimonio contrahendo, quam ſponſa, & ad illud propoſitum illam gloſſ. ſingularizauit ibi Bald.

Decimoſexto, in iudiciis, vt *in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. omn. iud. & C. de ordine iudic. & de ordine cognitio.* & in his, ſi ordo non ſeruetur, an actus ſit nullus. Alb. de Roſ. *in l. 1. in 5. colum. de nouo Codice comp.*

Primæ partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

A Barth. à Chaſſaneo humanorum Iurium Doct. Patrono Heduorum fiſcali, editi: dignitates, laudes, & excellentias hominis, præcipue mulierum, complectens:

Diuiſa in vnam & quadraginta Conſiderationes.

In primis, pro clariori ſubſequentium intellectu, duas primas præmitto Conſiderationes, tanquam fere vniuerſales ad huius operis materias.

SIt ergo Prima: Omnium Entium quatuor ſunt genera. Primum eſt earum rerũ, quę habent eſſe tantum, & harum multiformis eſt differentia. Nam & ſi in hoc vno conueniant, quod habent eſſe, recipiunt tamen hoc eſſe: iſta quidem clarius, iſta vero obſcurius. Inter elementa etiam aqua dignior eſt terra, & ignis ſupra aquam & aërem multo præclarior. Dixi *inferius in vlt. par. in 12. conſid.* Iſte gradus complectitur cuncta, quæ generantur in viſceribus terræ, vt ſunt mineralia, & metalla omnia, argentum viuum, plumbum, ferrum, cuprum, ſtannum, argẽtum, & aurum. Quod autem iſtorum altero ſit præſtantius, etiam narraui *in d. par. in 95. conſid.*

In hoc gradu eſt laſurium, quod aurum pretio ſuperat: ſulphur, ſalpetra, ſalgemma, & cuncti lapides pretioſi, vt ſunt carbunculus, hyacinthus, ſmaragdus, ametiſtus, topazius, corallus. Hi omnes magni ſunt pretii, pulchritudinis, & virtutis. De quibus videre poteris aliquid *in d. part. vlti. in 91. conſid.* In hoc præterea gradu ſunt omnes cœli, omnia corpora cœleſtia, omnes ſphæræ, ſidera, & ſeptena planetarum lumina. De quibus etiam in dicta finali parte. Artificialia quoque ad iſtum referuntur gradum. Quæ & ſi inter ſe de nobilitate compugnent, vt infra dicturus ſum *in 11. par.* in hoc tamen cuncta conueniunt, quod eſſe tantum habent, & non viuere.

Secundus gradus eſt earum rerum, quæ habent eſſe & viuere, cuiuſmodi ſunt omnes planetæ, arbores, & herbæ. Hæ nempe vitam ſuam oculis noſtris inſinuant, dum videmus eas ſurſum, deorſum, ante & retro, ad dextram ſiniſtramque moueri. Attrahunt & habent è terra ſuum, vnde ſe nutriunt, elementum, creſcunt, augmentantur, & flores, frondes, fructus, ſeminaque producunt. Habent enim intra ſe virtutem quandam, qua facile iſta perficiant. Sub iſto gradu innumerabiles ponuntur arborum, & herbarum ſpecies: quarum inter ſe fructus, ſapores, odores, virtutes, coloreſque longiſſime ſeparantur. Omnibus vna viuendi ratio, ſed nobilitas dignitaſque non vna, prout etiam *in d. par.* dicetur, *in 88. 89. & 90. conſiderationib.*

Tertius gradus eſt eorum etiam, quæ habent eſſe, viuere, & ſentire: & in hoc ſunt cuncta animantia. Ad ſenſum enim viſus requiritur & auditus, guſtus, odorat⁹, & tactus. Ad iſtum gradum referũtur cuncta, quæ mo-

mentur

Digitized by Google

uentur in terris vel aquis, vel quæ in liquido aëre peruolitant. De his *infra in* 78.80.*&* 81. *conſiderationibus dicta vltimæ partis*.

Quartus gradus eſt eorum quæ habent eſſe, viuere, ſentire, & intelligere: & in hoc eſt homo, cui præter eſſe, viuere, & ſentire, ſubeſt etiam intelligere, diſcernere, velle & nolle libere. Solo enim arbitrio aſcendit homo ſupra cætera animantia: qui poteſt iudicare, ratiocinari, & ſuſceptibilis fieri experientiæ, artis, ſcientiæ, atque doctrinæ. In hoc etiam ſunt angeli & dæmones, boni & mali, cum dæmon etiam in bonam partem olim accipiebatur, & erat nomen dæmonis veteribus honeſtum, vt ait Cælius *lib. antiquarum lectionum* 1.*c.*23.*&* c.*ſeq.* Vbi & Platonicorum ſchola aſſerit, rationalis naturæ gradus eſſe tres, non dignitatis tantum maieſtate interpunctos adiunctosque, ſed etiam locorum intercapedine. Nam immortalibus diis ſummam attribuunt ſedem, hoc eſt cœleſtem. Sed horum alios dici, & eſſe intelligibiles, ab omni materiæ contubernio ſemotos, quorum parens princepsque is ſit, quem rerum conditorem opificemque veneramur, maieſtatis amplitudine vltra mundana, ſanctum, & humano ſermone inenarrabilem, ſed ne mente quidem facile apprehẽſibilem. Quiſquis eſt, quantuſcunque, vnus eſt, verus, bonus, veritas vna, bona, bonitas vna, vera. Cæteri non tam dii, quam miniſtri. Viſibiles Deos intelligunt cœleſtia corpora, atque hic gradus vtique vnus, qui & primus. Imum vero tenet numiſma præcelſæ diuinitatis. Eximium, homo, cuius eminentiſſimam naturam cœlitibus fere comparem, contendunt. Medium vero inter hoſce extremos gradum à lunæ collimitio ad nos vſque expanſum iam habent, quos à ſcientiæ magnitudine priſci dæmones vocarunt. Hos tanquam interpretes quoſdam, & ſalutigerulos arbitrati ſunt priores: qui concepta à nobis vota ad Deos deferrent, & illinc ad nos diuina munera referebantur. Hos Romani veteres *medioxumos* nuncuparunt: quod inſiti ex ſuis, ratione, ac loco, & poteſtate, diis ſummis ſint minores: hominum natura velut complacitum eſt antiquis: vtiq; maiores. Hæc Cælius. Et de iſto tertio gradu, & primo dicam *in* 3. *par.* De ſecundo vero, qui eſt hominis, in hac parte diſcutitur.

Secunda & principalis conſideratio huius ſecũdæ partis, quæ eſt generalis ad omnes ſequentes, & ex qua omnes dependent, eſt: Quod cum homo honorari naturaliter appetat, Specul. *in tit. de citatio.* §.5. *ver. porro ſi ſunt plures delegati.* & dixi ſupra. Ideo dic quod homo eſt animal honorandum. Hoc in naturam Dei tranſit; quia ipſe ſit Deus. Hoc dæmonum genus nouit, vtpote, qui cum iiſdem ortum ſe eſſe cognoſcat, Hoc humanæ naturæ partem in ſeipſo deſpicit, alterius partis diuinitate confiſus. Et, vt ait Triſmegiſtus: Miraculum eſt homo, ad ſimilitudinem Dei factus. *Geneſ.*1.*&* 9.*c.* text. *in c. hac imago.* 33.*q.*5.*& in l. ſi quis metallum. C. de pœn.* In tantum, vt ipſe pater architectus Deus omnipotens, omniũ creaturarum creator, cunctis rebus creatis, vltimum, diuinũ hominem creauit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: vt poſtquam ipſe Deus, hanc, quam mundanam domum videmus, diuinitatis templum auguſtiſſimũ, arcanæ legibus ſapientiæ fabrefecerat, ſuper cœleſtem regionem mentibus decorarat, æthereos globos, æternis animis vegetarat, excrementarias, & feculentas mundi partes, omnigena animalium turba, complerat: opere conſummato, conſiderabat aliquem eſſe, qui tanti operis rationem perpenderet, pulchritudinem amaret, magnitudinem admiraretur. Inducendo vnum, quod à regibus & principibus noſtri temporis vſurpatum videmus: vt cum magnificam, & nobilem ciuitatem cõdiderunt, iam vrbe abſoluta, imaginem ſuam, omnibus viſendam, in medio illius ſpectandamque conſtituunt. Sic feciſſe videmus principem omnium Deum, qui tota mundi machina conſtructa, poſtremum omnium, hominem in medio illius ſtatuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, formatũ. Res ergo & ſupra fidem mira, eſt homo. Cœleſtis enim illi eſt origo, teſtãte Virg. & comprobante Ouid. *in ſuo lib. Metamor.*

Pronaq; cum ſpectant animalia cætera terrã,
Os homi-

Digitized by Google

Os homini ſublime dedit, cœlumq; videre
Iuſsit. & erectos ad ſydera tollere vultus.

De quo habetur in gl. *in* §. *partus. Inſt. de rerum diuiſ. & in l. iuſtiſsime. ff. de adil. edi. & in* §. *ſi. Inſt. de iure natur. gent. & ciu.* Vnde etiam Silius Italicus:

Nonne vides hominum celſos ad ſydera vultus
Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora.
Cum pecudes volucrumq; genus formamq; ferarum,
Segnem atque obſcœnam paſsim ſtrauiſſet in aluum.

Hunc que gloria & honore coronauit dominus, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum, vt habetur *Pſal.* 8. Omnia ſub pedibus eius ſubiecit, oues, boues, vniuerſa inſuper & pecora campi: volucres cœli & piſces maris. *Pſal.* 38. Et ſuper vniuerſas terræ creaturas contulit ei dominij principatum, nobilitando etiam, & ſublimando hominis dignitatem, ex miniſtris ſpirituum ſuperiorum. tex. *in cle. ſi dominum. de reliq. & vener. ſanct.* Hinc etiam Apoſtolus *ad Heb.* 2. dicit, quod Deus omnia ſubmittendo homini nihil dimiſit non ſubiectum. Hinc dicit Plin. *lib.* 7. *naturalis hiſtoria c.* 1. quod homo eſt animal cunctis imperans, & etiam cæteris animantibus excellens. *Ariſt. lib.* 1. *de animalibus.* Nobiliſſimumque & altiſſimum animal eſt homo. *eo. lib. de animal. lib.* 1. Et, vt dicit Lucius Apuleius *de Deo Socratis,* præſtantiſſimum animal eſt homo. Ita ab ipſo Deo magnificatus, vt paulo minus angelis ſit diminutus. *Pſal.* 8. Hoc enim in naturam Dei tranſit, quia ipſe ſit Deus; Hoc dæmonum genus nouit, vtpote quod cum iiſdem ortum ſe eſſe noſcat: hoc humanæ naturæ partem in ſeipſo deſpicit, alterius partis diuinitate confiſus. O hominum quanta eſt natuta temperata, felicius ac diis cognata diuinitate coniunctus, partem ſui, qua terrenus eſt, deſpicit. Cætera omnia, quibus ſe neceſſarium eſſe cœleſti diſpoſitione cognoſcit, nexu ſecum charitatis aſtringit, ſicque ſuſpicit cœlum. Sic ergo feliciore loco medietatis eſt poſitus, vt quæ infra ſe ſunt diligat. Ipſe autem à ſuperioribus diligatur, elementis velocitate miſcetur. Acumine mentis in profundo maris deſcendit. Omnia illi licent, non cœlum videtur altiſſimum, quaſi enim è proximo ſagacitate animi intuetur. Intentionem animi eius, caligo aeris non cõfundit. Non denſitas eius operũ impedit. Non aquæ altitudo profunda aſpectum eius obtundit. Omnia idem eſt, vt vbique idem eſt. Hoc ſatis probat dictum Ariſtotelis *in* 3. *lib. Politicorum* dicentis: *Animal hoc prouidum, ſagax, ac tutum, memor, plenum rationis, & conſilii, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum eſt.* Non ſolum famulantur terreſtria, imo & angeli hominis ſunt, vt habetur *Apoc.* 19. Vbi Angelus non fuit paſſus ſe adorari ab homine. Dixit enim homini, nequaquã, conſeruus tuus ſum & confratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Et dicit gl. *in l. cognitionem. ff. de variis, & extraor. cogn.* quod angelica natura ſeruit homini. Omniũ enim animantiũ domin⁹ habens ad ſui cuſtodiã angelos, quaſi ſatellites aut pædagogos poſuit. Quoniam, vt dicit Albertus de Gandino *in tractatu maleficiorum. in ti. quomodo cognoſcitur de maleficiis, quando crimen eſt notorium.* Virtus angelica eſt hominis ſeruitio deputata. Cœli inſuper, niſi Deum offendat, hæres futurus: dæmonibus, hoc eſt angelis malis & apoſtatis imperat. Vnde Hermes Triſmegiſtus dicit hominem tantæ ſublimitatis eſſe, vt Deos faciendi habeat facultatem. Dii enim eſtis & filii Dei omnes, ait propheta. Omnis enim creatura dicitur, cũ, vt habetur *Mar.* 26. Euntes in vniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Et omni creaturæ Euangelium prædicatur cũ homini prædicatur, vt dicit Gregor. *in homilia Euangelii Pentecoſtes. & in gloſſ. ad Romanos ibi: Inuiſibilia.* Et hoc eſt etiam; quia, cum omni creatura participat, & omnes proprietates creaturarum in ſe admittit. Habet enim cum herbis & arboribus viuere, cum brutis ſentire & fructus percipere. De his duobus Gandi. *in loco hic ante allegato*, allegat text. *in l. qui vas.* §. *ex furtiuis. ff. de fur. & in l. in pecudum. ff. de vſur.* Habet & tertio cũ angelis intelligere, ex quo facta eſt anima rationalis, vt

S Deum

Deum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, & poſſidendo frueretur.

Omnium enim creaturarum eſt digniſſimus. Ita dicitur in ſumma confeſſionis *in ti. ex quibus cauſis infamia irrogatur, in prin. & in Auth. de nupt. §. quia vero.* & gl. in *l. emp. ff. euict.* & facit *§. per edictum in d. l. empt. & Inſtu. de re. diuiſ.* Hominis etenim gratia omnes fructus rerum natura comparauit. *§. partus. & dict. l. in pecudum.* Hinc Plin. *1. c. lib. 7. naturalis hiſtorie,* dicit, quod cauſa hominis videtur cuncta alia genuiſſe natura. Hominem etenim dico tantæ excellentiæ & ſublimitatis, quod quodammodo eſt finis omnium, teſte Ariſt. 2. *Eth.* & omnia continere dicitur, vti Deus ſed diuerſimode. Deus autem omnia in ſe continet vti principium, homo vero omnia continet, vti omnium medium: quo fit, vt in Deo ſint omnia meliore nota, quam in ſeipſis. In homine inferiora, nobiliori ſint conditione, ſuperiora autem degenerent. Sunt ignis, aqua, aer & terra, per veriſſimã proprietatẽ naturę ſuę in craſſo hoc & terreno hominis corpore, quod nos videmus. Huic etenim nulla creata ſubſtãtia ſeruire dedignatur: huic terra & cætera elementa, huic bruta pręſto ſunt vt famulentur. Huic militat cœlum: ſalutem bonumque procurant angelicæ mentes, vt ſiquidem verum eſt, quod ſcribit Apoſt. eſſe omnes adminiſtratorios ſpiritus, miſſos propter eos, qui hæreditati ſunt deſtinati. De quo originaliter Paulus *ad Heb. 6.* tranſſumptiue *in clement. ſi dominum. de reliq. & venerat. ſanct.* Imo ſeipsũ Deus pro homine exhibuit. *Ad Heb. 5.* Et tranſſumptiue *in d. cl. ſi dominũ.* Imo ſe tradidit cõtumeliis afficiendũ pro homine, vt ipſum à vinculis poteſtatis diabolicæ liberaret, vt eſt tex. *in c. ſuggeſtum. 7. q. 1.* Sic etenim huic mancipantur terreſtria, fauent cœleſtia, quia cœleſtium, & terreſtrium vinculum eſt, & nodus. Hanc hominis excellentiam ampliſſime ponit Anton Flor. *in ſua hiſt. par. 1. l. 1. c. 1.* Vbi dicit hominem à Deo fuiſſe ſublimatum honore, & excellentia, quo ad animam, in tribus, ſcilicet in magna gratia, in mira iuſtitia, & in eximia notitia: quo ad corpus, quantum ad immortalitatem, impaſſibilitatem, & loci amœnitatem, & quo ad honorem dominii, vt præeſſet omnibus. Quæ omnia ample declarat, quæ non tranſporto, cum ſint clara, & clare poſita. Vnde ergo merito dicit Hermes Triſmegiſtus, quod miraculũ eſt homo, prout ample recitat Picus Mirandula *in ſua eleganti oratione, in cœtu Romanorum per eum recitata,* vbi dicit legiſſe in monumentis Arabum Abdalam Saracenum interrogatum fuiſſe, quid in hac mundana ſcena admirandum ſpectaret: qui nihil homine admirabilius ſpectandum, reſpondit. Et dixi *in tractatu meo de maledictione creaturarum irrationabilium, in 2. part. in 3. & 4. fundam. illius part.* vbi alias dignitates & excellentias hominis poſui, quam compoſui in ſcholis me exiſtente in ſtudio Ticinen. Et vide etiam *in ſermone Diſcipul. 32.* nouem dignitates hominis. Et ex prædictis poſſent vltra numerum 52. numerari. Et inter alia priuilegia hominis, inter cætera animalia, quod licet omne animal ictũ fulmine intereat, homo tamen non ſemper interit, imo percuſſus euadit ſæpiſſime: vt de Anchiſe apud Virg. legitur, vt recitat Guil. Benedicti *in ſua repet. cap. Raynut. in verb. adiecta impuberi. in princ. de teſtam.* Vbi ponit, quod inter aues nunquam aquila percutitur fulmine, inter quadrupedia, vitulus, ſeu bos marinus, inter ramos, laurus, & ibi tam in dictis, quam in allegationibus plurium, multa de laude & excellentia hominis comprehendi poſſunt, quæ omitto, ne ſim nimis prolixus: quæ prolixitas quandoque, & vt plurimum inducit deſperationem & faſtidium legentib. Sed amplius vide de dignitate primi hominis, Ioannes Chryſoſtomus, qui librum vnum fecit, incipientem: *Dignitas humana, &c.*

Aduertendum eſt etiam, quod in corpore humano ſunt multa admiratione digna, quæ ample ponuntur per Cælium *lib. 1. ſuarum antiquarum lectionum. c. 12.* & de omnibus, quæ ſunt in homine, tam in mente, intellectu, memoria, quum in corpore, ponit ample idem Cælius *lib. 2. per totum,* vbi ponit rationem omnium membrorum: & inter omni-

omnia dicit eſſe quatuor principaliora,& digniora,videlicet cerebrum,cor,epar,& teſticulos,de quibus *eodem lib.cap.39. & infra in vlt. part.* vbi quæritur, quod membrum humanum ſit dignius,& excellentius.

TErtia conſideratio. Homo eſt dignior angelis,propter aſſumptam à diuinitate humanitatem, propter quod homo magis attinet Chriſto,quā angelus propter multa.

Primo; quia Deus non ſolum fecit hominem de progenie ſua:quia eum ad imaginem ſuam creauit ſicut angelum; ſed inſuper de progenie humana ſeipſum fecit, quādo verbum caro factum eſt,*Ioan.1.*& in ſymbolo: *Et homo factus eſt.* Maxima quidem eſſet hominum cuilibet dignitas, & gloria atque nobilitas, ſi Imperator, aut quilibet alius princeps ſupremus, de eius ſe faceret proſapia & parentela. Multo autem maior nobis & gloriā atque nobilitas, quod Deus ſe de noſtra fecit proſapia,progenie & cognatione.

Secundo; quia angelus attinet Chriſto ex parte patris,qui eſt pater Chriſti per æternam generationem, ac angelorum & hominum, per temporalem creationem: ſed homo attinet Chriſto,etiam ex parte matris,quæ non eſt angelicæ naturæ, ſed humanæ, *ad Hebr.2.* Nuſquam enim angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ. Et fratrem hominis ſe vocat, vt habetur per Pſalmiſtam: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.*Et ait Bernardus: *Puto,quod iā me ſpernere non poterit,quod os ex oſſibus meis,& caro ex carne mea.*

Tertio; quia Deus contraxit parentelam cum angelo ſolummodo dando,quando ſcilicet filiam ſuam, id eſt, imaginem ei dedit, quam etiam homini dedit: ſed cum homine contraxit parentelā, etiā recipiendo:quia ſororem eius, ſcilicet animam rationalem, & matrem ipſius: videlicet humanam naturā, ſibi copulauit.

Quarto; quia homines beatitudinem habent in viſione humanitatis Chriſti,in quam deſiderant angeli proſpicere, *1. Pet. 1.* & in contemplatione diuinitatis, quam angeli ſolum habent in cōtemplatione diuinitatis.

Quinto; quia humana natura eſt deificata, non autem angelica.

Sexto; quia ipſa humana natura eſt ſuper omnes choros angelorum exaltata, vt patet in humanitate Chriſti, & matris eius. Cum exaltata ſit ſancta Dei genetrix ſuper choros angelorū ad cœleſtia regna: & etiā Chriſtus, qui aſſumpſit in ſe humanitatem, ſedet ad dextram Dei patris, quod quomodo intelligatur, dicit Aug. *in lib. de Symbolo*, vt dicam *infra*.

Septimo; quia Deus dedit poteſtatem homini Deum faciendi,& corpus ſuum conſecrandi. *Clem.ſi dominum, de relig. & ven.ſanct.* & tamē non dedit angelis, vt habetur per Io. de Turrecr. *in c.quid ſit.de conſecr.diſt.2.*

Octauo; quia angeli ad cuſtodiam hominis ſunt deputati.vt habetur per *Pſal.90.* Angelis ſuis Deus mandauit de te. Et dixi hic ante *in prima conſideratione.* Dicit tamen Ioan. de Turrecr. *in loco hic ante allegato.* imo angelica natura ſeruit homini,vt dicit gloſ. *in ver.dignitatis.in l.cognitionum.ff.de var.& extra.cogn.* Quia angeli ſunt maiores homine, natura, gratia & officio:& quomodo,vide Benedict. de Buſtis *in 2.part.ſui Roſarii,in ſerm.10.litera I.* vbi poſuit ſex primas rationes, etiam ponit alias, ex quibus Angeli ſunt maiores.

Aduerte tamen, quod quilibet homo debet honorare angelum ſuum, in quocunque loco fuerit. vnde Bert. *In quouis diuerſorio,in quouis angulo reuerentiam exhibe angelo tuo, ne audeas illo abſente, quod nec præſente auderes facere. Et ſemper,die,& ſero,& mane,& omni hora.*

Angele qui meus es cuſtos, pietate ſuperna
Me tibi commiſſum ſerua,defende,guberna.
Amen.

Et ſubiunge de B.virgine Maria.

Vt me pauſantem conſerues, & vigilantem,
Me tibi virgo pia,ſemper commendo Maria.

Aduertendum eſt etiā quod principes etiam habent duos angelos: vnum, ſcilicet ratione ſuæ ſingularis perſonæ, ſicut habēt cæteri homines,vt habetur Matth.18.ibi:*Videte, ne contemnatis vnum ex his puſillis.dico autem vobis, quia angeli eorum ſemper vident faciem patris mei,*

ſin. collatio. Qui autem publicam diſciplinam agunt, multa prudẽtia primo imbuti eſſe debent, vt ex eorum prudentia autoritas aſſequatur, prout lex dicit. Platonem fuiſſe virum primo ſummæ prudentiæ, deinde ſummæ autoritatis. vt *in l. 2. ff. de nundinis.* Princeps autem, qui maieſtatem habet, primo autoritate fulget; quia à Deo ſecundus in terris habetur, *alleg. §. arripiat.* & ſecundo prudentia ipſa pro eximio ornatu & illuſtri decore apparet. An autem Duces & Barones habeant maieſtatem, vide *infra in 5. parte, in fin. in conſideratione incip. Alii autem inferiores,* quæ eſt in ordine 56.

SEptuageſimaprima conſideratio. Reuerentia eſt honor, qui exhibetur cum pauore, vt dicit Archi. *in cap. 2. de offic. deleg. in 6.* & ibi Dominicus de S. Gemini. & eſt inter maiores & minores. vt notat Io. Andr. *in cap. non eſt ſine culpa. de regularib. in 6.* Et alicui exhibetur ratione dignitatis, vel poteſtatis, *c. viſis. 16. quæſt. 2.* vt dicit Tullius in Rhetor. Reuerentia eſt virtus aliqua prælatione ſublimatis debitæ honorificationis cultum exhibens. Sed veneratio eſt virtus, qua reuerentiam exhibemus maioribus, in corporis humiliatione, geſtu, nutu, & verborum emiſsione. Ita dicit Lucas de Penna *in l. 1. in 2. colum. C. de colleg. lib.* 11. & de huiuſmodi deſcriptionibus reuerentiæ & venerationis, vide Ioannem de Terrarubea cum gloſſ. Iacobi Bonaudi, *in ſuo tractat. de vinea eccleſia. articul. 3. tertii tractat. in verbo, honorificate.* Dicit tamen S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 13. 1. *diſtinct.* ſupra numerum primum, quod reuerentia non eſt honor: ſed motiuum honorantis, & finis aliorum. & ibidem *quæſt.* 104. 2. *diſtinct.* ſupra numerum quartum, dicit, quod reuerentia directe reſpicit perſonam excellentem: ideo ſecundum diuerſas rationes excellentiæ, diuerſæ ſunt ſpecies eius, vt de pluribus ponam in hoc libro, ſecundum ordinem dignitatũ, in quolibet ſuo ſtatu & ordine. de hac reuerentia vide Polycrat. *lib. 5. capit. 4.*

Vel etiam dic, quod reuerentia eſt honor exhibitus, in teſtimonium virtutis. Et eſt timor initialis & caſtus, & poteſt capi in bono & in malo, ſicut etiam confuſio, id eſt, erubeſcentia. ſecundum Thomam *ſuper Pſal.* 34. Et ideo cum nec dæmones, nec damnati, nec irrationabiles, vllam habeant virtutem, eiſdem nulla debetur reuerentia, nec honor, prout dicit S. Thom. *in 3. part. diſt. 9. quæſtio. 2.* hinc Boetius *de philoſophica conſolatione, libr. 3.* Non poſſumus ob honores reuerentia iudicare dignos, quos ipſis honoribus iudicamus indignos. Et ideo boni reuerendi ſunt, ne offendantur, ne fortaſſe per eos ille prouocetur ad iram, qui eorum corda ſemper inhabitat, vt dicit Gregorius *ſuper Ezechielem.* Inferiores enim ſuis potioribus debent reuerentiam exhibere. *l. potioris. C. de offic. rectoris prouin. cap. ſtatuimus. extra de maiorit. & obed.* Nec debet iunior ex hoc iraſci, quod maior ei præfertur. 11. *quæſt. 3. c. qui reſiſtit,* vide Lucam de Penna *in l. 1. C. de conſulibus. lib.* 12. dixi ſupra amplius *in 20. conſideratione. incip. honor eſt illi.*

SEptuageſimaſecunda conſideratio. Subditi prælatos reuereri debent, eis effectum dilectionis impendendo. 95. *d. c. eſto. 2. quæſt. 3. c. habet.* ipſis obediendo. 93. *diſt. §. 1. & c. ſeq. & 2. quæſt. 1. c. ſacerdotes.* eis communicando & ſubſequendo, 95. *diſtinct. c. non oportet.* eorum officium temerarie non vſurpando, *eadẽ diſtinct. c. presbyter.* eorum ſtatuta ſeruando, 7 *quæſt. 1. c. quia, & c. ſi quis. extra de maioritat. & obedien.* eos temerarie non arguendo, vel iudicando, 21. *dicto cap. nolite.* & eorum defectus non reuelando, ſed potius contegendo. 97. *diſtinct. cap. in ſcripturis.* & dicit text. *in cap. regnum. 23. quæſtio. 5.* Ipſis autem principibus, & poteſtatibus fidem, & reuerentiam ſeruari oportet: quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit. Sic etiam filius patri, & vxor marito tenentur reuerentiam præſtare. 23. *quæſt. 5. c. eſt ordo.* ita dicit Luc. de Penna *in d. l. C. de collegiatis. lib.* 11. imo etiam reuerentia debetur in vtili prolato, quandiu ſuſtinetur, *cap. ſi fortaſsis. 16. quæſtio. 6.* Nec dignitas regia, vel imperialis vituperanda eſt, ſi rex aut Imperator tyrannice

ſæuiat,

ſæuiat, vt eſt text. *in c. neque 24. q. 6.* Imo etiam reuerentia debetur ab exemptis. Bald. *in l. fin. per illum text. verſic. ibi: per hunc. C. de bonis libert.* & dicam *infra in 4. part.* & ibi etiam Bald. *in verſic. vltim. notab.* dicit, quod reuerentia debetur naturali, nec poteſt reuerentia pacto remitti, prout dicit Bald. *in l. libert. in 2. colum. pone: ego promitto. C. de operis libert.* Ita qui tenetur ad reuerentiam alicui, non poteſt vocare talem in ius ſine venia, vt dicit Specul. *in tit. de actore in 11. colum. in fin.* Sed nunquid edictum, quod non credo indiſtincte verum. Cum princeps reuerentiam exhibeat iuriſperitis ob finem meritum. *leg. quicquid. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* & tamen non eſt verum, quod eos non poſſit in ius vocare ſine venia. Dic tamen, quod princeps hoc facit, non quod teneatur, ſed tantum ex vrbanitate, & ob finem meritum, & propter honorem ſcientiæ, adeo quod nominatim opiniones eorum exprimit in reſcripto. vt *in leg. ſi pure. ff. de fideicom. libert.* & hoc ſtudiorum labor iuſte meretur. *l. 1. C. de aſſeſſ.*

SEptuageſimatertia conſideratio. Reuerentia, quæ debetur à vaſallo domino, remitti poteſt, cum videatur deberi ratione contractus, ſecundum Bald. *in l. 1. in 52. q. ff. de rer. diuiſ. & in cap. ſi cautio. de fid. inſtrum.* Secus autem in reuerentia, quæ debetur ratione perſonæ, vt eſt illa, quæ debetur à filio patri, ab vxore marito, à iudice doctori, vt dicit G. Benedicti *in ſua repet. cap. Raynutius. in ver. duas habens filias. num. 234. de teſta.* & idem de illa, quæ debetur epiſcopo. de quo per Cano. *in cap. cum venerabilis. de relig.* & dicturus ſum infra *in 4. par. in 28. conſiderat.*

SEptuageſimaquarta conſideratio. Reuerentia, quę debetur viuo, debetur & mortuo, vt dicit text. *in l. apud Celſum. §. aduerſus. ff. de exceſſ. ibi; ſemper enim reuerentia ei adhibenda eſt tam viuo, quam mortuo. & ibi; namque conuenit tam viuo, quam mortuo patrono à liberto honorem exhiberi.* de quo honore exhibendo circa corpus mortuum ſeu reuerentia, infra dicam, *in 2. part. in 5. conſider.* vbi ample.

SEptuageſimaquinta conſideratio. Pro reuerentia, quam quis facit alteri, datur ei præmium: cum ei accedat bona gratia, vt habetur *Eccl. 32.* Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Laudabile namque diſcretumque eſt reuerentiam & honorem exhibere prioribus. dicit text. *in c. ſicut inquit in princ. 2. q. 7.* facit text. *in c. ex ore. in fin. de priuil.* etiam ſi inutiles ſint, dummodo tolerentur. dixi antea, & videatis conciuem & contemporaneum noſtrum Ioan. de Mothol. *in ſuo promptuario iuris. in verbo. reuerentia.*

Aduerte ad id, quod dicit Luc. de Pen. *in d. l. 1. C. de collegiatis.* an faciendo reuerentiam, vt præpoſito ei, cum quo de præpoſitura litigantur, iuri ſuo propterea renunciare videatur. videantur notata *in cap. ex ore. extra de his, quæ fiunt à maiori part. Capit.* vbi videtur dicendum, quod ſic.

SEptuageſimaſexta conſideratio. Excellentia proprie cadit in principem, vt notat. *in cap. 1. de probat.* vbi Imperator ſcribit Regi Angliæ, & vtitur his verbis: *Tua excellentia.* Tamen etiam præfectus vrbis dicitur excellentiſſimus, vt *in l. tam dementis. C. de epiſco audi.* & etiam quæſtor dicitur excellentiſſimus, vt *in l. ſi quando. C. de appella.* Ex quo non indiſtincte excellentia cadit in principem: & ratione excellentiæ quis præfertur, qui alias non præferretur, vt dicit gloſſ. *in l. 1. C. de anno. ciui. lib. 11.* vbi dicit, quod ſi ſcholaris ſit excellens, debet præcedere doctorem. dominus meus Iaſon *in l. cum quid. in 1. lect. in 4. colum. ff. ſi cert. pet.* Et etiam minor excellens debet præcedere ſeniorem, vt plene habetur per G. Benedicti *in ſua repet. cap. Raynut. in ver. Adiecta impuberi. num. 2. de teſta.* Et alia, quæ fiunt ratione excellentiæ perſonæ, ponit Spec. *in tit. de arbit. §. 2. verſic. 1.* & Alex. *in d. l. cum quid.* & dicam *infra in 10. par. in 30. conſider.* vbi ponam, quod iunior doctor excellens, præfertur antiquiori indocto.

SEptuageſimaſeptima conſideratio eſt. Quod vt cognoſcatur, quis honor, q̃ laus, quæ gloria dignitatem habentibus ſint deferẽdæ, & quomodo inter illos ſit ſeruãdus or-

do, & quomodo vnuſquiſque agnoſcere debet ordinem ſuum, & quod dignum ſit eo ordine, quem ſuſcipit, intelligere, & ita actus ſuos, ſermonem, inceſſum, habitum, moderare. Ideo videndum eſt, quid ſit ordo. Vnde vt ait Auguſt. *de ciuitate Dei, lib.* 29. Ordo eſt parium diſpariumque rerum, ſua cuique loca tribuẽs diſpoſitio. & dicitur ab ordino: & ordino ab ore dicitur, quod idem eſt, quod diſpono, quaſi ore pronuntio, quis cuique locus eſſe debeat. A quo ordo, diſpoſitio gradus, & ordinarium, in quo ordo ſeruatur, & maxime ordo in dignitatibus eſt ſeruandus. *l. fin. C. de primicer. & ſecundic. & toto tit. vt dignit. ordo ſeruetur. C. lib.* 12. & bonum conſiſtit in ordine, ſecundum Auguſt. *in lib. de natura boni.* & ordo dat rei perfectionem, 7. *quaſt.* 1. *c. nihil.* Nullius quippe vniuerſitatis adminiſtratio gerere, neque ſubſiſtere poſſet, niſi eam magnus ordo differentiæ ſeruaret, *in c. ad hoc,* 89. *diſtin.* vbi habetur, quod Eccleſiæ militantis & triumphantis duplex eſt ordo, & ſicut in eccleſia triumphanti ſunt nouem ordines deſignati per nouem lapides. *de pœnit. diſtinct. c. principium.* ita in eccleſia militanti, quos habes. *c. clero.* 21. *d. c. cum in eccleſia nihil debeat eſſe inordinatum.* 61. *d. c. miramur.* Et ideo quanto aliquid ordinarium eſt, tanto id melius, & perfectius *l.* 2. §. 1. *ff. ad Velleia.* Ita dicit Lucas de Penn. *in rubr. C. vt dignitat. ordo ſeruetur. lib.* 12. Et proprie ordo dicitur, cum diuerſarum rerum vel perſonarum, vnaquæque proprium locum tenet. Arch. *in c. decernimus. in prin.* 10. *quaſt.* 1. graduum enim & ordinum diſtributio vnitatem in eccleſia conſeruat. *d. c. ad hoc.* vbi gloſſ. & Arch. 89. *diſt. ſuper c. licet.* 45. *diſt.* quod ampliſſime & eleganti ſtylo declarat Iodocus Clyct. *in ſuo Antiluthero cap.* 2. & 3. *in* 3, *lib.* Ratio autem ordinis obſeruandi inter perſonas, ponitur *in cap. fina. in princ.* 89. *diſtinct.* vbi dicitur: Ad hoc, diſpẽſationis prouiſio, gradus diuerſos, & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuerſitate contentio, & recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi eam magnus ordo differentiæ ſeruaret. & ibi gloſſ. allegat Apoſt. dicentem: Dum mundus iſte durabit, homines præſunt hominibus, dæmones dæmonibus, angeli angelis. Cum enim Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit omnis prælatio, non tamen ordo vel maioritas. Aliquis enim maior erit alio, quoniam in domo patris mei multæ manſiones ſunt. *c. in domo. de pœniten. diſtinct.* 4.

In omnibus enim actibus & virtutibus eſt ordo, & vtitur ſecundum ordinem, ſecundũ Ariſt. 3. *Ethicorum.* Et ideo, vbi ſunt plura ordinata in vnũ, oportet eſſe aliquod vniuerſale regimen, ſupra particularia regimina, & ad hoc eſt facta prælatio inter miniſtros, vt not. gloſſ. & Doct. *in c. legimus.* 93. *diſt.* Et etiam dicit Tull. *lib.* 1. *officiorum*, quod ordo proprie eſt compoſitio rerũ in aptis, & commodatis: prout etiam dicit Luc. de Pen. *in l. his quidem. C. qui milit. non poſſ. in* 2. *colum. lib.* 12. Poteſt autem ordo multipliciter conſiderari, *vt infra dicam.* Nam, vt habetur *in c. conuenit. de conſecr. diſt.* 5. Conuenit ordinem æqualiter ab omnibus cuſtodiri, nec debet turbari ordo officiorum. *l. quiſquis. in fin. & ibi gl. fin. C. de poſtulan.*

Et ordo eſt etiam vniuſcuiuſque rei figura ſubſtantiæ, vt inquit Bald. *in conſi. ſubtiſmatis,* quod poſuit poſt rubr. *ſi quis alteri. vel ſibi.* & teſtatur D. Ambr. quem recitat Bald. *in proœ. Digeſtorum. in princ.* & dixi ſatis ample *ſupra in proœ. huius libri.* Vdalricus Zaſius *in repe. l.* 2. *ff. de ori. iu. in* §. *poſt hunc maxima autoritatis. in gloſſ. in equeſtri ordine.* dicit, quod eſt diſcretio ſtatus hominum conditioni accommodatus. Et Origen. *in Leuit. cap.* 4. ordines duodecim rationalis creaturæ eſſe, ex 12. tribubus collegit. de quibus infra dicam *in ſequenti parte.*

Ordo etiam rem decorat *leg. munerarios. & ibi Luc. de Penn. C. de appar. magiſtr. milit. lib.* 12.

SEptuageſimaoctaua conſideratio. Duplex eſt ordo, temporis ſcilicet & qualitatis. De ordine temporis habetur *in l.* 1. *C. de conſulibus. lib.* 12. *& de præpoſ. ſacri cubic. l.* 1. *C. eo. lib. & de proxim.*

Digitized by Google

proxim. ſacror. ſcrinior. l. vnicuique. & de tyronibus. l. fin. C. eo. lib. de quo infra in pluribus locis dicam, & maxime *in vlt. par.* De ordine qualitatis ſeu maioritatis, de quo eſt nunc quæſtio in partibus ſequentibus quaſi in omnibus, & de quo habetur *in rubro & nigro vt dignitatum ordo ſeruetur. C. lib. 12.* & hic ordo potior eſt primo: quia, vbi habet locum ordo qualitatis, & de ordine temporis non curatur, *vt in l. 1. C. de conſulibus in fin. & C. qui accuſ. non poſſunt. leg. 1. in fin.* Vnde immutatio operis præfertur origini carnis. *22. quæſt. 2. §. item opponitur quod Iacob.* ita dicit Luc. de Pen. *in rub. C. vt dig. ordo ſeruetur.* Et ideo dicit Iacob. Rebuff. *in d. l. 1. C. de conſulib. lib. 12.* quod ordo temporis ſeruatur tantum inter exiſtentes in dignitate æquali: ſed vbi ſunt inæquales dignitates, non ſeruatur ordo temporis: ſed ille eſt prior aliis, qui meruit maiorem dignitatem, vt ibi ample per eum.

SEptuageſima nona cōſideratio, quod adhuc alio reſpectu, triplex ordo.

Primus eſt, vnius rei ad ſe ipſam in eſſe producendam, vt in ſententia, ad quam recte faciendam, ſeruandus eſt ordo iudicii, *l. prolatam, C. de ſent. & interl. om. iud.*

Secundus ordo eſt temporis, vt quia vna res eſt prior tempore, quam alia; tunc in honoribus ordinandis non præfertur prior, ſed potior. *l. honores. ff. de decurio. l. ad ſubeunda. C. de decu. lib. 10.* Sed in iam ordinatis inuicem præferendis, ſeruatur ordo, tam temporis, quam qualitatis, vt dixi *in præc. conſid.* & dicam infra *in vlt. par.*

Tertius eſt ordo, qui non attenditur, quādo conſtat de mente contraria. *l. nec enim. ff. de ſolutio.* quoniam quandoque verba tranſpoſita & vt plurimum idem ſignificant, *l. 1. C. qui accuſ. non poſ. l. quidam. ff. de pecul. lega. l. præpoſteri. C. de teſta.* vbi do. meus Iaſon. *leg. cum pater. §. ſi fidei tuæ. ff. de leg. 2.* & hoc quia ſenſum & non verba ſpectamus. *l. 3. §. cum domino. ff. de adi. leg.* & declaratur quandoque mens ex conceptione ſermonis, & perſonarum affectione, vt vult gloſſ. *in d. leg cum pater. §. à te rogo. ff. de lega. 2.* Si autem non poteſt conſtare de mente, non recedimus ab ordine ſcripturæ. *l. 1. §. ſi qui nauem. ver. in re igitur dubia. ff. de exercit.* & ita dicit Ioan. de Platea *in l. 2. C. vt dignitat. ordo ſeruetur.* & dicā plura infra de hoc brocardico, *An ordo ſcripturæ attendatur.* videatur Fel. *in rubr. de maiorit. & obe. & in cap. cum dilecta, de reſcri.* vbi ponit quinque limitationes. & do. meus Iaſon *in leg. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil.* Benedictus *in ſua repetit. cap. Rayn. in verbo, teſtamentum. 2. 3. de teſtamen.* dicit, quod procedere contingit tribus modis, ſcilicet tempore, ordine naturæ, & iuris fictione, ſeu ingenio intellectus. vide ibi.

OCtuageſima conſideratio. Quia, licet ordo in dignitatib. ſit ſeruandus, quod etiam in aliis eſt ſeruandus. Primo, in ſubeundis muneribus. *leg. fin. quemadmod. ciuilia mune. ind. lib. 19. C. & l. 1. de munerib. patrimo. eod. lib.*

Secundo, in debitoribus fiſci conueniendis. *leg. quoniam Augerio. C. de conuenien. fiſci debitr. li. 10. quo quis ordine conuen. per totum.*

Tertio, in liberalibus. *leg. generaliter. §. ſi quis alienum. verſicul. ſi quis ergo. ff. de fideicommiſ. libert.*

Quarto, in pignoribus. *l. 2. C. qui potio. in pig. hab.*

Quinto, in petitionibus à diuerſis in iudicio propoſitis, *l. qui prior. ff. de iudic.*

Sexto in executione rei iudicatæ *l. ordo. C. de exe. rei iudi. & l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.* Qui ſi non ſeruetur, actus eſt nullus. Fel. *in c. cum dilecta. in 6. col. extra de reſc.* Io. de Imo. *in d. §. in venditione.* & maxime quando executio ſit ab executore, vt dicit Alexand. *in conſil. 5. in 3. col. in 2. vol.*

Septimo, in petitionibus ab eodem propoſitis. *l. ordinarii. C. de rei vendicat.*

Octauo, in teſtamentis, *l. qui ſoluendo. ff. de her. inſt. l. 2. § prius. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* Iſta ponit Io. de Platea *in l. 2. C. vt dignit. ordo ſeruetur. lib. 12.*

Nono, in viſitatione fienda per epiſcopum, vel alium habentem ius viſitandi. *c. 1. de cenſib. in 6.*

Decimo, in electionibus fiendis. *cap. quia*

 propter.

propter & ibi not. ext. de elect. ita, quod non debet fieri præpoſteratio requiſitorum ad electionem, vt notant Ioan. And. & Panorm. *in d. c. quia propter. in 5. & 6. colum.*

Vndecimo, in confirmatione electionis: quoniam prius debet fieri inquiſitio de proceſſu electionis, de meritis & dignitate vel indignitate ipſius electi per ipſum confirmatorem, quam electus confirmetur, alias confirmatio non teneret. *c. prouida. & c. fin. de elect. in 6.* & ibi Dominicus, & Philipp. Francus, & ample de his duobus per Pe. de Brax. *in ſuo directorio electionum. 3. parte c.* 38. vbi multa de materia ordinis, & ibi ponit triplicem eſſe ordinem. de quibus dixi *in præced. conſid.*

Duodecimo, in Euangeliis, vbi primo in ordine ponuntur Euang. Matth. quia primus ſcripſit Euang. in Iudæa, vt habetur *in argum. in euangelium ſecundum Matth. & ibi Nicolaus de Lyra.*

Decimotertio; Etiam Deus præcipit nomina filiorum Iſrael ſcribi in veſte Aaron, iuxta ordinem natiuitatis eorum. *Exod.* 28. & habetur per Lucam de Penna *in l. 3. in princ. C. de tyronib. lib.* 12.

Decimoquarto in oneribus ordo eſt ſeruandus, *l. ordine. ff. de leg. 5. l. 3. § præſens. ff. de muner. & honor.* gloſſ. *in l. vnica. C. de potiorib. ad munera nomin. lib.* 10.

Decimoquinto, ordo ſeruandus eſt eorum, quæ lege ponuntur, vt *l. fi. C. de offic. præfecti vrbis, ſecundum gloſ. 1. in l. 2. ff. de adopt.* & ſic vbi legalis paternitas contrahitur, primo interrogatur pater, quam filius, *d. l. 2.* vbi, quia is, qui adoptat, rogatur, id eſt, interrogatur. *ff. de adopt.* per quem text. d. gl. 1. infert, quod ſponſus primo debet interrogari in matrimonio contrahendo, quam ſponſa, & ad illud propoſitum illam gloſſ. ſingularizauit ibi Bald.

Decimoſexto, in iudiciis, vt *in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. omn. iud. & C. de ordine iudic. & de ordine cognitio.* & in his, ſi ordo non ſeruetur, an actus ſit nullus. Alb. de Roſ. *in l. 1. in 5. colum. de nouo Codice comp.*

Primæ partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

A Barth. à Chaſſaneo humanorum Iurium Doct. Patrono Heduorum fiſcali, editi: dignitates, laudes, & excellentias hominis, præcipue mulierum, complectens:

Diuiſa in vnam & quadraginta Conſiderationes.

In primis, pro clariori ſubſequentium intellectu, duas primas præmitto Conſiderationes, tanquam fere vniuerſales ad huius operis materias.

SIT ergo Prima: Omnium Entium quatuor ſunt genera. Primum eſt earum rerũ, quę habent eſſe tantum, & harum multiformis eſt differentia. Nam & ſi in hoc vno conueniant, quod habent eſſe, recipiunt tamen hoc eſſe: iſta quidem clarius, iſta vero obſcurius. Inter elementa etiam aqua dignior eſt terra, & ignis ſupra aquam & aërem multo præclarior. Dixi *inferius in vlt. par. in 12. conſid.* Iſte gradus complectitur cuncta, quæ generantur in viſceribus terræ, vt ſunt mineralia, & metalla omnia, argentum viuum, plumbum, ferrum, cuprum, ſtannum, argẽtum, & aurum. Quod autem iſtorum altero ſit præſtantius, etiam narraui *in d. par. in 95. conſid.*

In hoc gradu eſt laſurium, quod aurum pretio ſuperat: ſulphur, ſalpetra, ſalgemma, & cuncti lapides pretioſi, vt ſunt carbunculus, hyacinthus, ſmaragdus, ametiſtus, topazius, corallus. Hi omnes magni ſunt pretii, pulchritudinis, & virtutis. De quibus videre poteris aliquid *in d. part. vlti. in 91. conſid.* In hoc præterea gradu ſunt omnes cœli, omnia corpora cœleſtia, omnes ſphæræ, ſidera, & ſeptena planetarum lumina. De quibus etiam in dicta finali parte. Artificialia quoque ad iſtum referuntur gradum. Quæ & ſi inter ſe de nobilitate compugnent, vt infra dicturus ſum *in 11. par.* in hoc tamen cuncta conueniunt, quod eſſe tantum habent, & non viuere.

Secundus gradus eſt earum rerum, quæ habent eſſe & viuere, cuiuſmodi ſunt omnes plantæ, arbores, & herbæ. Hic nempe vitam ſuam oculis noſtris inſinuant, dum videmus eas ſurſum, deorſum, ante & retro, ad dextram ſiniſtramque moueri. Attrahunt & habent è terra ſuum, vnde ſe nutriunt, elementum, creſcunt, augmentantur, & flores, frondes, fructus, ſeminaque producunt. Habent enim intra ſe virtutem quandam, qua facile iſta perficiant. Sub iſto gradu innumerabiles ponuntur arborum, & herbarum ſpecies: quarum inter ſe fructus, ſapores, odores, virtutes, coloresque longiſſime ſeparantur. Omnibus vna viuendi ratio, ſed nobilitas dignitasque non vna, prout etiam *in d. par.* dicetur, *in 88. 89. & 90. conſiderationib.*

Tertius gradus eſt eorum etiam, quæ habent eſſe, viuere, & ſentire: & in hoc ſunt cuncta animantia. Ad ſenſum enim viſus requiritur & auditus, guſtus, odorat⁹, & tactus. Ad iſtum gradum referũtur cuncta, quæ mo-

mouentur

uentur in terris vel aquis, vel quæ in liquido aëre peruolitant. De his *infra in 78.80. & 81. conſiderationibus dictæ vltimæ partis.*

Quartus gradus eſt eorum quæ habent eſſe, viuere, ſentire, & intelligere: & in hoc eſt homo, cui præter eſſe, viuere, & ſentire, ſubeſt etiam intelligere, diſcernere, velle & nolle libere. Solo enim arbitrio aſcendit homo ſupra cætera animantia: qui poteſt iudicare, ratiocinari, & ſuſceptibilis fieri experientiæ, artis, ſcientiæ, atque doctrinæ. In hoc etiam ſunt angeli & dæmones, boni & mali, cum dæmon etiam in bonam partem olim accipiebatur, & erat nomen dæmonis veteribus honeſtum, vt ait Cælius *lib. antiquarum lectionum* 1.*c.*23.*& c.ſeq.* Vbi & Platonicorum ſchola aſſerit, rationalis naturæ gradus eſſe tres, non dignitatis tantum maieſtate interpunctos adiunctoſque, ſed etiam locorum intercapedine. Nam immortalibus diis ſummam attribuunt ſedem, hoc eſt cœleſtem. Sed horum alios dici, & eſſe intelligibiles, ab omni materiæ contubernio ſemotos, quorum parens princepsque is ſit, quem rerum conditorem opificemque veneramur, maieſtatis amplitudine vltra mundana, ſanctum, & humano ſermone inenarrabilem, ſed ne mente quidem facile apprehẽſibilem. Quiſquis eſt, quantuſcunque, vnus eſt, verus, bonus, veritas vna, bona, bonitas vna, vera. Cæteri non tam dii, quam miniſtri. Viſibiles Deos intelligunt cœleſtia corpora, atque hic gradus vtique vnus, qui & primus. Imum vero tenet numiſma præcelſæ diuinitatis. Eximium, homo, cuius eminentiſſimam naturam cœlitibus fere comparem, contendunt. Medium vero inter hoſce extremos gradum à lunæ collimitio ad nos vſque expanſum iam habent, quos à ſcientiæ magnitudine priſci dæmones vocarunt. Hos tanquam interpretes quoſdam, & ſalutigerulos arbitrati ſunt priores: qui concepta à nobis vota ad Deos deferrent, & illinc ad nos diuina munera referebantur. Hos Romani veteres *medioxumos* nuncuparunt: quod inſiti ex ſuis, ratione, ac loco, & poteſtate, diis ſummis ſint minores: hominum natura velut complacitum eſt antiquis: vtiq; maiores. Hæc Cælius. Et de iſto tertio gradu, & primo dicam *in* 3. *par.* De ſecundo vero, qui eſt hominis, in hac parte diſcutitur.

Secunda & principalis conſideratio huius ſecũdæ partis, quæ eſt generalis ad omnes ſequentes, & ex qua omnes dependent, eſt: Quod cum homo honorari naturaliter appetat. Specul. *in tit. de citatio.* §.5.*ver. porro ſi ſunt plures delegati.* & dixi ſupra. Ideo dic quod homo eſt animal honorandum. Hoc in naturam Dei tranſit; quia ipſe ſit Deus. Hoc dæmonum genus nouit, vtpote, qui cum iiſdem ortum ſe eſſe cognoſcat. Hoc humanæ naturæ partem in ſeipſo deſpicit, alterius partis diuinitate confiſus. Et, vt ait Triſmegiſtus: Miraculum eſt homo, ad ſimilitudinem Dei factus. *Geneſ.*1.*&* 9.*c.* text. *in c. hæc imago.* 33.*q.*5.*& in l. ſi quis metallum. C. de pœn.* In tantum, vt ipſe pater architectus Deus omnipotens, omniũ creaturarum creator, cunctis rebus creatis, vltimum, diuinũ hominem creauit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam: vt poſtquam ipſe Deus, hanc, quam mundanam domum videmus, diuinitatis templum auguſtiſſimũ, arcanæ legibus ſapientiæ fabrefecerat, ſuper cœleſtem regionem mentibus decorarat, æthereos globos, æternis animis vegetarat, excrementarias, & feculentas mundi partes, omnigena animalium turba, complerat: opere conſummato, conſiderabat aliquem eſſe, qui tanti operis rationem perpenderet, pulchritudinem amaret, magnitudinem admiraretur. Inducendo vnum, quod à regibus & principibus noſtri temporis vſurpatum videmus: vt cum magnificam, & nobilem ciuitatem cõdiderunt, iam vrbe abſoluta, imaginem ſuam, omnibus viſendam, in medio illius ſpectandamque conſtituunt. Sic feciſſe videmus principem omnium Deum, qui tota mundi machina conſtructa, poſtremum omnium, hominem in medio illius ſtatuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, formatũ. Res ergo & ſupra fidem mira, eſt homo. Cœleſtis enim illi eſt origo, teſtãte Virg. & comprobante Ouid. *in ſuo lib. Metamor.*

Pronaq; cum ſpectant animalia cætera terrã,

Os homi-

Digitized by Google

Os homini ſublime didit, cœlumq; videre
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

De quo habetur in gl. *in §. partus. Inſt. de rerum diuiſ. & in l. iuſtiſſime. ff. de adil. edi. & in §. fi. Inſt. de iure natur. gent. & ciu.* Vnde etiam Silius Italicus:

Nonne vides hominum celſos ad ſydera vultus
Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora.
Cum pecudes volucrumq; genus formamq; ferarum,
Segnem atque obſcœnam paſſim ſtrauiſſet in aluum.

Hunçque gloria & honore coronauit dominus, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum, vt habetur *Pſal.* 8. Omnia ſub pedibus eius ſubiecit, oues, boues, vniuerſa inſuper & pecora campi; volucres cœli & piſces maris. *Pſal.* 38. Et ſuper vniuerſas terræ creaturas contulit ei dominij principatum, nobilitando etiam, & ſublimando hominis dignitatem, ex miniſtris ſpirituum ſuperiorum. tex. *in cle. ſi dominum. de reliq. & vener. ſanct.* Hinc etiam Apoſtolus *ad Heb.* 2. dicit, quod Deus omnia ſubmittendo homini nihil dimiſit non ſubiectum. Hinc dicit Plin. *lib.* 7. *naturalis hiſtoria c.* 1. quod homo eſt animal cunctis imperans, & etiam cæteris animantibus excellens. *Ariſt. lib.* 1. *de animalibus.* Nobiliſſimumque & altiſſimum animal eſt homo. *eo. lib. de animal. lib.* 1. Et, vt dicit Lucius Apuleius *de Deo Socratis*, præſtantiſſimum animal eſt homo. Ita ab ipſo Deo magnificatus, vt paulo minus angelis ſit diminutus. *Pſal.* 8. Hoc enim in naturam Dei tranſit, quia ipſe ſit Deus; Hoc dæmonum genus nouit, vtpote quod cum iiſdem ortum ſe eſſe noſcat: hoc humanæ naturæ partem in ſeipſo deſpicit, alterius partis diuinitate confiſus. O hominum quanta eſt natuta temperata, felicius ac diis cognata diuinitate coniunctus, partem ſui, qua terrenus eſt, deſpicit. Cætera omnia, quibus ſe neceſſarium eſſe cœleſti diſpoſitione cognoſcit, nexu ſecum charitatis aſtringit, ſicque ſuſpicit cœlum. Sic ergo feliciore loco medietatis eſt poſitus, vt quæ infra ſe ſunt diligat. Ipſe autem à ſuperioribus diligatur, elementis velocitate miſcetur. Acumine mentis in profundo maris deſcendit. Omnia illi licent, non cœlum videtur altiſſimum, quaſi enim è proximo ſagacitate animi intuetur. Intentionem animi eius, caligo aeris non cōfundit. Non denſitas eius operū impedit. Non aquæ altitudo profunda aſpectum eius obtundit. Omnia idem eſt, vt vbique idem eſt. Hoc ſatis probat dictum Ariſtotelis *in* 3. *lib. Politicorum* dicentis: *Animal hoc prouidum, ſagax, ac tutum, memor, plenum rationis, & conſilii, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum eſt.* Non ſolum famulantur terreſtria, imo & angeli hominis ſunt, vt habetur *Apoc.* 19. Vbi Angelus non fuit paſſus ſe adorari ab homine. Dixit enim homini, nequaquā, conſeruus tuus ſum & confratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. Et dicit gl. *in l. cognitionem. ff. de variis, & extraor. cogn.* quod angelica natura ſeruit homini. Omniū enim animantiū domin⁹ habens ad ſui cuſtodiā angelos, quaſi ſatellites aut pædagogos poſuit. Quoniam, vt dicit Albertus de Gandino *in tractatu maleficiorum. in ti. quomodo cognoſcitur de maleficiis, quando crimen eſt notorium.* Virtus angelica eſt hominis ſeruitio deputata. Cœli inſuper, niſi Deum offendat, hæres futurus: dæmonibus, hoc eſt angelis malis & apoſtatis imperat. Vnde Hermes Triſmegiſtus dicit hominem tantæ ſublimitatis eſſe, vt Deos faciendi habeat facultatem. Dii enim eſtis & filii Dei omnes, ait propheta. Omnis enim creatura dicitur, cū, vt habetur *Mar.* 16. Euntes in vniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Et omni creaturæ Euangelium prædicatur cū homini prædicatur, vt dicit Gregor. *in homilia Euangelii Pentecoſtes. & in gloſſ. ad Romanos ibi: Inuiſibilia.* Et hoc eſt etiam; quia, cum omni creatura participat, & omnes proprietates creaturarum in ſe admittit. Habet enim cum herbis & arboribus viuere, cum brutis ſentire & fructus percipere. De his duobus Gandi. *in loco hic ante allegato*, allegat text. *in l. qui vas. §. ex furtiuis. ff. de fur. & in l. in pecudum. ff. de vſur.* Habet & tertio cū angelis intelligere, ex quo facta eſt anima rationalis, vt

S Deum

omnia dicit eſſe quatuor principaliora,& digniora,videlicet cerebrum,cor,epar,& teſticulos,de quibus *eodem lib.cap.39. & infra in vlt. part.* vbi quæritur, quod membrum humanum ſit dignius,& excellentius.

TErtia conſideratio. Homo eſt dignior angelis, propter aſſumptam à diuinitate humanitatem , propter quod homo magis attinet Chriſto,quã angelus propter multa.

Primo; quia Deus non ſolum fecit hominem de progenie ſua:quia eum ad imaginem ſuam creauit ſicut angelum; ſed inſuper de progenie humana ſeipſum fecit, quãdo verbum caro factum eſt,*Ioan.*1.& in ſymbolo: *Et homo factus eſt.* Maxima quidem eſſet hominum cuilibet dignitas , & gloria atque nobilitas, ſi Imperator, aut quilibet alius princeps ſupremus , de eius ſe faceret proſapia & parentela. Multo autem maior nobis & gloriã atque nobilitas, quod Deus ſe de noſtra fecit proſapia,progenie & cognatione.

Secundo; quia angelus attinet Chriſto ex parte patris,qui eſt pater Chriſti per æternam generationem , ac angelorum & hominum, per temporalem creationem : ſed homo attinet Chriſto,etiam ex parte matris,quæ non eſt angelicæ naturæ, ſed humanæ, *ad Hebr.*2. Nuſquam enim angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ. Et fratrem hominis ſe vocat, vt habetur per Pſalmiſtam : *Narrabo nomen tuum fratribus meis.*Et ait Bernardus: *Puto,quod iã me ſpernere non poterit,quod os ex oſſibus meis,& caro ex carne mea.*

Tertio; quia Deus contraxit parentelam cum angelo ſolummodo dando,quando ſcilicet filiam ſuam, id eſt, imaginem ei dedit, quam etiam homini dedit: ſed cum homine contraxit parentelã , etiã recipiendo:quia ſororem eius, ſcilicet animam rationalem, & matrem ipſius: videlicet humanam naturã, ſibi copulauit.

Quarto; quia homines beatitudinem habent in viſione humanitatis Chriſti,in quam deſiderant angeli proſpicere, *1. Pet. 1.* & in contemplatione diuinitatis , quam angeli ſolum habent in cõtemplatione diuinitatis.

Quinto ; quia humana natura eſt deificata, non autem angelica.

Sexto; quia ipſa humana natura eſt ſuper omnes choros angelorum exaltata, vt patet in humanitate Chriſti, & matris eius. Cum exaltata ſit ſancta Dei genetrix ſuper choros angelorũ ad cœleſtia regna: & etiã Chriſtus, qui aſſumpſit in ſe humanitatem , ſedet ad dextram Dei patris , quod quomodo intelligatur, dicit Aug. *in lib. de Symbolo*, vt dicam *infra.*

Septimo ; quia Deus dedit poteſtatem homini Deum faciendi,& corpus ſuum conſecrandi. *Clem. ſi dominum, de relig. & ven.ſanct.* & tamẽ non dedit angelis, vt habetur per Io. de Turrecr. *in c.quid ſit de conſecr.diſt.*2.

Octauo ; quia angeli ad cuſtodiam hominis ſunt deputati.vt habetur per *Pſal.*90. Angelis ſuis Deus mandauit de te. Et dixi hic ante *in prima conſideratione.* Dicit tamen Ioan. de Turrecr. *in loco hic ante allegato.* imo angelica natura ſeruit homini,vt dicit gloſ. *in ver.dignitatis.in l.cognitionum.ff.de var.& extra.cogn.* Quia angeli ſunt maiores homine , natura, gratia & officio:& quomodo,vide Benedict. de Buſtis *in 2.part. ſui Roſarii,in ſerm.10.litera L.* vbi poſuit ſex primas rationes, etiam ponit alias, ex quibus Angeli ſunt maiores.

Aduerte tamen , quod quilibet homo debet honorare angelum ſuum , in quocunque loco fuerit. vnde Bern. *In quouis diuerſorio,in quouis angulo reuerentiam exhibe angelo tuo , ne audeas illo abſente , quod nec præſente auderes facere. Et ſemper,die,& ſero,& mane,& omni hora.*

Angele qui meus es cuſtos , pietate ſuperna
Me tibi commiſſum ſerua,defende,guberna.
Amen.

Et ſubiunge de B.virgine Maria.

Vt me pauſantem conſerues, & vigilantem,
Me tibi virgo pia,ſemper commendo Maria.

Aduertendum eſt etiã quod principes etiam habent duos angelos : vnum, ſcilicet ratione ſuæ ſingularis perſonæ, ſicut habẽt cæteri homines,vt habetur Matth.18.ibi:*Videte, ne contemnatis vnum ex his puſillis.dico autem vobis, quia angeli eorum ſemper vident faciem patris mei,*

Digitized by Google

qui in cœlis eſt. Et iſti angeli ſunt de ordine inferiori. Alterum vero angelum habent ratione dignitatis, vel officii regalis, aut prælaturæ, vt de Eliſæo legitur 3. *Reg*.4.*cap*. Quia angelorum multitudinem ad ſui defenſionem habebat, quod, quomodo intelligatur, vide Guil. Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in verbo, Adiectæ impuberi. extra de teſtam*. Et ibi ponit quomodo Michael eſt angelus regni Franciæ. Et etiam quomodo vnus angelus quandoque impedit alium, & reſiſtit alteri in porrigendis precibus, & obtinendis meritis. Ideo vt habetur *Dan*.10. Vbi Gabriel dixit Danieli princeps, id eſt, angelus regni Perſarum reſiſtit mihi viginti & vno diebus. dicam *infra in* 3. *par. ſeq. in* 16. *conſid. verſ*. 4. *adiuuit*.

QVarta conſideratio eſt. Quod præ cæteris honoratur anima, mente, memoria, intellectu, & quinque ſenſibus, vltra alia animalia mũdi, de quibus ſingulariter dicemus. Et de anima, quomodo omnis dignitas hominis ſit ab anima, ample probat Cælius, *lib*. 1. *ſuarum antiquarum lectionum. cap*. 43. 44. 45. & 46. De mente, quæ eſt vice luminis & inſtrumenti, & viſus, *eodem lib. cap*. 44. De memoria, & eius excellentia habetur *lib*. 3. *cap*. 21. & *lib*. 2. *cap*. 3. De intellectu habetur *eod. lib*. 2. *c*. 1. 2. De quinque ſenſibus habetur per eundem Cælium, *lib*. 1. *cap*. 48. 49. 50. 51. & 52. & ibi, quis ex quinque ſenſibus ſit præſtantior, dicam *infra in vltima parte, in* 44. *conſideratione*.

QVinta conſideratio. Sicut homo præ cæteris animalibus honorandus eſt in vita, vt ante dictum eſt; ita etiam in morte & eius ſepultura, exemplo Chriſti, qui Deus & homo, licet ſe pro homine contumeliis afficiendum dedit, ignominioſaque mors illi fuerit, ſepultura tamen illius fuit glorioſa, ſicut iam Eſaias prophetauerat, vt habetur *Eſai*. 11. *cap*. Et erit ſepulchrum eius glorioſum, prout ſepulchra Adæ, Abrahæ, Iſaac, & Iacob, & eorum vxorum, & aliorum plurium Patriarcharum fuerunt glorioſa, prout recitat Hieron. *in lib. Hebraicarum quæſtionum*. Et recitat ampliſſime Ioan. Ludo. Viualdus *in ſuo tract. de pugna partis ſenſitiuæ & intellectiuæ. in princ. in tit. de officio pietatis in defunctos* habetur *in can. Ebrom*. 13. *quæſt*. 2. & etiam de Tobia ibi habetur, *Tob*. 4. Cuius Chriſti, & patriarcharum actiones & exempla, ſequi debemus, cum Chriſti actio noſtra ſit inſtructio, *c. ſignificaſti el*. 2. *de ele*. 2. *quæſt*. 1. *c. Deus*. Pet. de Anch. *in c. nos. extra de ſepulturis*. quæ etiam ſepulchra in magna veneratione habita fuere à gentibus, prout Iuſtinianus, & Valerius ſcripſerunt. Et inter cætera, Scythæ illud diligentiſſime obſeruebant, quod ſepulchra parentum, quæ voluerunt habere communia, non minus venerabantur, quam ſacra Deorum. Et etiam multum fuerunt commendatę ſepulturę mortuorum tempore antiquo. Quoniam, vt habetur *Ecclеſ*. 7. Mortuo non negabis gratiam, id eſt, ſepulturam. tranſſumptiue *in c. eccleſiaſtico*. 11. *q*. 2. & Dauid *Pſal*. 87. *in prin*. inter horribilia ponit, eo quod non erat, qui ſepeliret. Et ille bonus Tobias mortuis & occiſis, ſepulturã exhibebat. *Tob*. 1. *cap*. Et de vtilitate ſepulturæ, ponit ample Antonius Florentinus *in* 3. *part. ſuæ ſum. tit*. 10. *cap*. 1. §. 3. & ample etiam per Bernardum de Buſtis, *in* 2. *ſui Roſarii, ſermon*. 1. vbi ponit, quod exequiæ & ceremoniæ mortuorum proſunt *in* 12. Apud maiores gentilium Romanorum ritus talis erga mortuos obſeruabatur. Nam perungenda cadauera precioſis quibuſdam vnguentis detinebantur, & in rogis multa ſimul aromata cum cadaueribus cremabãtur. Vnde de Sylla legimus, maximam multitudinem aromatum in eius rogo fuiſſe abſumptam. Refert idem Viuald. *in loco hic ante allegato*. Hic mos, etiam apud Ægyptios obſeruabatur, vt habetur *Geneſ*. 50. de Ioſeph, qui pręcipit ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus cõdirent patrẽ ſuum, quibus iuſſa explentibus tranſierunt quadraginta dies. Fleuitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus, ſcilicet quadraginta dies condimenti, & triginta fletus, vt dicit ibi de Lyra. Etiam habetur *Deut*. 34. de Moyſe, quem populus Iſraëliticus fleuit triginta diebus. Et recitat Valer. *in tit. de ſeruata religione. c. ſina*. Quod Senatus Romanus poſt Cannenſem cladem decreuit, ne matronæ vltra trigeſimum diem luctus ſuos extenderent,

derent, vti ab his ſacra Cereris peragi poſſent. Alius tamen mos erat apud aliquos, vt lugerentur defuncti, vſque ad tertium diem, apud alios, vſque ad ſeptimum, apud alios vero vſque ad quadrageſimum, de quibus moribus *in c. quia aliu. 13. q. 2.* Et iſte mos quadraginta dierum apud nobiles in Gallia obſeruatur. Ex quo ſententiatum fuit per Officialem Heduenſem, quod domicella Iaquelina de la Trimoille, filia nobilis & potentis domini Georgii de la Trimoille, locumtenentis regii generalis in Burgun. citata corã ipſo ſuper certis promiſſionibus matrimonialibus, per verba de præſenti, inſtante procuratore D. epiſcopi, & ad denunciationem generoſi & magnifici viri domini Io. de la Bulme, domini de Beſme, & filii illuſtriſſ. domini Comitis de Montereuel, non tenebatur comparere in iudicio, nec exire domum, ante quadraginta dies, computandos à tempore mortis, dicti quondam ſui patris.

Aduerte etiam ex illo *Geneſ. 50. c.* circa tria. Primo, ibi interuenit honoris exhibitio in condimento corporis defuncti. Secundo, fletus ſolennis ſuper mortuum. Tertio, honorabilis deportatio cum comitiua valde ſolenni & nobili. Nam Ioſeph conuocauit omnes maiores patriæ domus Pharaonis, & amicos, ad conducendum corpus patris ſui Iacob ad ſepulchrum ſuum quæ hodie etiam obſeruantur apud nos; quoniam in executione ſepulturæ, & funeralibus defunctorum, præcipue magnatum & diuitum, interuenit pompa funebris, tã in veſtibus lugubribus tædis, & luminaribus cereis ardẽtibus, vbi dom⁹ & aulę, equi & ſepultura, nigris ſternũtur pannis, & cõuocãtur parentes & amici ad 40. diẽ, quo ad nobiles, & quo ad alios ſtatim cum reconduntur in terra, aut ſepulchris eorum. Alexander vero, & Cæſar Imperatores ſe in eorum teſtamento, in nuda terra humari iuſſerunt, vt infra dicam. Varios enim inhumandi ritus ponit Textor Niuer nen. *in ſua Officina, in tit. de vario inhumandi ritu.* vbi dicit, inexpiabile quondam ſcelus creditum eſt, ſepulchra violaſſe: adeo, vt lex factum iuſſerit, vbi corpus hominis mortui iaceret, diceretur; minxiſſe in patrios cineres, cui omnia cadebant ſiniſtre, & inauſpicate, ac de materia ſepulchri, & monumenti, quomodo apud leges habeatur, ſunt tituli *de relig. & ſum. fun. ff. & Cod.* & dicam infra poſt dicta Textoris. Sed, vt dixi, apud nos quoq; Chriſtianis damnatur ceremoniis, qui aut lotium in ſepulchris egeſſerit, aut quid aliud ibidem fecerit immundum, neque apud nos ſolum religioſum eſt. Nam nulla prope tam efferata gens eſt, quæ non nouerit habere ſepulchrorum rationem, præter paucos barbaros: qui cum beluino prope ritu inter ſe degant, nihil mirum, ſi aliorum veſtigiis nequaquam inſiſtant. Nunc de vtriſque loquendum, his ſcil. quibus nulla eſt funerum cura, & illis, quibus maxima.

Lotophagii ſuos in mare defunctos abiiciunt, aſſeuerantes, parum intereſſe humone, an aqua, abſumantur. Hunc modum reprobat iuriſconſultus Modeſtinus *in l. in ſuo. ff. de cond. inſt.* vbi dicit, quod laudandus eſt magis, quam accuſandus hæres, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundum ipſius voluntatem abiecerit, ſed in memoriam humanæ conditionis, ſepulturæ tradidit. Nec etiam obtemperatum fuit Soloni Philoſopho, qui in Cypro moriens, hæredibus mandauit oſſa ſua in cinerem diſſoluta per prouinciam diſſeminari.

Albani olim nephas putabãt curam mortuorum agere: quod etiam reprobatur, vt habetur *Eccl. 2.* Noli mortuo denegare gratiam, id eſt, ſepulturam. *13. q. 2. c. in Eccleſiaſt.*

Sabæi corpora defunctorum eo, quo ſtercus, modo ducebant, quin etiam reges reiiciebant inter ſterquilinia, videtur, quod iſtud eſſet apud eos eo; quia homo quaſi putredo conſumendus eſt. *Iob. 14. cap. & Iob. 34.* homo putredo, & filius hominis, & facit *Eccleſ. 10.* Memento quoniam omnes in corruptione ſumus. Hinc dicit Ber. in lib. meditationum: *Homo nihil aliud eſt, quam ſperma fœtidum, ſaccus ſtercorum, & cibus vermium:* vnde;

Poſt hominẽ vermis, poſt vermẽ fœtor & horror,
Sic & in hanc ſpeciem vertitur omnis homo.

Sed pro certo hic modus etiam eſt improbatus,

xtor *in ſua officina, in loco hic ante allegato.* Et etiã Gracchum & Marcellum ipſius hoſtes, ſepeliuit, vt refert Valer. *l. 5. de human.* Et vt etiam refert idem Valerius *tit. 1. de ſomniis*, quod Simonides poëta ad littus applicans maris, corpus, quod vidit inhumatum, ſepeliri mandauit: propter quod periculum maris euaſit, vt ibi, & in ſequenti titulo *de miraculis.* Conſtat etiam, quod periculum terræ euaſit. Expedit enim Reipublicæ, non minus mortuos humari, quam viuentes conſeruari, ſecundum Bald. *in l. fi. C. de neg. geſt.* prout nobis etiam exemplis gentilium traditur, ſcilicet Cyri, Alexandri, & Cæſaris Imperatorũ, qui ſe ſuis mandauerant in teſtamẽtis in nuda terra humari, vt refert Leonardus Aretinus *epiſt. 94.*

Pleraque Aſſyriorum corpora in locis paluſtribus fuiſſe condita feruntur, quod non fuit honeſtum, nec defuncto in talibus obtemperandum eſt, exemplo Solonis philoſophi ex ſeptem Græciæ ſapientibus, qui in Cypro moriẽs, hæredibus mandauit oſſa ſua in cinerem diſſoluta per omnem prouinciam diſſeminari: cui tamen obtemperatum non fuit. Refert Guil. Benedict. *in d. repetitione in loco hic ante allegato num. 69.* Aliquos ex his ponit Volaterranus *in ſuo tertio tomo lib. 31 de Philologia. c. pen.*

Alios modos, & ritus ſepeliendi corpora ponit Textor *in ſua officina, in loco ſupra allegato.* Et dicit Silium Italicum *lib. 13.* varios funerandi ritus, his verſibus deſcribere:

tumuli & cinerum ſententia diſcors.
Tellure (vt perhibent) is mos antiquus Ibera
Examina obſcœnus conſumit corpora vultur.
Regia quum lucẽ poſuerunt membra, probatũ eſt
Hircanis addidere canes. Aegyptia tellus
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo
Corpora, & à menſis exanguem aut ſeparat vmbram,
Exhauſto inſtituit Pontus vacuare cerebro.
Ora virum, & longũ myrrhata reponit in æuum,
Quid, qui recluſa nudos Garamantes arena
Infodiunt, quid, qui ſæuo ſepelire profundo,
Exanimes mandant Lybicis Naſamones in oris?
At Celtæ vacui capitis circundare gaudent
Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſeruant.
Cecropidæ ob patriam Mauortis ſorte peremptos,
Decreuere ſimul communibus vrere flammis.
At gente in Scythia ſuffixa cadauera truncis,
Lenta diei ſepelit putri liquentia tabo.

De gloria autem & priuilegio ſepulturæ, quantum ſit appetenda, oſtendit Inno. *in c. cum liberum. de ſepulturis.* vbi dicit, quod ſacerdos, ſpoliatus corpore iam ſepulto, nõ eſt ante omnia reſtituẽdus, vt vexatio videtur corporis humati. Et idem ſi ageret per viam attentati. ſecund. Inno. & alios *in dict. c. cum liberum. de ſepult.* quod dicunt domini de Rota eſſe verum de æquitate, ſecus de rigore iuris. Ita dicitur *in deciſionibus ſuis, deciſio. 854. in antiquis.* Hanc tamen Innoc. opinionem reprobant plures per *l. eſſe. ff. de reliq. & ſump fun.* vbi autoritate principis poteſt extrahi corpus de ſepulchro alieno, eo, quia non videtur eſſe iuſte ſepulturæ traditum, ex quo poteſt eum extrahi facere. *l. diui. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Et adeo vexari non debet corpus ſepultum, quod nec vexabitur corpus infidelis Iudæi *c. ſicut. de Iudæis.* facit *l. 1. ff. de ſepul. viol. & l. fin. Cod. eod. tit.* & ſemel ſepultos, decet ibi perpetuo manere, nec poſſunt eorum reliquiæ de loco transferri. *l. nemo. C. de relig. & ſumpt. funer.* ſub pœna violatoribus ſepulchrorum indicta, & decem librarum auri vltra. *l. qui ſepulchra. in fin. C. de ſepulch. viol.* præſertim ſi beati exiſtunt, exemplo Ioſuæ regis, qui oſſa tollens mortuorum, certificatus de ſepulchro viri Dei, qui venerat de Iuda, ait: *Dimitte eum, nemo commoueat oſſa eius:* & manſerunt oſſa eius intacta cum oſſibus Prophetæ, qui venerat de Samaria. 4. *Reg. 23. c.* quod etiam ordinatum eſt per Imperatores. *l. nemo. C. de ſacroſ. Eccl.* quod male obſeruauit Clodouæus, Dagoberti regis filius, ob quod graui punitione fuit punitus, vt refert Gaguinus *in ſuis chronicis, lib. 3. c. 4.* apponendo feretrum beati Dionyſii, ex quo male ſucceſſit, vt ibi. Imo, etiam ſi non vt beati honorentur, eorum reliquiæ prohibentur auferri. *d. l. qui ſepulchra.* Quod pulchre demonſtrauit Ludouicus XI. Qui corpus Agnetis pulchræ, concubinæ ſui patris, licet eidem aduerſata multum fuiſſet, noluit de medio chori tẽpli noſtræ dominæ

apud

apud Clerium permittere amoueri poſſe, & ad alium locum transferre, licet impedimento eſſet ſacerdotibus illius eccleſiæ, prout refert Gaguinus *in ſuis chronicis, lib.10.c.1.& 2.* De priuilegio & fauore quantum ſit accuratè fauendum ſepeliendis cadaueribus ponit Io. Andreæ *in rubr. de ſepult. & ibi etiam Card. Zab.* Et vide, quæ dicit D. meus Iaſ. *in l. furioſum. in 2. col. C. qui teſta. facere poſſ.* quod cadauera de iure debent deferri ad ſepulturam cum ſonis, & cantibus pſallentium. text. *in c. qui diuina. 13. q. 2. & in c. vbicunque. eadem cauſa, & quaſt.* Alc. *in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. in vlt. col. ff. ſoluto matrim.* Dicit tamen Pau. de Caſt. *in l. non oportet. C. de his, quibus vt ind.* Quoddam teſtamentum cuiuſdam doctoris Paduani, qui in teſtamento inter cætera ordinauit, quod ipſo mortuo cadauer ſuum ſine planctu deberet deferri ad Eccleſiã, fuiſſe beſtiale: quod quomodo intelligatur, vide Dominum meum Iaſ. *in d. l. furioſum.* Et etiam quantum cadaueribus ſepultis honoris debeatur, vide eundem Benedicti *in loco ſupra allegato*, vbi ample, & Cælium, *lib. 9. ſuarum antiquarum lect. cap. 44.* vbi ponit de religione ſepulchrorum.

Aduerte etiam, quod in tantum ſunt honorandi defuncti, quod eis non debet fieri iniuria, vt dixi *in mea monologia, in verb. iniuriã. & in verb. defunctus.* & quod reuerentia ſit exhibenda mortuo, etiam dictum eſt *ſupra in 1. parte, in 74. conſiderat.*

SExta conſideratio erit de pompis funeralibus, quæ hodie fiunt apud nos pro principibus & magnatibus, in quibus fuit multa valde excellentia, & vbi omnes domeſtici, officiarii aſſiſtunt, & ante deferunt omnia defuncti inſignia: & ad hoc congregantur parentes, & amici: præcipue in quadrageſimum diem poſt obitum, quo die fieri ſolent exequiæ funerales. Ideo videndum eſt, vnde tales pompæ habuerunt initium.

Legitur enim *Geneſ. 50. c. iam alleg.* quod cũ Iacob mortuus fuiſſet, poſt benedictionem ſingulam ab eo impertitam filiis ſuis (ex quibus fuerunt duodecim tribus Iſraël, iuxta numerum filiorum eiuſdem) cernens Ioſeph obitum patris, ruit ſuper faciem illius, flens, & deoſculans eum, præcepitque ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Quibus iuſſa explentibus tranſierunt quadraginta dies. Iſte quippe (vt dicit textus) mos erat cadauerum conditorum. Fleuitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis, in hæc verba: *Si inueni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini auribus Pharaonis. Eo, quod pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in ſepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac reuertar.* Dixitque ei Pharao: *Aſcende, & ſepeli patrem tuum, ſicut adiuratus es. Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes Senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ AEgypti. Domus Ioſeph cum fratribus ſuis abſque paruulis, & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerunt in terra Ieſſen. Habuit quoque in comitatu currus, equites, & facta eſt turba non modica. Veneruntque ad arcam Achad, quæ ſita eſt trans Iordanem, vbi celebrantes exequias magno planctu, atque vehementi, impleuerunt ſeptem dies.* & ſequitur: *Et portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in poſſeſſionem ſepulchri, ab Ephron Chetheo, cõtra faciem Mambre.* Ex quibus facile deprehendi poteſt, quod iam in antiquo teſtamento fiebant pompæ funerales in pluribus etiam in ædificiis & ſepulchris, vt habetur 1. *Macchabæor. 13. cap.* pompæ funerales fuerunt permiſſæ, vbi dicitur: *Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrum patris ſui, & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide polito, retro, & ante, & ſtatuit ſeptem pyramides, vnam contra vnam, patri & matri, & quatuor fratribus: & his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma, ad memoriam æternam, & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare.* Etiam habetur de Chriſto, quod Ioſeph ab Arimathia, & Nicodemus, ſepelierunt eum honorifice, vt habetur *Ioan. 19. in fin.* vbi dicitur: *Venit ergo Ioſeph, & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum. Acceperunt autem corpus Ieſu, & ligauerunt cum linteis, cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæorum ſepelire. Erat autem in loco,*

vbi cru-

Digitized by Google

vbi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquã poſitus erat. Quod & prophetizatum fuerat, vt dictum eſt *in præcedenti concluſione, in principio.* Ideo videntur tales pompæ permiſſæ, ita, quod non peccant, eas facientes, prout tenet Io. de Turrecremata *in c. animæ defunctorum. col.* 4.13.q.2. & *eadem cauſa, & quæſt. in c. cum grauis.* dicit, quod tales pompæ in luminaribus pannis, & aliis ſumptibus, proſunt animabus defunctorum: ſi non per ſe, ſaltem per accidens, in quantum per talia homines excitantur ad compatiendum, & per conſequens ad orandũ pro eis, in quantum pauperes inde fructum, & eleemoſynas capiunt, & eccleſiæ decorantur. Etiam, vt habetur *Tobiæ* 12. Sepelire mortuos, eſt opus pium, & inter cæteras eleemoſynas computatur, vt dixi *infra in vltima parte, in* 29. *conſideratione.* & prout tenet Io. de Turrecre. in dictis locis, accumulans aliquas concluſiones, quas vide.

De huiuſmodi pompis funeralibus, cura ſepulchrorum, & laudandis defunctis, ſcripſit Volaterranus *in philologia lib.* 31. *c. fin.* & in principio damnat funeris ac ſepulchri pompam, quam præcipue (vt ait) inter Chriſtianos ſacerdotio dicati expetere non debent. Auguſt. *de ciuitate Dei.* Sepulchrorum memoriam, ſumptuſque funeris, magis viuorum conſolationem dicit eſſe, quam defunctorũ vtilitatem. Ambroſius in ſermone: *Quid proficit* (inquit) *ſepulchrorum ſuperbia, damna ſunt potius viuentium, quam ſubſidia mortuorum.* Et Gregorius, vt recitatur *in d. c. animæ defunctorum.* ait: *Curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum magis ſunt viuorum ſolatia, quam ſubſidia mortuorum.* Tu tamen tene, quod proſunt, aut prodeſſe poſſunt, modo ſupradicto: & etiam comprobo iſto medio: quia ibi potius ſepeliendi ſunt homines defuncti, vbi fit maior concurſus populi, vt eſt text. *in c. vbicunq;* 13. q. 2. & not. *in d. cap. cum grauis.* vbi videtur aſſignari ratio; quia, quoties ad ſacra loca veniunt fideles Chriſtiani, & defunctorum ſepulturas aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. De laudibus funerariis (de quibus infra) quomodo fieri debet, ſcripſit Blondus *in* 2. *lib. de Roma triumphante.* Et quomodo ſit honor corpori ſepeliendo in appoſitione florum, & odoramentorum, in funeribus etiam & ſuper tumulo, qui mos adhuc hodie apud nos obſeruatur.

Laudare vero defunctos, vetus eſt (vt ait ibi Volaterran.) conſuetudo, cœpitque apud Græcos iam inde à Pericle, qui, teſte Thucydide, primus defunctos in bello Peloponnoſiaco, pro concione laudauit. G. Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in ver. mortuo itaque teſtatore primo. num.* 62. *extra de teſtam.* ait, quod à Solone ortum habuit, qui è ſeptem ſapientibus vnus, vrbem Athenarum, quaſi nouam ciuitatem moribus ac legibus condidit. Hic tantus ac talis philoſophus inſtituit, vt clariſſ. virorum laudes in funere prædicarentur. Qui teſte Gell. *lib.* 16. Tarquinio Priſco, Romæ regnante, leges Athenien. dedit. Et ſic huius rei autor (vt Anaximenes orator dicit) ante extitit, teſtis Plutarchus *in vita Valerii.* Apud Romanos vero Valerius Publicola, primus collegam ſuum Brutum, funebri oratione laudauit: quæ adeo grata iucundaq; Romanis fuit, vt ex eo conſuetudo manſerit, vt qui ſtrenue pugnando obiiſſet, ab optimatibus laudaretur.

Apud Romanos deinde, autore eodem Plutarcho, *in vita Camilli,* cum mulieres ornamenta aurea, quibus circa opus vtebantur, ad conficiendam pateram, in Delphum mittendam, contribuerint, Senatus decreuit, vt quemadmodum pro viris, ita etiam pro fœminis, in funere orationem haberi liceret, teſtis eſt Polydorus *de inuentoribus rerum. lib.* 3. *c.* 10. *in fin.* Liuius tamen ſcribit de auro collato, cum in publico deeſſet aurum, ex quo pacta merces, Gallis arcem oppugnantibus, confitetur, id fuiſſe à matronis ex monilibus collatum. Proptereaque inſtitutum, vt earum quoque, ſicut virorum, poſt mortem ſolennis eſſet laudatio. Hinc igitur defunctos laudandi mos defluxit, quem nos hodie ſeruamus, vt fere in toto regno Franciæ, die ſepulturæ, laudes prædicantur defunctorum, & etiam nobilium, & matronarum, ſeu burgenſium.

Modum vero funerandi principes, vide apud Herodianum *in Commodo*: quem morem, hodie in ſummis Pontificibus & Cardinalibus ſeruari, dicit Volaterranus *in loco ſupra alleg. c. de modo funerand.* Et eſt mirabilis & fere incredibilis excellentiæ, apud nos Chriſtianos, ſaltem in Gallia: vbi fit pompa ſumptuoſa, pro regibus & principibus in delatione inſigniorum ante corpus per officiarios, & domeſticos in veſtibus tetris, in tædis, & cereis, fere innumeris, in equis paludatis, ſeu pallio frenatis, in armis, in pannis etiam ſericis nigris, quibus locus ſepulturæ, & defuncti, decorantur. In comitiua, & aſſociationibus corpus, per dictos officiarios & ſubditos, in cantibus & pſalmis piis, & in prædictis orationibus & declamationibus, ex quibus magnum honorem præbent huiuſmodi defunctis, & de his putant illuſtrandos, de origine nouendialis, ſeptimanique ſacrificii: quod primum à funere fit. Item de ordine, & modo apud priſcos offerendi funeris ad ſepulchrum, & de funebri pompa, vide Polyd. *in d. loco, lib. 6. cap.* 10. Legitur, quod Alphonſus patrem ſuum Ferdinandum, decem ac ſeptem aureorum millibus funerauit, magno pietatis argumento.

Item Alexander, in tantum coluit Epheſtionẽ, vt eo mortuo, propugnacula vrbium diripi, equos, muloſque tonderi, pleroſque gregarios homines interfici, ad mœroris argumentum iuſſerit, idque vocauerit Epheſtionis inferias. In eius quoque exequiis decem millia talentûm profudit, ſecundum Plutarchum, & Arrianum.

Septima conſideratio. Cum fœmina, ſeu mulier, ſit adiutorium ſimile homini, *Geneſ.* 2. & maſculum, & fœminam creauit eos Dominus, *Geneſ.* 1. & os ex oſſibus hominis, & caro ex carne illius, *Gen.* 2. Ideo eſt eidem fœminæ adhibendus honor inter alias res mundi. Cum omnia, quæ dicta ſunt de homine in genere, quod ad imaginem, & ſimilitudinẽ Dei, creatus eſt homo, ita & fœmina. Maſculũ enim & fœminam creauit eos, vt habetur *Geneſ.* 1. & vt habetur *Eccleſia.* 17. loquendo de excellentia hominis maſculi, & mulieris: conſilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis ſcientiã ſpiritus, ſenſu repleuit cor illorum, & mala, & bona oſtendit illis. Poſuit oculum ipſorum ſuper corda illorum, oſtendere illis magnalia operum ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius. Addidit illis diſciplinam, & lege vitæ hæreditauit illos. Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & iuſtitiam, & iudicia ſua oſtendit illis, & magnalia honoris eius vidit oculus eorum, & honorem vocis audierunt aures illorum. Imo mulieres faciunt gloriam hominibus, & non poſſunt homines ſeparari ab eis. vt habetur *Eſdræ* 3. *c.* 4. Verum, vt ibi dicitur: fœminæ hominibus dominantur. Dicit tamen Apoſtolus 1. *ad Corinth.* 11. tranſſumptiue *in c. hæc imago. & c. pen.* 33. *q.* 5. quod mulier debet velare caput: quia non eſt gloria, aut imago Dei, ſed gloria viri. Quod dictum Apoſtoli, quomodo intelligatur, vide Io. de Turrecremata *in d. c. hæc imago.* Item, mulieres plus appetunt gloriam, & multũ cupiunt laudari, vt dicit Guil. Benedicti *in ſua repetit. c. Rayn. in verb. Cuidam Petro tradiderunt, nu.* 38. *de teſtam. extra.* vbi dicit, quod mulier habet duo. Vnum; quia cupit laudari. Secundo; quod ſemper affectat extrinſece ornari. De quibus ibi vide.

Octaua conſideratio. Mulieres laudari poſſunt ex multis: ex magnanimitate, ſcilicet fortitudine, ſapiẽtia, induſtria, ex pudicitia, & honeſtate, & pulchritudine, & clementia, ex liberalitate, ex deuotione, ex fortitudine omnium: prout habetur *Eſdræ* 3. *c.* 4. *ſupra allegato.* Vbi diſputatum fuit de fortitudine mulierum. Et finaliter fuit concluſum. forte vinum, fortis rex, fortiores ſunt mulieres, vt ibi: vbi tandem concluditur, quod ſuper omnia vincit veritas, vt alibi dicam. Imo, ſunt excellentiores viro, cum vir ſit ex limo terræ, & mulier de coſta viri, & ſic de materia digniori. Item, Adam fuit factus extra paradiſum, ſcđm agi o Damaſceno, vt dicunt doct. ſuper *Geneſin* 2. Eua vero in Paradiſo facta eſt.

Ita

Digitized by Google

ita dicit Bernardinus de Buſtis *in 2. par. ſui Roſarii. ſermo. 28. 2. part. in litera* E. Et habetur *in c. illud* 40. *diſtinct.* De fortitudine hic parum dicam, ſed me remitto ad ea, quæ dicturus ſum *infra in vlt. par. in 26. conſideratio.* vbi ponam, quæ res ſit fortiſſima.

Et magnanimitate, prout fuit Minerua, quæ multa prælia commiſit. De qua Aug. *de ciuit. Dei, lib.* 18. *c.* 8. dicit, Anno 58. ætatis Iſaac, Ibim, apud Tritonidem lacum, apparuiſſe. Ipſam enim ferrum in arma arte conuertere, armis corpus tegere, aciem bellantium ordinare, leges omnes, quibus eatur in pugnam, edocuiſſe fertur, vt atteſtatur Cicer. *in* 3. *de Nat. Deorum.* Hæc & multa alia adinuenit, de quibus per Philippum Bergomenſem, *in ſuo ſupplemento Chronic. lib.* 3. Vbi dicit, quinque fuiſſe Mineruas. Sed hæc bellicoſa fuit mater Apollinis. Author etiam eſt Beroſus dicens, quod virgo Pallas apud Tritonidem lacum omnem militiam prima Lybicos docuit.

De Diana inſigni virgine Apollinis Delphici ſorore, quam Cicero *libro eodem de natura Deorum*, præcipuam inter alias Dianas, & nominatiſſimam, aſſeruit. In pretio enim fuit non modico, vt refert idem Philippus *eodem libro.* Orionem vero Neptuni filium vitiare volentem occidit.

De Arthemiſia etiam Halicarnaſeorum regina, quæ virili robore, & audacia, ac militari diſciplina plurimum valuit, & multis triumphis, maieſtatem ſui nominis exornauit, quoniam poſt viri mortem, ad tempus ſepoſitis lachrymis, bis arma ſuſcepit. Primo, vt patriæ ſalutem tutaretur. Secundo, vt ſocialem fidem requiſita, ſeruaret, Rhodios nauali prælio ſuperauit, & Rhodum ipſam ſibi vendicauit. Iuſtinus etiam, *lib.* 5. *epitomarum* dicit, Arthemiſiam, in auxilium Xerxi, contra Græcos veniſſe, inter primores duces acerrime bellaſſe, hæc dicit Philippus Bergomēſis *lib.* 5. Hæc Arthemiſia, Mauſolo marito mortuo ſepulchrum erexit, inter orbis miracula annumeratum. Cuius altitudo attollebatur 25. cubitis, cingebatur col. 36. patebat ab auſtro, & ſeptentrione 63. pedes: toto circuitu continebat pedes 411. ipſum ab oriente cælauit Scoppas, à ſeptentrione Briax, à meridie Timotheus, ab occaſu Leocares. hæc dicit Textor *in ſua offic. c. ſeptem orbis miracula.*

Semiramis, magni Nini Aſſyriorum regis vxor, anno à natiuitate Abrahæ duodecimo, regnandi libidine tota pruriens, petiiſſe fertur à marito Nino, vt quinq; tantum dies imperaret, & ſceptro vteretur, quod cum exoraſſet, ſatellitibus iuſſit, Ninum vt interficerent. Hoc itaque modo regnū conſecuta, Aſſyriis dominata eſt, & quadraginta duobus annis regnauit. Hæc quippe mortuo marito, cum iuuencula admodum haberetur, eiuſque vnicus filius nomine Ninus, puer tenellus eſſet, non æſtimans tutum eſſe, imperium tam grāde filio tenello committere, cū eſſet animo ingenti, quodā muliebri aſtu malitia excogitata (vt Iuſtinus *in primo Epitomarū* ait) hoc modo decipere exercitum cogitauit, non contenta à viro acquiſitos terminos tueri Æthiopiam ſuo adiecit imperio. Indis etiā bellum intulit implacabile, quo præter illam, & magnum Alexandrū, nemo vnquam intrare præſumpſit. Multaſque ciuitates alias condidit, & fœmoralium vſum primo excogitauit. Hæc & plura refert Philippus Bergomenſis *lib.* 3. Et habetur *in hiſtoria ſcholaſtica*, & ſecundum Lyram *Gen.* 9. *c. ſuper verb. & ingentia facta peregit.* Et quædam ex ſupra dictis dicit Textor *in ſua Officina. c. mulieres bellicoſæ.* Et G. Benedicti *in ſua repet. c. Raynut. in verb. duas habens filias, in initio extra. de teſtam.* Vbi etiam dicit, quod Pythadoris Ponti regina, ſuſcepto regno, multa in Ponto geſſit prælia, cui ob eius virtutes Tyberini & Chaldæi vſque in Colchidē ſeſe vltro ſubdidere. Hæc quippe fuit inſignis mulier, vt deſcribit Philippus Bergomenſis *in ſupplemento Chron. lib.* 7. quem tamen non allegat Benedicti *in loco hic ante allegato.*

Dicit etiam de Cleopatra, Aegypti regina, quod cum Antonio eius viro in Attiaco bello fuit, imo cum mortuo iam Cæſare, Antonius laſciuientibus momordiſſet oculis, & in amorem ſui pellexiſſet, præter Syriæ & Arabiæ regnum, auſa eſt imperium quo-

que Romanum ſperare. Quum ergo magis indies creſceret libido principandi, imperium ipſum ab Antonio petere non dubitauit. Quod cum exoraſſet, ſumptis cum eo armis, in Auguſtum, eiuſque generum Agrippam, copias duxit, mouitque bellum, cuius fortuna anceps aliquandiu pependit, hæc Textor *in ſua officina, loco hic ante allegat.* & Bergomen. *in lib.* 7.

De Marthesia, Marſepia, & Lampedone, quæ fuerũt primæ reginæ Amazonum, quomodo floruerunt in exercitu armorum, ponit Philippus Bergomen. *lib.* 2. Et ibi ponit, quomodo Amazonum mulierum tanta fuit virtus, quod relicto virorũm & principatu, & commercio, ſolæ ſibi imperauerunt, ſuamq; libertatem armis defenderunt.

De Mannia ſeu Mannica Ægyptiorũ habetur, quod ante Chriſtum 577. regnauit in Ægypto, & defuncto eius viro ſuæ gentis gubernacula ſuſcipiens, ob animi præſtantiam viribus auctis, Romanis quam maxime formidabilis fuit, & frequentibus bellis Romanorum opes attriuit. Etiam Palæſtinorum, & Arabum limites, oppida, vaſtauit. hoc dicit Philippus Bergom. *lib.* 9. & Benedicti *in loco ſupra allegato*, tacendo authorem.

Penthesilea, Amazonum regina, muliebrẽ aſpernata molliciem, operibus ſemper, quæ virum decent, innutrita eſt. Troianis fauit contra Græcos: fuitque vexillifera, & turmas equitum duxit. Vnde Proper. *lib.* 5. ſic ait:

Auſa ferox ab equo quondam oppugnare ſagittis,
Meotis Danaum Penthesilea rates.
Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem,
Vicit victorem candida forma virum.

Et Virg. *lib.* 1. *Aeneidos:*

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediisq; in millibus ardet,
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ,
Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.

Et ait Pamphilus:

Non probo pelatas inter quæ tela cateruas,
Hectore ſub forti ſanguinolenta tulit.

Hæc Textor vbi ſupra. Et plura etiam de ea dicit Bergomenſis *Lib.* 4. & Benedicti *in loco hic ante allegato*, tacens autorem.

De Camilla, Volſcorum regina, dicit Textor, quod cunabula ipſius manifeſtum futuræ virtutis lumen promiſerunt. Nam ab ipſa iam tum infantia non molliculis inuoluta eſt pannis, non à blandientibus nutriculis educata, ſed à patre Metabo in mediis ſyluarum latebris ferino lacte paſta eſt. Relictis demũ crepundiis, paulo prouectior facta, neque tractandis inſueuit lanis, nec fuſos, aut penſa manibus accepit, ſed ferinis amicta pellibus fundas cœpit circumagere, complicare arcus, ſagittas torquere, ceruos & capreas laſſare curſu. Cui virtuti adiecit ſtudium virginitatis. Orto demum inter Turnum & Æneã bello, Rutulis adhæſit, fuitque ductrix copiarum: quam eius virtutem Virg. *in fin.* 7. ſic deſcribit:

Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas,
Bellatrix non illa colo, calathiſue Mineruæ,
Fœmineas aſſueta manus, ſed prælia virgo
Dura pati, curſuque pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas,
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Hæc textor vbi ſupra.

Et de ea Philippus Bergomenſis *lib.* 4. & Benedicti *in dicto loco*, tacendo ſemper autorem, ſc. Philippum Bergomenſem.

Tomyris, regina Scytharum, cum audiſſet ſuorum cædem, & filii vnici mortem, fœmineis poſtpoſitis lacrymis, Cyrum I. Regem Perſarum, ad montium anguſtias perduxit, ibidemque, cum ducentis millibus obtruncauit. hæc Bened. vbi ſupra.

Zenobia, Palmytenorũ regina, poſt mortem Odenati mariti ſui, imperium arripuit in Syria. Nec dubitauit arma capere in Aurelianum Imperatorem, à quo victa, in triumphũ ducta eſt. Cum autem probro daretur ipſi Aureliano, quod de ea triumphaſſet, *Nihil* (inquit) *me pudet de fœmina triumphaſſe, quæ virtute plus quam virili ſit prædita.*

Vnde Pontanus:

Qualis AEthiopum quondam ſitientibus aruis,
In fuluum regina gregem ſeſe armat, & audet

Sola

Sola pedes ſeſe irato obiectare leoni,
Inſignique arcu, & duplici Zenobia telo.

Hæc Textor vbi ſupra.

Et de ea ample per Phil. Bergomen. *lib.* 8. quem recitat Guil. Benedicti *in loco hic ante alleg.* illum tacendo.

Calepinus vero in ſuo *Dictionario*, dicit, quod hæc Zenobia fuit mulier, quæ à Ptolemæis originem ducens, Græcis ac Latinis literis ornatiſſ. nec non & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra, Syriæ vrbe regnauit. Hæc cum Saporem Perſarum regem ſuperaſſet, tandem ab Aureliano Aug. victa, Romam in triumphum ducta: quæ in vrbe ſummo in honore obſenuit, à qua Zenobia familia nuncupata eſt.

De Clœlia virgine Romana habetur, quod Porſenna vrbem obſidente cum Hetruſcis, quorũ rex erat, noctu Tyberim tranſfretauit, obſes regni data: quo facinore, Porſenna rex à Romanorum obſidione deſtitit. de qua Valerius *lib.* 3. *de fortitud. c.* 250. vbi dicit illam puellam, lumine virtutis præferendam viris, vt dicit & refert Benedicti *in loco hic antedicto.*

De Iudith habetur *Iudith.* 13. quod abſcidit caput Holofernis inimici Iudæorum: ex quo per Oziam magnum ſacerdotem, fuit ei dictum: *Benedicta es tu filia, à Domino Deo tuo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram, &c. quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, &c.*

Et etiam habetur *Iudic.* 4. *c. in fi.* quod Iahel interfecit Syſaram, infigendo ei clauum cum malleo in tempore capitis, *vt ibi.*

Hippolyte, Amazonum regina, quum inſtar cæterarum bello inſueſceret, auſa eſt arma capere in Theſeum, à quo expugnata, & in vxorem ducta eſt.

Propertius:

Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla,
Et texit galea barbara molle caput.

Et Seneca de Agamemnone: videt Hippolyte ferox pectore è medio rapi ſpolium, & ſagittas.

Valaſca Boemorum regina facta, cum cæteris mulieribus, coniuratione de excutiendo virorum principatu, copiarũ ductrix, bellũ mouit, interfectisq; viris, fœminas omnes aſſeruit libertati, adeo, vt Amazonum inſtar, multos annos principatæ ſint ſine viris.

Atalanta venatrix fuit Arcadica, vibrandis iaculis & arcubus complicandis aſſuefacta, quæ inuſitatæ magnitudinis aprum, vniuerſæ formidoloſum Ætoliæ prima aggreſſa eſt, & vulnerauit vna cum Meleagro. Ponta. *lib.* 3. *de ſtellis*, de hac puella, eiuſque virtute ſic meminit:

Qualis in Aetholum campis Meleagria virgo
Strauit aprum, primamque manu ſtringente ſagittam
Intorquens, auſa eſt ſpumanti accurrere monſtro,
Mox læta, & ſpoliis, famoſa & ſede ſuperba.

Athalia, mater Ochoziæ regis Iudæorum, tumultu concitato, per tyrannidem regnauit annis ſeptem, 4. *Reg.* 11. *cap.* Et tandem populo in eam acclamãte, ad portam Mulariam perducta, ibi interfecta eſt. *Paralipom.* 22. *cap.* Bergomenſis *lib.* 4.

Delbora mulier bellatrix, imperauit Iſraelitis, quos ab incurſionibus vicinorum plerumque tutata eſt, quorumque rempublicam, & imperium variis auxit honoribus. De hac ponit Bergom. *lib.* 4. vbi eam inter propheteſſas & ſanctas nominauit, & ibi dicit, quod iudicauit Iſraelem cum omni gloria, annis 40.

Virtutem Hasbytes fœminæ bellis exercitæ, ſic deſcribit Silius *lib.* 1. vbi ſic ait:

Hæc ignara viri, vacuoque aſſueta cubili,
Venatu, & ſyluis primos defenderat annos.
Non calathis mollita manus, operatæue fuſo,
Dictynnam, & ſaltus, & anhelũ impellere planta
Cornipedem, ac ſtrauiſſe feris immitiũ amabat.

Et idem *lib.* 2. ait, Tyburnam Sagubthinam fuiſſe fœminam Murrhi vxorem & bellatricem.

Teuca Illyricorum regina, viris fortiſſ. imperauit & Roman. vires fregit ſæpenumero. Fuit Argonis vxor.

Helerna, Iani filia, mortuo patre apud Tyberim regnauit, præfuitque viris ſine viri auxilio.

Candace, regina apud Meroëm principata eſt,

Digitized by Google

ta eſt, & imperauit Æthiopum genti, hæc refert Textor *in ſua officina in loco hic ante allegato.*

Idem Textor ponit de Amazonibus. Quæ ſolæ ſibi imperauerunt, ſuamque libertatem armis defenderũt, & vltra ſupra nominatas, fuerunt quamplures aliæ, videlicet Harpalice, Antianyra, Lampedo, Antiopa, Minythia, Harpe, Parthoë, Phebo, Othrera, Thaleſtris, Allea, Eribye, Archenis, Menalippe, Martheſia, Strongylios, Euriale, Philippis, Celenno, quæ fuerunt vltra ſupradictas. Et de his refert Curtius *lib. 5. de geſtis Alexandri*, his verbis: *Veſtis non toto amazonum corpori obducitur. Nam læua pars eſt ad pectus nuda, cætera deinde velantur, nec tamen ſinus (quem nodo colligunt) infra genua deſcendit, altera papilla intacta ſeruatur, qua muliebris ſexus liberos alant. Aduritur dextra, vt arcus facilius intendant, & tela vibrent.*

Stroza pater *lib. 1. Eroticon.* de quibuſdam ſic meminit:

Virginitas vltro ſeruata, & bellica virtus,
Magnum Orithya contribuere decus.
Lampedõ Hippolytem, Menalipem Iane videmus,
Illuſtres inter nomen habere viros.
His quoq; ſe comitem merito Martheſia iungit,
Nec caret Antiope laude, nec Harpalice.

De qua Harpalice habetur *in margarita poëtica, parte 2. tractat. 2. de commendationibus, oratione* 17. vbi multum ample laudantur mulieres.

Hinc & vlterius dicit idem Textor, quod I[illegible] mu[illegible]s, virorum obibant munera, [illegible]io, in bello, in venatione exer[illegible]æ cum viris in certamen aduerſus [illegible]enios fortiter deſcenderunt.

Olim Germanorum mulieres, inclinatam aciem, & iam ad Triarios vergentem reſtituerunt.

Bellouacæ mulieres, à Carolo Burgundorum duce, longa obſidione fatigatæ, mœnia defenderunt, & obſeſſorem è ſcalis in foſſam vrbis detruſerunt, reportatis ad ſuos vexillis.

Recitat Philippus Bergomenſis *in ſuo ſupplemento Chronic. lib.* 8. Quod cum Maximinus Imperator Roman. Aquileiam obſediſſet, in ea obſidione fœminæ Aquileienſes tantæ fuerunt magnanimitatis, vt cum nerui & funes, ad iacendas ſagittas, viris deeſſent, ſibiipſis capillos capitis præciderũt, & ex ipſis funes arcuum fecerunt, vnde poſtea in earũ gloriã tẽplũ Veneri caluæ ſenatus dedicauit.

Refert etiam Bergomen. *lib.* 12. quod in captione Calcidis Eubœæ ciuitatis, quæ nunc dicitur *Nigropons*, cuius eſt Epiſcopus quidam noſter Canonicus Heduenſis, ſuffraganeus epiſcopi Heduẽſis, qui dicitur magiſter Philipp. Brunet D. in Theologia, vir quidam doctiſſimus & literatiſſimus, fuerunt repertæ multæ mulieres armatæ, mortuæ in ſtrage dictæ ciuitatis, & hoc fuit anno Chriſti 1471. vt ibidem refert Bergom.

Gaditanæ mulieres à partu ſtatim ſurgũt, miniſteriaque domus obeunt.

Margarita, Henrici ſexti Britanniæ regis coniunx, aciem viri deficientem reſtituit.

Portia autem, cum apud Philipp. Macedoniæ campos Brutum maritum mortuum intellexiſſet; quia ferrum non dabatur, ore ardentes carbones hauſit. *Margarita poëtica vbi ſupra.*

Leſbia puella, murorum parte machinis Turcarum deiecta, oppidanis fugam, aut deditionem meditãtibus ſalutem peperit. Obtulit enim ſe primam impetui, & iaculis inimicorum, pro tutandis ipſis muris.

Amalaſumpta, Gothorum regina, principata eſt apud Rauennam, Burgundiones & Alemanos, Liguriam populantes, Italia pepulit, adiuuante Theodato, quem regni conſortẽ ſuſceperat. hęc & plura alia *Bergom lib.* 9.

Maria Puteolana, à Puteolis Campaniæ vrbe nomen adepta, bellica virtute maxime floruit ætate Franciſci Petrarchæ. Erat laborum apprime patiens. Ab ipſa iam inde adoleſcentia abſtinebat vino. Erat parca cibi, & verborum. Reiiciebat colos, penſa, & lanas, & cætera, quæ muliebrem decẽt molliciem: gaudebat arcubus, iaculis, pila, galea, ſcuto. Noctes perpetuas quandoque vigilabat; nec dormiebat, niſi coacta. Idque ſub dio, & humi reclinans caput in ſcutum pro puluinari, inter armatos verſabatur. Quod quãuis impudentiæ

Digitized by Google

pudentiæ ſpeciem præ ſe ferat;nihil tamẽ vehementius curauit, quam ſtudium virginitatis, in qua permanſit ad mortem vſque, cultum corporis aſpernabatur, quibus artibus bellicoſa admodum facta eſt.

Bona, Longobarda bellatrix, itidem puella floruit anno Dom. 1468. nupſit Brunorio Parmenſi egregio bellatori: A teneris annis luſtrabat ſyluas, venatricibus ſtipata canibus. Maritum in omni diſcrimine concomitabatur, quem, quum Alphonſus rex Siciliæ aliquando certa de cauſa in vincula conieciſſet, miſerta captiui fœmina, ad diuerſos principes, inſtar Pegaſarii curſor cucurrit, vt ab eis literas & patrocinium obtineret, pro viri ſalute, quod obtinuit.

De Ioanna, puella Franciæ, habetur apud Gaguinum, quod gladio in bello vtebatur, quem nacta erat in templo diuæ Catharinæ, exiſtente in agro Turonenſ. vtraque parte liliis inſculpto, quem petit ſibi afferri, licet nũquam eo in loco fuiſſet, & regnante Carolo VII. de quo per Gaguinum *in ſuis Chronicis, lib.*10. Cum Angli omnia populandi cauſa paſſim irrumperent, & iam proſpero fortunæ zephyro adiuti, nihil ſibi non pollicerentur, deſperatis Gallorum rebus abfuit ipſa Ioanna virgo, quæ attritos Gallos animans ad vltionẽ, & libertatis gloriam: prima belli campum ingreſſa non prius ſuos hortari, & ipſa certare deſiit, quam hoſtem in fugam verteret, reportata victoria.

De ea etiam habetur per Berg. *libr.* 15. vbi dicit, quod Carolus VII. Francorum Rex auſpicio & ductu huius puellæ, regnum perditiſſimum recuperauit, & Benedict. *in ſua rep. c. Rayn. in verb. duas habens filias. num.* 14. *extra de teſtam.* vbi ponit verba Gaguini. Et vide etiam tex. *in loco hic antea allegato.*

De Eliſabeta autem Ferdinandi regis Arragonum vxore, & Hiſpaniarum regina, quãta fuerit circa arma, quantum pro fide Chriſtiana debellauerit, Granatarios, & alios populos finitimos ſubiugando, & ad fidẽ Chriſtianam reducendo, atteſtatur Bergo. *lib.* 16. vbi ample.

His poſſet annumerari Ioanna, Caroli Calabriæ ducis filia, quæ fuit potentia, moribus & animo robuſtiſſima & illuſtriſſima fœmina: vt refert Bergomenſis, *lib.*13.

Ioanna etiam, regina Neapolitana, ſoror regis Ladislai huius nominis ſecundi, virilem animum in pectore gerebat, vt dicit idem Bergomenſis *lib.*4.

Non ſunt tacendæ mulieres, de quibus *Luc.*24. quæ ſequebantur Dominum euntem ad paſſionem, plangentes, & lamentantes, & non terrebantur vlla armatorum militum furioſa ſæuitia, & etiam habetur *Ioan.*20. vnde de illis potuit, & poteſt dicere Dominus illud Boëtii:

Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.

Ad tot millia mulierum conuertendus eſt animus, quæ ſæuiſſima tormenta, crudeliſſimasque cædes, pro Chriſti amore fortiter, & cum magna fortitudine & patientia tolerauere, vt patet de Vrſula, & vndecim millibus puellis eius, & de pluribus aliis, vt habetur per Bern. de Buſtis *in 2. par. ſui Roſarii, ſerm.* 28. *in prin.*

NOna conſideratio. Mulieres etiam ex ſapientia, & ſcientia, quandoque laudem meruerũt, prout & laudãdæ ſunt. Quoniam ſapiens mulier ædificat domum, *Prou.* 14. Et multæ mulieres fuerunt doctæ, quæ in multis ſcientiis claruerunt, & Textor *in ſua officina, in cap. mulieres doctæ.* enumerat 64. & vltra, quæ multum doctæ fuerunt, quas hic enumerare intendo cum pluribus aliis.

Primo, ſecundum numerum illius, ponit tres Corinnas, quarum vna fuit Thebana, altera Theſpia, alia Ouidiana dicitur, cum chariſſima illi poëtæ fuerit. Prima Thebana, ſeu Tanagrea Archelodori & Procratiæ filia, & Mitthidis diſcipula, quæ Lyricorum principem Tyndarũ quinquies viciſſe, & epigrammatum quinqne libros edidiſſe fertur. Et de hac Propert. *lib.* 2.

Et ſua cum antiqua committit ſcripta Corinna.
Statius, *lib.* 5. *Syl.*
Sophronaq; implicitũ tenuiq; arcana Corinna.
Paptiſta Pius.
Nec tetigit dulcem trina Corinna lyram.
Idem.

Idem.

Non tres dulciloquo præſtent ſermone Corinnæ.

Politianus.

Sed Tanagrea ſuo mox iure poëtria riſit.

Secunda fuit Theſpia, veterum quoque monumentis celebrata.

Tertia floruit Ouidii temporibus poëtæ clariſſimi: de hac Martialis:

Notat Naſonem ſola Corinna ſuum.

De Myrthide, Politianus in nutritia facit mentionem, de qua infra dicam, & Franciſcus Patritius *in lib. 4. tit. 6. de inſtitutione reipublicæ*, vbi dicit, quod habuit magnam laudem, ſed longe fuit præſtantior eius diſcipula Corinna, de qua hic ante.

De Erinna, poëtria Veia aut Delia, (eſt enim Delos inſula prope Gnydō) floruit Dionyſii Syracuſani temporibus: ſcripſit Dorica lingua elegans poëma trecentis verſib. abſolutum. Alia item epigrammata. ferunt eius carmina ad Homericam acceſſiſſe maieſtatem, mortua eſt annos 19. nata. de hac Propertius *lib. 2.*

Carminaq; Erinnes non putat æqua ſuis.

Paptiſta Pius.

Erinnam credet Græcia docta ſuam. Idem.

Non melior coluiſſe ſacras Erinna ſorores.

Fuit contemporanea Sapphus. In eam elegans eſt apud Græcos diſtichon, cuius talis habetur ſenſus: *Quanto Erinna in Lyricis Sappho præſtantior, tanto Sapphus gloria Erinnam hexametris præcellit.*

Sappho, Lesbia, Lyrica, floruit temporibus Alcæi, & Steſichori poëtarum. Maritum habuit Cercylam ditiſſimum virum ex Andro, ex quo filiam ſuſcepit Clio nomine, ſcripſit Lyricorum libros 9. præterea Epigrammata, Elegias, Iambos, & Monodas, carmini Sapphico (cuius inuentrix fuit) dedit nomē. Sunt qui dicant aliam fuiſſe Lesbiam, poëtriam quoque, quæ adoleſcentem Phaonem adamauerit, & è Leucade in aquas ſe dimiſerit, vtracunque fuerit, vnam tantum commendant Latini poëtæ.

Statius *lib. 5. Syl.*

Steſichorusq; ferox, ſaltusq; ingreſſa viriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Sidonius.

Aut quod compoſuit puella Lesbi.

Paptiſta Pius.

Maſcula quæq; ſuos cantat moritura calores,
Leucadii Sappho crimen, honorq; freti.

Philippus Bergomenſis vero, *lib. 4. ſui ſupplementi Chronic.* dicit, quod Sappho Ereſia, diuini ingenii poëtrix, anno mundi 4576. claruit, & plectrum prima inuenit: hæc viro ditiſſimo nupſit, ex quo Didam filium ſuſcepit, habuitque diſcipulas Anagoram, Mileſiam, Congillam, Colophoniam, Euthemiam, & Salaminam: quas etiā Lyricos quoſdam verſus docuit: ſcripſit autem hæc modulos Lyricos, Epigrammata, Elegiam, Iambos, & Monodas. Fuit quoque vates nobiliſſima. Et ex his dictis, à Philippo Bergomenſi ſunt annumerandæ hic ſex mulieres doctæ, de quibus non meminit Texcor: videlicet prædictæ Anagora, Mileſia, Congilla, Colophonia, Euthemia & Salamyna: ex quo et ſupradictis iam connumerabis 12. mulieres doctas & ſcientiam habentes.

Pro 13. ergo annumerabis Pollam argentariam, quæ Lucani fuit vxor, vt teſtatur Martialis.

Hæc eſt illa dies, quæ magni conſcia partus,
Lucanum populis, & tibi Polla dedit.

Tanta fuiſſe dicitur doctrina, vt maritum iuuerit in emendandis tribus primis libris Pharſaliæ.

Statius *lib. 11.*

Huc caſta titulum decusq; Polla,
Iucunda dabis alloquutione.

Sidonius.

Quid, quod duplicibus iugata rhedis Argentaria Polla dat poëtas. Eadem, inceptos à marito permultos verſus, perficiebat pari grauitate & elegantia.

Pro 14. annumerabis Aſpaſiam mulierem Mileſiam, quæ doctrinæ fama claruit. Periclis magiſtra, & tandem vxor fuit: in ſtudiis philoſophicis abunde promouit, rhetoricen exercuit, & tempore Socratis doctiſſima, à qua Socratem philoſophum ſanctū ſe didiciſſe quædam non pudeat confiteri, vt habetur *in Margarita poëtica 2. parte, tract. 2. orat. 17.*

Cleobulina

Digitized by Google

Cleobulina Cleoboli Lidii (qui fuit vnus ex ſeptem Sapientibus Græciæ) filia, ſcripſit ænigmata quædã hexametris verſibus, quorum vnus adhuc extare fertur:

Eſt vnus genitor, nati bona pignora bis ſex,
Triginta, cuius natæ ſed diſpare forma.
Hæ niueæ aſpectu, nigraque coloribus illæ
Atq; immortales omnes, moriuntur ad vnã.

Et de ea etiam facit mentionem Bergom. *lib.*4. cum loquitur de Cleobolo eius patre.

Pro 16. inuenies Cornificiam, ſororem Cornificii poëtæ: quæ & ipſa fuit poëtrix memoratu digniſſima, & ipſa tempore ſuo, quod fuit anno 33. ante Chriſti aduentum, tanto poëtico effulſit dogmate, vt non Italico lacte nutrita, ſed Caſtalio videretur latice. Cornificio prædicto germano fratri, æque eſſet gloria illuſtris: hæc quippe, non contenta pulcherrimis valuiſſe verbis, niſi vt Helicon carmen deſcriberet, atque plurima & inſignia deſcripſit epigrammata, quæ tempore diui Hieronymi, vt ipſe teſtatur, extabant: quibus virtutibus perpetuum ſibi acquiſiuit nomen. hæc Philippus Bergomenſis *lib.*7.

Lilia, Lilii filia reddidiſſe dicitur in loquẽdo paternam eloquentiam elegantiorem.

Hortenſia, Hortenſii Romani oratoris filia, poſt patrem nõ ſolum patris facundiam, & doctrinam amplexa fuit, ſed etiam ipſius pronunciandi ſplendorem ſeruauit, quem ſcilicet oportunitas exquiſiuit, & qui ſæpiſſime in viris doctiſſimis deficere conſueuit. hæc & alia dicit Philippus Bergomenſis *lib.*7. Eiuſdem ratio apud Triumuiros habita legitur, non tantum in ſexus honorem, vt per Valerium, *lib.*8. *tit. de mulieribus cauſidicis, in fine.* Liciniæ quoque Lucii Craſſi filiæ, quarum in dicendo lepos ab eorum patre emanauit.

Mutiæ duæ filiæ ab vtroque parente eloquentiam didicere.

Pro 20. annumerabis Corneliam, vxorem Africani & matrẽ Gracchorum, quæ epiſtolas reliquit ornatiſſime ſcriptas: vnde & filiorum fluxit eloquentia, vnde Quintilianus: *Nam Gracchorum eloquentiæ* (inquit) *multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem, cuius doctiſſimus ſermo, in poſteros quoque eſt epiſtolis traditus.*

Anaſtaſia, illuſtriſſima Romana mulier, Publii Romani potentiſſimi vxor, diſcipula Griſogoni martyris fuit, eius mariti ſimulato morbo thorum euitauit. ſcripſit epiſtolas ad Griſogonum. Hæc enim bonarum literarum eruditiſsima fuit, vt refert Berg. *lib.* 8.

Damophila Græca, quam hic ponam pro 22. vxor Pamphili, ſocia Sapphus poetriæ, poemata ſcripſit amatoria, & laudes Dianæ.

Hyptathia, mulier Alexandrina Theonis geometræ filia, & vxor Iſiodori philoſophi, vixit imperante Archadio, ſcripſit in Aſtronomiam, profeſſa eſt Alexandriæ varia diſciplinarum genera, magno & frequenti auditorio, conuolantibusque turmatim & vndique diſcipulis.

Leontium, Græca adoleſcentula, inter prædictas mulieres doctas erat, cum philoſophicas diſciplinas adeo ſectata fuerit, vt etiam non dubitauerit, cum magna ſui nominis laude, in Theophraſtũ philoſophum alioqui laudatiſsimum, ſcribere. Pamphila ſcripſit commentarios in Grammatic. citatur à Gellio.

Praxilla Sicyonia, fuit poëtria, quæ in ſuis carminibus, Adonidem induxit ab inferis interrogatum, quid apud ſuperos pulcherrimũ reliquerit: reſpondere, ſolem, cucumeres, mala: quod cum vehementer inſulſum videretur cucumeres & mala cum ſole componere, fluxit inde prouerbium, *Stultior Praxillæ Adonide*, in homines nullius iudicii.

Phemone, prima Apollinis Delphici vates fuiſſe, carmenque Heroicum inueniſſe dicitur, autor Textor, vbi ſupra.

Soſipatra, vates fuit Lyda multis diſciplinis cumulatiſsima, quam propterea creditũ eſt à numinibus quibuſdam fuiſſe educatam.

Theano, mulier fuit apud Locros in Lyricis præcellens, alia fuit, Metapontina ſeu Creſſa genere, mulier Pythagoræa, vxor Brotini Crotoniatæ, quæ ſubſcripſit commentarios in philoſophia, poemata quoque & apohthegmata Pythagorica.

Pro 30. ponemus Zenobiam, de qua iam

apud Clerium permittere amoueri poſſe, & ad alium locum transferre, licet impedimento eſſet ſacerdotibus illius eccleſiæ, prout refert Gaguinus *in ſuis chronicis, lib.* 10.*c.*1.*&* 2. De priuilegio & fauore quantum ſit accuratè fauendum ſepeliendis cadaueribus ponit Io. Andreæ *in rubr. de ſepult. & ibi etiam Card. Zab.* Et vide, quæ dicit D. meus Iaſ. *in l. furioſum. in* 2.*col. C. qui teſta. facere poſſ.* quod cadauera de iure debent deferri ad ſepulturam cum ſonis, & cantibus pſallentium. text. *in c. qui diuina.*13.*q.*2. *& in c. vbicunque. eadem cauſa, & quaſt.* Alc. *in l. ſi cum dotem.* §. *ſi maritus. in vlt. col. ff. ſoluto matrim.* Dicit tamen Pau. de Caſt. *in l. non oportet. C. de his, quibus vt ind.* Quoddam teſtamentum cuiuſdam doctoris Paduani, qui in teſtamento inter cætera ordinauit, quod ipſo mortuo cadauer ſuum ſine planctu deberet deferri ad Eccleſiã, fuiſſe beſtiale: quod quomodo intelligatur, vide Dominum meum Iaſ. *in d. l. furioſum.* Et etiam quantum cadaueribus ſepultis honoris debeatur, vide eundem Benedicti *in loco ſupra allegato*, vbi ample, & Cælium, *lib.* 9. *ſuarum antiquarum lect. cap.* 44. vbi ponit de religione ſepulchrorum.

Aduerte etiam, quod in tantum ſunt honorandi defuncti, quod eis non debet fieri iniuria, vt dixi *in mea monologia, in verb. iniuriã. & in verb. defunctus.* & quod reuerentia ſit exhibenda mortuo, etiam dictum eſt *ſupra in* 1. *parte, in* 74. *conſiderat.*

SExta conſideratio erit de pompis funeralibus, quæ hodie fiunt apud nos pro principibus & magnatibus, in quibus fuit multa valde excellentia, & vbi omnes domeſtici, officiarii aſſiſtunt, & ante deferunt omnia defuncti inſignia: & ad hoc congregantur parentes, & amici: præcipue in quadrageſimum diem poſt obitum, quo die fieri ſolent exequiæ funerales. Ideo videndum eſt, vnde tales pompæ habuerunt initium.

Legitur enim *Geneſ.* 50. *c. iam alleg.* quod cũ Iacob mortuus fuiſſet, poſt benedictionem ſingulam ab eo impertitam filiis ſuis (ex quibus fuerunt duodecim tribus Iſraël, iuxta numerum filiorum eiuſdem) cernens Ioſeph obitum patris, ruit ſuper faciem illius, flens, & deoſculans eum, præcepitque ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Quibus iuſſa explentibus tranſierunt quadraginta dies. Iſte quippe (vt dicit textus) mos erat cadauerum conditorum. Fleuitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis, in hæc verba: *Si inueni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini auribus Pharaonis. Eo, quod pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in ſepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac reuertar.* Dixitque ei Pharao: *Aſcende, & ſepeli patrem tuum, ſicut adiuratus es. Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes Senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ AEgypti. Domus Ioſeph cum fratribus ſuis abſque paruulis, & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerunt in terra Ieſſen. Habuit quoque in comitatu currus, equites, & facta eſt turba non modica. Veneruntque ad arcam Achad, quæ ſita eſt trans Iordanem, vbi celebrantes exequias magno planctu, atque vehementi, impleuerunt ſeptem dies.* & ſequitur: *Et portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in poſſeßionem ſepulchri, ab Ephron Chetheo, cõtra faciem Mambre.* Ex quibus facile deprehendi poteſt, quod iam in antiquo teſtamento fiebant pompæ funerales in pluribus etiam in ædificiis & ſepulchris, vt habetur 1. *Macchabæor.* 13. *cap.* pompæ funerales fuerunt permiſſæ, vbi dicitur: *Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrum patris ſui, & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide polito, retro, & ante, & ſtatuit ſeptem pyramides, vnam contra vnam, patri & matri, & quatuor fratribus: & his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma, ad memoriam æternam, & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare.* Etiam habetur de Chriſto, quod Ioſeph ab Arimathia, & Nicodemus, ſepelierunt eum honorifice, vt habetur *Ioan.* 19. *in fin.* vbi dicitur: *Venit ergo Ioſeph, & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum. Acceperunt autem corpus Ieſu, & ligauerunt cum linteis, cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæorum ſepelire. Erat autem in loco,*

vbi cru-

Digitized by Google

vbi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquā poſitus erat. Quod & prophetizatum fuerat, vt dictum eſt *in præcedenti concluſione, in principio.* Ideo videntur tales pompæ permiſſæ, ita, quod non peccant, eas facientes, prout tenet Io. de Turrecremata *in c. anima defunctorum. col. 4. 13. q. 2. & eadem cauſa, & quæſt. in c. cum grauis.* dicit, quod tales pompæ in luminaribus pannis, & aliis ſumptibus, proſunt animabus defunctorum: ſi non per ſe, ſaltem per accidens, in quantum per talia homines excitantur ad compatiendum, & per conſequens ad orandū pro eis, in quantum pauperes inde fructum, & eleemoſynas capiunt, & eccleſiæ decorantur. Etiam, vt habetur *Tobiæ 12.* Sepelire mortuos, eſt opus pium, & inter cæteras eleemoſynas computatur, vt dixi *infra in vltima parte, in 29. conſideratione.* & prout tenet Io. de Turrecre. in dictis locis, accumulans aliquas concluſiones, quas vide.

De huiuſmodi pompis funeralibus, cura ſepulchrorum, & laudandis defunctis, ſcripſit Volaterranus *in philologia lib. 31. c. fin.* & in principio damnat funeris ac ſepulchri pompam, quam præcipue (vt ait) inter Chriſtianos ſacerdotio dicati expetere non debent. Auguſt. *de ciuitate Dei.* Sepulchrorum memoriam, ſumptusque funeris, magis viuorum conſolationem dicit eſſe, quam defunctorū vtilitatem. Ambroſius in ſermone: *Quid proſicit* (inquit) *ſepulchrorum ſuperbia, damna ſunt potius viuentium, quam ſubſidia mortuorum.* Et Gregorius, vt recitatur *in d. c. animæ defunctorum.* ait: *Curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum magis ſunt viuorum ſolatia, quam ſubſidia mortuorum.* Tu tamen tene, quod proſunt, aut prodeſſe poſſunt, modo ſupradicto: & etiam comprobo iſto medio: quia ibi potius ſepeliendi ſunt homines defuncti, vbi fit maior concurſus populi, vt eſt text. *in c. vbicunq. 13. q. 2.* & not. *in d. cap. cum grauis.* vbi videtur aſſignari ratio; quia, quoties ad ſacra loca veniunt fideles Chriſtiani, & defunctorum ſepulturas aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. De laudibus funerariis (de quibus infra) quomodo fieri debēt, ſcripſit Blondus *in 2. lib. de Roma triumphante.* Et quomodo ſit honor corpori ſepeliendo in appoſitione florum, & odoramentorum, in funeribus etiam & ſuper tumulo, qui mos adhuc hodie apud nos obſeruatur.

Laudare vero defunctos, vetus eſt (vt ait ibi Volaterran.) conſuetudo, cœpitque apud Græcos iam inde à Pericle, qui, teſte Thucydide, primus defunctos in bello Peloponnoſiaco, pro concione laudauit. G. Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in ver. mortuo itaque teſtatore. primo. num. 62. extra de teſtam.* ait, quod à Solone ortum habuit, qui è ſeptem ſapientibus vnus, vrbem Athenarum, quaſi nouam ciuitatem moribus ac legibus condidit. Hic tantus ac talis philoſophus inſtituit, vt clariſſ. virorum laudes in funere prædicarentur. Qui teſte Gell. *lib. 16.* Tarquinio Priſco, Romæ regnante, leges Athenien. dedit. Et ſic huius rei autor (vt Anaximenes orator dicit) antextitit. teſtis Plutarchus *in vita Valerii.* Apud Romanos vero Valerius Publicola, primus collegam ſuum Brutum, funebri oratione laudauit: quæ adeo grata iucundaq; Romanis fuit, vt ex eo conſuetudo manſerit, vt qui ſtrenue pugnando obiiſſet, ab optimatibus laudaretur.

Apud Romanos deinde, autore eodem Plutarcho, *in vita Camilli,* cum mulieres ornamenta aurea, quibus circa opus vtebantur, ad conficiendam pateram, in Delphum mittendam, contribuerint, Senatus decreuit, vt quemadmodum pro viris, ita etiam pro fœminis, in funere orationem haberi liceret, teſtis eſt Polydorus *de inuentoribus rerum. lib. 3. c. 10. in fin.* Liuius tamen ſcribit de auro collato, cum in publico deeſſet aurum, ex quo pacta merces, Gallis arcem oppugnantibus, confitetur, id fuiſſe à matronis ex monilibus collatum. Proptereaque inſtitutum, vt earum quoque, ſicut virorum, poſt mortem ſolennis eſſet laudatio. Hinc igitur defunctos laudandi mos defluxit, quem nos hodie ſeruamus, vt fere in toto regno Franciæ, die ſepulturæ, laudes prædicantur defunctorum, & etiam nobilium, & matronarum, ſeu burgenſium.

Modum vero funerandi principes, vide apud Herodianum *in Commodo*: quem morem, hodie in ſummis Pontificibus & Cardinalibus ſeruari, dicit Volaterranus *in loco ſupra alleg. c. de modo funerand.* Et eſt mirabilis & fere incredibilis excellentiæ, apud nos Chriſtianos, ſaltem in Gallia: vbi fit pompa ſumptuoſa, pro regibus & principibus in delatione inſigniorum ante corpus per officiarios, & domeſticos in veſtibus tetris, in tædis, & cereis, fere innumeris, in equis paludatis, ſeu pallio frenatis, in armis, in pannis etiam ſericis nigris, quibus locus ſepulturæ, & defuncti, decorantur. In comitiua, & aſſociationibus corpus, per dictos officiarios & ſubditos, in cantibus & pſalmis piis, & in prædictis orationibus & declamationibus, ex quibus magnum honorem præbent huiuſmodi defunctis, & de his putant illuſtrandos, de origine nouendialis, ſeptimanique ſacrificii: quod primum à funere fit. Item de ordine, & modo apud priſcos offerendi funeris ad ſepulchrum, & de funebri pompa, vide Polyd. *in d. loco, lib. 6. cap.* 10. Legitur, quod Alphonſus patrem ſuum Ferdinandum, decem ac ſeptem aureorum millibus funerauit, magno pietatis argumento.

Item Alexander, in tantum coluit Ephestioné, vt eo mortuo, propugnacula vrbium diripi, equos, muloſque tonderi, pleroſque gregarios homines interfici, ad mœroris argumentum iuſſerit, idque vocauerit Ephestionis inferias. In eius quoque exequiis decem millia talentûm profudit, ſecundum Plutarchum, & Arrianum.

SEptima conſideratio. Cum fœmina, ſeu mulier, ſit adiutorium ſimile homini, *Geneſ.* 2. & maſculum, & fœminam creauit eos Dominus, *Geneſ.* 1. & os ex oſſibus hominis, & caro ex carne illius, *Gen.* 2. Ideo eſt eidem fœminæ adhibendus honor inter alias res mundi. Cum omnia, quæ dicta ſunt de homine in genere, quod ad imaginem, & ſimilitudinē Dei, creatus eſt homo, ita & fœmina. Maſculū enim & fœminam creauit eos, vt habetur *Geneſ.* 1. & vt habetur *Eccleſia.* 17. loquendo de excellentia hominis maſculi, & mulieris: conſilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis ſcientiā ſpiritus, ſenſu repleuit cor illorum, & mala, & bona oſtendit illis. Poſuit oculum ipſorum ſuper corda illorum, oſtendere illis magnalia operum ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius. Addidit illis diſciplinam, & lege vitæ hæreditauit illos. Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & iuſtitiam, & iudicia ſua oſtendit illis, & magnalia honoris eius vidit oculus eorum, & honorem vocis audierunt aures illorum. Imo mulieres faciunt gloriam hominibus, & non poſſunt homines ſeparari ab eis. vt habetur *Eſdræ* 3. *c.* 4. Verum, vt ibi dicitur: fœminæ hominibus dominantur. Dicit tamen Apoſtolus 1 *Ad Corinth.* 11. transſumptiue *in c. hac imago. & c. pen.* 33. *q.* 5. quod mulier debet velare caput: quia non eſt gloria, aut imago Dei, ſed gloria viri. Quod dictum Apoſtoli, quomodo intelligatur, vide Io. de Turrecremata *in d. c. hac imago.* Item, mulieres plus appetunt gloriam, & multū cupiunt laudari, vt dicit Guil. Benedicti *in ſua repetit. c. Rayn. in verb. Cuidam Petro tradiderunt, nu.* 38. *de teſtam. extra.* vbi dicit, quod mulier habet duo. Vnum; quia cupit laudari. Secundo; quod ſemper affectat extrinſece ornari. De quibus ibi vide.

OCtaua conſideratio. Mulieres laudari poſſunt ex multis: ex magnanimitate, ſcilicet fortitudine, ſapiētia, induſtria, ex pudicitia, & honeſtate, & pulchritudine, & clementia, ex liberalitate, ex deuotione, ex fortitudine omnium: prout habetur *Eſdræ* 3. *c.* 4. *ſupra allegato.* Vbi diſputatum fuit de fortitudine mulierum. Et finaliter fuit concluſum. forte vinum, fortis rex, fortiores ſunt mulieres, vt ibi: vbi tandem concluditur, quod ſuper omnia vincit veritas, vt alibi dicam. Imo, ſunt excellentiores viro, cum vir ſit ex limo terræ, & mulier de coſta viri, & ſic de materia digniori. Item, Adam fuit factus extra paradiſum, ſc. in agro Damaſceno, vt dicunt doct. ſuper *Geneſin* 2. Eua vero in Paradiſo facta eſt.

Ita

Ita dicit Bernardinus de Buſtis *in 2.par. ſui Roſarii. ſermo. 28. 2.part. in litera* E. Et habetur *in c. illud 40. diſtinct.* De fortitudine hic parum dicam, ſed me remitto ad ea, quæ dicturus ſum *infra in vlt. par. in 26. conſideratio.* vbi ponam, quæ res ſit fortiſſima.

Et magnanimitate, prout fuit Minerua, quæ multa prælia commiſit. De qua Aug. *de ciuit. Dei, lib. 18. c. 8.* dicit, Anno 58. ætatis Iſaac, Ibim, apud Tritonidem lacum, apparuiſſe. Ipſam enim ferrum in arma arte conuertere, armis corpus tegere, aciem bellantium ordinare, leges omnes, quibus eatur in pugnam, edocuiſſe fertur, vt atteſtatur Cicer. *in 3. de Nat. Deorum.* Hæc & multa alia adinuenit, de quibus per Philippum Bergomenſem, *in ſuo ſupplemento Chronic. lib. 3.* Vbi dicit, quinque fuiſſe Mineruas. Sed hæc bellicoſa fuit mater Apollinis. Author etiam eſt Beroſus dicens, quod virgo Pallas apud Tritonidem lacum omnem militiam prima Lybicos docuit.

De Diana inſigni virgine Apollinis Delphici ſorore, quam Cicero *libro eodem de natura Deorum*, præcipuam inter alias Dianas, & nominatiſſimam, aſſeruit. In pretio enim fuit non modico, vt refert idem Philippus *eodem libro.* Orionem vero Neptuni filium vitiare volentem occidit.

De Arthemiſia etiam Halicarnaſeorum regina, quæ virili robore, & audacia, ac militari diſciplina plurimum valuit, & multis triumphis, maieſtatem ſui nominis exornauit, quoniam poſt viri mortem, ad tempus ſepoſitis lachrymis, bis arma ſuſcepit. Primo, vt patriæ ſalutem tutaretur. Secundo, vt ſocialem fidem requiſita, ſeruaret, Rhodios nauali prælio ſuperauit, & Rhodum ipſam ſibi vendicauit. Iuſtinus etiam, *lib. 5. epitomarum* dicit, Arthemiſiam, in auxilium Xerxi, contra Græcos veniſſe, inter primores duces acerrime bellaſſe, hæc dicit Philippus Bergomẽſis *lib. 5.* Hæc Arthemiſia, Mauſolo marito mortuo ſepulchrum erexit, inter orbis miracula annumeratum. Cuius altitudo attollebatur 25. cubitis, cingebatur col. 36. patebat ab auſtro, & ſeptentrione 63. pedes: toto circuitu continebat pedes 411. ipſum ab oriente cælauit Scoppas, à ſeptentrione Briax, à meridie Timotheus, ab occaſu Leocares. hæc dicit Textor *in ſua offic. c. ſeptem orbis miracula.*

Semiramis, magni Nini Aſſyriorum regis vxor, anno à natiuitate Abrahæ duodecimo, regnandi libidine tota pruriens, petiiſſe fertur à marito Nino, vt quinq; tantum dies imperaret, & ſceptro vteretur, quod cum exoraſſet, ſatellitibus iuſſit, Ninum vt interficerent. Hoc itaque modo regnũ conſecuta, Aſſyriis dominata eſt, & quadraginta duobus annis regnauit. Hæc quippe mortuo marito, cum iuuencula admodum haberetur, eiuſque vnicus filius nomine Ninus, puer tenellus eſſet, non æſtimans tutum eſſe, imperium tam grãde filio tenello committere, cũ eſſet animo ingenti, quodã muliebri aſtu malitia excogitata (vt Iuſtinus *in primo Epitomarũ* ait) hoc modo decipere exercitum cogitauit, non contenta à viro acquiſitos terminos tueri Æthiopiam ſuo adiecit imperio. Indis etiã bellum intulit implacabile, quo præter illam, & magnum Alexandrũ, nemo vnquam intrare præſumpſit. Multaſque ciuitates alias condidit, & fœmoralium vſum primo excogitauit. Hæc & plura refert Philippus Bergomenſis *lib. 3.* Et habetur *in hiſtoria ſcholaſtica, &* ſecundum Lyram *Gen. 9. c. ſuper verb. & ingentia facta peregit.* Et quædam ex ſupra dictis dicit Textor *in ſua Officina. c. mulieres bellicoſæ.* Et G. Benedicti *in ſua repet. c. Raynut. in verb. duas habens filias, in initio extra. de teſtam.* Vbi etiam dicit, quod Pythadoris Ponti regina, ſuſcepto regno, multa in Ponto geſſit prælia, cui ob eius virtutes Tyberini & Chaldæi vſque in Colchidẽ ſeſe vltro ſubdidere. Hæc quippe fuit inſignis mulier, vt deſcribit Philippus Bergomenſis *in ſupplemento Chron. lib. 7.* quem tamen non allegat Benedicti *in loco his ante allegato.*

Dicit etiam de Cleopatra, Aegypti regina, quod cum Antonio eius viro in Attiaco bello fuit, imo cum mortuo iam Cæſare, Antonius laſciuientibus momordiſſet oculis, & in amorem ſui pellexiſſet, præter Syriæ & Arabiæ regnum, auſa eſt imperium quo-

que Romanum ſperare. Quum ergo magis indies creſceret libido principandi, imperium ipſum ab Antonio petere non dubitauit. Quod cum exoraſſet, ſumptis cum eo armis, in Auguſtum, eiuſque generum Agrippam, copias duxit, mouitque bellum, cuius fortuna anceps aliquandiu pependit, hæc Textor *in ſua officina, loco hic ante allegat.* & Bergomen. *in lib.* 7.

De Martheſia, Marſepia, & Lampedone, quæ fuerũt primæ reginæ Amazonum, quomodo floruerunt in exercitu armorum, ponit Philippus Bergomen. *lib.* 2. Et ibi ponit, quomodo Amazonum mulierum tanta fuit virtus, quod relicto virorum & principatu, & commercio, ſolæ ſibi imperauerunt, ſuamq; libertatem armis defenderunt.

De Mannia ſeu Mannica Ægyptiorũ habetur, quod ante Chriſtum 377. regnauit in Ægypto, & defuncto eius viro ſuæ gentis gubernacula ſuſcipiens, ob animi præſtantiam viribus auctis, Romanis quam maxime formidabilis fuit, & frequentibus bellis Romanorum opes attriuit. Etiam Palæſtinorum, & Arabum limites, oppida, vaſtauit. hoc dicit Philippus Bergom. *lib.* 9. & Benedicti *in loco ſupra allegato*, tacendo authorem.

Pentheſilea, Amazonum regina, muliebrẽ aſpernata molliciem, operibus ſemper, quæ virum decent, innutrita eſt. Troianis fauit contra Græcos: fuitque vexillifera, & turmas equitum duxit. Vnde Proper. *lib.* 5. ſic ait:

Auſa ferox ab equo quondam oppugnare ſagittis,
Meotis Danaum Pentheſilea rates.
Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem,
Vicit victorem candida forma virum.

Et Virg. *lib.* 1. *Aeneidos:*

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens, mediiſq; in millibus ardet,
Aurea ſubnectens exerta cingula mamma,
Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.

Et ait Pamphilus:

Non probo pelatas inter quæ tela cateruas,
Hectore ſub forti ſanguinolenta tulit.

Hæc Textor vbi ſupra. Et plura etiam de ea dicit Bergomenſis *Lib.* 4. & Benedicti *in loco hic ante allegato*, tacens autorem.

De Camilla, Volſcorum regina, dicit Textor, quod cunabula ipſius manifeſtum futuræ virtutis lumen promiſerunt. Nam ab ipſa iam tum infantia non molliculis inuoluta eſt pannis, non à blandientibus nutriculis educata, ſed à patre Metabo in mediis ſyluarum latebris ferino lacte paſta eſt. Relictis demũ crepundiis, paulo prouectior facta, neque tractandis inſueuit lanis, nec fuſos, aut penſa manibus accepit, ſed ferinis amicta pellibus fundas cœpit circumagere, complicare arcus, ſagittas torquere, ceruos & capreas laſſare curſu. Cui virtuti adiecit ſtudium virginitatis. Orto demum inter Turnum & Æneã bello, Rutulis adhæſit, fuitque ductrix copiarum: quam eius virtutem Virg. *in fin.* 7. ſic deſcribit:

Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas,
Bellatrix non illa colo, calathiſue Mineruæ,
Fœmineas aſſueta manus, ſed prælia virgo
Dura pati, curſuque pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas,
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Hæc textor vbi ſupra.

Et de ea Philippus Bergomenſis *lib.* 4. & Benedicti *in dicto loco*, tacendo ſemper autorem, ſc. Philippum Bergomenſem.

Tomyris, regina Scytharum, cum audiſſet ſuorum cædem, & filii vnici mortem, fœmineis poſtpoſitis lacrymis, Cyrum I. Regem Perſarum, ad montium anguſtias perduxit, ibidemque, cum ducentis millibus obtruncauit. hæc Bened. vbi ſupra.

Zenobia, Palmyrenorũ regina, poſt mortem Odenati mariti ſui, imperium arripuit in Syria. Nec dubitauit arma capere in Aurelianum Imperatorem, à quo victa, in triumphũ ducta eſt. Cum autem probro daretur ipſi Aureliano, quod de ea triumphaſſet, *Nihil* (inquit) *me pudet de fœmina triumphaſſe, quæ virtute plus quam virili ſit prædita.*

Vnde Pontanus:

Qualis AEthiopum quondam ſitientibus aruis,
In fuluum regina gregem ſeſe armat, & audet

Sola

Digitized by Google

Sola pedes ſeſe irato obiectare leoni,
Inſignique arcu, & duplici Zenobia telo.

Hæc Textor vbi ſupra.

Et de ea ample per Phil. Bergomen. *lib.* 8. quem recitat Guil. Benedicti *in loco hic ante alleg.* illum tacendo.

Calepinus vero in ſuo *Dictionario*, dicit, quod hæc Zenobia fuit mulier, quæ à Ptolemæis originem ducens, Græcis ac Latinis literis ornatiſſ. nec non & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra, Syriæ vrbe regnauit. Hæc cum Saporem Perſarum regem ſuperaſſet, tandem ab Aureliano Aug. victa, Romam in triumphum ducta: quæ in vrbe ſummo in honore obſenuit, à qua Zenobia familia nuncupata eſt.

De Clœlia virgine Romana habetur, quod Porſenna vrbem obſidente cum Hetruſcis, quorū rex erat, noctu Tyberim transfretauit, obſes regni data: quo facinore, Porſenna rex à Romanorum obſidione deſtitit. de qua Valerius *lib.* 3. *de fortitud. c.* 250. vbi dicit illam puellam, lumine virtutis præferendam viris, vt dicit & refert Benedicti *in loco hic antedicto.*

De Iudith habetur *Iudith.* 13. quod abſcidit caput Holofernis inimici Iudæorum: ex quo per Oziam magnum ſacerdotem, fuit ei dictum: *Benedicta es tu filia, à Domino Deo tuo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram, &c. quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, &c.*

Et etiam habetur *Iudic.* 4. *c. in fi.* quod Iahel interfecit Syſaram, infigendo ei clauum cum malleo in tempore capitis, *vt ibi.*

Hippolyte, Amazonum regina, quum inſtar cæterarum bello inſueſceret, auſa eſt arma capere in Theſeum, à quo expugnata, & in vxorem ducta eſt.

Propertius:

Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla,
Et texit galea barbara molle caput.

Et Seneca de Agamemnone: videt Hippolyte ferox pectore è medio rapi ſpolium, & ſagittas.

Valaſca Boemorum regina facta, cum cæteris mulieribus, coniuratione de excutiendo virorum principatu, copiarū ductrix, bellū mouit, interfectisq; viris, fœminas omnes aſſeruit libertati, adeo, vt Amazonum inſtar, multos annos principatæ ſint ſine viris.

Atalanta venatrix fuit Arcadica, vibrandis iaculis & arcubus complicandis aſſueſacta, quæ inuſitatæ magnitudinis aprum, vniuerſæ formidoloſum Ætoliæ prima aggreſſa eſt, & vulnerauit vna cum Meleagro. Ponta. *lib.* 3. *de ſtellis*, de hac puella, eiusque virtute ſic meminit:

Qualis in Aetholum campis Meleagria virgo
Strauit aprum, primamque manu ſtringente ſagittam
Interquens, auſa eſt ſpumanti accurrere monſtro,
Mox læta, & ſpoliis, famoſa & ſede ſuperba.

Athalia, mater Ochoziæ regis Iudæorum, tumultu concitato, per tyrannidem regnauit annis ſeptem, 4. *Reg.* 11. *cap.* Et tandem populo in eam acclamāte, ad portam Mulariam perducta, ibi interfecta eſt. *Paralipom.* 22. *cap.* Bergomenſis *lib.* 4.

Delbora mulier bellatrix, imperauit Iſraelitis, quos ab incurſionibus vicinorum plerumque tutata eſt, quorumque rempublicam, & imperium variis auxit honoribus. De hac ponit Bergom. *lib.* 4. vbi eam inter prophetiſſas & ſanctas nominauit, & ibi dicit, quod iudicauit Iſraelem cum omni gloria, annis 40.

Virtutem Hasbytes fœminæ bellis exercitæ, ſic deſcribit Silius *lib.* 1. vbi ſic ait:

Hac ignara viri, vacuoque aſſueta cubili,
Venatu, & ſyluis primos defenderat annos.
Non calathis mollita manus, operatave fuſo,
Dictynam, & ſaltus, & anhelū impellere planta
Cornipedem, ac ſtrauiſſe feris immitis amabat.

Et idem *lib.* 2. ait, Tyburnam Sagubthinam fuiſſe fœminam Murrhi vxorem & bellatricem.

Teuca Illyricorum regina, viris fortiſſ. imperauit & Roman. vires fregit ſæpenumero. Fuit Argonis vxor.

Helerna, Iani filia, mortuo patre apud Tyberim regnauit, præfuitque viris ſine viri auxilio.

Candace, regina apud Meroëm principata eſt,

ta eſt,& imperauit Æthiopum genti, hæc refert Textor *in ſua officina in loco hic ante allegato.*

Idem Textor ponit de Amazonibus. Quæ ſolæ ſibi imperauerunt, ſuamque libertatem armis defenderũt, & vltra ſupra nominatas, fuerunt quamplures aliæ, videlicet Harpalice, Antianyra, Lampedo, Antiopa, Minythia, Harpe, Parthoë, Phebo, Othrera, Thaleſtris, Allea, Eribye, Archenis, Menalippe, Martheſia, Strongylios, Euriale, Philippis, Celenno, quæ fuerunt vltra ſupradictas. Et de his refert Curtius *lib. 5. de geſtis Alexandri*, his verbis: *Veſtis non toto amazonum corpori obducitur. Nam læua pars eſt ad pectus nuda, cætera deinde velantur, nec tamen ſinus (quem nodo colligunt) infra genua deſcendit, altera papilla intacta ſeruatur, qua muliebris ſexus liberos alant. Aduritur dextra, vt arcus facilius intendant, & tela vibrent.*

Stroza pater *lib. 1. Eroticon.* de quibuſdam ſic meminit:

Virginitas vltro ſeruata, & bellica virtus,
Magnum Orithya contribuere decus.
Lampedõ Hippolytem, Menalipem lane videmus,
Illuſtres inter nomen habere viros.
His quoq; ſe comitem merito Martheſia iungit,
Nec caret Antiope laude, nec Harpalice.

De qua Harpalice habetur *in margarita poëtica, parte 2. tractat. 2. de commendationibus, oratione* 17. vbi multum ample laudantur mulieres.

Hinc & vlterius dicit idem Textor, quod I[illegible] mu[illegible]s, virorum obibant munera, [illegible]io, in bello, in venatione exer[illegible]æ cum viris in certamen aduerſus [illegible]enios fortiter deſcenderunt.

Olim Germanorum mulieres, inclinatam aciem, & iam ad Triarios vergentem reſtituerunt.

Bellouacæ mulieres, à Carolo Burgundorum duce, longa obſidione fatigatæ, mœnia defenderunt, & obſeſſorem è ſcalis in foſſam vrbis detruſerunt, reportatis ad ſuos vexillis.

Recitat Philippus Bergomenſis *in ſuo ſupplemento Chronic. lib. 8.* Quod cum Maximinus Imperator Roman. Aquileiam obſediſſet, in ea obſidione fœminæ Aquileienſes tantæ fuerunt magnanimitatis, vt cum nerui & funes, ad iacendas ſagittas, viris deeſſent, ſibiipſis capillos capitis præciderũt, & ex ipſis funes arcuum fecerunt, vnde poſtea in earũ gloriã tẽplũ Veneri caluæ ſenatus dedicauit.

Refert etiam Bergomen. *lib.* 12. quod in captione Calcidis Eubœæ ciuitatis, quæ nunc dicitur *Nigropons*, cuius eſt Epiſcopus quidam noſter Canonicus Heduenſis, ſuffraganeus epiſcopi Heduẽſis, qui dicitur magiſter Philipp. Brunet D. in Theologia, vir quidam doctiſſimus & literatiſſimus, fuerunt repertæ multæ mulieres armatæ, mortuæ in ſtrage dictæ ciuitatis, & hoc fuit anno Chriſti 1471. vt ibidem refert Bergom.

Gaditanæ mulieres à partu ſtatim ſurgũt, miniſteriaque domus obeunt.

Margarita, Henrici ſexti Britanniæ regis coniunx, aciem viri deficientem reſtituit.

Portia autem, cum apud Philipp. Macedoniæ campos Brutum maritum mortuum intellexiſſet; quia ferrum non dabatur, ore ardentes carbones hauſit. *Margarita poëtica vbi ſupra.*

Leſbia puella, murorum parte machinis Turcarum deiecta, oppidanis fugam, aut deditionem meditãtibus ſalutem peperit. Obtulit enim ſe primam impetui, & iaculis inimicorum, pro tutandis ipſis muris.

Amalaſumpta, Gothorum regina, principata eſt apud Rauennam, Burgundiones & Alemanos, Liguriam populantes, Italia pepulit, adiuuante Theodato, quem regni conſortẽ ſuſceperat. hæc & plura alia *Bergom. lib. 9.*

Maria Puteolana, à Puteolis Campaniæ vrbe nomen adepta, bellica virtute maxime floruit ætate Franciſci Petrarchæ. Erat laborum apprime patiens. Ab ipſa iam inde adoleſcentia abſtinebat vino. Erat parca cibi, & verborum. Reiiciebat colos, penſa, & lanas, & cætera, quæ muliebrem decẽt molliciem: gaudebat arcubus, iaculis, pila, galea, ſcuto. Noctes perpetuas quandoque vigilabat; nec dormiebat, niſi coacta. Idque ſub dio, & humi reclinans caput in ſcutum pro puluinari, inter armatos verſabatur. Quod quãuis impudentiæ

Digitized by Google

pudentiæ ſpeciem præ ſe ferat;nihil tamē vehementius curauit, quam ſtudium virginitatis, in qua permanſit ad mortem vſque, cultum corporis aſpernabatur, quibus artibus bellicoſa admodum facta eſt.

Bona,Longobarda bellatrix,itidem puella floruit anno Dom.1468. nupſit Brunorio Parmenſi egregio bellatori: A teneris annis luſtrabat ſyluas,venatricibus ſtipata canibus. Maritum in omni diſcrimine concomitabatur,quem, quum Alphonſus rex Siciliæ aliquando certa de cauſa in vincula coniecıſſet, miſerta captiui fœmina, ad diuerſos principes,inſtar Pegaſarii curſor cucurrit, vt ab eis literas & patrocinium obtineret, pro viri ſalute, quod obtinuit.

De Ioanna, puella Franciæ, habetur apud Gaguinum, quod gladio in bello vtebatur, quem nacta erat in templo diuæ Catharinæ, exiſtente in agro Turonenſ. vtraque parte liliis inſculpto,quem petit ſibi afferri,licet nūquam eo in loco fuiſſet, & regnante Carolo VII. de quo per Gaguinum *in ſuis Chronicis, lib.*10. Cum Angli omnia populandi cauſa paſſim irrumperent,& iam proſpero fortunæ zephyro adiuti, nihil ſibi non pollicerentur, deſperatis Gallorum rebus abfuit ipſa Ioanna virgo, quæ attritos Gallos animans ad vltionē, & libertatis gloriam: prima belli campum ingreſſa non prius ſuos hortari, & ipſa certare deſiit, quam hoſtem in fugam verteret, reportata victoria.

De ea etiam habetur per Berg.*libr.* 15. vbi dicit, quod Carolus VII. Francorum Rex auſpicio & ductu huius puellæ, regnum perditiſſimum recuperauit, & Benedict. *in ſua rep. c. Rayn. in verb. duas habens filias. num.*14.*extra de teſtam.*vbi ponit verba Gaguini. Et vide etiam tex. *in loco hic antea allegato.*

De Eliſabeta autem Ferdinandi regis Arragonum vxore,& Hiſpaniarum regina,quāta fuerit circa arma, quantum pro fide Chriſtiana debellauerit, Granatarios, & alios populos finitimos ſubiugando,& ad fidē Chriſtianam reducendo, atteſtatur Bergo.*lib.* 16. vbi ample.

His poſſet annumerari Ioanna, Caroli Calabriæ ducis filia, quæ fuit potentia, moribus & animo robuſtiſſima & illuſtriſſima fœmina: vt refert Bergomenſis,*lib.*13.

Ioanna etiam, regina Neapolitana, ſoror regis Ladislai huius nominis ſecundi,virilem animum in pectore gerebat, vt dicit idem Bergomenſis *lib.*4.

Non ſunt tacendæ mulieres, de quibus *Luc.*24.quæ ſequebantur Dominum euntem ad paſſionem, plangentes, & lamentantes, & non terrebantur vlla armatorum militum furioſa ſæuitia, & etiam habetur *Ioan.*20. vnde de illis potuit, & poteſt dicere Dominus illud Boëtii:

Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.

Ad tot millia mulierum conuertendus eſt animus, quæ ſæuiſſima tormenta, crudeliſſimaſque cædes, pro Chriſti amore fortiter,& cum magna fortitudine & patientia tolerauere, vt patet de Vrſula, & vndecim millibus puellis eius, & de pluribus aliis, vt habetur per Bern. de Buſtis *in* 2.*par.ſui Roſarii,ſerm.* 28.*in prin.*

NOna conſideratio. Mulieres etiam ex ſapientia, & ſcientia, quandoque laudem meruerūt, prout & laudādæ ſunt. Quoniam ſapiens mulier ædificat domum, *Prou.* 14. Et multæ mulieres fuerunt doctæ,quæ in multis ſcientiis claruerunt, & Textor *in ſua officina, in cap. mulieres doctæ.* enumerat 64. & vltra, quæ multum doctæ fuerunt, quas hic enumerare intendo cum pluribus aliis.

Primo, ſecundum numerum illius, ponit tres Corinnas, quarum vna fuit Thebana, altera Theſpia,alia Ouidiana dicitur,cum chariſſima illi poëtæ fuerit. Prima Thebana, ſeu Tanagrea Archelodori & Procratiæ filia, & Mitthidis diſcipula, quæ Lyricorum principem Tyndarū quinquies viciſſe,& epigrammatum quinqne libros edidiſſe fertur. Et de hac Propert.*lib.* 2.

Et ſua cum antiqua committit ſcripta Corinnæ.

Statius, *lib.* 5. *Syl.*

Sophronaq; implicitū tenuiſq; arcana Corinnæ.

Paptiſta Pius.

Nec tetigit dulcem trina Corinna lyram.

Idem.

Cleobulina Cleoboli Lidii (qui fuit vnus ex ſeptem Sapientibus Græciæ) filia, ſcripſit ænigmata quædã hexametris verſibus, quorum vnus adhuc extare fertur:

Eſt vnus genitor, nati bona pignora bis ſex,
Triginta, cuius nata ſed diſpare forma.
Hæ niueæ aſpectu, nigraque coloribus illæ
Atq; immortales omnes, moriuntur ad vnã.

Et de ea etiam facit mentionem Bergom. *lib.* 4. cum loquitur de Cleobolo eius patre.

Pro 16. inuenies Cornificiam, ſororem Cornificii poëtæ: quæ & ipſa fuit poëtrix memoratu digniſſima, & ipſa tempore ſuo, quod fuit anno 33. ante Chriſti aduentum, tanto poëtico effulſit dogmate, vt non Italico lacte nutrita, ſed Caſtalio videretur latice. Cornificio prædicto germano fratri, æque eſſet gloria illuſtris: hæc quippe, non contenta pulcherrimis valuiſſe verbis, niſi vt Helicon carmen deſcriberet, atque plurima & inſignia deſcripſit epigrammata, quæ tempore diui Hieronymi, vt ipſe teſtatur, extabant: quibus virtutibus perpetuum ſibi acquiſiuit nomen. hæc Philippus Bergomenſis *lib.* 7.

Lilia, Lilii filia reddidiſſe dicitur in loquẽdo paternam eloquentiam elegantiorem.

Hortenſia, Hortenſii Romani oratoris filia, poſt patrem nõ ſolum patris facundiam, & doctrinam amplexa fuit, ſed etiam ipſius pronunciandi ſplendorem ſeruauit, quem ſcilicet oportunitas exquiſiuit, & qui ſæpiſſime in viris doctiſſimis deficere conſueuit. hæc & alia dicit Philippus Bergomenſis *lib.* 7. Eiuſdem ratio apud Triumuiros habita legitur, non tantum in ſexus honorem, vt per Valerium, *lib.* 8. *tit. de mulieribus cauſidicis, in fine.* Liciniæ quoque Lucii Craſſi filiæ, quarum in dicendo lepos ab eorum patre emanauit.

Mutiæ duæ filiæ ab vtroque parente eloquentiam didicere.

Pro 20. annumerabis Corneliam, vxorem Africani & matrẽ Gracchorum, quæ epiſtolas reliquit ornatiſſime ſcriptas: vnde & filiorum fluxit eloquentia, vnde Quintilianus: *Nam Gracchorum eloquentiæ* (inquit) *multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem, cuius doctiſſimus ſermo, in poſteros quoque eſt epiſtolis traditus.*

Anaſtaſia, illuſtriſſima Romana mulier, Publii Romani potentiſſimi vxor, diſcipula Griſogoni martyris fuit, eius mariti ſimulato morbo thorum euitauit. ſcripſit epiſtolas ad Griſogonum. Hæc enim bonarum literarum eruditiſsima fuit, vt refert Berg. *lib.* 8.

Damophila Græca, quam hic ponam pro 22. vxor Pamphili, ſocia Sapphus poetriæ, poemata ſcripſit amatoria, & laudes Dianæ.

Hyptathia, mulier Alexandrina Theonis geometræ filia, & vxor Iſiodori philoſophi, vixit imperante Archadio, ſcripſit in Aſtronomiam, profeſſa eſt Alexandriæ varia diſciplinarum genera, magno & frequenti auditorio, conuolantibusque turmatim & vndique diſcipulis.

Leontium, Græca adoleſcentula, inter prædictas mulieres doctas erat, cum philoſophicas diſciplinas adeo ſectata fuerit, vt etiam non dubitauerit, cum magna ſui nominis laude, in Theophraſtũ philoſophum alioqui laudatiſsimum, ſcribere. Pamphila ſcripſit commentarios in Grammatic. citatur à Gellio.

Praxilla Sicyonia, fuit poëtria, quæ in ſuis carminibus, Adonidem induxit ab inferis interrogatum, quid apud ſuperos pulcherrimũ reliquerit: reſpondere, ſolem, cucumeres, mala: quod cum vehementer inſulſum videretur cucumeres & mala cum ſole componere, fluxit inde prouerbium, *Stultior Praxilla Adonide,* in homines nullius iudicii.

Phemone, prima Apollinis Delphici vates fuiſſe, carmenque Heroicum inueniſſe dicitur, autor Textor, vbi ſupra.

Soſipatra, vates fuit Lyda multis diſciplinis cumulatiſsima, quam propterea creditũ eſt à numinibus quibuſdam fuiſſe educatam.

Theano, mulier fuit apud Locros in Lyricis præcellens, alia fuit, Metapontina ſeu Creſſa genere, mulier Pythagoræa, vxor Brotini Crotoniatæ, quæ ſubſcripſit commentarios in philoſophia, poemata quoque & apophthegmata Pythagorica.

Pro 30. ponemus Zenobiam, de qua iam

ſupra dictum eſt, Quæ licet bellatrix fuerit, vt dictum eſt; tamen Græci, Ægyptiique ſermonis eruditiſſima fuit,& Latini non ignara. Scripſit epitomen in Oriẽtalem, Alexandrinamq; hiſtor. Herennianum, & Timolaum filios, literis erudiuit, elegantiſsimas orationes ad milites ſuos plerunque habuit, quas galeata recitabat. Et, vt ait Bergom. *lib*.8. fuit Ægyptiarum ac Græcarum literarum, non mediocriter erudita, quarum ſuffragio, omnes hiſtor. tam Latinas, quam Græcas, & Barbaras, ſummo ſtudio vidit, & memoriæ commendauit.

Alpaides virgo, cum religionem in magno cultu amplecteretur, cœlitus meruit, ſcripturæ ſacræ,bibliorumque ſenſum percipere.

Quid de Catharina Senenſi dicemus? Nã adeo in ſacris literis profecit, vt libros ſcripſerit cum Theologorum doctrina conferendos, & maximæ ſanctitatis fuit, vt refert Bergom. *lib*. 14.

De Delbora, quam num. 32. annumerabimus,dicemus cum Bergomenſi *lib*. 4. quod propheta fuit Hebræorum de tribu Effraim progenita,vaticinio claruit.

Hildegardis,virgo Germana, quæ fuit abbatiſſa,vt refert Bergom. *lib*.12. patria Magũtina,ſpiritu quodã imbuta prophetico, multa prædixit de futuris, ſcripſitque aliquot catholicæ doctrinæ libros: hanc epiſt. ſuis dignatus eſt beatus Bernardus. Scripſit ſuper Benedicti diſciplina, triginta theologicas quæſtiones eruditiſſime abſoluit. Excellentium virtute virorum vitas ſcripſit, de altaris ſacramento,Homilias in Euangeliis, præterea in medicina, quæ ſimplicia, & quæ compoſita,tollendis ægritudinibus proſint. Item carmina & epiſtolas, teſtimonio apoſtolicæ autoritatis comprobatas quo factum eſt, vt Eugenius tertius, Anaſtaſius quartus, Adrianus quartus pontifices: Conradus tertius, & Federicus primus Cæſares, ad eam plerunq; ſcripſerint. Plures alios libros ſcripſit,quos enumerat Bergomenſis *in loco ſupra allegato*.

Ioanna Angelica,ab Ephebis virum mentita, Athenas ſe contulit, vbi ſtudioſe literis adeo operam impartiuit,vt Romam rediens, paucos haberet doctrina pares, & ſacris literis:vnde tantum apud omnes beneuolentiæ, & autoritatis, ſibi demeruit, vt artibus illis pontificatum ſit adepta poſt Leonem quartum,cum vir eſſe crederetur,de ea etiam meminit Bergom. *lib*. 11.

Luceia mima,authore Plinio,centum annis in ſcena pronunciauit.

Laſteniam Mantineam, & Axiotheam, Phliaſiam, Platone vſas præceptore, ſcribit Plutarch.ornatuque interim virili,auditoriũ ingreſſas, hæc Textor vbi ſupra. Ex quibus iam connumeratæ ſunt 37. mulieres doctæ & prudentes.

Pro 38.annumerabitur Michaele Centaura, quæ docuit Theſſalas remedium amoris.

Dyotima, & Aſpaſia,mulieres in philoſophicis promeruerunt diſciplinis, vt alteram Dyotimam appellare magiſtram,alterius lectionibus intereſſe non erubuerit Socrates, philoſophorum omnium optimus.

Lactantius ait, philoſophus, nullas vnquã mulieres philoſophari docuiſſe,præter vnam ex omni memoria, Themiſtem. Sed quænam hæc, & cuius fuerit, non docet.

Arete mulier, eo doctrinæ conſcendit, vt filium etiam inſtitueret, qui appellatus eſt Ariſtippus, fuit Cyrenaica, & Ariſtippi patris Socratici dogma ſecuta eſt. Mortuo patre, ſcholam rexit in philoſophia magno & frequenti auditorio.

Pro 42. hic annectimus Nicoſtratam vaticinatricem clariſsimam mulierem,quæ Arcadia de carminibus carmentis cognominata eſt. Oſtia Tyberis intrans in Palatino mõte, vbi nunc Roma habetur, conſcendit, in quo Euandro eius filio rege conſtituto, cum ipſa Graiarum literarum doctiſſima eſſet, atque verſatilis ingenii, incolaſque ſylueſtres comperiſſet,nouos literarum characteres inuenit,eoſque canere coniunctionem, atque ſonos edocuit: cuius admirati rudes poſteri, eam non mulierem humanam,ſed Deam arbitrati ſunt. Vnde Virg. VII. *Aeneid*.

Tũ rex (inquit) *Euandrus Romanæ cõditor arcis,*
Fortũna omnipotens & ineluctabile fatum

Me pa-

Digitized by Google

Me patria pulſum pelagique extrema ſequentem
His poſuere locis, matriuque egere tremenda
Carmētis Nympha monitu & Deus autor Apollo.

Et hoc idem, Ouidius *lib. Faſtorum* affirmat. vide etiam *margaritam poëticam oratione qua ſupra*. Et ibi etiam fit mentio de Iſide filia Inachii, quæ non ſolum terræ cultum, & lini vſum, ſed & quod pręſtātius, apud Ægyptios literas inuenit, ex quo diuinos honores aſſecuta eſt, teſte Philippo Bergomenſi, *lib.* 3. vbi ample de ea.

Ceres etiam fuit diuinis honoribus exaltata, ex quo prima agrorum cultum excogitauit, vt refert idem Bergom. *in loco ante alleg. & in margarita poëtica, in oratione hic ante dicta.* & vt dicit ſophologium ſapientiæ *lib.* 1. *c.* 3. Fœminæ omnes artes inuenerunt, & etiam habetur *in margarita poëtica, in loco hic ante alleg.*

Quid de Ameſia, quam eo, quod ſub fœminea forma virilem animum gereret, Androgynem vocauere? Ea apud prætores maximo populi concurſu cauſam egit, & prima actione à cunctis pene iudiciis liberata eſt, vt habetur *in oratione ſupra dicta.*

Et pro 45. addemus Gaiam Afraniam, Lucii ſenatoris vxorem, quæ ita litibus & cauſis apta fuit, vt apud plures magiſtratus ſæpiſſime oraſſe dicatur.

Dama, Pythagoræ filia, & ipſa philoſophiæ ſectatrix, ingenium & doctrinam in exponendis parentis ſententiarum inuolucris exercuit.

Thargeliam quoque fœminam ſola illuſtrauit philoſophia.

Ferunt & Muſcam, poetriam fuiſſe Lyricam, quæ & epigrammata ſcripſerit, & Lyricos nomos.

Semyamira, Heliogabali Imperatoris mater, ſapiens fuit, & multa inaudita fecit, vt dicam infra.

Sempronia literis Græcis & Latinis docta fuit, vt dicit Saluſtius *in Catilina*. G. Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in verb. cuidam Petro tradiderunt. num.* 64. *de teſta*. Sed, quoniam hæ duæ mulieres inhoneſtæ fuerunt, & luxurioſe vixerunt, non ponam eas in numero illuſtrium & probarum mulierum.

Refert Text. ſupra *in ſua officina*, quod multorum carminum auctrix fuit Charixena, cuius meminit Ariſtophanes Cynicus.

Celebratur item Mero condito in Neptunum hymno.

Fuit Agallis Corcyrea illuſtris, in arte grammatica, cui inuentum pilæ nonnulli aſcribunt.

Teleſinam, in poetica illuſtrem, celebrat Pauſanias, cui etiam apud Argos, ante Veneris templum ſtatua ſit erecta, hanc Fulgoſius Theſelidem vocat.

Pro 53. ponemus Oldam, prophetiſſam Sellum ſummi ſacerdotis Hebræorum vxorem, & Helchiæ maximi Hebræorum pontificis matrem, quæ anno mundi 4576. fuit, & Ioſiæ regi vaticinando multa prædixit, & præſertim Ieroſolymorum euerſionem, populi ipſius captiuitatem, vt patet 4. *Reg. c.* 22.

Heryna poetrix, anno mundi 4864. claruit, & multa laude digna conſcripſit, quæ Nactanabo regi Ægypti, vſq; in Æthiopiam expulſo, reditum ſuum prædixit. de his duabus Philippus Bergomenſis, *in lib.* 4. *&* 5. meminit: & Benedicti *in loco ſupra allegato* tacendo autorem.

His adiiciemus Didonem Phœnicam, Lilii Phœnicum regis filiam, quæ populo legem & normam viuendi dedit. De cuius laude, honore & virtute Virg. 1. *Aen.* cum dicit:

Iura dabat legesq; viris.

Et de ea Philippus Bergomenſis *lib.* 4.

Hiparchia mulier Græca, philoſophicis diſciplinis valde excelluit.

Caſſandra, Priami filia, vaticinio, & doctrina illuſtris habita eſt.

Aliam Caſſandram, Venetam puellam, Politianus magnis laudibus commendat, quam ait pro lana librum, pro fuſo calamū, ſtylum pro acu tractaſſe, latinasque epiſtolas ſcripſiſſe. Sic enim de ea in principio cuiuſdam epiſtolæ meminit: *O decus Italiæ virgo, quas dicere grates, quas vt referre parem, quod etiam honore me tuarum literarum non dedignaris?* & vltra alia dicit Textor ibi.

Statius Papinius vxorem habuit nomine

Cladiam, magno ingenio doctrinaque non vulgari præditam.

Eudoxia, Theodori iunioris vxor, præter egregiam formam, ſingularemque pudicitiam, etiam literis excelluit, adeo, vt librum quendam emiſerit.

De Abigail habetur 1. *Reg.* 25. *c.* quod mulier prudentiſſima fuit, & ob eius prudentiam, maritum ſuum Nabal à morte eripuit.

Yſtrina, Scytharũ regina, Argythis vxor, Sylem filium Græcam linguam literasque edocuit, autor Herodotus.

Themiſtoclea, ſoror fuit Pythagoræ, cuius placitis & opinionibus pleriſque in locis, vſus eſt Pythagoras.

Proba Valeria, quam *Centonam* vocat *Margarita poëtica, in oratione, qua ſupra num.* 69. fuit Græcis Latiniſque literis eruditiſſima, truncatos Virgilii verſus ad fidem & myſteria catholicæ religionis conuertit. Fecitque de Chriſti geſtis, & de eius morte, opus nobiliſſimum, quod Centones appellauit. hinc *Centona* dicta eſt. Et de ea Bergomenſis *lib.* 9.

Pro 65. ponemus Elizabethã, abbatiſſam Germanicam, quæ multas orationes ad ſui conuentus ſorores, conſcripſit, opuſque de viis, quibus ad Deum itur.

Baptiſta prima, Geleatii Malateſtæ, Piſaurienſis principis, filia, Guidoni Montrefeltrenſi Vrbinatium Comiti matrimonio copulata cum doctiſſimis viris plerunque magna ſui laude diſputauit. Libros quoque de humana fragilitate, & de vera religione, conſcripſit.

Iſota Nouarolla, Veronen. philoſophiam verbo & opere profeſſa eſt, ſcripſit quandoq; ad Nicolaum quintum, & Pium ſecundum Pontifices. Scripſit quoque dialogum, quo diſputatur, *vter grauius peccauerit, Adamne, an Eua:* quibus laudibus literarum adiecit perpetuum virginitatis votum.

Damiſella Triuulcia, Mediolanenſis virguncula, annos amplius 14. nata, iam cœpit eloquentiæ inſueſcere, bonasq; imbibere diſciplinas, adeo, vt nouum in terris prodigium videretur, in literis imbuta ita profecit, vt cum Latine vel ſcriberet, vel loqueretur, omnes trahebat ad admirationem: fuit etiam tenaci memoria, vt vel Mithridati par haberetur. Nam, ſi quem vel publice concionantem aut declamantem audiſſet, reuerſa à conſeſſu, omnia ad vnguem verbatim, ſyllabatimque repetebat. Latinis inſuper non contenta literis, Græcarum ſtudio deflagrauit, quas vſque ad promptum & peculiarem didicit ſermonem. Et de hac multa dicit Textor *in loco ſupra allegato*, vbi ponit verſus ſequentes de ea:

Quid facit in terris Damiſella Triuulcia? cœlum
Ingeniis debet talibus eſſe domus.
At ſcio, quid facias, flores cum coniuge Ditis
Non legis, ad ſtygios vt rapiare lacus.
Cura tua eſt virtus, & iter meditaris ad aſtra,
Nam virtus comites tollit ad aſtra ſuos.

Minerua, Iouis primi filia, non aliam ob cauſam in numerum deorum relata, quam propter bonarum artium (quarum fuit inuentrix) peritiam: vnde & veteres illæ Athenæ ſui nominis immortalitatem mutuatæ ſunt, &, vt habetur *in margarita poëtica, par.* 2. *tract.* 2. *oratione* 17. fuerunt plures Mineruæ. Aduertendum eſt etiam; quoniam, vt habetur *in ſophologio ſapientiæ, lib.* 3. Omnes fere artes fuerunt inuentę à mulieribus. Et ibi ponit aliquas ex his liberaſſe patriam, & feciſſe ea, quæ viri feciſſe nequiuiſſent, vt dicit Io. Neuizan. *in ſua ſylua nuptiali.* & dicit gl. *in ver. inſtrueretur. in l. qui filiũ. ff. vbi pupill. educ. deb.* Quia antiquitus mos erat mulieres legere grammaticam.

Manto, Tyreſiæ vatis filia (quæ Mantuæ nomen indidit) doctrina quoque & vaticiniis claruit: adeo, vt ex pecudum libris, extorumque intuitu futura prę ſentiſceret, ac præſagiret.

Catharina virgo, Coſti Alexandriæ regis filia, ſacris literis partim ſtudio, partim diuini ſpiritus afflatu, adeo fuit imbuta, vt acceerſitos à patre vndique doctiſſimos viros & philoſophos, ad ſuadendam idololatriam, refellendamque vnius Dei religionem, viuaciſſimis terruerit argumentis, ſuæque opinioni attraxerit, nedum non ſuccubuerit eorum rationibus. Et, vt dicit Bergomenſ. *lib.* 8.

Et ſi

Digitized by Google

Et ſi illius pręceptorem ignoremus, tanta earum rerum ſcientia præditam legimus, vt mirabile viſum ſit, quod in tam tenera ætate cum omnibus certamen diſputationis ſuſcepit.

Fuit & alia Catharina, duciſſa Mediolani, quam Philippus Bergomenſis, *lib. ſuo* 14. dicit fuiſſe memoratu digniſſimam & prudentiſſimam.

Fabiola, Romana mulier, quum magno ſtudio ſacras literas amplecteretur, prophetias, euangelia, & pſalmos frequentiſſime reuoluebat, vt iterata plerunque lectio, amorem diuinæ religionis (qua deflagrabat) augeret vehementius: vnde & beatus Hieronymus librum, *de veſte ſacerdotali*, eidem nuncupauit.

Marcella Romana, propter ſacras literas (quas egregie callebat) frequentibus epiſtolis, à beato Hieronymo ſalutata eſt. Ad eam enim ſcripſit de contemptu mundi. De decem nominibus, quibus apud Hebræos dicitur Deus, de fide noſtra, & hæreticorum doctrina, de blaſphemia in Spiritum ſanctũ, de ſtudio Theophili epiſcopi Alexãdrini, & alia id genus permulta.

Euſtochia, Paulæ mulieris Romanæ filia, Latinarum, Hebraicarum, & Græcarum literarum ſtudiis plurimum excelluit; vnde & ſuo tempore, nouum orbis prodigium vocata eſt, ingenium ſacris literis deuouit, maxime atque adeo, vt Pſalmos Hebraice legeret curſim, & mira celeritate, qua in re, amorem beati Hieronymi multum ſibi demeruit.

Genebria, mulier natione Veronen. tempore Pii ſecundi Pontificis Romani, ſua egregia eruditione meruit nomen immortale. Epiſtolas ſcripſit luculentas, & maxima refertas doctrina recitabat decoro geſtu, voce virili, permixta ſuauitate.

Conſtantia, Alexandri Sfortiæ vxor, numeratur inter claras mulieres & excellentes doctrina: & erit hęc pro 77. ab infantia bonis diſciplinis operam dedit, adeo, vt imperata quoq; diſertiſſime loqueretur, habebat aſſidue prę manibus opera Hieronymi, Ambroſii, Gregorii, Ciceronis, & Lactantii: valebat etiam ſcribendis ex tempore carminibus nõ ſine magna multorum admiratione, quæ ſine præceptore ferebatur didiciſſe.

Nec defuit tam illuſtri fœminæ germen ſimile. Habuit enim filiam Baptiſtam nomine, tanta doctrina, vt doctiſſimos quoſque ſua terreret eloquentia.

De quibuſdam mulieribus ſupradictis facit mentionem Politianus *in Nutritia*:

Non illi Praxilla ſuos prædoctaq; Noſſis
Cõtulerint, myrthisq; modos nõ dulcis Agaclos,
Non Anyte, non quæ verſus Erinna trecentos
Caſtalio ſeu melle rigat, non candida Myto,
Non Teleſilla ferox, non quæ cani Egida ſene,
Pallados effuſum crimen vitata Corinna.

Pro 79. his adiungimus Mariam, Aaron & Moyſi germanam, quæ propheti ſſa fuit, vt dicit Bergom. *lib.* 3.

Conſilio & ſapientia Clotildis, (quæ filia regis Burgund. erat) Clodoueus rex Franciæ eius maritus, protochriſtianus baptiſmi lauacrum promeruit, vt refert Gaguinus *lib.* 1. *c.* 8. & Benedicti ample *in ſua repetit. in verb. duas habens filias. num.* 80. *&* 81. quem non repeto. Refert etiam idem Benedicti, vbi ſupra, *num.* 15. quod Boëtius habuit vxorem prudentiſſimam, nomine Elphe, quæ hymnum fecit Oliuæ binæ: de Petro & Paulo Apoſtolis.

Refert etiam Ioannes Andreæ, literatiſſimam habuiſſe vxorem, quæ ſibi & Cyno legum doctori compatri multoties de difficilibus iuris reſpondebat.

Sic & Ioannis Calderini vxor ſecundum Panormitanum, *c. cum inter vniuerſas. in fin. de elect.*

Item & Philippus Apoſtolus quatuor habebat filias virgines prophetantes, vt habetur *Actuum* 21. Et de aliis quibuſdam per Benedicti *in lib. hic ante allegato.*

His adiungendæ erunt nouem Muſæ, videlicet Calliope, Clio, Thalia, Euterpe, Melpomene, Polymnia, Erato, Terpſichore, & Vrania: quas poëtæ fingunt eſſe Iouis, & Memoriæ filias, quod doctum oporteat eſſe fœcunda memoria. & Carminum inuentrices fuerunt, de quibus Textor *in loco ſupra allegato.*

Digitized by Google

Non relinquendæ ſunt decem Sibyllæ, videlicet Perſica, Cumea, Cumana, Tiburtina, Libyca, Erythrea, Helleſpontia, Delphica, Samia, Phrygia. Hæ fuerunt primis ſeculis puellæ vaticino ſpiritu afflatæ, & futura præſagientes, quas Sibyllas dixerunt: decem autem ſcribit fuiſſe Varro. Cumana proprio nomine vocatur Amalthea, à Virgilio Deiphobe: libris huius, non ſecus ac diuinis oraculis, in imperii adminiſtratione populus Romanus ſemper vſus eſt. Tiburtinam veteres Albuneam appellarunt. Politianus *in Nutritia* quaſdam enumerat his verbis:

quin & veteres prompſere Sibyllæ
Carmen. Amalthea & fati Marpeſia diues,
Herophileque Idea genus prædoctaque Sabbe,
Demoque Phigoque & varignara Phaennis,
Et Carmenta parens, & Monto, & Pitia longos
Phemonoë commenta pedes, & filia Glauci.

Hæc Textor, vbi ſupra ponens nomina plurium fœminarum illuſtr. nos remittens de reliquis ad Plutarch, & ad Strozã, qui his verſibus quaſdam enumerat:

Magnanimam Tomyrim, fortem propone Camillam,
Et ſubeat menti Pentheſilæa tua.
Adde & Amazonias reliqua de ſtirpe ſororeis,
Reſpice Carmentam reſpice Penelopem.
Vltra nephas animo, propriaq; Lucretia dextra
Inuicto occurret clara pudore tibi.
Ad rapidum nando tranſmittere Clœlia Tybrim
Auſa, ſuis animis præmia digna tulit.
Quid te commemorem veſtalis Claudia virgo,
Qua ſtetit attoniti vindice fratris honos?
Quisue tuum dignis nomen Cornelia tollat
Laudibus, aut animum Portia caſta tuum?
Quis te prætereat generoſi pectoris Eſther,
Non bene damnatos protinus vltra Syros?
Quisue Palæſtina genitam de ſtirpe virago
Spem taceat, patriæ ſubſidiumque tuæ?
Si fortaſſe petes exempla recentia, nonne
Cognita perpetua laude Mathildis erit?
Sponte opibus ſpretis regnum Violanta reliquit,
Seque ſacri ſociam maluit eſſe chori.

Et Benedicti *in iã dicta ſua repet. in loco ſupra alleg.* dicit, quod plures aliæ fœminæ Romanæ, in quibꝰ literaria dignitas ſeruata eſt, vſq; ad Hier. tempora, quibus omnia ferme ſcripta & editiones dicauit ſuas, vt viſus ſit Paulam, Bleſſellam, Aletam, Aſſellam, Cellantiam, multaſque alias, non minus quam illius temporis viros, dignas, meritaſque duxiſſe. quibus ſuos dedicare libros, ſuumque deſudaret ingenium. Plures ex his etiam enumerat Iacobus Magnus *ſuo Sophologio Sapientia. lib. 1. c. 3.* vbi ponit fœminas, quæ inuenerunt quaſdam artes, vt ibi per eum. Et Cælius *lib. 8 antiq. lectionum. c. 1.* Vnde multum inuehit Franciſcus Patricius, *lib. 4. tit. 6. de inſtitutione reipubl.* quod nunc tanta deſidia torpeant mulieres noſtræ, vt pro miraculo quodammodo videretur, ſi quas primoribus labris literas attigerint, licet tanta copia doctiſſimarum fœminarum apud antiquos fuerit: vt etiã inuehit Benedicti *in loco ſupra allegato*: volentes inferre dolendum, quod hodie fœminæ non vacant literis: quod tamen non videretur mihi eſſe vtile, & ipſis, & maritis, & reipublicæ, propter multas rationes, quas dicere poſſem. Sed inde tacebo, cum tantum intentionis meæ ſit tãgere in omnibus ea ſolum, quæ tangunt laudem, honorem, & gloriam, non quæ faciant ad dedecus, vituperium, aut opprobrium alicuius, ſed alio forte loco de his dicemus. Et poteſt videri per Ioannem Neuizan *in ſua ſylua nuptiali, in 8. ampliatione ſuæ quæſtionis.* vbi ponit: *an ſit licitum ducere vxorem doctam.* Neſcio ſi his debeam adiungere Semyamiram, matrem Heliogabali, quæ ſemper in ſenatu interfuit cum aliis ſenatoribus, & fuit in ſenatu prælata, ita quod nihil fere, niſi ea diſponente, ſenatus peragere poterat, ſententiamque ſuam, more cæterorum, de agendis dicebat; quod mulieri nunquam contigiſſe legitur. Conuentũ mulierum ordinauit, quibus poteſtatẽ præbuit, & præſtitit, vt ſenatorio more, de morib. circa ſtatum tractaret. Et huic ſenatui principiſſa fuit, vt Philippus Bergomenſis *in ſuis ſupplementis, lib. 8.* quæ anno Chriſti 224. regnabat. Refert etiam Textor *in ſuis Epithetis, in verbo, Galli.* Quia apud Gallias fuerunt ſapientiſſimæ mulieres Gallicanæ, quæ ſecundum mo-

rem

Digitized by Google

rem antiquum, quum de pace, belloue conſultaretur, adhibebantur. Si qua tunc inter ſocios incidiſſet controuerſia, mulieres ſedebant arbitræ. Propterea in fœdere (quod ſanxerunt cum Hannibale) voluerunt, vt ſi quis Gallorum ab aliquo Carthaginenſium iniuria affectus, quereretur, eius rei iudex eſſet Carthaginenſium magiſtratus. Sin Carthaginenſium quiſquam ab vllo Gallorum iniqui quippiam paſſus eſſet, Gallicas mulieres de ea re iudicium facere, & alibi de his dictum eſt.

Decima conſideratio. Non ſolum mulieres laudantur ex ſapientia, verum etiam ex conſilio: quoniam etiã in his, quæ ad curam virorum ſpectant, ſumendum eſt, & ab vxoribus cõſilium, vt ex exemplis & doctrinis Auguſti & Iuſtiniani Imperatorum probatur. Nam Auguſtus, vt ait Seneca, *lib. de clementia*; Liuiæ vxoris conſilio vſus eſt, etiam in magnis rebus, atque eius opera, innatã quandam ſeueritatem exutus, clementiam induit. Iuſtinianus vero in arduis etiam negotiis, & ad ſummam rerum pertinentibus, vxorem conſilii participem fecit: vt ipſe fatetur *in Authen, vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. hæc autem omnia colum.* 2. & ibi Accurſius annotat in verbo, *reuerendiſſimam.* ſumendum eſſe ab vxore conſiliũ. & illũ tex etiã ad hoc põderat Ioan. And. *in c. qui prior. de reg iur. lib. 6. in c. mercurialibus.* Dom. meus Iaſ. *in l. 1. colum. 2. ad fi. ff. de legib.* Albericus *in l. aduerſus. C. de crimine expilat. her.* & Hoſt. *in Summa. tit. de matrimonio. §. 1. col. 2. ver. ſed & in eo habent.* facit etiam tex. *in l. bene à Zenone. § pen. in fi. C. de quadrien. præſcript.* vbi Iuſtinianus dicit, *qui enim ſuis conſiliis ſuisque laboribus pro toto orbe terrarum, die, noctesque laborant, quare non habeant dignam ſua prærogatiua fortunam?* quem tex. ad hoc allegat Barbatia. *in cl. 1. in 6. charta, in paruis. de elect.*

Exemplo nobis eſt ille bonus pater multarum gentium Abraham, cum dure accepiſſet conſilium Saræ vxoris monentis, vt Agar ancillam, & filium eius eiiceret, ſtatim audiuit à Domino: *Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius.* Geneſ. 21. c.

Seſoſtrates, Ægyptiorum rex, qui cæteros omnes gloria, & rerum magnitudine exceſſiet, vxoris cõſilio vſus, ſe vxoremq; ſuam & liberos, partim graui, inopinatoque periculo liberauit. Nam cum illum frater, à quo nihil tale reformidabat, inuitatum excepiſſet, domumque, ſicca exterius materia, circumſtipaſſet, re intellecta, extemplo cum vxore deliberauit. Nam & vxorem ſecum duxerat, eaque ſuadente, vt duos ex ſex liberis, ſuper ardentem pyram extendens pontem faceret, ſuper quos ipſi tranſeuntes, euaderent, ita fecit: & duobus tantum filiis ita incenſis, cæteri cum patre, matreque fuere ſeruati. Teſtis Herodotus *in Euterpe.*

Plutarchus, *in libro de virtutibus mulierum*, narrat hiſtoriam de Pythei vxore, quæ Xerxis temporibus claruit: de quo etiam meminit Plinius, *lib.* 33. *capite* 10. quæ viro omnium per id tempus ditiſſimo, auro ſemper inhianti, & aurifodinas iugiter exercenti, cum ex peregrinatione domum eſſet reuerſus, & cœnam parari poſtulaſſet, auream menſam apponi iuſſit, in qua omnia erant ex auro fabrefacta obſonia, ac primo quidem aſpectu, gauiſus eſt Pytheus, miro artificio ſingula elaborata conſpiciens. Inde aſpectu iã abunde ſatiatus, præcepit cibum afferri. Verum mulier, cuncta, quæ poſtulaſſet, ex auro concinnata afferri iuſſit. Cumque ille iracundia percitus, fames namque & bilis naſum conciunt, eſurire ſe vociferatur, neque ſe aurum id temporis expoſcere. Sapiẽter inquit vxor, *Tu nullius rei, præter hanc vnam habendæ facultatẽ præbes: Omnis enim virorum cura, omnisq; ars, tuo iuſſu, in auro fodiendo occupata eſt, vt nemo iam agros colat, nemo fruges ferat, nemo arbores plantet.* Qua vxoria caſtigatione permotus Pytheus, negotium haud quaquam penitus omittens; quoniam duntaxat ciuium partem in opere continuit, reliquos, tum agriculturæ, tum cęteris artibus, operam dare præcepit.

Aurelius Victor, quo loco Conſtantii Imperatoris vitam deſcribit, fœminarum (inquit) præcepta ſæpe, maritos iuuare. Namque (vt de cæteris taceam) Pompeii Plotina (incredibile dictu) quantum auxerit gloriam

riam Traiani, cuius procuratores, cum prouincias calumniis agitarent, adeo, vt vnus ex his diceretur locupletiſſimum quemque ita conuenire. Quare habes tertius? pone quod habes. Illa maritum caſtigauit, atque increpans, quod laudis ſuæ eſſet incurioſus, talem reddidit, vt poſtea exactiones improbas deteſtans, fiſcum lienem vocaret, quod eo creſcente, artus reliqui tabeſcunt.

Ataulphis, Gothorum Rex, in animo habuit, Romam à ſe receptam, funditus euertere, diuerſoq; vrbẽ loco ſtatuere, Gothiamque pro Roma nominare, à Cæſarum Auguſtorumque memoria, prorſus abolita, Athaulphi appellationem in poſteros tranſmittere. Verum Placidæ coniugis, ſeu Placidiæ Honorii ſororis ſuaſu, adeo eſt mutatus, vt breui, non hoſtis, ſed amicus, non vrbis euerſor, ſed inſtaurator ſit vocatus. de quo meminerunt Paulus Oroſius *cap.* 123. & Paulus Diaconus *de geſtis Roma. lib.* 13.

Dominica, vxor Valentis Imperat. Gothos ad euertendum Conſtantinopolim irruentes, pacauit.

Pompeia Plautina, Iulianum Imp. maritũ ſuum auertit ab extorquenda à populo pecunia, & colligendo fiſco. teſtis eſt Sex. Aurelius. & ſic reperiuntur fœminæ, quæ maximi quandoque boni authores extiterunt.

Etiam narrat Seneca *lib.* 1. *de Clementia.c.* 5. quod, quum quidam Rex non poſſet potentia quendam ſuum deſtruere inimicum, Reginam conſuluit coniugem ſuam: quæ tale regi dedit conſilium, *Fac domine, quod medici facere ſolent; quia vbi vſitata remedia minime proſunt, tentant contraria: ſi ſeueritate nihil profeciſti, nunc tenta, quomodo cedat tibi clementia: ignoſce illi.* Quod ille gauiſus, annuit, factoque adimpleuit, & contulit ei conſulutum: ex quo habuit eum amiciſſimum fideliſſimumque hæredem. de quo infra dicitur.

Refert etiam Caſſiodorus, poſt Theodoricum, *in tripartita hiſtoria, lib.* 9. *c.* 31. ad Theodoſii Imperatoris ſanctitatem, multum contuliſſe vxorem, quæ virum ſæpius diuinarum legum admonebat, eiq; frequenter dicebat: *Oportet te ſemper marite cogitare, quid dudũ fuiſti, quid modo ſis: Hæc ſi ſemper cogitaueris, ingratus benefactori non eris, ſed imperium, quod ſuſcepiſti, legaliter gubernabis, & harum rerum placabis authorem.*

Saxo Grammaticus *in hiſtoria Danica, lib.* 9. tradit, Regnerum, Danorum Regem ſexageſimumſecundum, Vnithſerici filii mortem adeo moleſte tuliſſe, vt obſtinato ad moriendum luctu, corpus lectulo per ſummam animi ægritudinem affixerit. Quem vxor, virilẽ ſupergreſſa fiduciam, imbecillitatis increpitũ, virili adhortatione firmauit, reuocatumque à mœrore, animum arma impenſius tractare, perdocuit: affirmans, fortiſſimum patrem, cruentos filii cineres iuſtius armis, quam lachrymis expiaturum. Ad cuius monitum, Regnerus, diſcuſſo mœſtitiæ habitu, depoſitiſque doloris inſignibus iacentem reuocauit audaciam, breuique hoſtem, qui filium interemerat, comprehendit: *adeo* (inquit Saxo) *interdum ab inualidis fortia roborantur ingenia.*

Profuit & conſilium Clotildis filiæ Regis Burgund. cuius conſilio Clodouæus, Rex Franciæ, eius maritus, Chriſtianus effectus fuit: vt refert Gaguinus *libro* 1. *cap.* 8. *de geſtis Francorum.* & poſt eum G. Benedicti ample *in ſua rep. cap. Rayn. in verb. duas habens filias. num.* 81. & dixi in præcedenti conſideratione, vbi etiam de vxoribus Ioann. Andre. & Calder.

Iuguldis, ſoror Childeberti, Hermogillũ, Lemigildi Gothorũ regis filium, & maritum ſuum, ad Chriſtianam conuertit pietatem.

Profuit & conſilium Theodelindæ, Longobardorum Reginæ viris ſuis, cũ ſua ipſius opera, & pia ſuaſione, Eutharim, priorem maritum, multo mitiorem feciſſe ſcribitur, ad veram pietatem amplexandam lõge proniorem, ſed & Agilalphum maritum poſteriorem, præferocem virum, dextre monendo, veritatiſque lucem oculis admouendo, eo traxit, vt omnibus ſuæ gentis author fuerit à malorum dæmonum cultu, deteſtandaque hæreſi, ſeſe vindicandi.

Quo etiam tempore Brunechildis, pari ſtudio Childebertũ Frãcorum Regem ipſius virum,

Digitized by Google

virum, eo quoque impulit, vt Thaſſilonem Bauariæ Regem, ea lege conſtitueret, vt à Sclauorum gente bello inſectanda, nõ prius deſiſteret, quam ad Chriſti fidem amplectendam ſubegiſſet.

Lacedæmonii etiam, non minus publica, quam priuata conſilia, cum mulieribus communicabant, vt ſcribit Plutarchus tum in cõparatione Numæ, ac Lycurgi; tum in vita Agidis, & Ariſt. *polit.2.c.7.* multa in Lacedæmoniorum principatu à mulieribus adminiſtrabantur.

Apud priſcos quoque Athenienſes, non minus famigerabilem Græcorum gentem, mulieres publicis conſultationibus intereſſe, ſuffragiaque ferre ſolitas, teſtis eſt Varro.

Germani item, ineſſe ſanctum aliquid & prouidum fœminis putant, nec aut conſilia earum aſpernantur, aut reſponſa negligunt, vt Cor. Tacitus ſcribit *in lib. de morib. German.*

Apud Gallos, gentem noſtram, olim conſuetudo fuit, vt, quoties de bello eis eſſet, aut pace, conſultandum, mulieres quoque eiuſmodi conſultationibus admitterentur. Præterea, ſi qua aduerſus ſocios incideret controuerſia, eam ex mulierum ſententia componere conſueuerãt, vt refert Plutarchus *lib. de virtutib. mulierum.* dixi ante in præced. conſider. vbi de ſapientia & prudentia mulierũ. Et de conditionibus pactis inter Hannibalem & Gallos, quod mulieres iudicabant de commiſſis per Gallos, dixi in finali parte, in decimaſeptima conſideratione, *in cap. aliam orbis diuiſionem, verſic. vnde & apud, &c. cum verſic. ſequen.*

Socrates *in lib. de republica 5.* dicit, non omnino eſſe arcendum mulierum genus ab adminiſtranda republica, ſi qua modo reperiatur idonea; quin præcipit, non magiſtratus tantum, ſed omnia & publica, & priuata, tum pacis, tum belli ſtudia, mulieribus cum viris, communia fieri. Sed in ea re, illum reprehendit Lactantius *libro diuinarum inſtitutionum 3. cap. 22.* Et hæc non ſine ratione dicuntur; quoniam, vt in præcedenti conſideratione dixi, aliquid iudicii, & diſcretionis habent. prout facit text. *in l. cum prætor. §. penult. ff. de iudiciis.* concordat text. *in c. infamis. 3. quæſt. 7.* probat illud Prouerb. 13. Sapiens mulier ædificat domum ſuam. & *Prouerb. 19.* Domus, & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem vxor prudens, vt refert Ioan. Fabri *in rubr. Inſt. de nuptiis.* & Lucas de Penna *in l. 2. col. penult. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10.* & dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgund. titul. Des droictz & appartenances a gens mariez. in rubr.* & etiam *Reg. 10. c.* fit mẽtio de quadam muliere ſapienti. facit etiam text. loquens de mulieribus, *in c. viduas le premier. ibi; maioris ſapientiæ, & conſilii exiſtunt, 27. quæſt. 1. & in c. ſi aliquid. 22. quæſt. 4.* vbi prudentis quoq; fœminæ fit mentio.

Ex quibus concludit Tiraquellus *in ſuis legibus connubialibus in l. 11.* quæ eſt, quod in his etiam, quæ ad virorum curam pertinent, ab vxoribus ipſi conſilium ſumant: quod, cum fœminæ ſint non omnino expertes ſapientiæ, conſilii & prudentiæ, poſſunt ſalubre quandoque dare conſilium. facit text. *in l. ſi quis decedens. §. Papinianus. ff. de adminiſt. tut.* Ideo admodum ſcite dicit Corneus *conſil. 36. in cap. quo ad primum conſultationis articulum. col. 7. verſic. & conſtat, quod illud ſtatutum. lib. 3.* quod non ſemper ſpernitur mulieris conſilium, prout nec ſpreuit Ioan. Andr. conſilium ſuæ vxoris Milantiæ, cum illud referat *in cap. cum ſecundum Apoſt. de præbend.* vbi dicit, ſe ab ea didiciſſe, quod ſi nomina (vt pleraque alia) in foro venderentur, pulchra quidem, parentibus eſſe magno pretio emenda, vt filiis imponerent. Eandemque vt doctam, ſe aliquando conſuluiſſe aſſerit *in c. prior. col. pen. de regul. iur. in 6. in Mercurialibus.* Nec etiam ſpreuit Ioan. Calde. conſilium ſuæ vxoris: cum, vt inquit *in c. fin. de renunc.* & poſt eum Pan. *in cap. cum inter vniuerſas. in fin. de electi.* ipſum Calderinum conſuluiſſe vxorem, an conuiuator teneatur hora prandii mittere ad conuiuas, vt veniant; quæ ſatis æque reſpondit, ad fœminas, & forenſes, eſſe mittendum, qui ſe facile non ingerunt: non etiam ad alios, niſi eſſent graues perſonæ: de quo etiam

Digitized by Google

per Collect. *in cap. à crapula de vita & honeſt. cle.* & Bald. *in procœmio Gregoriano. col. 5. verſic. quaro. quidam ſcholaris.*

Aduerte ad dictũ Philippi Decii *in l. fœmina. col. 2. verſic. 3. poſtulare. ff. de regul. iur.* quod, licet mulier prohibeatur poſtulare, poteſt tamen in camera conſulere.

Ex quibus dictis videmus certos caſus, in quibus conſilia mulierum fuerunt ſalubria, ideo in talibus aut ſimilibus, videtur eſſe illis credendum. Et inter alia, aduerte ad conſilium Saræ; quoniam exemplo illius, ſi vxor tua conſuluerit te aggredi ad ancillam, crede illi, ſi ſit pulchra, alias non: ſed his temporibus mulieres hoc de raro contingenti, conſulunt.

Adde alios tres caſus vltra prædictos in quibus credendum eſt vxori, non vltra.

Primus, ſi cum volueris egredi extra locũ tuæ habitationis, & vxor tua tibi dixerit, & conſuluerit, bibendum eſſe antequam exeas, crede illi.

Secundus, ſi cum vxori tuæ quandoque dixeris, illi te velle dare veſtem pretioſam, cauſa ornatus, ſimilem eius vicinæ, & dixerit alio tempore reſeruandam, crede illi.

Tertius, ſi cum noctu aut diu in palæſtra venerea illam amplexus ſemel fueris, & iterum concũbere velis, ſi dixerit tibi vxor tua, ſat eſt, crede & illi; quoniam in his tribus optimum erit eius conſilium: quia vero videtur de raro contingenti euenire; ideo videtur charius & vtilius: cum quæ rara ſunt, chariora videntur.

Et pro certo, niſi eſſet intentionis noſtræ in hoc opere, recenſere tantum quæ laudem concernunt, libenter adducerem, in nullo alio caſu conſiliis mulierum eſſe credẽdum, cum ſit fragile & debile, vt ſatis declarat Tiraquellus *in dictis legib. connubialib. in 1. l.* ad quem te remitto, tanquam ad ſolitum de ipſis mulieribus male dicere, fere in toto illo opere.

VNdecima conſideratio. Etiam fœmina laudem meretur, & honorari debet ex virginitate. Cũ virginitas ipſa Dei templum ſit, & qui eam habet, fortitudinem habere dicitur, ſecundum Auguſt. *de ciuitate Dei. lib. 1. cap. 26.* tantaque eſt vis probitatis & caſtitatis, vt pene omnis eius laude moueatur humana natura. Et virginitas virtus eſt animi, comitemque ſecum habet fortitudinem. *32. q. 5. ca. ita ne aliqui.* Et de laude, excellentia, & priuilegiis virginum, diffuſe *in proxima ſequenti parte, in 39. conſid.* ſcribitur. Et inter cæteras virtutes mulierem pudicitia præfertur, vt habetur *in Margarita poetica, 2. part. tract. 2. orat. 17, in princ.* Et de huiuſmodi virtute ſatis ample habetur in Roſario. B. de Buſtis. *in 2. part. ſermo. 28.* vbi de virginitate ponit, *in litera B. C. D. E. F. G. &c. & in litera T.* antea ponitur de pudicitia, in quibus locis enumerantur aliquæ, quæ fuerunt laudatæ, ex pudicitia, vt Suſanna, & Sophronia. Sed quia iſtud eſſet nimis faſtidioſum, omnes pudicas & virgines enumerare non inſiſto: cum non ſit ita nouum ſicut de doctis, & magnanimitatem habentibus. Etiam Textor *in ſua officina* ponit quaſdam virgines veſtales. De laude etiam virginum vide Iacob. Nigrum *in ſuo Sophologio ſapientiæ, lib. 10. c. 16.* vbi multa ponit de virginibus. Vide etiam de laude & eius priuilegio pulchra, quæ dicit Pan. & alii, *in cap. cauſam matrimonii. extra de probat.* & Lud. Romanus *in conſil. ſuo 500. incip. vos eſtis lux mundi.* vbi eſt oratio per eũ facta in conſilio Baſilien. Quæ quidem virginitas (ſi ſemel amiſſa fuerit) amplius reparari non poteſt, ſecundum Auguſt. vt dicit gl. *in l. vnica. C. de rapt. virg.* Cui concordat Ouid. lib. epiſtolarum. *Nulla,* inquit, *reparabilis arte Læſa pudicitia eſt. & caſtitas præfertur vita.* tex. *in l. 2. § initium. ff. de origine iuris.* Etenim hęc caſtitas virginalis nobilior cæteris: in cuius ſignum virgines Laureolam portant. *cap. ſi Paulus. 32. quæſt. 5.* imo pro virginitate ſua conſeruanda Daphnes, Penei filia, tota in Laurum conuerſa fingitur, *lib. 1. Metamorphoſeos*: vt ex Laurea corona triumphantes Imperatores, Ioui pro victoria in Capitolio ſacrificaturi, in poſterum ornarentur.

Cui Deus, aut quoniam coniunx mea non potes eſſe,
Arbor eris certe dixit: mea ſemper habebunt
Te coma, te cithara, te noſtra Laura pharetra.

Tu

Digitized by Google

Tu ducibus lætis aderis, cum læta triumphum
Vox canet, & longas viſent capitolia pompas.
Tu quoque perpetuos ſemper gere frondis honores.

Hoc dicit Guil. Benedicti *in ſua repe. cap. Rayn. in verb. cuidam Petro tradiderunt. num. 46. de teſtam.* Et de laude virginitatis videas Oſium Epiſcopum Cordubenſem, qui fecit librum vnum, & Iulianus Epiſcopus eccleſiæ Toletanæ, fecit librum vnum, & Saluianus libros tres. De excellentia etiam huiuſmodi virginitatis ponit ample Iodocus Clicthoueus *in ſuo Antiluthero, cap. 39.* Et dicit Guil. Benedicti *in loco ante hic allegato*: triplicem eſſe caſtitatem, virginalem ſcilicet, quæ proprie virginitas appellatur, de qua hic, *& in locis ſupra allegatis*: vbi multæ enumerantur virgines, quæ plura egerunt pro earum virginitate conſeruanda, vt etiam de filiabus Scedaſi (quæ Hippo & Miletia dicebantur) in Leuctris oppido Bæotiæ, quæ ore laudãdæ ſunt, quas traditum eſt (vt ait Hieronymus contra Iouinianum) abſente patre, duos iuuenes Spartanos prætereuntes, iure hoſpitii ſuſcepiſſe, qui multum vino indulgentes, vim per noctem intulere virginibus: quæ amiſſa pudicitia, nolentes ſuperuiuere, mutuis conciderunt vulneribus. Et, vt refert Cælius *lib. antiquarum lectionum 7. cap. 28.* maxima virginitas & caſtitas obſeruatur apud Chios. Nam nullum adulterium, neque illegitimus concubitus (quod eſt maximum temperantiæ muliebris argumentum) ex Chio (vt ait) memoratur prodiiſſe.

Legitur quod Britora, nympha Cretenſis, cum eſſet formoſa, perpetuoque virginitatis voto venationi vacaret, ad vim & ſtuprum Minois regis declinandum, ſe in aquas dedit præcipitem.

Item Thexena mulier à Philippi Macedonum regis militibus in mari ſepta, cum nullum ſalutis refugium videret, in mare ſe deiecit, idque ne in regis poteſtatem veniret. & vide Plu. *in 2. tri caſt. tatis.* & Aug. *lib. 1. de ciuit. Dei. cap. 26.* vbi fit mentio de his, quæ ſe necauerunt, & in fluuium proiecerunt: vt inſectatores ſuæ pudicitiæ deuitarent: ſed ibi commentator dicit, ſe nullibi legiſſe de virginibus Chriſtianis, quæ ſic ſe occiderint; quia Deus præbuit auxiliũ virginibus, vt ſuæ virginitatis ſeruarent decorem. Quis Luciam eripuit de tot malis? Quis Agnetem? Quis Appoloniam? Quis Catharinam? vere Chriſtus Ieſus ob gratiam virginitatis. Virginitatem omnibus præfert virtutibus, & ad eam ſequendã omnes inuitat Petrus Abbas Cluniac. *lib. 6. ſuarum epiſtolarum, epiſt.* 40. quæ eſt exhortatoria, & miſſa ad ſanctimoniales Marciniacenſes (quæ ſunt in diœceſi Heduenſi ſuper Ligerim) vt in virginitatis felici propoſito perſeuerent, exemplo ſanctarum virginum, & martyrum.

Secunda vero caſtitas dicitur continentiæ, ſeu vidualis, de qua infra prope *in 20. conſid.* & ample *in 3. par. ſequen. in 40. conſid.*

Tertia eſt, quæ pudicitia appellatur, quæ eſt in legitime coniugatis, de qua faciã conſiderationem ſequentem. Et de his tribus ſcilicet virginibus continentibus & coniugatis, facit tres ordines in Eccleſia Dei, *gloſ. fin. in decret. firmiter credimus. in fin. de ſumma Trin. &c.* Chriſtus tamen, *vt ibi ait*, plus amat virgines, quam alios; quia ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat imperatum. Continentes etiam plus Deo placent, quam coniugati: quia non expedit homini ad regna cœleſtia tendenti, accipere vxorem. tex. eſt *in c. qui ſitit. 33. q. 5.* & ea ſunt in noſtris officiis gratiora, quæ, cum liceret nobis etiam non impendere, tamen cauſa dilectionis impendimus: vt eſt text. *in c. iam nunc. 23. quæſt. 1.* dicit tamen tex. alius decretalis, in fin. *Non ſolum virgines & continentes, verum etiam coniugati, per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.*

DVodecima conſideratio. Sicut ornat virum fidelitas; ita mulierem caſtitas: quę etiã eſt in matrimonio, vt dixi, & probat text. *in can. Nicena, ibi; honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem dicens eſſe cum propria coniuge concubitum. 31. diſt.* facit l. *mulier. §. cum proponeret. ibi; quod & mulieres pudicitia, & patris voto congruebat. ff. ad Treb.*

Et in conſeruatione huiuſmodi caſtitatis plurimum laudantur mulierеs, vt legitur de illa

de illa nobili Lucretia, totius pudicitiæ & caſtitatis gemma, à Tarquinio Superbo, licet vi oppreſſa, proximis, & Collatino eius marito, cum dignitate thoro violato fœdare noluit, ſimul conuocatis, gladio ſe transfixit.

De Penelope Vlyſſis regis coniuge pulcherrima legitur, quod ob ſuam tutandam pudicitiam, & marito ſeruandam fidelitatem, multas à ſuis procis pertulit iniurias; tamen nulla vnquam moleſtia à propoſito fidei mariti diuelli potuit: Lanificio, & abſentiam mariti ſolabatur, & procos fruſtrabatur, quibus ſe conceſſuram abſoluta tela pollicebatur. Sed vt eos longius fruſtraretur, noctu retexebat, quod interdiu texuiſſet. Quo factum eſt, vt Penelope hæc venuſta iuuenis, ſolatio viri, in Troiano decennali bello perſiſtentis, deſtituta, illibati decoris, atque intemeratæ pudicitiæ matronis omnibus ſemper exemplum ſanctiſſimum fuit, in qua plus laudatur mentis fidelitas, quam pudicitiæ effectus. vnde Tibullus:

Caſta precor coniunx maneas, ſanctique pudoris.
Ne ſis caſta metu, quæſo, ſed mente fideli.

Nam animus & propoſitum diſtinguunt maleficia *l. iniuria. ff. de furtis.* Hinc teſte Cælio *lib. antiquarum lectionum 7. cap. 27.* ſcribit Hieronym. doctiſſimi viri eſſe ſententiam, pudicitiam inprimis eſſe retinendam, quoniam ea amiſſa, omnis ruit virtus, & in ea decoris muliebris eniteſcit principatus. Hæc pauperem commendabilem facit, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram, viros quidem conſulares illuſtrat, effert in æternum nomen eloquentiæ claritas militaris gloria, & ex deuictis gentibus arreptus triumphus parem quodammodo Deo facit. Multa porro ſunt, quæ ingeniorum fertilitate, nobilitatem adoptent præſignem. Per propria mulieris virtus pudicitia cenſetur. Hæc Lucretiam Bruto æquauit, neſcio an etiam prætulerit; quoniam Brutus non poſſe ſeruitutem pati, à fœmina commotus, edidicit. Hæc æquauit Corneliam Graccho. Hæc parem alteri Bruti Portiam fecit: & ibi laudat puellas Patauinas in verecundia, dicens: *Durant etiam in virginibus priſcæ caſtitatis veſtigia, quando non niſi aperta facie prodeunt viſendæ in publicum*, velut dicent ſubinde illud Hierony. in epiſtola ad Demetriadem virginem. Cuius dictum, qui coniugari cupiunt, bene conſiderent. *Illa*, inquit, *ſit tibi pulchra, illa amabilis, illa habenda pro ſocia, quæ ſe neſcit pulchram, quæ negligit formæ bonum, quæ procedens in publicum, non pectus, & colla denudat, nec reuocato pallio, ceruices aperit: ſed vix vno oculo (qui via neceſſarius eſt) patente graditur.* In hoc dignum ſcitu illud occurrit, quod in Græcorum hiſtor. obſeruatum eſt. Siquidem apud Spartanos diu obtinuiſſe legimus, vt aperta facie virgo, at conuelata nuptæ, in propatulo viſerentur. Cuius eam Charilaus reddebat rationem; quoniam virginibus viros ſibi proſpicere neceſſarium ſit. Mulieribus autem, quos compararint cuſtodire. Obſeruatum & illud Chalcedonas mulieres eum ſeruaſſe morem, vt ſi in alienos viros & magiſtratus potiſſimum inciderent, dimidium retegerent faciei: quæ à viduis coorta conſuetudo prorepſit. & in eas, quæ iunctæ viris forent. Hunc morem etiam apud nos in Burgundia obſeruari videmus. Mulier autem in ſignum verecundiæ, ſubiectionis & reuerentiæ, debet velare caput ſuum: vt habetur 1. *ad Corinth.* 11. & recitatur 15. *quæſt. 3. in princ. & c. hæc imago. & c. pen. 33. quæſt. 5.* Vnde Linus ex mandato Petri conſtituit, ne qua mulier, niſi velato capite, templum ingrederetur.

Imperator etiam pudicitiam ſemper eſſe colendam cenſuit. Tex. eſt *in l. ſi qua illuſtris. ibi; ipſi pudicitiæ, quam ſemper colendam cenſemus.* Maxime in ingenuis, & nobilibus ſeu illuſtribus, quibus caſtitatis obſeruantia præcipuum debitum eſt, vt ibi dicit text. *C. ad Orfitianum.* Etiam Imperator caſtitatis eſt amator. text. *in Auth. quibus modis natura effic. legit. §. nouimus, colum. 6.* de quo per Guil. Benedicti *in ſua repet. cap. Raynut. in verb. cuidam Petro tradiderunt, num. 69. cum tribus ſequentib. extra de teſtam.* vbi dicit, quod libido in potente & honorato eſt deterior, & quod ob vitium luxuriæ plures reges fuerunt interfecti, & expulſi à regno: & ibi vide pulchra exempla de caſtitate,

Digitized by Google

caſtitate, & pudicitia antiquorum principum.

DEcimatertia conſideratio. Quod mulieres laudantur ex clementia & liberalitate: vt habetur per Bern. pe Buſtis *eodem ſermone* 28. *in princ. in* 2. *part. in litera* Z. & de liberalitate reginæ Sabbæ exemplificat, quæ venit à finibus terræ ad audiendam ſapientiam Salomonis, & donauit ei 120. talenta auri, & aromata multa, gemmasque precioſas, vt habetur 2. *Reg.* 10. *c.* Et quædam fœmina nomine Buſa ditiſsima, Marium à ſenatu Romanorum hoſtem iudicatum, in ſuam domum reduxit, vt refert *Margarita poetica in oratione* 17. *ſupra alleg.* Et vnum actum Clementię narrat Seneca *lib.* 1. *de clementia. cap.* 5. Quod cum quidam Rex non poſſet potentia quendam ſuum deſtruere inimicum, Reginam conſuluit coniugem ſuam, quæ tale regi dedit conſilium: *Fac domine quod medici facere ſolent: Quia vbi vſitata remedia minime proſunt, tentant contraria. Si ſeueritate nihil profeciſti, nunc tenta, quomodo cedat tibi clementia: ignoſce illi.* Quod & factum eſt, vt de hoc atteſtatur Benedicti *in d. rep. c. Raynut. in verb. duas habens filias. nume.* 19. *extra de teſtam.*

DEcimaquarta conſideratio. Quod mulier timens Deum, ipſa laudabitur, vt habetur *Prou. vlt.* & Bernardin. de Buſtis *in* 2. *par. ſui Roſarii. ſerm.* 28. *in* 2. *par. illius in litera* E.

Adde etiam: quod mulier timens maritũ, conſequitur honorem; quoniam ſcriptum eſt *ad Epheſ.* 5. Vnuſquiſque vxorem, ſicut ſeipſum, diligat: vxor autẽ timeat virum ſuum. de quo à nobis dictum eſt *in rub. Des droictz, & appartenances a gens mariez. in commentariis conſuetudinum ducatus Burgun.* Laudem etenim conſequuntur, ſi viris ſe ſubiecerint, dicit Plutarch. *in præceptis connubialibus.* dicam alibi, & hic ante in conſideratione ante proximam.

DEcimaquinta conſideratio. Laus mulierum cenſiſtit etiam in deuotione & pietate, vt ample declarat idem Bernardinus de Buſtis *in dict. ſermon* 28. *in* 2. *par. ſui Roſarii.* Et ibi ponit de multis, quæ pietate, & clementia motæ, multa ſeruitia impenderũt ſanctis. Etiam habetur per Albertum de Eyb. *in ſua Margarita poetica, in d.* 2. *part. tract.* 2. *oratione* 17. vbi ponit de Antigona, Oedippi filia, de Claudia, Veſtali virgine, & de Æmilia, virgine Veſtali, & virginibus Spartanis, Vide Franciſcum Patritium, *lib.* 4. *titul.* 5. *de inſtitutione reipublica:* vbi ample commendat laudem mulierum in virginitate, de qua ſupra.

DEcimaſexta conſideratio. Gloria etiam mulierũ conſiſtit in gratioſitate; quoniam vt habetur *Prouer.* 11. mulier gratioſa inueniet gloriam, vt fecit Eſter, quæ propter eius gratioſitatem fuit coniuncta matrimonio regi Aſſuero, repudiata Vaſthi eius prima vxore. *Eſter.* 1. *&* 2. & dicam infra. Et hæc gratioſitas conſiſtit in modeſtia, quæ multum commendatur in mulieribus, vt inquit Epictetus philoſophus *in enchiridio, cap.* 155. vbi de officio viri erga vxorem dicit. Monẽdæ igitur ſunt apud nos mulieres, in honore eſſe, nihil ob aliud, niſi, vt modeſtæ ſint, & virum reuereantur. Etiam conſiſtit hæc gratioſitas in modo, qui multum in vxoribus & fœminis attenditur, & eſt pulcherrima virtus: vnde Horatius:

Omnibus adde modum, modus eſt pulcherrima virtus.

Et ſtat vulgare prouerbium, *En drap couleur. En vin ſaueur, En aduocat eloquence, Et en femme contenance.* E diuerſo, ſi vxor non inuenerit gratiam in oculis viri, ſcribet libellum repudii, vt habetur *Deut.* 24. *c.*

DEcimaſeptima conſideratio. Quod etiam mulieres ex miſericordia laudantur potius, quam viri; quoniam, vt ait Ariſt. 8. *lib. de animalib.* Mulier viro miſericordior eſt. ita dicit Bernard. de Buſtis *in* 2. *part. ſui Roſarii. ſermo.* 28. 2. *part. litera* E. Et vbi non eſt mulier, ingemiſcit egens. *Eccleſ.* 36. *in fin.*

DEcimaoctaua conſideratio. Mulieres etiam propter earum diligentiam laudantur; quoniam, vt habetur *Prouerb.* 12. Mulier diligens corona eſt viro ſuo.

DEcimanona conſideratio. Mulieres etiam ſunt laudandæ; quoniam ſunt ſagaciores

ciores viris, *gloſ. fin. in l. ſi à ſponſo. C. de don. ante nupt. in l. 2. C. de his, qui veniam ætat. impet.* Ioan. de Montaigne, *in tractatu ſuo de bigamia. 1. quaſt. col. 20. & ſequent.* Et prudentia mulieris multum ſolet mederi vitiis maritorum. Vt Vbertinus *ſuper Epiſt. Ciceron. 25. incipien. Non potuit.* Et habetur *Prouerb.* 14. Mulier ſapiens ædificabit domum ſuam, & propter mulierem bonam, ſaluatus eſt vir malus. Et ſagacitas, ſeu ſapientia earum, ita antiquitus apud Gallos reputabatur, quod cum diſcordia eſſet, adhibebantur mulieres pro pace componenda. Et mos antiquus erat, quod ſi qua tunc inter ſocios incidiſſet controuerſia, mulieres ſedebant arbitræ. Propter quod ſanxerunt Galli cum Hannibale: vt ſi quis Gallorum ſe à Carthaginenſium aliquo iniuria affectum quereretur, eius rei iudex eſſet Carthaginenſium magiſtratus: ſin Carthaginenſium quiſquam ab vllo Gallorū iniuſti quippiam paſſus eſſet, Gallicas mulieres de ea re iudicium facere, vt refert Textor *in ſuis Epithe. in verbo Galli.* & in hoc conſtat, quod etiam mulieres ſunt ſapientes: imo ab eis eſt exquirendum conſilium, vt conſtat de Iuſtiniano, qui quæſiuit conſilium à Theodora eius vxore, vt habetur *in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. in §. cogitatio. verſic. ſed neque ſufficiemus.* vbi gloſſ. *in verbo, coniugem.* allegat Catonem Barbat. *in cle. 1. colum. 14. de ele.* Domin. meus Iaſon *in l. 1. in 2. colum. ff. de legib.* vbi etiam allegat Ioan. Andr. dicentem, ſe ab vxore ſua didiciſſe, bona nomina magno pretio eſſe emenda.

VIgeſima conſideratio. Laudandæ etiam ſunt mulieres, in ſeruanda viduitate, propter ſignum charitatis, vt ſcilicet oſtēdat vxor quantum amauerit virum. Vnde, vt refert Virg. *in 4. AEneid.* dicebat Dido vidua:

Ille meos primus qui me ſibi iunxit amores
Abſtulit, ille habeat ſecum, ſeruetq; ſepulchro.

Quos allegat Lucas de Penna *in l. mulier eſt. 11. col. C. de incolis.* vbi ample commendat viduitatem. & Hieronym. contra Iouinianum ſcribit de Valeria, nobili Romana, quæ Seruio viro ſuo mortuo, nulli nubere volebat. Cum rogaretur ſecundum virum accipere, reſpondit, ſe non poſſe hoc facere; quia primus adhuc viueret. Quam diu enim vixero, vir meus per amorem viuet in corde meo. Putabat enim virum ſibi, quem animo geſtabat, à cuius memoria ne mors quidem eum eripere poterat. O ſententiam ſingularem, & excellentiſſima matrona dignā, qua declaratur, non corporis illecebris, ſed animi affectu matrimonium tueri. Quod quidem probauit Democionis Athenienſis filia. Quæ quamuis virgo eſſet, cum audiuiſſet Leoſthenis ſponſi mortem, qui in bello Lemniaco occubuerat, ſeipſam interemit: aſſerens quanquam intacta eſſet corpore, tamen ſi alterum cogeretur accipere, ſecundum deciperet, cum priori animo nupſiſſet. hæc Franciſcus Patritius *lib. 4. tit. 5. de inſt. republicæ.* vbi dicit, quod licet maioris amoris vinculum ſit, & ingenui eſſet animi, non niſi vni viro coniungi: & in hac re turturis naturam imitari: quam naturæ indagatores diligentiſſimi aſſerunt, ſi parem amiſerit, nunquam alterius commixtionem quærere. Et etiam, quoniam vetuſtiſſimi Romani eam fœminam corona pudicitiæ honeſtabāt, quæ vno contenta matrimonio tantum fuiſſet, perpetuaque viduitate, corrupti animi ſyncęritatem oſtendiſſet. Impatiens enim libidinis videtur illa, quę rurſus nubit, & præcipue, ſi liberos habet, matrimonii pignora: & mortuum virum facie ac nomine exprimentes. Quam quidem ſententiam Eliſæ verbis eleganuſſime exprimere videtur Maro Mantuan. cum ſe viduam ac deſertam quereretur his verſibus;

Saltem ſiqua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles, ſi quis mihi paruulus aula
Luderet AEneas, qui te tantum ore referret,
Non equidem omnino capta aut deſerta viderer.

Quid, quod ea, quæ rurſus nubit, impia in liberos eſſe cernitur. Quos orbatos patre, & ab omnibus deſtitutos, quaſi in lumine vitæ negligit, eo etiam tempore, quo magis parentis ope indigere videntur. Quæ ratio quidem omnibus perſuadere debet, vt videtur. Cum liberis pudicitiam ſeruent, nec rurſus fortunam experiantur, à qua ſemel deceptæ,

Digitized by Google

ceptæ, vix meliorem ſortem deſperare poſſunt, cum honori ac liberis omnino male conſulant.

Auia Romanę nobilitatis animum oſtendit, cum eius propinqui ac neceſſarii ei ſuaderent, vt alteri nuberet, cum integra adhuc ætate, & facie optima eſſet. inquit enim, ſe nequaquam eſſe facturam. Nam ſi virum inuenero, vt ante habui, noló perpetuo formidare, ne perdam. Sin malum? Quid enim habeo malum experiri, cum optimum priorem fuerim experta? Illuſa enim prioris fato ſapienter feciſſe videtur, ſi maritali fortunæ rurſus ſe credere noluit.

Sed Portia minor, Catonis filia, firma ac conſona ſententia declarauit, quid pudicam fœminam deceat. Nam cum apud eam, vt moris eſt, laudaretur mulier quædam, quæ rurſus nupta eſt: *Tacete*, inquit, *nam neque felix, neque bene morata, aut pudica eſſe poteſt fœmina, quæ ſecundo nubit.* Laudat ſummopere Plutar. Corneliæ, Gracchorum matris, viduitatem. Ad hanc fere ſententiam Cornelia filiorum, & familiæ cura ſuſcepta, poſt mortem viri talem ſe præbuit, vt non male conſuluiſſe Tyberius videretur, qui pro eius ſalute occubuit. Nam Ptolemæi regis nuptias reſpuit. Et cum ille regnum, & communionem diadematis ſibi offerret, vidua quam regina eſſe maluit. Hæc Patritius *vbi ſupra.* Et Hieronymus narrat in loco ſupra alleg. quod Maria, Catonis filia, cum nollet nubere, ſed virum defunctum ſemper lugeret, interrogata, quem diem vltimum haberet luctus, reſpondit, quem & vitæ.

Et, vt ait Berg. de Buſtis *in ſer.* 28. *in litera T. V. X. Y. Z.* Viduitas in multis aliis commendatur. Et commendationem huius viduitatis etiam ample ponit Lucas de Penna *in l. mulieres. ſupra alleg.* Et iſta caſtitas continentialis, quæ dicitur viduitas, ſi longo tempore continuetur, non procul diſtat à virginitate. §. *optimum itaque eſt. in Authent. de non elig. ſecundo nub.*

Sed vt dicit Patritius *in loco ſupra alleg.* Tolerabilius agunt, qui in primo ætatis flore, ad ſecundas nuptias tranſierunt, ſi liberis carēt. Student namque ſingula animalia ſobolem propagare, & liberorum gratia ſe collocare potius, quam libidinis, æquius omnino eſſe videtur.

Sed ſi qua impatiens libidinis eſſet, ne ſine viro caſte degere poſſet, optimi conſilii eſſe puto, vt rurſus nubat: malo ſiquidem laude viduitatis careat, quam pudicitiæ. Illa enim ſine ignominia ac turpitudine: hæc autem nō ſine probro ac dedecore mittitur. Et propterea de iure ſtatutum eſt, quod inſequendo dictum Apoſtoli 1. *ad Cor.* 7. *in fin.* Mortuo viro, mulier nubat in domino. *cap. cum ſecundum. &c. ſuper illa. extra de ſec. nupt.* dixi *in rubr. Des enfans de pluſieurs lictz. in conſuetudinibus noſtris.* & non eſt præſentis ſpeculationis; igitur non inſiſto. Et etiam; quia matrimonium eſt cauſa conſeruandi genus humanum. ideo facio conſideratione ſequentem pro laude mulierū ſecundo nubentium. Sed quoniam hic loquitur de viduitate, quæ dicitur vidua, vide ample Benedicti *in ſua rep. cap. Ray. in verb. eandem Petro tradiderunt. num.* 48. *de teſta. & ibi in verb. & vxorem nomine Adelaſiā.* vbi & viduitatis priuilegia ponit. *num.* 806. *cum ſeq.* Et vidua retinet priuilegia omnia defuncti mariti, quibus ipſo viuente fruebatur: quia in eo gloria defuncti merito relucet. & dicit Bald. *in leg. pignoris. C. de pign. actio.* quod vidua alicuius relicta, mortui viri eſt imago. Et plura ſcripſi infra *in ſequenti part. in* 9. *conſider.* de ſtatu viduali, & de eius laudibus, & quod præfertur ante ſtatum coniugalem.

VIgeſimaprima conſideratio. Quod ita mulieres ſunt laudandæ propter conſeruationem generis humani, quod breui tempore periturum eſſet, niſi hic muliebris ſexus eſſet.

Mulieres enim ſunt, quæ familias, quæ reſpublicas, quæ totam denique conditionem reſtaurant. Et quod maius eſt, immortalem reddunt. Et ideo, vt dicit Albertus de Eyb. *in ſua margarita poëtica, in* 2. *part. tract.* 2. *in oratione* 17. Hæc Romanæ vrbis conditor intelligens, quando fœminis careret, cum Sabinis bellum graue inire non dubitanit.

Digitized by Google

uit. Cognoſcebat enim huiuſmodi imperium, ſi mulieres non affuiſſent, pauciſſimis eſſe duraturum diebus. Dicam infra amplius *in hoc tract. in 9. par. in duodecima conſideratione:* vbi ponam, quod coniugati, tanquam exiſtentes in dignitate, præferuntur cæteris non coniugatis.

VIgeſimaſecunda conſideratio. Mulier propter eius pulchritudinem & formoſitatem laudanda eſt. Quoniam, vt ait Albertus de Eyb. *in ſua margarita. in 2. par. tracta. 1. cap. 4. de authoritat. Lucii Appulii:* virgo formoſa, & ſi ſit oppido pauper; tamen abunde dotata eſt: & propter pulchritudinem facilius maritatur: de quo etiam per Cælium *lib. 13. antiquarum lect. cap. 7. & 8. & 9.* vbi ample laudat, & extollit pulchritudinem, maxime in muliere. notatur *in l. ſi voluntate. C. de dotis promiſſ.* Dixi *in conſuetudinibus noſtri ducatus Burgund. in rubr. Des droictz, & appartenances a gens mariez.* Vbi dixi, quod mulieri formoſæ nubendum eſt. Et tantum pulchritudo mulieris allicit homines, quod ab ea non poſſunt ſeparari, vt habetur 3. *Eſdræ 4. cap.* vbi habetur; Mulier pulchra, & fortis, & dominans regi, vt non poſſint homines à mulieribus ſeparari, de quo per Ant. Flor. *in ſua ſum. 1. par. lib. 1. c. 2. §. 2.* vbi ponit, quomodo anima ſignatur per pulchram mulierem. Sed cauendum eſt, ne quis, ſi tali nubat, quandoque legat titulum ad Cornelianum: quoniam, vt ait Albertus *in loco hic ante alleg. in 10. c. illius 2. part. & primi tractatus:* Mulier ſpecioſa, & pulchra templum eſt ſuper cloacam ædificatum: cum lis ſit cum forma iuncta pudicitiæ.

Corporis egregii miſeros trepidoſq; parentes
Semper habet, rara eſt adeo concordia formæ:
Atque pudicitiæ ſanctos habet horrida mores.
Tradiderit dominus. Et
Formoſis leuitas ſemper amica fuit.

Et difficile eſt cuſtodire quam plurimi amant, vt ſatis colligitur ex dictis Io. Neuizani Aſtenſis *in ſua ſylua nuptiali, in ampliatione 7. in verb. quæro iuxta prædicta, ſi ſint duo.* vbi ponit, quid operetur pulchritudo mulieris. Et ibi dicit, quod debet habere triginta quatuor, ad hoc, vt ſit pulchra, quæ his verſibus ibi poſitis continentur:

Triginta hæc habeat, quæ vult formoſa vocari
Fœmina, ſic Helenam fama fuiſſe refert.
Alba tria, & totidem nigra, & tria rubra puella
Tres habeat longas, tres totidemque breues.
Tres craſſas, totidẽ graciles: tria ſtricta, tot ampla
Sint ibidem huic formæ ſint quoq; parua tria.
Alba cutis, niuei dentes, albique capilli,
Nigri oculi, cunnus, nigra ſupercilia.
Labra, genæ atq; vngues rubri, ſit corpore longa,
Et longi crines, ſit quoque longa manus.
Sintque breues dentes, auris, pes, pectora lata,
Et clunes, diſtent ipſa ſupercilia.
Cunnus & os strictũ, ſtringũt vbi cingula, ſtricta.
Sint coxa, & collus, vuluaque turgidula.
Subtiles digiti, crines & labra puellis,
Paruus ſit naſus, parua mamilla, caput.
Cum nulla aut cura ſint hæc, formoſa vocari
Nulla puella poteſt, rara puella poteſt.

Non aliter hic inſiſto circa talia, cum ſatis, & vltra, quam decens ſit, ponatur *in dicta ſylua nuptiali.*

De his tamen ſupradictis, & aliis, quæ faciunt ad corporalem pulchritudinem mulieris. Et habetur *Cant. 4.* vbi primo commẽdatur mulier ex pulchritudine. Secundo, ex ſimplicitate aſpectus, quod multum facit ad gratioſitatem mulieris. Tertio, ex pulchra membrorum diſpoſitione, & hoc eſt, quod dicitur: habet pulchrum corpus, facit *l. vel prætermiſ. ff. de adil. edict.* Quarto, ex capillis ordinate diſpoſitis, & compoſitis, vnde habetur *1. ad Corinth.* 11. Mulier, ſi comam nutriat, gloria eſt illi. Quinto, ex dentibus albis bene ordinatis; quia dentes, ſeu vngues, non debent eſſe ſcabri, ſeu ſordidi. Sexto, vbi ſuperiores dentes decenti ordine correſpondent inferioribus ſicut gemelli adinuicem. Septimo, vbi non eſt dentium fractus, putrefactio, ſeu commotio. de quo laudatur Moyſes *Deut.* 34. quia, cui os olet ex corporis vitio, morboſa eſt. *l. qui clauum, § fin. ff. eod.* Octauo, vbi eſt rubedo in labiis, quæ rubedo iuxta albedinem facit ad decorem. Nono, vbi mulier habet eloquium dulce, & gratuitum omnibus audientibus ipſum. Nam, ſi balbeſcit, non placet.

facit

Digitized by Google

facit l. 1. §. *ſed ſciendum. ff. eod.* Vndecimo, vbi habet collum rectum, & decenter eleuatum. Duodecimo, vbi habet vbera cóformia, non nimis eleuata, ſed decenter in quantum facit ad oſtenſionem muliebris ſexus.

Sed tamen aduertatur, quæ ſint mulieres, & fœminæ memoria dignæ, propter earum pulchritudinem fuerunt ſequentes:

Amaryllis puella. Virgilius:

Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.

Ægle nympha. Virg. *Eccl.* 6.

AEgle Naiadum pulcherrima.

Atlanta, puella fuit in Arcadia, & Iaſii filia liberali admodum forma.

Ouid. *lib.* 8.

Venit Athalante Schœnei pulcherrima virgo,
Raſilis huic ſummam mordebat fibula veſtem,
Crinis erat ſimplex nodum collectus in vnum.
Talis erat cultu facies, quam dicere vere
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſes.

Ariadne, filia Minois, forma fuit eleganti, quam propterea Bacchus duxit in vxorem, eiuſque coronam ſtellis ornatã, in aſtra retulit. Catul. de ea & Theſeo loquens, ſic inquit;

Hunc ſimul ac cupido conſpexit lumine virgo,
Regia quam ſuaues expirans coſtus odores.
Lectulus molli complexu matris alebat,
Quales auroræ perpingunt flumina Myrthos,
Auraue diſtinctos educit verna colores,
Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina, quam cuncto concepit corpore flammã.

Antiopa, filia Nictei, & vxor Lyci, regis Thebarum, ſpecioſiſſimam propter formam à Ioue adamata eſt: ex quo Zetum, & Amphyonem ſuſcepit.

Propertius.

Tu licet Anthiope formam Nycteidos, & tu
Spartanam referas laudibus Hermionem.

Argia, Adraſti Argiuorum regis filia, & vxor Polynicis, fuit itidem mirum in modum ſpecioſa.

Statius *lib.* II. *Thebaidos.*

Egregiam Argiam nec formæ laude ſecundam Deiphilem,

Æginam, Aſopi regis Bæotiæ filiam, ob excellentem pulchritudinem, adamauit Iupiter: iacuitque cum ea in ſpecie ignis.

Ouidius.

Aureus vt Danaen Aſopida luſerit ignis.

Agariſtam, Cliſtheſtis filiam, adeo formoſam extitiſſe, ſcribit Herod. vt ad habendas eius nuptias celebrata ſint Procorum ſpectacula, & certamina, quo ſpecioſiſſimi quique Græciæ adoleſcentes confluxerunt.

Barynes, meretricis formam commendat Horat. *lib.* 2. *Carm.* dicens; *Nulla ſi iuris tibi peierati Pœna Barine nocuiſſet vnquam. Dente ſi nigro fieres, vel vno Turpior vngui, Crederem, ſed tu ſimul obligaſti Perfidum votis caput, eniteſcis Pulchrior multo iuuenumque prodis Publica cura.*

Bryſeis fuit adeo formoſa, vt Achilles amore eius conflagrauerit, eamque, quamuis ancillã, pluſquã puellas omnes adamauerit.

Horatius.

Prius inſolentem Serua Bryſeis niueo colore
Mouit Achillem.

Propert. *lib.* II.

Omnia formoſam propter Bryſeida paſſus,
Tantus in erepto ſæuit amore dolor.

Credibile eſt, Berſabeam, Vriæ vxorem, eleganti fuiſſe forma, quæ ſapientiſſ. illum Regem & Prophetam ſanctiſſ. Dauidem, vſque adeo titillauerit, vt ſolitæ religionis oblitus, adulterio, & homicidio (Vriam enim deuouit morti) ſuam contaminauerit ſanctitatem.

Vnde Stroza pater.

Ille ſacri vates operis Ieſſeia proles,
Præfecit populo quem Deus ipſe ſuo.
Berſabeæ captus forma, tibi magne Cupido
Ceſſit, nec Salomon tutior ipſe fuit.

Refert Phil. Berg. *lib.* 5. *Chronic.* quod Eſter Hebræa, Abichail, Mardochæi fratris filia, ex tribu Beniamin, mulier fuit ſpecioſiſſima, & omnium oculis gratioſiſſima: quæ ob eius pulchritudinem cum rege Aſſuero matrimonio coniuncta eſt. habetur *Eſter.* 2. de qua dixi *in* §. 1. *in gloſſ. En puiſſance de ſon mary. in titul. Des droictz. & appartenan. in conſuetudinibus noſtris ducatus Burgund.*

De Chione, Dedalionis filia, Idem Ouid. *lib.* II. *Metamor.*

Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma,
Mille procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.

Cenis, puella Theſſala, à Neptuno cõpreſſa, pulcherrima fuit. Idem Ouid. *lib.12. Metam.*

Clara decore fuit proles Elateia Cænis:
Theſſalidum virgo pulcherrima.

Caliſto, Idem Ouid. *lib.11. Faſt.*

Fœdera ſeruaſſet, ſi non formoſa fuiſſet.

Hæc nõ eſſet hic ponenda; quoniam formoſitas non tendit ad eius laudem.

Celeno formoſa fuit. Idem Ouid. *lib.4. Faſt.*

Neptuno Halcyonem & te formoſa Celano.

Caliſo, Oceani & Tethyos filia pulcherrima fuit.

Ouid. de Ponto.

An graue ſex annis pulchram fouiſſe Calypſon.
AEquoreaque fuit concubuiſſe Dea?

Idem *lib. 11. de Arte.*

Littore conſtiterant, illic quoq; pulchra Calypſo.

Cydippe ab Acontio ob formam adamata eſt.

Ouidius in Epiſtolis.

Si eſſes tu formoſa minus, peterere modeſte,
Audaces facie cogimur eſſe tua.
Tu facis hoc, oculique tui, quibus ignea cedunt
Sydera, qui flamma cauſa fuere mea.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix,
Quaque precor veniant in mea colla manus.
Et decor & vultus ſine ruſticitate pudentes.
Et Thetidis quales vix reor eſſe pedes.
Cætera ſi poſſem laudare, beatior eſſem.
Nec dubito, totum quin tua pars ſit opus.
Hac ego compulſus, non eſt mirabile, forma
Si pignus volui vocis habere tua.

Catulla, Mart. lib. 8. *Formoſiſſima, quæ fuere, vel ſunt. O quam te fieri Catulla vellem Formoſam minus, aut magis pudicam.*

Propertius formam ſuæ Cinthiæ ſic commendat:

Et quaſcunq; tulit formoſi temporis ætas,
Cynthia nõ illas nomen habere ſinat. Idem,
Illic formoſæ veniat chorus heroinæ.
Quos dedit argiuis Dardana præda viris.
Quarum nulla tua, fuerit mihi Cynthia forma
Gratior. Idem,
Fulua coma eſt, longaq; manus & maxima toto
Corpore, & incedit vel Ioue digna ſoror. Idẽ.
Lilia nõ domina ſunt magis alba mea. Idem.
Poſt Helenam hæc terris forma ſecunda redit.
Hac ego non miror ſi flagret noſtra iuuentus,
Pulchrius hac fuerat Troia perire tibi.
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles.
Si quis vult fama tabulas anteire vetuſtas,
Hic dominam exemplo ponat in arte meam.

Herodotus ait Candaulis Sardium Tyranni vxorem fœminarum omnium fuiſſe pulcherrimam.

Deiopœa nympha. Virg. *AEn. 1.*

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ.
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopœam
Connubio iungam ſtabili propriamque dicabo.

Dido. Idem Virg. *AEn. lib. 2.*

En regia ad templum forma pulcherrima Dido
Inceſſit.

Deianira Herculis vxor. Ouid. *lib. 9.*

Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas, quondam pulcherrima virgo.
Multorumq; fuit ſpes inuidioſa procorum.

Deiph. vxor Thidei, Adraſti filia. Statius *lib. 11. Theb.*

Egregiam Archiam nec forma laude ſecundam
Deiphilem.

Euridice Orphei vxor. Quintianus *lib. 11. Orpheus:*

Hæc ſata Mercurio Euridice formoſa puellas
Tam viſa eſt ſuperare pares cœleſtibus aulis,
Quã iucũda Venus dominas ſupereminet omnes.

Idem.

Venerat Eurydice ſparſis formoſa capillis,
Cui teretes digiti, cui flaua monilia, vultus
Syderei, incerto rubru candore papillis.

De Fabula. Martialis *lib. 11.*

Bella eſt nouimus & puella, verum eſt,
Et diues, quis enim poteſt negare?

Galatea nympha. Ouid. *lib. 13.*

Candidior folio niuei Galatea liguſtri,
Floridior prato, longo procerior alno,
Splendidior vitro, tenero laſciuior hœdo,
Leuior aſſiduo detritis æquore conchis.
Solibus hybernis, æſtiua gratior vmbra,
Nobilior pomis, platano conſpectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior vua,
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,
Et (ſi non fugias) riguo formoſior horto.

Glycera. Horatius *lib. 1. Carm.*

Vrit me Glyceræ nitor Splendentis Pario

Marmore

Marmore purius, Vrit grata proteruitas,
Et vultus nimium lubricus aſpici.

Veteres fabuloſe cõfinxerunt Gorgonem propter eximium venuſtatis decus, mentis inopes, & ſtupidos reddentem ſpectatores, in ſaxa deformaſſe. *Cælius lib. antiq. lect.* 14. c. 9.

Celebratur etiam Hermiones Menalai filiæ pulchritudo. Vnde Propertius *lib.* 1.

Tu licet Antiope formam Necteidos, & tu
Spartanam referas laudibus Hermionem.

Fuit tam elegans & concinna Hippodamiæ pulchritudo, vt ad impetrandas eius nuptias celebrata ſint certamina Procorum. In quibus, quum victor euaſiſſet Pelops, puellam duxit in vxorem. Propertius. *Nec*

Poryginm falſo traxit candore maritum,
Aduecta externis Hippodamia rotis.
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
Qualis Apelleis eſt color in tabulis.

Idem *lib.* 11. Hippodamiam vocat Hyſcomachen, quod propter eam ortũ ſit bellum Centaurorum.

Qualis & Hyſcomache Lapithæ genus heroina,
Centauris medio grata rapina mero.

Hiera, fuit vxor Telephi, mulier omnium (quas Proteſilaus vidit) maxima & pulcherrima.

Propoſita de muliebri pulchritudine certamina pleriſque in locis legimus, ſicuti in Cereris Eleuſinæ feſto prope Alpheum, vbi victrix Herodice meruit palmam. *Cælius libr. antiquarum lect.* 13. *capit.* 9.

Hypſipyle. Statius *lib.* 4.

Errantes ſubito pulchrum in mœrore tuentur
Hypſipylem. Fuit Thoantis filia, à quo Thoantias appell.

Lauiniæ forma fuit origo belli inter Æneam & Turnum, quorum vterque eam ſibi vxorem dari volebat. Virg. *lib.* 12. Flauos eius crines, & roſeas appellat genas, vbi ait:

Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roſeas laniata genas.

Catullus de ſua Lesbia ſic inquit:

Lesbia formoſa eſt, quæ quum pulcherrima tota eſt,
Tum omnibus vna omnes ſurripuit Veneres.

De Laodomia Catullus.

Quo tibi cum caſu pulcherrima Laodomia.

Mais Corinthia, meretrix fuit ſpecioſiſſ. Ouid. 1. *Eleg.*

Qualiter in thalamos formoſa Semiramis iſſe
Dicitur, & multis Lais amata viris.

Lycoris, Corn. Galli amaſia. Martial. *lib.* 6.

Fœmina præferri potuit tibi nulla Lycori.

Prop. *lib.* 1.

Et modo formoſa, quam multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.

Lucretię formam tanti fecerunt Romani, vt eam ſuis monumentis vbique celebrauerint, & vindicauerint à mortalitate: nec ſolũ ob eximiam pulchritudinem, verum etiam ob caſtitatem, quod vim Tarquinii gladio ſit vlta.

Lycaſte, Priami filia, tantæ fuit pulchritudinis, vt Polydamas, Anthenoris ex Theano Hecubæ ſorore filius, illam ex cõcubina vxorem ſibi copulauerit. Fuit & alia Lycaſte, quę ob pulchritudinem Venus vocabatur.

Lamia, autore Plutarcho, puella fuit ſpecioſiſſima à Demetrio adamata, quæ & tibiis optime ceciniſſe dicitur. Hæc primo canendi modulandique ſuauitate, gratiam ſibi apud omnes comparauit.

Maria, Atlantis filia.

Ouidius *lib.* 5. *Faſt.*

Quarum Maia ſua forma ſuperaſſe ſorores
Traditur, & ſummo concubuiſſe Ioui.

Omphale, regina Lydorum, fuit facie adeo præſtanti, vt ei ſe ſubmiſerit Hercules.

Prop. *lib.* 3.

Omphale in tantum formæ proceſſit honorem,
Lydia Gygeo tincta puella lacu.
Vt qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia penſa manu.

Plutarchus in Lucullo ſcribit, Preciam quandam fuiſſe in vrbe Roma fœminam venuſtate formæ nulli ſecundam, quæ ſua pulchritudine Cethegum ſibi adeo deuinxerit, vt nihil probaretur Cethego, quod Precia non iuſſiſſet.

Panthea, vxor fuit Acradatæ viri nobilis apud Perſas, quam Cyrus expugnatis Aſſyriorum caſtris, duxerat captiuam. Abradota autem abſente, & apud Bactrianos legatum agente, Araſpe Medo ſeruanda tradita

eſt, qui apud Cyrum affirmauit nondum eſſe ortam, aut omnino inuentam tota Aſia pulchriorem.

Sulpitiæ formam cõmendat Tibul. *lib*. 4. dicens:

Illius ex oculis quum vult exurere diuos,
Accendit geminas lampades acer amor.
Illam quicquid agit, quoquo veſtigia mouit,
Componit furtim, ſubſequiturq; decor.
Seu ſoluit crines, fuſis decet eſſe capillis,
Seu compſit comptis eſt veneranda comis.
Vrit, ſeu Tyria voluit procedere palla,
Vrit, ſeu niuea candida veſte venit.

Fuit etiam in Semiramide eximia pulchritudo: & facies imperio digna. Vnde & mortuo marito, Perſis imperauit vſque ad prouectam filii ætatem. Ouid. *lib*. 1. *Eleg*.

Qualiter in thalamos formoſa Semiramis iſſe
Dicitur.

Siſigambis, vxor Darii, nulli ſuæ ætatis fœminæ pulchritudine ceſſit, teſte Curio. Quã tamen victo Dario, Alexander non ſolum non violauit, ſed & ſummam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.

Saxo Grammaticus *lib*. 8. Danicæ hiſtoriæ ſcribit, Suauildam reginam, tantæ fuiſſe pulchritudinis, vt quum vincta loris, expoſita eſſet equinis calcibus obterenda, ipſis quoque iumentis horrori fuerit, artus eximio decore præditos, ſordidis lacerare veſtigiis.

Thysbe amaſia Pyrami. Ouid. *li*. 4 *Metam*.

Pyramus & Thysbe iuuenum pulcherrimus alter,
Altera (quas oriens habuit) prælata puellis,
Contiguas habuere domos.

Thetidem, Deam maris poetæ niueam, & formoſam faciunt, quod perpetuis aquis abluatur. Catullus:

Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine.

Tyro puella, Salmonei filia, ob formam à Neptuno adamata eſt. De hac Propert. *lib*. 11.

Vobiſcum eſt Iope, vobiſcum candida Tyro.

Baptiſta Pius.

Carmine cõſpicua eſt Tyro Pegaſea puella. Idẽ.
Eſt Helene formoſa illic, eſt candida Tyro.

Violantillam, Stellæ poetæ vxorem, multis verbis commẽdat Statius *lib*. 1. *Syl*. ſed maxime, vbi Venerem ſic inducit loquentem:

Hanc ergo forma
Egregium mirata decus, cui gloria partum
Et generis certavat honos, tellure cadentem
Excepi, fouique ſinu, nec colla genaſque
Comere, nec pingui crinem deducere amomo
Ceſſauit mea nate manus, mihi dulcis imago
Proſiluit, celſæ procul aſpice frontis honores,
Suggeſtumque comæ. Latias metiere quid vltra
Emineat matres, quantum Latonia Nymphas
Virgo premit, quantumque egomet Nereidas exto.

Idem paulo poſt.

At tu pulcherrima forma,
Italidum tandem merito poſſeſſa marito.

Sunt & aliæ permultæ puellæ, in quibus elegãs fuiſſe pulchritudo memoratur, vt Paſiphae, Ariadne, Berenice, Hermione, Briſeis, Penelope, Deidamia, Erſilia, vxor Romuli, Erò, Virginia, Anaxarete, Antigone, Arachne, Arethuſa, Arſione, Polyxena, Pelagia, Lycaſte, Iocaſta, Hecuba, Caſſandra, Heſperie, Cleopatra, Chelia, Ilia, Sibyllæ, Veſtales, Heroinæ, & aliæ prope infinitæ. Quas, qui ſcire volet, authores reuoluat. Stroza pater *lib*. 6. *Eroticon*. de quibuſdam ſic meminit:

Talis erat virgo Cenea, talis & altum
Per mare Dictæo vecta puella boue.
Talis erat fului decepta cupidine nymbi,
Et quam ſub falſo luſit olore Deus.
Talis erat vatum Omphale celeberrima cantu,
Thalis & Idæo rapta Lacena proco.

Item Pamp.

Oebalides, Cypariſſus, Hylas, Diadumenus Atys
Phryx puer, & ficto Parthenopæus equo.
Cuius & in gremio poſuit miſerabilis ora,
Quum ſtygia vates iret ad antra domus.

Helenæ forma, poetis omnibus cantatiſſima, laudem meruiſſet maximã, niſi ea Troiæ ruinam, bellique decennalis cauſam attuliſſet. At nemo eſt, cui non ſit odio, quum tantæ cladis & calamitatis venit in mentem. Paris apud Ouidium formã illam Veneri comparat, dicens:

His ſimiles vultus (quantum reminiſcor) habebat,
Venit in arbitrium quum Cytherea meum.
Si tu veniſſes pariter certamen in illud,
In dubium Veneris palma futura fuit.

Magna

Magna quidem de te rumor præconia fecit,
Nullaque de facie neſcia terra tua eſt.
Nec tibi par vſquam Phrygiæ, nec ſolis ab ortu,
Inter formoſas altera nomen habet.
Credis & hoc nobis, minor eſt tua gloria vero,
Famaque de forma pene maligna tua eſt.

Propertius *lib. 2.*

Poſt Helenam hæc terris forma ſecunda redit:
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,
Vel Priamus belli cauſa probanda fuit.

Pamphilus.

Cui modo cedebat formoſa Tyndaris ore.

Baptiſta Pius.

Carmine formoſa eſt Cycno generata lacæna,
Quæ quondam in cineres Troia ſuperba ruit.

Iſocrates, orationem ſcripſit de laudibus Helenæ, vbi cumulatiſſime formam eius commendat.

Textor Niuern. in ſua officina volens denotare & deſcribere pulchritudinem mulieris, finxit ſe habere Damiſellam pulchram, quam his verſibus commendat:

Floricoma quid adhuc Damiſella quieſcis in horto?
Et roſeum pubens occulit herba caput.
Egredere atque animos populoſi pace theatri,
Vt Phrygias taceat publica fama Deas.
Fatiloquis aufer palmam, preciumque Sybillis:
Liuor erit formæ buccina magna tuæ.
Nec timeas, quod ſis in agro generata niuoſo,
Terra vbi fructifero ſurgit aprica iugo.
Namque tibi ſimilem nullus parit angulus orbis,
Pulchrior & nulla viuit in vrbe Venus.
Præterea nunquid Dryades in montibus altis,
Nunquid in herbifero viuit Oreas agro?
Quid fuit Hippolito, quid Apolline pulchrius, aut quid
Candidius nato Mirrha decora tuo?
His placuere tamen ſyluæ, monteſque ſupini,
Et placuit violis luxurioſus ager.
Vrbanas alii mirentur, armentque puellas,
Tu mihi præ cunctis, ô Damiſella places.
Sic inquam, Damiſella places, vt ſordeat illa,
Quam peperit gelido lucida concha mari.
Et iaculatricis cultuſque decorque Dianæ,
Atque cerebrigenæ forma venuſta deæ.
His oculis ſi quando tuos contemplor ocellos,
Has mihi qui venas acrius igne coquunt,
Cycnigenam præ te iuro nihil eſſe puellam,
Qua Danais cecidit Troia ſuperba rogis.
Vror, & in modicas ſoluit me flamma fauillas,
Atque animo vires deficiente cadunt.
Nec ſolum tantis vigilem me concremat æſtus,
Lampade ſopitum me quoque terret amor.
Nam mihi dum thalamo comes eſſe videris eodē,
Aethereo nollem proximus eſſe Ioui.
Multa quidem in tenero ſurgunt tunc gaudia ſomno,
Felicemque malus me facit eſſe ſopor.
Verum ego quum falſa deluſus imagine ſurgo,
Et ſomni video ſpem cecidiſſe mei:
Quas ego tunc lacrymas, & quæ ſuſpiria mitto,
Maximus ex oculo riuus vtroque fluit.
Vis dicam Damiſella, thymo mihi dulcior Hyblæ,
Suauior atque tuo terra Ciliſſa croco.
Non ita flammifera Briareus terretur in Aetna,
Vt tua me facies, vt tua forma coquit.
Tu ſiquidem Graiæ ſpecioſior anſere Læda,
Pulchrior es prima, candidiorque niue.
Blanda tibi ceruix fragrat, quod & Attica cera,
Et quod virginea lilia ſecta manu.
Lauior eſt tibi frons detrita in littore concha,
Pulchrior & cycnis vnda Cayſtra tuis.
Si talem in vinclis Venerem Gradiue teneres,
Plus tibi quam cœlum vincula grata forent.
Sed quem non faciunt gemipomæ ardere papillæ,
Rugoſa quamuis fronte Catonis eat?
Quas ego quum video (Libitinā afferte miniſtri)
Mammarum intuitus me facit exanimem.
Ergo breuem exangui ſi fudero corpore vitam,
Hoc habeat carmen, qui tegit oſſa, lapis.
Non iaculis, nec aquis periit, bibitoque veneno,
Quem breuis anguſto contegit vrna loco.
Hunc tu pomoſa feciſti ardere papilla,
Acrior Etheis ô Damiſella regis.
Cætera quid memorē venerandæ inſignia formæ?
Sunt tibi quos crines vellet habere Venus.
Inque genis ardet rubri tibi flamma pyropi,
Mollior Hyblæis eſt tua lingua roſis.
Quis tam formoſo nollet ſub corpore fulcrum,
Aut (per quem incedit pes tuus) eſſe lapis?
O quoties volui, mutato vt corpore pulex,
In thalamo fierem te recubante tuo.
Ipſe tuis oculis (quum vult exurere diuos)
Accendit faculas delicioſus amor.

Dum loqueris, ſedet in tenero tibi ſuada labello,
Cecropiis vngens omnia verba fauis.
Dum rides, lepido tanta eſt tibi gratia riſu,
Iratum vt facias ponere tela Iouem.
Dum varias lepidis imples concentibus auras
Auriti veniunt ad tua verba Dei.
Eſt in fœmineo virtus tibi maſcula ſexu,
Quid ſibi Saturni filia maius habet?
Nec minor eſt forma morum præſignis honeſtas,
Qua potes Argolicam vincere Penelopen.
Tota Deo incumbens, mitis, ſimplex, ſine faſtu,
Sermone atque ipſo tota pudica thoro.
Tam tua te virtus, quam regia forma venuſtas,
Quicquid agis, cœlum totaque terra probant.
At caueas, ne (dum Nucerino ludis in agro)
Te premat ignoti ſubdola forma Dei.
Fecit olorina Ledam ſuccumbere penna,
Quem timet aſtriferi machina tota poli.
Et Danaen luſit fictum mutatus in aurum,
In taurum Europen, in Satyrum Aſterien.
Te quoque (ni caueas) eludet imagine falſa:
Vrit enim ſummos hæc tua forma Deos.
Vrit, & ipſe ſuo Neptunus in æquore feruet,
Teque cupit Nymphis præpoſuiſſe ſuis.
Nonne cur ficto Damiſellam te voco? fallor.
Verus amor nomen diſsimulare nequit.
Nyſia nomē habes, quod Nyſum & Myrea vincas:
Quodque tibi flaua cedat vterque coma.
Nulla tulit ſimilem, ventura nec afferet ætas,
Quam tibi præponat, non habet Aula Iouis.

Addo & alias mulieres, quæ venuſtæ & decoræ perhibentur.

Maria vero, vxor Herodis regis, pulchritudine corporis omnes mulieres anteire fertur, vt ait Ioſephus *lib. antiquit.* 16. *cap.* 19. & Egeſip. *de excidio Hieroſolymitano. lib.* 10. *cap.* 38.

Rachel, vxor Iacob, virgo decora fuit facie, *Gen.* 29. & ob eam cauſam Iacob eam ſibi delegit, vt tradit magiſter ſententiarū *in* 4. *diſtinct.* 30. & Bonauentura ibi, in expoſitione illius tex. & Pet. de Palude: qui etiā aſſerunt hominem quidē nec venialiter peccare, qui vxorem ducit propter pulchritudinem, modo non ſit cauſa principalis, & præcipua ipſius matrimonii, ſed ſecundaria: &, vt loquuntur inductiua, vt illam ſcilicet potius aſſumat, quam aliam, & ſequitur Angelus de Clauaſio *in ſua ſum. in verb. matrimoniū, ver. pen.* Ant. Flor. *in* 1. *parte tertiæ partis ſuæ ſummæ, tit.* 1. *c.* 19. § 4. *concl. eſt.* & Aſteſanus *in ſua ſum. lib.* 8. *tit.* 9. *art.* 1. *in fin.* Collect. *in cap. ad diſſoluendum extra de deſpon. impuber. gloſſ. in ſum.* 27. *quæſt.* 1. Pan *in cap. tua nos, in tertio notabili, de ſponſ.* Imo S. Thom. *in d. tit.* 31. etiam ſuper textu ſentit, non eſſe mortale peccatum, etiam ſi libido pulchritudinis ſit cauſa principalis, modo non ſit immoderata, &, vt inquit, effrænata. Et facit, quoniam, vt habetur *Deuter.* 21. Si videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueriſque habere vxorem, introduces eam in domum tuam. & facit illud *Cantic.* 1. Oſtende mihi faciem tuam. Facies enim tua decora. & habetur *Pſal.* 44. Concupiſcet rex decorem tuum. &, *Eccleſ.* 36. Species mulieris exhilarat faciem viri, & ſuper omnem concupiſcentiam viri ſuperducet deſiderium. & *eodem Eccleſ.* 26. *cap.* Sicut Sol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic & mulieris bonæ ſpecies, in ornamento domus eius.

Et, vt concludatur, vnum certo ſcias, quod mulieres in forma, & pulchritudine, felicitatem metiuntur, ſine qua vera felicitas (vt opinantur) non poſſet eſſe, nihilque magis cupiunt, quam eſſe & videri formoſæ, & à forma ipſa laudari: nec alia laude magis delectantur, neque illis quicquam gratius eo laudis genere præſtari poteſt. Vnde vulgo veridice dicitur:

Vulpes amat fraudem, lupus agnum, fœmina laudem.

Maxime in pulchritudine. Horatius 1. *carminum, Ode* 16. vt ſe Tyndaridi, quam carminibus læſerat, conciliaret, ab eaq; beneuolentiā captaret, nihil habuit ad conſequendum efficacius, quam vt formoſam eam vocaret. Sic enim ſuam Palinodiam exorditur: *O matre pulchra filia pulchrior.* Idem *lib.* 4. *Ode* 13. exprimens morem mulierum, felicem mulierem pro formoſa dicit, vt inibi annotatur. Mulieres enim in pulchritudine ſummum bonum reponunt. vnde Ouidius *lib.* 1. *de arte Amandi:*

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos,
Et teretes digitos, exiguumque pedem.

Dele-

Delectant etiam caſtas præconia formæ,
Virginibus curæ grataque forma ſua eſt.

Faciunt & notata per Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de clerico venatore.*

Idem quoque Ouid. *in lib. de Medicamine faciei*, ita ait:

Virginibus cordi, grataque forma ſua eſt.
Idem *lib.* 9. *Metamor.*
nimiumque cupit formoſa videri. & Virg.
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.

Et de hac forma, & pulchritudine mulierum olim plura certamina (vt prope dixi) propoſita fuere, & inter alia, celebratiſſimum eſt illud (de quo in proxima conſideratione dicetur) inter Iunonem, Palladem & Venerem factum. Etiam fœminæ, vel circa mortem anxię ſunt, ne pulchritudinem amittant, optantque prius mori, quam deſint eſſe pulchræ: vt decantat Horat. *lib. Carminum* 3. *Ode* 27. inducens Europam moribundam, ſic dictantem: *ô deorum*,

Si quis hæc audis, vtinã inter errem Nuda leones.
Antequam turpis macies decentes
Occupet malas, tener atque ſuccus
Defluat, præda ſpecioſa quæro Paſcere tygres.

Et hinc videri poteſt prodiiſſe, quod fœminæ ſuapte natura illis inuident, quæ ſe formoſiores eſſe dicuntur. Vnde Ouid. *lib.* 9. *Metam.* concordans ita enunciat:

Et ſiqua eſt illic formoſior, inuidet illi.

Ita recitat Andreas Tiraquellus *in ſuis legibus connubialibus, in* 2. *leg.* vbi laudat pulchritudinem, dummodo non ſit exceſſiua, ſed mediocris, & media, & multum vituperat deformitatem, attamen inquit, pulchritudinem mulierum illis afferre ſuperbiã, & præſumptionem libidinis, & appetitum inordinatum Veneris: & ſic magnam partem vitæ eis adimere, quod multis oſtendit rationibus, quas non refero, cum huic operæ non quadrent. Et de commendatione pulchritudinis, ſcripſit Cælius *lib. antiquarum lect.* 13. *c.* 7. *cũ pluribus ſequentib.* à quo multa tranſtulit ipſe Tiraquellus, illum tamen tacendo: & ab G. Benedicti *in d. ſua repet. cap. Raynut. in verb. cuidam Petro tradiderunt. vt ample de materia. extra, de teſtam.*

Vigeſimatertia cõſideratio erit ſubſecutiua ad præcedentem, de iudicio Paridis inter tres deas Venerẽ ſcilicet, Iunonẽ & Palladem (qui reſpondit: *Vtraque forma me iudice ſunt veneranda*) fuerit verum & iuſtum iudicium, ita, quod vtraque æqualiter ſit extollenda, vel etiam ſi (vt aliqui volunt) malum aureum, hoc eſt, Victoriam, Veneri adiudicauerit, in hoc errauit, nec ne. Primo, de hac contentione decantatiſſima, quę inter Iunonem, Palladem & Venerem fuit, cuius Paris arbiter, victoriam Veneri tribuit, quod egerrime tulerunt Iuno, & Pallas, non tam iratæ, quod eſſent victæ à Venere, quam quod ſua forma ſpreta fuiſſet, vt mire expreſſit Virgil. circa initium Æneid. cum inquit de Iunone loquens:

Nec tum etiam cauſæ irarum, ſæuique dolores,
Exciderant animo, manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis. ſpretæque iniuria formæ.

Quaſi per illud iudicium Paridis, non ſatis expreſſiſſet id, quod erat Iunoni moleſtius, niſi ſubiunxiſſet; *Spretæque, &c.* ſed & Homer. *lib.* 24. *& vltimo Iliados* narrat, Iunonem ipſam, & Palladem adeo infenſas Ilio & Troianis, ob id, quod Paris Venerem illis in forma prætuliſſet, vt etiam Hectoris & mortui, & procul ab eo iniuria remoti, corpus nequaquam, vt cæteri Dei miſererentur.

Etiam ſingulariter, & cum maxima pompa recitat id iudicium Ioan. le Maire *in illuſtrationibus Galliæ, lib.* 1. *c.* 30. 31. 32. vbi concludit, quod adiudicauit malum aureum, id eſt, Victoriam Veneri, de pulchritudine. Sed paulo remotius recitat iſtam hiſtoriam Cælius *lib. antiquarum lectionum, cap.* 59. vbi ita ait de Paride, electo inter Deas de formæ præſtantia certantes, iudice, varia pro ingenii captu afferri ſolere, vel inter eos qui vulgares, vileſq; nuncupari ſolent, & ſunt. non me fallit, illud iure Latii donauit Cælius ex Gręcorum theſauris excerptum. Parui videlicet hunc Priami filium educatum patris iuſſu, in loco quem *Amandrum* dixere, mox vero & *Parion* de ipſius nomenclatura tribus fere annorum decadibus. Atque inibi cum natura genioſus foret, nec ad doctrinarum

ſtudia

ſtudia ineptus, Græcis imbutum diſciplinis, in quibus vbi non parum promouiſſe viſus eſt, etiã Veneris laudes, oratione edita, prolibauit. In eaque, Palladi, ac Iunoni, præſtare contendit. Quando, vt videtur Deæ nomine concupiſcentias eſſe intelligendas ſignificabat, atque voluptates, ſicut etiam meminit Athenæus: vnde mala omnia ſeſe mortalibus agminatim, ac fluenti exæſtuantis more, affundãt. Atque hinc fabellæ occaſionem, inter diſceptantes deas, captum iudicem, datumque Veneri malum, id eſt, victoriam: quæ hiſtoria multum differre videtur à ſententia poëtarum, ſed qualitercunque ſit, finis vtriusque tendit ad hoc, quod Paris voluerit præferre voluptatem diuitiis, & ſapientiæ, quod an bonum fuerit eius iudicium, paululum diſceptabitur.

Et prius videtur, quod ſic, quoniã Ariſtippus, conditor ſectæ Cyrenaicæ, voluptatem ſtatuit eſſe ſummum bonum, & ita voluptate metitur felicitatem. In hanc ſententiam agminatim pedibus eunt docti pariter & indocti. Etenim mortales eo concurrunt, vt inquit veriſſime Seneca, vbi audiant laudari voluptatem, nec fortaſſis immerito. Nam ſi teſte Ariſt. id bonum eſt, quod omnia appetunt, omnia autem appetunt voluptatem, effici videtur, vt voluptas ſit id bonum.

Eudoxus quoque philoſophus, Aſtrologiæque conſultiſſimus, voluptatem ex eo ſummum bonum eſſe putabat; quia cernebat, rationalia irrationaliaque vniuerſa, voluptatem affectare: huius autem rationes probabiles videbantur, ob ipſius hominis modeſtiam ac probitatem. Non enim vt voluptatis amicus, voluptatem aſſerere credebatur: ſed quia res vere ita ſe haberet. Nec minus manifeſtum hoc eſſe, ex contrario cenſebat. Etenim, cum contrariorum contraria ſint conſequentia, *Si dolor eſt*, inquit, *per ſe, omnibus fugiendus, tanquam ſummum malum, ita voluptas omnibus erit expetenda, tanquam ſummum bonum.*

Hæc omnia emanauerunt ex ſchola Epicuri philoſophi voluptarii, qui in voluptate ſummum bonum, felicitatemque conſtituebat: habet hęc ſecta ſectatores pęne infinitos, quorum, (*vt inquit Apoſtolus*) Deus venter eſt, & quæ ſub ventre ſunt.

Hinc Philoxenus, ſummum bonum collocans in voluptate guſtatus, optabat ſibi dari gruis collum, vt videlicet diutius illa voluptate bibendi, edendique frueretur.

Hinc Sardanapalus, Aſſyriorum rex, gulæ, & ventri deditiſſimus, natusque heluationi, voracitatique, ſcripſit in Epitaphio, ſi ille tãtum haberet, quæ ediſſet & quæ per libidinem expletam percepiſſet. verba eius hæc ſunt deſcripta in monumento:

Ede, bibe, lude. Et

Cum te mortalem noris, præſentibus exple
Delitiis animum, poſt mortem nulla voluptas.
Namq; ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam,
Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hauſit, at illa manent multa & præclara relicta.
Hoc ſapiens vitæ mortalibus eſt documentum.

Hinc Xerxes ille maximus Perſarum rex, repertori nouæ voluptatis, conſtituit præmium. Claudius Tyberius Nero, tertius Cæſarum, nouum inſtituit officium, quod à voluptatibus dicebatur: qui propter nimiam vini auiditatem, pro Tyberio, Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone, Mero, vocitatus eſt, qui noctem continuumque biduum epulando, bibendoque conſumpſit.

Quid memorem ingluuiem Vitellianam. Heliogabali, & Galieni, imperatorum, multorumque aliorum aſotiam, & luxum, qui omnes mancipati fuerunt à domino, vtpote heluones, & gulones maximi, quales Græco vocabulo aſoti nuncupantur. Et iſta voluptate gulæ, & delitiarum plerunque paratur eſca voluptaria libidinis, & ſic voluptas conſiſtit in his, quæ delectant, & maxime volumus, ita libido in his, quæ libent & placent: & licet ſint multæ, & multifariæ, quæ hic accumulari poſſent, tamen de his ſubticeo.

Denique inuentæ ſunt ciuitates, & populi, qui voluptatem veluti ſummum bonum, amplexarentur, quales fuere Mileſii, Sibaritæ, & Tarentini. Olim Mileſii luxu diffluentes, eiecerunt ciuitate Hermodorum, virum clariſſimum; quia frugalitatis, continentiæ, & mo-

Digitized by Google

& modeſtiæ erat amator egregius. dixerunt enim: *nemo apud nos frugi ſit, nemo vnus excellat.*

Apud Græcos, maxime apud Ariſtophanem in Pluto prouerbium eſt, de Mileſiis vſitatum: *olim fortes fuere Mileſii, tanquam luxuria & nequitia: omne robur virilitatis perdidiſſent.*

Sibaritæ vero, in Italia, quibus, vt ait Quintilianus *in tertio*, odio erat frugalitas, adeo delitiis, & luxuria intemperantes diffluebant, voluptatem, veluti deam amplexantes, vt intra dies ſeptuaginta, à Crotoniatis deleti ſint.

Tarentini in Calabria, vt nomen ipſum oſtendit, molles, delicatique & voluptuoſi, ſupra cunctos mortales fuerunt. Namque Tarentum, etiam Sabinorum lingua *molle* ſignificat, teſte Macrobio 3. *Saturnalium*. Vnde Tarentini dicti ſunt, ſecundum M. Varronem. & cōcordat dictum Horatii, cum ait; *Et molle Tarentum.* Et apud Tarētinos delitiæ, & voluptates illicibiles, in tantum inualuerunt, propter fortunas nimium ſecundas (quia, vt ait Tibullus:)

Luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis.

Vt plures ludos, feſtasque celebritates, quas reliquos anni dies agerent, vt autor eſt Strabo. Præterea, vt tradit Plutarchus, Balneis, conuiuiis, gymnaſiis Tarentini indulgebant: potum & laſciuias, & id genus genialia immodica percolentes, ex quo Satyricus dicit:

Atque coronatum, & petulans, madidumq; Tarentum.

Hęc Beroaldus *in ſuo opuſculo de felicitate circa princ.* Et licet prope infinita congerere poſſemus de vita voluptaria, hominibusque voluptariis, qui hoc fine voluptatem metiuntur: tamen aurium ſatietati circa faſtidium ſtudendum eſt.

Solent denique (vt ait Beroaldus) philoſophi, qui voluptatem per ſe ipſam tanquam ſummum bonum exiſtimant appetendam, vernis pingere tabulam quandam, in qua voluptas in ſella regali, quaſi quædam regina ſedeat, eique virtutes veluti famulæ, ſubiciantur, obſeruantes eius nutum, vt faciant quicquid illa imperauerit: & hæc Voluptia, id eſt, voluptatis Dea dicitur.

Ex quibus perſuaſum videtur iudicium Paridis fuiſſe bonum, cum victoriam Veneri, hoc eſt, voluptati adiudicauerit, maxime, cum voluptas habere videatur virtutes, pene famulas, & ei ſuppoſitas, & ad eius nutum & imperium, voluptabiles, vt hic prope dictum eſt.

Quicquid tamen ſit, veritas contrarium ſuadet, vt voluptas non eſt dicenda ſummū bonum, & à plurimis philoſophis reprobatur voluptas, vt quam vere ſcribit Beroaldus *vbi ſupra.* Et Cælius *lib. 5. antiquarum lectionum. cap. 33.* circa quæ non inſiſto; quia potius eſt quæſtio de laudanda pulchritudine & formoſitate, quæ maior eſt in Venere, & ſic in voluptate.

De excellentia vero Iunonis, ſatis poteſt perpendi & cognoſci ex his, quæ inferius dicuntur *in finali parte, in 54. conſideratione:* vbi laudantur pecuniæ, & diuitiæ; quia iuuant, ideo Iunoni conſecrantur.

De excellentia vero Palladis, & ſic ſapientiæ, ſcientiæ, artis, virtutis, & ingenii (quo nihil excellentius, cum eo vniuerſa regantur) etiam ſatis à nobis ſcriptum eſt *infra in 10. parte*, vbi extollitur ſapientia, & ibi videre poteris pura fundamenta ad laudem ipſius, vltra diuitias, & voluptatem: & de virtute ſatis dixi *in præcedenti parte, in 62. 63. 64. & 65. conſiderationibus.*

VIgeſimaquarta conſideratio. Laudantur etiam mulieres, ſi ex bonis parentibus fuerint ortæ & progenitæ, maxime ex muliere proba, & honeſta, ſeu bonis moribus imbuta. & iſtud ſatis expreſſit Ioan. Fabri *in rubr. Inſtit. de nupt.* qui inter cætera quæ mouet, attendenda eſſe in vxoribus ducendis, illud non prætermiſit, vt vxorem ducamus, boni, pacifici, & fidelis generis; quia frequenter videmus (vt ipſe dicit) non ſolum labem ſanguinis, ſed & morum quoque ad poſteros deriuare. Quam ſententiam dicit eſſe veriſſimam Tiraquellus *in ſuis legibus cōnubialibus, in l. 3.* vbi ita ait: Futuræ vxoris parentes, patriam, mores conſpicito, & hāc rationem

Digitized by Google

tionem adducit. Nam licet ſua cuique mens eſt diuino creata arbitrio, pleræque tamen ſunt animi vires, quæ ſimul cum corpore à parentibus transfunduntur in filios. Sic enim natura comparatum eſt ſecundum Ficinum, vt corpus & anima, proportione quadã harmonica, congruant, motuſque corporis in animam, ſicuti & animæ in corpus, quod medici aſtruunt, facillime & vehementiſſime penetrent. Ideoque quanquam non educitur anima filii, aut corpore parentis, aut ab anima, tamen corporis tale, & cum tali quadam procliuitate, à tali quodam corpore parentis educitur. Sic vuas acerbas comederunt patres, & dentes filiorum obſtupuerunt, vt ſcribitur *Ierem*.31. Porro procliuitatis illius corporis anima, ob cognationem quandam affectumq; erga corpus proprium, particeps quodammodo redditur, præſertim ſecundum vim eius inferiorem, quæ corpori propinquat, plurimumque conſentit: deinde vis ſuperior animæ, naturali quodam amore, inferiori ſæpe obſequitur, ferme ſicut illa corpori, obſequitur in quã quaſi ſimiliter, ſed non ęque: motus autẽ, qui in anima actio eſt, fit in corpore paſſio, qui in corpore paſſio eſt, fit in animo ſenſus, atque compaſſio.

Ad hæc filii ipſi parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem, moreſque deducuntur. Nam, cum omnia adoleſcentes, quæ oculis excipiunt, ſimiarum inſtar imitantur, ita fit, vt, quæcunque à parentibus maxime quorum præſentior eſt, & aſſiduior conuerſatio, fieri viderint, ad vnguem etiam facere nituntur, & aſſuefaciunt, & diu ſeruant: & aſſuefacti (tanta eſt vis conſuetudinis) perpetuo, ita vt primo imbuti, quaſi ſecretiore quadam vi agẽte, perſeuerant. Cum conſuetudo videatur eſſe altera natura, ita, quod vincit ingenium, & artem. Luc. de Pen. *in l. miſſi opinatores. C. de exacto. trib. lib.* 10. *in l. ſi quis poſthumos. in verb. conſuetudo. ff. de lib. & poſt.* quam gloſſ. allegat Iacob. de S. Georg. *in l. de quibus. in fi. ff. de legibus. & dixi in commentis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgund. in procem. in* 1. *gloſſ. in fin. par. huius operis, in* 51. *conſideratione.* Et diu ſeruatur, id quod in iuuentute aſſuefactum eſt, iuxta illud Horatii:

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu.

Et vulgo aliis verbis dicitur:

Quod noua teſta capit, inueterata ſapit.

Et quod procedat in filiis, dicam *in* 11. *part. in* 50. *conſiderat.*

Sed cum hic diſcurratur in materia, quæ tangit fœminas, ideo dico iſtud potiſſimum obtinere in fœminis, quæ plerunque mores matrum repræſentant. Neque enim veriſimile eſt, vt filia, ſtatim ab ineunte ætate turpibus matris moribus imbuta, honeſtatem in grandiori ætate ſectetur, ad quam tantum abfuit, vt mater cohortaretur, vt etiam ab ea magis & exemplo dehortaretur & verbo: id quod intellexit Iuuenalis, *Saty*. 6.

Scilicet expectas, vt tradat mater honeſtos
Aut alios mores, quam quos habet.

Et ſequitur:

vtile porro
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.

Ideo Ezechiel propheta *cap.* 16. ait: *Sicut mater, ita & filia eius.* & in hanc ſententiam gloſſ. *in c. ſi quis 6. quaſt. 1. in verb. metiuntur.* adducit verſiculum vulgatum:

Inſequitur leuiter filia matris iter.

Vnde habetur *Eſdra* 4. *cap*. 9. qualis ager, talia & ſemina: & quales flores, tales & tincturæ: qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis & cultura. Hinc prodiit prouerbium vulgare Gallicum: *De bon plant, plante ta virgne. Et de preude ſemme, prens la fille*. Vnde Horatius *libro carminum* 4. *Ode* 4.

Fortes creantur fortibus & bonis:
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: neque imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Ideo Libanius ad Solonicum ſcribens: *Vxorem*, inquit, *cognitam ducas, cuius parentes, & matrem præcipue, bonis moribus præſtantem noueris.* Et Horat. *lib. carm.* 3. *Ode* 24. Scythas eo nomine laudat quod illis

Dos eſt magna, parentum virtus.

VIgeſimaquinta conſideratio. Mulieres ex eo, quod magis ſe continent domi, lu s honorantur, & ſunt laudabiliores, ſecundum

cundum Thucydidis ſententiã, qui optimam eſſe fœminam cenſet, de cuius laude, aut vituperatione, quam minimus apud exteros, foriſque ſermo habeatur: exiſtimans, probæ mulieris nomen, itidem atque corpus, domeſticis parietibus continere oportere: licet ab hac ſententia Plutarchus diſſentiat *in lib. de claris mulieribus.* in initio dicens, ſibi probabilius dixiſſe videri Leontium Gorgiam, qui putat mulieris non formam ſolum, ſed & egregium nomen, atque famam, debere apud quamplurimos eſſe vulgatam. Sed, pro opinione Thucydidis accedit, quod Dominus noſter, *Exod.* 11. *c.* monet viros Hebræos, vt ab amicis, mulieres autem, vt à vicinis poſtulent vaſa aurea & argentea, quaſi videlicet mulieres à vicinis duntaxat ſint cognoſcendæ: nullique illis amici præter vicinos ſunt comparandi, nec earum fama longius, quam ad eos deferri debeat: quod & Nicolaus de Lira, licet obſcure, annotauit.

Parthi, teſte Iuſtino, *lib.* 41. Fœminis non commercio tantum virorum, verum etiam conſpectum interdicunt. Quod & noſtra tempeſtate Itali maxima ex parte obſeruant. ad hoc facit dictum Pſalmiſtæ, Pſal. 127. *Vxor* (ait) *tua ſicut vitis abundans, in laterib. domus tua.* Et Chryſoſtomus in quadã in Ioannem Homilia: *Mulieris eſt domi philoſophari.* Et Ambroſ. in Lucam, lib. 2. *Diſcite* (inquit) *virgines, non circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones.* Vnde Euripides in Iphigenia, de fœmina loquens. *Maneat* (inquit) *domi, pudicam enim decet pudor.* Et Plutarchus in præceptis connubialibus ſcribit, Ægyptiis mulieribus non vti calceamentis patrium morem fuiſſe, vt ſe domi continerent. Et ait Xenophon in œconom. *Deus vxorem pulchriorem condidit, vt formam cum pudicitia ſe domi continendo tueretur.*

Et ſane ex hiſtoriis Romanorum patet, Romanas mulieres, ex inſtitutione patriæ ſeſe domi continere ſolitas. Quod facile coniecturari poſſumus: quod C. Sulpitius Gallus, vxorem dimiſerit, quoniam eam capite aperto, foris verſatam cognouerat.

Et Q. Antiſtius, ideo repudiaſſe vxorem ſuam dicitur, quod illam in publico, cum quadam libertina vulgari loquentem videret.

Publius quoque Sempronius Sophus, coniugem repudii nota affecit; quoniam ſe ignorante, ludos ſpectaſſet, vt teſtis eſt Valerius, *lib.* 6. *tit. de ſeueritate. cap.* 629. *cum duob. ſequentib.* Et hoc clare manifeſtauit Cornelius Tacitus, *lib. de claris oratoribus.* cum de antiquis Romanis loquens; Iampridem (ait) ſuus cuique filius, ex caſta parente natus non in cella emptæ nutricis, ſed in gremio, ac ſinu matris educabatur: cuius præcipua laus erat, tueri domum, & inſeruire liberis.

Et facit ad hoc epitaphium cuiuſdã Claudiæ Romanæ, inter vetera monumenta repertum, in quo quidem, inter alia pleraque, quæ ad ipſius honorem dicuntur, illud poſtremo adiectũ eſt, quod domum ſeruauerat veluti cætera parui eſſent ponderis, niſi & hoc quoque adfuiſſet. Epitaphium autem eſt huiuſmodi:

Heus hoſpes aſta paululum, & pellige:
Hic eſt ſepulchrũ haud pulchrum puchra fœmina.
Nomen parentes nominarunt Claudiam
Suum maritum corde dilexit ſuo.
Natos duos habuit, horum alterum
In terris liquit; alterum ſub terra locauit.
Sermone libido tum inceßit commodo.
Caſta vixit, lanam fecit, domum ſeruauit.
Dixi, abi.

Et quod laus ſit mulieribus domi ſe continere, facit text. *in l.* 1. *Cód. de offic. diuer. iud.* in illis verbis: *quæ intra domum, conſiderato ſexu ſemet contineat.* Imo ex illo textu extrahentes matresfamilias ex domo earum, & in publico trahentes puniuntur pœna capitali. & facit tex. *in Auth. vt liceat matri & auiæ.* §. *quia vero plurima. col.* 8. vbi inter paucas cauſas repudiandi vxorem, hæc vna, quando vxor, nolente viro, extra domum manſerit. Et dicit Spec. *tit. qui fil. ſint. legit.* §. 1. *verſ. quid ſi viro abſente.* quod vir poteſt cogere vxorem, vt ſe domi contineat, per tex. *in l.* 2. *ff. de lib. exhib.* facit *d. l.* 1. & tex. *in d.* §. *quia vero. ver. item ſi nolente marito.* & *in l.* 2. *C. de his, qui veniam ætat. impet.* vbi

 fœmi-

Digitized by Google

fœminas cœtui publico ſeſe demonſtrare nõ decet. & *in c. indemnitatibus. §. porro. de elect. lib. 6. & in c. 5. in princ. de iudic. eodem lib.* vbi mulieres vagari non conuenit, nec virorum cœtibus immiſceri. quod extractum eſt *ex l. maritus. C. de procur.* facit etiam text. *in l. optimam. C. de contrah. & comm. ſtip.* vbi naturalis pudor non permittit mulieres ſeſe omnibus paſſim manifeſtare. & *in c. mulier. 23. diſtinct.* in hæc verba: *Mulier, quamuis docta, & ſancta, in conuentu docere non præſumat.* In quibus potiſſimum notandum illud verbum, *ſancta:* ad hoc videlicet, vt ne ſanctimonia quidem, nullũ huic ſententiæ afferat præiudicium, obſeruanda ſit, facit item *c. mulieres. & c. de monialibus, & c. quamuis incidens. extra de ſent. excom.* vbi ſi mulieres inciderint in *can. ſi quis ſuadente.* poſſunt ab eo abſolui, nec opus eſt, vt adeant ſummum pontificem, ſicut viri; quoniam, vt dicunt Pan. & alii *in d. c. mulieres.* periculoſum eſt, mulieres peregre proficiſci, & ſe virorum cœtibus immiſcere.

Ex quibus & multis aliis concludit Tiraquellus *in ſuis legibus connubialibus, in leg.* 10. quod laus eſt mulieribus ſe continere domi, & ex contrario more ignominioſum eſt mulieribus euagari, vt ibi vide.

VIgeſimaſexta conſideratio. Mulieres & fœminæ laudantur, & ornantur, ex verecundia, vt habetur *Eccleſ. cap. 26.* Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta & pudorata, *in cap. 7.* Gratia verecundiæ mulieris, eſt ſuper aurum. Et Virgil. qui cum Didonem ante Æneæ aduentum, veluti omnibus virtutibus fœmineis compactam, depinxiſſet, illam maxime verecundia adornauit iſto verſu:

Tum breuiter Dido vultum demiſſa locuta eſt.

Facit text. *in leg. in coniunctione.* ibi: *& ſi puella culta verecundia. C. de nuptiis.* vbi not. Bald. quod naturale eſt mulieri, propter verecundiam tacere: & illa lex loquitur de puella, quæ præ verecundia de nuptiis ſuis interrogata, tacet. Et de puellarum natura, eſt text. *in c. honorantur.* ibi: *non eſt virginalis pudoris, quærere maritum. 32. quæſt. 2.* Pudor autem, & verecundia comes eſt ſemper, & cuſtos pudicitiæ, & caſtitatis. Quorum primum affirmat D. Ambr. *lib. 1. offic.* Secundum Accur. *in l. ita nobis. in 1. gloſſ. C. de adulter.* Ideo Ouid. *in epiſt. Sappho ad Phaonem,* ait:

Non veniunt in idem pudor atq; amor.

Et S. Thom. *lib. de regimine principum. 4. cap. 6.* ſcribit: quæ natura fœminis multa fræna impoſuit: inter quæ verecundiam annumerat. Cuius etiam ſentẽtiæ eſt Ægidius de Roma *lib. eo. par. 1. tit. 2.* quem refert Luc. de Pen. *in l. vnica. colum. 1. C. de mulier. in quo loco, &c. lib.* 10. & Tiraquellus *in ſuis legibus connubialibus. leg. 9.* ex quibus concludit mulieres, quo viris ſunt frigidiores, atq; verecundiores, eo quoque eſſe pudiciores.

Ob hanc verecundiam laudauit Valerius Spurinam, *lib. 4. cap.* 438. & Bap. Fulgoſius, *tit. de pudore. lib. 4.* laudauit vxorem Panthi Lacedæmonii Olympiam, Alexandri Magni matrem. Alexandrinam Virginem Ægyptiam, & quandam abbatiſſam, & monachas à Sarazenis captas.

VIgeſimaſeptima conſideratio. Etiã nonnunquam mulieres laudantur ex conſtantia, ſeu patientia. Inprimis commendantur ex hiſtoricorum monumentis Leæna meretrix, quæ vſque ad mortem cruciata à tyrannis, non prodidit conſilia Hermodii, & Ariſtogitonis de tyrannicidio. Quamobrem Athenienſes eam honorare volentes, ne tamen ſcortum celebraſſe viderentur, animal eius nominis fecere, atque vt intelligeretur cauſa honoris, in opere linguam addi ab Iphicrate artifice vetuerunt, vt refert Plin. *lib. 7. c. 23. & lib. 44. c. 8.* Et de ea etiam meminit Euſebius, dum ait: *Hermodius, & Ariſtogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt. Leæna meretrix amica eorum, cum tormentis cogeretur, vt ſocios proderet, linguam ſuam amputauit.* & Tertullianus *in Apologetico, cap. 46. & c. vlt. & in lib. ad martyres.* & Bapt. Fulg. *lib. 3. de potentia.*

Epicharmis, Libertina mulier, in coniuratione aduerſus Neronem nominata, nullis cruciatibus, nulliſq; tormentis peruinci potuit, vt coniuratos proderet: tantaque fuit fœminæ conſtantia, vt illam non verbera, non ignes, non ira, eo acrius torquentium, ne à

ne à fœmina ſpernerentur, peruicerit eam obiecta denegaret: priuſque ſpiritu compreſſit, quam vocem ad detegendam coniurationem, vt refert Cornelius Tacitus, *libro hiſtoria Auguſtæ 15.* & Bernar. Landrianus *in addit ad Albertum de Gaudino, in tract. de malefic. in rub. de quæſtionib. & tormentis* & Ang. *in tract. maleficiorum. in verb. fama publica. colum. 34. ver. nunc videamus de tortura.*

Sempronia quoque fœmina in concionem producta, vt oſculo atteſtaretur, quendam ignobilem, vt Authore Tribuno plebis, ſeſe aſſerebat eſſe filium Tiberii Gracchi, nullis minis ad mendacii atteſtationem induci potuit, teſtis eſt Valer. *lib. 3. tit. de conſtantia. c. 369.*

Maioris conſtantiæ fuit Magiſtona Elienſis. Quæ cum ab Ariſtotimo immani tyranno, vna cum filiis multiſque aliis fœminis, in carcere obſeruaretur: ipſius, & aliarum mulierum viri, parenteſque à tyranno patria pulſi, armis eam, libertatemque ſimul repeterent, fretus poſſe exules ad pacem redigere, tyrannus, ſi vxores, filiique eorum id per literas petiiſſent, carcerem ingreſſus, mulieres captiuas, vt de pace ſcriberent, humanis verbis hortatus eſt. Omnes autem ad Magiſtonam conuerſæ, reſpondendi curam ei detulerunt. Magiſtona vero, minime tyranni præſentia mota, non ſolum quod petebat, negauit, ſed ne aſſurrexit quidem, aut alio honore tyrannum dignata eſt, pariterque cæteræ mulieres captiuæ idem fecerunt. Quare adeo commotus eſt Ariſtotimus, vt ſtatim in carcere Magiſtonæ filium, ad occidendum perquiri præciperet. Sed ne hoc quidem Magiſtonam flexit, vt à ſententia diuerteret: verum, ipſa, manu apprehenſum filium his tradidit, qui tyranni iuſſu eum quærebant. quanquam vero ita tyranni ira ob hoc ſuccenderetur, vt vix qui manu ſua interimeret, temperare ſibi poſſet, efficere tamen nequit, vt Magiſtonam, comiteſque propoſiti pœniteret, atque vel vnum verbum, vt cupiebat, ſcriberent, cum plus apud eos, induta ſemel conſtantia, quam carcer, tyrannique minæ valerent. hæc Baptiſta Fulg. *lib. 3. tit. de conſtantia.* Sed an potius fuerit pertinacia, & obſtinatio, quam magnitudo, non iudico, cum laudare potius, quam vituperare, hic ſtudeo.

Quintilia quoque fœmina iuſſu Caii Caligulæ torta, cruciataque, vt vi tormentorum coacta, confiteretur conſcios coniurationis eius, quæ dicebatur in Caligulam, parata fuiſſe, cum ad tormenta duceretur, vnius ex conſciis pedem calce premens ſignificauit eos confidere debere, & nihil de tormentis eius penitus timere: & quod ſignificauerat, euentu comprobauit, vt quæ tormentis tam deformata (cum ob pulchritudinem amabilis, amicaque multorum eſſet) vt etiam ab amatoribus ſine voluptate conſpiceretur, nihil omnino manifeſtauit, ex quo Caligula eam abſolutam dimiſit, pecuniarumque dono munerauit, vt teſtis eſt Ioſephus *lib. antiquit. 19. c. 1. in fin.*

D. Hieronym. ad Innocentium de muliere ſepties icta, refert, iuuenem quendam imparem tormentis, mentitum fuiſſe adulteriũ ſe commiſiſſe, & ita morte multatum: mulierem vero conſtanter tormenta grauiſſima tuliſſe, & ea quoque ita omnino viciſſe, vt nihil confeſſa fuerit. Sed ſi videre cupis veram conſtantiam mulierum, videas conſtantiam diuæ Catharinę, Barbaræ, Agathæ, Margarethæ, Apolloniæ, & pene infinitarum aliarum virginum martyrum: de quibus in catalogo Sanctorum, & per Baptiſtam Ful. *lib. 3. tit. de patientia.* vbi plures è patientia laudat, quas omnes enumerare ne equidem ſufficeret volumen.

VIgeſimaoctaua conſideratio. Mulieres laudantur, & honorantur, ſi maritos eorum honorauerint. Vnde Ignatius, in epiſt. quam ad Antiochenſes ſcripſit; *Mulieres* (inquit) *honorificent viros ſuos, ſicut carnem ſuam, & non audeant eos proprio nomine vocare:* & quo nomine vocabuntur, docet Sara illa ſancta mulier de Abraham viro loquens: *Dominus* (inquit) *meus vetulus eſt.* vt ſcribitur *Geneſ. 18. & in epiſt. Pet. 1. cap. 3.* his verbis: *Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo, ornabant ſe, ſubiectæ propriis viris, ſicut Sara obediebat Abrahæ, dominum*

minum eum vocant. Quibus adſtipulatur & illud Virg. *lib.4. AEneid.*

connubia noſtra

Reppulit, ac dominum AEneam in regna recepit.

Ideo Marcellus ſcribit dominum aliquādo pro marito accipi, prout etiam capitur *in l. pe.* ibi: *conſentiente domino*, id eſt, marito, *ſecundum gloſſ. ibi. C. de inoffic. donat.*

Quæ cum ita ſe habeant, prudentiſſimæ cenſendæ ſunt, quæ maritos ita nominant: de quibus *in l. ea qua, in princ. in ff. de don. inter vir. & vx. & in l. Lucius. §. quæ marito. ff. de leg. 2.* & ita etiam notat ad hoc illum text. Alb. de Roſ. *in l. aduerſus. C. de crimine expilatæ hæredit.* Etiam Berſabee, Dauid regem maritum ſuum alloquens, ita vocauit. 3. Reg. 1. *Domine* (ait) *mi rex, tu iuraſti, &c.* Et Lucretia, de qua Ouid. *lib. 2. Faſtor.* de marito loquens, ait:

Mittenda eſt domino nunc nunc properata puella,

Quam primum noſtra facta lucerna manu.

Etiam Matidia, diui Clemētis mater, quæ Fauſtinianum maritum, dominum quoque vocat apud ipſum Clementem, *lib. recognitionum. 9. c. vlt.*

Et diua Natalia, quæ item Adrianum maritum, dominum vocabat, vt teſtis eſt Iacobus de Voragine.

Item Plutarchus *lib. de claris mulierib.* laudat Magiſtonam, Timoleonis vxorem *(de qua in præced. conſid. dixi)* quod Ariſtotimo, Ælienſium tyranno præcipienti captiuis mulieribus, in quarum numero & ipſa erat, nuncius cum literis ad maritos, qui Ælidem obſederant, emittere, eoſque vt obſidione deſiſterent, rogare, alioquin ſe paruos natos, in earum conſpectu prius, ipſas deinde omnes, verberibus cæſas, interfecturum minitabatur. Talibus verbis reſpondit: *Si quid in te virilis prudentia, aut conſilii reſideret, non vtique mulieres iuberes, quæ facto opus eſſent, ſuis viris præſcribere, ſed nos ad ipſos, tanquam dominos noſtros, permiſiſſes proficiſci.*

Et ait D. Hieronymus ad Gelantiam, de tatione recte viuendi, vbi ita ſcribit: *Præcipuè autem in coniugio venerabili, atque immaculato, apoſtolicæ regulæ ordo teneatur. Seruetur inprimis viro autoritas ſua, totaque à te diſcat domus, quantum illi honoris debeat: tu dominum illum, obſequiis tuo, tu magnum illum, tua humilitate demonſtra, tanto ipſa honoratior futura, quanto illum amplius honoraueris.* Caput enim (vt ait Apoſtolus) mulieris eſt vir. Nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, quam ex capitis dignitate. Ideo ſi mulieres ab hominibus honorari cupiunt, & laudari, quod ſic (vt alibi dicitur) maritos inprimis honorent, ſibique dominari facile patiantur, nec moleſte ferant. Cum omnis pene eorum honor ac dignitas, ex honore dignitateque virorum pendeat: vix, aut nunquam vxor honorabitur, niſi & apud homines maritus in honore, pretio, æſtimationeque fuerit. Honoris enim maritorum, vxores ſunt participes, *l. fœminæ. ff. de ſenat. l. cum te. C. de nuptiis. l. fin. C. de incol. lib. 10. l. 1. & l. mulieres. Cod. de dign. lib. 12. in Authent. de conſulibus. §. hæc itaque colum. 4.* & infra dicitur *iſta parte, in 40. conſid.* & dicit gl. magna *in l. 1. C. de in ius vocand.* quod vxor propter maritum honoratur. E conuerſo vero fœminæ, quæ maritis dominari volunt, vilipenduntur, & eorum mariti pro vilibus & abiectis habentur. Cyn. *in l. 2. C. de teſt.* Alexand. *conſi. 156. in cap. viſo proceſſu cauſæ vertentis. in 5. vol. ver. 2. reſpondeo.* Et Pet. de Bellaper. *in l. curatorem. C. de inter. matr. int.* & ample ſcripſit Andreas Tiraquellus *in ſuis legibus connubialib. in princ. in 1. l.* ſed, cum ſint extra metas operis, non in ea re diſcurrimus.

VIgeſimanona conſideratio. Etiam mulieribus danda eſt præeminentia, in adminiſtrandis his, quæ in domo ſunt, & quæ domeſtica dicuntur, ita quod vxori debemus vltro relinquere domus principatum, vt maritus foris ſub dio, in agro, in foro, in republica, omnia ſuo arbitrio conficiat, diuitiaſque comparet, quæ tectis recondantur: vxor vero domi, rebuſque domeſticis conſeruandis, præparandis præſit, & tectis illatas diuitias cuſtodiat, vt tradit Xenophon *in œconomico.* Ariſto. *lib. 2. Politic. c. 3. lib. 3. & œconom. lib. 1. c. 3.* & Plato *in Mennone* dicit eſſe vxoriam virtutem, domum recte gubernare, dum cuſtodit domeſtica, viroque obedit: hinc *dominæ domus* vocantur, vt ait Bartol. *in l. Titia cum teſta-*

Digitized by Google

teſtamento.§.vlt.colum.2.ver.quæro quid ſi dixerit teſtator.iuncto ver.ſeq.ff.de leg.2. quod & idem dicit ipſe Bartol.*in conſil.56.incip.in nomine domini amen,Bart.fecit teſtamentum in 2.dubio.* Angel.*conſi.44.ad primum dico.* Petrus de Anch.*conſi.237.in cap.quia in primo quæſito.colum.1.* & Rom.*conſi.118.inc.quo ad primum.* Pau.*conſi.4.in 5.colum.in 3.& 4.dubio.in 2.volum.& conſi.78.colum.fin.eo.volum.* Ideo cura domus illis eſt relinquenda, cũ præeſſe debent, & facit illud *ad Rom.vlt.cap.* vbi declarat, quod mulieres debent domum bene regere. Facit etiam quod legitur de filia Raguelis, cum fuiſſet miſſa ad Tobiam, eius maritum, inter cætera præcepta, quæ illi data fuerunt, fuit admonita à parentibus, vt domum mariti gubernaret, tanquam domus gubernatio ad mulierem peculiariter ſpectaret: quod etiam atteſtatur D.Paulus *ad Titum c.2.* monens fœminas, vt domus curam habeant. Quod & ſenſerunt Ioan. Andr. & Pan.*in cap.literas.extra de reſti.ſpol.* ſcribentes: vxoris eſſe proprium cuſtodire res mariti: in qua ſententia eſt Ariſt.*lib.2.œconomico.c.1.* probam ait mulierem omnibus, quæ ſunt intus dominari oportet. & paulò infra: *Et ſi quid intus accidat, ipſi notum ſit ſoli.* & paulo poſt. *Viro quidem indecens videtur ea ſcire, quæ intra ædes fiunt: in cæteris vero omnibus parere mulier viro contendat.* Atque iterum, *turpe eſt viro, quicquam eorum, quæ domi ſunt, facere.* Et licet apud aliquos, aliud ſit in obſeruantia, vt apud Ægyptios, & Getulos; tamen apud Græcos, Romanos, Gallos, Germanos, Portugalenſes, cæterosque omnes fere populos, lege naturæ viuentes, domeſticus labor matronalis atque vxorius fuit, & domeſtica negotia, & officia mulieri deputata ſunt: quibus mulieres præſunt. & ex his dominæ à maritis, & aliis domeſticis, & familiaribus vocantur. Etenim vt à natura comparata eſt viri opera ad exercitationem forenſem; ita & mulieris ad domeſticam diligentiam, & curam. hæc Tiraquellus *in ſuis legibus connubialib.leg.9.*

Et ſic dicunt doctores noſtri. Quod ſi teſtator aliquis, habens liberos, vxorem ſuam, dominam ſuorum bonorum relinquat, non propterea videtur illi relinquere dominium, ſed alimenta tantum cum ea præeminentia in domo, quam & ante mortẽ teſtatoris habuerat. De quo etiam per Bart.& alios *in Authent.hoc locum.C.ſi ſecundo nup.muli.* & Bart.*in conſi.9.incip.ſuper eo quod quæritur.* & per Doct.*in d.l.Titia.§.fin.ſupra alleg.cum pluribus aliis allegatis per me in commen.noſtris ſuper conſuetud.ducatus Burgund.titul.des droictz & appartenances a gens mariez.§.6.in text.*ibi, *pour en iouyr, in princ.*& per eundem Tiraquellum *in loco ſupra alleg.* vt ſatis oſtendit, mulieres non debere euagari, nec exire domum, niſi iuſta ex cauſa; & quanto magis ſe continent domi, tanto magis laudantur, & honorantur.

TRigeſima conſideratio. Mulieres honorantur, & in hoc, quod ſi ex eis ſit habẽdum teſtimonium, aut aliud, cum eis à iudicibus agendum, mittendum eſt ad domum earum, & in hoc priuilegiis egregiarum perſonarum vtuntur, vt eſt gloſſ. optima, & D. maxime *d.meus Iaſ.in leg.ad egregias.ff.de iureiu.* nec mulieres coguntur in iudicium perſonaliter accedere. *cap.mulieres.de ſent.excomm.extra.* Nec matrona pro aliquo debito ad aliam prouinciam ire cogatur. *l.1.C.de off.diuer.iudi.cum auth.ſequ.* Et vetus mos fuit, cum virgines Veſtales ad iudicium vocabantur, aut audiendæ erant, quod ad eas mittebatur, & domi interrogabantur, vt dicit Cornel. Tacit. *lib.2.Hiſtoriarum*, vbi exemplum adducit de Vrgulania, quoniam periculoſum eſt eas euagari, & peregre proficiſci. Cum mulierum honor conſiſtat in hoc, ſi ſe magis domi contineant, vt ſup.prope *in 25.conſider.* enarratum eſt.

TRigeſimaprima conſideratio. Mulieres ex hoc etiam laudantur & honorantur, quod vocantur & vocari debent dominæ, exemplo illorum, qui vxores ſuas dominas vocabant. vt ſcriptum eſt à iuriſconſ. infra *in l.vxorem.in princip.ff.de leg.3.* Peto (inquiebat Bald.ille) à te domina vxor mea. *& in l.Titia.§.qui Marco.ff.de annuis legat.* vbi vir quiſpiam,

quiſpiam, neſcio qua ratione motus, non ſolum vxorem ſuam ibi vocauit dominam, ſed & ſanctiſſimam. *& in fine §. vxori. ff. de auro & arg. leg. & in Authen. quib. mod. nat. leg. §. illud quoque.* ibi; *quia vir vocabit dominam. &c. colum. 6.* & id fit gratia honoris, vt dicit Bart. *conſi. 217. incip. fit quidam de Aſiſio. colum. vlt.* & Lucas de Pen. *in l. quicunque. colum. 4. C. de re mili. lib. 2.* Bart. *in l. pen. C. de don. inter vir. & vx.* Panorm. *in c. ex parte. in fi. extra, de foro compet.* Dom. meus Iaſ. *in l. cum filio, in poſitione caſus. ff. de leg. 1.* Sic & Claudius Cæſar, homo ſtupidi ingenii, non modo Meſſalinam vxorem dominam vocabat, ſed & alios ciues Romanos dominos appellabat, authore Suetonio. Et iſtud à Græcis deductum eſſe videtur, qui vxores ſuas dominas vocant, teſte Homer. *lib. 3. Odyſſ.* cum loquitur de vxore Neſtoris ſic: *Cui domina vxor lectum ſtrauit. & lib. 7.* in his verbis: *Alcinous in interiore domo, lecto, quem ſuis ipſa manibus vxor domina conſtrauerat, cubitum ſe recepit.* Et ait Menander *in Plotio, ſeu Comœdia,* ſecundum Gellium *lib. 2. c. 23.*

Tu me cunctis notum, ſic faceret vxor Hera.

Et tradit Epictetus Philoſophus *in eo libro,* cui eſt titulus *Enchiridion, cap. 55.* vbi de officio & cura viri erga vxorem differens; *Mulieres* (inquit) à 14. *anno, dominæ vocantur.* & ſubdit: *Monendæ igitur ſunt apud nos in honore eſſe, nihil ob aliud, niſi vt modeſtæ ſint, & virum reuereantur.* & apud poëtas plериſque in locis vxores dominæ vocantur, vt apud Virg. *6. Aeneidos:*

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Et apud Ouid. *lib. 3. Triſtium:*

Nunciet huc aliquis dominam veniſſe, reſurgam.

Et paulo poſt:

Nec dominæ lacrymis in noſtra cadentibus ora,
Accedant animæ tempora parua meæ.

Et apud Iuuenalem;

Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus vllam?

Et teſte Iacobo de Voragine, Adrianus vxorem Nataliam, dominam vocare ſolitus erat, ſicut & illa è diuerſo virum dominum. Et Ioan. Andr. Milantiam vxorem dominam vocabat, *in c. cum ſecundum. colum. 1. de præbend. & in c. qui prior. colum. pen. de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus.* Ex quibus mos proceſſit apud nos (ſicut apud Italos & Hiſpanos) vt matronas vulgo Damas vocemus, vt infra patet. Etiam Plinius *lib. 33. cap. 3.* fœminas dominas appellat, cū ait: *Et incerta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendentia.* Item Accurſius *in l. ſi ignorans. ff. locati. in l. ad egregias. ff. de iureiur. in l. medicos. in verb. deduci. & in verb. exhiberi. C. de profeſſor. & medic. lib. 10.* in quibus locis de domina loquitur, hoc eſt, muliere: quæ inuita (vt ibi ait) in iudicium deduci, vel exhiberi non debet per tex. *in l. 1. C. de off. diuer. iud.* Etiam gloſſ. decreti vocant mulieres dominas, vt eſt gloſſ. *in verb. ſed ſuas. in c. odi, 24. q. 1.* cum dicit: *Nota contra ſcholares, qui vadunt ad eccleſias, vt videant dominas.* quam gloſſ. ſingularizat Bart. *in proœmio Clem. in verb. ſalutem. colum. 4.* etiam doctores noſtri ſcribentes in pluribus locis vocant vxores, cum de eis incidit ſermo: vt Bald. *conſ. 39. incip. tam profunde, & tam copioſe. colum. fin. lib. 2.* & Ang. *in l. vſufructuarium venari. ff. de vſufruct.* Etiam viri ſancti, vt Ioannes Euangeliſta in ſecunda ſua Epiſtola vocauit mulierem quandam nomine Electam, dominam. Et Hieronym. *in reg. ſanctimonialium, cap. 16.* vocauit Euſtochium, quandam mulierem, dominam. Et ſtatuta Italiæ, vt cōmuniter mentionem facientia de mulieribus vocant eas dominas, vt refert Bartol. *de quodam ſtatuto Piſano.* & idem Bart. *in l. inficiando. §. infans. in fi. & ibi etiam Angel. in fi. ff. de furt.* & Ioannes de Ana. *in c. fi. colum. 10. verſ. ex prædictis refert. extra, de colluſ. deteg.*

Non tamen credo hoc indiſtincte eſſe verum, quod omnes mulieres dominæ vocari debeant, quicquid audacule ſentire voluerit Tiraquellus, fretus (vt ait) autoritate Plinii *in loco ſupra alleg.* Cum ibi Plinius vocat eas dominas, quæ margaritis ornabantur, & non de aliis indiſcriminatim intelligi debet. Sed tantummodo hæ vocari debent dominæ, quarum mariti vocari poſſunt domini, aut de iure, vt ſunt in dignitate cōſtituti: aut de communi obſeruantia, & communi vſu vtendi & loquendi, qui in his attēdi debet, vt videmus in Italis & Hiſpanis, & maxima parte Gallorum, qui matronas (vt dixi) dominas, ſeu donas vocant. Apud nos vero, vt communiter videmus,

Digitized by Google

videmus, omnes mulieres (exceptis artificum vilium & pauperum vxorib.) dominæ vocantur, cum adiectione quadam, ſcilicet, ſi ſint mulieres mercatorum, diuitum, aut burgenſium nõ habentium officium, aut dignitatem cum adiectione nominis proprii: puta domina Philiberta, domina Petronilla. Si vero mariti eorum dignitate, aut officio titulati fuerint, vocantur dominæ, cum adiectione huiuſmodi dignitatis mariti, ſecundum *l.1.ff.de ſenator.* ſcilicet domina Balliua, ſi ſit vxor Balliui: domina locumtenens, quando eſt vxor locumtenentis: domina aduocata, ſi ſit vxor aduocati, fiſcalis, & ſic de ſingulis,

Sed, an mariti etiam teneantur illas vocare dominas, aut ſimpliciter, aut cum adiectione officii, aut dignitatis, quam habent ex earum maritis. Bart *l.pen. C.de dona.inter vir.& vxor. & in l. ſi iudex. ff.de minorib. & in l.ſi poſt.§. vlt.in.pen.quæſt. ff.de bon.poſſeſſ.contra tabul.* dicit, quod non: cum, vt ait, beneficio, quod à te habeo, contra te vti non poſſum, te inuito. Item tenent Pan. *in ſin.* & Fel. *in c.ex parte B.co-lum.1.extra de foro compet.* de qua regula eſt Socin. *in l.omnes.ff.de exceptio.* & Barba. *in c. vlt. de ordine cogn.* dom.meus Iaſ. *in l.cum filio, ſupra alleg.* Fel. *in c.ſuper eo. l. ſecunda.extra, de teſt.* Decius *in regul.fœminæ, col.2.ff.de regu.iur.* Anton. Corſet. *in tract. ſuo de poteſtat.regia.in 30. quæſt.* mouet hanc quæſtionem in rege, vbi videtur tenere, quod non tenetur rex vocare vxorem ſuam dominam, niſi in duobus caſibus. Primo ſcilicet, niſi aliter ſe habeat conſuetudo, ſeu communis obſeruantia; quoniam illa tenenda eſt, *vt ibi dicit.* Secundo, niſi vxor ſua haberet aliam dignitatem, ex qua de per ſe ſine ea vocari poſſit domina, vt in filia regis, aut regina, quæ habet etiam regem in maritum, aut in filia alicuius exiſtentis in dignitate, quæ deſponſatur alteri in dignitate cõſtituto; quoniam ſi ex ſe, & titulo proprio vocaretur domina, etiam tunc à marito domina vocari debet, vt ante diſcuſſum eſt.

TRigeſimaſecunda conſideratio. Quoniam mulieres ornari deſiderant, vt ait G.Benedicti *in rep. c.Ray. in veb. cuidã Petro tradiderunt, num.38.extra, de teſtam.* Et Germanorum prouerbium eſt ſeu dicteriũ, quod mulieres affectant quatuor, ſcilicet à pulchris iuuenibus amari, pollere plurimis filiis, ornari precioſis veſtibus, & dominari in domibus. hinc dicit Marianus *in c.veniens.de accuſ.* quod hac potiſſimum voluptate, ſcilicet cultus, & ornatus, gaudent fœminæ; imo naturaliter appetunt ornatum; quippe Romani nulla alia re magis, quam auro, argento, purpura, & cætero ornatu vxoris in ſuam ipſorum ſententiam traducere, ſicque abſtemias atque honeſtiores efficere melius potuerunt: probe quidem mulierum cupiditates nouerunt, quarum affectus (licet imperfecti) ſemper in veſtibus, ſemper in auro, ſemper in lapidibus pretioſis, & ornamentis extrinſecis, gloriam ponit, vt ſcribit diuus Hieronym. *in regul.ſanctimonialium,cap.28.* & idem *ad Gaudentium, de educatione Pacatulæ infantulæ,* inquit, ſtudioſum, amanſque ornatus, fœmineum genus eſt, multasq; etiam inſignis pudicitiæ, quamuis nulli virorum, tamen ſibi ſcimus libenter ornari. Imo ex his dicendum eſt, quod ſeipſas ornare poſſint. text. eſt rotundus *in leg. ſed ſi vir ex lana. §. ſi vir vxori munus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi permiſſa eſt impenſa, quã facit vir pro vxore, quo ſe honeſtius ornet: *& in l. quod autem. §. 1. & d. l. ſed ſi vir ex lana. §. non videtur:* permittitur viro pecuniam vxori in vnguenta dare. Nam vnguento etiam nardo fœminæ vngi poſſunt, ex quo fiunt elegantiores ac mundiores, in conſpectu duntaxat dico maritorum. *l. in argento. §. vnguentis. ff. de auro & arg. leg.* Et in his ornamentis debet mulier poti⁹ obedire marito ſuo, quã ſtatuto. *c.quod Deo patri. c. manifeſtum. & c. hac imago. 33. q.5.* Io. de Platea *in l. vellera. C. de veſtib. oloberis. lib.11.* ita dixerit G. Benedicti *in ſua repet. c. Raynutius. in verb. cuidam Petro tradiderunt. num. 41. de teſtam.* Ideo veſtes auratæ & ſericæ non prohibentur fœminis, ſicut viris. *l.1. & 2. C. de veſtib. lib.11.* & ibi gloſſæ & doctores. vt refert Tiraquel. *in ſuis legibus connub. in 3. leg.* Imo leges expreſſe permittunt fœminis ex auro & gemmis ſibi ornamenta conficere & deferre, vt dicitur *infra in 37. conſider. huiuſce partis:* viris

viris autem hoc expreſſe prohibent. C. *nulli licere in frenis, lib.* 11. vbi Bart. Bald. Ang. & Ioan. de Plat. ſecundum quam ſententiam Alex. Seuerus gemmas ſibi oblatas vendidit, muliebre eſſe exiſtimans, gemmas poſſidere, quę neque militi dari poſſint, neque à viro haberi. Ideo Bald. *in l. quod non ratione. ff. de legib.* dicit, quod ſtatuta, quæ quotidie fiunt contra dominas, ne margaritas deferant, & ſimilia, ſunt præter rationem, ideo non debent extendi. ſequitur Cæpolla *in tractat. de ſeruit. ruſticorum prædiorum. tit. de ſeruitut. aquæ hauſtus. col. pen.* & idem voluit Marian. *in d. c. veniens. col.* 13. *de accuſ.* vbi ait, huiuſmodi ſtatuta maximam ſapere iniquitatem. Et Valerius *lib.* 5. *tit.* 2. ſcribit ſancitum fuiſſe à Romanis, vt fœminæ purpurea veſte, & aureis ſegmentis vti poſſent. Et idem *lib.* 2. *tit.* 1. inquit, vini vſum olim Romanis fœminis fuiſſe ignotum, ne in aliquod dedecus prolaberentur; quia proximus à libero patre intemperantiæ gradus, ad inconceſſam Venerem eſſe conſueuit. Cæterum, vt non eſt triſtis earum, & horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis genere temperata, indulgentibus maritis, & auro abundanti, & multa purpura vſæ ſunt, quo formam ſuam concinniorem efficerent ſumma cũ diligentia capillos cinere rutilarũt: & hac potiſſime cultus, & ornatus voluptate, gaudẽt fœminæ, vt ſupra dixi. Hinc eſt, quod fœminis cura cultus ſui eripi non poteſt. vt dicit Cornelius Celſus, *lib.* 6. *cap.* 5. & ſunt duæ res, quæ nunquam ſatis ornantur, nauis & mulier, vt ſcribit Plautus *in Penulo.*

Etiam habetur apud Titum Liuium *lib.* 34. Munditiæ ornatus & cultus fœminarum inſignia ſunt, his gaudent, & gloriantur, facit dictum Saluſtii: cum ait, *Audiui ſæpenumero à ſanctis viris, munditias mulieribus, laborem viris conuenire.* Hunc mundum muliebrem appellauere maiores noſtri: de quo Vlpianus *in l. argento. §. mundus. ff. de auro & argent. leg.* ita ait: *mundus muliebris eſt, quo mulier mundior fit.* & poſt aliqua fit differentia inter mundum muliebrem, & ornamentum. Mulier enim poteſt eſſe munda non tamen ornata, vt fit in his, quæ ſe mundauerint lotæ in balneo, neque ſe ornauerint. Contra eſt aliqua poſt ſomnum ſtatim ornata, non tamen emundata, & ample de huiuſmodi differentia per Tiraquel. *in d. l.* 3. *connubiali. §. eſt & Valerii.* & in *d. l.* ſatis comprobat mulieres, maxime vxoratas, debere ornari cultu honeſtiori. teſtis eſt Macrobi. *lib.* 2. *Saturn.* loquẽs de Iulia Auguſti filia, quæ, cum aliquando propter profuſiorem ſeu licentioſiorem veſtitum offendiſſet oculos patris tacentis, poſtera die mutauit cultus ſui morem, & lætum patrem, affectata ſeueritate, cõplexa eſt. At ille, qui pridie dolorem ſuum continuerat, gaudium continere non potuit. Et quantum hic ait, in filia Auguſti probabilior eſt cultus, nõ defuit patrocinio ſuo Iulia, his verbis: *Hodie enim me patris oculis ornaui, heri viri.* Ideo dicit Baldus *in conſil.* 30. *in c. viſo teſtamento excelſi. circa* 4. *in* 5. *volum.* quod viduæ (quoniam maritis carent, quibus ſunt charæ) non debent tam pretioſa atque nitida veſtimenta ferre, quam quæ maritos habent, quaſi hic omnino liceat maritatis. Cum ornatus mulierum fiat gratia viri. *l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commod.*

Etiam iſte cultus & ornatus mulierum ex ſacra pagina approbatur: vt probatur de Rebecca, *Geneſ.* 24. quæ à ſeruo Abraham accepit inaures aureas appendentes ſiclos duos, & armillas totidem pondo ſiclorum decem, quibus ſe ornaret.

Noemi ſancta illa mulier dum Ruth doceret, quonam pacto ſibi maritum Booz aduocaret, lauare, inquit, & vngere, & induere cultioribus veſtimentis, vt ſcribitur *Ruth. c.* 3.

Ezech. *c.* 6. introducit dominum his verbis mulierem alloquentem: *Vnxi te oleo, & veſtiui te diſcoloribus, & calciaui te hyacintho, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquẽ circa collum tuũ, & dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & nata es auro & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multis coloribus. & decora facta es vehementer nimis.*

Daniel, vir æque ſanctus ac doctus, ſcribit *capite* 14. Suſannam illam inſignem caſtimonia fœminam præcepiſſe ancillis afferre ſibi oleum,

Digitized by Google

oleum, & ſmigmata, quibus ſcilicet faciem abſtergeret, & emacularet.

Cũ Andreas Tiraquellus & G. Benedicti *in locis præallegatis* ad vtramlibet partem videantur multa dixiſſe: tamen concluſio in his, ſecundum omnes, & Theologos, & Canoniſtas, & Legiſtas eſt, quod ornatus muliebris, & cultus moderatus & cõſuetus, eſt laudabilis. Immoderatus vero, & exceſſiuus, eſt vituperandus & reprobandus. Intellige adhuc, quod cultus & ornatus mulieris matrimonio copulatæ ſit ad hoc, vt viro placeat, eiuſque amorem ſibi conciliet, ne ipſa deſpecta in adulterium labatur. Et ex quo apparebit formoſior, maritum à vago faciet abſtinere coitu. Et ait Hieronymus *ad Demetriadem de virginitate ſeculi.* virgines vt ſponſis placeãt, eoſque in amorem ſui magis incitent, mira ſe ſolicitudine formare ſtudent, & naturalem corporis pulchritudinem ornandi arte commendant. Poteſt & cælebs ſe ornare, vt virum ſibi facilius quærat. Nulli vero iſtud conceditur, ſi eo animo ducatur, vt externos ad libidinẽ prouocet, in ſuum amorẽ in conceſſum alliciat, animos iuuenũ ſolicitet, atq; incẽdat: quoniã id ſemper peccatũ. Fucare autem nõ licet, vt naturæ lineamenta corrumpat, ſed vt occultet deformitatẽ, quam moribus, aut aliud quippiam aduentitium pepererit, nihil id eſſe obnoxium crimini, comprobatur authoritate Apoſtoli *ad Corinth.* 12. Quæ putamus ignobiliora mẽbra corporis eſſe, his honorem abundantiorem circundamus. Et G. Benedict. *in dict. ver. cuidam Petro tradiderunt.* & Thomas 2. 2. *quæſt.* 1.169 *artic.* 2. *& in ſuis commentariis in Eſa. cap.* 3. Et Alc. de Hal. *in* 2. *part. ſuæ ſummæ. quæſt.* 151. *membro* 3. *& in* 4. *part. quæſt.* 78. *membro* 9. *& vlt.* Aſteſanus *in ſua ſumma, lib.* 2. *tit.* 54. *verb. vtrum ornatus mulierum.* Auguſt. de Clauaſ. *in ſua ſumma, in verb. ornatus.* Anton. Florentinus *in ſua ſum. in* 2. *part. tit.* 4. *cap.* 5. Bernardin. de Buſtis *in* 2. *part. ſui Roſarii, ſerm.* 20. *par.* 3. *cap.* Martinus Magiſtri *in lib. de temperantia, in loco de virginitate. qu.* 6. *per tot.* vbi dicit vnum memoratu dignum, quod quemadmodum in hac re mulieres errare poſſunt in exceſſu, & exuperatione modi, finiumq; ornatus legitimi atque honeſti, ſic & in defectu. Nam antiquitus mulieres, quæ non ſe ornabant, multabantur, vt Iulius Pollux *lib.* 8. ſcribit, olim Athenis fuiſſe muliebris ornatus Præfectos. Inornatas autem multabant, & multas ipſarum ſeribentes, ponebant in platano, quæ erat in figulina. Harpocratio autem, teſte Hyperide *oratione ſecunda aduerſus Ariſtagoram* inquit, drachmis mille multabãtur mulieres in viis inornatæ: & interdum res expoſtulat, vt alter ex coniugibus alterum excitet, & ad honeſtam oblectationem prouocet. In ea ſententia fuerunt Ioan. Andr. & Philipp. Francus *in regula, ea quæ fiunt. de regul. iur. lib.* 6. vbi ipſe Ioan. Andr. ample diſſerit hanc materiam. & poſt eum Alberic. *in leg. factum à iudice. ff. de reg. iur. & in ſuo Dictionario, in ver. ornatus.* Hoſtien. & Pan. *in c.* 1. *de cle. vel monach.* Barb. *in proœm. clement. col. penult.*

Aduerte tamen in hac ornatus cultusque ratione morem cuiuſq; regionis, eorumque, cum quibu sverſaris, eſſe maxime obſeruandum. Quiſquis enim, vt ait Auguſt. *lib.* 3. *de doctrina Chriſtiana.* & repetit *in c.* 1. 41. *diſtinct.* prætereuntibus reſtrictius vtitur, quam ſeſe habent mores eccleſiarum, cum quibus viuit, aut intemperans, aut ſuperſtitioſus eſt. Quiſquis vero ſic eis vtitur, vt metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat, aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt. Et habetur *eadem diſt. c. ſi.* Quiſquis contemptis his, cum quibus viuit, lautiora ſibi, vel auſteriora, præ cæteris indumenta quærit, aut intemperans ſui, aut ſuperſtitioſus eſt. Propterea dicit gl. *in c. ſi quis virorum.* 30. *diſtin. in c.* 1. 21. *q.* 4. In veſtibus, & ornatu, inſpiciendam eſſe regionis conſuetudinem quod & volunt gl. & Pan. *in c. pen. in verb. deauratis. extra de vit. & hone. cle.* Bal. *in rub. de conſuetud. col. fin. verſic. conſuetudo debet ſeruari.* & Hiero. *in epiſtola ad Heliodorum Nepotianum* laudat, quod cultus ipſe prouinciæ morem ſequeretur, & de materia *infra in* 7. *par.* dicitur *in* 45. *conſideratione.* vbi aduocati, ornatiori veſtitu induti, laudantur & honorantur.

Aduerte etiam, ne modus in his turpiter excedatur, qui omnibus addendus eſt. Cum

ſit pulcherrima virtus, quem excedere nihil habet honeſtum, iuxta illud Horatii:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.

Et text. eſt *in Authen. de referendariis, colum.* 3. & plene ſcribit Iacobus Bonaudi *in gloſſ. ſuis ad Ioannem de Terra rubea, contra rebelles ſuorum regum artic.* 2. *primi tract. in* 2. *concluſione in verb. veſtem.*

Trigeſimatertia conſideratio. Mulieres etiam laudantur ex taciturnitate, ſilentio, & breuiloquio: & ex his plurimũ commendãtur, vt habetur *Eccleſ.* 26. vbi mulierem ſenſatam & tacitam laudat ſapiens. & facit 1. *ad Corinth.* 14. Non ius facit mulieribus, vt vel in Eccleſia loquantur, ſed domi: ſi quid ignorant, viros ſuos interrogent. & 1. *ad Timoth.* 14. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Et, vt ait Ariſtot. *lib.* 1. *Polit. cap.* 8. *& fin.* Mulierem ornat taciturnitas. ex dictis Sophoclis Atheni. Tragici dicentis in Aiace flagellifero, mulieribus ornamentum ſilentium affert. Et Democr. Ornamenta breuiloquentia mulieri. Et facit id, quod Pinacium, mulier pudica apud Plautum in Sticho Antiphoni patri quærenti, quales eſſe mulieres oporteat? Reſpondit, vt per vrbem cum ambulant, omnibus os obthurent, id eſt, occludant, ne verbum vllum proferant. Apud eundem quoque in rudente Trachalio: *Tacita*, inquit, *bona eſt mulier ſemper, quam loquens.* Et Pontanus *lib* 1. *de amore coniugali*, ita vxorem monet: *Pauca loqui ſtudeas.* Et Alberic. de Roſate *in l. generalis. ff. de adoptio.* ſcribit, mulieres decere taciturnitatem. Id, quod etiam natura ipſa omnium parens aperte docuit: qua duce maſculæ ſolum cicadæ cantũt: Mutum verum eſt fœminarum genus, vt Ariſtot. placuit *lib. de natura animalium,* 5. *cap.* 30. Sicut & Luſciniæ item fœmellæ cantu priuantur. Idem in carduelis & caladriis, & pluribus aliis auibus, vt merulæ, & quæ vulgo Lunottæ apud nos dicuntur, quarum fœminę non eliguntur, vt in caueis reponantur. Magno fœminarum documento ſilentium illas ſi quod aliud admodum ornare, vt etiam ample monuit Cæl. *lib. lectionum antiquarum.* 9. *cap.* 32.

Trigeſimaquarta conſideratio. Mulieres laudantur, ſi ſe lanificio exercuerint: quod probatur ex Hectoris Homerici, & Gregorii Nazianzeni ſententia, cum inquiunt, vt mulieres domi maneant, domeſtica negotia adminiſtrẽt, & in his colum, lanam, linum, telam, fuſum exerceant, quæ matronis pudicis conueniunt, eaſque ſi quid aliud quam maxime decent. Salomon *in Prouerb. c.* 31. de muliere forti & pudica loquens, *Quæſiuit*, inquit, *lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.* Et Hieronymus inſtruens virginem Demetriadem: *Habeto* (inquit) *lanam ſemper in manibus, vel ſtaminis pollice fila deducito: vel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſa vertantur.* Et alibi, ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Diſcat & lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fuſum, ſtamina pollice ducere.* Ex veteri Romanorum more, Tallaſii nomen in nuptiis crebro iactabatur, vt videlicet hac nuptiali voce prouocarentur nouæ nuptæ, exhortarenturque ad opus, & lanificium. quod Græci *Tallaſiam* dicunt, vt Varro & Plutarchus *in Romulo, & in quæſtionibus.* 129. Feſtus Pomp. tradiderunt.

Sed & ſponſæ (vt ſcribunt Plutarchus *in poſtremo loco*, & Plinius *lib.* 8. *cap.* 48.) colum ſecum inferebant & fuſum, virorumque fores lana coronabant, ac cingebant. Hac quoque obſeruantia nuptiali indicantes, lanificium à nuptis in domo maritali exercendam eſſe.

Item apud eoſdem Romanos in pelle lanata noua nupta conſedere, & reponi ſolebat: quod teſtaretur lanificii officium ſe præſtaturam viro, vt refert Pompeius. quum ipſi Romani apud Caiæ Cæciliæ ſtatuam æream in templo Marci Anci ſitam, colum, lanam, & fuſum confinxerunt, pudicitiæ induſtriæ ſuæ certa monumenta authores Marc. Varro & Plin. *vbi ſupra*, & Plutarch. *in prob. c.* 28. Ea eſt autem, vt dicit Feſtus, quę antequam Romam veniſſet, Tanaquil vocabatur, vxor Tarquinii Priſci Romanorum regis, quę tantæ probitatis fuit, vt id Caiæ nomen, boni ominis cauſa, frequentarent nubentes, quam ſummam aſſeuerant fuiſſe lanificam.

Et, re

Et, vt refert Titus Liuius ad finem primi libri ab vrbe condita, ſignum probitatis fuit reputatum in Lucretia, quod ſera nocte, lanæ dedita, inter vigilantes ancillas in medio ædium ſedebat, & per Collatinum eius maritum, iuuenesque Tarquinii fuit inuenta: quam hiſtoriam recenſet etiam Ouidius *lib.2. Faſtorum*, dum ait:

Inde cito paſſu petitur Lucretia, cuius
Ante thorum calathi, lanaque mollis erat.
Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant, &c.

Harum, Tanaquilis, Lucretiæ, & aliarum exemplo, monet Ponta. *lib.1. de amore coniug.* vt filias in ea re inſtrueret, ita dicens:

Tum colere antiquas artes maternaque iuſſa,
Atque agili diſcant carpere penſa manu.
In digitis acus, ante pedes intexta quaſilli,
Viminaque & fuſo ſtamina torta leni.
Hos Tanaquil opus, hos mores Lucretia monſtrat,
Philacida hos coniunx Telemachique parens.

Theano, Pythagoræ vxor interrogata, quã potiſſime vxorem commendaret; Reſpondit illud Homericum *lib.1. Iliados:*

Tela vacantem, & viri lectum parantem.

Helena etiam lanificium exercebat, vt apud eundem *lib. Ili. & 4. Odyſſeæ* probatur.

Mercurius Calypſo Nympham Athlantis filiam texentem reperit, vt *lib.5. Odyſſeæ* habetur. *& lib. 6.*

Areten regis Pheacum vxorem inter ancillas colo purpurea inuenit Nauſica ipſius filia.

Eadem Arete paulo poſt videt Vlyſſem indutum veſtem atque tunicam, quas ipſa ſua manu confecerat, quibus Vlyſſes donatus fuerat à Nauſica.

Et *libro eiuſdem operis* 10. Vlyſſes Circem texentem comperit.

Et *lib.15.* ſcribit Penelopen, non frequenter domum relinquentem, ſed in ædium conclaui telam texentem.

Idem Homerus *lib.5. Iliados* refert, Mineruam ſuper pauimentum Iouis depinxiſſe amiculum, quo velata erat quodque ſuis ipſis manibus artificioſe neuerat, & texuerat; vt hinc quoque oſtenderet, omnes gradus eius artis Mineruam fuiſſe edoctam.

Andromache quoque Hectoris vxor, teſte *lib.11. Iliad.* Telam orditur, dum lamenta, eiulatusque è turri ob mortem mariti audit.

Et apud Virg. *lib.8. AEneid.*

Proba caſtaque fœmina,
Tolerare colo vitam, tenuique Minerua,
Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes:
Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
Exercet penſo: caſtum vt ſeruare cubile
Coniugis, & poſſit paruos educere natos.

Herodotus *in Calliope* tradit, Xerxem illum maximum regem ab Ameſtri vxore donatum amiculo, quod ipſa texuerat.

Curtius *lib.5.* tradit: Alexandrum veſtes Macedonicas, ad eum ex Macedonia miſſas, cum his, qui eas conficerent, tradi Siſigambri matri Darii iuſſiſſe, eamque admoneri præcepiſſe, vt ſi cordi quoque eſſent, eos neptes aſſuefaceret. Ad quam vocem cum lacrymæ obortæ prodidiſſent animum aſpernantis id donum; quippe cum non aliam contumeliam magis Perſarum fœminæ accipiunt, quam admouere lanæ manus, Alexãder ea re cognita, ad eam peruenit: & mater, inquit, hanc veſtem, quam indutus ſum, ſororum, non ſolum munus, ſed etiam opus vides, noſtri decepere mores, Caue, obſecro, ne in contumeliam accipias ignorationem meam. Ex quibus Tiraquellus facile oſtendit *in ſuis legibus connubialibus leg.*10. quod nedum apud Romanos & Græcos, ſed etiam apud alios lanificium matronis, & ipſis principibus, & illuſtriori loco natis decorum fuiſſet, & honeſtum: quod maxime obſeruant matronæ Italicæ, etiam nobiles, cum lanas ſericeas nere ſoleant, conductitie tamen, ex quo ſe ipſas veſtiunt & ornant, vt vidi in pluribus Mediolani.

Addidit & idem Tiraquellus Virgilium loquentem de Didone, quæ Æneæ veſtem donauerat, *lib. AEn.4.*

tyrioque ardebat murice lana
Demiſſa ex humeris, diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.

Et apud eundem, *lib.3.*

Andromache Phrygiam Aſcanio, chlamidem donat

manuum monumenta ſuarum.

Et denuo, *lib.11.*

dum geminas veſtes oſtroque rigentes
Extulit Aeneas, quas illi læta laborum,
Ipſa ſuis manibus quondam Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.

Tranquillus etiam *lib.11.* memorat, Auguſtum Cæſarem ita filiam & neptes inſtituiſſe, vt lanificio aſſuefaceret. Et alibi teſtatur, illum ipſum non temere alia veſte, quam domeſtica vſum eſſe ab vxore, & ſorore, & filia, neptibusque confecta.

Id idẽ de filiabus ſuis Carolum Magnum feciſſe, Gaguinus *in ſuo compendio de geſtis Francorum, lib.4.c.1. circa finem*, atteſtatur, dum inquit: *Circa liberos educandos eam curam adhibuit, vt mares bonis diſciplinis, fæminas lanificio erudiendas ſummopere ſtuduit.* Iuxta illud Prouerbiorum vlt. *Quæſiuit lanam & linum, digiti eius apprehenderunt vt fuſum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.* quod prophetatum fuerat de B. virgine Maria, quæ ſecundum Hieronymum, acu & colo acquirebat, vnde ſibi & Chriſto eius filio neceſſaria compararet, vt refert G. Benedicti *in ſua rep. c. Raynut. in verbo, dotem quam ei dederat. num.49. extra, de teſtam.*

Plutarchus, teſtimonio Bibuli aſſerit, Brutum ad bellum exiturum, Portiam vxorem interpellantem, ad colum & telam remiſiſſe: & iſta eſt communis & vulgaris remiſſio vxorum per maritos, cum aliquid eis dicant, cui non congruit dare reſponſum. Et hac remiſſione prius vſus fuerat Hector in Andromachen vxorem, ita propemodum alloquẽs *in 6. Iliad. Rapſodia.* Tu vero, quod ad te attinet, abi domum, & quæ tibi curanda ſunt, circa telum & colum, ancillasque exerce, & vt opere domeſtico incumbant, iube, hoc officium munusq; tuum eſt, viris autẽ ſuum relinque, vt curẽt bella. Itẽ Claudian. *in lib.1. de raptu Proſerpinæ*, ita de Proſerpina dicit:

Ipſa domum mulcens tenero Proſerpina cantu,
Irrita texebat rediture munera matri.

Et Silius Italicus, *lib.7.* poſt principium inducit matronas Romanas in hæc verba deprecantes:

Huc ades ô regina Deûm, gens caſta precamur,
Et ferimus digno quæcunque eſt nomine turba,
Auſonidũ, pulchrumq; & acu ſub tegmine fuluo,
Quod noſtræ neuere manus, venerabile donum.

Et tandem refert ipſe Tiraquel. quod Accurſius *in l. ſi patrono, in verb. Magiſtris. C. de neg. geſt.* ſcribit, proprium eſſe mulierum nere vel texere, & *in l. cum quæreretur. §. lana. in verb. in lana. ff. de leg.3.* dicit mulieres lanam & linum appetere, velut natura ad id eas inclinante, quod maxime deceat.

TRigeſimaquinta conſideratio. Mulieres laudantur ex amicitia & amore, quem habent erga maritos, ſi perfecte & vere eos adamauerint: quoniam, vt habetur *ad Titum c.2.* præcipitur adoleſcentulis, vt viros ſuos ament: & dilectio in matrimonio eſt multũ commendabilis: quoniam, vt inquit Phil. 8. *Ethic.* Amicitia viri & vxoris eſt ſecundum quandum excellentiam. & iſtud ſignificatur per annulum, quo vxor à viro deſpõſatur: de quo habetur *in c. noſtrates. & in can. fœmina. 35. diſt.* Qui quidem debet eſſe aureus, rotundus, & quarto digito poſitus. Et tantum vnus aureus: quia ſicut aurum excellit omnia alia metalla, vt infra dicam *in vlt. part. in 95. conſid. de metallis.* ita iſte amor omnes amores excellit. Rotundus; quoniam forma rotunda eſt nobilior forma, vt etiam *in d. parte vlt. in.5. cõſider. de cœlis* dicitur. Et per hoc etiam oſtenditur perpetuitas iſtius amoris, vt nunquam finiatur niſi per mortem: & in quarto digito ponitur ex inſtitutione Eccleſiæ, vt oſtendatur, quod ille amor debet habere præcordialitatem: dicunt enim philoſophi naturales, quod quædam vena à corde procedit, & in quarto digito apparet, vt etiam dicitur *in c. fœmina. 35. quæſt.2. ad fin.* Vnus autem annulus ponitur ad oſtendendum iſtius amoris ſingularitatem: vir enim & vxor per conſummationem matrimonii efficiuntur vna caro. notatur *in l. aduerſos. C. de crimine expil. hæredit.* cum ſocii ſint diuinæ & humanæ domus: vt ibi, & dixi latius *in commento noſtro ſuper conſuetudin. ducatus Burgund. in titul. Des droicts &*

appar-

Digitized by Google

appartenances à gens mariez. vbi ſatis ſcripſi de laudibus matrimonii: & ibi allegaui Ariſt. 8. *Ethicorum, cap. 2.* dicentem, quod viro & vxori videtur amicitia conſiſtere ſecundum naturam, quod excellat & excedat omnes alios. Cum licet dicatur, quod nullus amor vincat paternum *l. fin. C. de cura furioſ.* & dixi ample *in dicto noſtro commen. in rub. Des iuſtices. in gl. & droictz d'uelles. ver. ita quia dictum eſt.* Tamen, vt habetur Geneſ. 2. *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.*

Et hæc amicitia coniugalis multum laudata eſt in vxoribus ab antiquis ſcriptoribus. Nam Valerius Maxi. de ea *lib. 4. tit. de amore coniugali* ſcribit, vbi plura exempla adducit, & ibi multum eam extollit. In primis in Iulia, Caii Cæſaris filia, quæ cum ædilitiis comitiis Pompeii Magni coniugis ſui veſtem cruoris reſperſam ſanguine, quorum doctrina, qui iuxta Pompeium ipſum mutuis vulneribus ſe læſerant, è campo domum relatam vidiſſet, conſternata, atque territa metu (nequa vis ei eſſet allata) exanimis concidit, partum, quem vtero conceptum habebat, ſubita animi conſternatione, & graui dolore corporis, eiicere coacta, atque ita expirauit: magno quidem cum totius terrarum orbis detrimẽto. *author Plutar.*

Et de Portia, Catonis filia, vxore Bruti, quę cum apud Philippos victum & interemptum virum ſuum Brutum cognoſceret, quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitauit: à quibus præcordia exurentibus ſpiritum exhalauit.

Pamphilus.

Vixiſſet Brutus, tunc non tam clara fuiſſet Portia.

Et de Arthemiſia gentis Cariæ regina, quę poſt mortem Mauſoli mariti in perpetuo luctu & mœrore vixit, quo etiam confecta tabuit armoris eius fidę.

Mauſoleum ſeu ſepulchrum eidem magnificentiſſimum fecit, vt dixi ante, & infra *in vlt. part. in 65. conſider. de ſepulchris.*

De Hypſicratea regina, quę Mithridatem, virum ſuum, effuſis charitatis habenis amauit, propter quem præcipuum formæ ſuæ decorem in habitum virilem conuertere voluptatis loco habuit. Tonſis enim capillis, quo commodius vteretur galea, equo ſe & armis aſſuefecit, quo facilius laboribus & periculis eius intereſſet.

Quinetiam victum à Cneo Pompeio per efferatas gentes fugientem animo pariter & corpore infatigabili ſecuta eſt. Cuius tanta fides aſperarum, atq; difficilium rerum, Mithridati maximum ſolatiũ & iucundiſsimum lenimentum fuit. cum domo enim & penatibus fere vagari ſe credidit, vxore ſimul exſulante.

Ex eodem loco ſcripſit Valerius certa exempla de amore coniugali maritorum, quo ad eorum vxores, quæ videre poteris.

Apud nos temporibus noſtris euenit mirabile exemplum de prima vxore quondam nobilis & potentis viri domini Guil. Greffier, dicti de Boiſy, qui ſuo tempore Admirallus fuit Franciæ. Quæ cum repente vidiſſet eum à manibus hoſtium ereptum, & in Galliam è Lombardia reuerſum ex captiuitate illum amplexando accurrit, & cum tali gaudio eũ ſalutando amplexata eſt, quod cũctis videntibus, qui aderant ſpiritum emiſit. & de ea dici poteſt, quod de duabus fœminis, de quibus apud Valer. *l. 10. tit. de morte nõ vulgari.* genus caſus inuſitatum, quam dolor non extinxerat, lætitia conſumpſit.

Etiam Bapt. Fulgoſius *in ſuo lib. 3. de coniugali charitate*, multa exempla accumulauit de charitate vxorũ erga maritos, vt de Panthæa vxore erga Abradotam eius virum, cuius tãtus amor fuit, quod cum ei in exercitu Cyri aduerſus Babylonios militaret, cæſus in prælio ab hoſtibus, poſteaquam ab vxore gentis more deploratus ornatusque fuit, neque aliud iam funeri, niſi vt ſepeliretur, ſupra mortui viri corpus ſe peremit.

Phile erga Demetrium regem virũ ſuum inſignis amor, animi quoque magnitudinem coniunctam habuit. Nam, cum eum accepiſſet, prælio victum in Caſſandriam amiſſis regnis ſe recepiſſe, neque ferre poſſet regno priuatum videre, quem regem victoriiſque

que inſignem amaſſet, ingenti compulſa amore veneno ſe ipſam extinxit.

Idem de coniuge Ligarii Romani, quæ mori cupiens cum marito, dicit ſe maritum ſuum proſcriptũ diu domi ſeruaſſe, propterea Triumuirorum lege mori dicere: quæ cum audita non fuiſſet, extincto viro, cum nemo eam audire voluiſſet, domum reuerſa, cibo abſtinuit, atque in magno mœrore, fame, & lacrymis, vitam finiuit.

Idem de Paulina, vxore Senecæ: cum enim Senecæ Nero generis mortis arbitrium attuliſſet: ipſeque deſectis venis delegiſſet, vt in balneo cum ſanguine ſimul etiam vitam effunderet: Paulina eius vxor, coniugali amore compulſa, licet Seneca repugnaret, mori tamen quoque ipſa decreuerat, vt non minus in morte, quam in vita viro comes fidiſsima eſſet. Cæterum, cum rem Nero præſciuiſſet, miſit qui ſanguinem ſiſteret, atque eam in vita retineret. Itaque, cum iam multũ eſſet ſanguinis effuſum, pallida ſemper manſit, atq; in vultu pudici amoris ſui ſigna ſemper retinuit.

Idem de Triara, L. Vitellii, Auli Vitellii imperatoris fratris coniuge, quæ Hypſicrateæ vxori Mithridatis comparanda eſt, de qua non longe dictum eſt.

Hæc coniugalis flamma, Anniæ Romanæ, prudentiam inſpirauit, cum hortati, vt vidua iuuenis, formoſaq; iterum nuberet; Reſpondiſſe fertur, nolle, ſi bonum virum vt primũ habere contigiſſet, perpetua ne eum amitteret moleſtia torqueri: quod ſi contra in malum incidiſſet virum, nimium graue ſemper habituram illud malum, quod nulla neceſſitate cogente ſibiipſa peperiſſet.

Perſimile quoque, Valeria, maior Meſſalarum fratrum ſoror, quanquam aliis verbis reſponſum fertur in pari cauſa dediſſe: dixit enim Seruium, qui eius vir fuerat, etſi aliis mortuus videretur, apud ſe tamen adhuc viuire.

Magnum quoque veri coniugalis amoris experimentum illud fuit, quod Stratonis Sydoniæ principis vxor edidit, cum vrbe à Perſis obſeſſa verita eſt, ne in hoſtium ditionem vir veniret. Id autem etiam morte ſi fieri poſſet deuitare decreuerat. Itaque cum iam accepiſſet hoſtes vrbem ingreſſos eſſe, atque non longe abeſſe, vt viro eius potirentur, adempto ei gladio, manu ſua ipſum occidit, corpuſque eius, quantum pro tempore potuit: decenter exornauit: cui poſtea ſuperincumbens ipſa gladio ſeipſam confodit, vt eadem in morte viro, qua viuens charitate comes eſſet. vna enim re ſimul & coniugalis charitatis, & animi ſui magnitudinem, atque inſuper honoris quoque curam (cum ne viui in hoſtium manibus indigna paterentur prouidit) palam teſtata eſt.

Idem Baptiſta, & alia exempla recenſet, vt de vxore piſcatoris, cuius dolore morbi turbata, amoris animique plena, ſe cum marito arctiſsimis vinculis ligatam de rupe præcipitem in lacum miſit.

Et de Arria, Romani ſenatoris coniuge, quæ cum maritum ſuum Petrum nomine ex coniuratione, captum in Illyrico, Romam naui deferri vidiſſet, vt cũ eo moreretur rogauit, quod cum obtinere non potuiſſet, ſeipſam gladio iugulauit. & eductum gladium à pectore marito conſtanter porrexit: affirmans, vulnus, quod fecerat, nihil doloris habere, vt exemplo ipſe quoque animaretur, atque in hæc verba, dum virum hortaretur, moribunda corruit.

Perſimilem enim hiſtoriam recenſet ipſe Fulgoſius de re, quæ obuenit ſua ætate. Cum, vt ait, à Iacob Perſarum rege rebellaſſet militarium ducum vnus nomine Pandoerus, hic formoſiſsimam habebat vxorem, quæ ſextumdecimum non excedebat annum, à qua mirum in modum diligebatur. Ab ea diu rogatus Pandoerus, ne cum hoſte prælium committeret, cum aſſentiri coniugi nollet, petiit vxor, vt ante prælium ſaltem eam occideret, ne poſt eum vitam ageret.

Id quoque recuſante, prælium iniit, in quo victus occiſuſque fuit vxore eius capta, & poſtremo, militarium ducum vni à rege donata. Cum vero is eam in matrimonii ducere vellet, ipſa diu denegauit: & cum ad extremum vim parari cerneret, ſumpta ſuper eam

Digitized by Google

ea re deliberationis dilatione, in parua ſchedula cum ſcripſiſſet: Nunquam ferent homines, Pandoeri vxorem, diu poſt eum vixiſſe, gladio ſe traiecit: virum moriēs ſecuta, quum aduerſante fato viuum non potuerat.

Ex his facile conſtat de amicitia coniugali, tanquam arctiſsimo vinculo, quam plures vxores magnanimiter obſeruarunt erga eorum maritos, ideo ex his laudem meruerunt.

Et de his etiam recitat Textor Niuernenſis *in ſua officina*, aliqua exempla ſupra ſcripta, & alia, vbi ait: Alceſtis maritum ſuum Admetum, regem Theſſaliæ, tanto amore dilexit, vt quum Admetus ipſe morbo laboraret, conſultaque oracula reſpondiſſent, futurum eum incolumem, ſi quis amicorum pro eo mori vellet, ſola vxor, recuſantibus pietatē illam cæteris amicis, pro viri ſalute, morti ſe deuouerit, propterea Poetæ fabulati ſunt, reuiuiſcendi munus ei à Diis conceſſum. Admetus vero beneficii memor, perpetuas defunctæ nænias inſtituit. Hieron. Alceſtem fabulæ ferunt, pro Admeto ſponte defunctam.

Tantus denique fuit Penelopes in Vlyſſem amor, vt eo abſente per annos 20. caſtitatem ſeruauerit impollutam, nulliſque procorum blandimentis ſuccubuerit.

Propertius, lib. II.

Felix Admeti coniunx & lectus Vlyſsis.

Stroza pater:

Adde fidem, quam nec coniunx Ithacea vincat.

Capanei, apud Thebas mortui, dum celebrarentur exequiæ, vxor Euadne in rogum mariti ſe coniecit.

Quum Belides omnes facta coniuratione maritos interfeciſſent, ſola Hypermeſtra pepercit marito Lino ſeu Linceo.

Proteſilaus, primus Græcorum, interfectus eſt apud Troiam à Dardano quodam: quod quū reſciuiſſet Laodomia, in ſolatium mœroris optauit, vt mortui vmbram videret, quod cum impetraſſet, in illius amplexibus expirauit.

Antonium quum ſuperaſſet Auguſtus, Cleopatra præ animi dolore mortem ſibi conſciuit.

Gunnilda fuit mulier, quæ cum videret exequias Aſmundi mariti ſui ſpiritum ferro ſibi ſurripuerit. hęc Textor. Huc adde vt plurimū vxores eorum maritos amant, & hanc amicitiam coniugalem appetere ſolent, multumque deſiderant ab eorum maritis præamari: vſque adeo, vt non curent qua via amari poſſint, quo item modo in virorum amorem allicefaciant, inducanturue: id, quod attentant magicis artibus, carminibus, poculis amatoriis, cibis, gemmiſque precioſis, aliiſque id genus, vt opinantur, conciliantibus. de quibus ſigillatim explicat Tiraquellus *in ſuis legibus connubialibus leg. 14. in prin.* de quibus ad eum te remitto.

Plures tamen reperiuntur, qui præcedenti opinioni refragantur, teſte eodem Tiraquello, inter quos Ouid. *in lib. de medicamine faciei* hæc ſcribit:

Sit potius vos vrget amor, quam fortibus herbis,
Quas maga terribili ſubſecat arte manus.
Nec vos graminibus, nec mixto credite ſucco,
Nec tentate nocens virus amantis equæ:
Nec media Marſis ſundantur cantibus angues,
Nec redit in fontes vnda ſupina ſuos.

Et idem *lib. 2. de Arte amandi* negat carunculam (quæ in pulli equini fronte naſcitur) aut quamuis artem magicam conferre ad amorem conciliandum, cum ait:

Fallitur Aemonias ſi quis decurrit ad artes,
Atq; quod à teneri fronte reuellit equi.
Non facient vt viuat amor Medeides herbæ,
Mixtaq; cum magicis Marſa venena ſonis.

Quod poſtea exemplis Medeæ & Circes comprobat ſubiungendo.

Pharſias Eſonidem Circe tenuiſſet Vlyſſem,
Si modo ſeruari carmine poſſet amor.
Nec data profuerant pallentia philtra puellis,
Philtra nocent animis, vimq; furoris habent.

Idcirco monet fugiendum hoc genus artis magicæ, cum ſubdit:

Sit procul omne nefas, vt ameris amabilis eſto.

Quin etiam idem probat, *lib. 1. de remedio amoris:*

Viderit Aemoniæ ſi quis mala pabula terræ,
Et magicas artes poſſe iuuare putat.

Imo ex his & pluribus aliis ipſe Tiraquel-

Digitized by Google

que inſignem amaſſet, ingenti compulſa amore veneno ſe ipſam extinxit.

Idem de coniuge Ligarii Romani, quæ mori cupiens cum marito, dicit ſe maritum ſuum proſcriptũ diu domi ſeruaſſe, propterea Triumuirorum lege mori dicere: quæ cum audita non fuiſſet, extincto viro, cum nemo eam audire voluiſſet, domum reuerſa, cibo abſtinuit, atque in magno mœrore, fame, & lacrymis, vitam finiuit.

Idem de Paulina, vxore Senecæ: cum enim Senecæ Nero generis mortis arbitrium attuliſſet: ipſeque deſectis venis delegiſſet, vt in balneo cum ſanguine ſimul etiam vitam effunderet: Paulina eius vxor, coniugali amore compulſa, licet Seneca repugnaret, mori tamen quoque ipſa decreuerat, vt non minus in morte, quam in vita viro comes fidiſsima eſſet. Cæterum, cum rem Nero præſciuiſſet, miſit qui ſanguinem ſiſteret, atque eam in vita retineret. Itaque, cum iam multũ eſſet ſanguinis effuſum, pallida ſemper manſit, atq; in vultu pudici amoris ſui ſigna ſemper retinuit.

Idem de Triara, L. Vitellii, Auli Vitellii imperatoris fratris coniuge, quæ Hypſicrateæ vxori Mithridatis comparanda eſt, de qua non longe dictum eſt.

Hæc coniugalis flamma, Anniæ Romanæ, prudentiam inſpirauit, cum hortãti, vt vidua iuuenis, formoſaq; iterum nuberet; Reſpondiſſe fertur, nolle, ſi bonum virum vt primũ habere contigiſſet, perpetua ne eum amitteret moleſtia torqueri: quod ſi contra in malum incidiſſet virum, nimium graue ſemper habituram illud malum, quod nulla neceſſitate cogente ſibiipſa peperiſſet.

Perſimile quoque, Valeria, maior Meſſalarum fratrum ſoror, quanquam aliis verbis reſponſum fertur in pari cauſa dediſſe: dixit enim Seruium, qui eius vir fuerat, etſi aliis mortuus videretur, apud ſe tamen adhuc viuire.

Magnum quoque veri coniugalis armoris experimentum illud fuit, quod Stratonis Sydoniæ principis vxor edidit, cum vrbe à Perſis obſeſſa verita eſt, ne in hoſtium ditionem vir veniret. Id autem etiam morte ſi fieri poſſet deuitare decreuerat. Itaque cum iam accepiſſet hoſtes vrbem ingreſſos eſſe, atque non longe abeſſe, vt viro eius potirentur, adempto ei gladio, manu ſua ipſum occidit, corpuſque eius, quantum pro tempore potuit: decenter exornauit: cui poſtea ſuperincumbens ipſa gladio ſeipſam confodit, vt eadem in morte viro, qua viuens charitate comes eſſet. vna enim re ſimul & coniugalis charitatis, & animi ſui magnitudinem, atque inſuper honoris quoque curam (cum ne viui in hoſtium manibus indigna paterentur prouidit) palam teſtata eſt.

Idem Baptiſta, & alia exempla recenſet, vt de vxore piſcatoris, cuius dolore morbi turbata, amoris animique plena, ſe cum marito arctiſsimis vinculis ligatam de rupe præcipitem in lacum miſit.

Et de Arria, Romani ſenatoris coniuge, quæ cum maritum ſuum Petrum nomine ex coniuratione, captum in Illyrico, Romam naui deferri vidiſſet, vt cũ eo moreretur rogauit, quod cum obtinere non potuiſſet, ſeipſam gladio iugulauit. & eductum gladium à pectore marito conſtanter porrexit: affirmans, vulnus, quod fecerat, nihil doloris habere, vt exemplo ipſe quoque animaretur, atque in hæc verba, dum virum hortaretur, moribunda corruit.

Perſimilem enim hiſtoriam recenſet ipſe Fulgoſius de re, quæ obuenit ſua ætate. Cum, vt ait, à Iacob Perſarum rege rebellaſſet militarium ducum vnus nomine Pandoerus, hic formoſiſsimam habebat vxorem, quæ ſextumdecimum non excedebat annum, à qua mirum in modum diligebatur. Ab ea diu rogatus Pandoerus, ne cum hoſte prælium committeret, cum aſſentiri coniugi nollet, petiit vxor, vt ante prælium ſaltem eam occideret, ne poſt eum vitam ageret.

Id quoque recuſante, prælium iniit, in quo victus occiſuſque fuit vxore eius captiua, & poſtremo, militarium ducum vni à rege donata. Cum vero is eam in matrimoniũ ducere vellet, ipſa diu denegauit: & cum ad extremum vim parari cerneret, ſumpta ſuper

eare

ea re deliberationis dilatione, in parua ſchedula cùm ſcripſiſſet: Nunquam ferent homines, Pandoeri vxorem, diu poſt eum vixiſſe, gladio ſe traiecit: virum moriēs ſecuta, quum aduerſante fato viuum non potuerat.

Ex his facile conſtat de amicitia coniugali, tanquam arctiſsimo vinculo, quam plures vxores magnanimiter obſeruarunt erga eorum maritos, ideo ex his laudem meruerunt.

Et de his etiam recitat Textor Niuernenſis *in ſua officina*, aliqua exempla ſupra ſcripta, & alia, vbi ait: Alceſtis maritum ſuum Admetum, regem Theſſaliæ, tanto amore dilexit, vt quum Admetus ipſe morbo laboraret, conſultaque oracula reſpondiſſent, futurum eum incolumem, ſi quis amicorum pro eo mori vellet, ſola vxor, recuſantibus pietatē illam cæteris amicis, pro viri ſalute, morti ſe deuouerit, propterea Poetæ fabulati ſunt, reuiuiſcendi munus ei à Diis conceſſum. Admetus vero beneficii memor, perpetuas defunctæ næ nias inſtituit. Hieron. Alceſtem fabulæ ferunt, pro Admeto ſponte defunctam.

Tantus denique fuit Penelopes in Vlyſſem amor, vt eo abſente per annos 20. caſtitatem ſeruauerit impollutam, nulliſque procorum blandimentis ſuccubuerit.

Propertius, lib. II.

Felix Admeti coniunx & lectus Vlyßis.

Stroza pater:

Adde fidem, quam nec coniunx Ithacea vincat.

Capanei, apud Thebas mortui, dum celebrarentur exequiæ, vxor Euadne in rogum mariti ſe coniecit.

Quum Belides omnes facta coniuratione maritos interfeciſſent, ſola Hypermeſtra pepercit marito Lino ſeu Linceo.

Proteſilaus, primus Græcorum, interfectus eſt apud Troiam à Dardano quodam: quod quū reſciuiſſet Laodomia, in ſolatium mœroris optauit, vt mortui vmbram videret, quod cum impetraſſet, in illius amplexibus expirauit.

Antonium quum ſuperaſſet Auguſtus, Cleopatra præ animi dolore mortem ſibi conſciuit.

Gunnilda fuit mulier, quæ cum videret exequias Aſmundi mariti ſui ſpiritum ferro ſibi ſurripuerit. hęc Textor. Huc adde vt plurimū vxores eorum maritos amant, & hanc amicitiam coniugalem appetere ſolent, multumque deſiderant ab eorum maritis præamari: vſque adeo, vt non curent qua via amari poſſint, quo item modo in virorum amorem alliceſaciant, inducanturue: id, quod attentant magicis artibus, carminibus, poculis amatoriis, cibis, gemmiſque precioſis, aliiſque id genus, vt opinantur, conciliantibus. de quibus ſigillatim explicat Tiraquellus *in ſuis legibus connubialibus leg.* 14. *in prin.* de quibus ad eum te remitto.

Plures tamen reperiuntur, qui præcedenti opinioni refragantur, teſte eodem Tiraquello, inter quos Ouid. *in lib. de medicamine faciei* hæc ſcribit:

Sit potius vos vrget amor, quam fortibus herbis,
Quas maga terribili ſubſecat arte manus.
Nec vos graminibus, nec mixto credite ſucco,
Nec tentate nocens virus amantis equa:
Nec media Marſis findantur cantibus angues,
Nec redit in fontes vnda ſupina ſuos.

Et idem *lib. 2. de Arte amandi* negat caranculam (quæ in pulli equini fronte naſcitur) aut quamuis artem magicam conferre ad amorem conciliandum, cum ait:

Fallitur Aemonias ſi quis decurrit ad artes,
Atq; quod à teneri fronte reuellit equi.
Non facient vt viuat amor Medeides herbæ,
Mixtaq; cum magicis Marſa venena ſonis.

Quod poſtea exemplis Medeæ & Circes comprobat ſubiungendo.

Pharſias Eſonidem Circe tenuiſſet Vlyſſem,
Si modo ſeruari carmine poſſet amor.
Nec data profuerant pallentia philtra puellis,
Philtra nocent animis, vimq; furoris habent.

Idcirco monet fugiendum hoc genus artis magicæ, cum ſubdit:

Sit procul omne nefas, vt ameris amabilis eſto.

Quin etiam idem probat, *lib. 1. de remedio amoris:*

Viderit Aemoniæ ſi quis mala pabula terræ,
Et magicas artes poſſe iuuare putat.

Imo ex his & pluribus aliis ipſe Tiraquel-

lus *in d.l.connubiali* 14. friuolum reputat & fabuloſum, poſſe huiuſmodi pocula ad amorem ducere, explodendo huiuſmodi magicas vanitates, quas familiares fœminarum artes Apuleius *lib.* 9. appellat, ex quo dicit amores mulierum & vxorum aliis rationibus comparandos eſſe.

Et inter cætera, vt ait, nihil eſt ad hoc efficacius, nihilq; in id plus habet roboris, quã ſi fundum vxorium diligenter, non mod ce frequenter colas. Id enim faciens, licet fueris horridus, deformis, ſqualidus, ab vxore tamen vnice inſigniter amaberis: quin illa te colet perinde ac Deum in terris alterum, & obſeruabit. Alioquin ſi hoc deſit, odio te & deſpectui habebit, quantumcunque eam amaueris, caſtumque atque aliarum coitum abhorrentem præſtiteris.

Apud Plautum in Truculento, cum miles miraretur Phroneſiam mulierem ruſticum quendam ardẽter amare. Mox adiuit mulierem, vt admirari deſineret: hæc dicentem, quanquam ſqualidus eſt, quanquam hic horridus, citus bellum init. Contra apud Apuleium, *lib.* 5. *de aſino aureo.* Fœmina quædam virum exitiali odio proſequitur: quia rarenter palæſtram veneream exerceret, ſuamque in ea re fortunam dolenter ac miſere deplorat. *Ego vero,* inquit, *maritum rariſsime Venerem meam recolentem ſuſtineo.* Et, vt idem Tiraquellus proſequitur (qui ſatis laſciue in multis ſcripſit) credit hoc eſſe verum, etiam ſine teſtimonio. Quis enim (ait) non credat mulieres eam rem ſitienter appetere, nullaque re magis ad amandum allici: & imo, vt magis in laſciuia profluat, dicit fore multa, quibus ſi vtatur vir, vxorẽ virilius & frequentius comprimet. Adducit in teſtimonium gloſſ. *in c. quicquid* 32. *quæſt. c.* & Innoc. *in c. fraternitatis, ſuper ver. commiſcetur. colum.* 2. *extra de frigid. & maleſic.* Bald. *in cap. à crapula. extra de vit. & hon. cle.* Plin. *libr.* 26. *cap.* 10. & *lib.* 28. *cap.* 19. *ad fin.* & Galenus *lib.* 5. *de ſimplicibus. diſtinct.* 6. *cap.* 2. & plures alios medicos ibi citat. tandem concludit medium in hoc eſſe tenendum, prout & in aliis rebus, cũ mediocritas dicatur, & in omnibus fere rebus optima exiſtimetur: cum ex exceſſiuo & immoderato coitu, multa mala & inconuenientia ſequantur, etiam ex abſtinẽtia, & dimiſſione coitus, tam in viris, quam in fœminis. A quo dicit non omnino abſtinendũ eſſe, cum ſit vtilis, ſicut labor, ſi modus adſit, & quibus cõferat, & quibus non. Sunt etenim, vt ait, mulieres coitus appetentiſſimæ: ita quod ex improbitate, importunitate, & acerba exactione earum, mariti quandoque coguntur immoderate vti: ideo ad hanc rem dat plura remedia prohibentia coitum: Primo enim, vt inquit, monet, vt è boue ſylueſtri, nigro ſanguine hircini lumbi perungantur, vt illi tædium Veneris fiat. Iuxta Plinii ſententiam *in lib.* 28. *d. cap.* 19. ibi & ipſe Plin. ſubdit. Amoris quoque tædium fieri, pota hirci vrina admixto propter faſtidium nardo. Idem rurſum *eod. lib. cap.* 28, dicit Hippotami pellem, è ſiniſtra parte frontis, in inguina adalligatã, Venerem inhibere. Aſperſu quoque cineris, ex lincum corio & vnguibus exuſtis ſit, fœminarum libidines inhiberi. Idem Plin. *lib.* 30. *cap.* 6. ſcribit, Puluerem in quo famula volutauerit, corpori inſperſum, mitigare ardores amoris. Idem *lib.* 32. *cap.* 4. dicit: Magos dicere, quod harundine transfixa ranæ naturæ per os, ſurculus in menſtruis defigatur à marito, adulterorum tædiũ fieri: quæ ſi vera ſunt, vt ille dicit, multum vtiliores vitæ exiſtimantur ranæ quam leges. Idem quoque *eoc. in princ.* Squamæ teſtudinum è ſumma parte deraſæ, & in potu datæ, Venerem cohibent. Dioſc. *lib. med. matt. cap.* 71. tradit, Scincum decoctum cum lente ac melle, aut ſemine lactucæ cum aqua potum, Veneris cupiditates inhibere.

Albertus Magnus *lib.* 22. *de anima.* teſtis eſt, quod ſi quis teſticulum dextrum Lupi, oleo mixtum, mulieris vuluæ cum lana imponat, remouet ab ea coeundi deſiderium, etiamſi fornicaria fuerit.

Idem paulo ante dixerat (vt ait Tiraquell.) quę an ſit vera, viderint alii, quod ſi virga Lupi in nomine alicuius ſiue viri, ſiue mulieris ligetur, non poterit coire, donec nodus talis fuerit ſolutus. Non crederem in æternum

iſta eſſe

Digitized by Google

iſta eſſe vera, ſed potius ridiculoſa & deriſoria.

Aliud quod mirum eſſe dicit, veterũ monumentis ſcriptum reperitur: Fuiſſe in Achaia ciuit. Argyram nomine, ac fontem quoque, & in propinquo fluuium Selennium ab adoleſcente dictum, qui Argyræ nymphæ oblaqueatus amore, ac deſiderio extabeſcẽs, ſit à Venere in eum deformatus. Vnde Selennini aquam id laudis adeptam ferunt, vt ea ablutos amore liberet, tam viros, quam fœminas. quod ſi verum eſt, multis pecuniis pretioſior eſt hominibus aqua Selennini, de quo dixi *in vlt. part.* vbi de excellentiis aquarum fit conſid.

Sed & medici, multa paſſim ad inhibendam Venerem conſcripſerunt, vt Auicenna *in* 20. *tertii tractat.* 1. *cap.* 25. & plures alii, quos in loco prædicto allegat Tiraquellus, quibus potius aſſentirem, quam nugacibus præallegat. & admonet coniuges, non tempeſtiuius eos voluptati Venereæ operam dare, quam cum aliquid iurgii, aut diſcordiæ inter eos interceſſerit. Nihil enim omnium rerum eſſe, quod eos ocius faciliusque ad amicitiam reuocet, aperte inſinuat Homerus, apud quem *lib.* 13. *Iliad.* Iuno, de Oceano & Thetide eius vxore loquens, illorum iurgia ſe ſoluturam, atque in coitum reducturam profitetur. & Plutarchus *in præceptis connubialibus*, cum ira, ait, diſſidioque vir & vxor vexantur; tum maxime Venerem optimam huiuſmodi malorum medicam accerſere oportet. Et hoc ſane efficacius in eam rem fore exiſtimo, quam fuerit olim Romæ ſacellum illud deæ Viriplacæ: Id, quod cum vir & vxor diſcordes conueniſſent inuicem locuti quæ voluiſſent, contentione animorum depoſita, concordes reuertebantur, vt à Valerio Maximo *in titulo de inſtit. antiquis* dicitur. Quanquam illud veriſimile eſt, virum & vxorem in eo ſacello congredi inuicem ſolitos, & hinc pacata omni ira redire. Neque hoc abſurdum omnino videri debet; cũ teſte Hieronym. *in Euter.* cæteri fere mortales, præter Ægyptios ac Græcos, coeant in templis, putantes homines eſſe, vt cæteras animantes. Etenim videre licet, & pecudes omnes & volucrum greges, coire in Deorum templis atque in phanis: quod ſi non eſſet Diis gratum, non facturas illas fuiſſe allegat. Quod & ſi in cæteris templis non ſatis honeſtum fuiſſe, videri poteſt, nec etiam probat Hieron. vt & improbat Eccleſia Catholica *in cap. ſignificaviſti. de adulter. in c. propoſuiſti. & c. ſi. de conſecr. eccl.* in hoc tamen, quod Deæ Viriplacæ dedicabatur, non in tantum vituperandum fuit.

Trigeſimaſexta conſideratio, Mulieres laudem cõſequuntur ex fide earum erga maritos: vt multarum exemplis patet apud Baptiſtam Fulgoſium *in ſuis collect. de dictis factiſque memorabilibus. lib.* 6. *cap.* 7. vbi plures vxores commendat, ex earum fide, quam habuerunt erga maritos. In primis, de Chilonia Spartana Leonidæ filia, & Cleombroti vxore refert, qui ambo in Spartano regno contẽdebant, & inter diſcordias ciuiles cum Cleombrotus vir, Leonidam, eius patrem in exilium miſiſſet, à viro patris reſtitutionem impetrauit. Mutata vero fortuna pari opera apud patrem reſtitutionem eius mariti, impetrare nõ valuiſſet, licet feliciter apud Leonidam eius patrem in patria viuere poterat, maluit attamen, vt cum eius viro exilii comes efficeretur.

Etiam de vxore Panthei Lacedæmonii, cum expulſo Cleomene Spartarum rege, ab Antigono, Macedonum rege, cum is in Ægyptum ad Ptolemæum regem ſe recepiſſet, ac Pantheum vxor ſequi vellet, à parentibus prohibita, magno ſtudio ſeruabatur. Demũ ipſa aſtu, ingenti adinuento, equo ad mare noctu ſe contulit, atq; incognita nauem conſcendens, in Ægyptum ad virum peruenit, amboque illic ſimul vitam finierunt.

Sequitur & tertio loco de Sara, vxore Abraham, cuius modeſtiam, fidem atque amorem admirari debent omnes: de qua habetur *Geneſ.* 12. *&* 16. quæ cum ſe virumque iam grandes natu, orbos inſpiceret, viro perſuaſit, vt cum ipſius ancilla Agar Ægyptia concumberet, tentaretque ſi ex ea filios procreare poſſet: quod cum Abraham feciſſet, naturſque

Digitized by Google

tusque eſſet Iſmael, non aliter, ac filium ex ſe natum, Sara ei ſuſtulit. Nam præter aliarum morem prudens, atque virum ſuum amans fœmina zelotypiæ, graui in mulieribus malo, propagandæ viri ſui ſtirpis reſpectum antepoſuit.

Stratonica, Deiotari Galatarũ regis vxor, ſuo beneficio nec fruſtrata eſt, quæ tum aduerſante valetudine cum viro filios ſe concipere nõ poſſe videret: qui in regni ſucceſſionem vocarentur, marito perſuaſit, vt libere cum alia operam daret, genitoſque ſibi ſupponere, quod cum is negligeret, ad eum deduxit virginem nomine Electram, cubicularem ſuam miniſtram, morib. atque forma inſignem, ex qua Deiotarus aliquod filios procreauit, quos Stratonica poſt viri mortem nõ ſecus ac ſuos aluit, atque in regno ſuccedere permiſit.

Succedit & decenter Tertia Æmilia, prioris Aphricani, quæ cum ſciret, viro ſua ancillulam ex ſuis gratam eſſe, diſſimulauit, ac poſt mortem viri, manumiſſam ab ea ancillam, in matrimonium liberto ſuo cum liberali dote dedit, teſtis eſt Valer. *lib.6. cap. c. 7.*

Longe etiam maior Liuiæ erga Auguſtum virum fides, atque indulgentia fuit, quæ cum ſciret Auguſtum puellis nõdum maturis oblectari, clam, magna diligentia perquiſitas ſecreto ad eum deduci curabat, præ nimia fide amoreque id marito concedens, cuius gratia nonnullę cum pellicem ferre non poſſent, interdum viros peremerunt: atque idcirco tanto magis laudanda, quanto eius exempla rariora inueniuntur. Anteponenda tamen eſt Liuia Tertiæ Æmiliæ (de qua proxime dixi) fidei erga Scipionem: verum quãto maius eſt rem ipſam ſponte agere, quam contra ipſius mentem ab alio facta perferre.

Rachel quoque, cum ſe ſterilem animaduerteret, Balam, ancillam ſuam marito Iacob comprimendam dedit, vt pariat, inquiens, ſuper genua mea, & habeam ex illa filios, vt ſcribitur *Gen.* 20. & ibi ſimiliter dicitur, quod Lya, Zelpham ancillam ſuam, marito tradidit.

Sed nunc ſe offert locus, vt de Octauia M. Antonii vxore loquamur. Quam cum ipſe Antonius Romam remiſiſſet, frater Auguſtus Octauiæ ſuadebat, ne in Antonii domo habitaret, cœptum enim iam inter eos bellũ erat: ei igitur Octauia reſpondit, ſe nunquam adduci poſſe, vt in alia domo habitaret: quãobrem eodem animo Antonii amicos, quo antea vidit, & priuignos non aliter habuit, ac ſi ex ipſa procrati eſſent, conata, quantum permittebatur, fratrem ab armis in Antonium dimouere: dedecere enim plurimum aiebat, vt duo terrarũ orbis gubernatores, vnus, quod alter ſorori ſuæ amicam anteferret, alter autem, nimio erga amicam amore captus, inter ſe bellum gererent.

Pariter de Herodiade, Herodis Tetrarchæ vxore, quæ ingentem quoque fidem viro oſtendit, cum ad vrbem Romam cum eo profecta, vt Agrippam fratrem accuſaret, rẽ in contrariam cedere vidit. Viro enim Lugdunum exulatum in Galliam miſſo, licet multum à fratre fratris cauſa à Caligula Auguſto rogata fuerat, vt redire in patriam vellet, principatus parte quam vir obtinebat oblata: maluit relicta patria in Gallia cum viro inopem vitam degere, quam ſine eius præſentia maximas opes in patria poſſidere.

Idem quoque de Arcolia Flacilla, Priſci vxore. Quæ cũ Romæ in magnis opibus manere poſſet, patriæ opibus exilium cum marito Piſonianæ conſpirationis conſcio prætulit.

Gnatia etiam Maximilla Flacilla exemplũ imitata, omnibus relictis, virum Gallum ſequi voluit, ob eandem qua Priſcus Flacillæ maritus conſpirationem damnatam.

Sed ſingulare & vltimum fidei vxoris erga maritum, recenſet idem Fulgoſius de Gisberti Corregienſis vxore: quæ propinquorũ conſpiratione, & eorum quidem, qui ipſius factionis erant, ab vrbis Parmæ imperio Gisbertus expulſus fuit: Inter conſpiratores autem cum vxoris frater Rolandus Roſcius eſſet, & ſororem in tumultu rogaret, vt populi impetum in domum ſuam

Digitized by Google

declinare vellet, qui eiuſmodi erat, vt etiam fortem virum terrere poſſet, ipſa obliqua facie ad fratrẽ conuerſa proditorem cum compellans, reſpondit, Dii faxint ne me profanæ eius domus ingreſſu, quæ in propinquum ſuum adeo perfida fuit, neque co pane veſcar, quem canes quoque ob perfidiæ labem, etiam in maxima fame deuitarent: quin potius ad virum meum profectura ſum, quem nuptiarum mearum pignore fefelliſti, & coram eo me conſtituam, vt hanc iniuriam in me ipſa vlciſcatur. His dictis nudis pedibus paſſiſque capillis ad caſtrum nouum vbi vir erat profectã eſt, eius pedibus obuolui cœpit, & flens rogare, vt ipſius morte acceptam à Rolando fratre iniuriam vlciſceretur. Hæc Fulgoſius in loco alleg.

Quam fidelitatem in mulieribus etiam multum laudauit Apoſtolus, cum per fidelem mulierem vir infidelis ſanctificatus eſt, vt ait *1.Corinth.7.& in ſum. 28. q.1.ad fin. & in c. iam nunc illud.* concordat text. *in l.eum qui in fin. C.de epiſc. & cle.* vbi vxores interdum viros meliores efficiunt. & ibi not. Bald. quod bona mulier facit bonum virum, & ſic fidelis mulier facit virum fidelem: felix ille eſt, qui taliũ potuit cognoſcere cauſas. Legitur enim, quod Publius Rubrius Celer, vixit cum Caia Ennia vxore ſua annos 43. menſes 8. ſine vlla querela. Albutius etiam vixit in coniugio cum Terentiana Valentiniana annos 23. ſine vllo iurgio.

Trigeſimaſeptima conſideratio. Honor deferendus eſt mulieribus in aſſurgendo, in viis eis cedendo, & eas ſedibus præponendo: quod à Veturia Coriolani matre habuerunt. Nam, cum antiquitus nullus, vel modicus honor, vſque ad tempora Veturiæ præſtaretur: ſancitum fuit à Romanis, propter ingens beneficiũ ciuitati factum per Veturiam, ne ciuitas ingratitudine argueretur, vt mulieribus homines ſemper aſſurgerent, & in viis eis cederent. de quo Valerius *lib. 5. tit. de gratis.* & Philippus Bergomenſis *lib. 5.* Anno mũdi 4700. Et facit pro hoc quod decidit Ioan. Calder. de conſil. ſuę vxoris, quem refert & ſequitur Pan. *in c. cum inter vniuerſa.* *in fin. de electio.* vbi mulieres æquiparantur grauibus perſonis. Et alibi text. eas comparat excellis dignitate viris, *in l. optimam. C. de contrah. ſtipul.* Imo mulieres inter egregias perſonas numerantur. gloſſ. & doct. *in l. ad perſonas. ff. de iureiur.* Bald. *in l. ſi quis teſtium. de teſtib.* Et, vt dicit Albertus de Eyb *in ſua Margarita ſupra allegat. part. 2. tractat. 2. oratione 17.* Vlpianus Iuriſconſultus fœminas clariſſimas appellat. Imo imperator Iuſtinianus vocat vxorem ſuam reuerendiſſimam *in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. ſed neq.* & sereniſſimam *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript.*

Imo & maritus debet vocare vxorẽ ſuam dominam, vt eſt tex. *in l. vxorem. ff. de leg. 3.* Bart. *in l. penult. C. de don. inter vir. & vxor.*

Sed quæreres, an doctor vel miles teneatur vxorem ſuam vocare dominam. Iſtam quæſtionem tetigit G. Benedicti *in ſua repet. cap. Raynut. in verb. in eodem teſtamento relinquens. 1. extra de teſta.* & dicit, quod ſi ex perſona, & facto mariti militis, aut doctoris, vxor vocetur domina; non tamen maritus miles, vel doctor, eam appellare tenetur dominam, ſi vti noluerit maritus illo priuilegio. & refert, quod ita decidit Barto. *in dict. l. pen.* Roman. aſſignatur: nam vxor tali priuilegio vtitur iure mariti, & in conſequentiam dignitatis mariti, eſt domina: ideo non poteſt eo vti contra maritum, vel eo nolente. *argum. l. ſi iudex. ff. de minorib.*

Et vtrum pro tali honore eiſdem debito, competat eis, aut interdictum, aut officium iudicis, dicam infra amplius.

Sed videatur Ioan. Fab. & alii, *in §. aliam. Inſtit. de bono. poſſ.* & Bald. *in l. obſeruare. §. antequam. in fin. ff. de offic. procõſ.* & Bald. *in c. licet cauſam. in 4. col. per illum text. de cauſſ. poſſ. & prop.* & vide Pan. *in c. abolendæ. in 2. col. de ſepulturis.* dixi *in præcedenti part. & in 2. conſid.* incip. *honor cunctis rebus.*

Imo etiam, an contra homines habeant remedium, ſi non deferatur eis in aſſurgendo aut in cedendo, ponit Benedicti *in loco ſupra alleg.*

Et quod mulieres, in multis, ſint melioris conditionis, ponit Dec. *in reg. fœmina. ff. de reg. iur.*

iuris. vbi ample per eum. Nam etiam refert Philippus Bergomenſ. *in ſuo ſupplemento Chronic.lib.*8. quod anno Chriſti 224. & tempore Heliogabali Imperatoris (cuius Semyamira mater fuit) qui conuentum mulierum, more ſenatorio ordinauit, quibus fuit data authoritas, de moribus circa ſtatum tractare, & ſuper his leges inſtituere. Et huic ſtatui matrem Semyamiram fecit principiſſam Heliogab. à quo ſenatuſconſulta plura ridicula manarunt. Statutum quippe in eo ſenatu fuit, quo veſtitu, quibuſue ornamentis, vnicuique vti licitum eſſet. Cui etiam cedere, cuique aſſurgere deberet, &c.

Dixi hic ante, quod propter beneficium illatum ciuitati Romanæ, fuit ſancitum in ſenatu, quod mulieres in antedictis honorarētur. Nam etiam tunc fuit ſancitum, quod mulieribus liceret vti auro, & purpurea veſte, aureiſque fibulis, & armillis. Et rationem ponit Valerius, *lib.2. de inſtitutis antiquis.* facit tex. *in l.2. iuncto d. Barb. in l.1. C. de veſtibus olero. lib.11. & l.1. C. vt nemini liceat in ſuis frenis equeſtribus. eodem lib.* & in dictis locis Lucas de Penna, & Iacob. Rebuff. & Io. de Platea. vbi veſtes & iocalia, nimis pretioſa portari vetita non cenſentur mulieribus prohibita; ſed viris ſolis niſi de mulieribus expreſſe diceretur: adeo, quod in ſtatuto perlas portari prohibente, mulieres non comprehenduntur, ſecundum Bartol. *in l.1. ff. de fonte.* prout dicit Benedicti *in d. repet. in verb. duas filias.* Sed parcat mihi, quia Bartol. hæc non dicit *in d.l.1.* ſed ſolum dicit, quod ſtatutum prohibens, ne mulieres portent perlas, intelligit de portantibus perlas naturales, & non fictas. Videntur tenere contrarium multi, vt per Barb. *in conſil. ſuo 29. in 2. volum.* Vnde licet olim, vt dicit Benedicti, ab Appio Tribun. lex Romæ lata fuiſſet, quod neque mulieres aliam, quam ſemiunciam auri haberēt, & ne diuerſi coloris veſtimento, ne vehiculo per vrbem vterentur; tamen poſtea, lex illa mulieribus dura, per Marcum Catonem, & Tyberium Gracchum conſules fauore earum abolita fuit, vt refert Faſciculus temporum de his conſulibus loquens. Et quoniam ample per eundem Bened. *in d. ſua repet.* de ornatu mulierum fit mentio in gloſſ. *cuidam Petro tradiderunt.* & quia eſſet nimis vagari materiā materiam, non aliter inſiſto: ſed recurrendum eſt ad eundem Benedicti in dicto loco.

TRigeſimaoctaua conſideratio. Laudandæ etiam ſunt mulieres propter earum ſolicitudinem circa maritos, res domeſticas, & filiorum educationem. circa maritos vero; quoniam, vbi non eſt mulier, ingemiſcit egens, *Eccleſ.36.* dixi *in conſuetudinibus noſtris ducatus Burgundiæ, in rubr. Des droictz appartenances à gens mariez, ibi: Primo enim.* vbi dixi de felicitate hominis habentis bonam mulierem. Sed quia raræ ſunt, ideo etiam tales ſunt raro felices. Quæ in hoc meruerunt obtinere, quod matrimonium aſſumeret nomen à matre, & non à patre. *c. ex literis. de conuerſ. infidel.* ſecundum Doctor. *in rub. de ſponſal.* Ioannes Fab. *Inſtitut. de patria poteſtat. in princ.* Et hæc ſolicitudo verſatur circa laborem matris. Quoniam, vt dicit Ariſtot. 8. *Ethicor.* Matres plus diligunt pueros, quam patres; quia certiores ſunt de eis, & habent plures labores circa eos. Quis enim non miſereatur earum, propter obſequia, quæ viris præſtant, propter partus periculum, ipſam liberorum procreationem? dicit text. *in l. aſſidue. Cod. qui poti. in pignor. hab.* plus laborat mater erga filios, quam pater in pluribus. Primo, eos portando nouem menſibus in vtero, quod non bene dicitur onus tanto tempore conceptum in vtero portare: inde eſt, ſecundum aliquos, quod ſicut ædificium latius, & groſſius eſt inferius, & magis ſubtile ſuperius; ita mulieris corpus groſſius eſt in partibus inferioribus ad portandum tale onus, & ſubtilius & gracilius eſt in ſuperiorib. Vnde vt dicit Ambroſ. *ſuper Lucam 2. cap.* Tu matri debes pudoris iniuriam, virginitatis diſpendium, partus periculum, vteri longa diſcrimina, &c. Alia tamen eſt ratio, quam ponit Nicolaus de Lyra, *Gen. 2. in verbo, ædificauit.* vbi dicit, hoc ideo eſſe propter debilitatē calidi naturalis in muliere, quæ naturaliter eſt frigida: ideo maior pars alimenti, de qua fit mutatio & augmentum,

by Google

rum, remanet in inferioribus partibus. & vide Lucam de Penna *in l.1.C. de agricol. & cenſit. lib.11.* & minor pars ſuperius eleuatur. quod contrarium eſt in maſculo.

Secundo, magis laborat mater in liberos pariendo, ex quo multoties contingit ſibi mors.

Tertio, magis laborat mater poſt partum eos lactando & nutriendo. vide Felin. *in d. cap. ex literis. de conuerſ. infidel.* de quibus vide per Guilleelmum Benedicti *in ſua rep. cap. Raynut. in ver. mortuo itaque teſtatore l.2. num.27. 28. & 29. de teſtam.* vbi dicit, quod propter labores, quos matres habent in filios, plus diligunt filios, quam patres. Quoniam, vt dicit, ſunt certiores: vt dicit Ariſtot. *in loco ſupra allegato.* Et etiam, vt dicit Benedicti *in dicto loco, num. 24.* mater, in procreatione liberorum præbet materiam, & ſic maiorem portionem. Cum naturaliter illam rem magis diligamus, in qua magis ſcimus nos habere ius. Et, vt dictum eſt, maior portio de ſubſtantia matris eſt. Quoniam, vt Galenus ait, ſperma hominis, eſt velut fides ad citharam, id eſt, inſtrumentum ad materiam, circa ſe coagulandam. Inde dicitur mater, quaſi matrila in generatione: vel quaſi mamma, quia mammillas terit. propter quod confunditur opinio aliquorum erronee dicentium, quod mulier non dicitur generare filios, ſed ſolus pater, habita nominatione ab agente, non à patiente, quod fatuum eſt dicere, ſecundum Paulum de Caſtro *in l.1.C. de condit. inſertis.* vbi dicit, quod æque principaliter generat mulier, ſicut maſculus, cum generatio fieri non poſſit ſine vtroque. Quia, ſecundum naturales pater præbeat formam, & mater format materiam in re generata, æque principalis eſt materia, ſicut forma: Imo ſe habet per prius. Cum ſine materia imprimi non poſſet, nec eſſe forma, ſed econuerſo ſic.

TRigeſimanona conſideratio. Laudandæ ſunt etiam mulieres, quoniam ex corporibus earum, aut ex partibus, multa remedia ſalubria, in medicina inueniuntur: vt plene narrat, & ponit Plin. *in lib. natur. hiſt. lib.28. cap.7.* vbi dicit, quod ex capillis, lacte mulieris, ſalua & menſtruo multa ſingularia remedia fiunt.

QVadrageſima conſideratio. Licet mulieres ex dignitate mariti honorari debeant, vt eſt text. *in l. mulieres. C. de dignitatibus. lib.12.* vbi ample Luc. de Penna *in l. fin. C. de incolis. lib.10. ibi: honore mulieres maritorum erigimus, genere nobilitamus. in l. fin. C. de nuptiis. ibi; vxor marito concreſcat, & ſentiat eius fulgorem. in Auth. de conſulibus. §. ſi autem. ibi; decet enim frui eas & coniugis claritate.* ſequitur: *Quoniam vxores coruſcant radiis maritorum. collatio.4.* Facit ratio: quia ſunt vna & eadem caro, *c. nec. illud. 33. quæſt.5. & c. Martin. cum ſimilibus. de cognatio. ſpirituali. cap. debitum, extra, de bigamis. c. Agathoſa. in fin. 27. quæſt.2.* faciunt quæ dicit Felin. *in cap. ſuper eo. de teſtam.* vbi dicit, quod honor eſt, incrementumque vxori, ſi nubat ſe potentiori. faciunt, quæ dicit Bonus de Curtili, *in ſuo tractatu de nobilitate, parte 3. num. 186.* dicã alibi ampliſſime, & iam dixi *in conſuetudinibus noſtris ducatus Burgundiæ. in tit. Des maiens mortes. §. in gloſſ. 1.* Adde tamen; quia Paulus *1. ad Corinth. 11.* dicit, quod mulier eſt gloria viri. Et aduerte etiam, quod licet mulier habeat dignitatem à viro, eſt tamen dignitas, quæ eſt ſine adminiſtratione: quoniam dignitatem cum adminiſtratione habere non poſſunt. *l. 2. ff. re reg. iur.* quod tamen dicunt fallere in mulieribus excellentibus. de quibus *in l. fin. C. de arbit. & in cap. dilecti. de arbitris.* Et in abbatiſſis, quæ habent adminiſtrationem in ſuas monachas: vt not. per Bartol. *in repetit. l. 1. in oppoſitione Cod. de dignitat. lib.12.* & per Cyn. *in l. fin. Cod. de arbit.* Dicit tamen Iacob. Rebuff. *in d. l. 1. C. de dignitatib.* quod dignitas generis filiæ, quæ venit à patre, eſt excellẽtior, & preferri debet dignitati, & mulieri obuenienti ex parte mariti. Et propterea, vt dicit: Si filia regis nubat alicui Duci vel Comiti, dicetur regalis. Et etiã, ſi filia Ducis nubat alicui militi ſimplici, dicetur Duciſſa: & probatur, vt dicit per *d. l. 1.* Si tamen dignitas mariti ſit maior, quam dignitas, quæ eidem obuenit, ex parte patris, quod tunc vti poterit nobilitate viri. Vt ſi filia Ducis nubat Regi, dicetur Regina. Et ſi filia militis nubat

Digitized by Google

nubat Comiti,dicetur Comitiſſa.Et vxor nobilioris, minus nobili vxori præfertur. *l.1.ff. de ſenatorib.* & not.gloſſ.*in verb.coniugis,in Auth. de conſulibus.* §.*hac itaque.colum*.4. & dicit Bald. *in l.fœmina.ff.de ſenatorib.* quod fortior eſt nobilitas, quam habet filia ab origine, quam illa,quam habet à marito: quia proprio radio, & non alieno coruſcat. Et hoc bene ſciunt dicere glorioſæ noſtræ mulieres, de quibus taceo; cum non ſit intentionis noſtræ aliquid tangere hic, niſi concernat honorem: Dicā latius infra *in 5.par.in 36.conſider.* In muliere tamen, dignitas eſſe non poteſt, licet radiis maritorum,aut ſuorum parentum coruſcant, ſed venuſtas, quoniam dignitas in viris,& in mulieribus venuſtas. Vnde dicit Cicero *lib.1. officior.* Venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. & vtrunque eſt dignitas,dicit Cic.*eod.lib.2.officior.*Auguſtin. vero fecit librum vnum de honeſtate mulierum.

QVadrageſima prima conſideratio. Mulieres etiam dicuntur (ſicut & viri) nobiles. primo probatur, *Actuum 17.* ibi: *Et mulieres nobiles non paucæ.* Secundo,iure canonico, per text. *in cap.1.* quod incipit, *de Francia quidam nobilem mulierem.extra de ſponſa.*& dixi aliquid infra,*in 8.par.in 19.conſid.* incipit, *Nobilitati in beneficiis.* Et non ſolum ratione mariti, vt in præcedenti conſideratione, ſed etiam parentum. tex. *in l. mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus. C.de dignitati. lib.12.* Nam liberi originem paternam ſequuntur. *l.cum legitimæ nuptiæ.ff.de ſtatu homin.*etiam quo ad dignitatem, & honores. *l. fœmina. ibi; parentes vero. cum duab.ll.ſeq. ff.de ſenator.& l.exemplo.C.de decurionib.lib.10.*

Item, fœminæ dicuntur præcellentes, vt eſt tex.*in c.dilecti.de arbitris,extra.*

Item comparātur excelſis dignitate viris, per tex. *in l.optimam.*§.*cum itaque. C.de contrah. ſtipulat.*

Item, grauibus comparantur perſonis, vt ſupra prope *in 37.conſider.*

Item, ſicut ad perſonas egregias, propter eorum dignitatem, mittitur ad iuramentum præſtandum, *vulgata l. ad perſonas egregias. ff. de iureiur.* Si pariter ad mulieres (ne dicam dominas,vt ibi exemplificat gloſſ.) propter honeſtatem, & reuerentiam. ſecundum Bald. *in c.qui teſtium. extra,de teſtib.* Quia non decet eas cœtibus virorum commiſceri, quas ſexus pudicitia, ab eorum conſortio fecit alienas. *l.fin. C.de arbit.* Nec omnibus perperam naturalis pudor ſeſe manifeſtare concedit. §. *cum itaque.ſupra allegato.*

Item, vt teſtis eſt Papinianus *in l.vxorem, in princ.ff.de leg.3.*maritus quidam (qui beneficio affectionis, & pietatis, ſemper motus fuerat erga eam) vxorem ſuam dominam appellat in ſuo teſtamento. & Ouid.

Nam furor in dominam temeraria brachia mouit.

Id eſt,amicam,vt aliqui exponunt,ſed capi poteſt pro vxore, ſicut dominus pro marito. Virg.*lib.4.*Æneid.

connubia noſtra
Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.

vt ſupra ſatis probe dixi.

Item, Scæuola iureconſulto argutiſſimo autore.*l.Titia.*§.*qui Marco.ff.de annuis legat.* vxor à marito, domina ſanctiſſima nuncupatur, vt ſupra ample dictum eſt iſta parte, *in 31. conſider. in c. mulieres ex hoc etiam laudantur.*

Item, Iuſtinianus Imperator, coniugem ſuam nomine Theodoram (cuius conſilio adminiſtrationum, ſeu officiorum venditio reuocata fuit) Reuerendiſſimam intitulat, vt patet *in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.* §. *hac autem omnia. collat.2.*de quibus paulo ante dictum eſt *in 37. conſideratione,* incipiente, *Honor deferendus eſt.*

Et non ſolum vxor Regis (licet regnum ad ſe non pertineat) Regina vocabitur,vt eſt caſus, ſecundum Panor.& alios *in c.dilecti. extra,de arbitris.* cuius radiis corruſcabat. *l.fœmina. ff.de ſenatorib.* Et rationabiliter Regina appellatur,etiam ſecundum communem vſum loquēdi,quo vxores, dignitate mariti, in honorem decorantur: verum etiam vidua Regis relicta, durante viduitate, vocabitur Regina. videtur pro hoc text. iuncta ſupraſcriptione: *in c. cum deuotiſſimam.cum c.ſeq.12.q.2.* & hoc modo loquēdi etiam vtitur, vt quandiu vi-

Digitized by Google

diu vidua permanet, dignitate mariti defun-ćti, poſt illius mortē ſicut in vita decoretur. Cum vidua ſit mariti mortui imago, ipſum repræſentans, ſecundum Bald. *in l. pignoris. C. de pignorat. act.* pro quo eſt tex. *in c. ex parte. extra de foro competen.*

Aduerte tamen, cum vxor tali priuilegio vtatur iure mariti; & in conſequentiam dignitatis mariti eſt priuilegiata, ideo relićta, vel commiſſa, vxori Regis, vel Comitis, licet ſub nomine dignitatis regiæ, vel comitialis (cum dignitatem habeat ex perſona mariti, & non ſua) non tranſibunt ad ſucceſſorem, ipſa mortua: quod ſecus eſſet in Rege, caſus eſt *in l. quod principio. cum l. ſeq. ff. de legat.* 2. vbi Bart. & alii.

Secundæ partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.

TERTIA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

ERIT DE ORDINE COELESTIVM CORPORVM, ET DE LOCIS SPIRITVVM ETIAM infernalium.

Quinquaginta Conſiderationes habet.

PRo expeditione huius tertiæ partis, quæ eſt de ordine cœleſti, ad quem omnes alii ordines ſumūt exemplum, vt dicam in ſequenti parte; & Cœleſtibus, ordine, ſedes prima datur, ait Claudianus. Quoniam licet ratione naturali, iſtud non ſit bene cognoſcibile, aut ſcibile, ſecūdum illud Iob. 38. *Nunquid noſti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra*? quaſi dicat, Non, ſed per reuelationem diuinam aliquid ſcitum eſt. vnde Paul. ſciuit per reuelat. A quo B. Dionyſius, qui *in 6. cap. cœleſtis hierarchia*, diſtinguit tres hierarchias angelorum, ex quibus facit nouem ordines: & ex dićtis ibi, & quæ infra dicentur, videtur dicendum principaliter, quod ſint duodecim ſedes principales in paradiſo, videlicet, Sedes ipſius Trinitatis, & Deitatis. Sedes filii reſpećtu humanitatis. Sedes beatiſſimæ Virginis Mariæ. Et nouem aliæ ſedes, nouem ordinum. Ioannes vero vidit ſedes multas poſitas in Cœlo, vt habetur *Apoc.* 4. de quibus ſtatim dicam.

COnſideratio ergo prima erit. Quod cum Deo ſedes per ſanćtos Prophetas attribuuntur, vt *Eſaia* 66. Cœlum mihi ſedes eſt. Et *Dan.* 7. Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: quod Deus noſter ſedet ſuper thronum & agno. Vnde habetur *Apocal.* 7. vbi dicit Ioannes, quod vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum in conſpećtu agni, amićti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. Et clamabant voce magna; dicentes: Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & agno: Et omnes

Digitized by Google

angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorū, & quatuor animalium, &c. Et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes: Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum, amen. Et habetur *Eſaiæ 6*. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & plena erat domus à maieſtate eius, & ex qua ſub ipſo erant, replebant templum: Seraphin ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, &c. Et volabat alter ad alterum, & dicebant: *Sanctus Sanctus Sanctus Dominus exercituum*: plena eſt omnis terra gloria eius. Et procedebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula, & emittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem; quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem erant, & creata ſunt: vt etiam habetur *Apocalyp.4*. Et ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens, & in circuitu ſedis ſedilia 24. Et iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ. Quæ autem ſint huiuſmodi ſedilia 24. Et etiam; quia dicitur, & ſuper thronos 24. ſeniores ſedentes, circumamicti ſtolis albis, & in capitibus eorum coronas aureas. qui ſint iſti 24. ſeniores, ſedentes ſuper throno. Et ſic an ſint adhuc ſedes exiſtentes ſuper thronum illius: vide in locis prædictis per Doctores, ad quos te remitto, cùm ſit materia eorum. Et ſufficit mihi generalia attingere, ad propoſitum materiæ meæ. In ſpecie tamen, de explanatione harum ſedium ponit conciuis & contemporaneus noſter Ioannes de Monthelon. *in ſuo promptuario iuris, in verb. vidi in ſecundo articulo*. Quæ cum non faciant ſedes diſtinctas ab his, quæ infra dicentur, non aliter inſiſto.

Sed etiam aduertendum eſt, quod Theologi multis nominibus nuncupatum Deum laudāt, cum ipſum omnium authorem, multis prædicant nominibus, ex omnium creaturarum conſideratione ſumptis. Vt Bonum, *Luc.18*. Nemo bonus niſi Deus. Vt Pulchrum, *Cant.1*. Ecce tu pulcher es dilecte, & decorus. Sicut ſapientem, *Iob 9*. Sapiens corde eſt, & fortis robore. Sicut diligibilem, *Cantic.5*. Guttur eius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis. Vt magnitudine excedentem omnibus: Ipſe enim Deus excelſior cœlo eſt. Et quid facies, profundior inferno. *Iob.11*. Et vnde cognoſces, longior terra menſura eius, & latior mari: vnde ipſe Deus in ſpiritibus, & cordibus veſtris eſt, ſecundum prophetas, *Sapient.7*. Et per nationes in animas ſanctas ſe transfert, & in corporibus, *1. ad Corinth. 6*. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt? Et paulo poſt: Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. In cœlo *Pſalm.10*. Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius. In terra, *Ierem.22*. Nunquid non cœlum, & terrā ego impleo, dicit Dominus? & ſimul in eodem, hoc eſt in eadem natura, & ſecundum idem aut eundem eſſe. In mundo, *Iohan.1*. in mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. Circa mundum, *Sap.* Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. Supra mundum, *Eſa.66*. Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Supercœleſtem, *Pſal.112*. Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper cœlos gloria eius. Superſubſtantialem. *Matth.6*. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem, da nobis hodie. Solem, *Malach. 4*. Vobis timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ. Stellam, *Apoc.22*. ego ſum genus, & radix Dauid, ſtella ſplendida, & matutina. Ignem, *Deut. 4*. & Paul. *ad Heb.12*. Deus noſter ignis conſumens eſt. Et ideo dicitur *Exod.3*. Apparuit Dominus Moyſi in flamma ignis, de medio rubi. Aquam, *Io.7*. Qui credit in me, ſicut ſcriptura dicit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Spiritum roris. *Oſeæ 14*. Ero quaſi ros. Nubem, *Oſeæ 6*. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. Lapidem, *Pſal.117*. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Petram, *1 ad Cor.10*. Petra autem

erat

Digitized by Google

erat Chriſtus. Electrum, *Ezech.* 1. Et ſplendor in circuitu eius, & de medio eius quaſi ſpecies electri. Exiſtentem, *Iob.* 14. Num ne tu qui ſolus. Vt ſeculorum Authorem. *Eccl.* 24. Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem terram. Rurſum eiuſdem libri 18. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. Lucem, *Ioan.* 1. Deus lux eſt. Vt indultorem vitæ. *Act.* 17. In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Vt ſapientiam, *Sap.* 5. Et tecum ſapientia tua, quæ nouit opera tua. Vt mentem, *Iob.* 10. Licet hæc celes in corde tuo, tamen ſcio; quia vniuerſorum memineris. Vt verbum, *Pſal.* 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Vt ſcientem, *ad Heb.* 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, nec eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Vt theſauros omnes totius ſcientiæ in ſe eminentiſſime continentem, *Ad Coloſſ.* 2. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. Vt virtutem, *ad Cor.* 1. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Vt protectorem, Quoniam, vt ait *Pſal.* 17. in Deo meo tranſgrediar murum. Deus meus, impolluta via eius, protector eſt omnium ſperantium in ſe. Et Dei eſt adiuuare. 2. *Paral.* 25. Vt potentem, *Pſal.* 23. Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Vt antiquum dierum, *Dan.* 7. Aſpiciebã donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Vt inſeneſcibilem. Et habetur ample per Dionyſium, & Fabrum Stapulen. *in Commentariis in dicto loco, cap.* 10. Et immutabilem, *Pſal.* 101. Tum autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Et *Malach.* 3. Ego Deus & non mutor. Vt ſalutem *Pſal.* 84. Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. Vt iuſtitiam, vt iuſtificationem, & redemptionem *ad Corinth.* 1. Qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Vnus enim Deus eſt, *Deuter.* 6. Audi Iſrael, Dominus Deus veſter vnus eſt. Et Paul. *ad Epheſ.* 5. Et nihilominus trinus. vnus ergo in ſubſtantia, trinus in perſonis. vt dicit Aug. *in lib. de trin.* tranſſumptiue *c. fin. de conſe. diſtinct.* 3. vbi dicit Aug. Omnes quos potui legere, qui ante me ſcripſerunt de Trinitate, qui Deus eſt Diuinorũ librorum veterum, & nouorum catholici tractatus, hoc intenderunt docere ſecundũ ſcripturas. Quia pater & filius & Spiritus ſanctus, vnius eiuſdem ſubſtantiæ inſeparabili æqualitate diuinam inſinuant vnitatem. Ideoque non ſunt tres Dii, ſed vnus eſt Deus, quamuis pater filium genuerit. Et ideo filius non ſit, qui pater eſt, filiusque à patre ſit genitus, & ideo pater non ſit qui filius. Spirituſque ſanctus, nec pater, nec filius, ſed tantummodo patris, & filii, ſpiritus, & patri, & filio ipſe coæqualis. & ad trinitatis pertinens vnitatem. Non tamen eandem trinitatem, natã de Maria Virgine, & ſub Pontio Pilato crucifixam, & ſepultam, tertia die reſurrexiſſe, & in cœlum aſcendiſſe, ſed tantummodo filium. Nec eandem Trinitatem deſcendiſſe in ſpecie columbæ ſuper Ieſum baptizatum, aut die Pentecoſtes poſt aſcenſionem Domini, ſonitu facto de cœlo, quaſi ferretur flatus vehemens, & linguis diuiſis velut ignis, ſed tantummodo Spiritum ſanctum. Nec eandem Trinitatem dixiſſe de cœlo: *Tu es filius meus dilectus.* ſiue cum baptizatus fuerit à Ioanne, ſiue in monte, quando cum illo erant tres diſcipuli. Aut quando ſonuit vox de cœlo dicens, *Clarificaui, & iterum clarificabo.* ſed tantummodo patris ad filium, vocẽ fuiſſe factam, quamuis pater, filius & ſpiritus ſanctus, ſicut inſeparabiles ſunt, ita inſeparabiliter operentur. Hæc ſunt verba text. *in loco ſupra allegato*, qui de hac Dei virtute in eſſentia, ſeu ſubſtantia, & trinitate in perſonis ita loquitur. Loquitur etiam *in cap.* 1. *in princ. extra de ſum. trin. & fid. cath.* vbi dicitur: Firmiter credimus & ſimpliciter cõfitemur, quod vnus ſolus verus Deus, æternus, imméſus, & incommutabilis, incomprehenſibilis, & omnipotens, & ineffabilis, pater & filius, & ſpiritus ſanctus. Tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino. Pater à nullo, filius à patre ſolo, ac ſpiritus ſanctus pariter ab vtroque, abſque initio, ſemper, ac ſine fine. Pater generans, filius naſcens, & ſpiritus ſanctus procedens, Conſubſtantiales, & Coæquales, & Omnipotẽtes, &

Coæteni: vnum vniuerſorum principium, creator omnium, viſibilium & inuiſibilium, ſpiritualium, & corporalium. Hæc ſunt, quæ dicit text. *in d. c.1. ſupra alleg.* Et etiã text. *in l.1. circa princ. C. de ſum. trin. & fid. cath.* de eadem vnitate, & trinitate loquens ſic dicit. Secundum Apoſtolicam diſciplinam, euangelicamque doctrinam Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, vnam Deitatem ſub pari maieſtate, & ſub pia trinitate credamus. Sed eſt text. multum not. *in c. damnamus. verſi. nos autem de ſumma trinit. & fide cath.* vbi dicitur: Sacro approbante Concilio, credimus, & confitemur cum Petro, quod vna quædam ſumma res eſt, incomprehenſibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter eſt pater, filius, & ſpiritus ſanctus, tres ſimul perſonæ, ac ſigillatim quælibet earundem. Et ideo, in Deo ſolummodo trinitas eſt, non quaternitas, quia quęlibet illarum trium perſonarum, eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia, ſeu natura diuina, quæ ſolum eſt vniuerſorũ principium, præter quod, aliud inueniri non poteſt. Et illa res non eſt generans, neque genita, nec procedens: ſed pater, qui generat, & filius qui gignitur, & Spiritus ſanctus, qui procedit, vt diſtinctiones ſint in perſonis, & vnitas in natura. Licet igitur, alius ſit pater, alius filius, alius Spiritus ſanctus: non tamẽ aliud, ſed id, quod eſt pater, eſt filius, & Spiritus ſanctus. Iidem omnino, vt ſecundum orthodoxam, & catholicam fidem, conſubſtantiales eſſe creduntur. Pater enim ab æterno filium generando, ſuam ſubſtantiam ei dedit. Iuxta quod ipſe teſtatur: Pater quod dedit mihi maius eſt omnibus. Ac dici non poteſt, quod partem ſubſtantiæ ſuæ ei dederit, & partem ipſe ſibi retinuerit. Cum ſubſtantia patris indiuiſibilis ſit, vtpote ſimplex omnino: ſed nec decipi, quod pater in filium tranſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam filio, quod nõ retinuerit ipſam, alioquin deſiiſſet eſſe ſubſtantia. Pater ergo, quod ſine vlla diminutione, Filius naſcendo, ſubſtantiã patris accepit. Et ita pater, & filius, habent eandem ſubſtantiam. & ſic eadem res eſt pater, & filius, nec non & ſpiritus ſanctus, ab vtroque procedens. ita text. ſupra allegato. Et in hoc, ſequendo textus ſcientiæ noſtræ, non tranſcendo metas, ne videar falcem in meſſem alienam ponere. Sed plenius me remitto ad doctores Theologiæ, de quibus videri poteſt Dionyſius, *in loco hic ante alleg.* & poſt eum Faber, & Anton. Flor. *in ſumma ſua tit. 30. cap. 2.* vbi dicit, & ponit de Deo trino, & vno.

Dionyſius etiam, & poſt eum Faber Stapulenſis, *in ſuis commentariis, ſuper cap. 1. de diuinis nominibus*, dicunt, quod diuinæ ſapientiæ ſtudioſi laudãt Deum in formis humanis circundando ei formas humanas. Quandoque ipſius oculos. *Ad Heb. 4.* Omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius. Et dicit Aug. *ſuper Pſal. 136.* Deus totus oculus eſt; quia omnia videt: Totus manus eſt; quia operatur. Totus pes eſt; quia vbique eſt. Quandoque aures, *Pſal. 142.* Domine exaudi orationem meam, auribus percipe deprecationem meã. Quandoque caput, & crines. *Cantic. 5.* Caput eius aurum optimum, comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus. Et *Dan. 7.* veſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli eius capitis quaſi lana munda. Vultus ſeu facies, *Pſal. 33.* Vultus autem domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum: Et *Pſal. 50.* Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Manus *Pſal. 128.* Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt me: da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua. Scapulas, ſiue humeros. *Pſal. 90.* Scapulis ſuis obumbrauit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Et *Deut. 32.* Aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis. Brachia, *Eſaia 53.* Quis credit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt? Etiam *Pſal. 97.* Saluauit ſibi dextram eius, & brachium ſanctum eius. Poſteriora, *Exo. 34. in fin.* Videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Pedes *Deut. 33.* Et qui appropinquant pedibus meis, accipient de doctrina eius. Etiam *Eſa 66.* Terra autem ſcabellum pedum meorum. Attribuunt etiam ei alas *Pſal. 19.* Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum

Digitized by Google

impiorum qui me afflixerunt. Etiam *Deut.*32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expādit alas ſuas. Et etiam coronas illi applicāt ſeu attribuunt, *Eſa.*62. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. & *Eſa.* 10.*c.*&c. Dicunt etiam Theologi Deum eſſe omnia, quæ ſunt, ſecundum quandam eius ad omnia conuenientiam, atque congruentiam, quod quæcunque proprietates, particulariter, & contractæ ſunt in rebus conditis, eædem ſupereminenter, & abſolute ſunt in Deo, vt omnium veritate primitiua, & exemplari. Ipſe enim eſt ſuper omnia, neque omnium debet nuncupatione aut ambitu, comprehendi, neque nominis illius vniuerſaliter concludi. Omnium enim cauſa eſt, ſuper omnia exiſtens. Et omnium reuera eſt regnum, dominatio, & principatus: quod ſapientiſſime & cœleſtia omnia & terrena moderatur, regit & gubernat: & circa ipſam omnium cauſam ſunt omnia, ita quod omnia in omnibus, vt ample declarat Dionyſius, *In d. lib. de diuinis nominibus.* & Commentator *in commētario primi cap. libri primi.* vbi dicit, quod laudatur in decem & nouem nominibus, vltra ſupradicta, vtputa quod ſit:

I. Sacræ totius illuſtrationis principium, omnia illuminans.

II. Omnium cauſa, cuncta ad eſſe producens, & formans.

III. Initium rerum omnium, à quo vniuerſa ſunt & habent exordium.

IV. Subſtantia omnium, per quam cuncta in ſuo gradu ſubſiſtunt.

V. Erigens & reuocans eos, qui vita ſpirituali exciderunt.

VI. Reuocans, & reformans eos, qui diuinam in ſe imaginem corruperunt.

VII. Confirmans eos, & conſolidans, qui impura vexatione agitantur.

VIII. Stantes corroborans, vt in bono perſeueranter permaneant.

IX. Accedentes ad ſe, quaſi porrecta manu ſubleuans, ac promouens.

X. Eis, qui ſpiritualiter illuminantur, fulgor intimus, & lucidus.

XI. Illis qui perficiuntur, conſummationis perfectionisque princeps.

XII. Eorum, qui in Deum aſſumuntur, ſumma diuinitas & deifica virtus.

XIII. Eorum, qui ſimplices ſunt vera & ſingularis ſimplicitas.

XIV. Eorum, qui in vnum tranſeunt ſumma virtus & vnica virtus.

XV. Principium totius vniuerſi, omnia ſuperans, ſubſtantiale principium.

XVI. Occultæ ſuæ diuinitatis quantum licet participationem tradens.

XVII. Viuentium vita, omnibus pro ſuo gradu vitam elargiens.

XVIII. Subſiſtentium entitas cunctis ſubſtantiam communicans.

XIX. Omnis vitæ ac ſubſtantiæ cauſa primitiua ac præcipua.

Hæc omnia, & multa plura, ponit ille vir diuinus, incomparabilis, & omnium viuentium doctiſſimus & excellentiſſimus Magiſter Iacob. Faber Stapulenſ. *in Commentar. ſuis ad D. Dionyſium de diuinis nominibus.* in cap. vbi dicit vltra prædicta diuinitatem eſſe laudandam, ſcilicet, vna, trina, cauſa, ſapiens, & pulchra, ſummeque benigna, quæ ibi explanat, & declarat poſt Dionyſium: cuius dicta declarat ad demonſtrandum, Quæ ſit diuinitas, & deitas: & quomodo laudanda, honoranda, & glorificanda, maxime in nominibus, vbi etiam dicit, quod Theologi dicunt ipſam deitatem carere nomine. Cum Deum ipſum aiunt reſpondiſſe Iacobo eum interrogantem de nomine, vt *Geneſ.*32. Dic mihi, quo appellaris nomine? Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Et, *Iud.*13. Et neſciebam mane, quod angelus Domini eſſet. Dixitque ad eum: Quod tibi eſt nomen, vt ſi ſeruus tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille reſpondit: Cur quæris nomē meum, quod eſt mirabile, & eſt ſupra omne nomen? Hinc dicitur *Exod. cap.*3. Si dixerint mihi, quod eſt nomen eius, quid dicam eis? Dixit Dominus Moyſi: Ego ſum, qui ſum. Sic dices filiis Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos. Et *eod. cap.* paulo ante: Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.

Et ſe dicit viam, vitam & veritatem, vt habetur *Iohan.*14. Et lucem, *Iohan* 8. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ, & *in cap.*12. Ego lux in mundum veni, vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Et hæc comprobat dictus Faber poſt dicta Dionyſii *in loco hic ante allegato.* vbi etiam comprobat, quod ſit omnia in omnibus. Iuxta dictum Apoſtoli 1.*ad Cor.*15. Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia; tunc & ipſe filius ſubiectus erit illi; qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus. Et nemo nouit filium, niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare, *Marc.*11. Et habetur *ad Epheſ.*4. *cap.* quod Deus pater eſt omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Et quomodo etiam à Philoſophis deſcribantur, ponit Ant. Flor. *in ſua ſum. in* 3. *par. tit.* 30. §. 1. Auguſt. etiam ſuper illud, *Pater noſter*, dicit, quod Deus in ſeipſo eſt ſicut A & O. In mundo ſicut rector & author. In angelis ſicut ſapor & decor. In Eccleſia, ſicut paterfamilias in domo. In anima, ſicut ſponſus in thalamo. In iuſtis, ſicut adiutor & protector. In reprobis, ſicut pauor & horror.

Et etiam omnipotens dicitur, *Geneſ.cap.*17. Dominus quaſi vir pugnator omnipotens, nomen eius. Et dicitur omnipotens, eo; quia ipſe omnium rerum eſt firmitas & vigor, qui omnia poteſt. Omnia poteſtate ſua comprehendens ac continens, cuncta firmans, ſtabiliens & conſolidans. Et hoc totum mundi opificium indiruptum atque indiſſolutum ſua potentia conſeruans atque perficiens, vt omnium ſedes, omnium capax, quæ continentur, omnia vna cuncta excelente virtute conuinciens, omnia ſuperans, & omnibus, quæ prouidentia reguntur, mire imperans. Et, vt dicit Faber *in dicto loco* poſt Dionyſ. c. 10. Oneroſum nimium eſſet, velle adducere, quoties in ſanctis eloquiis Deus omnipotens appellatur.

Et bonus appellatur, *Marc.*10. Nemo bonus, niſi vnus Deus, vt perpulchre declarat ipſe Dionyſ. *eo lib.* Et Anton. Flor. *in ſua ſum. part.*1. *tit.*13. *cap.*2. §. 5. 6. *&* 7. vbi ample de eius bonitate.

Sanctus etiam ſanctorum, Rex regum, & regnantium in ſeculum, & in æternum, & vltra: dominus dominorum, & Deus deorum, dicitur, vt dicit idem Dionyſ. *in d. ſuo lib. de diuinis nominib. cap.*12. Quia laudare eum conuenit, infinitis nominibus prædictum. Itaque ſanctitas quidem eſt, vt ſecundum nos loquamur, omni ſcelere libera perfectaque & penitus incoinquinata munditia. Et habetur *Daniel.*9. *cap.* Tu autem animaduerte ſermonem, & intellige viſionem, &c. Et vngatur ſanctus ſanctorū. Et in pluribus aliis locis ſacræ Theolog. dicitur Sanctus ſanctorum, ſed longum eſſet colligere.

Rex regum dicitur porro, vt dicit Dionyſ. Regnum eſt omnis termini & ornatus legiſque & iuris ordiniſque diſtributio. Et habetur *Pſal.*144. Regnum tuum regnū omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationem: Et *Pſal.*145. Regnabit Dominus in ſecula, Deus tuus in generatione, & generationem, regnans in æternū, & vltra. Et *Exod.*15. *c.* Sanctuarium tuum Domine, quod confirmauerunt manus tuæ: Dominus regnabit in æternum, & vltra. *Apocal.*19. Et habet in veſtimento, & in fœmore ſcriptum: *Rex regum, & Dominus dominantium.*

Et æternus dicitur, *Baruch.*4. Exacerbaſti enim eum, qui fecit vos, Deum æternum. Et *Luc.*10. Dominus Deus vnus eſt ipſe Deus viuens, & Rex ſempiternus, qui iure humano appellatur. *cap.*1. *de ſumma Trinit. & fide cath. in leg. Iul. ff. ad leg. Iul. pecul.*

Dominus dominantium. Dominatio vero non modo inter deteriores eminentia, verum quoque honeſtorum ac bonorū perfecta poſſeſſio, vtraque, & incommutabilis firmitas, vnde à libera poteſtate dominandi facienda, & dominatio, & Dominus, & dominans, & dominus dominorum dicitur, vt comprobat *Pſal.*135. Confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum miſericordia eius. Et *Apoc.*19. vt ante dictum eſt.

Deus deorum; Quia proſpiciat cuncta, prouiden-

prouidentia bonitateque mirabili, & circum omnia currat, cunctaque contineat, & ſe omnia repleat, atque vniuerſa tranſcendat, quæ prouidentia illius vtuntur. Hæc Dionyſ.

Et quod Deus deorum dicatur, habetur *Pſal.*49. Deus deorum locutus eſt,& vocauit terram. Et *Pſal.*135. Confitemini Deo deorum; quoniam in æternum miſericordia eius. Et habetur *Deuter.*10. Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantium.

Et etiam magnus Dominus dicitur,& laudabilis nimis, *Pſal*47. Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum. *Pſal.*71. *&* *Eſa.* 54. Dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus ſanctus Iſrael, Deus omnis terræ vocabitur, & dicit Alber. de Roſa. *in ſuo Dictionario, in verb. Deus.* allegando Dionyſium. Quia Deus variis nominibus nuncupatur.

Quandoque enim dicitur Hely id eſt, fortis. Quandoque Eloy, id eſt, Dominus noſter. Quandoque Alon, id eſt, excelſus. Quandoque Sabaoth, id eſt, robuſtus, & ad omnia ſufficiens. Quandoque Emanuel, id eſt, nobiſcum Deus. Quandoque Tetragrammaton, id eſt, Dominus. Quandoque Theos, à theo, quod eſt videre, vel currere; quia omnia videt, & percurrit. & hoc vltimum ponit Arch. *in c. æſtimant. in princ.* 11. *q.*3.

Quandoque etiam Deus abſconditus, & Saluator, *Eſa.* 45. Et incomprehenſibilis, *cap.*1. *de ſumma Trinit. & fide cath.* Iuſtus iudex, fortis, & patiens. *Pſal.*7. De patientia, cuius eſt bonus tex. *in c. horum. §. econtra.* 2. *quæſt.*4. Et de illius benignitate videnda eſt ſingularis & admirabilis, *epiſtol.*8. Dionyſii ad Demophilum monachum, & ibi Faber Stapulenſis, vir incomparabilis, qui multum ſingulariter declarat benignitatem eſſe commendandam; Et ibi eam multum commendat ipſe Dionyſius & Faber in commentariis ſuis.

Licet enim Deus diffiniri non poſſit, teſte Caſſiodoro, tamen Ioannes Ludouicus Viualdus *in ſuo opere regali, in tractat. de cognitione electorum. in tertio notab.* ponit 14. aut 15. diffinitiones Dei, & poſtmodum dicit, quod excellētia deitatis tribus nominibus nominatur,& vt dicit omnem ſenſum, & omnem naturam ſupergreditur, ſecundum Auguſtin. ibi allegatum. Et vide etiam Luc. de Pen. *in l.*1. *C. de veteranis. lib.*12. vbi ponit, quid ſit Deus, & de eius nominis interpretatione.

Quia Deus laudandus ſit, & laudatur in multis, habetur *Pſam.* 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. *& in pluribus aliis locis,* & dicam infra *in vlt. part. in* 1. *conſider.*

Quomodo autem ſit laudandus, videantur Dionyſius & Faber *in libro de myſtica Theologia.* Quæ cū ſint nimis alta, relinquo Theologis.

Quomodo glorificandus & honorandus, *Pſal.* 28. Afferte Domino gloriam & honorē, afferte gloriam nomini eius.

Quomodo magnificandus, dicitur *Deute.* 32. Date magnificentiam Deo veſtro. Et, 1. *Paralip.* 24. Tua eſt Domine magnificentia, & tua eſt gloria. & *Pſal.*68. Laudabo nomen Dei cum cantico,& magnificabo eū in laude.

Quomodo benedicendus. Vide *Tob. c.*4. vbi habetur: *Omni tempore benedic Deum.*

Quomodo etiam honorandus, facit tex. & quæ ibi not. *in clem. ſi dominum in ſanctis. De reliq. & veneratio. ſanctor.* dicam infra *in vlti. part.* Solus enim adorandus eſt, & ſoli ſibi Sacrificium eſt faciendum, dicit Inn. *in cap.*2. *de le.*2. *de cellebrat. Abtiſſ.* & Luc. de Pen. *in d. l.*1. *C. de veteranis, lib.*12.

Quomodo autem Deus ſit adorandus, videatur *Pſal* 71. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei. Et eſt adorandus Deus adoratione latriæ, quæ eidem tantum debetur. Et ſibi ſacrificium fit, quod pertinet ad latriam quod eſt ſacrificium verum ſecundum Auguſt. *de ciui. Dei, lib.*10. *cap.* 6. Et eſt omne opus, quod agimus, vt ſancta ſocietate inhæreamus Deo. Et vt dicit Ant. Florent. *in ſua ſumma,* 3. *par. cap.*9. §. 3. Quia ſicut eſt triplex hominis bonum, ita triplex ſacrificium: vt ibi per eum, & ſtatim dicam. Et huiuſmodi latria Græce, dicitur ſeruitus, Latine, vt dicit Ioa. de Turrecremata, *in c. ſiu autem. in* 11. *col.* 1. *diſt.* quę latria ſic deſcribitur. Latria eſt cultus Dei debitus, vel exhibitus: eſt

voluntas

delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Et Aug. vbi ſupra. Non vult ſacrificium Deus trucidati pecoris, ſed cordis contriti.

Secundum eſt ſacrificium cordis igne diuini amoris inflammati, de quo Aug. Deo ſuauiſsimum odorem adolemus, cum in eius conſpectu, pio, ſanctoque amore preces fundimus.

Tertium eſt ſacrificium corporis propter Deum mortificati. *ad Ro.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra.

Quartum eſt ſacrificiũ corporis pro Deo, proprio ſanguine cruentati. vnde Aug. Deo cruentas victrices damus, quando vſque ad ſanguinem pro eius veritate damus.

Quintum eſt ſacrificium laudis, *Pſal.* 49. Immola Deo ſacrificium laudis. **Clem. 1. in prin. de celebr. Miſſarum.**

Sextum ſacrificium eſt miſericordiæ, quo proximo ſubuenimus. *ad Hebr. vlt.* beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis promeretur Deus.

Sacrificium ſeptimum eſt iuſtitiæ, id eſt, cuiuſcunque boni operis. *Pſal.* 4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ.

Octauum ſacrificiũ eſt voluntatis, de quo *Lucæ 2. cap.* Et in terra pax hominibus. Gregor. Ante Dei oculos nunquam eſt inanis vacua munere, ſic arca cordis plena eſt bona voluntate. Nil quippe offertur Deo dignius voluntate bona. Et Aug. vbi ſup. dicit: Sacrificium res diuina eſt, & opus miſericordiæ propter Deum, ipſa vero miſericordia, quæ homini fit ſi non propter Deum, non eſt ſacrificium. Etiam ad cultũ operis pertinet thurificatio, quæ oſtendit affectum noſtrum integre dirigendum eſſe in Deum.

Secunda conſideratio. Ieſus Chriſtus filius Dei ſedet ad dextram patris. Et iſtud poteſt referri ad humanam vel diuinam naturam. Si ad humanam, tunc dicendum eſt ſecund. Aug. *lib. de ſymbolo*, quod eſt intelligendum, vt Deus pater humanitatem Chriſti ad dextram ſuam collocauerit: quoniam Deus membra non habet, vt poſſit dici eum habere dextram vel ſiniſtram, ſed eſt ſermo metaphoricus. Quia ſicut in dignitatibus humanis nullus apud Regem vel aliquem dominum dicitur præſtantior & honoratior, quam qui ad dextram eius ſedet: prout dixi infra *in 5. parte, in 5. conſideratio.* incip. *alii modi.* Sic etiam Deo eſſe gratior & ſublimior dicitur, qui eſt ad dextram virtutis Dei patris. Id eſt, illa humanitas eſt ſic apud Deum exaltata, quantum eſt poſsibile aliquam creaturam exaltari, ita quod nunquam alia ſic exaltabitur. Quoniam, vt ait Pſalmiſta, *Pſal.* 8. Deus pater gloria & honore coronauit Deum filium ſuum, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum. Et ideo dicebat beatus Stephanus cum lapidaretur, *Actor.* 7. Ecce, video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei. Et etiam ipſe Chriſtus dicebat *Matth.* 26. Amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei.

Sed ſi dextra referatur ad diuinam naturam, tunc per dextram intelligitur æqualitas patris & filii. Ne quis enim crederet Dei filium, propter aſſumptam humanitatem, eſſe minorem patre ſecũdum diuinitatem: Ideo filius dicitur ſedere ad dextram patris, id eſt, ad æqualitatem patris. Ideo dicit Paul. *ad Coloſſ.* 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextra Dei ſedens. Et *ad Heb.* 1. dicit: Qui, cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ, ſedet ad dextram maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis effectus eſt, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: *Filius meus es tu, &c.* Et ibi; *Et adorent eum omnes angeli Dei.*

Vel aliter, & quaſi in idem, ſedere à dextris Dei ſecundum diuinitatẽ, eſt eſſe æqualem Deo, vt dictum eſt, ſed ſedere ſecundum humanitatem, eſt frui potioribus bonis Dei præ cæteris creaturis, id eſt, in maiori beatitudine. Et cum hoc, vt dictum eſt, habens iudiciariam poteſtatem iudicandi viuos & mortuos. Ideo dicitur in ſymbolo: *Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.* Quoniam iudicantis

 cantis

Digitized by Google

cantis ſedes ſublimior cæteris eſſe debet. *c. epiſcop. 95. diſt.* dixi infra *in 7. parte, in 24. conſi.* incip. *generalis eſt, &c.*

Et de dignitate & excellentia Chriſti ponit Paul. *in Epiſtola vlt. ſupra alleg. ad Hebr.* In ipſa autem oſtēdit Paulus dignitatem Chriſti; quia Deus eſt & homo. Diuinitatem dum ait, nouiſsime locutus eſt nobis in filio, per quem fecit & ſecula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ; & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia, id eſt, ſuſtentans verbo virtutis ſuæ, & c.

Excellentiā humanitatis eius demoſtrat, dicens, quem feci hæredem vniuerſorum, id eſt, dominum, purgationem peccatorum faciens, ſcilicet humani generis per paſsionem ſuam, ſedet ad dextram maieſtatis in excelſis: ſcilicet reſurgens & aſcendens, ad maiorem gradum gloriæ, *vt pradi. c. ſupra alleg.* ample declarat Ant. *in ſua Chronica. lib. 1. tit. 6. c. 5. §. 2.* Et Chriſtus nemini fuit ſubiectus 21. *quaſt. 3. in prin.* vt ait gloſſ. *in ver. omnis anima. in c. magnum. 11. quaſt. 1.* ſed habetur *Luc. 2.* Et erat ſubditus illis. De huiuſmodi gloria filii Dei & vnigeniti videatur Carol. Bouill. *ſuper Euangelium Ioannis in verb. Et vidimus gloriā eius.* Ipſe enim conſtitutus eſt ad dextram patris in cœleſtibus ſuper omnem pricipatum & poteſtatem, virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & c. vt habetur per Paulum *ad Epheſ. 1.*

Aduertendum tamen eſt ad illud, quod dictum eſt hic ante. Cum apud omnes nationes vſitatiſsima ſit cōſuetudo, vt qui ſedet ſiue incedit ad dexteram alicuius, obtinet locum priorem. Quærit Anton. Nebriſſenſ. *in ſua. 53. quaſtione, ſeu annotatione* 38. quid ſibi vult, quod *in Pſal.* 109. legitur: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Nam cum Pſalmus ille in ſenſu literali de Chriſto intelligatur: ſintque verba patris ad filium, quid incongruētius dici poteſt, aut quid magis indecorum, quam, quod filius priorem occupat locum? Neque ſolum ibi, ſed mille aliis in locis ſcriptura ſacra teſtatur, Chriſtum ad dexteram patris ſedere: Qui, tametſi natura patri eſt æqualis, qua tamen filius & qua homo eſt, cedere debuit patri primam ſedem. Sed, vt dicit, iſte locus à Theologis exponi ſolet à dextris, id eſt, in bonis potioribus. ſed eodem teſte, certe expoſitio nimis violenta, atque male cohærens. Quod ſi ad dextram ſedere honorificentius eſt, cur in eod. Pſalmo ſubiungitur: Dominus à dextris tuis? cur quid ſibi vult hæc dextrarum permutatio, quod & Auguſt. ſubdubitauit?

Legimus præterea 3. *Reg. cap. 2.* Berſabee, cum veniſſet ad Salomonē filium nuper regno potitum, quod ſedit Rex ſuper thronum ſuum, & quod poſitus eſt thronus matri Regis, & ſedit ad dextram illius. illud quoque ex *Pſal.* 44. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato. Neq; enim tantum reuerentiæ filius debet matri, aut ſponſæ ſponſus, vt ſi ad publicum magiſtratū peruenerint, matri aut ſponſæ in aliorum maxime conſpectu, priores ſedendi partes concedāt. Iure igitur factum eſt, quod Quint Fabi. Maxi. conſul, cum pater procul equo vehens illi obuiam proceſsiſſet, imperauit lictori, iuberet patrem ex equo deſcendere, qui iuſſu paruit, filium que collaudauit, quod dignitatem imperii retinuiſſet. Et ideo, vt dicit idem Nebriſſenſ. cum hanc ordinis ſedendi indignitatem ſecum ſæpius reputaret, ſubiit ſibi quædam ſuſpicio alium fuiſſe apud antiquos ſedendi ordinem, quam qui ſit noſtris temporibus: vt videlicet, qui ſederet ad ſiniſtram eſſet potior eo, qui ſederet ad dextram, id quod poſtea fuit multis argumentis ſibi exploratum, quod ſic comprobat. Principio, quod illi, qui potentiores affectabantur, ſiue armati, ſiue inermes, tum ſatellites, tum ſtipatores, tum laterones ſiue latrones fuiſſe dictos. eoſdemque apud authores dici aut tegere latus, aut claudere latus, aut cingere latus. Horat. *in 2. ſermonum:*

Vt ne tegam ſpurco Damæ latus.

Iuuenalis:

Diuitis hic ſerui claudit latus ingenuorum.

Ouid. 4. *de Ponto:*

Dumq; latus ſancti cingit tibi turba ſenatus.

Latus quoque intectum ſiue nudum dicebatur illius, quem nemo comitaretur. Ambroſius

broſ. *in ſermone de obitu fratris ſui*. Quod ſiquando ſine altero prodeundum fuit, intactum latus putares. Seneca *lib. 3. epiſtolarum*: Nudum erat latus incomitata lætitia. Is prætereа, qui alium comitabatur, dictus erat ire exterior. Cui vero præſtaretur comitatus ire interior.

Horat. *vbi ſupra*:

ne tamen illi
Tu comes exterior ſi poſtulet ire recuſes.

Et ſubdit verba quæ ſupra retulimus: *Vt ne tegam ſpurco Damæ latus. Haud ita tria me geſſi.*

Ouid. *lib. 5. Faſtorum*:
Et medius iuuenum ipſis
Ibat & interior ſi comes vnus erat.

de ſene loquitur, cui debetur honos à iuuenibus.

Et vt idem Nebriſſenſ. dicit, atqui reſtat probandum, quod exterior is dicitur, qui ſit ad dextram alicuius, & interior qui ad ſiniſtram. Seruius Grammaticus enarrans illud Virgil. ex 5. Æneid. *Radit iter læuum interior*. exponit pro ſiniſteriore. Citatque Ciceronem, dicentem: *in quem omnia intus.* & Saluſtium *in 2. hiſtoria*. Introrſus prima Aſiæ Bithinia eſt. vbi Cice. *intus*, & Saluſt. *introrſus* pro ſiniſtrorſus, ſeu ſiniſtro acceperunt. Horat. quoque *in 2. ſermonum*, ait: *Interiore diem gyro trahit ire neceſſe eſt.* vbi *interiore* pro ſiniſteriore ponitur. Quod meridies mūdi pars ſiniſtra eſt, quemadmodum dextra. Lucan. *in 3. Pharſ.*

Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem,
Vmbras mirati memores non ire ſiniſtras, id eſt, meridionales, etiam in æſtate. Ouid. quoque *in 2. Metamorph.*

Ne te dexterior tortum declinet ad anguem.

Inter duos arctos in morem fluminis labi. Et aram ad meridiem ſuam eſſe, nullus poetarū, ſed neq; Aſtrologorū ignorat. Colligit ergo Nebriſ. ex his quæ dicta ſunt, eum qui ſit alterius comes, claudere, aut cingere, aut tegere latus, atque eidem ire exteriorem, hoc eſt, ad dextram illius; cuius vero latus clauditur, cingitur, tegitur, ire interiorem, hoc eſt, ad ſiniſtram, qui locus erat dignitate præſtantior.

Et præterea, non contemnenda quædam ratio ſumpta ex eo, quod legimus Paulum Apoſtolum datum comitem ad dextram Petri, quod ab illorum imaginibus diſponendis pictores obſeruant, & in diplomatis pontificū ſigillo munitis animaduertimus, vt Paulus ſemper ſit Petro dexter: de quo infra dicam. Nunquid tamen tanquam in potiori loco; abſit vt Apoſtolorum principi alter quiuis præferatur. Nam quid ſibi vult gladius ille, quem Paulus habet ſtrictum, niſi quod eſt Petri comes, ſtipator, atque ſatelles? Huius antiquitatis ignarus Thomas, in illud Apoſtoli *ad Galat.* 1. Qui ſuſcitauit eum à mortuis, cum non haberet quid diceret, ad commentum illud confugit; quia præſens, inquit, vita ſignificatur per ſiniſtram. Futura vero per dextram, inquam, iſta eſt cœleſtis & ſpiritualis, illa vero temporalis. Ideo Petrus quia vocatus à Chriſto adhuc in carne mortali poſito, ponitur in bulla, in parte ſiniſtra. Paulus vero quia vocatus à Chriſto iam glorificato, ponitur in dextra parte. Diximus ample infra *iſta part. in 31. conſiderat.* Reliquum eſt, vt ad quæſtionem Auguſtini de permutatione dextrarum reſpondeatur. Ille namque, vt eſt in rebus, quæ ad noſtram religionem pertinent, nihil affirmantis Academiæ imitator, vt videtur illa non penitus explicaſſe, ſed vt dicit Nebriſ. ex his, quæ ſuperioribus dicta ſunt, reſpondendum eſt. Quod aut Pater ſedet in throno maieſtatis ſuæ, & ita iubet filium ſibi à dextris, hoc eſt, in ſecundo loco ſedere: aut præſtat e filio tanquam ſtipatorem, protectoremque; & tunc reponit filium in primo, hoc eſt, in tutiori loco, & ſic dictum eſt: *Dominus à dextris tuis.* vnde ſubdit: *Confregit in die iræ ſuæ Reges.* atque iterum in Pſal. 15. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Faciunt quæ dixi *in 1. parte, in 25. concluſ.* quæ incipit: *licet vaſallus. & in 96. concluſ.* incip, *arma etiam. 38. conſider.*

Tu dic vltra Nebriſſ. concordando omnia prædicta, quod aut eſt quæſtio de tribus eiuſdem dignitatis, aut de quibus poteſt eſſe dubium: & tunc qui medius eſt, in digniori loco eſt,

rum vocem, per omnia comprobaris; quia domina angelorum es.ergo ſuper omnes angelos exaltata.

Petrus Comeſtor compilator hiſtoriæ ſcholaſticæ hos ſequentes verſus in laudem Virginis eleganter compoſuit: vt refert Ant. *in 3.par.ſuarum hiſtor.tit.18.c.8.*

Si fieri poſſet, quod arenæ, puluis & vndæ,
Vndarum guttæ, roſa, gemmæ, lilia, flammæ,
Aethera, cælicolæ, nix, grando, ſexus vterque,
Cum ventis pennæ volucrum, pecudum genus omne,
Syluarum rami, frondes, auium quoque pennæ,
Gramina, ros, ſtellæ, piſces, angues & ariſtæ,
Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,
Lingua cuncta forent, minime depromere poſſent;
Quæ ſit vel quanta eſt virgo regina Maria,
Quæ tua ſit pietas, nec litera nec dabit ætas.

Sic ergo tot & tales viri laudem ſufficientem & cōdignam dicere, nec referre poſſint; quid ego miſerrimus pauciſſimi ingenii faciam? nihil aliud, niſi de his ad illos me remittam, maxime ad dictam ipſius Ant. *in d.4. parte, lib.10.c.43. in ſermone de aſſumptione:* vbi ponit, quomodo habet omnes proprietates omnium ordinum cœleſtiū Hierarchiarum, & illas omnes excedit. Et poſt dicta Anshelmi de laudibus Mariæ dicam in ſeq. O fœmina mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, per quam elementa renouantur, angeli reintegrantur, inferna eneruantur, homines ſaluantur. O fœmina, plena & ſemper plena gratia, de cuius plenitudinis exundantia reſperſa, reſultat omnis creatura. O virgo benedicta, per cuius beatitudinem benedicitur omnis creatura, & nō ſolum creatura à creatore, ſed etiam creator à creatura laudatur. O Maria dulciſſima ſemperque beatiſſima, ſi omnis peccator ad te conuerſus, & à te ſit deſpectus, neceſſe eſt, vt pereat, ſi omnis peccator ad te conuerſus & à te conſpectus, impoſſibile eſt, vt pereat. Et idem Anshelmus *de cōceptu virginali, cap.12. & 13.* Nihil dominæ eſt æquale, nihil comparabile. Omne enim quod eſt, aut ſupra te eſt, aut infra te eſt: quod ſupra te eſt, ſolus Deus eſt: quod infra te eſt, omne quod Deus non eſt. Ideo dicam cum Baptiſta Mantuano, *lib.1. Parthenices, c.2.*

Nulli adeo viuax animi ſolertia, nulli
Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ,
Vt Maria poßit laudes æquare loquendo.
Quæ data ſunt illi, nunquam mortalibus vllis
Antea conceßit, vel poſt concedet olympus.

Et ideo etiam Dionyſ. videns Mariam, ait:

O quam te memorem virgo, namque haud tibi vultus
Mortalis, nec lex hominum ſonat, ô Dea certe.
An Phœbi ſoror, an nympharum ſanguinis vna,
Sis fœlix, noſtriſque leues quemcunque laborem.

Idcirco ego minimus aduocatorum & ſcribentium, te Mariam omnium Chriſtianorum aduocatam ſalutando, ſupplex dico:

Humanæ cum ſis nutrix pia virgo cohortis,
Quam ſterilis genuit nobilis Anna ſinu.
Ad te nunc humili conuerto mente ſalutes,
Quas prius excelſa Gabriel arce tulit.
Te facilem concede precor, tu vota rogantis
Suſcipe, nec fuſas deſpice virgo preces.
Tu dextrum mundi ſidus, tu lumen honoris,
Per quam Ieſſei ſtipitis vmbra nitet.
Tu decoris ſpeculum, noſtra ſpes ſola ſalutis,
Qua duce flagranti pectore mæror abeſt.
Tu regina poli, cunctique medela reatus,
Diceris & celſa ianua certa domus,
Quæ fuerat vetito virgo caſtißima morſu,
Clauſa prius iuſſu panditur illa tuo.
Non opus eſt tenui præconia ludere verſu,
Pro tantis noſtras laudibus ecce preces.
Fac quæſo portus veniant ad vela ſecundos,
Noſtras nec immenſo fluctuet amne ratis.
Per dubios pelagi fluctus, per ſaxa, per hoſtes
Currimus, inferno porrige diua manum.
Ad te conuerſus ſtygia non cæca charybdis,
Antraque nec diræ corruat hoſte timet.
Quid memorem noſtro preceps illabere cordi,
Fulgeat eloquio linguaque noſtra graui.
Pelle procul mortis volitantia tela ſiniſtra,
Nec mea ſordeſcant crimine corda precor.
Fac ſanas habeam ſano cum corpore mentes,
Nec careat ſalubri debile pectus ope.
Si corpus Lacheſis cum ſtrauerit enſe, fruatur
Protinus aſpectu ſpiritus ipſe tuo.

Protege quæ cecini, greſſu ſed ille citato
Pergat in extremam Zoilus alter humum.
Te duce non timuit vultus nunc Muſa minaces
Noſtra, ſed expulſo læta pauore canit.

Et cum Eccleſia Catholica deuote dicam.

Tu ſpes certa miſerorum,
Vera mater orphanorum.
Tu leuamen oppreſſorum,
Medicamen infirmorum.
Omnibus es omnia.
Te rogamus voto pari,
Laude digna ſingulari.
Vt errantes in hoc mari
Nos in portu ſalutari
Tua ſiſtat gratia. Amen.

QVinta conſideratio. Poſt ſupradictas perſonas ponuntur angeli: quoniam ex quo dicit ſanctus Thom. *in prima par. ſumma, q. 66. ar. 3.* Angeli ſunt in cœlo collocati, non ſolum vt æternaliter contemplantes, ſed etiam vt generaliter præſidentes; quia præſunt omni corporeæ naturæ, ideo in ſupremo loco debent collocari, poſt Chriſtum tamen, qui præeſt omnibus Principatibus, Poteſtatibus & Virtutibus, & Dominationibus, vt habetur per Paulum *ad Epheſ. 1. cap.* Quorum collectio diſtincta eſt in triplicem Hierarchiam, & quælibet Hierarchia in tres ordines. vnde Greg. *in mortalib.* Nouem ſunt ordines angelorum, cum per ſacra eloquia Angeli, Archangeli, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Throni, Cherubin, & Seraphin, aperta narratione memorantur. Et ſupernorum ciuium quando ſint diſtinctiones, oſtenditur *de pœn. diſtinct. 2. cap. princip. §. nouem.*

In prima igitur & ſuprema Hierarchia ponuntur Seraphin vt ſupremi, deinde Cherubin, & Throni. in media ponuntur Dominationes, Principatus, & Poteſtates. & in tertia Virtutes, Archangeli, & Angeli, ſecundum Gregorium. Et in huiuſmodi ordine relucet myſterium Trinitatis. Nam ex vnitate Hierarchiæ inuenitur vnitas diuinæ eſſentiæ. In tripartito ordine oſtenditur trinitas perſonarum: Et ipſe quidem Deus trinitas, qui omnia operatur in ſingulis diuidens, prout vult. Amat in Seraphin vt charitas. Nouit in Cherubin vt veritas. Sedet in Thronis, vt æquitas. Dominatur in Dominationibus, vt maieſtas. Regit in principatibus vt principium. Tuetur vt virtus, in virtutibus. Reuelat vt lux, in Archangelis. Aſſiſtit vt pietas in Angelis. Et in prima Hierarchia æquitas in Thronis refertur ad patrem, cognitio veritatis in Cherubin ad filium, ardor amoris in Seraphin ad Spiritum ſanctum. In ſecunda Hierarchia maieſtas Dominationis ad Patrem, rectitudo principãdi ad Filium, ſalus in tuendo poteſtatem ad Spiritum ſanctum. In tertia operãtio virtutum ad patrem, reuelatio ad filium, inſpiratio intellectus ad Spiritum ſanctum.

In quolibet etiam angelo relucet veſtigium trinitatis. Nam in quolibet eſt tria neceſſario indiſtincte reperiri, ſecundum Dion. ſcilicet, eſſentia, virtus ſeu potentia, & operatio: & tamen in vno ſunt, & ſic omnes Angeli benedicunt Dominum, trinitatem, & vnitatem inſinuantes, ſcilicet eorum conditionibus. ita dicit Ant. Flor. *in ſua ſum. 3. par. tit. 31. q. 6. §. 1.*

Et vt dicit Thomas *1. part. per totum. & 2. diſtinct. quaeſt. 1.* Hierarchia, eſt diuinus ordo ſecundum ſcientiam, & actionem in aſſimilatione Dei, & ibi ample ponit, quod in qualibet Hierarchia ſunt tres ordines, & in quolibet ordine ſunt multi angeli, & angeli vnius ordinis non ſunt æquales: & ibi etiam ponit, quod homines aſſumuntur ad omnes ordines angelorum. Angelus tamen inferioris ordinis non aſſumetur ad ſuperiorem. Etiam dicit ibidem, quod minimus ordo angelorum eſt ſuperior ſupremo naturæ Hierarchiæ, quod quomodo intelligatur, vide ne ſint contraria ea, quæ dicuntur, in quantum dicitur, quod in quolibet ordine aſſumũtur homines, vt infra etiam dicturus ſum.

Et vt dicit Raymundus Sebnudius *in ſuo Dialogo 4. c. 42.* omnino neceſſe eſt credere in maximo atque incomprehenſibili numero angelos eſſe in multitudine enim miniſtrorum

ſtrorum dignitas principis, & in paucitate plebis, ignominia principis, imoque millia millia miniſtrant ei, & decies millies centena millia aſſiſtunt ei. Itaque ſi in natura corporea ſunt innumeræ ſpecies lapidum, herbarum, arborum, piſcium, auium, quadrupedum, & innumera indiuidua hominum, erunt etiam infinitæ ſpecies angelorum. At ne putemus hanc multitudinem confuſam eſſe, ideo oportet ſcire, quod inter angelos eſt ordo pulcherrimus, diſcretiſſimus, iucundiſſimus. Videmus enim, quod in rebus corporeis eſt ordo mirabilis: ſunt tamen quædam ſuperiora, quædam inferiora, & quædã his media. Elementata, & omnia inanimata ſunt infima, vegetatiua media, conſitiua ſuprema. Super hæc omnia eſt homo omnium ſublimiſſimus. Habet tamen etiam humana natura multiplicem ſtatum ſecundum ſuperius & inferius. In hominibus enim ſunt agricolæ, mercatores, burgenſes, nobiles, milites,, Barones, Comites, Duces, Reges: & vnus omnium Imperator. in ſtatu eccleſiaſtico ſunt rectores, diaconi, & archidiaconi, decani, præpoſiti, abbates, epiſcopi, archiepiſcopi, patriarchæ, & ſuper omnes Papa apoſtolicus. Si igitur tam decorus eſt ordo in his rebus inferioribus: multo amplius in illis nobiliſſimis, altiſſimiſque ſpiritibus erit ordo mirabilis, artificioſus, iucundus. Sunt enim inter eos tres Hierarchiæ, id eſt tres ſacri principatus, & in qualibet Hierarchia ſunt infimi, ſunt medii, ſunt ſupremi, & hæc ordinatiſſima cuiuslibet Hierarchiæ multitudo ad vnum tendit omnium ſupremum. In elementis, vt videmus, ignis eſt dignior, in genere piſcium, Delphin, in auibus, Aquila, in beſtiis: Leo, in hominibus Imperator: omnia tendunt ad vnum caput. Ita quoque in angelis æſtimandum eſt.

SExta conſideratio. Seraphin tanquam excellentes ſunt in primo loco, ac ſupremo ordine angelorum. & in prima Hierarchia & ſuperiori; cum tres ſunt Hierarchiæ cœleſtes, quas diſtinguit Dionyſius *in ſua Hierarchia, lib.* 9. in ſupremam, mediam & infimam: vt hic ante dictum eſt. Et dicitur Hierarchia à hieron, quod eſt ſacrum, & archos princeps, quaſi ſacer principatus. Et, vt dictum eſt, ſunt tres Hierarchiæ, in quarum qualibet ſunt ordines, & ſic in toto ſunt nouem ordines angelorum ſeu ſpirituum beatorum chori. Et in ſuprema ſunt Seraphin, Cherubin, & Throni. In media ſunt Dominationes, Virtutes, & Poteſtates. In infima ſunt Principatus, Archangeli & Angeli. Et de ſingulis videndo incipiemus à Seraphin tanquam ſuperiori & excellenti, cum tales excellunt in hoc: quod eſt omnium ſupremum, ipſi Deo vniri. Quia nomen Seraphin non imponitur tantum à charitate, ſed à charitatis exceſſu; quoniam importat nomen ardoris, vel incẽdii, vt inquit Dionyſius, relatiue Barth. Anglic. *in ſuo lib. de proprietat. rerum, lib.* 2. Pulchre, inquit, prima cœleſtium Hierarchiarum, excellentiſſimus eſſentiis, ſanctificat, Ordinem habens omnibus circa Deum immediate collocatum.

Et iſti nouem ordines, qui ſunt in eccleſia triumphante, deſignantur per nouem lapides, de quibus *in cap. principium. de pœnit. diſt.* 2. Sic etiam in eccleſia militante ſunt nouem ordines, de quibus *in c. cleros. 21. diſtinct.* Et ſic Eccleſiæ duplex eſt ordo, vt dicit Lucas de Pen. *in l. ordinem. C. de conſulib. & non ſpargend. lib.* 12. Et primus ordo eccleſiæ triumphantis eſt Seraphin.

Dionyſius enim exponit nomen Seraphin ſecundum proprietates ignis, in quo eſt exceſſus caliditatis: in ipſo enim tria ſunt. Primo, quod ſemper tendit ſurſum, & quod eſt continuus: per quod ſignificatur, quod ille ordo indeclinabiliter mouetur in Deum. Secundo eius virtus actiua eſt; quia calidus cum quadam acuitate; & eſt maxime penetratiuus in agendo, & pertingit vſque ad minima, cum quodam excedenti feruore. Et per hoc ſignificantur actiones angelorum huius ordinis, quas in ſubditos potenter exercent, eos in ſimilem feruorem excitando, & totaliter eos per incendium purgando. Tertio, eſt in igne claritas, & hi angeli habent in ſe inextinguibilem lucem, etiam alios perfecte illuminando, vnde Gregorius,

gorius, Seraphin vocantur illa agmina, quæ ex ſingulari propinquitate conditoris ſui incorruptibili ardent amore.

Et hi nobis mittuntur ad cordium noſtrorum inflammationem. vt dicit Bernard. de Buſtis *in 2. part. ſui Roſarii. ſer. 10. in litera* H. vt patet 4. *Reg. 2. c.* In angelis, qui in curru igneo, equis igneis apparuerunt Eliæ, quem tranſtulerunt in cœlum tanquam vnum de Seraphin. & *Eſa. 6.* vbi dicitur: Apparuit & volauit ad me vnus de Seraphin, qui deuotos & contemplatiuos incendunt & inflammant in feruore & amore diuinorum: vnde dicuntur habere ſex alas; duas, quibus volant, duas, quibus ſe tegunt ſuperius, & duas, quibus ſe tegunt inferius, vultum habentes igneum & rubrum, & in amore diuorum inflammatum.

Si tamen iſti de ſuperiori ordine mittuntur ad nos, & quomodo, vide Ant. Flo. *in ſum. in 3. part. tit. 31. cap. 6. §. 4.*

Ad hunc ordinem transferuntur homines in hoc mundo rapti ad diuina, omnia exponentes propter amorem diuinum, cupientes omnes ſaluos fieri in dilectione proximorum, & de eorum ſalute tanquam de ſua gaudentes. Quidam enim ſunt in igne charitatis ita conuerſi, & in ſolo Dei deſiderio ita anhelantes, quod omnia huius mundi propter Deum ita contemnunt, qui ad hunc ordinem aſſumuntur, teſte Greg. Qui ſupernæ contemplationis amore accenſi in ſolo conditoris ſui deſiderio anhelant, nihil in hoc mundo iam cupiunt, ſolo æternitatis amore paſcuntur, terrena quæque abiiciunt, cuncta temporalia mente conſcendunt; imo tranſcendunt, amant & ardent, atque in ipſo ſuo ardore requieſcunt: amando ardent, loquendo accendunt, & quoſcunque verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt, qui intra Seraphin numerum ſortem ſuę vocationis acceperunt.

Et iſti ſunt maiores & excellētiores omnibus aliis Dei prope diuina ſecreta cognoſcētes, quibus ipſi inflammati aliis reuelare gaudent. Cum quibus ſtabunt omnes perſonæ charitate diuina inflammatæ ſuper omnes alios; quia maior horum eſt charitas, *1. ad Cor. 13.* Quia, ſicut lucerna ad ignem liqueſcit, & cera fluit; ſic talia ſunt intantum in Dei amore ardentes, quod ſtatim, quando de Deo cogitant, quam magna opera eius, quam magna virtus, miſericordia, & miſeratio eius, ſtatim fluunt in lachrymis, conſiderando eius bonitatem, & quanta eis contulit, & pro eis fecerit, delectabiliter ſuſtinent omnes labores: qui in hoc ordine collocantur, & ſolemnitate coronantur, Deo propinquiores inter ciues cœleſtes.

Ad hunc enim ordinem aſſumentur legis naturæ Prophetæ, leges Moſaycę, & Apoſtoli, ſeu Eremitæ, aut eis ſuccedentes in lege gratiæ, qui vitam propriam contempſerunt ex nimia charitate, propter ſalutem propinquorum ſummi Pontifices, & ſupremi principes. Quoniam, vt dicit S. Tho. *in lib. ad Regem Cypri*, veri Reges & Principes ſupremum gradum tenent in beatitudine cœleſti. relatus per Io. Ludouicum Viu. *in ſuo opere regali. in prolog. tractatus, de cognitione electorum.*

Sed ad declarationem ſequentium notādum eſt, quod quando creauit Deus cœlum, ſtatim angelis repleuit; quia ſimul creati ſunt angeli, & cœlū angelis repletum, imo omnia creata ſunt ſimul. ait gloſſ. *in verb. ſimul. de ſum. tri. & fid. cath. in princ. extra.* Et ipſos angelos diſtinxit per tres hierarchias, & nouem choros ſiue ordines, ſecundum illud *Io. 14.* In domo patris mei multæ manſiones. *& in c. nouit. & c. in domo. de pœn. diſt. 4.* Quoniam in quolibet ordine ſunt ſex mille, ſexcentæ, & ſexaginta ſex manſiones. In qualibet manſione poſſunt eſſe tot regna, tot ducatus, tot comitatus, tot nationes, tot prouinciæ, tot ciuitates, tot domus. Et in qualibet domo tot ſedes ſeu loca, ſcilicet ſex mille, ſexcenta, & ſexaginta ſex. Et in qualibet ſede, ſeu loco, de quo dicitur: Nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, eſt anima. Et quando omnia illa loca replebuntur; tunc (vt opinantur nonnulli doctores deuoti, hanc calculationem pie ponentes & credentes) adueniet extremum iudicium. Et in quarum qualibet, conſtituit vnum principem, & in primo iſto ordine Seraphin,

Digitized by Google

raphin, conſtituit Luciferum, & in quolibet alio poſuit alium, tanquam capitaneum, vt infra dicetur. Qui quidem lucifer, ſuam pulchritudinem conſpiciens, inde ſuperbiuit, dicens: Ponam thronum meum in aquilone, & ero ſimilis altiſſimo. Et ſuum intentum inferioribus notum fecit, qui quanto plus ei conſenſerunt, magis peccauerunt: ita quod traxit ſecum tertiam partẽ de quolibet ordine. Imo numerum nobis infinitum, ſeu infinitam multitudinem: cõtra quos debellauit Michael.

Et ab hoc ordine cecidit vſque ad vltimum, & inferiorem inferni carcerem cum ſuis complicibus Lucifer princeps omnium prædictorum, ſecundum Magiſtrum ſententiarum, *lib.* 2. qui eminentiam ſuæ naturæ, & profunditatem ſuæ ſapientiæ perpendens, in ſuum creatorem ſuperbiuit, & vt Deus eſſe voluit: non quidem per imitationem iuſtitiæ, ſed per æqualitatem perſonæ: & quãto Deo factori ſuo contradixit, & cæteris erat altior & pulchrior; tanto factus eſt cæteris inferior, turpior & miſerior, & deſcendit in profundum inferni, ſecundum illud *Luc.* 10. Videbam Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Et iſtud rationabile fuit: cum, in quo quis peccat, in eo torqueri debet. gloſſ. fin. *in cap. ſi quis.* 94. *diſt.* & maxime in illo, qui ſedem ſibi non conuenientem petit, & in ſupremo loco ſe ponere vult, qui ſibi non debetur, in eo punitur, quod ponitur in remotiori, vt habetur *leg.* 1. *C. vt dignit. ordo ſeruetur. lib.* 12, facit text. *in cap. præcipimus,* 95. *diſtin.* & Bald. *in conſi.* 237. *in* 1. *volum.* licet tex. *in l. neminem. C. de offic. mag. off.* vtatur maiori benignitate, vt ſupra dixi *in* 1. *par.*

Et ideo, ex quo ipſe fuit occaſio peccati aliorum, ideo magis punitur, & in loco inferiori: cui loquitur *Eſa.* 14. dicendo admiratiue: Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris! qui dixiſti in corde tuo: In cœlum conſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum, & ſimilis ero altiſſimo: veruntamen ad inferna detraheris in profundum lacus. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proſpicient, ſcilicet qui te viderunt per conſenſum peccati ad te inclinabuntur, & ad tuos, qui tibi conſenſerunt.

Ad quem deſcendunt ſuperbi, inflati, nequiſſimi blaſphematores Dei ſui creatoris, & omnes in ſtatu ſupremo in hoc mundo exiſtentes, vt ſunt Reges, Imperatores, Papa, & alii ſuperiores principatus, ſi contingat eos ad inferna deſcendere, erunt in dicto inferiori carcere cum Lucifero, & ſuis complicibus qui erant illius ordinis Seraphin. Et à Lucifero coram Deo accuſabuntur, ſecundum quod ſcriptum eſt, *Ezech.* 22. de quo Bernard. de Buſtis *in* 1. *par. Roſar. ſermone* 10. *in* 1. *part. in litera L.* De pluribus autem principibus dubitare poſſumus, de eorum ſaluatione; imo plus credendum & præſumendum eſt, de eorum damnatione, cum male vixerint, & mala morte dies ſuos finierint, ne ſint in hoc loco collocati: de aliquibus dicam inf. in ſexto ordine chori angelorum, vbi ponam de luxurioſis: hic vero ponam de aliis, qui male vixerunt, & peſſima morte vitam ſuam finierunt: vt de Nimroth habetur, qui fuit oppreſſor, & tyrannus, & morte infelici conſummatus eſt.

Pharao, rex Ægypti, ignorans Deum, idololatra & oppreſſor, decies contumax domino Deo, & ſeruo ſuo Moyſi, in mari rubro ſubmerſus eſt cum exercitu ſuo, *Exod.* 14. *&c. Nabuchodonoſor* 24. *q.* 4. De pluribus autẽ aliis infra dicam *in* 5. *part. in princip.* Sed quoniam hic ante dictum eſt, quod Lucifer deſcendit ad infimum locum inferni, ex quo videtur, quod in hoc ſit ordo, aduertẽdum eſt, quod in inferno eſt ordo triplex, ſecundum aliquid, & ſecundum aliquid, non eſt ordo in inferno. Eſt ergo ordo, Primo, diuinæ iuſtitiæ; quia ſic dicit Paulus *ad Rom.* 13. *ibi*; *Quæ à Deo ſunt ordinata.* ſicut peccatores in ſuppliciis ordinantur, vt nunquam ſit dedecus culpæ ſine decore iuſtitiç. Vnde ita pulchre & ordinate ſtat peccator in inferno, ſicut in annulo gemma, & latro in furca, ſicut ſeruus in cloaca. Secundo, ordo eſt culpæ: quia illi qui fuerunt ſimiles in culpa, ſociabuntur in pœna. vnde ſuper illud *Matth.* 13. Alligate ea in faſciculos ad comburendum. dicit Greg.

Digitized by Google

delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Et Aug. vbi ſupra. Non vult ſacrificium Deus trucidati pecoris, ſed cordis contriti.

Secundum eſt ſacrificium cordis igne diuini amoris inflammati, de quo Aug. Deo ſuauiſsimum odorem adolemus, cum in eius conſpectu, pio, ſanctoque amore preces fundimus.

Tertium eſt ſacrificium corporis propter Deum mortificati. *ad Ro.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra.

Quartum eſt ſacrificiũ corporis pro Deo, proprio ſanguine cruentati. vnde Aug. Deo cruentas victrices damus, quando vſque ad ſanguinem pro eius veritate damus.

Quintum eſt ſacrificium laudis, *Pſal.* 49. Immola Deo ſacrificium laudis. *Clem.* 1. *in prin. de celebr. Miſſarum.*

Sextum ſacrificium eſt miſericordiæ, quo proximo ſubuenimus. *ad Hebr. vlt.* beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis promeretur Deus.

Sacrificium ſeptimum eſt iuſtitiæ, id eſt, cuiuſcunque boni operis. *Pſal.* 4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ.

Octauum ſacrificiũ eſt voluntatis, de quo *Luca* 2. *cap.* Et in terra pax hominibus. Gregor. Ante Dei oculos nunquam eſt inanis vacua munere, ſic arca cordis plena eſt bona voluntate. Nil quippe offertur Deo dignius voluntate bona. Et Aug. vbi ſup. dicit: Sacrificium res diuina eſt, & opus miſericordiæ propter Deum, ipſa vero miſericordia, quæ homini fit ſi non propter Deum, non eſt ſacrificium. Etiam ad cultũ operis pertinet thurificatio, quæ oſtendit affectum noſtrum integre dirigendum eſſe in Deum.

SEcunda conſideratio. Ieſus Chriſtus filius Dei ſedet ad dextram patris. Et iſtud poteſt referri ad humanam vel diuinam naturam. Si ad humanam, tunc dicendum eſt ſecund. Aug. *lib. de ſymbolo*, quod eſt intelligendum, vt Deus pater humanitatem Chriſti ad dextram ſuam collocauerit: quoniam Deus membra non habet, vt poſſit dici eum habere dextram vel ſiniſtram, ſed eſt ſermo metaphoricus. Quia ſicut in dignitatibus humanis nullus apud Regem vel aliquem dominum dicitur præſtantior & honoratior, quam qui ad dextram eius ſedet: prout dixi infra *in* 5. *parte, in* 5. *conſideratio.* incip. *alii modi.* Sic etiam Deo eſſe gratior & ſublimior dicitur, qui eſt ad dextram virtutis Dei patris. Id eſt, illa humanitas eſt ſic apud Deum exaltata, quantum eſt poſsibile aliquam creaturam exaltari, ita quod nunquam alia ſic exaltabitur. Quoniam, vt ait Pſalmiſta, *Pſal.* 8. Deus pater gloria & honore coronauit Deum filium ſuum, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum. Et ideo dicebat beatus Stephanus cum lapidaretur, *Actor.* 7. Ecce, video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei. Et etiam ipſe Chriſtus dicebat *Matth.* 26. Amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei.

Sed ſi dextra referatur ad diuinam naturam, tunc per dextram intelligitur æqualitas patris & filii. Ne quis enim crederet Dei filium, propter aſſumptam humanitatem, eſſe minorem patre ſecũdum diuinitatem: Ideo filius dicitur ſedere ad dextram patris, id eſt, ad æqualitatem patris. Ideo dicit Paul. *ad Coloſſ.* 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextra Dei ſedens. Et *ad Heb.* 1. dicit: Qui, cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ, ſedet ad dextram maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis effectus eſt, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: *Filius meus es tu, &c.* Et ibi; *Et adorent eum omnes angeli Dei.*

Vel aliter, & quaſi in idem, ſedere à dextris Dei ſecundum diuinitaté, eſt eſſe æqualem Deo, vt dictum eſt; ſed ſedere ſecũdum humanitatem, eſt frui potioribus bonis Dei præ cæteris creaturis; id eſt, in maiori beatitudine. Et cum hoc, vt dictum eſt, habens iudiciariam poteſtatem iudicandi viuos & mortuos. Ideo dicitur in ſymbolo: *Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.* Quoniam iudi-

cantis ſedes ſublimior cæteris eſſe debet. *c. epiſcop. 95. diſt.* dixi infra *in 7. parte, in 24. conſi.* incip. *generalis eſt, &c.*

Et de dignitate & excellentia Chriſti ponit Paul. *in Epiſtola vlt. ſupra alleg. ad Hebr.* In ipſa autem oſtēdit Paulus dignitatem Chriſti; quia Deus eſt & homo. Diuinitatem dum ait, nouiſsime locutus eſt nobis in filio, per quem fecit & ſecula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ; & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia, id eſt, ſuſtentans verbo virtutis ſuæ, &c.

Excellentiā humanitatis eius demoſtrat, dicens, quem feci hæredem vniuerſorum, id eſt, dominum, purgationem peccatorum faciens, ſcilicet humani generis per paſsionem ſuam, ſedet ad dextram maieſtatis in excelſis: ſcilicet reſurgens & aſcendens, ad maiorem gradum gloriæ, *vt pradi. c. ſupra alleg.* ample declarat Ant. *in ſua Chronica. lib. 1. tit. 6. c. 5. §. 2.* Et Chriſtus nemini fuit ſubiectus 21. *quaſt. 3. in prin.* vt ait gloſſ. *in ver. omnis anima. in c. magnum. 11. quaſt. 1.* ſed habetur *Luc. 2.* Et erat ſubditus illis. De huiuſmodi gloria filii Dei & vnigeniti videatur Carol. Bouill. *ſuper Euangelium Ioannis in verb. Et vidimus gloriā eius.* Ipſe enim conſtitutus eſt ad dextram patris in cœleſtibus ſuper omnem pricipatum & poteſtatem, virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, &c. vt habetur per Paulum *ad Epheſ. 1.*

Aduertendum tamen eſt ad illud, quod dictum eſt hic ante. Cum apud omnes nationes vſitatiſsima ſit cōſuetudo, vt qui ſedet ſiue incedit ad dexteram alicuius, obtinet locum priorem. Quærit Anton. Nebriſſenſ. *in ſua. 53. quaſtione, ſeu annotatione* 38. quid ſibi vult, quod *in Pſal.* 109. legitur: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Nam cum Pſalmus ille in ſenſu literali de Chriſto intelligatur: ſintque verba patris ad filium, quid incongruētius dici poteſt, aut quid magis indecorum, quam, quod filius priorem occupat locum? Neque ſolum ibi, ſed mille aliis in locis ſcriptura ſacra teſtatur, Chriſtum ad dexteram patris ſedere: Qui, tametſi natura patri eſt æqualis, qua tamen filius & qua homo eſt, cedere debuit patri primam ſedem. Sed, vt dicit, iſte locus à Theologis exponi ſolet à dextris, id eſt, in bonis potioribus. ſed eodem teſte, certe expoſitio nimis violenta, atque male cohærens. Quod ſi ad dextram ſedere honorificentius eſt, cur in eod. Pſalmo ſubiungitur: Dominus à dextris tuis? tut quid ſibi vult hæc dextrarum permutatio, quod & Auguſt. ſubdubitauit?

Legimus præterea 3. *Reg. cap. 2.* Berſabee, cum veniſſet ad Salomonē filium nuper regno potitum, quod ſedit Rex ſuper thronum ſuum, & quod poſitus eſt thronus matri Regis, & ſedit ad dextram illius. illud quoque ex *Pſal.* 44. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato. Neq; enim tantum reuerentiæ filius debet matri, aut ſponſæ ſponſus, vt ſi ad publicum magiſtratū peruenerint, matri aut ſponſæ in aliorum maxime conſpectu, priores ſedendi partes concedāt. Iure igitur factum eſt, quod Quint Fabi. Maxi. conſul, cum pater procul equo vehens illi obuiam proceſsiſſet, imperauit lictori, iuberet patrem ex equo deſcendere, qui iuſſu paruit, filium que collaudauit, quod dignitatem imperii retinuiſſet. Et ideo, vt dicit idem Nebriſſenſ. cum hanc ordinis ſedendi indignitatem ſecum ſæpius reputaret, ſubiit ſibi quædam ſuſpicio alium fuiſſe apud antiquos ſedendi ordinem, quam qui ſit noſtris temporibus: vt videlicet, qui ſederet ad ſiniſtram eſſet potior eo, qui ſederet ad dextram, id quod poſtea fuit multis argumentis ſibi exploratum, quod ſic comprobat. Principio, quod illi, qui potentiores affectabantur, ſiue armati, ſiue inermes, tum ſatellites, tum ſtipatores, tum laterones ſiue latrones fuiſſe dictos. eoſdemque apud authores dici aut tegere latus, aut claudere latus, aut cingere latus. Horat. *in 2. ſermonum:*

Vt ne tegam ſpurco Damæ latus.

Iuuenalis:

Diuitis hic ſerui claudit latus ingenuorum.

Ouid. 4. *de Ponto:*

Dumq; latus ſancti cingit tibi turba ſenatus.

Latus quoque intectum ſiue nudum dicebatur illius, quem nemo comitaretur. Ambroſ. in

broſ. *in ſermone de obitu fratris ſui*. Quod ſiquando ſine altero prodeundum fuit, intactum latus putares. Seneca *lib. 3. epiſtolarum*: Nudum erat latus incomitata lætitia. Is præterea, qui alium comitabatur, dictus erat ire exterior. Cui vero præſtaretur comitatus ire interior.

Horat. *vbi ſupra*:

ne tamen illi
Tu comes exterior ſi poſtulet ire recuſes.

Et ſubdit verba quæ ſupra retulimus: *Vt ne tegam ſpurco Damæ latus. Haud ita tria me geſſi.*

Ouid. *lib. 5. Faſtorum*:

Et medius iuuenum ipſis
Ibat & interior ſi comes vnus erat.

de ſene loquitur, cui debetur honos à iuuenibus.

Et vt idem Nebriſſenſ. dicit, atqui reſtat probandum, quod exterior is dicitur, qui ſit ad dextram alicuius, & interior qui ad ſiniſtram. Seruius Grammaticus enarrans illud Virgil. ex 5. Æneid. *Radit iter læuum interior*. exponit pro ſiniſteriore. Citatque Ciceronem, dicentem: *in quem omnia intus*. & Saluſtium *in 2. hiſtoria*. Introrſus prima Aſiæ Bithinia eſt. vbi Cice. *intus*, & Saluſt. *introrſus* pro ſiniſtrorſus, ſeu ſiniſtro acceperunt. Horat. quoque *in 2. ſermonum*, ait: *Interiore diem gyro trahit ire neceſſe eſt*. vbi *interiore* pro ſiniſteriore ponitur. Quod meridies mūdi pars ſiniſtra eſt, quemadmodum dextra. Lucan. *in 3. Pharſ.*

Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem,
Vmbras mirati memores non ire ſiniſtras, id eſt, meridionales, etiam in æſtate. Ouid. quoque *in 2. Metamorph.*

Ne te dexterior tortum declinet ad anguem.

Inter duos arctos in morem fluminis labi. Et aram ad meridiem ſuam eſſe, nullus poetarū, ſed neq; Aſtrologorū ignorat. Colligit ergo Nebriſ. ex his quæ dicta ſunt, eum qui ſit alterius comes, claudere, aut cingere, aut tegere latus, atque eidem ire exteriorem, hoc eſt, ad dextram illius: cuius vero latus clauditur, cingitur, tegitur, ire interiorem, hoc eſt, ad ſiniſtram, qui locus erat dignitate præſtantior.

Et præterea non contemnenda quædam ratio ſumpta ex eo, quod legimus Paulum Apoſtolum datum comitem ad dextram Petri, quod ab illorum imaginibus diſponendis pictores obſeruant, & in diplomatis pontificū ſigillo munitis animaduertimus, vt Paulus ſemper ſit Petro dexter: de quo infra dicam. Nunquid tamen tanquam in potiori loco; abſit vt Apoſtolorum principi alter quiuis præferatur. Nam quid ſibi vult gladius ille, quem Paulus habet ſtrictum, niſi quod eſt Petri comes, ſtipator, atque ſatelles? Huius antiquitatis ignarus Thomas, in illud Apoſtoli *ad Galat.* 1. Qui ſuſcitauit eum à mortuis, cum non haberet quid diceret, ad commentum illud confugit; quia præſens, inquit, vita ſignificatur per ſiniſtram. Futura vero per dextram, inquam, iſta eſt cœleſtis & ſpiritualis, illa vero temporalis. Ideo Petrus quia vocatus à Chriſto adhuc in carne mortali poſito, ponitur in bulla, in parte ſiniſtra. Paulus vero quia vocatus à Chriſto iam glorificato, ponitur in dextra parte. Diximus ample infra *iſta part. in 31. conſiderat.* Reliquum eſt, vt ad quæſtionem Auguſtini de permutatione dextrarum reſpondeatur. Ille namque, vt eſt in rebus, quæ ad noſtram religionem pertinent, nihil affirmantis Academiæ imitator, vt videtur illa non penitus explicaſſe, ſed vt dicit Nebriſ. ex his, quæ ſuperioribus dicta ſunt, reſpondendum eſt. Quod aut Pater ſedet in throno maieſtatis ſuæ, & ita iubet filium ſibi à dextris, hoc eſt, in ſecundo loco ſedere: aut præſtat e filio tanquam ſtipatorem, protectoremque; & tunc reponit filium in primo, hoc eſt, in tutiori loco, & ſic dictum eſt: *Dominus à dextris tuis.* vnde ſubdit: *Confregit in die iræ ſuæ Reges.* atque iterum in Pſal. 15. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Faciunt quæ dixi *in 1. parte, in 25. concluſ.* quæ incipit: *licet vaſallus.* & *in 96. concluſ.* incip. *arma etiam. 38. conſider.*

Tu dic vltra Nebriſſ. concordando omnia prædicta, quod aut eſt quæſtio de tribus eiuſdem dignitatis, aut de quibus poteſt eſſe dubium: & tunc qui medius eſt, in digniori lo-

co eſt, & qui à dextris eo dignior, qui à ſiniſtris. vt patet *in dictis concluſ.* Quando vero eſt quæſtio de duobus tantum, quorum vnus comitatur alterum; tunc qui eſt ad ſiniſtram dicitur eſſe primus & in priori loco, cum latus cingat, claudat, aut tegat, vt ſupra dictum eſt. Intellige, ſcilicet poſt illum cui cingitur, clauditur, aut tegitur latus, quoniam ex illo datur prior locus exiſtenti ad latus & cingenti, ſeu claudenti & tegenti, & ita credo eſſe intelligenda dicta Nebriſſen. ex dictis etiam ſupra *in prima parte,* vbi ponitur qui dicantur habere priorem locum & digniorem.

Vel melius dic, quod ſedere filiũ à dextris nihil aliud eſt, quam conregnare patri: ſicut ille, qui ſideret regi ad dextram, aſſidet ei in regnando & iudicãdo ſecundum Auguſt. & Thomam *in vltima par. q.* 7. allegatos per Io. de Terra rubea *in tractatu ſuo, Vinea eccleſiæ. intitulato, ar.* 2. *primi tract. in* 4. *concl.* quæ expoſitio mihi videtur verior & ſanior.

Tertia cõſideratio erit de Spiritu ſancto, cuius eſt vna deitas, & eſſentia cum Patre & Filio. Ideo quod ratione deitatis pater non eſt maior filio, filius non eſt maior ſpiritu ſancto, ſed ſunt æquales. Et cum ſint tres perſonæ: ratione perſonæ ſedebit ad ſiniſtram patris, eo quia filius ſedet ad dextram. Non per hoc, quod ſpiritus ſanctus ſit maior; quia, vt dixi, nulla eſt maioritas & minoritas inter patrem & filium, & ſpiritum ſanctum. Sed vt ſecundum ſedes naturales, ſi eſſent tres æquales, qui vellent ſedere in vno loco, vnus eſſet in medio, & alii duo ad latera, vnus ad dextram, alter ad ſiniſtram: Ideo etiam hoc modo dicemus in Trinitate, vbi ſunt tres perſonæ æquales, quod ſedebunt hoc modo. Et vnaquæque perſona in ſua ſede æqualiter operatur effectum deitatis, non quod vnus ſit melior altero, ſed æqualis: & procedit ſpiritus ſanctus à patre & filio, *c.* 1. *de ſum. tri. & fid. cath.* habetur *in c. de ſpiritu. & in c. ſaluator. de conſe. diſtin.* 5. *& in c. ſi. de conſe. diſt.* 3. Et dicitur in Symbolo, *Credo in vnũ Deum*, quod in miſſa cantatur, ibi: *Qui ex patre filioque procedit*, & in Pſal. *Quicunque vult.* Et propter multos effectus dicitur ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, mobilis, diſertus, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum actum, qui nullum vetat benefacere, humanus, benignus, ſtabilis, ſecurus, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, vt per Bernar. de Buſt. *in* 2. *par. Roſarii, ſerm.* 38. *in litera X.*

Quarta conſideratio. Sancta Dei genitrix virgo ſemper Maria eſt ſupra Apoſtolos, angelos & archangelos, vt dicit gl. *in l. omnes dies. in ver. Apoſtolica. C. de feriis.* Et canit mater Eccleſia, quod exaltata eſt ſuper choros angelorum: quod probat Albertus. Omnes chori angelorũ ſunt de aliqua Hierarchia: ſed ipſa exaltata eſt ſuper choros angelorum; ergo ipſa eſt ſuper omnem Hierarchiam. Et facit, prout dicitur, quoniam beata virgo Maria plus diſtat à Seraphin dignitate, & gloria, quam Seraphin à Cherubin. Sed per excellentiam dignitatis ordinatur Seraphin ſuper Cherubin vno ordine; ergo beata virgo Maria erit ſuper Seraphin vno ordine; ergo ſuper Hierarchiam angelorum. Et etiam quia mater Dei, ideo thronus eius poni debet iuxta thronum Dei, vt habetur 3. *Reg.* 2. *c.* Poſitus eſt thronus matris eius iuxta thronum Regis. Et à dextris Dei ſedere debet, iuxta *Pſal.* 49. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.

Et quod ſit ſuper Hierarchias omnium angelorum, & ſuper choros, ſatis probatur per Bart. Sibyllam *in ſuo ſpeculo quæſtionum peregrinarum. in cap.* 10. *ſecunda decadis. ver. ſecunda quæſtiuncula eſt.* Et ampliſſime comprobat ex multis Ant. Flor. *in ſua ſumma,* 4. *parte. tit.* 15. §. 15. vbi ponendo duodecimum priuilegium illius, dicit Mariam vltra omnes creaturas mundi eſſe honorãdam & priuilegiatam duodecim priuilegiis. Et ibi cum beato Aug. De te ô virgo Maria quid dicam pauper ingenio? Cum quicquid dixero, minor laus eſt, quam tua dignitas mereatur. Et quibus te laudibus efferam neſcio. Si cœlum appellem, altior es, & quæ cœli capere non poterant, tuo gremio contuliſti. Si matrem gentium dicam, excedis. Si formam Dei appellem, digna exiſtis. Si dominam angelorum

rum vocem, per omnia comprobaris; quia domina angelorum es.ergo ſuper omnes angelos exaltata.

Petrus Comeſtor compilator hiſtoriæ ſcholaſticæ hos ſequentes verſus in laudem Virginis eleganter compoſuit: vt refert Ant. *in 3.par.ſuarum hiſtor.tit.18.c.8.*

Si fieri poſſet, quod arena, puluis & vnda,
Vndarum guttæ, roſa, gemmæ, lilia, flammæ,
Aethera, cœlicolæ, nix, grando, ſexus vterque,
Cum ventis pennæ volucrum, pecudum genus omne,
Syluarum rami, frondes, auium quoque pennæ,
Gramina, ros, ſtellæ, piſces, angues & ariſtæ,
Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,
Lingua cuncta forent, minime depromere poſſent,
Quæ ſit vel quanta eſt virgo regina Maria,
Quæ tua ſit pietas, nec litera nec dabit ætas.

Sic ergo tot & tales viri laudem ſufficientem & cõdignam dicere, nec referre poſſint; quid ego miſerrimus pauciſſimi ingenii faciam? nihil aliud, niſi de his ad illos me remittam, maxime ad dictam ipſius Ant. *in d.4. parte, lib.10.c.43. in ſermone de aſſumptione*: vbi ponit, quomodo habet omnes proprietates omnium ordinum cœleſtiũ Hierarchiarum, & illas omnes excedit. Et poſt dicta Anshelmi de laudibus Mariæ dicam in ſeq. O fœmina mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, per quam elementa renouantur, angeli reintegrantur, inferna eneruantur, homines ſaluantur. O fœmina, plena & ſemper plena gratia, de cuius plenitudinis exundantia reſperſa, reſultat omnis creatura. O virgo benedicta, per cuius beatitudinem benedicitur omnis creatura, & nõ ſolum creatura à creatore, ſed etiam creator à creatura laudatur. O Maria dulciſſima ſemperque beatiſſima, ſi omnis peccator ad te conuerſus, & à te ſit deſpectus, neceſſe eſt, vt pereat, ſi omnis peccator ad te conuerſus & à te conſpectus, impoſſibile eſt, vt pereat. Et idem Anshelmus *de cõceptu virginali, cap.12.& 13.* Nihil dominæ eſt æquale, nihil comparabile. Omne enim quod eſt, aut ſupra te eſt, aut infra te eſt: quod ſupra te eſt, ſolus Deus eſt: quod infra te eſt, omne quod Deus non eſt.

Ideo dicam cum Baptiſta Mantuano, *lib.1. Parthenices, c.2.*

Nulli adeo viuax animi ſolertia, nulli
Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ,
Vt Mariæ poſſit laudes æquare loquendo.
Quæ data ſunt illi, nunquam mortalibus vllis
Antea conceſſit, vel poſt concedet olympus.

Et ideo etiam Dionyſ. videns Mariam, ait:

O quam te memorem virgo, namque haud tibi vultus
Mortalis, nec lex hominum ſonat, ô Dea certe.
An Phœbi ſoror, an nympharum ſanguinis vna,
Sis fœlix, noſtriſque leues quemcunque laborem.

Idcirco ego minimus aduocatorum & ſcribentium, te Mariam omnium Chriſtianorum aduocatam ſalutando, ſupplex dico:

Humanæ cum ſis tutrix pia virgo cohortis,
Quam ſterilis genuit nobilis Anna ſinu.
Ad te nunc humili conuerto mente ſalutes,
Quas prius excelſa Gabriel arce tulit.
Te facilem concede precor, tu vota rogantis
Suſcipe, nec fuſas deſpice virgo preces.
Tu dextrum mundi ſidus, tu lumen honoris,
Per quam Ieſſei ſtipitis vmbra nitet.
Tu decoris ſpeculum, noſtra ſpes ſola ſalutis,
Qua duce flagranti pectore mœror abeſt.
Tu regina poli, cunctique medela reatus,
Diceris & celſa ianua certa domus,
Quæ fuerat vetito virgo caſtiſſima morſu,
Clauſa prius iuſſu panditur illa tuo.
Non opus eſt tenui præconia ludere verſu,
Pro tantis noſtras laudibus ecce preces.
Fac quæſo portus veniant ad vela ſecundos,
Noſtras nec immenſo fluctuet amne ratis.
Per dubios pelagi fluctus, per ſaxa, per hoſtes
Currimus, inferno porrige diua manum.
Ad te conuerſus ſtygia non cæca charybdis,
Antraque nec dura corruat hoſte timet.
Quid memorem noſtro precepi illabere cordi,
Fulgeat eloquio linguaque noſtra graui.
Pelle procul mortis volitantia tela ſiniſtra,
Nec mea ſordeſcant crimine corda precor.
Fac ſanas habeam ſano cum corpore mentes,
Nec careat ſalubri debile pectus ope.
Si corpus Lacheſis cum ſtrauerit enſe, fruatur
Protinus aſpectu ſpiritus ipſe tuo.

Protege quæ cecini, greſſu ſed ille citato
Pergat in extremam Zoilus alter humum.
Te duce non timuit vultus nunc Muſa minaces
Noſtra, ſed expulſo læta pauore canit.

Et cum Eccleſia Catholica deuote dicam.

Tu ſpes certa miſerorum,
Vera mater orphanorum.
Tu leuamen oppreſſorum,
Medicamen infirmorum.
Omnibus es omnia.
Te rogamus voto pari,
Laude digna ſingulari.
Vt errantes in hoc mari
Nos in portu ſalutari
Tua ſiſtat gratia. Amen.

QVinta conſideratio. Poſt ſupradictas perſonas ponuntur angeli: quoniam ex quo dicit ſanctus Thom. *in prima par. ſumma, q. 66. ar. 3.* Angeli ſunt in cœlo collocati, non ſolum vt æternaliter contemplantes, ſed etiam vt generaliter præſidentes; quia præſunt omni corporeæ naturæ, ideo in ſupremo loco debent collocari, poſt Chriſtum tamen, qui præeſt omnibus Principatibus, Poteſtatibus & Virtutibus, & Dominationibus, vt habetur per Paulum *ad Epheſ. 1. cap.* Quorum collectio diſtincta eſt in triplicem Hierarchiam, & quælibet Hierarchia in tres ordines. vnde Greg. *in mortalib.* Nouem ſunt ordines angelorum, cum per ſacra eloquia Angeli, Archangeli, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Throni, Cherubin, & Seraphin, aperta narratione memorantur. Et ſupernorum ciuium quando ſint diſtinctiones, oſtenditur *de pœn. diſtinct. 2. cap. princip. §. nouem.*

In prima igitur & ſuprema Hierarchia ponuntur Seraphin vt ſupremi, deinde Cherubin, & Throni. in media ponuntur Dominationes, Principatus, & Poteſtates. & in tertia Virtutes, Archangeli, & Angeli, ſecundum Gregorium. Et in huiuſmodi ordine relucet myſterium Trinitatis. Nam ex vnitate Hierarchiæ inuenitur vnitas diuinæ eſſentiæ. In tripartito ordine oſtenditur trinitas perſonarum: Et ipſe quidem Deus trinitas, qui omnia operatur in ſingulis diuidens, prout vult. Amat in Seraphin vt charitas. Nouit in Cherubin vt veritas. Sedet in Thronis, vt æquitas. Dominatur in Dominationibus, vt maieſtas. Regit in principatibus vt principium. Tuetur vt virtus, in virtutibus. Reuelat vt lux, in Archangelis. Aſſiſtit vt pietas in Angelis. Et in prima Hierarchia æquitas in Thronis refertur ad patrem, cognitio veritatis in Cherubin ad filium, ardor amoris in Seraphin ad Spiritum ſanctum. In ſecunda Hierarchia maieſtas Dominationis ad Patrem, rectitudo principãdi ad Filium, ſalus in tuendo poteſtatem ad Spiritum ſanctum. In tertia operãtio virtutum ad patrem, reuelatio ad filium, inſpiratio intellectus ad Spiritum ſanctum.

In quolibet etiam angelo relucet veſtigium trinitatis. Nam in quolibet eſt tria neceſſario indiſtincte reperiri, ſecundum Dion. ſcilicet, eſſentia, virtus ſeu potentia, & operatio: & tamen in vno ſunt, & ſic omnes Angeli benedicunt Dominum, trinitatem, & vnitatem inſinuantes, ſcilicet eorum conditionibus. ita dicit Ant. Flor. *in ſua ſum. 3. par. tit. 31. q. 6. §. 1.*

Et vt dicit Thomas *1. part. per totum. & 2. diſtinct. quæſt. 1.* Hierarchia, eſt diuinus ordo ſecundum ſcientiam, & actionem in aſſimilatione Dei, & ibi ample ponit, quod in qualibet Hierarchia ſunt tres ordines, & in quolibet ordine ſunt multi angeli, & angeli vnius ordinis non ſunt æquales: & ibi etiam ponit, quod homines aſſumuntur ad omnes ordines angelorum. Angelus tamen inferioris ordinis non aſſumetur ad ſuperiorem. Etiam dicit ibidem, quod minimus ordo angelorum eſt ſuperior ſupremo naturæ Hierarchiæ, quod quomodo intelligatur, vide ne ſint contraria ea, quæ dicuntur, in quantum dicitur, quod in quolibet ordine aſſũmũtur homines, vt infra etiam dicturus ſum.

Et vt dicit Raymundus Sebnudius *in ſuo Dialogo 4. c. 42.* omnino neceſſe eſt credere in maximo atque incomprehenſibili numero angelos eſſe in multitudine enim miniſtrorum

ſtrorum dignitas principis, & in paucitate plebis, ignominia principis, imoque millia millia miniſtrant ei, & decies millies centena millia aſſiſtunt ei. Itaque ſi in natura corporea ſunt innumeræ ſpecies lapidum, herbarum, arborum, piſcium, auium, quadrupedum, & innumera indiuidua hominum, erunt etiam infinitæ ſpecies angelorum. At ne putemus hanc multitudinem confuſam eſſe, ideo oportet ſcire, quod inter angelos eſt ordo pulcherrimus, diſcretiſſimus, iucundiſſimus. Videmus enim, quod in rebus corporeis eſt ordo mirabilis: ſunt tamen quædam ſuperiora, quædam inferiora, & quædã his media. Elementata, & omnia inanimata ſunt infima, vegetatiua media, conſitiua ſuprema. Super hæc omnia eſt homo omnium ſublimiſſimus. Habet tamen etiam humana natura multiplicem ſtatum ſecundum ſuperius & inferius. In hominibus enim ſunt agricolæ, mercatores, burgenſes, nobiles, milites, Barones, Comites, Duces, Reges: & vnus omnium Imperator. in ſtatu eccleſiaſtico ſunt rectores, diaconi, & archidiaconi, decani, præpoſiti, abbates, epiſcopi, archiepiſcopi, patriarchæ, & ſuper omnes Papa apoſtolicus. Si igitur tam decorus eſt ordo in his rebus inferioribus: multo amplius in illis nobiliſſimis, altiſſimisque ſpiritibus erit ordo mirabilis, artificioſus, iucundus. Sunt enim inter eos tres Hierarchiæ, id eſt tres ſacri principatus, & in qualibet Hierarchia ſunt infimi, ſunt medii, ſunt ſupremi, & hæc ordinatiſſima cuiuslibet Hierarchiæ multitudo ad vnum tendit omnium ſupremum. In elementis, vt videmus, ignis eſt dignior, in genere piſcium, Delphin, in auibus, Aquila, in beſtiis, Leo, in hominibus Imperator: omnia tendunt ad vnum caput. Ita quoque in angelis æſtimandum eſt.

SExta conſideratio. Seraphin tanquam excellentes ſunt in primo loco, ac ſupremo ordine angelorum. & in prima Hierarchia & ſuperiori; cum tres ſunt Hierarchiæ cœleſtes, quas diſtinguit Dionyſius *in ſua Hierarchia, lib. 9.* in ſupremam, mediam & infimam: vt hic ante dictum eſt. Et dicitur Hierarchia à hieron, quod eſt ſacrum, & archos princeps, quaſi ſacer principatus. Et, vt dictum eſt, ſunt tres Hierarchiæ, in quarum qualibet ſunt ordines, & ſic in toto ſunt nouem ordines angelorum ſeu ſpirituum beatorum chori. Et in ſuprema ſunt Seraphin, Cherubin, & Throni. In media ſunt Dominationes, Virtutes, & Poteſtates. In infima ſunt Principatus, Archangeli & Angeli. Et de ſingulis videndo incipiemus à Seraphin tanquam ſuperiori & excellenti, cum tales excellunt in hoc: quod eſt omnium ſupremum, ipſi Deo vniri. Quia nomen Seraphin non imponitur tantum à charitate, ſed à charitatis exceſſu; quoniam importat nomen ardoris, vel incẽdii, vt inquit Dionyſius, relatiue Barth. Anglic. *in ſuo lib. de proprietat. rerum, lib.* 2. Pulchre, inquit, prima cœleſtium Hierarchiarum, excellentiſſimus eſſentiis, ſanctificat, Ordinem habens omnibus circa Deum immediate collocatum.

Et iſti nouem ordines, qui ſunt in eccleſia triumphante, deſignantur per nouem lapides, de quibus *in cap. principium. de pœnit. diſt.* 2. Sic etiam in eccleſia militante ſunt nouem ordines, de quibus *in c. cleros. 21. diſtinct.* Et ſic Eccleſiæ duplex eſt ordo, vt dicit Lucas de Pen. *in l. ordinem. C. de conſulib. & non ſpargend. lib.* 12. Et primus ordo eccleſiæ triumphantis eſt Seraphin.

Dionyſius enim exponit nomen Seraphin ſecundum proprietates ignis, in quo eſt exceſſus caliditatis: in ipſo enim tria ſunt. Primo, quod ſemper tendit ſurſum, & quod eſt continuus: per quod ſignificatur, quod ille ordo indeclinabiliter mouetur in Deum. Secundo eius virtus actiua eſt; quia calidus cum quadam acuitate; & eſt maxime penetratiuus in agendo, & pertingit vſque ad minima, cum quodam excedenti feruore. Et per hoc ſignificantur actiones angelorum huius ordinis, quas in ſubditos potenter exercent, eos in ſimilem feruorem excitando, & totaliter eos per incendium purgando. Tertio, eſt in igne claritas, & hi angeli habent in ſe inextinguibilem lucem, etiam alios perfecte illuminando, vnde Gregorius,

Digitized by Google

gorius, Seraphin vocantur illa agmina, quæ ex ſingulari propinquitate conditoris ſui incorruptibili ardent amore.

Et hi nobis mittuntur ad cordium noſtrorum inflammationem. vt dicit Bernard. de Buſtis *in 2. part. ſui Roſarii. ſer.* 10. *in litera H.* vt patet 4. *Reg.* 2. *c.* In angelis, qui in curru igneo, equis igneis apparuerunt Eliæ, quem tranſtulerunt in cœlum tanquam vnum de Seraphin. & *Eſa.* 6. vbi dicitur: Apparuit & volauit ad me vnus de Seraphin, qui deuotos & contemplatiuos incendunt & inflammant in feruore & amore diuinorum: vnde dicuntur habere ſex alas; duas, quibus volant, duas, quibus ſe tegunt ſuperius, & duas, quibus ſe tegunt inferius, vultum habentes igneum & rubrum, & in amore diuorum inflammatum.

Si tamen iſti de ſuperiori ordine mittuntur ad nos, & quomodo, vide Ant. Flo. *in ſum. in* 3. *part. tit.* 31. *cap.* 6. §. 4.

Ad hunc ordinem transferuntur homines in hoc mundo rapti ad diuina, omnia exponentes propter amorem diuinum, cupientes omnes ſaluos fieri in dilectione proximorum, & de eorum ſalute tanquam de ſua gaudentes. Quidam enim ſunt in igne charitatis ita conuerſi, & in ſolo Dei deſiderio ita anhelantes, quod omnia huius mundi propter Deum ita contemnunt, qui ad hunc ordinem aſſumuntur, teſte Greg. Qui ſupernæ contemplationis amore accenſi in ſolo conditoris ſui deſiderio anhelant, nihil in hoc mundo iam cupiunt, ſolo æternitatis amore paſcuntur, terrena quæque abiiciunt, cuncta temporalia mente conſcendunt; imo tranſcendunt, amant & ardent, atque in ipſo ſuo ardore requieſcunt: amando ardent, loquendo accendunt, & quoſcunque verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt, qui intra Seraphin numerum ſortem ſuę vocationis acceperunt.

Et iſti ſunt maiores & excellẽtiores omnibus aliis Dei prope diuina ſecreta cognoſcẽtes, quibus ipſi inflammati aliis reuelare gaudent. Cum quibus ſtabunt omnes perſonæ charitate diuina inflammatæ ſuper omnes alios; quia maior horum eſt charitas, **1. ad Cor.** 13. Quia, ſicut lucerna ad ignem liqueſcit, & cera fluit; ſic talia ſunt intantum in Dei amore ardentes, quod ſtatim, quando de Deo cogitant, quam magna opera eius, quam magna virtus, miſericordia, & miſeratio eius, ſtatim fluunt in lachrymis, conſiderando eius bonitatem, & quanta eis contulit, & pro eis fecerit, delectabiliter ſuſtinent omnes labores: qui in hoc ordine collocantur, & ſolemnitate coronantur, Deo propinquiores inter ciues cœleſtes.

Ad hunc enim ordinem aſſumentur legis naturæ Prophetæ, leges Moſaycę, & Apoſtoli, ſeu Eremitæ, aut eis ſuccedentes in lege gratiæ, qui vitam propriam contempſerunt ex nimia charitate, propter ſalutem propinquorum ſummi Pontifices, & ſupremi principes. Quoniam, vt dicit S. Tho. *in lib. ad Regem Cypri*, veri Reges & Principes ſupremum gradum tenent in beatitudine cœleſti. relatus per Io. Ludouicum Viu. *in ſuo opere regali. in prolog. tractatus, de cognitione electorum.*

Sed ad declarationem ſequentium notãdum eſt, quod quando creauit Deus cœlum, ſtatim angelis repleuit; quia ſimul creati ſunt angeli, & cœlũ angelis repletum, imo omnia creata ſunt ſimul. ait gloſſ. *in verb. ſimul. de ſum. tri. & fid. cath. in princ. extra.* Et ipſos angelos diſtinxit per tres hierarchias, & nouem choros ſiue ordines, ſecundum illud *Io.* 14. In domo patris mei multæ manſiones. *& in c. nouit. & c. in domo. de pœn. diſt.* 4. Quoniam in quolibet ordine ſunt ſex mille, ſexcentæ, & ſexaginta ſex manſiones. In qualibet manſione poſſunt eſſe tot regna, tot ducatus, tot comitatus, tot nationes, tot prouinciæ, tot ciuitates, tot domus. Et in qualibet domo tot ſedes ſeu loca, ſcilicet ſex mille, ſexcenta, & ſexaginta ſex. Et in qualibet ſede, ſeu loco, de quo dicitur: Nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, eſt anima. Et quando omnia illa loca replebuntur; tunc (vt opinantur nonnulli doctores deuoti, hanc calculationem pie ponentes & credentes) aduenie: extremum iudicium. Et in quarum qualibet, conſtituit vnum principem, & in primo iſto ordine Seraphin,

Digitized by Google

raphin, conſtituit Luciferum, & in quolibet alio poſuit alium, tanquam capitaneum, vt infra dicetur. Qui quidem lucifer, ſuam pulchritudinem conſpiciens, inde ſuperbiuit, dicens: Ponam thronum meum in aquilone, & ero ſimilis altiſſimo. Et ſuum intentum inferioribus notum fecit, qui quanto plus ei conſenſerunt, magis peccauerunt: ita quod traxit ſecum tertiam partẽ de quolibet ordine. Imo numerum nobis infinitum, ſeu infinitam multitudinem: cõtra quos debellauit Michael.

Et ab hoc ordine cecidit vſque ad vltimum, & inferiorem inferni carcerem cum ſuis complicibus Lucifer princeps omnium prædictorum, ſecundum Magiſtrum ſententiarum, *lib.* 2. qui eminentiam ſuæ naturæ, & profunditatem ſuæ ſapientiæ perpendens, in ſuum creatorem ſuperbiuit, & vt Deus eſſe voluit: non quidem per imitationem iuſtitiæ, ſed per æqualitatem perſonæ: & quãto Deo factori ſuo contradixit, & cæteris erat altior & pulchrior; tanto factus eſt cæteris inferior, turpior & miſerior, & deſcendit in profundum inferni, ſecundum illud *Luc.* 10. Videbam Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Et iſtud rationabile fuit: cum, in quo quis peccat, in eo torqueri debet. gloſſ. fin. *in cap. ſi quis.* 94. *diſt.* & maxime in illo, qui ſedem ſibi non conuenientem petit, & in ſupremo loco ſe ponere vult, qui ſibi non debetur, in eo punitur, quod ponitur in remotiori, vt habetur *leg.* 1. *C. vt dignit. ordo ſeruetur. lib.* 12. facit text. *in cap. præcipimus,* 95. *diſtin.* & Bald. *in conſi.* 237. *in* 1. *volum.* licet tex. *in l. neminem. C. de offic. mag. off.* vtatur maiori benignitate, vt ſupra dixi *in* 1. *par.*

Et ideo, ex quo ipſe fuit occaſio peccati aliorum, ideo magis punitur, & in loco inferiori: cui loquitur *Eſa.* 14. dicendo admiratiue: Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris! qui dixiſti in corde tuo: In cœlum conſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum, & ſimilis ero altiſſimo: verumtamen ad inferna detraheris in profundum lacus. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proſpicient, ſcilicet qui te viderunt per conſenſum peccati ad te inclinabuntur, & ad tuos, qui tibi conſenſerunt.

Ad quem deſcendunt ſuperbi, inflati, nequiſſimi blaſphematores Dei ſui creatoris, & omnes in ſtatu ſupremo in hoc mundo exiſtentes, vt ſunt Reges, Imperatores, Papa, & alii ſuperiores principatus, ſi contingat eos ad inferna deſcendere, erunt in dicto inferiori carcere cum Lucifero, & ſuis complicibus qui erant illius ordinis Seraphin. Et à Lucifero coram Deo accuſabuntur, ſecundum quod ſcriptum eſt, *Ezech.* 22. de quo Bernard. de Buſtis *in* 1. *par. Roſar. ſermone* 10. *in* 1. *part. in litera L.* De pluribus autem principibus dubitare poſſumus, de eorum ſaluatione; imo plus credendum & præſumendum eſt, de eorum damnatione, cum male vixerint, & mala morte dies ſuos finierint, ne ſint in hoc loco collocati: de aliquibus dicam inf. in ſexto ordine chori angelorum, vbi ponam de luxurioſis: hic vero ponam de aliis, qui male vixerunt, & peſſima morte vitam ſuam finierunt: vt de Nimroth habetur, qui fuit oppreſſor, & tyrannus, & morte infelici conſummatus eſt.

Pharao, rex Ægypti, ignorans Deum, idololatra & oppreſſor, decies contumax domino Deo, & ſeruo ſuo Moyſi, in mari rubro ſubmerſus eſt cum exercitu ſuo, *Exod.* 14. *&c. Nabuchodonoſor* 24. *q.* 4. De pluribus autẽ aliis infra dicam *in* 5. *part. in princip.* Sed quoniam hic ante dictum eſt, quod Lucifer deſcendit ad infimum locum inferni, ex quo videtur, quod in hoc ſit ordo, aduertẽdum eſt, quod in inferno eſt ordo triplex, ſecundum aliquid, & ſecundum aliquid, non eſt ordo in inferno. Eſt ergo ordo, Primo, diuinæ iuſtitiæ; quia ſic dicit Paulus *ad Rom.* 13. *ibi; Quæ à Deo ſunt ordinata.* ſicut peccatores in ſuppliciis ordinantur, vt nunquam ſit dedecus culpæ ſine decore iuſtitię. Vnde ita pulchre & ordinate ſtat peccator in inferno, ſicut in annulo gemma, & latro in furca, ſicut ſeruus in cloaca. Secundo, ordo eſt culpæ: quia illi qui fuerunt ſimiles in culpa, ſociabuntur in pœna. vnde ſuper illud *Matth.* 13. Alligate ea in faſciculos ad comburendum. dicit Greg.

delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Et Aug. vbi ſupra. Non vult ſacrificium Deus trucidati pecoris, ſed cordis contriti.

Secundum eſt ſacrificium cordis igne diuini amoris inflammati, de quo Aug. Deo ſuauiſsimum odorem adolemus, cum in eius conſpectu, pio, ſanctoque amore preces fundimus.

Tertium eſt ſacrificium corporis propter Deum mortificati. *ad Ro.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra.

Quartum eſt ſacrificiū corporis pro Deo, proprio ſanguine cruentati. vnde Aug. Deo cruentas victrices damus, quando vſque ad ſanguinem pro eius veritate damus.

Quintum eſt ſacrificium laudis, *Pſal.* 49. Immola Deo ſacrificium laudis. *Clem.* 1. *in prin. de celebr. Miſſarum.*

Sextum ſacrificium eſt miſericordiæ, quo proximo ſubuenimus. *ad Hebr. vlt.* beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis promeretur Deus.

Sacrificium ſeptimum eſt iuſtitiæ, id eſt, cuiuſcunque boni operis. *Pſal.* 4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ.

Octauum ſacrificiū eſt voluntatis, de quo *Luca* 2. *cap.* Et in terra pax hominibus. Gregor. Ante Dei oculos nunquam eſt inanis vacua munere, ſic arca cordis plena eſt bona voluntate. Nil quippe offertur Deo dignius voluntate bona. Et Aug vbi ſup. dicit: Sacrificium res diuina eſt, & opus miſericordiæ propter Deum, ipſa vero miſericordia, quæ homini fit ſi non propter Deum, non eſt ſacrificium. Etiam ad cultū operis pertinet thurificatio, quæ oſtendit affectum noſtrum integre dirigendum eſſe in Deum.

SEcunda conſideratio. Ieſus Chriſtus filius Dei ſedet ad dextram patris. Et iſtud poteſt referri ad humanam vel diuinam naturam. Si ad humanam; tunc dicendum eſt ſecund. Aug. *lib. de ſymbolo*, quod eſt intelligendum, vt Deus pater humanitatem Chriſti ad dextram ſuam collocauerit: quoniam Deus membra non habet, vt poſſit dici eum habere dextram vel ſiniſtram, ſed eſt ſermo metaphoricus. Quia ſicut in dignitatibus humanis nullus apud Regem vel aliquem dominum dicitur præſtantior & honoratior, quam qui ad dextram eius ſedet: prout dixi infra *in* 5. *parte, in* 5. *conſideratio.* incip. *alii modi.* Sic etiam Deo eſſe gratior & ſublimior dicitur, qui eſt ad dextram virtutis Dei patris. Id eſt, illa humanitas eſt ſic apud Deum exaltata, quantum eſt poſsibile aliquam creaturam exaltari, ita quod nunquam alia ſic exaltabitur. Quoniam, vt ait Pſalmiſta, *Pſal.* 8. Deus pater gloria & honore coronauit Deum filium ſuum, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum. Et ideo dicebat beatus Stephanus cum lapidaretur, *Actor.* 7. Ecce, video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei. Et etiam ipſe Chriſtus dicebat *Matth.* 26. Amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei.

Sed ſi dextra referatur ad diuinam naturam, tunc per dextram intelligitur æqualitas patris & filii. Ne quis enim crederet Dei filium, propter aſſumptam humanitatem, eſſe minorem patre ſecūdum diuinitatem: Ideo filius dicitur ſedere ad dextram patris, id eſt, ad æqualitatem patris. Ideo dicit Paul. *ad Coloſſ.* 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextra Dei ſedens. Et *ad Heb.* 1. dicit: Qui, cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ, ſedet ad dextram maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis effectus eſt, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: *Filius meus es tu, &c.* Et ibi; *Et adorent eum omnes angeli Dei.*

Vel aliter, & quaſi in idem, ſedere à dextris Dei ſecundum diuinitatē, eſt eſſe æqualem Deo, vt dictum eſt, ſed ſedere ſecundum humanitatem, eſt frui potioribus bonis Dei præ cæteris creaturis; id eſt, in maiori beatitudine. Et cum hoc, vt dictum eſt, habens iudiciariam poteſtatem iudicandi viuos & mortuos. Ideo dicitur in ſymbolo: *Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.* Quoniam iudi-

Digitized by Google

cantis ſedes ſublimior cæteris eſſe debet. *c. epiſcop. 95. diſt.* dixi infra *in 7. parte, in 24. conſi.* incip. *generalis eſt, &c.*

Et de dignitate & excellentia Chriſti ponit Paul. *in Epiſtola vlt. ſupra alleg. ad Hebr.* In ipſa autem oſtẽdit Paulus dignitatem Chriſti; quia Deus eſt & homo. Diuinitatem dum ait, nouiſsime locutus eſt nobis in filio, per quem fecit & ſecula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ; & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia, id eſt, ſuſtentans verbo virtutis ſuæ, &c.

Excellentiã humanitatis eius demoſtrat, dicens, quem feci hæredem vniuerſorum, id eſt, dominum, purgationem peccatorum faciens, ſcilicet humani generis per paſsionem ſuam, ſedet ad dextram maieſtatis in excelſis: ſcilicet reſurgens & aſcendens, ad maiorem gradum gloriæ, *vt prædi. c. ſupra alleg.* ample declarat Ant. *in ſua Chronica. lib. 1. tit. 6. c. 5. §. 2.* Et Chriſtus nemini fuit ſubiectus 21. *quæſt. 3. in prin.* vt ait gloſſ. *in ver. omnis anima. in c. magnum. 11. quæſt. 1.* ſed habetur *Luc. 2.* Et erat ſubditus illis. De huiuſmodi gloria filii Dei & vnigeniti videatur Carol. Bouill. *ſuper Euangelium Ioannis in verb. Et vidimus gloriã eius.* Ipſe enim conſtitutus eſt ad dextram patris in cœleſtibus ſuper omnem pricipatum & poteſtatem, virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, &c. vt habetur per Paulum *ad Epheſ. 1.*

Aduertendum tamen eſt ad illud, quod dictum eſt hic ante: Cum apud omnes nationes vſitatiſsima ſit cõſuetudo, vt qui ſedet ſiue incedit ad dexteram alicuius, obtinet locum priorem. Quærit Anton. Nebriſſenſ. *in ſua. 53. quæſtione, ſeu annotatione* 38. quid ſibi vult, quod *in Pſal.* 109. legitur: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Nam cum Pſalmus ille in ſenſu literali de Chriſto intelligatur: ſintque verba patris ad filium, quid incongruẽtius dici poteſt, aut quid magis indecorum, quam, quod filius priorem occupat locum? Neque ſolum ibi, ſed mille aliis in locis ſcriptura ſacra teſtatur, Chriſtum ad dextram patris ſedere: Qui, tametſi natura patri eſt æqualis, qua tamen filius & qua homo eſt, cedere debuit patri primam ſedem. Sed, vt dicit, iſte locus à Theologis exponi ſolet à dextris, id eſt, in bonis potioribus. ſed eodem teſte, certe expoſitio nimis violenta, atque male cohærens. Quod ſi ad dextram ſedere honorificentius eſt, cur in eod. Pſalmo ſubiungitur: Dominus à dextris tuis? cur quid ſibi vult hæc dextrarum permutatio, quod & Auguſt. ſubdubitauit?

Legimus præterea 3. *Reg. cap. 2.* Berſabee, cum veniſſet ad Salomonẽ filium nuper regno potitum, quod ſedit Rex ſuper thronum ſuum, & quod poſitus eſt thronus matri Regis, & ſedit ad dextram illius. illud quoque ex *Pſal.* 44. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato. Neq; enim tantum reuerentiæ filius debet matri, aut ſponſæ ſponſus, vt ſi ad publicum magiſtratũ peruenerint, matri aut ſponſæ in aliorum maxime conſpectu, priores ſedendi partes concedãt. Iure igitur factum eſt, quod Quint Fabi. Maxi. conſul, cum pater procul equo vehens illi obuiam proceſsiſſet, imperauit lictori, iuberet patrem ex equo deſcendere, qui iuſſu paruit, filium que collaudauit, quod dignitatem imperii retinuiſſet. Et ideo, vt dicit idem Nebriſſenſ. cum hanc ordinis ſedendi indignitatem ſecum ſæpius reputaret, ſubiit ſibi quædam ſuſpicio alium fuiſſe apud antiquos ſedendi ordinem, quam qui ſit noſtris temporibus: vt videlicet, qui ſederet ad ſiniſtram eſſet potior eo, qui ſederet ad dextram, id quod poſtea fuit multis argumentis ſibi exploratum, quod ſic comprobat. Principio, quod illi, qui potentiores affectabantur, ſiue armati, ſiue inermes, tum ſatellites, tum ſtipatores, tum laterones ſiue latrones fuiſſe dictos. eoſdemque apud authores dici aut tegere latus, aut claudere latus, aut cingere latus. Horat. *in 2. ſermonum:*

Vt ne tegam ſpurco Damæ latus.

Iuuenalis:

Diuitis hic ſerui claudit latus ingenuorum.

Ouid. 4. *de Ponto:*

Dumq; latus ſancti cingit tibi turba ſenatus.

Latus quoque intectum ſiue nudum dicebatur illius, quem nemo comitaretur. Ambroſ. *in*

ed by Googl

broſ. *in ſermone de obitu fratris ſui.* Quod ſiquando ſine altero prodeundnm fuit, intactum latus putares. Seneca *lib. 3. epiſtolarum:* Nudum erat latus incomitata lætitia. Is præterea, qui alium comitabatur, dictus erat ire exterior. Cui vero præſtaretur comitatus ire interior.

Horat. *vbi ſupra:*

ne tamen illi
Tu comes exterior ſi poſtulet ire recuſes.

Et ſubdit verba quæ ſupra retulimus: *Vt ne tegam ſpurco Damæ latus. Haud ita tria me geſsi.*

Ouid. *lib. 5. Faſtorum:*

Et medius iuuenum ipſis
Ibat & interior ſi comes vnus erat.

de ſene loquitur, cui debetur honos à iuuenibus.

Et vt idem Nebriſſenſ. dicit, atqui reſtat probandum, quod exterior is dicitur, qui ſit ad dextram alicuius, & interior qui ad ſiniſtram. Seruius Grammaticus enarrans illud Virgil. ex 5. Æneid. *Radit iter læuum interior.* exponit pro ſiniſteriore. Citatque Ciceronem, dicentem: *in quem omnia intus.* & Saluſtium *in 2. hiſtoria.* Introrſus prima Aſiæ Bithinia eſt. vbi Cice. *intus,* & Saluſt. *introrſus* pro ſiniſtroſus, ſeu ſiniſtro acceperunt. Horat. quoque *in 2. ſermonum,* ait: *Interiore diem gyro trahit ire neceſſe eſt.* vbi *interiore* pro ſiniſteriore ponitur. Quod meridies mũdi pars ſiniſtra eſt, quemadmodum dextra. Lucan. *in 3. Pharſ.*

Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem,
Vmbras mirati memores non ire ſiniſtras, id eſt, meridionales, etiam in æſtate. Ouid. quoque *in 2. Metamorph.*

Ne te dexterior tortum declinet ad anguem.

Inter duos arctos in morem fluminis labi. Et aram ad meridiem ſuam eſſe, nullus poetarũ, ſed neq; Aſtrologorũ ignorat. Colligit ergo Nebriſ. ex his quæ dicta ſunt, eum qui ſit alterius comes, claudere, aut cingere, aut tegere latus, atque eidem ire exteriorem, hoc eſt, ad dextram illius; cuius vero latus clauditur, cingitur, tegitur, ire interiorem, hoc eſt, ad ſiniſtram, qui locus erat dignitate præſtantior.

Et præterea, non contemnenda quædam ratio ſumpta ex eo, quod legimus Paulum Apoſtolum datum comitem ad dextram Petri, quod ab illorum imaginibus diſponendis pictores obſeruant, & in diplomatis pontificũ ſigillo munitis animaduertimus, vt Paulus ſemper ſit Petro dexter: de quo infra dicam. Nunquid tamen tanquam in potiori loco; abſit vt Apoſtolorum principi alter quiuis præferatur. Nam quid ſibi vult gladius ille, quem Paulus habet ſtrictum, niſi quod eſt Petri comes, ſtipator, atque ſatelles? Huius antiquitatis ignarus Thomas, in illud Apoſtoli *ad Galat.* 1. Qui ſuſcitauit eum à mortuis, cum non haberet quid diceret, ad commentum illud confugit; quia præſens, inquit, vita ſignificatur per ſiniſtram. Futura vero per dextram, inquam, iſta eſt cœleſtis & ſpiritualis, illa vero temporalis. Ideo Petrus quia vocatus à Chriſto adhuc in carne mortali poſito, ponitur in bulla, in parte ſiniſtra. Paulus vero quia vocatus à Chriſto iam glorificato, ponitur in dextra parte. Diximus ample infra *iſta part. in 31. conſiderat.* Reliquum eſt, vt ad quæſtionem Auguſtini de permutatione dextrarum reſpondeatur. Ille namque, vt eſt in rebus, quæ ad noſtram religionem pertinent, nihil affirmantis Academiæ imitator, vt videtur illa non penitus explicaſſe, ſed vt dicit Nebriſ. ex his, quæ ſuperioribus dicta ſunt, reſpondendum eſt. Quod aut Pater ſedet in throno maieſtatis ſuæ, & ita iubet filium ſibi à dextris, hoc eſt, in ſecundo loco ſedere: aut præſtat e filio tanquam ſtipatorem, protectoremque; & tunc reponit filium in primo, hoc eſt, in tutiori loco, & ſic dictum eſt: *Dominus à dextris tuis.* vnde ſubdit: *Confregit in die iræ ſuæ Reges.* atque iterum in Pſal. 15. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Faciunt quæ dixi *in 1. parte, in 25. concluſ.* quæ incipit: *licet vaſallus.* & *in 96. concluſ.* incip, *arma etiam. 38. conſider.*

Tu dic vltra Nebriſſ. concordando omnia prædicta, quod aut eſt quæſtio de tribus eiuſdem dignitatis, aut de quibus poteſt eſſe dubium: & tunc qui medius eſt, in digniori loco eſt,

rum vocem, per omnia comprobaris; quia domina angelorum es. ergo ſuper omnes angelos exaltata.

Petrus Comeſtor compilator hiſtoriæ ſcholaſticæ hos ſequentes verſus in laudem Virginis eleganter compoſuit: vt refert Ant. *in 3. par. ſuarum hiſtor. tit. 18. c. 8.*

Si fieri poſſet, quod arena, puluis & vnda,
Vndarum gutta, roſa, gemmæ, lilia, flammæ,
Aethera, cœlicolæ, nix, grando, ſexus vterque,
Cum ventis penna volucrum, pecudum genus omne,
Syluarum rami, frondes, auium quoque pennæ,
Gramina, ros, ſtellæ, piſces, angues & ariſtæ,
Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,
Lingua cuncta forent, minime depromere poſſent,
Quæ ſit vel quanta eſt virgo regina Maria,
Quæ tua ſit pietas, nec litera nec dabit ætas.

Sic ergo tot & tales viri laudem ſufficientem & cōdignam dicere, nec referre poſſint; quid ego miſerrimus pauciſſimi ingenii faciam? nihil aliud, niſi de his ad illos me remittam, maxime ad dictam ipſius Ant. *in d. 4. parte, lib. 10. c. 43. in ſermone de aſſumptione:* vbi ponit, quomodo habet omnes proprietates omnium ordinum cœleſtiū Hierarchiarum, & illas omnes excedit. Et poſt dicta Anshelmi de laudibus Mariæ dicam in ſeq. O fœmina mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, per quam elementa renouantur, angeli reintegrantur, inferna eneruantur, homines ſaluantur. O fœmina, plena & ſemper plena gratia, de cuius plenitudinis exundantia reſperſa, reſultat omnis creatura. O virgo benedicta, per cuius beatitudinem benedicitur omnis creatura, & nō ſolum creatura à creatore, ſed etiam creator à creatura laudatur. O Maria dulciſſima ſemperque beatiſſima, ſi omnis peccator ad te conuerſus, & à te ſit deſpectus, neceſſe eſt, vt pereat, ſi omnis peccator ad te conuerſus & à te conſpectus, impoſſibile eſt, vt pereat. Et idem Anshelmus *de cōceptu virginali, cap. 12. & 13.* Nihil dominæ eſt æquale, nihil comparabile. Omne enim quod eſt, aut ſupra te eſt, aut infra te eſt: quod ſupra te eſt, ſolus Deus eſt: quod infra te eſt, omne quod Deus non eſt.

Ideo dicam cum Baptiſta Mantuano, *lib. 1. Parthenices, c. 2.*

Nulli adeo viuax animi ſolertia, nulli
Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ,
Vt Mariæ poßit laudes æquare loquendo.
Quæ data ſunt illi, nunquam mortalibus vllis
Antea conceßit, vel poſt concedet olympus.

Et ideo etiam Dionyſ. videns Mariam, ait:

O quam te memorem virgo, namque haud tibi vultus
Mortalis, nec lex hominum ſonat, ô Dea certe.
An Phœbi ſoror, an nympharum ſanguinis vna,
Sis fœlix, noſtriſque leues quemcunque laborem.

Idcirco ego minimus aduocatorum & ſcribentium, te Mariam omnium Chriſtianorum aduocatam ſalutando, ſupplex dico:

Humanæ cum ſis tutrix pia virgo cohortis,
Quam ſterilis genuit nobilis Anna ſinu.
Ad te nunc humili conuerto mente ſalutes,
Quas prius excelſa Gabriel arce tulit.
Te facilem concede precor, tu vota rogantis
Suſcipe, nec fuſas deſpice virgo preces.
Tu dextrum mundi ſidus, tu lumen honoris,
Per quam Ieſſei ſtipitis vmbra nitet.
Tu decoris ſpeculum, noſtra ſpes ſola ſalutis,
Qua duce flagranti pectore mœror abeſt.
Tu regina poli, cunctique medela reatus,
Diceris & celſa ianua certa domus,
Quæ fuerat vetito virgo caſtißima morſu,
Clauſa prius iuſſu panditur illa tuo.
Non opus eſt tenui præconia ludere verſu,
Pro tantis noſtras laudibus ecce preces.
Fac quæſo portus veniant ad vela ſecundos,
Noſtras nec immenſo fluctuet amne ratis.
Per dubios pelagi fluctus, per ſaxa, per hoſtes
Currimus, inferno porrige diua manum.
Ad te conuerſus ſtygia non cæca charybdis,
Antraque nec diræ corruat hoſte timet.
Quid memorem noſtro præceps illabere cordi,
Fulgeat eloquio linguaque noſtra graui.
Pelle procul mortis volitantia tela ſiniſtra,
Nec mea ſordeſcant crimine corda precor,
Fac ſanas habeam ſano cum corpore mentes,
Nec careat ſalubri debile pectus ope.
Si corpus Lacheſis cum ſtrauerit enſe, fruatur
Protinus aſpectu ſpiritus ipſe tuo.

Protege quæ cecini, greſſu ſed ille citato
Pergat in extremam Zoilus alter humum.
Te duce non timuit vultus nunc Muſa minaces
Noſtra, ſed expulſo læta pauore canit.

Et cum Eccleſia Catholica deuote dicam.

Tu ſpes certa miſerorum,
Vera mater orphanorum.
Tu leuamen oppreſſorum,
Medicamen infirmorum.
Omnibus es omnia.
Te rogamus voto pari,
Laude digna ſingulari.
Vt errantes in hoc mari
Nos in portu ſalutari
Tua ſiſtat gratia. Amen.

QVinta conſideratio. Poſt ſupradictas perſonas ponuntur angeli: quoniam ex quo dicit ſanctus Thom. *in prima par. ſumma, q. 66. ar. 3.* Angeli ſunt in cœlo collocati, non ſolum vt æternaliter contemplantes, ſed etiam vt generaliter præſidentes; quia præſunt omni corporeæ naturæ, ideo in ſupremo loco debent collocari, poſt Chriſtum tamen, qui præeſt omnibus Principatibus, Poteſtatibus & Virtutibus, & Dominationibus, vt habetur per Paulum *ad Epheſ. 1. cap.* Quorum collectio diſtincta eſt in triplicem Hierarchiam, & quælibet Hierarchia in tres ordines. vnde Greg. *in mortalib.* Nouem ſunt ordines angelorum, cum per ſacra eloquia Angeli, Archangeli, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Throni, Cherubin, & Seraphin, aperta narratione memorantur. Et ſupernorum ciuium quando ſint diſtinctiones, oſtenditur *de pæn. diſtinct. 2. cap. princip. §. nouem.*

In prima igitur & ſuprema Hierarchia ponuntur Seraphin vt ſupremi, deinde Cherubin, & Throni. in media ponuntur Dominationes, Principatus, & Poteſtates. & in tertia Virtutes, Archangeli, & Angeli, ſecundum Gregorium. Et in huiuſmodi ordine relucet myſterium Trinitatis. Nam ex vnitate Hierarchiæ inuenitur vnitas diuinæ eſſentiæ. In tripartito ordine oſtenditur trinitas perſonarum: Et ipſe quidem Deus trinitas, qui omnia operatur in ſingulis diuidens, prout vult. Amat in Seraphin vt charitas. Nouit in Cherubin vt veritas. Sedet in Thronis, vt æquitas. Dominatur in Dominationibus, vt maieſtas. Regit in principatibus vt principium. Tuetur vt virtus, in virtutibus. Reuelat vt lux, in Archangelis. Aſſiſtit vt pietas in Angelis. Et in prima Hierarchia æquitas in Thronis refertur ad patrem, cognitio veritatis in Cherubin ad filium, ardor amoris in Seraphin ad Spiritum ſanctum. In ſecunda Hierarchia maieſtas Dominationis ad Patrem, rectitudo principādi ad Filium, ſalus in tuendo poteſtatem ad Spiritum ſanctum. In tertia operātio virtutum ad patrem, reuelatio ad filium, inſpiratio intellectus ad Spiritum ſanctum.

In quolibet etiam angelo relucet veſtigium trinitatis. Nam in quolibet eſt tria neceſſario indiſtincte reperiri, ſecundum Dion. ſcilicet, eſſentia, virtus ſeu potentia, & operatio: & tamen in vno ſunt, & ſic omnes Angeli benedicunt Dominum, trinitatem, & vnitatem inſinuantes, ſcilicet eorum conditionibus. ita dicit Ant. Flor. *in ſua ſum. 3. par. tit. 31. q. 6. §. 1.*

Et vt dicit Thomas *1. part. per totum. & 2. diſtinct. quæſt. 1.* Hierarchia, eſt diuinus ordo ſecundum ſcientiam, & actionem in aſſimilatione Dei, & ibi ample ponit, quod in qualibet Hierarchia ſunt tres ordines, & in quolibet ordine ſunt multi angeli, & angeli vnius ordinis non ſunt æquales: & ibi etiam ponit, quod homines aſſumuntur ad omnes ordines angelorum. Angelus tamen inferioris ordinis non aſſumetur ad ſuperiorem. Etiam dicit ibidem, quod minimus ordo angelorum eſt ſuperior ſupremo naturæ Hierarchiæ, quod quomodo intelligatur, vide ne ſint contraria ea, quæ dicuntur, in quantum dicitur, quod in quolibet ordine aſſumūtur homines, vt infra etiam dicturus ſum.

Et vt dicit Raymundus Sebnudius *in ſuo Dialogo 4. c. 42.* omnino neceſſe eſt credere in maximo atque incomprehenſibili numero angelos eſſe in multitudine enim miniſtrorum

ſtrorum dignitas principis, & in paucitate plebis, ignominia principis, imoque millia millia miniſtrant ei, & decies millies centena millia aſſiſtunt ei. Itaque ſi in natura corporea ſunt innumeræ ſpecies lapidum, herbarum, arborum, piſcium, auium, quadrupedum, & innumera indiuidua hominum, erunt etiam infinitæ ſpecies angelorum. At ne putemus hanc multitudinem confuſam eſſe, ideo oportet ſcire, quod inter angelos eſt ordo pulcherrimus, diſcretiſſimus, iucundiſſimus. Videmus enim, quod in rebus corporeis eſt ordo mirabilis: ſunt tamen quædam ſuperiora, quædam inferiora, & quædã his media. Elementata, & omnia inanimata ſunt infima, vegetatiua media, ſenſitiua ſuprema. Super hæc omnia eſt homo omnium ſublimiſſimus. Habet tamen etiam humana natura multiplicem ſtatum ſecundum ſuperius & inferius. In hominibus enim ſunt agricolæ, mercatores, burgenſes, nobiles, milites, Barones, Comites, Duces, Reges: & vnus omnium Imperator. in ſtatu eccleſiaſtico ſunt rectores, diaconi, & archidiaconi, decani, præpoſiti, abbates, epiſcopi, archiepiſcopi, patriarchæ, & ſuper omnes Papa apoſtolicus. Si igitur tam decorus eſt ordo in his rebus inferioribus: multo amplius in illis nobiliſſimis, altiſſimisque ſpiritibus erit ordo mirabilis, artificioſus, iucundus. Sunt enim inter eos tres Hierarchiæ, id eſt tres ſacri principatus, & in qualibet Hierarchia ſunt infimi, ſunt medii, ſunt ſupremi, & hæc ordinatiſſima cuiuslibet Hierarchiæ multitudo ad vnum tendit omnium ſupremum. In elementis, vt videmus, ignis eſt dignior, in genere piſcium, Delphin, in auibus, Aquila, in beſtiis, Leo, in hominibus Imperator: omnia tendunt ad vnum caput. Ita quoque in angelis æſtimandum eſt.

SExta conſideratio. Seraphin tanquam excellentes ſunt in primo loco, ac ſupremo ordine angelorum. & in prima Hierarchia & ſuperiori, cum tres ſunt Hierarchiæ cœleſtes, quas diſtinguit Dionyſius *in ſua Hierarchia, lib.* 9. in ſupremam, mediam & infimam: vt hic ante dictum eſt. Et dicitur Hierarchia à hieron, quod eſt ſacrum, & archos princeps, quaſi ſacer principatus. Et, vt dictum eſt, ſunt tres Hierarchiæ, in quarum qualibet ſunt ordines, & ſic in toto ſunt nouem ordines angelorum ſeu ſpirituum beatorum chori. Et in ſuprema ſunt Seraphin, Cherubin, & Throni. In media ſunt Dominationes, Virtutes, & Poteſtates. In infima ſunt Principatus, Archangeli & Angeli. Et de ſingulis videndo incipiemus à Seraphin tanquam ſuperiori & excellenti, cum tales excellunt in hoc: quod eſt omnium ſupremum, ipſi Deo vniri. Quia nomen Seraphin non imponitur tantum à charitate, ſed à charitatis exceſſu; quoniam importat nomen ardoris, vel incẽdii, vt inquit Dionyſius, relatiue Barth. Anglic. *in ſuo lib. de proprietat. rerum, lib.* 2. Pulchre, inquit, prima cœleſtium Hierarchiarum, excellentiſſimus eſſentiis, ſanctificat, Ordinem habens omnibus circa Deum immediate collocatum.

Et iſti nouem ordines, qui ſunt in eccleſia triumphante, deſignantur per nouem lapides, de quibus *in cap. principium. de pœnit. diſt.* 2. Sic etiam in eccleſia militante ſunt nouem ordines, de quibus *in c. cleros. 21. diſtinct.* Et ſic Eccleſiæ duplex eſt ordo, vt dicit Lucas de Pen. *in l. ordinem. C. de conſulib. & non ſpargend. lib.* 12. Et primus ordo eccleſiæ triumphantis eſt Seraphin.

Dionyſius enim exponit nomen Seraphin ſecundum proprietates ignis, in quo eſt exceſſus caliditatis: in ipſo enim tria ſunt. Primo, quod ſemper tendit ſurſum, & quod eſt continuus: per quod ſignificatur, quod ille ordo indeclinabiliter mouetur in Deum. Secundo eius virtus actiua eſt; quia calidus cum quadam acuitate; & eſt maxime penetratiuus in agendo, & pertingit vſque ad minima, cum quodam excedenti feruore. Et per hoc ſignificantur actiones angelorum huius ordinis, quas in ſubditos potenter exercent, eos in ſimilem feruorem excitando, & totaliter eos per incendium purgando. Tertio, eſt in igne claritas, & hi angeli habent in ſe inextinguibilem lucem, etiam alios perfecte illuminando, vnde Gregorius,

Digitized by Google

raphin, conſtituit Luciferum, & in quolibet alio poſuit alium, tanquam capitaneum, vt infra dicetur. Qui quidem lucifer, ſuam pulchritudinem conſpiciens, inde ſuperbiuit, dicens: Ponam thronum meum in aquilone, & ero ſimilis altiſſimo. Et ſuum intentum inferioribus notum fecit, qui quanto plus ei conſenſerunt, magis peccauerunt: ita quod traxit ſecum tertiam partẽ de quolibet ordine. Imo numerum nobis infinitum, ſeu infinitam multitudinem: cõtra quos debellauit Michael.

Et ab hoc ordine cecidit vſque ad vltimum, & inferiorem inferni carcerem cum ſuis complicibus Lucifer princeps omnium prædictorum, ſecundum Magiſtrum ſententiarum, *lib.*2. qui eminentiam ſuæ naturæ, & profunditatem ſuæ ſapientiæ perpendens, in ſuum creatorem ſuperbiuit, & vt Deus eſſe voluit: non quidem per imitationem iuſtitiæ, ſed per æqualitatem perſonæ: & quãto Deo factori ſuo contradixit, & cæteris erat altior & pulchrior; tanto factus eſt cæteris inferior, turpior & miſerior, & deſcendit in profundum inferni, ſecundum illud *Luc.* 10. Videbam Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Et iſtud rationabile fuit: cum, in quo quis peccat, in eo torqueri debet. gloſſ. fin. *in cap. ſi quis.* 94. *diſt.* & maxime in illo, qui ſedem ſibi non conuenientem petit, & in ſupremo loco ſe ponere vult, qui ſibi non debetur, in eo punitur, quod ponitur in remotiori, vt habetur *leg.* 1. *C. vt dignit. ordo ſeruetur. lib.*12, facit text. *in cap. præcipimus,* 95. *diſtin.* & Bald. *in conſi.* 237. *in* 1. *volum.* licet tex. *in l. neminem. C. de offic. mag. off.* vtatur maiori benignitate, vt ſupra dixi *in* 1. *par.*

Et ideo, ex quo ipſe fuit occaſio peccati aliorum, ideo magis punitur, & in loco inferiori; cui loquitur *Eſa.* 14. dicendo admiratiue: Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris! qui dixiſti in corde tuo: In cœlum conſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum, & ſimilis ero altiſſimo: veruntamen ad inferna detraheris in profundum lacus. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proſpicient, ſcilicet qui te viderunt per conſenſum peccati ad te inclinabuntur, & ad tuos, qui tibi conſenſerunt.

Ad quem deſcendunt ſuperbi, inflati, nequiſſimi blaſphematores Dei ſui creatoris, & omnes in ſtatu ſupremo in hoc mundo exiſtentes, vt ſunt Reges, Imperatores, Papa, & alii ſuperiores principatus, ſi contingat eos ad inferna deſcendere, erunt in dicto inferiori carcere cum Lucifero, & ſuis complicibus qui erant illius ordinis Seraphin. Et à Lucifero coram Deo accuſabuntur, ſecundum quod ſcriptum eſt, *Ezech.* 22. de quo Bernard. de Buſtis *in* 1. *par. Roſar. ſermone* 10. *in* 1. *part. in litera L.* De pluribus autem principibus dubitare poſſumus, de eorum ſaluatione; imo plus credendum & præſumendum eſt, de eorum damnatione, cum male vixerint, & mala morte dies ſuos finierint, ne ſint in hoc loco collocati: de aliquibus dicam inf. in ſexto ordine chori angelorum, vbi ponam de luxurioſis: hic vero ponam de aliis, qui male vixerunt, & peſſima morte vitam ſuam finierunt: vt de Nimroth habetur, qui fuit oppreſſor, & tyrannus, & morte infelici conſummatus eſt.

Pharao, rex Ægypti, ignorans Deum, idololatra & oppreſſor, decies contumax domino Deo, & ſeruo ſuo Moyſi, in mari rubro ſubmerſus eſt cum exercitu ſuo, *Exod.* 14. *&c. Nabuchodonoſor* 24. *q.* 4. De pluribus autẽ aliis infra dicam *in* 5. *part. in princip.* Sed quoniam hic ante dictum eſt, quod Lucifer deſcendit ad infimum locum inferni, ex quo videtur, quod in hoc ſit ordo, aduertẽdum eſt, quod in inferno eſt ordo triplex, ſecundum aliquid, & ſecundum aliquid, non eſt ordo in inferno. Eſt ergo ordo, Primo, diuinæ iuſtitiæ; quia ſic dicit Paulus *ad Rom.* 13. *ibi*; *Quæ à Deo ſunt ordinata.* ſicut peccatores in ſuppliciis ordinantur, vt nunquam ſit dedecus culpæ ſine decore iuſtitię. Vnde ita pulchre & ordinate ſtat peccator in inferno, ſicut in annulo gemma, & latro in furca, ſicut ſeruus in cloaca. Secundo, ordo eſt culpæ: quia illi qui fuerunt ſimiles in culpa, ſociabuntur in pœna. vnde ſuper illud *Matth.* 13. Alligate ea in faſciculos ad comburendum. dicit Greg.

Faſciculos ad comburendum ligare eſt hos, qui æterno igni tradendi ſunt pares paribus aſſociare: & quos ſimilis culpa inquinat, par etiam pœna conſtringat, iuxta text. *in l. ſi quenquam. in fi. C. de epiſc. & cler.* Tertio, eſt ibi ordo pœnæ: quia non omnes ęqualiter punientur, ſed iuxta menſuram peccati datur menſura ſupplicii. *Deute.* 25. Pro menſura peccati, erit plagarum modus, *& in c. pen.* 11. *q.* 3. *& in c. frater.* 17. *q.* 4. & plene *in c. ſi. qui epiſcopi.* 1. Et hæc dixi, vt intelligantur ea, quæ hic dicuntur de locis infernalibus & de illis, qui in illis collocantur. Sed tamen nullus eſt ordo in inferno, quo ad elementa, quo ad loca, & quo ad actiua, & paſſiua, vt declarat Ioannes de Sancto Geminiano *in ſuis ſermonib. funebribus. diſtinct.* 4. *ſermone* 7. *in litera. E.*

Septima conſideratio. Chorus Cherubin dicitur octauus aſcendendo, & plenitudo ſcientiæ interpretatur: quia à quodam exceſſu ſcientiæ imponitur, qui ſupereminenter diuina ſecreta ſeu myſteria cognoſcunt. Et hoc, vt ait Greg. quantum ad quatuor.

Primo, quantum ad perfectam Dei viſionem, qua etiam cætera cognoſcunt. Ait enim Gregor. quid eſt, quod non vident, qui videntem omnia vident?

Secundo, ad plenam diuini luminis ſuſceptionem, quo mediante vident diuinam eſſentiam, Vnde Pſalmi: In lumine tuo videbimus lumen, ſpecies enim gloriæ domini ſuper Cherubin erat, Ezech. 10.

Tertio, quantum ad hoc. Quod in ipſo Deo contemplantur pulchritudinem omniũ rerum à Deo deriuatam; quoniam ipſe Deus eſt cauſa omniũm rerum productarum. vnde *Gene.* 2. Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

Quarto, quantum ad hoc, quod ipſi pleni exiſtentes huiuſmodi cognitione rerum, & primæ cauſæ, quæ Deus eſt, ipſam copioſe in alios effundũt. vnde ait Greg. Cherubin plenitudo ſcientiæ dicitur: & ſublimiora illa agmina Cherubin vocata ſunt, quanto perfectiori plena ſunt ſcientia, tanto claritatem Dei vicinius contemplantur. Et hi nobis mittuntur ad ſcientiarum eruditionem, vt patet *Apoc.* 10. in angelo, qui habebat librum in manu. & *Apoc.* 8. In angelo, à cuius claritate terra illuminata eſt, id eſt, homines ſunt in doctrina eruditi. & *Apoc.* 21. dicit Ioan. Suſtulit me angelus in ſpiritu, in montem magnum & altum, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem. & *Actor.* 10. Quomodo angelus illuminauit in fide Corn. Centurionem. & *Apocal.* 1. habetur, quod Deus per angelum ſuum reuelauit Apocalypſin ſeruo ſuo Iohanni. Et hæc habentur per Bern. de Buſt. *in ſerm.* 11. *in* 2. *par. ſui Roſarii. in* 2. *par. illius ſer. in litera H.* Et hi illuminant ſanctos eccleſiæ doct. & tempore præterito illuminauerunt prædicatores, & apoſtolos, quibus dicebatur: Ante reges & præſides ducemini propter me, & eritis illis, & gentibus in teſtimonium: ſed data eſt eis ſapientia, ita, quod reſiſtere non poterant ſpiritui, qui loquebatur in eis. Et omnes iſti aſſumentur ad illum ordinem. Et etiam doctores Iurium, qui ad iuſtitiam erudiunt, tanquam ſe dantes contemplationi diuinarum ſcientiarum, vt eſt ſcientia iurium. *Auth. habita. C. ne filius pro patre. l. leges ſacratiſſima. C. de legat.* Quæ per ora principum diuinitus eſt promulgata. Eas ſcilicet ſcientias docendo, addiſcendo, tam in conſulendo, quam in prædicando: habentes claritatem intellectus, cæteros illuminantes, vt eſt ſcientia iuris ciuilis, per quas totus mundus illuminatur. *d. Auth. habita.* §. 1. De quibus etiam *Dan.* 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudierint plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et Euang. verbum ait: Qui fecerit vnum de his mandatis, minimus vocabitur, qui autem fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Hi ſunt, qui pro ſcientia acquirẽda, omnia poſtpoſuerunt, totaliter inferius illuminati, ad expoſitionem ſacrarum literarum vacauerunt: diuitiis renunciantes mundanis, & qui de diuitibus pauperes effecti ſunt exules, vitam ſuam multis periculis exponentes, à viliſſimis perſonis, etiam pluries iniuriam patientes, ſoli Deo, eius doctrinæ, & ſapientiæ vacauerunt.

Ad hunc

Ad hunc etiam ordinem aſſumuntur Cardinales,& Patriarchæ, cum in eccleſia militante,faciant ſecundum ordinem, videlicet, primum poſt Pontificem: cum ordo Eccleſiæ militantis regulari debeat, ſecundum ordinem Eccleſiæ triumphantis. Et etiam quia tanquam proximiores ſummo Pontifici in officio ſacerdotali, eidem, tanquam fratres coadiutores exiſtunt. *cap. fundamenta. de elect. in 6.* Ideo tanquam digniores, & maiores, in Eccleſia militanti, ſic etiam in Eccleſia triumphanti. Et ſic etiam; quia reges alios ſuperiores recognoſcentes, hoc eſt, non exiſtentes ſupremi in eorum regnis; cum tales non ſint ſuperilluſtres, ſed tantum illuſtres, æquiparantur Cardinalibus & Patriarchis, vt dicit dominus meus Iaſon *in l. 1. in 3. colum. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur.* Ideo etiã erunt in hoc ordine, ſi bene agant, & fuerint tales, qui fuerint ſcientia, & doctrina diuina illuminati, prout fuit Salomon, de quo *Sap. 9.* de quo tamen dubitatur, an ſit damnatus, an ſaluatus. De quo videatur Ioan. Ludou. Vi. de Monte regali, *in ſuo opere regali.* & infra dicam.

Ab hoc ordine cecidit vſque ad octauum locum carceris inferni, quidam dæmon nomine Satan, ſeu Satanas, qui aduerſarius interpretatur: qui penitus humano generi aduerſatur, nitens perducere ad ignorantiam peccati, vt perducat in damnationem, vt habetur *Zach. 9.* Et Satan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei: & cum eo tertia pars illius ordinis Cherubim. Et cum his damnabuntur omnes hæretici: de quibus habetur *in c. quidam hæretici. 24. q. 3.* Et qui ſequuntur opiniones illorum & aliorum hæreticorum: & alii literati, qui male ſanctas ſcripturas interpretabuntur, diuerſos introducentes errores, & omnes illis adhærentes. Ac tempore noſtro, dubitandum eſt, quod quidam Luther. Aleman. qui infinitos reſuſcitauit, & ſeminauit errores & hæreſes, non fuerit cauſa damnationis plurimorum. Qui tanquam Antichriſti erunt præcones, & prædicatores malam doctrinam ſeminantes. Doctores etiam iuris, qui malas opiniones contra ius, & æquitatem dederunt, & contra determinationem eccleſiæ conſuluerunt. Vnde dubitandum eſt de Dyno, qui ex quo contra Eccleſiam ſemel conſuluit, fuit damnatus, vt cuidam eremitæ, viro ſancto, fuit reuelatum, vt refert G. Bened. *in ſua repet. c. Raynut. in verb. teſtam. inf. nu. 6. de teſt. extra.*

Cum his etiam collocabuntur Principes illuſtres damnati, vt ſunt Reges non ſupremi, ſed ſuperiores recognoſcẽtes, & exiſtentes immediate poſt ſupremos à paritate loci eorum in mundo, & vt dictum eſt, in ordine cœleſti.

OCtaua conſideratio. Tertius ordo angelorum, ſeu beatorum Spirituum, deſcẽdendo, & ſeptimus aſcendendo, eſt ordo thronorum, qui à thronis ordo dicitur à domo iudicii, eo quod Deus in eis ſedeat, & iudicia ſua diſcernat & cũcta ſubiecta per illos diſponat: vt dicit Iſido. & per conuenientiã, dicitur ad ſedes materiales, in quibus quatuor conſiderantur. Primo, Situs, quia ſedes ſuper terram eleuantur, & ſic throni eleuantur vſq; ad hoc, quod in Deo immediate rationes rerum cognoſcunt: Secundo, firmitas; quia in ſedibus materialibus aliquis firmiter ſedet, ſed throni à contrario firmãtur in Deo, Tertio, ſuſceptabilitas; quia ſedes ſuſcipit ſedentem, & in ea deferri poteſt. ſic throni ſuſcipiunt Deũ in ſeipſis, & eum quodammodo ad inferiores deferunt. Quarto, capacitas; quia ſedes ex vna parte eſt aperta ad ſuſcipiendum ſedentem: ſic throni per promptitudinem ſunt aperti, ad ſuſcipiendũ Deum, & ad ſibi famulandũ. Vnde ait Greg. Throni Dei ſunt hi, quia tanta Deitatis gratia replentur, vt in eis ſedeat Dominus, & per eos iudicia ſua diſcernat. Throni enim nobis mitti dicuntur, ad iudicii informationem. habent enim informare Iudices, vt legem intelligant, vt dicitur *Actor.* 8. Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum. Et *ad Gal.* 3. Lex ordinata fuit per angelum in manu mediatoris. Et dicit Bart. Ang. *de propr. rerum. lib. 2. ver. Tertius ordo eſt.* quod illi angeli, in quibus ſingulariter relucet certitudo iudicii diuini, Throni nuncupantur. Et ideo à beato Dion. ſedes altæ, & altiſſimæ dicuntur. Altæ; quia propter

Digitized by Google

pter diuinam authoritatem, quaſi ad iudicãdum ordinantur. Altiores, quia ſecundum iuſtitiæ regulam incitamur ad iudicandum. Altiſſimæ, quia immediatius altiſſimo Deo diſpoſitione hierarchica collocantur. Sedes compactæ etiam dicuntur; quia apte, & conuenienter iunctæ quo ad iuncturam, & conuenientiam diuinorum iudiciorum. Conueniens enim eſt, & aptum, vt ex culpa pœnam quis patiatur, & ex iuſtitia gloriam, ex qualitate operis, qualitatem retributionis, quilibet ſortiatur. Vnde conuenit, & apte cohæret pœna culpæ & gloria iuſtitiæ, *l. capitalium. §. famoſos. & l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis.* Nam ſi culpa & gloria, pœna & iuſtitia conuenirent, coaptatam ſedem inuicem non haberent: compactio itaque ſedium, æquitas eſt iudiciorum.

Ad hunc enim ordinem aſſumuntur Archiepiſcopi & Epiſcopi tanquam iudicantes duodecim tribus Iſrael, cum in partem ſolicitudinis ſint vocati, *c. cum ex eo. de auct. & vſu pallii. c. decreto. 2. quæſt. 6.* Et omnes principes, qui obtinent ſecundam ſedem poſt maiorem: vt ſunt Duces, Comites & Marchiones, qui ſolum habent regem recognoſcentem ſuperiorem, cum ſint tales in tertio gradu: & etiam primi magiſtratus, vt ſunt Cancellarii, qui præfecti Prætorio ſimpliciter dicuntur, & etiam Quæſtores & omnes habentes primam cognitionem iudicandi, hoc eſt ſupremam. Quoniam tales æquiparantur, & ſunt etiam illuſtres, vt ſatis declarat ample dom. meus Iaſ. *in l. 1. colum. 4. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. ff.* Et generaliter, Omnes paſtores Eccleſiæ habentes oues ſibi commiſſas, qui bene eorum Eccleſias rexerunt, in ſecundo gradu poſt primum erunt collocandi in ordine, argumento ſimilitudinis iam ſupradictæ.

Ab hoc ordine vſque ad ſeptimum inferni carcerem, cecidit quidam principalis capitaneus dæmon, qui dicitur Belial ſeu Berith, qui interpretatur, ſine domino. Qui cum ſuis ſociis tentat de ira, qua nititur peruertere iuſtum iudicium, quod quatuor modis corrumpitur, timore ſcilicet, præmio, odio, & amore. *c. quatuor modis 11. quæſt. 2.* Et etiam tentat iudices & eccleſiaſticos Prælatos, qui non curant de ſubditis, populum non erudiunt, fidem catholicam perire permittunt, ſuis põpis ex bonis eccleſiæ gloriantur, & incedunt. infinita & innumerabilia poſſident beneficia, & lanam gratanter accipiunt, in bonis deducunt dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt cum ſimoniacis & ſchiſmaticis, & talibus cæteris, quos ad veritatem Eccleſiæ per ſuam negligentiam non reducunt, & cũ eis patientur omnes tales Principes & Iudices ſuperiores, de quibus hic ante dictum eſt, ad inſtar ſimilitudinis iam factæ.

NOna conſideratio. Media hierarchia continet tres ordines, ſcilicet dominationum, poteſtatum, & principatuum. Et primus ordo iſtorum, qui dicitur quartus habẽdo reſpectũ ad hierarchias, & ſextus locus habẽdo reſpectum ad dict. ſedes, dicitur dominationum chorus, ad quos pertinet diffinire ea, quæ agenda ſunt, dicente Greg. Quædam angelorum agmina, pro eo, quod eis cætera ad obediendum ſubiecta ſunt: Dominationes vocantur. Nomen enim dominationum tria ſignificare dicit: primo enim ſignificat quandam libertatem, quæ eſt à ſeruili conditione, ſicut plebs ſubiicitur, & à tyrannica opreſſione, quam etiam interdum maiores patiuntur. Secundo, ſignificat quandam rigidam, & inflexibilem gubernationem, quæ ad nullum ſeruilem actum inclinatur, neque ad ſtatum aliquem, ſeu actum ſubiectorum, vel oppreſſorum à tyrannis. Tertio, ſignificat dominatio appetitum, & participationem veri dominii, quod eſt in Deo, ſicut ſunt domini curiæ regalis. Et ſicut dominationes imperãnt diuina miniſteria aliis angelis. *Zachar. 2.* vbi vnus angelus imperauit alteri dicendo: *Curre, & loquere ad puerum iſtum.*

Et ſecundum Iſidorum, horum angelorum miniſterium eſt, ſeruili timore depoſito in Deum moueri, & abſque reflexione, ad commodum temporale, & inceſſanter famulari, quæ ſingulari excellentia, inuiſibilem

Digitized by Google

lem annunciationem, in ſubiectis ordinibus imperio ſolo formant. Et vt dicit Gregor. *in bello ſpirituali*, officium eorum eſt inſtruere, qualiter oporteat homines prælationis officium exercere. Suggerunt etiam prælatis, qualiter ſine tyrannide, & ſubiectorum oppreſſione, debeant ſe habere. Et vt dicit Ber. de Buſt. *in 2. parte ſui Roſarii, ſer. 11. 2. part. litera H.* Operantur ad ſenſum, ſub domino rationis ſubiugationum, vnde *Gen. 16.* Angelus dicit Agar, vt ad dominam ſuam rediret, & ſe ei humiliaret. Et ſunt angeli iſtius ordinis immunes ab omni impreſſione, vt libere ad ſummum eleuentur, & nulli infra ſummum ſubiiciantur. Vnde ita Deo ſubſunt, quod nulli inferiori ſubiiciuntur, & per vniuerſalem excellentiam, ſupra omnem ſubiectionem eleuantur: ita tamen, quod per nullam violentiam, aut tyrannidem, ad oppreſſionem inferiorum inclinantur, vnde dicit Dionyſ. *in ſua hierarchia*, quod ſecundũ diſſimilitudinem tyrannidis dominorũ, exercent ſeueritatem: habent in poteſtate, & cum ſeueritate, liberalitatem in benignitate: & dum à dominationibus poteſtas exercetur, liberalitas circa inferiores non tollitur. Per iſtam tamen liberalitatem, eorũ poteſtas nullo modo minoratur, imo Deo ſe confirmantes, regulam & legem ſuæ præſidentiæ, quantum poſſibile eſt, imitantur, vt ait Bartol. Angelici *in d. lib. 2. de propriet. rerum.*

Ad hunc ordinem, aſſumuntur alii inferiores Prælati ab Epiſcopo, qui nulli alii ſubiiciuntur, quã ſupremo Principi, vt ſunt Abbates exempti ab omni iuriſdictione: Qui licet non ſint immediati ad ſummum Pontificem, in ordine tamen nulli alii ſuperiori, quam ſupremo ſubiiciuntur. Et etiam à ſimili, inferiores Principes, vt ſunt Comites. Qui licet non ſint immediati poſt ſupremum Principem; tamen nulli alii Principi, puta Duci aut Regi ſuperiorem recognoſcenti, prætterquam ſupremo Principi, puta Imperatori aut Regi, non recognoſcenti ſuperiorem, ſubiiciuntur. Cum tales dominentur inferioribus eiſdem iuſtitiam adminiſtrando, & eos ab impreſſionibus, violentiis, & tyrannide præſeruant. Et etiam hi, qui non permittunt in ſe vitia dominari, ſed vitiis dominantur: ita, quod non permittunt turpia in ſe, ſed omnia honeſta regnare, in quibus ſenſualitas nullo modo rationi dominatur, ſed ecõtra ratio ipſa dominatur ſenſualitati, quæ quidem ratio, refrænat in mortali corpore omnem appetitum inordinatum, quem reducit ad debitam regulam, pœnitentiam agentes, & corpus ſuum in ſeruitutem redigentes. Et tales Principes ſupradicti, qui in omni iuſtitia & æquitate vitam ſuam peregerunt, neminem lædentes, nihil alienum vſurpantes, vnicuique quod ſuum erat reddiderunt, plus affectati æquitati, iuſtitiæ & Reipublicæ vtilitati, quam proprio profectui: qui ſubditos in omni zelo iuſtitiæ nutrierunt, & defenderunt, non aliena rapientes: ſed ſuis iuribus & reditibus neminem læſerunt, zelo iuſtitiæ ſeruientes.

Quibus etiam comparandi ſunt omnes præſides Parlamentorum, & ſupremarum curiarum, qui licet non ſint primi in ordine poſt Principem, nulli tamen alii ſubſunt in dominatione. Inferioribus dominantur, eis autoritate ſupremi Principis iuſtitiam adminiſtrando.

Ab hoc ordine, cecidit vſque ad ſextum inferni carcerem, quem inhabitat cum ſociis ſuis quidam dæmon nomine Aſtaroth ſeu Veemoth, & beſtia interpretatur, & tentat de multis, vt habetur *Iob.* 41. Vbi dicit, quod non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei, qui factus eſt, nullum timet, & omne ſublime videt. Et ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Tentat etiam de accidia, & pigritia, & de malitia eius ponitur *Iob.* 40. & 41. Et cum talibus damnantur tales, in tali ſtatu, vt dictum eſt, exiſtentes ſuperbi, quorum eſt res, accidioſi, & pigri, qui præ pigritia permittunt in ſuo corpore humano diuerſa vitia, qui ita ſunt delicati, & impinguati, quod ex ſua conſuetudine ad vitia, ipſis reſiſtere & obuiare neſciunt, aut nolunt, ſed ipſis longo tempore inuoluti, & dormientes ſicut porcus in volutabro, iam &

conſuetudine ducti, eos pigeret à peccato ceſſare.

Et etiam prædicti Prælati inferiores, qui ſuos inferiores non bene gerunt, ſed per laſciuiam, pigritiam & negligentiam, eos viuere contra eorum regulas ſinunt, & permittunt eis in peccatis conſuetis remanere.

Et prædicti Principes temporales, qui populum ſuum per ſuos officiarios opprimentes, ad iuſtitiam zelum non habentes, pauperibus ſubditis non compatientes, iuſtitię non vacantes, exactionibus indebitis & inſolitis intendentes, lubricis actibus intricati, venationibus dediti, de pauperibus ſubditis non curant: populi oppreſſoribus eis adulantibus omnino fauent & placent. Et etiam præſidentes in curiis ſupremis, qui iuſtitiam non adminiſtrant, & retardant.

De iſto dæmone, quos tentabit, ample ponit Bernard. de Buſtis, *in 1. part. ſui Roſar. in ſermon.* 10. *in litera P.* vbi dicit, tentabit Clericos, Presbyteros, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Cardinales, & omnes ſimoniacos, & plures alios, vt ibi dicit, quos vide & cogita tu.

DEcimæ conſideratio. Quintus ordo in choro angelorum, dicitur Principatus, qui eſt octaua ædes, habendo reſpectum ad ſupra dicta. Et hic ordo, ſecundum ſanctos, docet homines inferioris gradus exhibere reuerentiam maioribus exiſtentibus in ſtatu altioris dignitatis: vtputa Regibus, Principibus & Prælatis. De angelis iſtius ordinis, dicit Dionyſ. Ad principatus pertinet vniuerſalis ducatus & regimen ductiuum, ad Dei ſimilitudinem: quia iſti angeli habent ex officio, vt alios inferiores ordinaliter reducant ad Deum, & doceant ipſum reuereri in ſeipſo & proximo, ſpecialiter in Prælato: Qui ſecundum Dionyſ. ideo dicuntur principatus; quia habent alios reuertere & reducere ad primum & principale principium, ſcilicet eum, quem ipſi, prout poſſibile eſt, imitentur, & quantum fas eſt, in præſidendi officio Principi aſſimilantur: &, vt dicit Iſid. *lib.* 7. Principatus ſunt, qui angelorum agminibus præſunt, qui pro eo, quod ſubditos angelos ad explendum myſterium ordinant & diſponunt, Principatus vocabulum acceperunt. Nam alii ſunt, qui adminiſtrant, alii qui aſſiſtunt. Millia enim millium adminiſtrabant, & decies centena millia aſſiſtebant. *Dan.* 7. Hæc dicit Bart. Angli. *in loco hic ante allegato.* Et quoniam, vt dicit Gregor. Principari eſt inter reliquos eſſe prior: quia primus eſt in executione eorum, quæ imperantur. Illi enim qui alios ducunt, primi inter eos exiſtentes Principes dicuntur, & vocantur. Iuxta illud Pſal. *Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus.*

Quomodo autem capiatur Princeps, videatur gloſ. *in ver. Regum, in clem. vnica. de baptiſmo.* Et hi etiam angeli, qui bonis ſpiritibus principantur, dicuntur Principes, & ad loca determinata, vel negotia Regis deputantur, per modum legatorum, mittuntur ad iſta inferiora ad Principum inſtructionem, eruditionem, protectionem, ſeu defenſionem: vt habetur *Ioſue* 9. Ego ſum Princeps exercitus. & *Daniel.* 10. vbi ponuntur tres Principes, ſcilicet Perſarum, Medorum & Græcorum, quos omnes angelus Domini inſtruxit: vt dicit Bernar. de Buſtis *in ſerm.* 11. *iam ſupra alleg.* Habent enim præſidem vni regno, vni nationi, vni prouinciæ, ſeu eorum cōmunitati, maxime principali perſonæ illius communitatis, vt patet *Dan.* 10. vbi dicitur, quod princeps Perſarum, ſcilicet angelus illius regni reſtitit angelo Danielis viginti duobus diebus, de quo infra dicam.

Ad hunc ordinem aſſumuntur Prælati inferiores, vt ſunt Abbates ſubditi Epiſcopis, & Abbatibus exempti. qui ſuos religioſos inſtruunt, & docent, quomodo ſit in regula & fide Chriſtiana, & catholica viuendum, & quæ ſint obſeruanda. Et Prælati inferiores ſeculares, vt ſunt Decani. præpoſiti & alij in eccleſiis collegiatis, qui docent & inſtruunt inferiores in eodem modo viuendi. & ſecundum eorum regulas eis datas à ſuperiore. Et Principes inferiores, vt ſunt Comites, Marchiones & alii habētes ſuperiores & exiſtentes adminiſtratores vnius prouinciæ ad illam inſtruendam, vt viuat ſecundum regulas & ordinationes ſupremi Principis, & cauſa de-

Digitized by Google

ſa defendendi ab oppreſſionibus inferiorum, & omnium aliorum ſubditorum: inter quos connumerandi ſunt gubernatores prouinciarum, ſi bene rexerint populum eis cōmiſſum: timendum eſt tamen, ne ille locus ſit diu vacuus, & non repletus, niſi alii ibi aſſumerentur. Sed aſſumuntur etiam Doctores, Prædicatores, Confeſſores, & alii ſacerdotes in dignitate conſtituti, habentes adminiſtrationem, & gubernationem, vt habetur *Malach. c. 2.* Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciētiam, & legem requirent ex ore eius; quia angelus Domini exercituum eſt. Et etiam viri deuoti, & charitate fecundi, de bonis alterius gaudentes, qui obſeruauerant illud præceptum: Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum ſicut teipſum: eis iuſtitiam adminiſtrando, ex mandato Principis ſupremi, cui ſubſunt. Ex quo conſiliarii Parlamentorum, exiſtentes in pari loco, & dignitate cum talibus & ſupradictis principibus, quibus comparantur, vt dicam infra *in 5. part.* ad hunc ordinem aſſumuntur, & in ordine collocabuntur, ſi maiora non habuerint merita.

Ab hoc ordine, vſque ad quintum inferni carcerem, cecidit quidam principalis dæmon nomine Leuiathan, cum omnibus ſuis complicibus. Qui omnes tentatores tam de ſuperbia, ira, quam auaritia, cum quibus collocabuntur omnes Prælati inferiores, qui ob eorum ſuperbiam male tractant ſuos ſubditos, & inferiores, eis à ſuperbiore commiſſos. Principes ſuos ſubditos non cuſtodientes, inſtruentes, nec defendentes, niſi ad eos excoriandum, & opprimēdum, quia tales ſunt ſimiles Ceto in mari, quæ alea defendit ab aliis piſcibus, ſed per ſe ea deuorat: quibus minatur Dominus *Eſa. 27.* In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo, & grandi & forti ſuper Leuiathan, ſerpētem veterem, ſuper Leuiathan, ſerpentem tortuoſum, & occidet Cetum, qui in mari eſt, & præſertim, vbi domini, & principes, ſubditos in perſonam offendunt, quos rationabiliter verberare non poſſunt, ſecundum Bartol. *in l. cum ſatis. C. de agricolis & cenſitis lib. 11.* Nec alias opprimi, aut bonis damnificari, vel iniuriari, per text. *in l. cum ſatis. §. caueat. & ibi Io. de Plat. C. eodem.* vt ait Catilina in ſecunda reſponſione cōtra Cicer. Nec vlla poteſt illuſtribus viris, in abiectis hominibus vltro laudem afferre.

O Deus omnipotens, quid hodie dicendum eſt in Principibus huius ſeculi, de quibus omiſi dicere *in 4. conſideratione*, cum ibi tantum collocantur ſupremi Principes, & in illo carcere inferni vltimo iuxta Luciferum collocantur? Nonne reperientur, qui poteſtate abutuntur, in ſubditos, eos opprimendo, quos defendere debent? Nonne ſunt effœminati, qui filias & vxores ſubditorum violant? vt olim fuit quidam Rex Franciæ nominatus Childericus, quem Zachar. ſummus Pontifex ſuo regno priuauit. de quo *in c. alius. 15. quaſt. 6. iuncta gloſſ. ibi in ver. inutilis.*

Refert etiam Gaguinus *lib. 1. hiſtoriarum*, Childericum, ob illam rem, regno fuiſſe pulſum.

Aduertendum eſt, quod etiam Deus ob punitionem peccatorum ſubditorum, dat populis Regem effœminatum, vt habetur *Eſa. 3.* Et dabo pueros Principes eorum, & effœminati dominabuntur. Et *Iob. 36.* Morietur in tempore eorum, & vita eorum inter effœminatos. De hoc vitio dicam alibi, cum hic tantum ſit quæſtio de Principibus deprędantibus ſuos ſubditos, & abundant tabernacula prædonum. dicitur *Iob. 12. & Eſa. 3.* Vos enim depaſti eſtis vineā meā, & rapina pauperis in domo veſtra. & tales deprædabuntur in inferno. Iuxta illud prophetæ *Eſa. 33.* Væ, qui deprædaris, quoniam tu ipſe deprædaberis. & Pſalmiſtæ: Et qui deuorant eſcam meam, ſicut panis, &c. Quoniam etiam

Non habet euentus ſordida præda bonos.

Nec immerito, cum inter cætera, quæ clamant ad Deum, eſt vox ſubditorum oppreſſorum: iuxta illud Iacob. 5. & quod vulgariter & communiter dicitur:

Clamitat ad cœlum vox ſanguinis, & oppreſſorum.

Tales enim populi oppreſſores, ſunt cauſa, propter quam bella fiunt, ſecundum text. & gl. *in d. c. ad apoſtolica. de re iudic. lib. 6.* Vt qui iuſtitia,

ſtitia, propter potentiam, reprimi non poſſunt, bello clade cum ſonitum in hoc ſeculo pereant. Cum de talibus concludatur *Iob.27.* Hæc eſt pars hominis impii apud Deũ, quod hæreditas violentorum, quam ab omnipotente ſuſcipient. Si multiplicati fuerint, filii eius in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane: qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt. Et etiam habetur amplius *Eſa.13.* Et tales in inferno collocabuntur in hoc carcere, *iuxta illud Apoſtoli 1. ad Cor.6.* Neque auari, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt: imo iudicium duriſſimum his, qui præſunt fiet, & potentes potenter tormenta ſuſtinebunt, ſeu patientur, *Sapi.6.* & *Pſal.7.* concluditur: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Prout ab Angelo fuit Carolo Caluo Francorum Regi diuinitus monſtratum. De quo Gaguinus *lib.5.c.1.* Prout refert etiam Benedicti *in ſua rep. c. Raynutius. in ver. condidi.1. in fin. de teſtam. extra.*

VNdecima cõſideratio. Ordo ſextus chori Angelorum dicitur Poteſtatum, & eſt nona ſedes habendo reſpectum ad ſupradicta. Et dicuntur poteſtates ſecundum Iſidorum; quia eis virtutes diuerſæ ſunt ſubiectæ, & ideo poteſtatum nomine nuncupantur; quia maligni ſpiritus eorum poteſtate coercentur.

Ad rationem enim gubernationis, pertinet ordinare, qualiter ea, quæ præcepta, vel diffinita ſunt, impleri poſſint, vt alii exequãtur: & hoc pertinet ad poteſtates. Nomen enim poteſtatis quandam ordinationem deſignat ſecundum illud Apoſt. *ad Roman.13.* Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Et ideo Dion. dicit, quod nomen poteſtatum, quandam ordinationem ſignificat, circa ſuſceptionem diuinorum, & circa actiones diuinas, quas ſuperiores in inferiores agunt, eas ſurſum ducendo. Ad ordinem ergo poteſtatum pertinet, quomodo à ſubditis ſunt agenda. Et horum officium eſt, ſecundum Greg. illos, qui in bello ſpirituali deſudant confortare, & per hos arcentur mali ſpiritus, & ne violentiam inferant. Et, vt boni victoriam obtineant, eos ab aduerſariis defendant, ſicut per poteſtates terrenas, malefactores arcentur, ne violentiam aut vim bonis inferant, vnde Greg. Poteſtates vocantur hi, qui hoc potentius, præ cæteris præceperunt, vt eorum ditioni poteſtates aduerſæ ſubiectæ ſint. Et mittuntur nobis ad dæmonum, & tentationum repreſſionem, vt patet *Exod.13.* Angelus Domini interpoſuit ſe inter Ægyptios, perſequentes filios Iſrael, & ipſum exercitum. Sicut etiam *Tobiæ 8.* dicitur. Quia Raphael religauit dæmonem in deſerto ſuperiori, ne noceret Tobiæ. Quæ autem dicat de his poteſtatibus Bart. Anglici *in ſuo lib. 2. de propriet.* poſt Dionyſium, vide eundem.

Ad hunc ordinem ſextum, in ordine angelorum, & nonum, in ordine ſupradicto, poſt hanc vitam aſſumuntur homines, in hac mortali vita degentes in omni caſtitate vitæ: qui aliquando à corporibus à dæmone obſeſſis dæmones expellunt, peccata purgant, ſuis ſanctis orationibus & aliis ſanctis operibus à mentibus hominum dæmones arcent, homines ſuo bono exemplo quaſi viuere compellunt. Aſſumuntur ſancti, & ſanctæ virgines, & alii caſti, & in caſtitate viuentes, in omni morum honeſtate, & ſanctimonia vitæ: quoniam virginitas replet Cœlum. *c. nuptiæ. in princ. 32. q. 1.*

Ab hoc ordine cecidit quidam dæmon vocatus Beelphegor, qui alio nomine vocatur Priapus, qui eſt Deus hortorum, qui cum ſuis complicibus tenetur in carcere inferni. Et eſt capitaneus omnium dæmonum, qui tentat de luxuria, cum quibus patientur in illo carcere inferni luxurioſi, & omnes lubrici, vt puta corruptæ virgines, adulteri: vt habetur *1. ad Corinth.6.* Adulteri regnum Dei nõ poſſidebunt. & *Apocalyp. 21.* Erit pars eorum in ſtagno ſulphure, & igne vincti. & *Oſea 7.* Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus. Peſſimum eſt enim vitium, alterius vxorem adulterari, ſecundum Ang. per illũ text. *in §.2. in Authent. de monach.* Imo abominabile eſt in muliere, ſeu fœmina plus quam *in* viro:

Digitized by Google

viro: quia maior caſtitas, etiam ſecundum mores hominum exigitur à fœminis, *l. palam. §. qui in adulterio. vbi gloſſ. ff. de rit. nuptiar. l. pen. C. de Orfi.* & ſatis not. *Deut. 32.* vt per plura comprobat. G. Benedict. *in ſua rep. c. Ray. in ver. cuidam Petro tradiderunt. num. 53. de teſtam. extra. & ibidem nu. 98.* Quod quamuis omnibus libidinis amor turpis ſit; nunquam tamen deterior, quam in honorato; quia, quanto nobilior, tanto nocibilior, ſecundum Alb. Mag. Licet enim in ſerico, & lana, eadem libido verſetur: dignitas tamen perſonæ habet libidinis aggrauatum delictum. *c. cum quidam. de iureiur. l. presbyteri. C. de epiſc. & cler.* Illuſtribus enim vt dicit, caſtitatis obſeruatio, præcipuũ debitum, & ob vitium luxuriæ, plures Principes fuerunt à regno remoti.

Sichem, Princeps magnus, quia oppreſſit virginem Dynam, à filiis Iacob cum eſſet in dolore circumciſionis, interfectus eſt, *Geneſ. 34.*

Rex Salomon, domini amantiſſimus, plenus ſapientia, diuitiis, & potentia, ſuper omnes Reges in ſenectute deprauatus, mulieres adamauit alienigenas, & receſſit cor à Domino propter mulieres, & ſecutus eſt Deos alienos, & factus eſt Idololatra, mulierum talium amore. Habuit enim 700. ſicut Reginas, & trecentas cõcubinas: & ideo ſuſcitauit ſibi Deus aduerſarios Adad Idumæũ, & Ieroboam ſuum ſeruum, qui afflixerunt eum vehementer, & in ſenectute ſua mulieribus deprauatus, mortuus: & ſic ſcriptura de eo male ſentit, *3. Reg. 18.* & *32. q. 4. c. Salomon. de pœnit. diſt. 2. c. ſi enim. verſ. Salomon.*

DVodecima conſideratio. Poſt illos ſex ordines chori angelorum, contentos in duabus primis hierarchiis, eſt tertia hierarchia. Quæ dicitur Epiphonia, tres continens ordines inferiores, ſcil. virtutes, archangelos, & angelos. Et hæc inferior hierarchia ſic deſcribitur: inferior hierarchia, eſt diuinum participium, naturæ legibus occurrens, ſecreta reuelans, pro capacitate diſcreta. Naturæ legibus occurrens: hoc pertinet ad virtutes, quæ poteſtatem habent faciendi miracula, & curandi morbos, & languores. Secreta reuelans: hoc pertinet ad archangelos & angelos. Pro capacitate diſcreta: hoc pertinet, & refertur, ad archangelorum doctrinam, & angelorum: quia maiores, vt archangeli maiora, minores, vt angeli, minora reuelant, per archangelos enim reuelantur prophetiarum maiora ſecreta, vt illud: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, &c.* Per angelos autem minora. Vt illud Dauid: *Epiſcopatum eius accipiet alter.*

DEcimatertia conſideratio. Septimus ordo angelorum, qui eſt decimus in ordine noſtro ſupra poſito, dicitur Virtutum. Virtutes enim, ſunt angelorum agmina, miniſteria habentia ad virtutes, & miracula facienda, vt habetur ample per Barth. Anglici, *in 2. lib. de proprietate rerum. ver. 7. eſt ordo.* Et ſicut ad rationem pertinet, præbere facultatem adimplendi, ſicut præſidentes, balliui, & alii Poteſtates dant mandata adimplendi legum præcepta. Quod ad virtutes pertinet, ſecundum quod virtus importat quendam exceſſum fortitudinis: & ſic dicit Dionyſius, quod nomen virtutum, ſignificat quandam virilem, & inconcuſſam fortitudinem, ad omnes operationes diuinas ei conuenientes, & ad ſuſcipiendum diuina, ita quod ſignificat, quod ſine aliquo timore aggrediuntur omnia, quæ ad eos pertinent, quod videtur ad animi fortitudinem pertinere. Iſti enim ſunt iuſtitiarii in domo Regis, quorum eſt ardua operari. Vnde dicit Greg. Virtutes vocantur etiam illi ſpiritus, per ſigna & miracula, quæ frequenter fiunt, & nobis mittuntur ad miraculorum cooperationem: vt patet *Tob. 11.* vbi dicitur quod angelus Raphael Tobiam ſeniorem illuminauit, cuius filium à piſcis deglutitione eripuit. Similiter & Danielem in lacu profundo inter leones rabidos, ab eis liberauit, & viuum præſeruauit, vt habetur *Danielis 6.* Deus meus miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi; quia coram ipſo iuſtitia inuenta eſt in me. Ex quibus dicendum eſt, quod omnes Iuſtitiarii inferiores, mandata iuſtitiæ adimplentes, & iuſtitiam adminiſtrantes, in

Digitized by Google

quibus iuſtitia inuenta erit, in hoc ordine aſſumentur.

Et dicit Greg. Homines hic viuentes virtuoſi, omnibus virtutibus præpollentes, ita, quod tantum à Deo illuminatio, quod ex eorum ſanctitate vitæ, faciunt miracula, ſuis precibus Deo fuſis, & operibus virtuoſis adhibitis: in hoc ordine collocabuntur, ſicut fuerũt multi ſancti, qui miraculis claruerunt.

Ab hoc ordine cecidit quidã dæmon nomine Beelzebub, qui interpretatur Princeps muſcarum: quia illi, idolo ſacrificatur de ſanguine, aſpergendo ſanguinem ſupra ipſum, idcirco muſcæ adhærent ſibi: quod idolum, primus adinuenit Ninus rex Niniue, in honorem patris ſui, qui Belus dicebatur. Qui quidem, cum ſuis collegis, tentant de inuidia: & ideo omnes inuidi de bono alicuius, erunt in tertio carcere inferni cum ipſis, & etiam iuſtitiarii, non cum virilitate, & fortitudine, iuſtitiam adminiſtrantes, & indeuoti doctores, & confeſſores, ſeu prædicatores, aut quicunque alii inferiores ſua officia non viriliter exercentes. Et, vt dicit Bernardinus de Buſtis *in 1. parte Roſarii. ſerm. 10. in litera O.* Tentabit etiam hæreticos, incantatores, diuinatores, maleficos, & ſortilegos, qui cum eo collocabuntur, vt ibi ample.

DEcimaquarta conſideratio. Octauus ordo Angelorũ, qui eſt vndecimus in ordine noſtro ſuprapoſito, dicitur ordo Archangelorum: qui ſecundum Iſid. ſummi nuntii, vel Principes nuntiorum interpretantur, & primatum tenent inter Angelos. Cum dicitur ab *archos*, quod eſt Princeps, & *angelus*, quaſi angelorũ Princeps. Sunt enim Duces & Principes, ſub quorum ordine vnicuique Angelorum officia deputata ſunt. Nã Archangeli Angelis præſunt, vt patet in Zacharia, vbi Angelus maior dicit minori: *Vade, & doce puerum iſtum.*

Horum enim officium eſt, maiora Dei ſecreta, nobis hic inferius nuntiare, ſicut Gabriel nuntiauit Beatæ Mariæ virgini, incarnationem filii Dei. Et etiam mittuntur, ad eruditionem rectorum, vt Gabriel, qui etiã miſſus fuit ad Zachariã Pontificem, & ipſum docuit, quod eſſet pater Ioannis Baptiſtæ, vt canit Eccleſia:

Nuncius celſo veniens Olympo,
Te patri magnum fore naſciturum
Nomen, & vitæ ſeriem gerendæ
Ordine promit.

Et Raphael etiam, tãquam medicina Dei, ad Tobiam miſſus fuit, qui eius oculis curationem adhibuit, & cæcitatem abſtulit, & deterſit, vt refert Iſid. *lib.* 8. Et ſecundum Dionyſium, officium archangelorum eſt etiam prophetias reuelare, dæmones hominibus dominantes arcere, ne vlterius plus lædant. Archangeli etiam angelis ſuperpoſiti, eis ſunt digniores, & annunciatione ſunt priores cæteris; quia ſunt perfectiores, vt pulchre declarat Barth. Anglici *in loco hic ante alleg.* Et tales dicuntur deputati ad regimen, ſeu cuſtodiam vnius multitudinis, vt puta, vnius familiæ, domus, vnius proſapiæ ſeu prolis, vnius villæ, ſeu parochiæ; cum tamen angelis, ſingularum perſonarum, de illa multitudine. Nam miſericors Deus, humanam fragilitatẽ cognoſcens eſſe inexpertam, & ineptam ad bellandum, & reſiſtendum dæmoni infernali, de quo veritas diuina in Euang. dicit, quod non eſt poteſtas ſub cœlo, quæ comparetur illi, quem alibi vocat principem huius mundi, dicens: *Venit enim Princeps mundi huius, ſcilicet diabolus, & in me non habet quicquam.* ne à tanto & tam forti Principe, qui eſt leo rugiẽs, quærens quem deuoret, natura humana in aliquo decipiatur, dedit vnicuique hominũ, vnum angelum magiſtrum, directorẽ & conſeruatorem, ſcientem omnia neceſſaria pro humana ſalute. Et de primo, qui datur omnibus & primo ordine, dicam *in conſid. ſequenti.*

Sed quia etiam habentĩ dignitatem, datur alius angelus de maiori ordine, ſecundum dignitatem illius, cui datur. Ideo in hoc tantum inſiſtendo, dico, quod archangeli dantur communitati, familiæ, domui, proſapiæ, aut Principi, ſeu gubernatori, vt de Eliſeo 3. *Reg.* 4. *c.* Qui angelorum multitudinẽ habuit ad ſui defenſionem. Habuit enim vt ſingularis perſonæ vnum, & vt propheta alium, & ſecundum

Digitized by Google

ſecundum ſuas dignitates, alios. Et, vt ait Bernardus *in quodam ſuo ſermone:* Beata virgo Maria plurimas angelorum legiones habuit, ad ſui protectionem, & cuſtodiam, & qui ei tanquam dominæ deſeruirent, vt ei conueniret, quod habetur *Pſal.* 90. Angelis ſuis Dominus mandauit de te, vt cuſtodirent te in omnibus viis tuis.

Singulis enim regnis & præſidentibus ſeu Principatibus ſupremis, præſunt angeli de ſuperiori ordine inferioris hierarchiæ, ad cuſtodiam ſolum illorum. Et iſti ſunt principaliter cuſtodes Regum & Regnorum. Et ideo aliquando accipiuntur pro Regibus, & regnis, quibus præſunt, eo; quia rationabiliter procurant bonum gentium ſibi commiſſarum ex earum meritis. Nam quilibet angelus offert Deo merita ſuæ gentis, cui præeſt, propter quod videntur tales angeli ſibi inuicem quandoque cōtrariari, & reſiſtere, quoties duo regna, quibus præſunt, diuerſi angeli ſunt in contradictione. Et hoc eſt, quod dicitur *Danielis* 10. vbi Danieli dicit Gabriel; Princeps, id eſt, angelus regni Perſarum reſiſtit mihi viginti & vno diebus. Et permanent illi angeli in tali reſiſtentia, non quod inter ipſos ſit contrarietas voluntatum ſimpliciter, ſed quia futura ignorant, donec ſciant determinationem diuinæ voluntatis de futura iſtius, vel alterius gentis, ſubiectione. Sed quam primum ſciunt diuinam voluntatem, per reuelationem, vel effectus poſitionem; tunc concorditer approbant diuinam ſententiam, cum voluntates eorum ſemper ſint conformes diuinæ voluntati, vt declarat beatus Thomas *in* 1. *part. q.*113. *art.*8. & idem Thomas *in* 2. *ſenten. diſtinct.*11. & Nicolaus de Lyra *Apoc.*10. *in verb. & angelus. & in ver. audiui angelum, & ibidem* 16. *c.* & clarius *Dan.*10. & Greg. *lib.*4. *mor.*31. *& lib.*17. *c.*7.

Et huius regni, & regis Franciæ cuſtodia & protectio, attribuitur Michaeli archangelo, qui olim Princeps fuit ſynagogæ. Sed nunc conſtitutus eſt à Deo in Principē Eccleſiæ, cuius ſuper cæteros ſeculi Principes, brachium dextrum, & præpotens fuit, vſque nunc, & ad hunc regem Franciſcum huius nominis primum, Chriſtianiſſimus tunc dictus Rex noſter Franciæ, vt dicam infra *in* 5. *part. in* 31. *conſideratione.* vbi ponam, quomodo Reges Franciæ ſemper profuerunt in Eccleſia: multaque pro Eccleſia fecerunt, quæ alii principes Chriſtiani non fecerunt. Ideo datus eis Michael, pro cuſtodia ſua, & ſui regni. Non ergo immerito, & ſine cauſa, regnum Franciæ vſque ad hæc tempora floruit, & augmentatum fuit, tanquam ab ipſomet Deo inſtitutum, protectum & cuſtoditum vſque ad hæc tempora, vt ſatis declarat Guil. Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in verb. duas habens filias. de teſtam. extra.*

Nam, vt ait Gregorius, quoties miræ virtutis quid agitur, Michael mitti perhibetur, vt ex ipſo actu & nomine detur intelligi, quod nullus facere poteſt, quod facere præualet Deus. Idcirco eidem Michaeli plura, quæ ſunt miræ virtutis, attribuuntur, vt de pugna ei data cum Dracone, de qua *Apocalyp.* 12. ob quod inter ſanctorum acies angelorum Chriſti ſignifer habetur, & Paradiſi præpoſitus nominatur. Ita quod quoties de ipſo ſit feſtum, de omnibus angelis etiam ſolennizatur.

In ſignum huius Regis & regni Franciæ protectionem, poſt primam Michaelis in terra eccleſiæ Romanæ, in monte Gargano Apuliæ miraculoſam apparitionē, in ſuiq; honoris templi dedicationem, facta fuit apparitio ſecunda in regno Franciæ in loco, qui *Tumba* dicitur, iuxta mare ſex millibus ab vrbe Abriacenſi, circa ann. Domini 707. vbi Michael epiſcopo prædictæ ciuitatis apparuit, iubens, vt in prædicto loco eccleſiam conſtrueret, & ſicut ſit in terra Eccleſiæ, ſcilicet in monte Gargano, ita & ibi in ſui memoriam celebraret, qui locū incolere, regnumque tutum ſeruare ſtatuerat. De quo meminit Gaguinus *lib.*3. *c.*4. Eodem, inquit, prope tempore, Aubertus Abriacenſis Pontifex, in collo altiſſimo ſancti Michaelis cœnobium exædificauit, cū ageretur annus ſalutis 709. Quæ omnia prudenter conſiderans Ludouicus vndecimus, pater Caroli VIII. Rex Franciæ, in honorem Michaelis archangeli

geli protectoris ſui, Ordinem militarem ſancti Michaelis dictum, cum ſit Princeps & Præpoſitus cœleſtis militiæ: quia pugnauit cum dracone, & data eſt ei talis poteſtas, inſtituit perpetuo, & fundauit certo militum numero, quorum Rex primus eſt decreto & determinato, de quibus infra dicturus ſum.

De quo Michael dicere potuerunt Reges Chriſtianiſſimi, quod habetur *Dan.19.c.* Ecce Michael vnus de Principibus primus, venit in adiutorium meum, *&c. in fine.* Nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael Princeps veſter. Et ad hunc ordinem aſſumuntur omnes eleemoſynarii & ſobrii, qui ſua bona eleemoſynis erogauerunt, qui pauperibus ſubuenerunt, ægrotis peregrinis & indigentibus hoſpitalia viſitauerunt, eccleſias reparauerunt de ſuis bonis, & pro defunctis orauerunt, & orare fecerunt.

Aſſumuntur etiam Domini temporales, habentes cuſtodiam ſuorum ſubiectorum, & inferiores curati, & viri eccleſiaſtici habentes cuſtodiam animarum, & ei annunciantes verba Dei, decem præcepta Legis, & Euangelia, & Prædicationes, qui ſunt nuncii Dei & verborum ipſius.

Ab hoc ordine cecidit ille Dæmon, qui Aſmodius, alio nomine Belſephon dicitur, qui ſecundum carcerem inferni cum omnibus ſibi adhærentibus tenet: cum quibus ipſe tentat de gula, ita quod gulosi tabernarii, & ebrioſi, & ſic de ſimilibus erunt de iſto ſecundo carcere inferni. Similiter & carnium voraces, qui mane ſurgunt ad ebrietatem, & ſunt potentes ad bibendum, de quibus habetur *Eſai.5.* Væ, qui conſurgitis mane ad ebrietatem, & tandem vſque ad veſperum, vt vino æſtuetis, quoniam, vt plurimum talis ebrietas eſt peccatum mortale propter aſſiduitatem. notatur *in c. vnum orarium. §. alias ea demum. 25. diſtinct. & Hoſtienſ. in Summa, de temp. ord. colum. 6. verſic. tertia regula.*

Similiter omnes habentes cuſtodiam aliquorum, vt ſunt domini temporales & curati, qui ſubditis non nunciant, quæ habeant in mandatis, tam in adminiſtrando eius iuſtitiam, ſeu iuriſdictionem, quam in prædicando & annunciando verbum diuinum diebus feſtiuis, ſed ſunt negligentes: aut alias non ita nunciant, prout tenentur, in hoc carcere collocabuntur.

DEcimaquinta conſideratio. Nonus ordo chori cœleſtis, ſeu ſpirituum cœleſtium dicitur Angelorum, & eſt vltima ſedes, habendo reſpectum ad ea quæ dicta ſunt hic ante *in 3. par.* Et iſte ordo angelorum eſt deputatus ad volũtatem Domini populis nunciandam.

Angeli autem vocabulum nomen eſt officii non naturæ. Nam angelus nuncupatur, vt dicit Arch. *in c. fatendum. 13. quæſt. 2.* & iuxta illud: *Qui facis angelos ſpiritus, & miniſtros ignem vrentem.*

Angelis vero pictorum ſolertia pennas fingit, vt eorum diſcurſum celerem ſignificet, ſicut & iuxta poetarũ fabulas venti pennas habere dicuntur, ſicut dicitur: *Qui ambulat ſuper pennas ventorum.* & hæc ſecundum Iſidorum. Dionyſius autem dicit, quod angeli inferioris ordinis non participant ordinem ſuperiorem illuminationum. Non enim participant cum ipſis, ſed ex ipſis. Nam ageli ſuperiores primo loco diuinas illuminationes ſuſcipiunt, & illas poſtmodum ad aliorum notitiam deferunt, qui & primi nuncii dicuntur. Sed an de ſuperioribus quatuor ordinibus etiam mittantur ad nos, vide Anton. Florentinum *in ſua Summa, in 3 part. tit. 31. c. 6. §. 4. verſic. quantum ad quartum.* vbi exponit illud *Eſa. 8.* Et volauit ad me vnus de Seraphin, qui eſt de ordine ſuperiori.

Et iſti poſteriores & vltimi homines ad diuinam conſtitutionem adducunt & ſubleuant, & vt iſti viuant, informant. Vnde quiuis iſti inferiores angeli, etſi non habent alios angelos ſub ſe inferiores, quibus præſunt, habent tamen ſub ſe hominum ordines, quibus præſunt, quos ordinant & diſponunt: ſurſum eleuantur & extenduntur, per dilectionem Dei, in ſemetipſis formantur per cuſtodiam ſub ſe progrediuntur, per illorum tutelam, quorum miniſterio deputantur.

Vnde quilibet habet vnum bonum angelum ab ortu ſuę natiuitatis, vt dicit Archidiaconus

Digitized by Google

conus *in c. fatendum. 13. q. 3.* Imo Adam & Antichriſtus, vt dicit Anton. Florent. *in ſua Sum. par. 3. c. 6.* §. 4. vbi dicit, quod Antichriſtus habet etiam bonum angelum, & *in* §. 5. dicit, quod iſte angelus non eſt in ventre matris, ſed ſtatim poſtquam ortus eſt ex ventre matris, ſecundum Iacobum de Voragine, & ſecundum Thom.

Quod etiam cognouerunt gentiles: vnde Ariſtoteles *in lib. de ſecretis ſecretorum ad Alexandrum.* Neſcis, inquit, quod teſte Hermogene duo ſunt ſpiritus, qui te cuſtodiunt, quorum vnus ſtat ad dextram, & alius ad ſiniſtram, cuſtodientes, & ſcientes opera tua, & referentes factori tuo quicquid feceris? Hoc ſolum in veritate debet te, ô Alexander, retrahere ab omni inhoneſto opere. Per quos angelos intelligit vnum bonum, qui ſtat ad dextram, & alium qui ſtat ad ſiniſtram, ſcilicet angelum Satanę, quærentem hominem, tanquam leonem, deuorare. Vel, qui erat Rex & Prælatus, duos habebat bonos angelos cuſtodes, vt dicit Bernard. de Buſtis *in 2. parte ſui Roſarii. in ſermone 11. parte 2. in litera* D. Quia certum eſt, Imperatores & Reges duos habere angelos cuſtodes. Vnum, videlicet ratione ſingularis perſonæ, ſicut habent cæteri homines. De quo habetur *Matth.* 18. ibi; *Videte, ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt.*

Et iſti angeli ſunt de ordine inferiori, quorum cuſtodia habet multos effectus, vt ſtatim dicam. Et iſte angelus cuſtodit, vt alii angeli.

Alterum vero angelum habet ratione dignitatis, vel officii regalis, vt de Eliſæo legitur 3. *Reg. 4. cap.* quod angelorum multitudinem habuit ad ſui defenſionem, vt infra dicam. Et iſte ſecundus angelus, qui datur ratione dignitatis, illuminat, vt tenet ſanctus Thomas *2. diſtinct. 11. queſt. 12.*

Singulis enim regnis præſunt angeli de ſuperiori ordine inferioris Hierarchiæ, qui dicuntur ſecundum aliquos, Principatus, & ſecundum alios, Virtutes. Et iſti ſunt principaliter cuſtodes Regum, & regnorum, & regnis quibus præſunt, eo; quia rationabiliter procurant bonum gentium ſibi commiſſarum ex earum meritis, vt infra dicam.

Et, vt dicitur *ad Hebræos.* 1. Omnes adminiſtratorii ſpiritus ſunt miſſi in adiutorium eorum, qui hæreditatem capiunt ſalutis: propter ſeptem, quæ Deus circa nos operatur, quæ ponit Anton. Florent. *in ſua hiſtoria, 1. parte. tit. 6. c.* 1. §. 1. vbi ponit, circa quæ operentur angeli apud nos.

DEcimaſexta conſideratio. Iſtorum angelorum etiam multiplex eſt effectus, quos ponit Bernardinus de Buſtis, *in 2. parte ſui Roſarii allegati, in ſerm.* 13. *in 2. par. in litera* C. D. E. F. *vſq. ad literam* M. vbi ponit duodecim officia, quæ habent angeli erga nos. Et quoſdam etiam ponit Diſcipulus, *in ſuis ſermonibus, in ſermone de angelis, ſerm.* 32. vbi dicit: Quod propter illa officia, quæ habent apud nos, debent à nobis honorari. Eoſdem effectus etiã deſcribit Bartholomæus Anglici, *in ſuo 2. lib. de proprietate rerum.* Etiam Bernardinus de Parentinis, *in ſuo elucidario, in quarta parte, ibi: Quæritur quarto.* & Ant. Florent. *in loco ſupra allega.* §. 5. Ego autem alio ſtylo, vt melius & plenius à rudibus intelligantur, & magis ſuccincte & clare ponam effectus cuſtodiæ angelorum, quam habent in nobis. Et dico, quod angelus noſter datus eſt nobis ad cuſtodiam ad multos effectus ſequentes.

Primo, vt ab inſidiis Diaboli nos præſeruet, vt ſatis notatur *Iudith* 12. Viuit Dominus; quia cuſtodit me angelus eius, hinc euntem. & ibi commorantem, & indehuc reuertentem. Et *Geneſ.* 32 Cum Iacob Eſau valde timeret, angelos ſibi obuios habuit, ipſum adiuuare paratos, qui ait: *Caſtra Dei ſunt hæc.*

Secundo, cuſtodit nos contra Dæmonum tentamina, velut paſtor ſolicite cuſtodit oues ſuas à luporum morſibus. Chriſtus enim eſt verus paſtor, qui cum mittit oues ſuas, id eſt animas, in hæc inferiora, mittit cuſtodes angelos ad cuſtodiendũ eas. Vnde angeli Dei cuſtodierunt & liberauerunt Loth de periculo Sodomorum, *Gen.* 19.

Tertio, nos quandoque à periculo mortis liberat, vt de Iſaac filio Abrahæ, quem angelus à morte liberauit, *Gen.* 12.

Quarto, nos præſeruat à pœnis humanis, vt habetur *Dan.3.* vbi angelus cuſtodiuit tres pueros à flamma ignis ardentis, & etiam à morte. Et dicit ibi text. *Angelus Domini deſcendit de cœlo cum Azaria & ſociis eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem.*

Quinto, bonus angelus orationes noſtras Deo repræſentat, vt dicitur *Tob.12.* Quando orabat cum lacrymis, & ſepeliebat mortuos. Ego obtuli orationem tuam Deo. Et *Dan.9.* dicebat angelus Danieli: Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo, ego autem veni, vt indicarem; quoniam vir deſideriorũ es: ſed angelus Perſarum reſiſtit mihi 21. diebus. Vnde Bern. Diſcurrit medius inter dilectum & dilectam, vota offerens, referens dona: excitat iſtam, placat illum.

Sexto, nos in triſtitia poſitos confortat, & corruentes reuelat, *Tob. 5. cap.* Forti animo eſto, in proximo eſt, vt à Domino cureris. Vnde, cum Daniel corruiſſet in terram, tetigit eum angelus Domini, dicens: *Noli timere[illegible]ibi, confortare, & eſto robuſtus vir deſideriorum.*

Septimo, bonus angelus nos à Dæmone tentatos, cõſolatur & protegit: immo contra multos Dæmonum inſultus nos defendit, & patet de beato Michaele tempore legis Moyſi, & ante patet, qui Princeps ſynagogæ eam, quamdiu durauit, fortiter defendit. *Dan. 1.* Nemo mihi adiutor, niſi Princeps Michael. Circa quam ſynagogam eam protegendo, primo miranda fecit, quia ipſe fuit ille angelus, qui plagas Ægypto intulit: Qui mare diuiſit: Qui in columna nubis & ignis, populum Iſraeliticum anteceſſit: Qui in terram promiſſionis populum introduxit.

Secundo fecit ſtupenda: ſciens enim Diabolus Iudęos ad idololatriã proruptos, volebat corpus Moyſi, honorifice ſepeliri, vt Iudæi ſuas idololatrias exercerent: ſed Michael victoriam obtinuit contra Diabolum, & corpus Moyſi ab omnibus abſcondit. Vnde *in Epiſtola Canonica Iudæ*, & tranſſumptiue *in c. ſi igitur.24. quæſt.3.* Cum Michael archangelus condiſputans altercaretur de Moyſi corpore, non auſus eſt iudicium inferre blaſphemiæ: ſed dicit, imperet tibi Deus.

Tertio, protexit illos de ſynagoga, vt patet *2.Reg.6.c.* Et habetur *in c. reuera de conſec. diſt.2.* vbi eſt hiſtoria de Syris, qui obſederant ciuitatem Samariæ: tũc dixit Eliſa; Plures nobiſcum ſunt, quam cum illis. Et loquebatur de angelis, quorum erat Michael, qui percuſſit Syrios cæcitate, quos Eliſeus duxit in mediũ ciuitatis in Samariam, ipſis non videntibus.

Quarto, adiuuit eos, qui erant de ſynagoga. Dicitur enim *Dan. 10.c.* ex perſona Gabrielis archangeli, Princeps regni Perſarum reſiſtit mihi 21. diebus. Et ecce Michael, vnus de principibus, primus venit in adiutorium meum. *Et in fine illius cap.* Et nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter. Greg. vero *lib.17.* Moralium dicit, quod princeps regni Perſarum erat bonus angelus, cuſtodiæ illius regni deputatus (cum quodlibet regnum, natio, aut prouincia, habeat vnum bonum angelum ad ſui cuſtodiam deputatum) qui reſiſtebat pro regno ſuo contra Gabrielem archangelum, cui populus Iſrael in Perſide erat commiſſus, qui laborabat pro populi deliberatione, quem tuto poſſe angelus Perſarum impedire nitebatur, & vide infra *in 9. part. in 45. conſider.*

Sed quomodo hoc, quod vnus angelus dicatur alteri reſiſtere aut pugnare pro ſibi commiſſis? Nam, vt dicit S. Thom. *in 1. par. q. 113.* relatus per Ant. Flor. *in ſua ſumma. in 3. par. tit.31. c.6. §.7.* Diuerſa iudicia circa diuerſa regna, & diuerſos homines varia exercent per angelos, qui in ſuis actionibus ſeu operibus regulantur, ſecundum diuinam ſententiam. Sed aliquando contigit, quod in diuerſis regnis, vel in diuerſis hominibus contraria merita, vel demerita inueniuntur, vt vnus alteri ſubdatur, vel præferatur. Quid autem ſuper hoc ordo diuinæ prudentiæ habeat diſponere, non poſſunt ipſi angeli cognoſcere, niſi Deo reuelante. Et tunc neceſſe eſt ipſis angelis, quod ſuper hoc conſulant ſapientiam diuinam, & eius agnoſcant ſuper hæc voluntatem, quam cognitam adimplere ſtudeant.

Ex quo

Digitized by Google

Ex quo patet, quod in quantum de contrariis meritis & ſibi pugnātibus diuinā conſulunt voluntatem, dicuntur ſibi inuicem reſiſtere. Non quia ſint eorū voluntates cōtrariæ: quoniam in hoc omnes concordāt, quod Dei ſentētia & voluntas impleatur, ſed quia ea, de quibus conſulunt, ſunt contraria.

Et cum fuerit dux ſynagogæ tantū, quantum durauit, poſt illam ſepultam, fuit dux & cuſtos Eccleſiæ Catholicæ & Chriſtianæ, & huius regni, & regis Franciæ dicitur data cuſtodia & protectio attributa, tanquam ſupra cæteros ſeculi principes, brachium dextrum Eccleſiæ Catholicæ tenentis: & in illa fide conſeruanda, manutenenda, & defendenda præpotētis. Nam, vt ait Gregor. Quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, vt ex ipſo actu, & nomine detur intelligi, quod facere præualet Deus. Ideo eidem Michaeli plura, quæ ſunt meræ virtutis attribuuntur, ob quod inter ſanctorum acies angelorum Chriſti ſignifer habetur, & paradiſi præpoſitus nominatur, in ſignum, cuius & reges Franciæ protectionis, poſt primam Michaelis in terra Eccleſiæ Romanæ, ſcilicet in monte Gargano Apuliæ miraculoſam apparitionem, in ſuique honorem templi dedicationem, facta fuit apparitio ſecunda in regno Franciæ, in loco, qui *Tumba* dicitur, iuxta mare ſex millibus ab vrbe Abriacenſi, circa annum Domini 707. vbi Michael Epiſcopo prædictæ ciuitatis apparuit, iubens, vt in prædicto loco Eccleſiam conſtrueret, & ſicut fit in terra Eccleſiæ, in monte Gargano, ita & ibi in ſui memoriam celebraret, qui locum incolere, regnumque tutum ſeruare ſtatuerat, vt plene habetur in eius legenda, de quo etiam meminit Gaguin. *in ſuis Chronicis lib.5.cap.4.* Eodem, inquit, prope tempore Aubert. Abriacenſ. Pontifex in colle altiſſimo S. Michaelis cœnobium exædificauit, cum ageretur annus ſalutis 709. vt refert G. Benedicti *in ſua repet. cap. Raynut. in verb. Adiectæ impuberi. num.* 46. A quo tempore apprehendit ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & ligauit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum, & clauſit & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſumentur mille anni. *Apocal.* 20. A quo quidem tempore vſque nunc ſemper floruit regnum Franciæ in fide Chriſtiana plus, quam alii principatus. Ita quod, vt ex hiſtoriis & rebus geſtis Gallorum, & aliarum prouinciarum, reperiūtur adhuc plures principes, & plura regna, in quibus ſunt Iudæi manentes & reſidentes, & plures ſunt hæretici, qui non arcentur, neque puniuntur à principibus, ſed tolerāntur. Imo, quod plus eſt, ſuſtinentur: vt nunc eſt de quodam Luthero Alemano, qui multas hæreſes in Alemania ſeminauit: quæ adhuc niſi fuiſſent acriter eius ſectatores puniti per curias noſtras parlamentales, in quibus viget omnis excellentia iuſtitiæ, plures noſtrates ad inferna deduxiſſent. Sed fuerunt ita extirpatæ huiuſmodi hæreſes, quod non amplius tam audax, qui auſus ſit de his verbum proponere, nec aliquod eius dictum propalare. Et non mirū, ſi tales hæreſes nō poſſunt pullulare in Francia, quia Diabolus ligatus eſt per Michaelem, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni.

Hic enim Michael, ſi in ſynagoga mirabilia fecit, vt dictum eſt, multo maiora & mirabilia in hoc regno fecit. Fuit ille, qui ampullam oleo plenam in baptiſmo Clodouæi, regis Francorum primi Chriſtiani, medio Clotildis eius vxoris, filię regis Burgund. quo adhuc hodie liniri ſolent Reges Franciæ, cum ſacrantur & vnguntur, vt dicit Gag.. *lib.1.cap.* 8. quod creditum eſt ſpiritus Dei miniſterio id perpetratū. Et ideo per Michaelem, cum ſit princeps Eccleſiæ Catholicæ, cui tunc credidit dictus rex Clodouæus. Secundo, Alemanos fugauit miniſterio Dei. Ex quo creditum eſt, angelum Michaelem ibidem adeſſe, vt de eo dici poteſt illud, quod dicitur 4. *Reg.* 6. Plures nobiſcum ſunt, quam cum illis. Ipſe fuit ille, qui ceruum duxit ad tranſeundum vadum, cum Clodouæus dolens exercitum ſuum debellare volentem, contra Gothum hæreticum, orationem Deo habuit in hunc modum:

Deus, inquit, optime in tribulationibus adiutor,

Digitized by Google

adiutor, ſanæ religioni tuæ, quam tueor, ne differ de hæretico Gotho ſumere vltionem, da fluuium vadabilem. Hoc precantem Clodouæum non eſt aſpernatus Deus: ad primam enim inſequentis diei lucem, ceruus è ſylua nemine inclamante in conſpectum ſe prorupit, qui magnis inde militum vocibus excitus, fluuium enatans, quaſi itineris explorator, vadum monſtrauit, quem Deus conducere faciebat per Michaelem, tanquam protectorem & defenſorum Eccleſiæ Cath. cui tunc Clodouæus credebat, & contra hæreticum pugnabat, prout credendum eſt. Et, vt dicit Gaguinus eodem loco, hũc ſecuti milites in vlteriorem fluentis ripam, qua ceruus traiecerat, euadunt.

De huiuſmodi Regis conuerſione, & eius miraculis in eius conuerſione factis, videatur Ioannes Ludouic. Viuald. de monte regali, ordinis Prædicatorum *in tractatu de triumpho trium liliorum Franciæ, regi Ludouico* XII. *directo.* quem refert de verbo ad verbum G. Benedicti *in ſua ſolenni repet. c. Rayn. in verb. duas habens filias. nu.* 86. *vſque ad num.* 116. *& per.* 20. *col. & vltra extra de teſtament.* vbi multa miracula ponit, quæ fuerunt facta in huiuſmodi conuerſione. Et multa pulchra geſta regum Francorum contra infideles, contra quos fuerunt protecti & adiuti pro fide Catholica ſuſtinẽda & defendenda, augmentanda per Michaelem archangelum Principem Eccleſiæ Catholicæ: quod ita credendum eſt, cum tamen ſine auxilio illius fieri non potuiſſent. Dicam alibi de excellẽtia huius regni, & Regis Franciæ.

Item idem Michael pluries & multoties protexit Reges Franciæ vſque ad hæc tempora ab inimicis, contra ipſos inimicos eis victoriam dando, vt videri poteſt de pluribus per dictum Benedict. *in loco hic ante alleg.* quæ eſſent nimis longa, & forte tædioſa ad recitandum.

Illuminauit etiam taliter reges Franciæ, quod omnes hæreſes ab eorum regno extirpauerunt, & omnes Iudæos fugauerunt, vt dictum eſt hic ante, & videri poteſt per dictũ Viualdum *in prædicto ſuo tractatu.* & eundem Benedicti *in iam d. repet. c. Ray. in ver. duas habens filias. num.* 93. *vſq. ad num.* 100. Et de huiuſmodi illuminatione Michaelis dicã infra in ſequenti effectu Angelorum.

Octauo, ergo bonus angelus noſter nos illuminat in Dei & fidei Catholicæ ſecretis, & ab errore ad verum lumen nos reducit. intellectus enim noſter iſta alta capere non poteſt, cum ſe habeat ad ſecreta cœleſtia, ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis: tunc angelus noſter ſecreto illuminat intellectum noſtrũ, & manu ducit in cognitionem diuinorum arcanorum per fidem & cognitionem. Vnde *Zach.* 4. Reuerſus eſt angelus, qui loquebatur in me, & ſuſcitauit quaſi vnum, qui ſuſcitatur de graui ſomno. Vnde ſuperiores angeli, qui plura de arcanis cognoſcunt, quam inferiores, illuminant ipſos inferiores, ſecreta diuina, quæ nouerunt, eis reuelando, & eis manifeſtando talia ſecreta, quæ hic inferiora vſque ad diem iudicii concernunt, dicuntur eos illuminare, & eis loqui, quæ ſecreta diuina, ſi nobis ſint reuelanda, tunc reuelant pro ſalute noſtra, & inferiores, quæ erga nos geruntur, referunt. Et ſic ſuperioribus loqui dicuntur, vt dicit Thom. *in* 1. *parte ſuæ ſummæ, quæſt.* 113. Vnde virgo Maria fuit illuminata, cum prius diceret: *Ecce virum non propoſui cognoſcere.* turbata de angelico ſermone, ſtatim poſt adiunxit: *Ecce ancilla domini, &c.* vt habetur *Luc.* 1. Similiter Iacob videns ſcalam, in qua aſcendebant & deſcendebant angeli, in cuius cacumine erat Dominus innixus, per quam ſignificatur deſcenſus Dei in mundũ, & vnitas trinitatis in lapidibus capiti ſuo appoſitis in vnum coniunctis, illico illuminatus dixit: Terribilis eſt locus iſte, non eſt in eo niſi domus Dei, & porta cœli, *Gen.* 28.

Nono, nos ab aduerſis inimicis defendit, & aduerſus indiuiſibiles diuincit. Vnde habetur *Apoc.* 12. Prælium factum eſt in cœlo, & Michael & angeli eius præliabantur, & pugnauit Michael cum dracone, & fecit victoriam. Et, vt dicit S. Thomas *in loco ſupra alleg.* S. Michael in prælio habito cum Lucifero, fuit dux & princeps, ideo dicitur de ordine principatuũ, & ipſum Luciferum cum angelis ſuis de cœlo

Digitized by Google

de cœlo in hunc caliginoſum aerẽ, & in profundum abyſſi deuinxit: vnde cantat Eccleſia: *Collaudemus venerantes omnes cœli milites, ſed præcipue primatem cœleſtis exercitus Michaelem in virtute conterentem Zabulon, ſcil. Luciferum.* Qui quidem Michael erit etiam deſtructor Antichriſti, prout etiam deſtruxit Luciferum: vt dicit gloſſ. ſuper illud *Apoc.* 13. Vidi vnum de capitibus eius occiſum. Antichriſtus enim mortuum ſe finget, & per triduum latens poſtea apparebit, dicens ſe eſſe ſuſcitatum. Et ferentibus eum Dæmonibus in aere aſcendet, & vniuerſis mirantibus adorabunt eum, tandem dum ſtabit in papilione ſuo in monte Oliueti, Michael eum occidet, vt dicit gloſſ. ſuper illud 2.*Theſſ.*2. Quem Deus interficiet Spiritu oris ſui.

Decimo, bonus angelus nos conſolatur, nobis panem & vinum miniſtrando, tempore neceſſitatis. De hoc habemus 3. *Reg.* 19.vbi dicitur: Quod cum Elias dormiret in vmbra iuniperi, fugiens à facie idololatriæ Iezabel, Deus miſit ſibi angelum dicentem: *Surge, & veni, comede, grandis enim reſtat tibi via.* Surrexit, comedit, & bibit, & in virtute illius cibi ambulauit vſq; ad montem Dei Oreb. Et habetur *Dan.* 14. Quomodo angelus Domini portauit Abacuch, à Ieruſalem in Babyloniam, & panem & aquam, quæ ſuis meſſoribus in agro deferebat, Danieli inter leones exiſtenti detulit, vt ex illo reficeretur, qui longo tẽpore ieiunauerat, quem angelus conſolatus, eſt, & habetur *Luc.* 23. & *Gen.* 16.

Vndecimo, docet orare, pœnitentiam agere, Dæmonem ligare, & compeſcere vxorem, vt habetur *Tob.* 5. & 12. quomodo angelus Raphael docuit Tobiam iuniorem prædicta. Et ideo, cum inter alia, quis vult vxorem ducere, debet conſulere angelum ſuum, qui eum docebit habere prudentem, cum à Domino datur vxor prudens, & dotes, & diuitiæ à parentibus, vt habetur *Prouerb.* 19. Et dixi *in rub. Des droictz & appartenances à gens mariez. in conſue. Burgundiæ.*

Duodecimo, impedimentum boni, & occaſionem mali remouet, & ad bonum reuocat, vt habemus exemplum *Geneſ.* 21. Quod angelus reuocauit Agar, fugientum dominam ſuam, & ad humilitatẽ & bonum reduxit. Et *Exod.* 12. Vbi angelus percuſſit primogenita Ægypti, vt tolleret eis occaſionem mali.

Decimotertio, excitat nos à ſomno culpæ, vt habetur *Zach.* 4. de angelo, qui excitauit Zachariam, vbi dicit, *Angelus Domini excitauit me, quaſi hominem, qui excitatur à ſomno.* & *Actor.* 12. quando Angelus percuſſo latere Petri excitauit eum, dicens: *Surge velociter.*

Decimoquarto, à contrariis poteſtatibus nos defendit, hoſtes viſibiles etiam percutiendo *Pſal.* 33. Immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. & 4. *Reg.* 19. venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum 80. millia. Et contra hoſtes nos adiuuant. *Gen.* 31. & 2. *Macc. pen.*

Decimoquinto, peccata præterita increpat, vt ab eis recedamus. *Num.* 2. Vbi cum Angelus filios Iſrael de præuaricatione increpaſſet, ipſi eleuauerunt vocem cum fletu.

Decimoſexto, à peccato præſenti nos eripit bonus Angelus, vt patet in eductione Loth & vxoris eius de Sodomitis, id eſt, de peccati conſuetudine, *Geneſ.* 19.

Decimoſeptimo, impedit Angelus peccatum futurum, ne fiat vt patet *Num.* 22. in Balaam, qui ad maledicendum Iſrael pergens, ab Angelo eſt impeditus.

Decimooctauo, purgat labia noſtra ad cõſolationem Angelus noſter bonus, *Eſa.* 6. ibi: *Et volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce, tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.*

Decimonono, ſecreta Dei reuelat, *Tob.* 12. dicit Raphael angelus: Manifeſtabo vobis intentionem, & non abſcondam à vobis ſermonem occultum: & inſtruit in ambiguis, vt certificemur, *Dan.* 9. & 10.

Vigeſimo, bonus Angelus increpat malos, ne amplius malum committant, & de malis commiſſis. *Num.* 22. Cur verberaſti tertio aſinam tuam? & *Apoc.* 18. Angelus increpat Babylonem, & multitudinem eius, eique cõminatur. Exite, exite de illa populus meus,

& ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eorum non accipiatis.

Vigeſimoprimo, gaudent angeli de ſatisfactione, & reductione ad pœnitentiam, vt habetur *Luca* 10. Gaudium eſt angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

Vigeſimoſecundo, concupiſcentiam debilitat, vt patet *Geneſ.* 32. vbi Angelus tetigit neruum fœmoris Iacob, & emarcuit.

Vigeſimotertio, memoriā paſſionis Chriſti noſtris mentibus imprimit, vt patet *Ezech.* 9. Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem, & ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.

Vigeſimoquarto, angeli orant pro nobis, imo totam terram circuendo compeſcunt. *Zach.c.*1. Omnis terra habitatur & quieſcit. Illic erat angelus & luctuoſam ad Deum fundit precem. Domine exercituum (inquit) vſq; quo tu non miſereberis Ieruſalem & vrbium Iuda, quibus iratus es? iſte iam ſeptuageſimus annus eſt, & meruit angelus petitionis ſuæ conſolationem audire.

Vigeſimoquinto, angeli etiam noſtris duris caſibus calamitatibusque ſpiritualiter cōpatiuntur. *Eſa. cap.* 33. Ecce videntes clamabunt, angeli pacis amare flebunt, diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiens per ſemitam, irritum factum eſt pactum, &c. Et dicit Iacob. Fabri *in Commentar. diui Dionyſii epiſt.* 8. vbi ponit de benigna cura prouidentiaque angelorum circa gentes.

Vigeſimoſexto & vltimo, bonus Angelus noſter portat animas noſtras de corporibus noſtris egredientes in cœlo, & eas ibi ſecundum ſua merita collocat in loco in eis debito, ſecundum quod dicitur: Nomina eorum ſcripta ſunt in cœlis, & habetur *Luca* 16. Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ; vnde archangelus Michael multa habet officia in cœlis, vt ante dixi.

Inter alia tamen habet officium ponderandi animas. Ideo in Eccleſiis pingitur ponderans animas; quia *Dan.* 5. dicitur: Appenſus eſt in ſtatera, & inuentus eſt minus habens.

Habet etiam officium portādi eas, & collocandi in paradiſo, vnde cantat Eccleſia: *Venit Michael archangelus cum multitudine angelorum, cui tradit Deus animas ſanctorum, vt perduceret eas in paradiſum exultationis: quia data eſt ei poteſtas ſuper animas ſanctorum.* Cum enim quis moritur, aſſiſtunt boni angeli pariter & mali, merita aut demerita expectantes, & quando inuentus eſt dignus; tunc bonus angelus valde reuerenter portat cum multitudine angelorum ad gloriam beatorum, præſentans eam Deo altiſſimo, creatori ſuo, vt de tanto bono & excellenti gaudio referat gratiarum actiones: & deinde refert eam ad locum ſibi ab æterno aſſignatum; quia nomina ſaluandorum ſcripta ſunt in cœlis. Et tunc verum eſt, quod noſtra mater Eccleſia cantat: *Gaudent in cœlis animæ ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti.* Et quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, & multa alia paſſi ſunt, ideo cum Chriſto regnant ſine fine, & exultant. Ex quorum ſalute gaudet tota cœleſtis curia, imo cū magno gaudio egrediuntur, *Eſa.* 55. In lætitia egrediemini, & in pace deducemini.

O quanta animæ dignitas eſt, & quantum eam diligit Deus, quando talem in vita ſibi aſſignat ſibi cuſtodem, & in morte ſecurum directorem, cui tota applaudet cœleſtis curia: vt dicitur *Eſ. vbi ſupra.* montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia lingua regionis plaudent manu, id eſt, angeli maiores & minores gaudebunt & exultabunt in aduentu ſanctarum animarum in gloria, ita quod accreſcit eis quoddam gaudium accidentale vſque ad diem iudicii.

O quam ſolicite & diligenter omni die, omni hora, & omni loco nos tali, & tam potenti cuſtodi debemus commendare, & nos & omnia bona noſtra temporalia & ſpiritualia committere, fructus, agros, pecora, geſta, actus, opera, liberos, ac totam familiam. Imo & nutrices ſero & mane: & quando lactentes pueros in cunis decubāt & reponunt, debent Deo, virgini Mariæ, ſuo bono angelo patrono, & omnibus aliis ſanctis Dei, pro poſſe,

Digitized by Google

poſſe, diligenter & deuote cum crucis ſignaculo committere, ex quo ſanctus angelus tātam habet poteſtatem cuſtodiendi nos, non immerito de eo cantat Eccleſia: *Quo cuſtode procul pelle rex Chriſte piiſſime, omne nephas inimici, corde & corpore paradiſo redde tuo nos tua ſola clementia.* Et propterea mihi viſum fuit, & cōſului multis, quod quilibet bonus Chriſtianus notabilis alicuius dignitatis, qui vult habere aliquem lectum ſeu thorum triumphalem, quod triumphum ſui lecti debet cōuertere in hunc modum. Videlicet quod in coopertorio lecti ſeu cuſſa debet eſſe triumphus trinitatis in medio, cum quatuor Euangeliſtis, in forma quatuor animalium à quatuor lateribus, ſecundum quod figuratum eſt *Apoc.4.* Et in capite lecti ſint hęc ſcripta: *In manus tuas Domine commendo ſpiritū meum: Redemiſti me Domine Deus veritatis.* Et in vno latere à parte dextra ſit crucifixus in vno angulo lateris, & ſint ante eum hi duo verſus, quos teneat quidam homo pictus in formam rogantis, & dicat:

Ore tuo Chriſte, benedictus ſit thorus iſte:
Dormiat in Chriſto, qui thoro iacet in iſto.

Et ex alio latere in parte ſiniſtra ſit in parte ſuperiori virgo Maria: & in parte inferiori illius lateris ſit mulier etiam depicta in formam deprecantis, quæ teneat hos verſus:

Vt me pauſantem conſerues & vigilantem:
Me tibi virgo pia ſemper commendo Maria.

Et in pendulis lecti in pendente ſuperiori ſint duo angeli, vnuſquiſq; in angulo: in medio quorum erunt hi duo verſus ſequentes:

Angele, qui meus es cuſtos, pietate ſuperna,
Me tibi commiſſum ſerua, defende, guberna.

Quos omnes verſus vnuſquiſque bonus Catholicus debet dicere ſingulis diebus pluries, maxime cum vadit ad dormiendum, *cum Pater noſter, & Aue Maria*: ſi ſaltem vacare non poſſit pluribus aliis ordinibus, ſaltē habeat in mente, corde, voce, & oratione prædicta, vt aliquid mereatur; cum non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt. *c. de forma.22.q.5.* concordat text. *in c. cupientes. de pœnis in clementinis, notatur in l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. oblig.*

Decimaſeptima conſideratio. Redeundo, vnde digreſſi ſumus, ad iſtum ordinem angelorum vltimum aſſumuntur omnes pueri baptizati, qui in merito paſſionis Chriſti, & fide parentum in gratia baptizati decedunt: quia, vt dicitur *Matth.22.* Erunt homines ſicut angeli Dei in cœlo: quia per donum gratiæ homines poſſunt mereri tantam gloriam, quod etiam angelis ſingulorum ordinum æquentur, & hæc vocantur aſſumi ſeu locari in ordines angelorum. Dicit enim Auguſt. *ſuper Ezech.* Sunt nonnulli, qui parua cupiunt, ſed tamen hoc nunciare fratribus non deſiſtunt, & hi in angelorum numerum cernuntur. Multi enim ſunt ſimplices & illiterati, & tamen verbo & exemplo quantum poſſunt, alios ædificant, qui inter angelos collocabuntur.

Item, ſunt nonnulli, qui hic bene regunt ſeipſos, vxorem, totam familiam, liberos, ſingulaque negotia, cuncta ordinantes ad Dei honorem, timorem & amorem, ſicut faciebat Tobias: filii, pauperem vitam gerimus, multa bona habebimus, ſi timuerimus Deū. Tales ſimiliter ſi maiora non habuerint merita, inter angelos collocabuntur, & etiā ſimplices, qui pœnitentiā egerūt, carnē ſuā affligēdo ꝓ peccatis, inter angelos collocabūtur.

Ab hoc ordine cecidit quidam principalis Dæmon, qui vocatur Mammone, cum pluribus aliis ſuis complicibus, qui tentant de auaritia, quos Dominus paupertate percuſſit, *Matth.6.* Et ad illum carcerem inferni ſuperiorem deſcendunt omnes auari, vſurarii, & eis ſimiles. Et de quibus tētet huiuſmodi Dæmon, vide Bernardinum de Buſtis *in 1. parte ſui Roſarii, ſermone 10. in litera M.* vbi ample.

Ex quibus patet, quod ſicut in cœlo ſcilicet cœleſti, ſunt nouem ordines angelorum, qui manſiones dici poſſunt; ita in inferno ſunt nouem carceres, in quibus ſunt dæmones, qui recipiunt damnatos de pluribus peccatis, ſecundum eorum grauitatem, & ſecundum quod ſupra dictum eſt, vt recitat ample Vincentius *in ſuis collationibus.* Et alii præſunt aliis: cum Dæmones præſint Dæmonibus, vt etiam ſupra dixi.

Digitized by Google

dines cœli, qui ſunt ex hominibus, & angelis: ergo homines aſſumuntur ad ordines angelorum.

Secundo, ad idem eſt glo. *Deut.* 32. ſuper illud: *Omnem locum, quem calcauerit pes veſter, veſter erit.* quæ dicit, ſi Diabolum vincere potero, ſi meruero, vt Deus conterat eum ſub pedibus meis, conſequenter locum eius habebo in cœlo.

Tertio, hæc idem gl. *Deut.* 33. ſuper illud: *Eiiciet à facie tua inimicum, dicetque contere.* Et ſuper illud ad Roman. 11. *Dominus conteret Satan ſub pedibus veſtris velociter.*

Item, B. Dionyſius dicit *in* 1. *c. de diuinis nominibus*, quod homines angelorum gloriam ſortientur. Item Greg. *in homilia de centum ouibus* dicit, quod homines ſecundum diuerſitatem meritorum ad diuerſos ordines transferentur angelorum. Hæc de Turrec. vbi reſpondet ad obiecta in oppoſitum. Videatur etiam de hac materia Bar. Sibylla *in ſpeculo peregrinarum qu. in prima quæſtiuncula decimi c. ſecunda decadis*: vbi dicit, quod opinio dicẽtium poſſe dari decimum ordinem, videtur ſapere hæreſin: dicit tamen ibi in fine vnum ſingulare, quod meritum hominis eſt efficacius merito angelorum, quod comprobat quatuor rationibus.

VIgeſima conſideratio. Nedum angeli habent ſedes & loca in cœlo: ſed etiam beati, & ibi honorantur, glorificantur & laudantur, ita quod vnus præfertur alteri, & vnus maiorem ſedem habet altero, Nõ quod vnus ſit ſupra caput alterius, ſicut in ſolario, ſed ſunt in cœlo empyreo, ſicut ſi eſſet mons rotundus, & aliquis eſſet in culmine, & alii circumcirca. Et iſti ſunt, de quibus dicitur *Pſal.* 83. Beati qui habitant in domo tua Domine. Gloria enim eſt omnibus ſanctis eius. *Pſal.* 149. Qui ſunt ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, inter quos nulla eſt inuidia: ſed vnuſquiſque ita gaudet de reuerentia alterius, ſicut de ſua, vt dicit Aug. *in epiſt. ad Cyrillum.* Noueris, quod reuerentia, quæ ſingulis ſanctorum exhibetur, cæteris omnibus exhibetur: nec putes, quod in cœlo ſit aliqua inuidia, vt in mundo. Sicut enim in mundo quilibet hominum cæteris pręeſſe magis vellet, quam ſubeſſe: ita in cœlo per charitatem ineſtabilem, qua ſe inuicem diligunt beatæ animæ quilibet ſanctorum, ita alterius gloria gaudet ſicut ſua; quoniam vellet quiſq; maior, vt quiſque minor, ſibi eſſet ęqualis, & pene maior, quia gloria eius eſſet ſua. Nam minor ita maiori gloria gaudet, ſicut ſi eam haberet; imo potius de ſua, ſi fas eſſet, ſibi impartiret: vnde gloria ſingulorũ eſt gloria cunctorum, hæc ille. Et hæc recitat Bern. de Buſt. *in* 2. *par. ſui Roſar. ſerm.* 19. *in* 2. *par. in litera* N.

Sunt tamen in multiplici paſſionum genere gloriæ. Quoniam, vt ait Aug. *in ſer. de martyr.* Sanctorum ſocietate cœlum exultat, quorum patrociniis terra lætatur, quorum triumphis Eccleſia ſancta coronatur, quorũ gloria multiplici paſſionum genere adornatur: & qui neſcit diſpoſitionem beatorum in patria cœleſti, poteſt ſic imaginari, quod Deitas eſt in ſupremo culmine, & poſt eam beata virgo Maria, vt dixi ſupra: & poſtea angeli iuxta gradus & ordines ſupra poſitos & deſcriptos, & poſt angelos ſancti iuxta eorum gradum; quia angeli ſunt in ſuperiori loco ante ſanctos, vt dicit S. Thom. *in* 1. *part. ſua ſum. q.* 66. *art.* 3.

Aduertendum eſt etiam ad id, quod dicitur *Ioh.* 14. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Et Hieronymus fecit librum vnũ de 24. manſionibus, & Ambroſius vnum, & Richardus de S. Victore.

Altitudinem autem cœli, & magnitudinẽ, ſi quis contemplari voluerit, debet primo conſiderare magnitudinem terrę, & aliorum elementorum, quæ ſingula excedunt ſe inuicem in decuplo: & poſtmodum conſiderare latitudinem orbis, quæ eſt maior in decuplo omnibus elementis ſimul. Quæ, cuius ſit magnitudinis, ponit Bern. de Buſtis *in* 2. *parte ſui Roſarii, ſerm.* 10. *part. litera* T.

Deinde extendere cõſiderationem ſuam vſque ad cœlum empyreum, diſcurrendo mente, magnitudinem aliorum nouem cœlorum, quorum ſinguli excedunt inferiores omnes in decuplo ſecundum mathematicos: & ſic aliqualiter intelliget magnitudinem

nem & altitudinem ipſius decimi cœli, ſcilicet empyrei, quod excedit in decuplo omnes alios: & ſimiliter, poterit inueſtigare aliquo modo pulchritudinem illius cœli, conſiderando pulchritudinem omnium prædictorum elementorum & cœlorum, quorum quodlibet in decuplo, quoad formoſitatem & ſpecioſitatem: tunc intelliget, quod inexplicabilis eſt pulchritudo illius cœli empyrei, in quo collocantur ſancti in viſione gloriæ. *Eccleſ.* 43. De cuius excellentia ample Ber. de Buſtis. *in dicto ſerm.* 19. *ſupra alleg. & in litera S.* ponit, quomodo ibi collocantur Patriarchæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores & Virgines, quæ cum ſint nimium prolixa, nihil aliud de collatione illorum, & prælatione hic dicam, niſi forte ſtatim de duobus, videlicet de Ioanne Baptiſta, vtrum præcedat Adam, & de Petro, quod præcedat omnes Apoſtolos, tanquam Princeps illorum, & primatum habens inter eos.

VIgeſimaprima conſideratio. Deus dabit gloriam ſanctis in gloria. Probat mirabilibus rationibus Ray. Lullius *in ſuo introductorio artis generalis, in arbore Apoſtolicali:* vbi dicit, quod Deus creauit mundum cum magnitudine bonitatis, æternitatis, poteſtatis, ſapientiæ, voluntatis, gloriҽ, & veritatis: & ita ſua magnitudo eſt; ita ratio, quod Deus creauit mundum ratione gloriæ, ſicut ratione bonitatis. Eſt ergo finis mundi ita magnus per gloriam, ſicut per bonitatem: ſufficit ergo veritas ad gloriandum homines in gloria, vt magnitudo tantum ſufficere poſſit fini gloriæ, ſicut fini bonitatis: Eſt ergo probatum, quod Deus qui creauit mundum dabit gloriam hominibus bonis. Et, vt dicit idem Raymun. Lullius ibi. Iſte paſſus eſt placens ad intelligendum, quoniam intellectus gaudet in attingendo veritatem gloriæ, quam expectat: gaudet etiam in nono modo probationis, quam, vt ipſe dixit, dat ſecundum tabulam generalem hoc modo, videlicet: In Deo eſt gloria, & ipſe eſt gloria: & ſi non daret gloriam illis, qui ſuam gloriam diligunt, iniuriam faceret amabilitati ſuæ gloriæ, & amatiuitati illorum, qui ſuam gloriam diligunt; & ſic eſſet iniuſtus, & auarus, amabilitati ſuæ, & amatiuitati illorum, qui ſuam gloriam diligunt. Et idem ſequeretur de ſua memorabilitate, intelligibilitate, memoratiuitate, & intellectiuitate hominũ, quæ iniuria eſt impaſſibilis. Dabit ergo Deus gloriam omnibus illis, qui moriuntur in ſtatu bonitatis, virtutis, & veritatis, & qui ipſum diligunt, & ſuam gloriam ſperant. Et ibidem amplius ponit, an Deus glorificabit hominem. cum medio, vel ſine medio, & cum pura concordantia, & ſine contrarietate, vt ibi per eum.

VIgeſimaſecunda conſideratio. Sancti etiam ſunt honorandi & venerãdi in terris, prout in cœlo, & feſtiuitates eorum ſunt ſolennizandæ: quod probatur ratione, autoritate, & exemplo. Et primo ratione probandum eſt: quia ſecundum Ioan. de Turrec. *in c.* 1. *de conſecrat. diſtinct.* 3. allegando Guil. Altiſiodoren. *in ſua ſumma de offic.* propter ſex cauſas feſtiuitates ſanctorum in terris ſunt faciendæ.

Prima eſt propter honorem diuinæ maieſtatis. Cum enim honorem ſanctis impendimus, Deum in ſanctis honoramus, & ipſum in eis mirabilem prædicamus: quia qui ſanctis honorem tribuit, illum ſpecialiter honorat, qui eos ſanctificauit.

Secunda eſt, propter auxilium noſtræ infirmitatis. Quia enim per nos ſalutem habere non poſſumus, ideo ſanctorum interceſſionibus indigemus: à quibus & adiuuari mereamur, merito ipſos honorare debemus. Legitur enim 3. *Reg.* 1. quod Berſabee, quæ interpretatur puteus ſatietatis, id eſt, Eccleſia triumphans, filio ſuo, id eſt, eccleſiæ militanti, regnum ſuis precibus obtinuit.

Tertia eſt, propter augmentum noſtræ ſecuritatis, ad ſpei noſtræ ſubleuationem, vt per ſanctorum gloriam, quæ nobis in eorum feſtiuitate proponitur, noſtra ſpes, & ſecuritas augeatur. Si enim homines mortales nobis ſimiles, potuerunt ita per ſua merita ſublimari, conſtat; quia nos ſimiliter poterimus: cum manus Domini breuiata non ſit.

Quarta eſt, propter exemplum noſtræ imitationis. Cum enim eorum feſtiuitates recenſentur,

Digitized by Google

cenſentur, ad eorum imitationem prouocamur, vt ſcilicet eorum exemplo, terrena contemnamus, & cœleſtia deſideremus, vbi ſunt collocati. Quoniam cum ipſorum virtutes, in die ſolennitatis eorum, noſtræ mentis oculis obiiciuntur, ardenter accendimur ad honorificentiam illorum. Et ideo dicit Leo Papa *in quodam ſermone de martyribus*. Quotieſcunque, fratres chariſſimi, ſanctorum martyrum ſolennia celebramus; ita ipſis intercedentibus expectemus à Domino conſequi temporalia beneficia: vt ipſos martyres imitando accipere mereamur æterna: quoniam, vt dicit Paul. 2. *ad Cor.* 1. Si fuerimus ſocii paſſionum, erimus & conſolationum.

Quinta eſt propter debitum mutuæ viciſſitudinis. Sancti enim de nobis in cœlo feſtum faciunt; quia gaudium eſt angelis Dei, & animabus ſanctis, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Vt igitur viciſſitudinem rependamus, iuſtum eſt, vt quia ipſi de nobis feſtum agunt in cœlis, & nos de ipſis feſtum agamus in terris.

Sexta eſt, propter procurationem noſtri honoris. Cum enim ſanctos honoramus, tunc noſtram rem agimus, & noſtrum honorem procuramus: quia eorum feſtiuitas eſt noſtra dignitas. Nam cum honoramus fratres noſtros, honoramus noſmetipſos. Vnde Apoſt. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti. Charitas enim omnia facit communia, quæ honores inuicem peruenire facit, & neceſſitatibus ſanctorum communicare: vt dicit Apoſt. *ad Rom.* 12. Dicit etiam Ioan. de Turrecrem. quod alias rationes ponit Damaſcenus *lib.* 4. *cap.* 7. quare ſcilicet ſancti, & eorum corpora, ſeu eorum reliquiæ, debeant honorari: quarum quædam ſumuntur, quoad eorum dignitatem, quædam quoad eorum precioſitatem corporum. Dignitas autem eorum, vt ibidem dicit, quadruplex eſt: quoniam ipſi ſunt amici Dei, & filii Dei, hæredes Dei, & duces noſtri: quãtum vero ad corporum eorum precioſitatem, ponit etiam idem quatuor, & Auguſt. addit quintum, per quæ manifeſtatur precioſitas corporum, ſcilicet ſanctorum, ſiue reliquarum. Ipſa enim corpora ſanctorum, fuerunt promptuarium Dei, templum Chriſti, alabaſtrum ſpiritualis vnguenti, fontes diuini, & organum Spiritus ſancti: propter quæ ſancti merito veniunt colendi: & ibi reſpondet ad quædam argumenta in contrarium.

Pro ſeptima ergo ratione dicendum eſt, quod inſignis eminentia virtutis, & ſanctimoniæ, qua hic vitam agentes, mirifice claruerunt, debet nos mouere ad venerandum, & honorandum ſanctos.

Nemo ſiquidem eſt, qui non norit virtuti honorẽ deberi, & his, qui virtute ſunt præditi *l. fi. in princ. C. de ſtatuis, & imaginibus. & dixi ſupra, & dicam infra, in multis locis*: quantoque excellentior fuerit virtus, tanto præclariore afficienda eſt honore.

Atqui, nullus eſt ſanctorum ordo, & gradus, & in quouis ordine, nullus reponitur ſanctus, qui non eximio virtutis ſplendore coruſcauerit, quique non miro bonorum operũ ornatu refulſerit. Quoniã, *vt dicit Paulus ad Heb.* 11. Sancti per fidẽ vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiã, adepti ſunt repromiſſiones, fortes facti ſunt in bello, nõ corporali tantũ, ſed & ſpirituali contra dęmonẽ, mundum, & carnem, quem triplicem hoſtem virtute dextræ fuderunt. Et Paul. *in eadem epiſt.* antiquos veteres inſtituti patres claro celebrauit encomio: illuſtreſque eorum virtutes, & nomina catalogo quoque ſacro recenſuit. Et habetur *Ecc.* 44. Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros, in generatione ſua: & poſt deſcriptas generationum illorum laudes, mox ſubnectit: Omnes iſti, in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis, habentur in laudibus, qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum, & ſemen eorum, & gloria eorũ nõ derelinquetur, & ibi, & *in cap. ſe. Ecc. cap.* 45. ponit laudes antiquorum patrum.

VIgeſimatertia conſideratio. Sanctos etiam honorandos, laudandos, & glorificandos, autoritate ſacræ ſcripturæ, eccleſiæ Catholicæ, conſtitutionis ſummorum Pontificum, & Principum ſecularium, doctiſſimorumque ſcriptorum comprobatur.

Primo

Primo enim autoritate ſacræ ſcripturæ, cũ vt habetur *Pſal.* 105. Laudate dominum in ſanctis eius. & *Pſal.* 32. Rectos decet collaudatio. Et habemus *Ecc.* 20. *&* 44. Laudemus viros glorioſos, & patres noſtros, in generatione ſua. & habetur *Io.* 12. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus, qui eſt in cœlis. Cum ergo ſancti honorentur à Deo, æquum eſt, vt honorentur etiam ab hominibus, cum is gloria, & honore dignus ſit, quem Princeps honorat. text. *in l. reſtituendæ. in fin. C. de aduoc. diuerſ. iudi.* vbi ſic dicit text. *Qui à nobis digni iudicati, hi multo magis in anteriorib. quoq; iudicandi ſunt.* dicam plenius infra *in vlt. part.* Quem ergo dominus honorificat, æquum eſt, & ſeruos eius eundum honorare, vt eo ipſo conformes ſint domino ſuo, bonitatique eius reſpondeant. Improbus enim videtur, qui dedignatur eum honore proſequi, quem dominus ſuus honorificat. *c.* 19. 4. *diſt. l.* 1. *C. de dom. & protect.* Et perinde atque rebellis conſetur Regi, necnon iniurius, qui amicum eius ſummo affectum honore à Regia maieſtate, recuſat honorare, *facit l. ſi imperialis. C. de legibus. & l. fin. in fin. C. de priuileg. eor. qui in ſacro palatio militant. lib.* 23. & dixi ample alibi.

Cum ergo Deus ſanctos honorificet, quare ergo illos non honorabimus, vt conformemur voluntati Dei, & ne illi reſiſtere, nec cõtra iudicium facere dicamur? iuxta illud Damaſ. *in lib.* 4. *de fide orthodoxa.* Honor erga gratos, & benignos conſeruos beneuolentiæ erga communem dominum indicium eſt. Nonne etiam dicit propheta *Pſalm.* 48. Mihi autem honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt princeps eorum. Vbi vocat eos amicos Dei, quos dominus in Euangelio eadem dignatus eſt appellatione nominare, cum inquit: Vos amici eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis: iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos; quia omnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Et etiam habetur *Eccleſ.* 54. Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua, dixi ſupra, & dicam amplius. & hoc eſt: quoniam qui bonum operantur, gloriam & honorem inuenient, *ad Rom.* 2.

Secundo, probatur autoritate eccleſiæ, quæ hac conſuetudine immemorali ex ſua ordinatione vniuerſali procedente tot feſta, & feſtiuitates ſanctorum introduxit, & ordinauit, quæ quotidie coram nobis videntur, & de quibus habetur *in c. fin. & aliis cap. de feriis. & in c.* 1. *de conſec. diſtinct.* 3. vbi habetur ex concilio Lugdun. Et ſic eſt ſancta mater Eccleſia in Spiritu ſancto congregata, in medio quorum ibi exiſtente nomen Eccleſiæ erat populus, iuxta illud: Vbicunque duo aut tres in nomine meo erunt congregati, ibi in medio illorum ero. *Matth.* 18.

Tertio, probatur autoritate ſummorum Pontificum, vt habetur *in c. fina. de feriis.* vbi ponit multas feſtiuitates ſanctorum, quę honorari debent, & probatur *c. glorioſus Deus in ſanctis ſuis. de reliq. & venerat. ſanctor. in* 6. vbi ponitur conſtitutio Bonifacii VIII. qui ordinauit plures ſolennitates plurium ſanctorum ibi deſcriptorum, facit *clem. ſi domini. de reliq. & vener. ſanctor.* vbi Clemens V. *in Concilio Viennen.* approbauit & cõfirmauit ordinationem Vrbani IV. de celebritate Sacramenti Euchar. Euſebius etiam ſolennitatem ſanctæ Crucis, quæ ipſo ſedente in Pontificatu facta fuerat, mandauit obſeruandam. *c. Crucis Domini. de conſec. diſtinct.* 3. Et ibi Ioan. de Turrecr. ponit rationes, quare adoratur Crux. & Ant. Flor. *in ſua ſumma part.* 3. *tit.* 109. §. 5. vbi alleg. S. Thom.

Etiam Serg. I. feſtum purificationis beatæ Mariæ virginis cereis accenſis, & ſacerdotali ordine conſecratis, celebrandum ſanxit.

Et Innocentius octauus, natiuitatis eiuſdem glorioſæ virginis ſolennitati præcipuæ adiungendas ſtatuit.

Et ſacroſancta Baſilien. Synodus in decreto quadrageſimæ ſeſſionis, feſtum ſanctæ conceptionis eiuſdem Virginis ſtatuit.

Quas quidem conſtitutiones, vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo, & omnium Chriſtianorum approbauit. Cuius quidem conſuetudinis, non leuis eſt autoritas, imo magna *c. in his, & c. conſuetudinis* 11. *diſtinct. Panorm. in c.*

conſuetu-

Digitized by Google

conſuetudinis. extra de conſue. Et ibi Apoſt. Bart. & Corſet. Et quantum conſuetudini tribuendũ ſit in ſanctionibus eccleſiaſticis, ponitur *in c. eccleſiarum, in 11.d. & in c. catholica, eadem diſtinct.* vbi dicitur, Eccleſia catholica, per orbem terrarum diffuſa, tribus modis probatur exiſtere. Quicquid enim in ea tenetur, authoritas eſt ſcripturarum, aut traditio vniuerſalis, aut certe propria & particularis inſtructio, &c. Et dicit text. *in d. c.* in his rebus, de quibus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum, pro lege ſeruanda. Cũ ergo hic in hac veneratione ſanctorũ, non ſolum ſit mos populi, ſed etiã diuina ſcriptura, autoritas eccleſiæ vniuerſalis, & ſummorum Pontificum, non eſt dubium, quod illa vniuerſalis conſuetudo nos aſtringit ad honorandum, venerãdum & laudandum ſanctos, vltra rationes ſupradictas, in pręcedenti conſideratione adductas.

Quarto, etiam ſolennitates ſanctorum ſunt celebrandæ & honorandi ſunt ſancti in eorum feſtiuitatibus, autoritate Principum ſecularium, videlicet Valentiniani & Theodoſii Imperatorum, qui ordinauerunt commemorationem duodecim apoſtolorum eſſe celebrandam. vt *in l. omnes dies. Cod. de feriis.*

Quinto & vltimo, probatur autoritatibus plurium doctorum, qui tenent deciſiue ſanctos eſſe venerandos, honorandos & glorificandos. Inprimis dicit Ambroſ. *in quodam ſermon. de ſanctis martyribus.* Cum omnium ſanctorum martyrum, fratres, deuotiſſime natalem celebrare debemus; tum eorum præcipue ſolennitas, tota nobis veneratione curanda eſt, qui in noſtris domiciliis proprium ſanguinem profuderunt, & ibi: *Cuncti igitur martyres percolendi ſunt.* & ſtatim poſt: *Ideo fratres veneremur eos in ſeculo, quos defenſores habere poſſumus in futuro.* & dicit Hieronym. *in Epiſtola ad Riparium alleg. per Anton. Floren. in ſua ſum. part. 3. tit. 12. cap. 9. in princip.* Honoramus autem martyrum reliquias, vt eius, cuius martyres adoramus, honoremus ſeruos, & honor ſeruorum redundet in dominum. & idem Hieronymus *in ſermone de aſſumpt. beatæ Mariæ virginis,* dicit: *Si Deum fratres chariſſimi, ore prophetico, in ſanctis ſuis laudare iubemur, multo magis in veneratione beatæ Mariæ.* Et Auguſtin. *in ſermon. de nat. B. Iohan. Baptiſtæ,* dicit: *Poſt illum ſacroſanctum Domini natalis diem, nullius hominum natiuitatem legimus celebrari, niſi ſolius beati Iohan. Baptiſtæ. In aliis ſanctis & electis Dei, nouimus illum diem coli, quo illos poſt conſummationem laborum, & deuictum triumphatumque mundum, in perpetuas æternitates, præſens hæc vita parturit: in aliis conſummata, vltimi diei merita celebrantur. In hac prima dies & ipſa etiam hominis conſecrantur, eo; quia per hunc dominus aduentum ſuum, ne ſubito homines inſperatum non agnoſcerent, voluit eſſe teſtatum.* Et idem Aug. *in ſermo. de Aſſumptio. B. Mariæ* dicit, illum diem venerabilem cunctis aliis honorandum: hunc ſatis præpoſterum iudicandũ eſſe, vt cum Sanctorum celebramus victorias martyrum, illius ſolennitatem illis non præferamus, quæ huic mundo edidit Principem martyrum, & per quam meruimus autorem vitæ ſuſcipere. Et etiam dicit Floren. *in ſua ſum part. 3. tit. 12. capit. 7. §. 2.* quod ſancti ſunt adorandi non ea adoratione, qua adoratur Deus, ſcilicet latriæ: id eſt, non eos adorantes, vt creatores, vel datores gratiarum, ſed vt participantes Dei bonitatem, per gratiam, vel veram gloriam, & vt noſtri interceſſores: & ſic, vt dicit, Abraham angelos adorauit, *Geneſ.* 18. Et Cornelius Centurio Petrum, *Actor.* 10.

Sanctus Dionyſius etiam in ſua Eccleſiaſtica hierarchia. *c.* 3. 3. *part.* dicit verba ſequẽtia: *Enimuero ſanctorum, poſt pacem illam nominum prædicatio, eos præconio attollit, qui pie ſancteque vixerunt, & ad finem vſque virtutis vitam conſtanter, nuſquam ab ea deflectendo, tenuerunt. Nos quidem, ad imitandum beatiſſimum illorum habitum, atque ad diuina appetenda præmia, prouocans ac ducens: Illos autem veluti viuentes, prædicans, qui (vt Theologia ait) non mortui, ſed in diuinam penitus vitam ex morte tranſlati ſunt.* Et dicit etiam Sanctus Bernardus *in ſermone de ſolennitate omnium ſanctorem, in princip.* Feſtiuitas omnium ſanctorum hodie celebratur, & dignum eſt, vt cum omni deuotione

Digitized by Google

tione celebretur. Et ample Ioan. Damaſcen. *in lib. de fide orthodoxa, cap.* 16. dicit & tenet, ſanctos eſſe orandos, vt amicos Chriſti. *Ioan.* 15. Vos amici mei eſtis, vt dictum eſt ſupra. Vt filios & hęredes Dei, vt habetur *Ioh.* 1. Quicunque autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Et habetur *ad Rom.* 8. Si aut filii & hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Et ibi ample declarat Damaſcenus, ſanctos eſſe venerandos per ſingulos ſactorum ordines, apta progreſſione. Deiparam, vt proprie, & vere Dei matrem honoremus, de qua ſupra dixi. Præcurſorem Iohannem, vt præcurſorem & Baptiſtam miſſum, & martyrem, de quo infra dicam. Apoſtolos, vt fratres Domini, & inſpectores, & miniſtros, in paſſionibus eius: videatur ibi ample Damaſcen. & de laudibus ſanctorum fecit Rupert. de Licio librum vnum.

VIgeſimaquarta cōſideratio. Etiam quod ſancti ſint honorandi, demonſtrabitur quibuſdā exemplis, quæ poſuit Iodoc. Chlictoueus *in ſuo tractatu de veneratione ſanctorum*, compoſitus ad reprobādum errores aliquorum, & maxime Lutheri Alemani, & quorundam ſequacium.

Et in primis adducit exemplum de ſancto Patriarcha Ioſeph, qui, vt habetur *Geneſ.* 41. vbi poſtquam interpretatus fuit ſomnium Pharaonis Regis Ægypti, ſuggeſſitque conſilium, quo futuræ fami ſeptennali occurreretur, dixit ei Pharao: *Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet, vno tanto Regni ſolio te præcedam: ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Ægypti.* Tulitq; Pharao annulum aureum de manu ſua, & dedit in manu eius, veſtiuitque eum ſtola byſſina, & collo torquem aureum circumpoſuit, fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Ægypti.

Certe ergo, vt dicit idē Iodocus Chlictoueus Ioſeph, ob nimiam animi ſagacitatem, & prudentiam, à Pharaone in excelſum dignitatis culmen à carcere ſublatus, non abſurde ſanctorum quemlibet nobis ſignificat, ob vitæ ſanctimoniam, præclaraque opera, ex huius mundi ergaſtulo, in ſublimem thronum Regni cœleſtis euectum: à Deo ſuper omnia bona domini ſui conſtitutum, quod ſeruus fidelis & prudens in vita fuerit, iuxta illud, *Luc.* 12. Nunc Deus ſplendida immortalitatis adornatum ſtola, coronaque rutila decoratum, publico Eccleſiæ præconio vult à cunctis etiam pia veneratione coli, vt celſitudo gloriæ eius, ac ſublimitas, omnibus innoteſcat, quemadmodū Pharao ipſum Ioſeph, à cunctis Regni ſui incolis, voluit ſublimem regio curru honorari.

Pro ſecundo exemplo, adducitur hiſtoria Mardochæi, de quo habetur *Eſter* 6. Qui, ob detectas inſidias duorum eunuchorum Regis Perſarum, qui conſpirauerant in necem Aſſueri, indutus ſtola purpurea, & impoſitus equo Regio, circumductus eſt iubente Rege. per plateas ciuitatis, ab Amam, vno ex primoribus eius clamante in propatulo: Sic honorabitur, quemcunque Rex voluerit honorare. Ecce, Mardochæus vir ſpectabilis probitatis ac fidei, non ſolum ſtolam accepit regiam, & ſplendidis veſtibus magnifice eſt amictus, ſed & equo regio inuectus, ſui honoris publicum habuit præconem, palam buccinantem: Hoc honore condignus eſt, quem Rex voluerit honorare. Quod, vt dicit Iodoc. Chlictoueus, plane nobis inſinuat, ſanctos ipſos propter ineloquibilem illam gloriam, qua exaltantur in cœlis, etiam diuino beneplacito & ordinatione, in terris honorandos eſſe, quo aliis pateſcat magnitudo honorificentiæ, quam obtinent in cœlis, de qua ſtatim aliquid dicam ſummatim.

Pro tertio exemplo huius noſtræ materiæ, adducitur illud *Dani.* 2. quod ponit Iodocus in dicto loco de Daniele, qui poſtquam Babylonis Regis ſomnium, quod eius animo exciderat enarrauit, & ſapienter, vt cœlitus fuerat ſibi inſpiratum, interpretatus eſt: Rex ipſe, nouitate reſerationis tantorum myſteriorum, attonitus pariter & permotus, illum in ſublime, vt dicit ſcriptura, extulit: & munera multa & magna dedit ei, & conſtituit eum Principem ſuper omnes prouincias

uincias Babylonis, & præfectum & magiſtrum ſuper omnes ſapientes Babylonis. Nimirum hæc Danielis ſublimatio à Rege, aptè nobis ſignificat exaltationem illam ſanctorum in regno cœleſti; quia ob actæ vitæ ſanctitatem, ſubuehuntur ad ſedes æthereas, ac glorificantur. Et hæc honorificentia, de qua ſupra, clare nobis innuit, præclarum honorem ex Dei decreto & ſanctione, à mortalibus exhibendum ſanctis, qui ita à Deo honorantur in cœlis.

Pro quarto exemplo, inſequendo prænominatum Iodoc. inſeremus, quod eſt *Dan.5.* qui cum ſcripturam, manus apparentes Regi Balthaſar in conuiuio diuinitusque exarantis, quæ ventura erant, legiſſet, & interpretatus fuiſſet, Rege iubente, indutus eſt purpura, & circumdata eſt torques aurea collo eius, vt ſacra eius refert hiſtoria: prædicatumque eſt de eo, quod haberet poteſtatem tertius in regno. Et, vt dicit Iodoc. hæc etiam Danielis honoratio, ſecundum Regis pollicitationem, cuiuſuis ſancti, in cœleſtem tráſlati curiam, deſignat glorificationem. Prædicatio vero illa, de principatu eiuſdem Prophetæ, tertio poſt Regem loco obtinendo in regno, nobis publicam inſinuat venerationem, qua ſanctum quemlibet in cœlo glorificatum vult Deus etiam in terris pie honorificari. Et de huiuſmodi veneratione ſanctorum, vide eundem Chlictoueum *in ſuo propugnaculo Eccleſiæ, aduerſus Lutheran. lib.1. de forma Miſſæ, cap.14.15.*

Vigeſimaquinta conſideratio. Feſta ſanctorum celebrantur ab Eccleſia die, qua mortui ſunt, & non die, qua nati ſunt: quia illa die, qua moriuntur, naſcuntur ad gloriã. gloſ. *in l. cum quidam. ff. de annuis legat. gloſſ. Inſtit. de ingenuis. in ſi.* Ludouic. Roman. *ſingul. ſuo 34.* adde & aliam gloſſam *in c. non licet. 33. quæſt. 4.* Et vide Panorm. *in c. non licet. in 7. not. de feriis.* Et hoc eſt, quod intendit *Eccleſ. 7.* Vbi in principio dicit, quo melior eſt dies mortis, ſcilicet iuſtorum, qui tunc viuere incipiunt, quam dies natiuitatis. Propter quod, vetus Gallorum mos fuit, pecunias aliquando credere, & mutuo dare ſibi reddendas apud inferos: quia cum ex doctrina Druydum Pontificum ſuorum, de quibus Cæſar *in commentariis ſuis de bello Gallico, lib. 6.* plene meminit, animas crederent immortales, ſicut Pythagoras palliatus, id eſt, Græcus, pallio, more Græcorum, indutus, credidit: & ſic maius præmium ex charitate, à Diis immortalibus conſequi ſperabant poſt mortem perpetuo victuri. De quibus Valer. *lib. 2. de inſtitutis antiquis.* Et ſic non abs re, quinimo prudentiſſime, & catholice proſpexit Eccleſia, quod mors ſanctorum vocatur eorum natalitium, ſecundum Lyram, vbi ſupra. In cuius veſtigium cygnus cantat, dum eſt moriturus, ſecundum Martial. ibi:

Dulcia defecta modulatrix carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Ideo ſapiens debet lætari, cum moritur, melius victurus, vt ample declarat Guillielmus Benedicti *in ſua repetit. cap. Raynutius, in verb. teſtamen. num. 17. de teſtam.* Fallit tamen in virgine Maria, & beato Iohanne Baptiſta, quorum natiuitates celebrantur, cum fuerint ſanctificati in vtero à ventre matris. Et ſunt tantum quatuor, qui fuerunt ſanctificati in vtero à ventre matris, vt Iob, Ieremias, beata virgo Maria, & Ioannes Baptiſta. vt ait Petrus de Monte epiſcopus Brix. *in ſuo dictionario, in verb. ſanctificat. §. quatuor.* allegat *cap. niſi. in gloſſ. 2. extra, de renunciat.*

Vigeſimaſexta conſideratio. Credo, quod Adam tanquam pater omnium, & primus patriarcha, ſit primus poſt Mariam. Et ita videtur tenere Bart. Veronen. *in tract. de Imperatore militum eligendo. in verb. ratione dignitatis.* vbi allegat Dantem 32. Paradiſi. hoc ponentem:

Quei due che ſeg gon la ſu piu felici,
Per eſſer propinquiſſimi ad Auguſta,
Son d' eſta roſa quaſi due radici.
Colui che da ſiniſtra les' aggiuſta,
El' padre per lo cui ardito guſto,
L' humana ſpecie tanto amaro guſta.
Dal deſtro, vedi quel parde vetuſto
Di Santa Chieſa, à cui Chriſto le chiaui
Raccomando di queſto fior vetuſto.

Vigeſimaſeptima conſideratio. In ordine ſanctorum in Paradiſo, videtur, quod Patriarchæ, ſeu prophetæ ſint præferendi, & omnibus aliis ſanctis anteponendi: cum, vt videmus in actibus eccleſiaſticis maxime in litaniis, præponuntur Apoſtolis, & inter illos Iohan. Baptiſt. videtur eſſe maior: quoniã, vt habetur *Matth.* 11. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, quod teſtimonium eſt ipſius Ieſu, qui de eo dicit, ex quo illi credendum eſt.

Ipſe enim patriarcha fuit, & propheta, & plus quam propheta. De cuius laude & gloria in cœlo & mundo, & de aliis patriarchis & prophetis videatur ample Ant. Floren. *in ſua ſum. in 3. part. tit. 31. cap. 7. per tot.* ad quem recurras in materia laudis, & excellentiæ patriarcharum, & Io. Baptiſt. & in fin. illius cap. ponitur, quomodo fuit propheta de præterito, præſenti, futuro, & per viſionem intellectualem, ſenſibilem, & imaginariam.

Vigeſimaoctaua conſideratio erit ex dictis Gabrielis Barlette *in ſermone pro feſto ſancti Ioan. Bapt.* qui quærit de dubio: Vtrum, iuxta verbum Chriſti, *Matth.* 11. & *Luc.* 7. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta; Ioannes Baptiſta ſit in omnibus ſanctis maior? & circa hoc adducit quadruplicem opinionem.

Prima eſt, vt dicit: Quod Apoſtoli ſunt maiores, & rationem eſſe dicit. Ex quo illi ſunt maiores omnibus ſanctis, qui abundantius ſuper omnes habuerunt ſpiritum ſanctũ, ſed apoſtoli fuerunt huiuſmodi: quoniam, vt dicit S. Thom. ſuper illud *Rom.* 8. Noſipſi primitias ſpiritus habentes, dicunt Apoſtoli, & tempore prius, & cæteris abundantius ſpiritum ſanctum habuerunt. Ideo 1. *par. q.* 44. *art.* 7. *in* 1. *ſententiarum, diſtinct.* 16. *art.* 2. Ioannes Scotus *in* 4. & Duran. *eiuſdem ordi.* Apoſtoli ſunt præferendi omnibus ſanctis, tanquam abundantius ſpiritum ſanctum habentes.

Secunda opin. quod Iohannes Euangeliſta, etſi non ſit maior, tamen æqualis: & ratio huius eſt, quia prærogatiuæ, quæ ſunt Ioan. Baptiſt. conceſſæ, etiam Ioan. Euangeliſtæ. Et ſecundum Petrum Damianũ ſunt quinque.

Prima; quia Iohannes fuit virgo, & Iohan. Euangeliſta ſimiliter: qui corrumpi non potuit in terra propter eius virginitatem, nec etiam Dominus permiſit corpus eius in feruentis olei dolio deſtrui.

Secunda; quia Iohan. Bapt. fuit germanus Chriſti, filius Eliſabeth cognatæ virgin. Mariæ. Io. Euangel. in hoc exceſſit eum, quia fuit nepos eius, videlicet filius Salome ſororis matris.

Tertia; quia Ioan. Bapt. fuit ſanctificatus in vtero matris, *Luca* 1. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris: & Ioannes Euãgeliſta, licet non fuerit ſanctificatus in vtero matris; tamen accepit Spiritum ſanctũ tempore Pentecoſtes cum aliis apoſtolis.

Quarto; quia Iohan. Baptiſt. fuit propheta. *Iohan.* 1. Poſt me venturus eſt, qui ante me factus. Et etiam prophetizauit in vtero, *Luc.* 1. Exultauit infans in vtero meo. Et pluſquam propheta, *Iohan.* 1. Ecce agnus Dei: Iohannes Euangeliſta fuit propheta in Apocal. quia futura pronunciat. Et pluſquam propheta, quia fuit apoſtolus, qui excedit omnes, cum abundãtius habuerit Spiritũ ſanctũ. Et Apoſt. id eſt miſſus. Vnde *Ioh.* 1. Fuit homo miſſus à Deo.

Quinta; quia Ioan. Baptiſt. fuit Martyr, ab Herode decollatus. Io. Euangeliſta fuit martyr mortaliter: quia, vt dicit Petrus Damianus: ille, qui perforauit cor Mariæ, illemet cor Ioan. Euangeliſtæ perforauit, vnde videtur, quod ad minus æqualis erat Ioan. Bapt. & ſic Chriſti verba; *Inter natos, &c.* non eſſent vera. Iſtas etiam rationes, & comparationes, refert Robert. de Litio, in quodam ſermone de S. Iohanne Euangeliſt. & concludit, quis iſtorum ſit maior vel minor, non eſt curandum, cum bene concordes ſint in cœlis, ideo non eſt diſputandum de eis in terra; pro quo recitat ibi miraculum. Et, vt dicit Dominicus poſt Ioan. Andr. *in c. vnico. de reliq. & vener. ſanctor. in* 6. periculoſum eſt, de meritis ſanctorum diſputare.

Tertia opinio, vt dicit idem Barlette, quod Moyſes fuit eximius prophetarum: quia Eccleſiaſt. 44. dicitur: *Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem Excelſi.*

Quarta

Quarta opinio eſt, quod fuit Adam, qui creatus eſt, non genitus, & pater omnium. Hinc dicit Petrarcha, quod eſt primus poſt virginẽ Mariam: de quo Bartholomæus Veronenſ. *de Imperatore militum eligendo. in verb. ratione dignitatis.* Sed tamen de Adam non eſt bona argumentatio, eo; quia non ſurrexit inter natos mulierum, ſed à Deo creatus, & ideo non comprehenſus in dicto Chriſti.

Quinta opinio eſt Ieſu Chriſti (cum quo ſub venia nos erimus) vt dicit Barlette *in dicto loco*; quia vera: cum qua opinione Thom. 2. 2. *quæſt.*174. *art.*4. quod inter natos mulierum non ſurrexit maior Iohanne Baptiſta. vt habetur *Matth.*11. Quam concluſionem comprobat idem Barlette *in d. loco*, triplici ratione, quæ extrahuntur à doctoribus.

Primo, ratione diuinalis prænominationis: quoniam, vt dicit S. Thom. 3. *part. quæſt.* 27 *artic.*5. quod diuina prouidentia, quoties mittere voluit aliquem ſanctum virum in mundo, pro vniuerſali præpararione, voluit illũ prius in mundo oſtẽdere duplici modo. Primo, verbo prophetico. Secundo, ſigno diuino, quod patet triplici lege. Primo, in lege naturæ, quando miſit Noe in impoſitione nominis. *Geneſ.*5. dicit pater eius Lamech, vocabitur nomen eius Noe. Iſte conſolabitur nos ab operibus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus. Secundo, in lege ſcripturæ de Moyſe, per ſignum diuinum, quando in terram proiecit coronam Regis. Tertio, in lege gratię, tempore Chriſti, quando miſſus eſt Iohannes Baptiſta, qui oſtenſus eſt verbo prophetico per angelum, *Lucæ* 1. Erit magnus coram Domino. Et iſta magnitudo fuit in pluribus, ſcilicet circa eius aduentum, in eius conceptione, & in eius natiuitate. Et circa laudem illius, quam habuit ab ipſo Chriſto, qui eũ laudauit in conſtantia, in auſteritate, in prophetia, & in perſeuerantia; vt ibi dicit Barlette.

Et ex quo ſequitur ſecundo, quod fuit maior inter natos mulierum ex diuina commendatione, ex qua ſumuntur laudes, & magnificentiæ ipſius, quas ponit idem Gabriel *in d. loco. verſic. ſecundum dicitur.*

Ex quo & tertio ſequitur, quod infuſæ ſunt & fuerunt in Iohanne infinitæ gratiæ: quoniam fuit angelus, fuit patriarcha, fuit propheta, & plus quam propheta, magnus coram Domino. Apoſtolus, martyr, confeſſor, virgo, eremita. Et ibi concludit, illum omnibus cæteris præpoſitum: quod credo eſſe verum, & ſum in hac opinione, quod poſt Mariam eſt primus in cœlo, & habet proximiorem ſedem, & ſedet ante omnes, & quoſcunque: quia magis dilectus à Deo, propter eius gratam virginitatem, propter eius gratam humilitatem, & propter eius gratam charitatem, quæ tria ibi ample explicat & declarat idem Gabriel in fine, ibi; *Tertium dicitur, &c.*

Et de eodem, & eius excellentia, videatur etiam Ioannes Ludouicus Viuald. *in ſuo opere Regali. in tract. de pugna partis ſenſitiua, in* 4. *notab.* vbi etiam ample. Et ibidem etiam vide de laude & excellentia omnium patriarcharum & prophetarum, quos videre poteris, cum de vnoquoque veniet ad propoſitum.

Legimus & de Iohanne Baptiſta, quod triplex mirabile munus gratiæ habuit in vtero adhuc exiſtens. Primo, gratiam, qua in vtero ſanctificatus fuit: vnde fuit ante ſanctus, quam natus, in quo cum Ieremia conuenit. Secundo, gratiam habuit, qua in vtero prophetare meruit: quoniam in vtero matris exultans, Deum adeſſe cognouit. Tertio, gratiam habuit, qua ſuis meritis matri prophetiæ ſpiritum tradidit. De quibus ample Guillielm. Benedicti *in ſua repet. cap. Rayn. in verb. & ſoboles, quam geſtabat. num* 22. *extra, de teſtam.* vbi concludit ex verbo Chriſti, quod nullus ſurrexit maior Ioan. Bapt. inter natos mulierum corruptarum.

Vigeſimanona conſideratio. Ex primoribus Eccleſiæ, tam militantis, quam triumphantis, cenſentur Apoſtoli, qui etiam videntur præferri debere Patriarchis & Prophetis. Quoniam, vt habetur *Epheſ.* 4. ponit Apoſtolus narrando dona collata à Chriſto in ædificationem corporis ſui, id eſt, Eccleſiæ. Primo, ponit Apoſtolus, deinde omnibus loquens, ait: *Eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici*

ſtici Dei ſuper ædificati ſupra fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto IESV, ſcilicet doctrinam eorum vtrunque, ſiue teſtamentum, ſiue populum Iudæorum & gentium Chriſtus lapis angularis dictus, quia vtrunque in ſe coniunget. & ideo ſe excuſat, & rationem reddit Anton. Flo. *in 3. par. ſuæ ſum. tit. 31. c. 8.* quod prius de prophetis, quam de apoſtolis, ſcripſerit, & eos in ordine ſuæ ſcripturæ præpoſuerit, reddens rationem ſolam, eo; quia tempore præceſſerunt apoſtolos.

Sed videtur, quod ſunt præferẽdi, tanquã Principes populorum, vt habetur *Pſal. 46.* Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. & *Pſalm. 44.* Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Et de his habetur *Apoc. vlt.* cum dicitur: Quod murus ciuitatis, ſcilicet ſupernæ Ieruſalem, eſt habens duodecim fundamenta, & in eis duodecim nomina apoſtolorum & agni, & poſt Cherubin & Seraphin, inceſſabili voce clamantia, *Sanctus, &c.* Dominum laudat in cœlis glorioſus apoſtolorum chorus, quorum dignitas eſt veneranda: quoniam, vt canit Eccleſia: Eccleſiarum ſunt Principes, belli triumphantis Duces, cœleſtis aulæ milites, & vera mundi lumina. Et quilibet habuit principatum ſibi à Deo decretum magnæ prouinciæ vel regni.

Nam, Andreas fuit Princeps populi Achaienſ. in Græcia.

Iacobus maior, Princeps populi Hiſpaniæ, & quod ſibi defuit honoris in mundo; quia in capite anni à paſſione Chriſti in Iudæa decapitatus eſt, hoc Deus ſupleuit poſt mortem; quia in maiori veneratione eſt corpus eius, quam alicuius apoſtoli.

Thomas, Princeps Indiani populi, quem conuertit Iocabus minor, Ieroſolymorum populum regens primus ibi archiepiſcopus fuit, & primus miſſam cantauit ſeu legit, vt *in c. ſi. 66. diſt.*

Philippus Syriam, ſeu Scythiam ſpecialiter gubernauit.

Bartholomæus, (cuius nomen porto) Armeniam, & Licaoniam. De cuius vita & martyrio ponit Ant. Flo. *in ſua hiſtoria. parte 1. tit. 6. c. 12.* cuius verba hic inſerere volui ad laudem, & decorem ipſius & nominis eiuſdem. Dicit enim, quod Bartholomæus interpretatur filius ſuſpendentis me, vel filius ſuſpendentis aquas. De eo dicit Dionyſius *in lib. de myſtica theologia.* Diuus Bartholomæus dicit multam eſſe Theologiam, & minimam, & euangelium latum eſſe, & magnum, & rurſus conciſum: vult dicere, quod vna conſideratione, omnia poſſunt de Deo affirmari, & alia magis proprie de Deo negari. Euangelium eſt conciſum, id eſt breue quo ad finem, qui eſt fides Chriſti, & charitas. Latum autẽ, & magnum, ratione materiæ propter innumera documenta, & myſteria comprehenſa.

Hic vnus fuit ex ſenatorib. Eccleſiæ apoſtolis Chriſti, vt patet *Luc. 9. & 6. Mar. 3. & Matt. 10.* & dicam infra *in conſid. ſeq.* Et poſt aduentum Chriſti intrauit in Indiam, quæ eſt in fine orbis, & ad quandam ciuitatem deueniens habitare cœpit in templo, vbi colebatur Deus Aſtaroth. Diabolus autem habitans in illo idolo ita decipiebat homines, immittens quaſdam infirmitates, vt ipſi infirmi pro ſui liberatione, ſacrificia idolo offerrent, quo facto, diabolus ab illa paſſione illata ceſſabat. Cum autem templum Aſtaroth languentib. eſſet plenum, & quærentibus, vt ſolitum erat, nullum diabolus per idolum daret reſponſum, pergunt ad vicinam ciuitatem vbi colebatur Berith. interrogãtes eum quare Deus ſuus eis non daret reſpõſa, Berith reſpondit, Deus veſter catenis igneis religatus eſt, ita vt nec loqui, nec reſpirare valeat, ex quo Apoſt. Dei ciuitatem veſtram ingreſſus eſt. Aiunt illi: Quis eſt iſte Bartholomæus? Inquit, Amicus Dei omnipotentis eſt, & ad hanc prouinciam venit, vt euacuaret omnes Deos Indiæ. At illi, Da nobis ſignum eius, in quo valeamus eum diſcernere inter tot millia hominũ, & cognoſcere eum. Quibus dæmon ait, Capilli eius nigri & criſpi, caro candida, oculi grãdes, nares æquales, & directæ, barba prolixa, habens paucos capillos canos. ſtatura æqualis, colobio albo, clauato, purpura veſtitur: induitur pallio albo, quod per ſingulos angulos gemmas habet purpureas. Viginti ſex anni ſunt, ex quibus veſtimenta eius & ſanda-

Googl

& ſandalia, nec veteraſcunt, nec ſordeſcunt: centies per diem orat, centies per noctem: angeli Dei eum comitantur, qui nec eum ſinunt fatigari, ſemper eodem vultu & animo lætus & hilaris perſeuerat. Omnia præuidet, omnia nouit, omnium linguarum notitiā habet: & quod nunc loquor vobiſcum, ipſe iam nouit. Cum eum quæſieritis, ſi volet, oſtendet ſe vobis, ſi noluerit, non poteritis inuenire: rogo autem vos, vt cum eum inueneritis, deprecemini eum, ne huc veniat, & ſimilia Aſtaroth mihi faciat. Euntes ergo, cū per duos dies ſolicite quæſiiſſent, nec inuenire poſſent, altera die quidam dæmoniacus, ambulans iuxta eū clamauit, dicens: *Apoſtole Dei Bartholom. incendunt me orationes tuæ.* Cui Barthol. *Obmuteſce, & exi ab eo.* Qui ſubito liberatus eſt. Audiens autem hęc Rex illius prouinciæ nomine Polemius; cum haberet filiam lunaticam, miſit ad illum rogans vt veniret, vt ſanaret filiam ſuam dæmoniacam. Apoſtolus vero accedẽs palatium Regis, cum vidiſſet illam catenis ligatam, eo quod appropinquantes ſibi, morſibus lacerabat, iuſſit eā ſolui: cum miniſtri timerent hæc agere, dicit: *Ego dæmonium illud ligatum teneo, & vos timetis.* quam ſolutā ſubito à diabolo liberauit. Miſit autem Rex Polemius multos camelos oneratos auro & argento & lapidibus precioſis, vt quærentes Dei Apoſtolum ei prædicta ex munere Regio offerrent. Cum ergo inuenire non potuiſſent, reuerſi ſunt ad Regem. Ipſe vero Apoſtolus mane ſequenti, cum Rex ſolus eſſet in cubiculo apparuit, dicens: *Et quid per totam diem heſternā me feciſti quærere cum auro, & lapidibus precioſis? Hæc neceſſaria ſunt his, qui terrena, & carnalia cupiunt: ego autem nil mundanum requiro.* Tunc Apoſtolus loquens ei de myſterio noſtræ redemptionis, oſtendit ei Chriſtum diabolum viciſſe per mirabilem congruentiam, potentiam, & ſapientiam, & iuſtitiam. Quibus declaratis, dicit Apoſtolus: *Si baptizari diſponis, ego tibi & populo dabo Deum veſtrum catenis religatum.* Quod cum affirmaſſet ſe facere paratum die ſequenti, congregatis ſacerdotibus Aſtaroth, & populo ad templum, cum ſacerdotes ei immolarent in potentia Regis & populi, Dæmon in ſtatua clamare cœpit, & dicere: *Ceſſate miſeri mihi ſacrificia offerre, ne peiora, quam ego, patiamini tormenta. Qui catenis igneis religatus ſum ab angelis Ieſu Chriſti: qui crucifixus eſt à Iudæis, putantibus eum à morte detineri: Ipſe autem IESVS per mortem Reginam noſtram deuicit, & Principem mortis dominum noſtrum vinxit.* Statimque omnes miſerunt funes, vt ſimulachrum euerterent, ſed non valuerunt. Apoſtolus autem præcepit dæmoni, vt idolum illud cōminueret, & omnia illa ſimulachra templi per ſeipſum confringeret: quod & factum eſt. Omnes infirmi, qui erant in templo ſanati ſunt, orante pro eis Apoſtolo, qui & templum Chriſto dedicauit. Sed & angelus Domini circumuolās templum in humana ſpecie apparens, in quatuor angulis templi ſignum crucis inſculpſit, dicens: *Sicut ſanati ſunt infirmi ab Apoſtolo à languoribus ſuis: ita ſit hoc templum mundatum ab immunditiis & habitatore eius diabolo: ſed antequam pergat in deſertum, (quo Apoſtolus eum ire præcepit) oſtendam vobis eius horribilitatem, quem videatis, non timeatis: ſed ſignum illud, quod inſculpſi in templo frontibus veſtris imprimite.* Tunc viderunt omnes Æthiopem fuligine nigriorem, facie acuta, barba prolixa, crinibus vſque ad pedes protenſis, oculis igneis ſcintillas vt ferrum igneum emittentibus flammas ſulphureas ex naribus ſpirantem, catenis igneis vinctum retro manibus. Et dicit ei angelus Domini: *Quia Apoſtolo obediens, omnia idola templi confregiſti, ſoluam te, & perge in deſertum locum, vbi nullus hominum moratur, vbi manſurus vſque ad diem iudicii.* Qui cum magno ſtrepitu, & vlulatu, diſparuit, angelus cunctis videntibus ad cœlum aſcendit. Rex vero Polemius cum vxore & filiis & omni familia baptizatus eſt, multusque populus cum eo, qui etiam Polemius relicto Regno, Apoſtoli diſcipulus effectus eſt. Pōtifices vero idolorū ad Aſtyagem Regem fratrem dicti Polemii, cōuenerunt, & de deorum ſuorum iniuria, ac templi mutatione, ac fratris ſui per artem magicam deceptio-

deceptione, contra Apoſtolum conqueſti ſunt. Aſtyages autem vehementer iratus, miſit mille viros armatos ad quærendum Apoſtolum, & captum ducendum ante ipſum. Eo autem adducto coram ſe ait Aſtyages: *Tu es, qui euertiſti fratrem meum?* Cui Apoſtolus; *Ego nō euerti, ſed conuerti fratrem tuum.* Et Aſtyages: *Sicut tu feciſti fratrem meum relinquere Deum ſuum, & tuo ſacrificare, ita ego faciam te Deum tuum deſerere, & meum adorare.* Apoſtolus vero ait ad eum: *Ego Deum, quem adorabat frater tuus, ligaui, & ligatum oſtendi, & eum confringere ſtatuam feci: ſi ita tu feceris Deo meo, poteris me ad ſimulachrum prouocare. Si ego vero Deos tuos comminuam, & tu crede Deo meo.* Hæc eo dicente, nunciatū eſt Regi, quod Deus ſuus Baldach, comminutus cecidiſſet in terram. Quod audiens Rex præ triſtitia ſcidit purpuram, qua erat indutus. Et Apoſtolum iuſſit fuſtibus cædi, & cæſum viuum excoriari, & demum excoriatum decapitari mandauit. Sicque per martyrii palmam ad cœlum volauit. Fideles autem corpus Apoſtoli accipientes honorifice ſepelierunt. Aſtyages autem, & Pontifices idolorum, arrepti à dæmonibus ſuffocati ſunt. Polemius vero factus Epiſcopus, viginti annis laudabiliter eccleſiam rexit, & virtutibus plenus in Domino requieuit.

Quia vero de morte eius varia eſt opinio; Nam B. Dorotheus dicit, quod Barth. in Albano, ciuitate magna Armeniæ, crucifixus eſt, capite deorſum. Beatus vero Theod. quod fuit excoriatus; ab aliis aſſeritur, quod fuerit decollatus: quæ ita poſſunt concordari, quod fuerit primo excoriatus, exinde crucifixus, demum nondum mortuus decapitatus. Poſt aliquod tempus, corpus B. Bartholom. ad inſulam Liparicanam circa Siciliam translatum eſt: infideles autem inſulam illam inuadentes, & omnino deuaſtantes circa annum Domini 331. oſſa Apoſtoli per plateam ſparſerunt, ſed iuſſu ipſius Apoſtoli apparentis vni ſancto viro in ſomniis, & deſignata quæ eſſent oſſa, ſcilicet ſplendentia vt ignis, collecta ſunt, & Beneuentum Metropolim in regno Apuliæ ab ipſo delata, & communiter tenetur corpus eius haberi Beneuenti, licet & Romani aſſerant ſe illud habere. Hæc dicit Ant. Flo. *in ſua hiſt. par. 1. tit. 6. c. 12.* ſed *in par. 2. tit. 24. cap. 4. §. 5.* dicit illam trāſlationem fuiſſe tempore imperii Caroli, qui fuit 706. ab incarnatione Domini, & ibi ponit ample modum exhortationis factæ viro ſancto, vt eius oſſa congregaret, qui bis recuſauit: & quod miraculoſe nauis, vbi oſſa eius erant, euaſit ab incurſu infidelium. Redeundo ergo ad propoſitum, vnde digreſſi fueramus, dignitates Apoſtolorū conſcribamus.

Matthæus, Æthiopiam nigram, candidam doctrina fidei effecit.

Simon, prius Meſopotamiam.

Thadæus eius germanus, Ægyptum, ſimul ambo per fidem illuſtrarunt.

Matthias, Iudæam in ſortem accepit, & primus legitur ordinatus in clericum per Apoſtolos. tex. & ibi gl. *in clericos. 21. diſtin.*

Ioannes Euang. Aſiam, cuius ſeptem eccleſiis Apocal. ſcripſit, & a quibuſdam viuus adhuc opinate creditur in paradiſum terreſtrem translatus, vt cum Enoch & Elia, contra Antichriſtum prædicet, vt de ſtatu legis euang. habeatur teſtis Io. ſicut de ſtatu legis naturæ Enoch. & de lege Moſaica Elias habetur: quod tenet d. Ioan. Dominici in quodam ſuo dialogo, allegato per Anton. Flo. *in ſum. 3. part. tit. 31. c. 8. §. 1.* vbi prædicta de Apoſtolis dicit, ſubiungens tamen quod communius creditur in patria cum cæteris in corpore, & anima, quia corpus eius inuenitur, vel anima tantum, exponentes illud; Si eum volo manere, donec veniam. Io. *vlt.* quia non ad aduentum vel ad iudicium refertur, ſed ad aduentum in regno eccleſiæ iam per orbem diffuſo. Ipſe veniet pro eo ſine martyrio in pace migraturus.

Paulus princeps fuit totius fere orbis prædicando.

Sed Petrus non ſolum pontifex Galatiæ, Cappadociæ, Antiochiæ, vbi prædicauit, & Romæ, ſed abſolute Princeps fuit totius Eccleſiæ autoritate & iuriſdictione plenaria ſibi tradita, non ab Apoſtolis cæteris, vel conciliis, ſed à Domino Ieſu Chriſto, vt infra plene *in ſeq. conſiderat.* dicam.

Principes

Principes ergo Apoſtoli fuerunt eccleſiarum, & populorũ facti à Domino Ieſu Chriſto, vt Eccleſias gubernarent & ordinarent circa diuinum cultum, populos meritis & virtutum exemplis ad ſalutem traherent, debellando hoſtes interiores vitiorum, doctrina & miraculis orbem illuſtrarẽt, quod quomodo fit, ample demonſtrat Ant. Flor. *in ſua ſum. part. 3. tit. 31. c.* 8. §. 1. vbi ample per eos de ſymbolo per eos compoſito.

Item etiam tanquam iudices duodecim tribus Iſrael, ſedentes cum filio hominis in ſede maieſtatis ſuæ, prout ſunt duodecim Apoſtoli qui ſecuti fuerunt Chriſtum in regeneratione, vt habetur *Matth.* 10. *& Luc.* 22. Et iſti habent iudicium approbationis; vt dicitur Arch. 8. *q.* 1. *c. vereor.* Et debent omnes alios præcedere, quoniã iudices cæteris ſunt præponendi, & in altiori ſede, vt dixi infra *in* 7. *parte, in prima conſid.* vbi dixi, quod iudices debent habere ſublimiorem locum. facit *c. Epiſcopus.* 98 *diſtin.* Ex quo ergo Apoſtoli fuerunt & Principes noſtri conſtituti, & iudices debent quoſcunque præcedere, vt dicum eſt; igitur, &c.

Et iſte numerus duodenarius Apoſtolorum, per multas figuras diuinarum ſcripturarum mirabiliter præſignatus fuit, & à domino conſecratus.

Primo, per duodecim filios Iacob, omnes vno patre genitos, *Gen.* 25. & iterum 42. *c.*

Secundo, per duodecim fontes aquarum, quos in deſerti Elim inuenerunt filii Iſrael, *Exod* 15. *& Num.* 33. *cap.*

Tertio, per duodecim lapides precioſos, quos præcepit dominus vt ponerentur in veſte Aaron, *Exod.* 27. *c.*

Quarto, per duodecim Principes electos de duodecim tribubus Iſrael, ſingulos per ſingulas tribus. *Ioſ.* 3. *c.*

Quinto, per duodecim duriſsimos lapides, quos præcepit poni Ioſuæ in loco caſtrorum, vbi fixit tentoria, *Ioſ.* 4. *c.*

Sexto, per duodecim panes propoſitionis, qui ponebantur ſupra menſam in conſpectu Domini. *Leuit.* 24. *c. & Exo.* 25. *c.*

Septimo, per duodecim exploratores, quos miſit Moyſes ad conſiderandã terram, quam daturus erat Dominus filiis Iſrael, *Num.* 13. *c.*

Octauo, per duodecim boues, qui ſuſtentabant mare æneum. 3. *Reg.* 7. *c.*

Nono, per duodecim præfectos, quos poſuit Salomon ſuper omnem populum Iſrael. 3. *Reg.* 4. *cap.*

Decimo, per duodecim lapides, quos tulit Elias iuxta numerum filiorum Iſrael, & ædificauit de lapidibus altare in nomine Domini. 3. *Reg.* 18. *c.*

Vndecimo, per duodecim ſtellas fulgentes in corona ſponſæ, ſcilicet eccleſiæ, *Apocal.* 12. *c.*

Duodecimo, per duodecim portas ciuitatis Hieruſalem, quas vidit Ioannes, *Apoc.* 21.

Tertiodecimo, per duodecim fundamenta ſupernæ ciuitatis, quæ vidit Io. & in ipſis nomina Apoſtolorũ & agni, de quibus iam dixi ſupra & habetur *Apoc.* 21.

Decimoquarto, per duodecim horas diei. Chriſtus eſt dies, de qua inquit Dauid *Pſal.* 83. Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Hic autẽ dies habet duodecim horas, ſcilic. Apoſtolos. Vnde ipſe Ioannes vndecimo ait: *Nonne duodecim horæ ſunt diei?* In quo verbo Dominus Ieſus non Iudam, ſed ſucceſſorem eius præuidebat. Hæc dicit Ioannes Ludouicus Viualdus *in ſuo opere Regali, in tractatu de pugna partis ſenſitiuæ, & intellectualis, in quarto notab.* vbi plene ponit de excellentia omnium Apoſtolorum in genere & in particulari, ideo eum videas ibi.

Trigeſima conſideratio. Petrus Apoſtolus, qui fuit inter Apoſtolos domini primus, obtinuit primatum in eccleſia, & conſtitutus fuit Princeps totius eccleſiæ: & ideo primatum & primum locum in eccleſia triumphante, hoc eſt, in cœlo empyreo. Et quod conſtitutus fuerit Princeps totius eccleſiæ & Apoſtolorum, probatur autoritate ſacræ ſcripturæ in duodecim locis.

Primo, *Matth.* 16. vbi dicitur: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Petra enim dicitur, quod primus in nationibus fundamenta fidei poſuerit, & tanquã ſaxum

immobile totius operis Chriſtiani compagẽ molemque contineat. *c. fidelior.* 50. *diſt.* faciunt hæc verba text. vt in beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret. Et *in c. præceptis.* 11. *diſt. ibi: Cura & totius eccleſiæ principatus committitur. & in c. conſiderandum. ibi: Et tunc. præpoſuit cæteris.* 50. *diſt.* Et ideo dicitur Romana eccleſia caput eſſe omnium eccleſiarum, cum non ab Apoſtolis, ſed à ſummo Deo primatum obtinuit, *c. in nouo. cum c. ſeq.* 21. *de. c. ſacroſancta.* 22. *d. & c. cum beatiſsimus.* 24. *q.* 1. & probatur *in c. rogamus.* 24. *q.* 1. quod Petrus fuit caput eccleſiæ, cuius ſedes iuſſu Dei ab Antiochia fuit translata Romam. & vt dicit text. *in c. cuncta per mundum.* 9. *q.* 3. Petrus voce domini principatum eccleſiæ tenuit. probant etiam text. *in c. relatum* 9. *q.* 1. *& in c. audiuimus. ver. vnde cũ omnibus.* 24. *quæſt.* 1. *& in c. Paulus, &c. Petrus.* 2. *q.* 7.

Secundus locus ſacræ ſcripturæ Ioannis vltimo, vbi dicitur: *Paſce oues meas.* Ex quo dicto probatur primatus & principatus ſeu prælatio Petri ponderando verba, pro quo *in cap. ſignificaſti. in princip & ibi gloſſ. de electio. extra. & gloſſa fin. in ca. conſiderandum.* 50. *d. & gloſſa in verb. tu es. in ca. in nouo.* 21. *diſt.* Quamuis enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus, omnibus Apoſtolis in communi claues dederit, vt habetur *Ioan.* 20. *& Matth.* 18. Similiter omnibus diſcipulis præcepit prædicare: *Marci vlt. & Matth. vlt.* In his tamen non fuit datum regimen, ſicut per hæc verba: *Paſce oues meas.* vt *in c. in nouo.* 51. *diſtin.* quoniam Reges dicuntur paſtores. 3. *Reg.* 22. Vidi cunctum populum Iſrael diſperſum in montibus, quaſi oues non habentes paſtorem. & *Eſa.* 44. qui dico Cyro, paſtor meus, & omnem voluntatem meam complebis. Nemo non nouit Cyrum potentiſsimum fuiſſe regem, qui Aſtyage auo materno interfecto tranſtulit regnum à Medis in Perſas, & probatur *Eſai.* 46. ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, vbi taxat paſtores velut maiores regentes, non ſolum ſuperintendentes. & *Ierem.* 2. Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt Dominus, & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me. & *in c. ſeq.* & dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Ipſi quoque, cui data eſt poteſtas in cœlo & in terra, & qui eſt Rex regum, & Dominus dominantium, vt habetur *Pſal.* 144. Dixi ſupra *in parte præcedenti in* 1. *conſid.* eſt paſtor bonus, vt habetur *Ioan.* 10. cuius Petrus dicitur vicarius in terris, vt eſt text. *in cap.* 3. §. 1. *de tranſlat. epiſc.* Similiter Papa gerit vicem Dei in terris. *cap.* 2. *circa princip. de tranſlat. epiſ. ext. & cap. ad Apoſtolicæ.* §. *nos itaque. de ſent. & re iudic. in* 6. *& cle.* 1. §. *ideoque de Magiſtris.* & Ieſus dedit Petro claues regni cœlorum, vt habetur *Matth.* 16. *c. in nouo. cum c. ſeq.* 21. *diſt.*

Et quando in ſacra ſcriptura fit mentio de paſtoribus, indubitate intelligitur loqui de Regentibus & Principibus, vt 22. *cap. Ieremiæ,* dicendo: *Omnes paſtores tuos paſcet ventus.* & eodem loco *ca.* 23. *Væ paſtoribus, qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus.* ideo hoc dicit Dominus Deus ad paſtores, qui paſcunt populum meum: *Vos diſpergiſtis gregem meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos.* in quibus omnibus locis apparet, eos paſtores appellatos, quia aliis præfuerunt in regimine & dignitate: quare Petro conſtituto paſtori primatus prælationis & regiminis ei datus eſt.

Illud etiam probatur *Ezechielis* 24. quem ad hoc allegat Cyprianus *in epiſt.* 12. *ad Stephanum Papam lib.* 3. Ait Dominus: *Fili hominis, propheta de paſtoribus Iſrael, propheta & dices paſtoribus. Dicit Dominus Deus, Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges à paſtoribus paſcuntur? &c.* Et habetur etiam *Zach.* 10. Ex quibus conſtat, quod cum ſoli Petro fuerit data poteſtas paſtoris, nec dictum fuerit aliis, paſce oues meas, quod ipſe fuit prælatus Apoſtolorum: quod comprobatur *in c. hi qui.* 50. *diſt & in cap ſi poſt. eadem d. & in cap. ſolitæ. de maior. & obed. in cap. ſignificaſti. de ele. in cap. fundamenta de ele. in* 6. *& in c. fidelior.* 50. *diſt.* Et canit eccleſia Catholica, cui credendum: *Tu es paſtor ouium, Princeps Apoſtolorum, tibi tradidit Deus omnia Regna mundi, & ideo traditæ ſunt tibi claues regni cœlorum.*

Tertius

Digitized by Google

Tertius locus ſacræ ſcripturæ eſt,*Luc.22.* vbi ſic dicit: *Ait Dominus Simoni: Simon,ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te,vt non deficiat fides tua,& tu aliquando conuerſus,confirma fratres tuos.* De quorum verborum intellectu Aug.*in q.75.de quæſtionibus Veteris & Noui Teſtamenti.* & facit text. *in c.1.21.diſt.* & ibi ample Io.de Turrecr.ponit poteſtatem ſummi Pontificis & Prælatorum vltra ſimplicem ſacerdotem ration. iuriſdictionis.facit etiam tex. *in c.maiores de Baptiſmo.* vbi etiam ponitur, quod Dominus orauit pro Petro, ne deficeret fides eius: quæ verba bene ponderata denotant, quod Petrus habuit primatum omnium à Deo. Primo enim nominatim eũ appellat Simon, quaſi ex aliis eum vocando,& disiunctim alloquendo:Simon, ait. Deinde quod communem futuram prædixit eorum tentationem, *expetiuit vos:* deinde tertio, reuertitur ſpecialiter, dicendo: *Ego rogaui pro te,* non dixit,*pro vobis.* Et iterum,*vt non deficiat fides tua,*non *veſtra.* Et ne aliquid dubitationis ſubeſſet, addit: *Et tu in præſentia aliorum Apoſtolorum.*& vt indubitatiſſime ab aliis eſſet diſtinctus, addit: *confirma fratres tuos*, qui erant diſcipuli & Apoſtoli, ac ſi apertiſſime diceret Chriſtus: *Ego tui,tu aliorum curam habeas.*

Quartus locus Euangelicus pro primatu Petri inter Apoſtolos eſt,*Matt.17.* vbi Petrus iuſſus eſt dare didrachmam pro Domino & pro ſe, cum dicatur: *Et cum venerunt Canaam, accesſerunt, qui didrachmam petebant ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter non ſoluit didrachmam. Et ibi; Et cum intraſſet domum, peruenit ad eum Ieſus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ, à quibus accipiunt tributum vel cenſum, à filiis ſuis, an ab alienis? Et ille dixit; Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filii. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtateram,illam ſumens da eis pro me & te.* Ex quibus verbis,& eo; quia Apoſtoli ſtatim in his verbis dixerunt: Quis, putas, maior eſt in regno cælorum? Beatus Hieronym.declarans prædicta verba, & ſenſum literæ, dixit, quod etiam hæc fuit mens Apoſtolorum, & etiam B.Ambroſius,de quo habetur *in c.eſt aliud.24.q.1.*& etiam Aug.*in quæſtionibus Veteris & Noui Teſtamenti.q.75.* vbi per hæc verba multum ponderauit primatum Petri inter Apoſtolos.

Probatur & vlterius ex trina nominatione Apoſtolorum per tres Euangeliſtas facta, videlicet *Mat.10.*vbi ſic nominantur:

Petrus, Andreas, Philippus, Bartholomæus, Iacobus Zebedæi, Ioannes, Thomas, Matthæus, Iacobus Alphæi, Thadæus, Simon Cananeus, Iudas Scarioth.

Marci 3. Petrus, Iacob.Zebedæi. Ioannes, Andreas, Philippus, Bartholomæus, Matthæus, Thomas, Iac. Alphæi, Thadæus, Simon Cananeus,Iudas Scarioth.

*Lucæ 6.*Petrus,Andreas,Iacobus,Ioannes, Philippus,Bartholomæus, Matthæus, Thomas, Iacob. Alphæi, Simon Zelotes, Iudas Iacobi,Iudas Scarioth.

Vbi ſemper ſunt in numero duodenario, & tamen ſemper Petrus eſt primus: & non primus ratione primæ vocationis; quia Andreas fuit primo vocatus. Et dicitur in ſermonibus Diſcipuli, *ſer. 38. de ſanctis Iacobo & Philipp.in ſer.de ſanct. Petro. & Paul.* Et ſemper Doct. Theologi intellexerunt de primatu ratione prælationis & principatus. ideo & nos ita intelligimus.

Sextus locus eſt *Ioan. 21.* vbi habetur, Simon Petrus cum audiſſet;quia Dominus eſt, tunica ſe ſuccinxit: erat enim nudus, & miſit ſe in mare. Alii autem Diſcipuli nauigio venerunt.Non enim longe erat à terra,ſed quaſi cubitis ducentis trahentes retia, &c. quod ſingulariter declarat, & ita intelligit Bern.de Buſtis. *lib. 2. de conſid.ad Euangelium.*

Septimus habetur *Luc.5.* quem ad hoc adducit Ambroſius relatus per Gratianum. 24. *q.1.c.non turbatur.*denique,vt dicit text. & ſi aliis imperatur, vt laxent retia ſua, ſoli tamen Petro dicitur, duc in altum, hoc eſt, in profundum diſputationum. Quid enim eſt tam altum,quam altitudinem diuitiarum videre, ſcire filium Dei, & profeſſionem diuinæ generationis aſſumere,licet mẽs humana plene rationis non queat inueſtigatione

I 2 compre-

Digitized by Google

comprehendere: fidei tamẽ plenitudo complectitur? Et ibi dicit Ioan. de Turr. quod licet dederit omnibus poteſtatem prædicandi; non tamen omnibus, ſed ſoli Petro dedit altas quæſtiones circa fidem determinare, & in lucem veritatis ducere.

Octauus habetur *Matth.* 18. quem ibi declarat Chryſoſt.

Nonus habetur *Mar.* 14. cum ſoli Petro dixerit Chriſtus: Simon dormis, non potuiſti vna hora vigilare mecum? quaſi Dominus voluerit oſtendere, ipſum præ cæteris ex commiſſo ſibi officio debuiſſe vigilare.

Decimus habetur *Ioan.* 6. dum multi diſcipulorum abiiſſent retro: dixit Ieſus ad duodecim: *Nunquid & vos vultis abire?* Reſpondens ei Simon Petrus: *Domine, ad quem ibimus?* & dicit gl. vnus pro omnibus reſpondet.

Vndecimus habetur *Luca* 21. de amputatione auriculæ Malachi à Petro facta: quod declarat Greg. Papa relatus per Gratianum. *c. ſi Petrus.* 24. *quæſt.* 1.

Duodecimus & vltimus locus eſt *Ioh. vlt.* vbi Dominus dicit ad Petrum: *Amen, Amen, dico tibi, cum eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris, extẽde manus tuas, & alius cinget te, & ducet te, quo tu non vis.* Et infra dicit ei: *Sequere me.* quod non modo intellexit de genere martyrii, ſed & ordine magiſterii, vt ait Theophil. Inde quidam recentior ait: *Sequere me, gerendo vices meas, & in officio paſtorali & martyrio.* Et hæc ſunt, quæ ſatis probant, quod Petrus inter Apoſtolos obtinet primatum, tanquam paſtor inter eos. Et quoniam ſummi Pontifices ſunt ſucceſſores Petri, ideo obtinent primatum in Eccleſia militante, prout Chriſtus: cuius vicarii ſunt in Eccleſia triumphante. Dicam infra *in par. ſequent.* Et nota, quod Chriſtus ſimpliciter magis dilexit Ioannem Euangeliſt. quam Petrum ex pluribus priuilegiis eis conceſſis, vt ait Anton. Flor. *in* 4. *part. ſuæ ſum. tit.* 10. *cap. quarto.* §. 3. & nullus alius ita familiaris & continuus cum Chriſto.

Trigeſimaprima conſideratio. Ambroſius recitatus *in can. beati.* 2. *q.* 7. dicit: *B. Petrus & Paulus eminent inter vniuerſos Apoſtolos, & ſpeciali quadam prærogatiua præcellunt: verum inter ipſos quis cui præponatur incertum eſt. Puto enim illos æquales eſſe meritis qui æquales ſunt paſſione, & ſimili eos fidei deuotione vixiſſe, quos ſimul videmus ad martyrii gloriam perueniſſe. Non enim ſine cauſa factum putamus, quod vna die paſſi ſunt, vno loco, ſub vno perſecutore. Vna die, vt ad Chriſtum pariter peruenirent. In vno loco, ne alteri Roma deeſſet. Sub vno perſecutore, vt æqualis crudelitas vtrunque conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus gloria, percutor decretus eſt pro virtute, &c.* Et etiam Pelagi. Papa *in c. quamuis.* 21. *diſt.* Sic quãuis vniuerſæ per orbem Cathol. & Apoſtol. conſtitutæ Eccleſ. vnus thalamus Chriſti ſit: tamen ſancta Romana Eccleſia Catholica & Apoſto. nullis ſynodicis conſtitutis cæteris eccleſiis prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini & Saluatoris noſtri primatum obtinuit. *Tu es,* inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Cui data eſt etiam ſocietas betatiſſimi Pauli vaſis electionis, qui non diuerſo (ſicuti hæretici garriunt, ſed vno tempore, vna eademque die, glorioſa morte cum Petro, in vrbe Romana, ſub Cæſare Nerone, agonizans coronatus eſt, & ſupra dictã pariter Rom. Eccleſiam Chriſto Domino conſecrarunt, eamque omnibus vrbibus in vniuerſo mundo ſua præſentia ac venerando triumpho prætulerunt.

Ex quibus videtur dicendum, quod Paulus fuit æqualis Petro, & ſic quod Petrus ſolus non fuit Princeps Apoſtolorum, nec illi ſoli fuerit data illa poteſtas vniuerſalis antedicta. Io. de Turrecr. *in c. per.* 8. *quæſt.* 1. Et Anton. Florent. *in ſua hiſtor. in* 1. *part. titul.* 6. *cap.* 2. ponunt hanc æqualitatem, ſed dicunt, illam fuiſſe in merito, & præmio, & poteſtate ordinaria, ſed non quo ad iuriſdictionem: quia Petrus fuit maior in hoc & in adminiſtratione Paulo, vt *in c. in illis. in fin.* 80. *diſtin.* & gloſſ. *in ver. pari. in c. nouo.* 21. *diſtinct.* Et etiam quo ad poteſtatem faciendi miracula, & idem Flor. *in ſua ſum.* 3. *par. tit.* 31. *cap.* 8. §. 1. Attamen Ioan. Ludo. Viual. *in ſuo opere regali, in tractat. de pugna partis ſenſitiuæ. in* 3. *notab. verſi. Paulus Apoſtolus,* dicit, quod Paulus fuit Petro ſublimior

Digitized by Google

Apoſtolus, dicit, quod Paulus fuit Petro ſublimior in quibuſdam: hinc eſt, quod in bulla ſiue ſigillo plumbeo ponitur Paulus à dextris, & Petrus à ſiniſtris. Aliam tamen rationem, quare hoc fiat, retulit Ioannes de Selua *in ſuo tractatu de beneficio, in prima parte, quæſt. 5.* ſcilicet, quia ſiniſtra pars mortis, quam Chriſtus habebat tempore, quo Petrus venit ad Chriſtum ante paſſionem. Dextra vero denotat immortalitatem Chriſti, quam habuit poſt reſurrectionem, quo tempore Paulus venit ad Chriſtum. Hæ rationes ſunt ſomnia: ideo melius dixi ſupra *in hac parte, in ſecunda conſideratione*, vbi dixi de Chriſto, quomodo ſedeat ad dextram. Et *in 4. not.* ponit ipſe Viuald. de omnibus Apoſtolis: ſed dicit, quod Paulus præcellit alios Apoſtolos ſex rationibus. Et etiam de omnibus aliis Apoſtolis & conuerſatione eorum ponit idem Antonius Florentinus *in dicta ſua hiſtoria, in 1. parte, in 6. tit. à 4. cap. vſque ad finem.* ponit de diſcipulis, & ſolum ponit de tribus videlicet de Lazaro, & Martha, & Magdalena: de quibus facio conſiderationem ſequentem. Dicit tamen Barthol. Veronenſ. *in tractatu de Imperatore eligendo, in verb. ratione dignitatis*, quod Adam & Petrus ſunt digniores, quia proximiores virgini Mariæ.

Aduerte tamen, quod de iure appellatione Apoſtoli ſimpliciter intelligitur de Paulo, vt ait gloſſ. *in verb. Vir. de iur. natur. gent. & ciuili. in Inſtitutio.* quæ gloſſ. à Doctoribus approbatur. Cui concor. gloſſa iuris Canonici, *in verb. part. in c. forus. de verbor. ſignific. quæ allegat pro hoc can. Apoſtolus. 32. q. 7.*

TRigeſimaſecunda conſideratio. Lazarus poſt Apoſtolos, diſcipulus Chriſti, huius noſtræ ciuitatis Heduenſis patronus, protector & conſeruator, & in qua eius corpus requieſcit, inter cuius membra caput peregrinis demõſtratur, ſumma gloria, ſumma laude, ſummo honore glorificandus, laudandus & honorandus. Hic enim, vt dicit Flor. *in d. tit. 19. c.* Frater erat Marthæ & Magdalenæ à Chriſto fuit familiariter dilectus, & ſolus inter diſcipulos Chriſti amicus vocatus, vt habetur *Iohan. 11.* Lazarus amicus noſter dormit. De ſtirpe regia deſcendens à populo Iudæorum patre Syro nuncupato, & mater Eucharia, & mortuis eorum patre & matre magnas ſui patrimonii diuitias, ſic inter ſe diuiſerunt, vt Mariæ quoddam caſtrum Magdalon dictum (vnde Magdalon nuncupata eſt) in partem contigerit. Marthæ vero caſtellum Bethaniæ, quod erat prope Ieroſolymam ad duo milliaria: Lazaro autem, militiæ vacanti, pars non modico Ieroſolymorum: & eum quadriduanum à mortuis ſuſcitauit Chriſtus, poſt paſſionem Domini, lapſis aliquot annis, Iudæi fugatis Apoſtolis de patribus illis inſurgẽtes contra Lazarum, Mariam, & Martham ſorores eius, Marcellam pediſſequam Marthæ, quæ Chriſto diſputante contra Phariſæos, clamauerat: *Beatus venter qui te portauit, &c.* & Celidonium, quem à natiuitate cęcum, Chriſtus illuminauerat, & Maximinum vnum ex 72. diſcipulis Chriſti, naui impoſuerunt ſine gubernaculo, periculis marinis exponentes, vt quam citiſſime ſubmergerentur. Sed diuino nutu, Maſſiliam incolumes peruenerunt, vbi prædicationibus eorum Princeps cum vxore ad fidem Chriſti conuerſus, idola ciuitatis confregit: Eccleſias conſtruxit, fidem & baptiſma plurimis recipientibus, beatum Lazarum Maſſiliæ epiſcopum præfecerunt: deinde populum Prouinciæ ad fidem induxerũt. Reliqua vero vide infra *in vlt. part.* in conſideratione, quæ de laude ciuitatũ tractat, vbi plura in laudem diui Lazari ſcribuntur. & merito cum ſit lumen tutelare Heduorum.

TRigeſimatertia conſideratio. Poſt Apoſtolos & Prophetas, dominum Deum martyrum cãdidatus laudat exercitus, vt habetur in cãtico Ambroſii & Auguſt. vnde Iohannes *Apocal.* 7. dicit, ſe vidiſſe turbam magnam in Eccleſia triumphante, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & populis, tribubus & linguis, ſtantes ante thronum, & in conſpectu agni, amictis ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: *Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & agno*, & omnes angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, &

Digitized by Google

quatuor animalium laudantes Deum: & qui ſunt hi amicti ſtolis in circuitu throni cum palmis in manibus ſunt, qui venerunt ex tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, dealbauerunt eas in ſanguine agni: ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte, & qui ſedet in throno, habitat ſuper illos: de quo *in 1. conſider. huiuſce partis.* Et non eſurient amplius, neque ſitient, vt de his dicit Anton. Flor. *in ſua ſum. part. 3. tit. 32. cap. 9.* vbi plene de Martyribus, quos ponit poſt Apoſtolos & Prophetas.

Vnde multum ſunt honorandi & glorificandi martyres, cum ſufferre martyrium ſit actus maximæ perfectionis: quod probat S. Thom. 2. 2. *quæſtio.* 124. *artic.* 3. duobus modis, vbi per eum.

Ex quibus cōcluditur, quod martyres ſunt perfectiores Doctoribus; quia ipſi docēt non ſolum verbo, ſed etiam facto. Sunt etiam perfectiores virginibus, vnde Auguſt. *in lib. de Virginit.* facit comparationē inter perfectionem martyrii & virginitatis. & etiam S. Thom. *in 4. diſt.* 49. inquit, quod licet vna aureola ſit maior altera, ſecundum quod ſimpliciter tamen loquendo, aureola martyrū eſt potior aureola doctorum & virginum, quia cum martyrio ſit pugna difficilior & victoria maior, debet etiam eſſe excellentior aureola, quæ martyribus datur. Vnde gl. ſuper illud *Matth.* 5. Beati qui perſecutionem patiuntur, &c. dicit, quod omnes aliæ beatitudines perficiuntur in iſta. Eccleſia quoque in commemoratione ſanctorum martyres præordinat & pręponit doctoribus & virginibus, ad oſtendendum præeminentiam eorum, reſpectu doctorum & virginum. Quorum martyrum gloriam admirās ſancta mater eccleſia, inquit Deo: *Quæ vox, quæ poterit lingua retexere, Quæ tu martyribus munera præparas.* quaſi dic. nulla. Ideo canit Dauid Propheta. *Pſalm.* 115. *Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*, id eſt, ſecundum Alexand. de Hales, ibi: *Chara & grata eſt Deo mors martyrum.* Cum enim ipſi oſtenderint operibus arduis, quod ſuper alios Deum dilexerunt, dicente Gregorio in quadam homilia paſchali, quod probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Credendum eſt ergo, quod Deus in cœleſti curia illius præcipui amoris ſigna oſtendet eos ſingulari gloria decorando. hæc dicit Bernardinus de Buſtis *in ſuo Roſario, in 1. parte, ſerm. 39. litera Z. a. & b.* in dicto ſermone tractat materiam martyrii.

Et dicit Ioannes Ludouicus Viuald. *in ſuo opere regali, in tract. de pugna partis ſenſitiuæ. in 4. notabili*, quod triumphus, dignitas, magnificentia, honor & gloria totius Chriſtianæ religionis, eſt in tam grandi exercitu ſanctorum martyrum, qui pro veritate fidei orthodoxæ ſuum proprium fuderunt ſanguinem. De laude, gloria & excellentia quorum videas ibi.

Trigeſimaquarta conſideratio erit de doctoribus Eccleſiæ, qui etiam ſunt de numero beatorum: immo etiam ad eccleſiaſtici corporis integritatem & conſummationem conſtituti ſunt à Chriſto. Inter cæteros eius gradus & partes, doctores qui veritatem palam edoceant, & populum recte inſtituant, quemadmodum teſtatur beatus Paulus *in 1. ad Corinthios epiſt. cap.* 12. dicens; Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia, primo Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, &c. & *ad Epheſ.* 4. c. idem affirmat his verbis: *Et ipſe Chriſtus dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores ad conſirmationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti.* Ex quibus etiam videtur, quod præcedant martyres, cum ibi per Apoſtolum ponantur in tertio gradu poſt Apoſtolos & Prophetas: ſed parum (vt credo) hic curatur de ordine literæ. De aureola doctorum dixi *in præced. conſideratione:* de quibus *Dan.* 13. dicitur: *Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* & vide per Anto. Florent. *in 3. part. ſuæ ſummæ. tit. 30. cap. 8. §. 2.* Et nota, quod in paradiſo ſunt tot ordines dignitatum, & vnus excellit alterum, ita & in terra: & fiunt tales differentiæ pro maiori concordia tantæ multitudinis, quæ nō poſſet alia ratione ſubſiſtere. *c. ad hoc. 89. diſtinct. & c. licet. 2. 45. diſtinct.*

Trigeſima

Digitized by Google

TRigeſimaquinta conſideratio erit de Euangeliſtis, qui ſunt quatuor, qui præferuntur omnibus aliis inferioribus ab Apoſtolis, imo inter alios ſimul connumerantur. *c. vnic. de reliquiis & venerat. ſanctorum. in 6.* Sed quis illorum ſit præferendus? Videtur, quod ſit Ioannes; tum quia Apoſtolus; tum quia Eccleſia canit, quod inter cæteros magis dilectus; tum quia dicit gloſ. *in ver. miraculo. in c. per baptiſmum. de conſecr. diſtinct. 4.* quod B. Maria & Ioannes Apoſtolus peccare non potuerunt, tum ex eo, quod quatuor Euangeliſtæ figurantur per quatuor elementa: videlicet per terram, aquam, ignem & aerem.

Primo, Matthæus figuratur per terram, quia primo fuit valde terrenus, deditus mũdi lucris: vnde telonarius dicitur ſeu publicanus. Vnde etiam *Ezech. 1. & Apocal. 4.* per hominem figuratur, cui commiſſa eſt cura terræ, vt in ea operaretur. *Geneſ. 3. cap.* Tradidit etiam notitiam nobis de Chriſto ſecundum carnem, quam à terrenis traxit, incipiens Euangelium: *Liber generationis.*

Marcus figuratur per aquam: nam in ciuitate, quæ fundata eſt in aquis, ſcilicet Venetiarum, elegit habitationem ſuam: & per leonem figuratur, qui quartanam patitur, eo, quod multo humore abundat. Aqua ſumme nutrit quartanam. Hic tradit notitiam de Ieſu, ſecundum ſuam ſapientiam, quæ per aquam figuratur in ſcriptura, iuxta illud *Eccleſiaſt. 15.* Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. Vnde principaliter Marcus deſcribit prædicationem Chriſti, & incipit Euangelium ſuũ in aquis Iordanis, dicens: *Mox poſt exordium fuit Io. in deſerto baptizans.*

Lucas autem eſt vt aer. Vnde Euangelium ſcripſit ea lingua, quæ melius vtitur aere, in formando vocem, quam alii. Dicit Iſidorus in *Ety. libro.* quod Orientales frangunt aerem in gutture, & in gutture loquuntur, vt Hebræi ſeu Iudæi. Occidentales præcipue Hiſpani frangunt vocem in dentibus, & ideo in dentibus loquuntur, vt Latini. Sed mediterranei frangunt vocem in palato, & in palato formant vocem, & ideo melius quam alii loquuntur, vt Græci: & ideo locutio eorum comptior eſt cæteris ſecundum ipſum, & hac lingua Lucas ſuum ſcripſit Euangelium, ſecundum Hieron. Vnde ſeculari quadam redolet eloquentia: Hic figuratur per vitulum, qui in veteri Teſtamento figurabat mortem Chriſti, quæ in aere facta eſt. vnde principaliter Lucas deſcribit ignominiam paſſionis: & hæc viſio eſt nobis magis proportionata. Nam per aerem corporaliter melius videmus. Et eſt ratio; quia nil nobis naſci profuit, quod dixit Matthæus: nec prædicatio profuit, quod dixit Marcus, niſi redimi profuiſſet, quod dixit Lucas.

Ioannes autem figuratur per ignem, & merito; quia dilectionis amore ardebat. Hic figuratur etiam per Aquilam, quæ ſuper omnia alia animalia viſitat ſphæram ignis, vbi exuſtis plumis ad terram veniens, iterum iuueneſcit. Igni recte comparatur, cuius verba fuerunt plena igne charitatis. Ipſe deſcribit, quomodo ſic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum ſuum daret, & qualis ipſe vnigenitus datus eſt nobis, id eſt, In principio erat verbum. Ipſe narrat ſermonem in vltima cœna plenũ igne amoris. Ipſe ſolus latus Chriſti lancea perforatum deſcribit, vnde exiit omnis flamma amoris. Epiſtolę eius plenæ ſunt fraterno amore. Hæc ſunt, quæ dicit Antoninus Florentinus *in prima parte ſuæ ſummæ. tit. 3. c. 3. §. 2.*

Ex quo, vt dixi ſupra *iſta parte, in 12. conſideratione.* Quod inter quatuor elementa, dignius & excellentius eſt ignis. Ideo etiam cũ Euangelia Ioannis igni comparentur, digniora cæteris cenſenda ſunt. Et de ordine illorum habetur per Hieronymum de Lyra & alios ſcribẽtes, *in procœmio ſeu argumento Euangeliorum Matthæi*, ex quo primus ſcripſit Euangelium in Iudæa, ſed propter hoc Euangelia ſua non ſunt digniora, ſed Ioannis, vt dictum eſt.

Figurantur etiam per Angelum & tria animalia, videlicet per Angelum Matthæus, per Taurum Lucas, per leonem Marcus, & per Aquilam Ioannes, vt habetur *Ezech. 1.* Et declarant de Lyra, & alii Doctores Theologiæ in dicto procœmio Euangeliorum.

Trigeſi-

TRigeſimaſexta conſideratio. Poſt hos ſunt quatuor Doctores, præcipue Catholici quatuor columnæ Eccleſiæ, videlicet S.Greg.Papa, ſanctus Hieron.presbyter Cardinalis, ſanctus Ambroſius Archiepiſcopus Mediolanenſis, ſanctus Auguſtinus ante cōuerſionem ſuam rhetor maximus & philoſophorum acutiſſimus: poſt ſuſceptum vero baptiſma Epiſcop. Hypo. per totum mundum celebris Doctor, & falſitatis inimicus. Hi ſunt eruditiſsimi & ſanctitate præfulgidi. Et vt teſtatur Romanus Ponti. *in c. vnico. de reliq. & venerat. ſanct. lib. 6.* Quorum perlucida ac ſalutaria documenta Romanam illuſtrarunt Eccleſiam, decorarunt virtutibus, & moribus informarunt. Per ipſos præterea quaſi luminoſas ardentes lucernas ſuper candelabrum in domo Domini poſitas errorem tenebris profugatis, totum corpus Eccleſiæ tanquam ſidus irradiant matutinum. Et, vt iam prædixi iſta parte, *in 22. conſideratione.* vbi de tribus linguis fit mentio inter iſtos tres, Auguſtinum, Hieronymum & Gregorium, magis creditur Auguſtino in diſputationibus, Hieronymo in hiſtoriis & translationibus, Gregorius vero in moralibus præponitur: vt notatur *in verb. Graci. in c. vt veterum. 9. diſtinct.* Et ſic ſenſus hiſtoricus Hieronymo, Tropologicus moralis Gregorio, Allegoricus Ambroſio. Anagogicus vero Auguſtino attribuitur. Hiſtoria vero docet factum, Tropologia faciendum, Allegoria credendum, & Anagogia appetendum. Sed an Hieronymus præponatur Auguſtino, vide Dominicum *in c. vnico, de reliq. & vene. ſanct. in 6.* vbi probat, quod quandoque vnus præponitur alteri in ordine literæ.

TRigeſimaſeptima conſideratio erit de Innocentibus, quo loco collocantur in paradiſo, an ſint corona martyrum coronandi & laureandi. Robertus de Litio, *in ſermone de innocentib.* recitat tres opiniones. Quarum dicit vnam eſſe falſam, aliam debilem, alterā vero veram. Et eſt, quod martyrii gloriam, quam in aliis propria voluntas meretur, illi paruuli occiſi Dei gratia ſunt aſſecuti. Quoniam, vt ait, effuſio ſanguinis propter Chriſtum, vicem gerit baptiſmi: vnde ſicut in pueris baptizatis, per gratiam baptiſmalem meritum Chriſti operatur ad gloriam, *vt infra iſta parte, in 42. conſiderat.* dicitur; ſic in iſtis operatum eſt ad palmam martyrii obtinendam. Et hoc vult Auguſtinus in quodam ſermone de Epiphania, quaſi alloquens ad Innocentes, dum inquit: Ille de veſtra corona dubitauit in paſſione pro Chriſto, qui etiam paruulis baptiſmum prodeſſe non æſtimat Chriſti. Non habebatis ætatem, in qua in paſſurum Chriſtum crederetis, ſed habebatis carnem, in qua pro Chriſto paſſuro paſſionē ſuſtineretis. Hæc ille. Nec eſt dubium, ipſos ſanctos Innocentes eſſe in cœlo altiſſimo, & gaudium ſpeciale habent, cum primi pro Chriſto nato, mandato impii Herodis Aſcalonitæ occiſi, & martyrium paſſi fuerint. Ideo mirū in modū in te glorificari debent. Vnde Auguſtin. in ſermone Innocentium (vbi multa proſequitur de gloria eorum) dicit: Hodie, fratres chariſsimi, natalem illorum infantium colimus, quos ab Herode crudeliſſimo Rege interfectos eſſe Euangelii textus eloquitur. Ideo cum ſumma exultatione gaudeat terra noſtra cæleſtium militum, & tantarum parens fœcunda virtutum. Ecce, prophanus hoſtis nunquam beatis paruulis tantum prodeſſe potuiſſet obſequio, quantum profuit odio. Nam ſicut præſentis diei feſta manifeſtant, quantum contra beatos paruulos iniquitas abundauit, tantum in eis gratia diuinæ benedictionis effulſit. Hæc ille. Sed quo loco ſint in paradiſo, ſi vis facere comparationem ad ſanctos, qui præceſſerūt eos, & ad ſanctos, qui ſequuti ſunt, eſſent collocandi poſt Prophetas & Patriarchas, & ante Apoſtolos. Quemadmodū & in Litania deſcripti ſunt.

TRigeſimaoctaua conſideratio de confeſſoribus fit, qui ſunt in quadruplici differentia. Quidam ſunt paſtores, quidam ſcripturarum Doctores, quidam eremi ſeu cœnobii cultores aut monachi, & quidam ſeculi habitatores: Vt de his ſcribit Anton. Flo. *in ſum. part. 3. tit. 31. cap. 10. §. in 2. 3. 4. & 5.* Et de his dici poteſt id, quod habetur *Pſ. 38.* Confitebuntur cœli mirabilia tua domine, etenim veritatem

Digitized by Google

veritatem tuam in Eccleſia ſanctorum. Et merito Prælati, confeſſores cœli dicuntur, quia ſicut inferiora corpora gubernantur per ſuperiora, Cœlos & Planetas eorum, & ex influxu cœlorum in inferioribus elementis & elementatis fiunt generatio, & omnis motus, ſi ex diſpoſitione Prælatorum, & ordinatione populi, ipſi populi mouentur ad bene operandum, *ad Hebr.5.*

Etiam Doctores cœli dicuntur propter lumen ſapientiæ, vt dicitur *Eccleſ.24.* Ego feci, vt in cœlis oriretur lumen, qui propter pluuiam doctrinæ de cœlo deſcendentem, *Iacob.5.* cœlum dedit pluuiam, ſcilicet aereum, & hi maxime confitentur mirabilia cœli, & veritatem Chriſtum, vel veritatem ſcripturarum. Vnde Grego.2. *moralium* tractans illud *Iob.38:* Quis dedit gallo intelligentiam? exponit de doctoribus & prædicatoribus Eccleſiæ, quibus Deus dedit intelligentiam ſicut gallo, & non aliis, & ibi ipſe Anton. ſcribit de natura galli, vbi dicit, quod gallus dicitur habere intelligentiam per metaphoram. Æſtimatio enim ſenſitiua, quam habet gallus, ſecundum quam operatur prorumpens ad cantum, dicitur hic intelligentia. Cantat enim certis horis determinatis, ſecundum inſtinctum naturæ, ac ſi haberet intelligentiam, menſuram, & proportiones motuum cœleſtium. Vnde ſubdit: Quis enarrabit rationem cœlorum, & concentum cœli, quis dormire fecit doctores? Ergo Eccleſiæ viros aſsimilat gallo propter tria: quia certis & determinatis horis cãtat; & quia vocẽ in cantu variat; & quia cantando ſe prius alis verberat. Intelligentiam ergo primum gallus accipit, vt prius nocturni temporis horas capiat, & tunc demum vocem exhortationis emittat. Gallo igitur intelligentia attribuitur deſuper; quia doctori veritatis diſcretionis virtus, vt nouerit, quibus, quid, quando vel quomodo diuinitus miniſtratur. Non enim vna eademque cunctis exhortatio conuenit; quia nec cunctorum par morum qualitas aſtringitur. Sæpe enim aliis officiunt, quæ aliis proſunt, & pleræque herbæ, quæ aliqua animalia reficiunt, alia occidunt. Pro qualitate ergo audientium, ſancti doctores & prædicatores formabant ſuos ſermones, vt pulchre oſtendit glorioſus doctor Hieronym. *in epiſt. ſuis.* Hæc ille. Vbi etiam ample declarat, quomodo capienda ſit illa intelligentia galli, illam doctoribus & prædicatoribus applicando & attribuendo.

Tertii ſunt, de quib. agitur in viris & collationibus patrum S. Anachoritæ, ſcilicet horum primus fuit Paulus primus eremita, quia tantæ perfectionis fuit, vt B. Anton. animã eius egreſſam de corpore in choro angelorũ viderit collocari. Additi ſunt eis cœnobitæ viuentes in congregatione, etiam contemplationi dediti, vt monachi omnes, de quibus *infra in proxima ſequen. parte.* quaſi circa finem in plurib. conſiderationibus, & hi cœlo merito comparantur; quia, ſicut cœli exaltantur à terra, *Eſa.* 1. & valde ita prædicti eleuati fuerunt in altiſſimis contemplationibus à terra ſeparati, id eſt, affectu terrenorum confeſſi ſunt, & confitebuntur hi cœli mirabilia tua, de quorum cõuerſatione & contemplatione dicitur *Iob.* 39. Quis dimiſit onagrum liberum in ſolitudine, & vincula eius quis ſoluit? cui dedit in ſolatione domum, & tabernacula eius in terra ſalſuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis, vocem exactoris non audit, circumſpicit montes paſcuæ ſuæ & virentia quæque perquirit. Quæ verba ibi exponit Ant. Flo. poſt Greg. *in moral. lib.* 30. Et iſte ſtatus religioſorum excedit ſtatum virginum, vt dicit S. Thom.2.2. *q.*186. *art.* 8. alleg. per Feli. *in c. cauſam. col.*2. *extra de probationib.*

Quarti ſunt confeſſores: Qui, vt cœli confitebuntur mirabilia Dei, qui Deum confeſſi ſunt ſanctis operibus glorificati in gloria ſuperna. Hi etiam cœli dici poſſunt; quia, ſicut mouentur continuo à primo mobili omnes alii cœli; ſic & iſti à Deo, qui eſt primum mouens omnia, ſed immobilis manens in ſe, moti ſunt ad bona operandum: propter quod dicitur *Eſ.* 26. Omnia opera noſtra operatus in nobis. Et quia omnis motus noſter interpretatur, quod eſt nobis datus ad merendum, & bene operandum, ideo dicit

Apoſt. *ad Gala. 6.* Dum tempus habemus, operemur bonum. Scribit aut *Salom.* 28. tempora diuerſarũ operationũ, in quibus homo mouetur de vno ad aliud, vt habetur *Eccleſ.* 3. Omnia tempus habent, &c. ſcilicet, opera, & tempus ſibi congruum. De vno ad aliam expoſitionem moralem aſſumit Florent. *in loco hic ante alleg.* & reducit ad quatuor ſtatus hominum iuſtorum. Quidam ſunt baptiſmum recipientes, quidam pœnitentes, quidã proficientes, & quidam præſidẽtes: quemadmodum ibi ample declarat *in d.* §. 5. Etiã ampliſſime de iſtis quatuor gradibus confeſſorũ ponit Ioan. Ludou. Viualdus *in ſuo opere regali, in tractat. de pugna partis ſenſitiuæ & intellectiuæ.* Et quomodo variis tẽtationibus ac perſecutionibus in hoc ſeculo affliguntur. De beatitudine vero iſtorum & aliorum ſcribit Robertus de Litio, *in ſuo tract. de beatitudine ſanctorũ.*

TRigeſimanona conſideratio de Virginibus tractat, quibus datur aureola in cœlo, de quibus viſus eſt loqui Ioan. *in Apocal.* 7. *cap.* cum ibi oſtendat, illas vidiſſe ante thronum Dei per numerum determinatum, ſcilicet centum quadraginta quatuor millia, vt dicit Ant. Flor. *in tertia par. ſuæ ſumma tit.* 2. *c.* 1. §. 8. vbi ample collaudat, extollit & commẽdat Virginitatem ex multis, quibus datur corona, quæ dicitur aureola, vt ibi dicitur, & in fine huius conſiderationis: & de Virginũ ſtatu, & laude tetigi *in præced. parte, in* 11. *conſider.*

Sed cum & ad Regnum cœlorum perueniant & Viduæ, quę ſint in digniori ſeu altiori loco, an Virgines, an Viduæ? Dicit enim Ant. Flor. *loco præall. c.* 2. §. 8 quod quamuis ſtatus Virginalis melior ſit, quam coniugalis; tamen & in ſtatu Viduali vel coniugali poteſt quis perfectior eſſe Virgine, & maioris meriti, ſc. quia maioris meriti charitate exiſtit. Sed hæc dubitatio de his, quæ ſunt eiuſdem meriti reſpectu charitatis, quę vita ſit perfectior, ita, quod in perfectiori loco collocari debeat. Et habetur, quod Vidua ſit eiuſdẽ qualitatis. Cũ ita cõmendatur Viduitas, ſicut Virginitas. Vt de cõmendatione eius ponit ipſe Ant. *in d.* 3. *par. ſuæ ſum. tit.* 2. *c.* 3. §. 2. vbi dicit cõmendatã fuiſſe autoritate diuinã & canonica. Cum etiam caſtitas Viduarũ multum cõmendetur, de qua ſupra *in* 2. *par. in* 20. *conſid.*

Imo etiam videtur, quod Virginitas non ſit excellentior matrimonio ex multis.

Primo, ex dictis Aug. *in lib. de bono coniugali.* Non impar meritum cõtinentiæ eſt in Ioanne, qui nullas eſt expertus nuptias, & in Abraham, qui filios generauit. *c. ſi enim. ver. cæterum. de pœn. diſtin.* 2. ſed maioris virtutis maius eſt meritum. ergo Virginitas non eſt potior virtus quam caſtitas coniugalis.

Secundo ſic. Ex virtute dependet laus virtuoſi, ſi ergo Virginitas præfertur continentiæ coniugali, videretur, quod quælibet Virgo eſſet laudabilior qualibet coniugata, ſed hoc eſt falſum, vt dictum eſt: ergo Virginitas non præfertur coniugio.

Tertio ſic. Bonũ commune potius eſt bono priuato, vt patet 10. *Ethic. text. in* §. *pen. & ibi not. in l. vnica. C. de cadu. toll. c. ſcias.* 7. *quæſt.* 1. Sed coniugium ordinatur ad bonum commune, & ad publicam vtilitatem. *l, in libel.* §. *medio. ff. de captiuis & poſtli. reuer. l.* 1. *& ibi gloſſ. in ver. Reip. & do. lo. ff. ſolut. matrim.* Lucas de Pen. *in l. fin. colum.* 5. *C. de incolis. lib.* 10. vbi etiam videtur tenere, quod matrimonia ſunt neceſſaria pro conſeruatione generis humani: dixi inf. *in* 11. *par.* 10. *conſid.* Vbi ſcripſi, quod vxoratus præfertur non vxorato, ſed Virginitas ſolum tendit ad bonum priuatum.

Quarto quoniam videtur, quod Virginitas contrarietur præcepto legis naturæ, & diuinæ. Naturæ, ſcilicet cum dicat Ariſt. *in lib.* 3. *de animalib. in* 1. *de Cœlo. & Mundo, & in* 2. *de Anima*, quod natura appetit generationem indiuiduorum propter conſeruationem ſuarum ſpecierum, ſed matrimonium tendit ad ſobolem procreandam, & ad multiplicandum genus humanũ. Hiero *c. nuptiæ.* 32. *q.* 1. & eſt ad Paulam. Nuptiæ replent terram, Virginitas vero contrariatur: Igitur, & eam ſeruantes in veteri lege, non relinquentes poſt ſe ſemen, erant maledicti, maledictione opprobrii, vt patet de Ioachim, &c. quod figuratur *Matth.* 21. quando Chriſtus maledixit ficulneæ: quia ſine fructu. Item contrariatur legi diuinæ, cum præceperit Deus homini, *Geneſ.* 1. Creſcite, &

Digitized by Google

te,& multiplicamini,& replete terram.Et dicit Paulus 1.*ad Cor.* 5. Volo iuniores nubere, & filios procreare.& *ad Timoth.*2.dicit:Saluabitur mulier per generationem filiorum. Ex quibus videtur, quod matrimonium ſit laudãdum. Et pœna imponebatur apud Romanos ſeruantibus virginitatem, & qui vitã cœlibem ducebant teſte Valerio, & veteri lege *Deut.* 7. prohibebatur ſeruare virginitatem. Ioan.de Turrecr.*in c.integritas.32.q.5.in 3.dubio.*& Bernard.de Buſt.*in ſuo Roſar.part.2.ſerm.23.in litera D.*Et Gabriel Barlette,*in ſermone pro feſto ſanctorum Innocen.*faciunt prędicta fundamenta,ſed tandem concludunt,quod Virginitas ſit præferenda;quia Virginitas eſt in cõſilio & opera perfectionis. Cadit enim ſub conſilio; quia Apoſtolus conſulit Virginitatem, tanquam melius & perfectius. 1.*ad Cor.* 7. Quia bonum animæ præfertur bono corporis, & bonum diuinum bono humano ,& bonum contemplatiuæ vitæ,præfertur bono actiuæ vitæ. Virginitas autem eſt bonum animæ,diuinum, & vitæ contemplatiuæ. Coniugium eſt bonum corporis ad conſeruationem humani generis,& ſic humanũ,& pertinet ad vitam actiuam: quoniam vir & mulier in matrimonio viuentes neceſſe habent cogitare, quæ ſunt mundi, vt patet 1.*ad Cor.*7.& ibi reſpondet ad motiua in contrarium facta.

Etiã ſecundo facit;quia ille ſtatus dignior, qui maiorem recipit fructum , ſed virginibus datur maior: quia, vt dicit Luc. de Pen. *in l. quoties.* quæ eſt finalis. *C.de priuileg.ſcholar. lib.*12.quod cum ſementem terræ bonæ centeſimum, ſexageſimum, & trigeſimum fructum Euangelia doceant , & centenarius pro Virginitatis corona primum gradum teneat: Sexagenarius,pro viduitatis labore,& Trigenarius, pro coniugio, vt patet per parabolam *Matth.*13.Vt tenent Theologi:quod etiam tenet, & ſequitur Bernardinus de Buſtis *in d. 2. part. ſui Roſarii, ſermone* 38. *in princip.* Et ipſe Gabriel Barlette *in dicto ſermone pro feſto ſanctorum Innocentium.* Vnde Ambroſ. *lib.de virginitate.* Bona eſt continentia coniugalis, melior continentia vidualis, optima mundicia virginalis.

Tertio ; ille ſtatus eſt dignior , de quo Chriſtus naſci voluit , ſed Chriſtus non de coniugata, ſed Virgine naſci voluit, & hoc, vt dicit Beda ſuper Lucam, vt oſtẽderet præconium Virginitatis, & quantum ipſam diligebat. Ex hoc Iohannem Euangel.& patrem putatiuum Ioſeph, virginem cuſtodiuit. Vnde Thom.*in 4.p.35.q.art.3.* Virginitas ſupremum decorem vendicat.

Quarto ; ille ſtatus eſt nobilior, qui primo eſt inſtitutus in nobiliori loco, ſed virginitas prius fuit, quam matrimonium, & in nobiliori loco:quia angeli virgines prius ſunt creati, quam homo,& in nobiliori loco,quia in empyreo cœlo. Præterea,& Adam poſitus eſt virgo in paradiſo , & de terra virginea creatus. igitur.

Ideo videtur,quod virginitas apud Deum maiori præmio & corona præmietur , & coronetur, quam viduitas: & viduitas quam cõiugium. Et hoc multis deciſionibus & autoritatibus doctorum, & rationibus probatur.

I. Quoniam primo, vt inquit Hieronym. *ad Natalium*,tria præcipue ſunt genera metallorum : Ferrum, Argentum & Aurum. Ferrum eſt caſtitas coniugalis, Argentum eſt Viduitas, Aurum vero eſt Virginitas. Cum ergo Aurum ſit inter cætera metalla, excellentius & precioſius, vt dicitur *in vlt. part. in 95. conſid.* ideo Virginitas cui comparatur eſt excellentior.

II. Vt dicit, Virginitas eſt Regina, Viduitas eſt vt domina, Coniugalitas vt ancilla.

III. Virginitas, vt patria, Viduitas, vt portus, Coniugalitas, vt pelagus.

IV. Virginitas eſt ſumma gemma, theſaurus precioſus,margaritis refertus.

V. Sicut Aquila inter volucres, Lucifer inter ſtellas, & gemma inter lapides; ita excedit Matrimonium & Viduitatem Virginitas.

VI. Auguſtinus *in lib. de viduitate* dicit, quod bona eſt pudicitia coniugalis, melior vidualis, & optima virginalis.

VII. Dicit Cyprianus, quo virginum ſublimior eſt gloria, melior eſt vita.

VIII. Dicit Caſſianus, *in lib. collationum.* Maior

Digitized by Google

ior eſt virtus caſtitatem tenere, quam dæmones expellere.

IX. Dicit Damaſcenus, *lib.4.* Quanto angelus homine eſt ſuperior; tanto virginitas eſt nuptiis honorabilior.

X. Hieronymus ait; Qui immunditiam luxuriæ perfectæ continentiæ ſubiicit, ſanctior Dauid exiſtit, & fortior Samſone.

XI. Inquit Bern. Virginitas eſt ſicut lux ſolis, Viduitas ſicut lux lunæ, & Matrimonium ſicut lux ſtellarum.

XII. Idem Bernar. Sola virginalis caſtitas eſt, quæ in hoc mortalitatis loco & tempore, ſtatum quendam immortalitatis, & gloriæ repræſentat. Nam quod ſancti habebunt in cœlo, ſcil. integritatem, & munditiam corporis & animæ, hoc iam virgines obtinent ex gratia in terra.

XIII. Ex quo, vt ait Plin. *in ſuo lib. 21. naturalis hiſtor. c. 4. 8. & 19.* Flos roſæ inter omnes flores obtinet principatum: cum ſit iucundus, gratus odore & colore, commendatur, cum nihil gratius tradatur aſpectui, & ex roſæ plures medicinæ fiunt: & dixi *in vlt. part. in 94. conſider.* Ideo non immerito ſi per roſam virginitas figuretur, vt ait Bernard. de Buſt. *in 2. parte ſui Roſarii. ſermo. 28. in litera B.*

XIV. Hieronymus ait: In omni ſexu & gradu Virginalis pudicitia obtinet principatum.

XV. Cyprianus dicit, *in lib. de Virginitate:* Virginitas eſt ſoror angelorum, victoria libidinum, Regina virtutum, poſſeſſio omnium bonorum, quæ tenet in cœlo aureolam, & in terra principatum.

XVI. Facit id, quod ſupra dixi, ſcilicet, quia Virginibus datur fructus 100. Viduis 60. Coniugatis 30.

XVII. Auguſt. dicit *in lib. de Virginitate.* Certa ratione, & ſcripturarum autoritate, nec peccatum nuptias eſſe inuenimus, nec earum bonum bono Virginalis, vel Vidualis continentiæ æquare præſumimus.

XVIII. Facit, cuius finis melior eſt, ipſum quoque melius, ſecundum Philoſ. *in 2. & 3. Phyſic.* Quia ſic eſt, quod ſecundum Philoſ. 10. *Ethic.* & dixi infra *in 33. conſider.* duplex eſt vita, actiua ſcilicet & contemplatiua: & perfectior ſit, ſecundum Philoſophum, omnis vita contemplatiua, quam actiua. Caſtitas virginalis eſt perfectior, quam coniugalis; quoniam Virginitas ordinat hominem ad finem vitæ contemplatiuæ: vſus autem matrimonialis, ad vſum vitæ actiuæ, vt dicit S. Thom. 22. *queſtio. 152. artic. 2. in corpore queſtionis.* & hic ante iam aliquid dixi.

XIX. Facit; quoniam, vt dicit Apoſtol. 1. *ad Corinth. 7.* Mulier innupta, & virgo cogitat quæ Dei ſunt, vt ſit ſancta, & corpore, & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.

XX. Facit; quoniam, vt dicit idem Paulus ibi. Qui matrimonio iungit Virginem ſuam, bene facit, & qui non iungit Virginem ſuam, bene facit, & qui non iungit, melius facit.

XXI. Facit, quod habetur *Apocalyp. 3.* Qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, ambulabunt mecum in albis: & ibi doctores intelligunt de virginibus.

XXII. Facit, tanto aliquid perfectius eſt, quanto habet maiorem conformitatem cum ſuo principio. Et, vt dicit Philoſ. 5. *Metaphyſ.* Melius eſt ſimpliciter, quod primo principio propinquius eſt: cum igitur Deus ſit principium & finis omnium, *Apocal. 1.* & ipſe ſit actus ſimpliciter puriſſimus ſecundum Philoſophum, 12. *Metaphyſ.* Ideo Caſtitas virginalis, quæ eſt purior omni actu Matrimoniali, perfectior eſt matrimonio; quia Deo eſt conformior, qui eſt ab omni libidine alienus.

XXIII. Facit; nam Virtus ſimpliciter circa bonum, & difficile, ſecundum Philoſoph. 2. *Ethic.* Cum igitur maior ſit difficultas abſtinere ab omni delectatione actus Venerei; ſicut fit in Virginibus; quam abſtinere ſolum ab aliis delectationibus extra matrimonium; ergo magis merentur Virgines, quam aliæ.

XXIV. Facit id, quod dicit Ambroſ. relatus *in c. nuptiæ. 32. queſt. 1.* Nuptiæ implent terram, Virginitas paradiſum. Intellige, facilius, vt ibi gl. 1. declarat. Et iſtud eſt priuilegium Virginitatis maximū. ſecundum gloſſ. vlt. *in cap. cauſam. extra de probat.* Vel quia, vt ait, Virginitas, eſt ſoror angelorum, vbi omnes erunt Virgines, vel cōtinentes, neq; nubent, neq; nubentur.

XXV. Facit,

XXV. Facit, quod Hieron. ad Euſtochium *in ſermone aſſumptionis Virginis Mariæ*, ait: Bene angelus ad Virginē mittitur; quia angelis ſemper eſt cognata virginitas, profecto, in carne præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cœleſtis: Vnde, in carnem cœleſtem vitam acquirere, maioris eſt meriti, quam habere. Eſſe enim angelum, felicitatis eſt: eſſe vero Virginem virtutis, dum hæc viribus obtinere nititur cum gratia, quod habet Angelus ex natura.

XXVI. Facit, quod dicit Amb. *in lib. de viduis.* Supergreditur Virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis aſſimilantur: maior eſt victoria hominum, quam angelorum. Angeli enim, ſine carne viuunt, Virgines autē in carne triumphant.

XXVII. Facit, quod inquit Chryſ. ſuper Matth. Licet omnes Virtutes ſint res angelicæ, ſpecialiter tamen caſtitas Angelica virtus eſt.

XXVIII. Facit, quæ dicit ibi Aug. Quæ maior gloria ſuper terram, quam in carne corruptibili ducere vitam Angelicam?

XXIX. Facit quod dicit Aug. Qui Virginitatem ſeruant, ſicut angeli Dei in terris ſunt, imo & angelos tranſcendunt.

XXX. Facit id, quod dicit idem Bern. de Buſtis *in d. 2. par. ſer. 27. in litera E.* vbi dicit Virginitatem eſſe ante Matrimonium.

XXXI. Facit id, quod idem ait ibi *ſub littera F.* Quod à Chriſto in propria perſona cōſecrata eſt Virginitas, quod probat ex dicto Leonis in quodam ſermone, cum inquit: *Chriſtus Virginitatis eſt filius.* verum, ſuper omnia, quæ dici poſſunt, hāc virtutem commendabilem reddit, quod ipſe Saluator humani generis, de mundiſſima Virgine naſci voluit, vt hic ante dictum eſt, *ver. 3. Ille ſtatus, &c.* Et quod ipſe Virgo permanſit, & præ cæteris illum diſcipulum amauit, quem Virginem de nuptiis carnis abſtraxit. In tantum enim ei Virginitas placuit, quod ſpeciali arbitrio, vterum Virginalem accepit, in quo ſibi naturæ aſſumptæ nuptias celebrauit.

XXXII. Facit, quod dicit Cyprian. *in lib. de Virginitate*, Flos eſt enim Virginitas, eccleſiaſtici germinis decus, atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, illuſtrior portio dominici gregis. Idem dicitur *Eſ. 54.* Lætare ſterilis, quæ non paris, exulta, quæ non parturis: quoniam multi filii deſertæ magis, quam eius, quæ habet virum.

XXXIII. Facit; quoniam Chriſtus ſemper eſt cum Virginibus, & ipſi cum eo. Vnde *Apocal. 14.* Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum, quocunque ierit. Et canit Eccleſiā: Quocunque pergis, Virgines ſequuntur, atque laudibus poſt te canentes curſitant.

XXXIV. Facit, quod dicit Hier. *in Epiſt. ad Euſtochium*, vbi oſtendit quomodo Chriſtus dilexerit Virginitatem: Quoniam, vt dicit, ſtatim, vt filius Dei ingreſſus eſt mundum, iſtam nouam familiam ſibi inſtituit, vt qui in cœlis habebat angelos, haberet proxime in terris Virgines.

XXXV. Facit, quod habetur *Apoc. 14.* vbi Virgines ſuauius canunt in cœlo, quam alii ſancti, cum dicat: Cantabat quaſi canticum nouum ante ſedem agni: & nemo poterat dicere canticum illud, niſi hi, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati.

XXXVI. Facit, quoniam ſunt miniſtri Dei, hinc dicere poſſunt illud *Eccl. 14.* In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui, ſine macula ęnim ſunt ante thronum Dei, *Apoc. 14.*

XXXVII. Facit, quoniam Ieſus Chriſtus eſt corona Virginum, vt cantat Eccleſia.

XXXVIII. Facit, quoniam, vt ait Hieron *contra Iouinianum*: Nuptias quidem recipimus, ſed Virginitatem præferimus, ſicut ramo præferuntur poma, & fructus.

XXXIX. Facit, quod dicit Bernar. Virginitas eſt gemma virtutum, germana angelorum, & lux animarum. Ipſa calcat libidinem, vincit diabolum, contemnit ſeculum, & deprimit omne periculum: ipſa eſt lampas Eccleſiæ, & ſemita cœleſtis patriæ.

XL. Facit, quoniam vt habetur *Sapien. 3.* Felix ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. Et *Eccleſ. 26.* Ponderatio non eſt condigna animæ continentis. Et habetur *in c. tunc ſaluabitur. 33. quaeſt. 5.* quod non ſolum prodeſt Virginitas illam

obſeruantibus, ſed etiam parentibus confert ad ſalutem, proles in Virginitate perſeuerans.

XLI. Facit, quod dicit Hieron. *ad Natalium*, Virginitas purpura eſt regalis, qua quiſquis indutus fuerit, cunctis eminentior erit.

XLII. Facit, quod dicit Ambroſ. *in lib. de virginitate*. Pulchritudinem non poteſt quis maiorem æſtimare decore Virginitatis, quæ amatur à Rege, probatur à iudice, dedicatur à Domino, conſecratur à Deo.

XLIII. Facit; quoniam, vt dicit text. *in Auth. de leonib. §. ſancimus. coll.* 3. Sola caſtitas eſt potens, animas hominũ Deo præſentare. quem text. recitat gloſſ. *in verſic. pudicos. in proœm. decret.* & eum intelligunt gl. vlt. *in cap. cauſam. de probat. extr.* & ibi Doct. & etiam gl. fin. *circa fi. in c. cum ad monaſterium. extra de ſtatu mon.* & gloſſ. vlt. *in cap. 1. extra de voto, & voti redempt.* quod ſola eſt de per ſe, ſine aliis virtutibus: ſed non quod aliæ virtutes hoc non poſſint; quia hoc eſſet falſum. Cum etiam & Viduæ, ſeu cõtinentes, & coniugati virtuoſe viuendo: & per rectam fidem, & operationem bonam, placentes Deo, vitam æternam acquirere poſſunt, vt ait text. *in cap. firmiter. §. fin. extra de ſum. trin. & fid. cath.*

XLIV. Virginitas eſt principium, & fundamentum aliarum virtutum. text. *in Auth. quomodo oporteat epiſcopos. §. neque autem ſecundas. coll.* 1. gl. vlt. *in d. c. cauſam. extra de probat.*

XLV. Facit; quia in inceſſu etiam virgines ſunt viduis, & coniugatis præferendæ, vt dicit Bald. & poſt eum Barb. & Fel. *in d. c. cauſam. extra de prob.*

XLVI. Facit; quia etiam teſtimonio vnius Virginis magis creditur, quam Viduarum, & coniugatarum, vt dicunt Barb. & Felin. *in d. cap. cauſam. colum. 2. de prob. extra.*

XLVII. Et vltimo; quoniam ſolæ Virgines laureolã conſequuntur, quę ſolis Virginibus datur, vt in d. gl. fin. *in d. c. cauſam.* tex. *in c. ſi Paulus. §. 1. & ibi gl. in verb. ſuſcitare, in fin. 32. quæſt. 5.*

Et de hac aureola dicit Ioan. de Imol. *in d. cap. cauſam*, quod dicitur ſertum ſiue gyrlãda, quæ ſit de lauro, qua olim vincentes alios in aliquo actu Virtutis, in ſignũ laudis coronabantur. Ideo Virgines per ſimilitudinem in ſignum laudis laureolam habebunt. Erit autem, vt dicit, quædam corona laudis, quidam ſplendor, quo mediante, Virgines diſcernentur ab aliis: & hæc corona fit à lauro, quæ ſemper eſt virens, vt dicit Cardinalis Zabarella, *in d. c. cauſam.* & ait S. Thom. *in 4. ſent. d. 8. q. 1. art. 2. circa med.* quod laureola non cuilibet datur, ſed illis tantum, qui ſunt in ſtatu perfectionis: ſed etiam, vt dixi ante in præcedenti conſideratione, ſtatus religioſorum excedit ſtatum Virginum.

Et vide plures quæſtiones, quas ponit S. Thom. de laureola, *in 4. ſent. d. 48. q. 5. art. 2. 3. 4. & 5.* vbi ponit, vtrum laureola à fructu ſit aliquod aliud præmium ab eſſentiali, & vtrũ differat à fructu, & vtrum fructus debeatur ſoli virtuti continentiæ, & vtrum conueniẽter aſſignentur tres fructus tribus continentiæ partibus, & vtrum ratione Virginitatis, debeatur aureola, & vtrum martyribus & vtrum Chriſto, & an angelis, & an etiam corpori, & an cõuenienter aſſignentur tres laureolæ, & vtrum vnus laureolam Virginitatis de materia excellẽtiori habeat. Et ibi examinat has omnes quæſtiones. & de laureolis in generali, & ſpeciali tract. Ant. Floren. 3. *part. ſua ſum. tit. 30. c. 8. per totum.*

Et aduertendum eſt, quod præeminentia dignitatis ex huiuſmodi laureola, conſiderari poteſt tripliciter, ſcilicet ex parte pugnæ, ex parte permanentiæ, & ex parte materiæ.

Primo modo aureola illa eſt potior, quæ fortiori pugnæ debetur: hoc modo aureola martyrum aliis aureolis ſupereminet; quia ibi eſt difficilior pugna.

Secundo modo, conſiderari poteſt aureola ex parte permanentiæ: & ſic aureola Virginum aliis aureolis ſupereminet; quia pugna carnis periculoſior eſt, in quantũ eſt diuturnior, & magis nobis eminet è vicino.

Tertio, poteſt aureola conſiderari ex parte materiæ, de qua eſt pugna: ſic aureola doctorum, & prædicatorũ, inter omnes eſt potior. Omnis ratio eſt; quia pugna doctorum, vel prædicatorum, verſatur circa bona intelligibilia: aliæ vero pugnæ, ſcilicet Virginum, & Mar-

& Martyrũ verſantur circa paſſiones. Quamuis autem vna aureola ſit ſecundum quid maior altera, ſimpliciter tamen loquendo, laureola martyrum inter omnes eſt potior, vt ante probatum eſt *in 33. conſideratiõne*, autoritate, ratione; & obſeruatione. Vide etiam in hoc per ſpeculum humanatum q. Bartholomæi Sibyllæ *cap. 3. prima decadis. in 9. quæſtiuncula. 2. quæſtionis.*

QVadrageſima conſideratio. Poſt Virgines collocabuntur Viduæ. Quæ ſi longo tempore fuerunt Viduæ, non procul diſtant à virginibus. vt inquit text. *in Auth. de non eligendo ſecundo nub. &c. §. optimum. coll.* 1. Et beatæ atq; felices dicuntur, vt *in Authent. de nupti. §. ſaluto. col.* 4. & ex eo laudabiles, & oratione dignæ cenſentur, text. *in d. §. optimum.* Et pulchre de his tradit Nic. de Lyra *Mat.* 13. ibi: *& dabant fructum*, vbi ponit tres gradus, in qualibet virtute. Exempli gratia. In virtute caſtitatis, primus gradus eſt caſtitas coniugalis, per quem vitatur illicitus concubitus, licite tamen concubitu retento in matrimoniali actu.

Secundus gradus, eſt caſtitas Vidualis, per quem euitatur de cætero omnis concubitus, vt animus poſſit de cætero liberius Deo ſeruire, licet poſſit licite matrimonium contrahere.

Tertius, eſt caſtitas Virginalis, quæ eſt ſuperior iſtis: per quem omnis concubitus ſimpliciter euitatur, vt mens ipſa, tãquam ſponſo ſuo ſoli Deo per amorem copuletur, ſecũdum quod in præceden. dixi. Et hos tres gradus amplectitur, & declarat G. Benedicti *in ſua repetit. c. Raynutius. in verb. cuidam Petro tradiderunt. num.* 46. *vſque ad numerum* 50. *de teſtam.* vbi etiam dicit, quod Viduæ adeo non diſtant à Virginitate, quod ſi priuilegium detur alicui, & ſuis deſcendentibus, tam maſculis, quam fœminis: ſicut filiæ virgines tali gaudent priuilegio, ſic pariter eo gaudebunt filiæ Viduæ, vt notat ſingulariter Bartol. *in l. quoties.* quem ſequuntur ibi omnes Doctores. *C. de priuileg. ſcholar. lib.* 12. & dominus meus Iaſ. *in l. 1. in fin. ff. de Conſtit. princip. & in l. cum quædam puella. colum. mihi* 2. poſt Ludou. Romanum. *ff. de iuriſ. omni. iud.* licet Alexand. ibi teneat contrarium: quoniam, vt dicit, ſicut maritatæ ſortiuntur forum. *l. mulieres. ff. ad municip.* ita & Viduæ.

Nam etiam iſte ſtatus Vidualis eſt Deo acceptus, vt probat Bern. de Buſt. *in ſuo ſermo.* 28. *ſecunda parte ſui Roſarii, in ſecunda part. illius ſermonis, ſub literis* T. V. *vſque ad literam* C. vbi ample laudat & extollit Viduitatem.

Primo, vt dicit, laudanda eſt ratione diuinæ viſitationis; quoniam Deus Viduas gratioſiſſime viſitauit. Vnde habetur 3. *Reg.* 17. Tempore famis miſſus eſt Elias ad Viduam Sareptanam, quæ poſtquam dedit comedere Eliæ: hydria farinæ eius non defecit miraculoſe, & lecythus olei non eſt imminutus omnibus illis diebus.

Secundo patet de Iudith Regina Iudæorum, quæ, vt legitur *eiuſdem lib. cap.* 13. erat grata omnipotenti Deo: cui Viduæ tantam gratiam contulit Deus, vt populum ſuum ab impetu, & furore inimicorum liberaret.

Tertio, etiam probatur; quoniam habetur *Luc.* 2. Erat Anna propheteſſa Vidua vſque ad annos 84. quæ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate, & hæc non diſcedebat à templo, ieiuniis, & obſecrationibus ſeruiens Deo, die ac nocte: huic Chriſtus paruulus, ſicut & Simeoni præbuit ſe videndũ, illamq; dignatus eſt viſitare, quæ confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Iſrael.

Quarto, etiã legitur *Luc.* 7. quod Dominus Ieſus conſolatus eſt Viduam, reſuſcitans eius vnigenitum filium.

Quinto, probatur commendatio Viduarum ratione diuinæ acceptionis: quoniam, *Luc.* 21. ſcribitur, quod accepta fuit Deo oratio Viduæ pauperculæ, quæ offerens duo æra minuta, omnes locupletes ratione ſuæ ſanctitatis in oblatione ſuperauit. Deus etiã exaudit orationes Viduarum. Vnde *Eccleſiaſt.* 35. dicitur: Lachrymæ Viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper ducentiũ eas. A maxilla enim aſcendunt vſque ad cœlum, & Dominus exauditor delectabitur in illis. Et ideo dicitur *in c. fin. 81. diſtinct.* quod

quod Viduæ, quæ ſtipendio Eccleſiæ ſuſtentantur, debent meritis & orationibus ſuis eccleſiam adiuuare.

Sexto, probatur earum commendatio, ex eo, quod à Deo fuit commendata Viduitas. Dedit namque Deus præceptum omnibus Regibus, Principibus, Iudicibus & aduocatis, omnibusq; hominibus vt Viduarum cauſas tuerentur, & ne illas opprimerent, vel moleſtarent.

Septimo, quoniã *Eſa*.1. Dominus ait: Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite Viduam. Et *Exod*.20. ait: Viduæ & pupillo non nocebitis: ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorẽ eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtræ Viduæ, & filii veſtri pupilli.

Octauo, probatur *Ierem*.22. cum dicatur: Facite iudicium & iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris: aduenam, pupillum, & viduam nolite contriſtari, neque opprimatis inique.

Nono, facit id, quod etiam habetur *Iere*.5. vbi Dominus de his, qui viduas ſpernunt & abiiciunt, ſic loquitur: Præterierunt ſermones meos peſſime, cauſam viduæ non iudicauerunt, nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus, aut ſuper gentem huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea?

Decimo, facit id, quod habetur *Iob*.22. vbi dicitur: Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorum comminuiſti: propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita.

Vndecimo, facit dictum *Iac*.5.*c. ſua canonica*, dum ait: Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.

Duodecimo facit, quod dicit Paul. 1. *ad Tim*.5. Viduas honora: quæ vere Viduæ ſunt, facit text. *in Auth. de non eligendo ſecundo nubentes. § optimus. ſupra alleg. in principio huius conſiderationis.*

Decimotertio facit, quoniam etiã Viduæ, tanquam afflictæ debent conſolari, & magnum meritum eſt eas conſolari: quoniam, vt ait *Iob*.29.*c*. Cor Viduæ conſolatus ſum. & 31.*c*. Oculus Viduæ ſpectare non feci.

Decimoquarto, ſancta mater Eccleſia præcipit defendere & adiuuare Viduas: quoniã, vt habetur 1.*c*.87.*diſtinct*. præcipitur Prælatis, vt viduis ſuum præſtent auxilium, & præſidium, & protectionis patrocinium, contra improborum violentias.

Decimoquinto, etiam præcipitur Principibus facere iudicium, & miniſtrare iuſtitiã, maxime Viduis, liberando eas de manu potentum, à quibus faciliter calumniantur, & opprimuntur, vt habetur *in c. Reg*.24.*q*.5. Ideo Imperatores & Reges volũt eas eſſe ſub protectione eorum, & prohibent, ne opprimantur, vt habetur *in leg. vnica. C. quando Imper. inter pup. vel vid. vel miſerab. perſ. cogn.* & ne exhibeantur, facit text. *in c. ab Imperatoribus.* Vniuerſis iuſtum eſt auxilium poſtulandum propter afflictionem pauperum aduerſus potentias diuitum. 23. *diſtinct*.3.

Decimoſexto faciunt pro laude Viduarũ multa, quæ in præcedenti conſideratione dixi de virginibus, quę habent locum in Viduis propter earum continentiam, habito reſpectu ad coniugatas: quoniam tales inter continentes comprehenduntur, quæ cum Virginibus ad Regnum cœlorũ perueniunt: quoniam, vt habetur *in c. firmiter in fi. extra de ſumma trin. & fid. cath.* Nunquid enim ad regnum cœlorum ſolæ Virgines perueniunt, perueniunt & viduæ. Ex quibus conſtat, quod ſtatus Viduarum habet locum poſt Virgines, & ante coniugatos, data in reliquis paritate meriti. Et de laude viduarum dixi *in præcedenti part. in* 11. *&* 20. *conſideratio.* vbi dixi, quod mulieres laudantur ex continentia, & in ſeruanda Viduitate.

QVadrageſimaprima conſideratio de cõiugatis ſubſequitur, nunquid etiam habeant locum in paradiſo? Et videtur, quod non: quoniam, vt habetur *in c. qui fitit*. 33. *q*.5. *alleg. per gloſſ. fin. in cap*.1. *in fin. extra de ſum. trinit.* non expedit homini ad cœleſtia regna tendenti vxorem accipere. Sed contrarium eſt verius; quoniam, vt conſtat ex deciſione concilii Niceni, de quo *in cap*.1. *in fin. extra de ſ. m. trin.*

Digitized by Google

trin. & fide cathol. in præcedenti conſ. ſæpe alleg. non ſolum virgines, & continentes, verum etiam coniugati per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. Et tales etiam dicuntur ſeruare caſtitatem, quæ dicitur pudicitia, quæ eſt in legitime coniugatis, vt *in c. Nicena.* 31. *dict. l. mulier.* §. *cum proponeretur. ff. ad Trebellian.* Quæ quidem pudicitia etiam laudata eſt, vt in præcedenti parte dixi *in* 12. *conſiderat.* & quam etiam obſeruauerunt plures ſancti Prophetæ & Patriarchæ, vt Iacob, qui Liam ſecum iacentem, non illam eſſe cognouit, putans tenere Rachelem, vt habetur *Geneſ.* 29. ſecundum Lyram, ibi poſſent hic adduci omnia connubia, ſeu matrimonia antiquorum Patrum, Prophetarum, & Patriarcharum, ſcilicet, primo illorum, qui fuerunt ante diluuium, vt Adam, Seth, Enos, Caynan, Malalehel, Iared, Enoch, Mathuſalem, Lamech, Noe, Sem, Cham & Iaphet. Et poſt diluuiũ Abraham, qui tres vxores habuit, Iſaac, Iacob, qui quatuor vxores habuit, Ioſeph, Iudas, Cath, & Amram, Moyſes, Aaron, & Maria eorum ſoror, Delbora, Barach, Siſaram, Iahin & Iahel: Iepte, Samuel, Helcana, Ephrateus, Samuel, Booz, & Ruth, Ieſſe, & omnis eius generatio: Dauid, Salomon, Elias, Eliſæus, Ezechias, Ioſiam, Daniel, Zacharia, Petrus & Apoſtoli, & Iohannes Euangeliſta, qui omnes fuerunt coniugati, vt ſatis declarat Iouinian. contra Hieronym. altercãtem cum eo, de præexcellentia Virginitatis, & Matrimonii: de quibus connubiis ſanctorum ampliſſime Auguſti. Dathus *in ſuo tractatu de connubiis ſanctorum*, vbi excellentias illorum connubiorum ſatis denotat laudando caſtitatem matrimonialem: de qua etiam *lib.* 2. contra aduerſarium legũ & Prophetarum, Deus, inquit, maſculum & fœminam propagandi generis cum nuptiali caſtitate coniunxit. Ad quod facit doctrina Bedæ, ſic dicentis: *Bona eſt caſtitas Coniugalis, melior continẽtia Vidualis, & optima perfectio Virginalis.* quæ tria Chriſtus patenter approbauit. Primo, ſtatum Virginalem in eo, quod de virgine naſci voluit, ſtatũ vidualem in eo, quod ab Anna vidua benedici dignatus eſt, *Luc.* 2. & ſtatum coniugalem, in eo, quod in Chana Galileæ nuptiis interfuit, quarum honore aquã in vinum conuertẽdo primum miraculum inter cætera inchoauit, *Ioan.* 2.

Similiter, vt ab omni gradu mulieris opprobrium tolleret, ſcilicet à Coniugatis, Virginibus & Viduis, Matrem eius glorioſam in hoc triplici ſtatu eſſe voluit, ſcilicet Virginem, Coniugatam, & Viduam poſt eius mortem. Ex quibus ſequitur, quod etiam Coniugati poſſunt mereri, & æternam beatitudinem conſequi, vt dictum eſt ante: & plene comprobat G. Benedicti *in ſua repetit. capit. Raynut. in verb. cuidam Petro tradiderunt. num.* 40. 50. 51. & 52. *extra de teſtament.* vbi per eum, de caſtitate & pudicitia coniugali, & de laude matrimonii dixi *in comment. noſtro ad conſuetudines ducatus Burgund. in titul. Des droictz & apparten. a gens mariez.*

Et aduerte, quod ſecundum Gabrielem Barlette *in ſermone pro feſto S. Innocent.* ſtatus Coniugatorum fuit maioris meriti, quam abſtinentiũ, & ſtatus ille præferebatur ſtatui Virginitatis; quia erat tempus multiplicandi genus humanum, ideo ſtatus Virginitatis prohibebatur hoc, habendo reſpectum ad tempus legis ſcriptæ, ſiue naturæ. Si autem referatur ad tempus legis Euangelicæ; quia eſt tempus multiplicationis fidelium per generationem ſpiritualem, ſtatus Virginum eſt maioris meriti, quam ſtatus coniugatorum. Ideo Virginitatis ſtatus eſt dignior & excellentior matrimonio, quod ibi cõprobat triplici ratione: ſed vide hic ante *in* 2. *conſider.* vbi longe plura alia media adinuenta ſunt ad laudem virginitatis.

QVadrageſimaſecunda conſideratio incipit de pueris baptizatis, qui ſtatim baptiſmate ſuſcepto, decedunt, antequam mereantur, vbi collocabuntur in paradiſo, & an ex ſolo baptiſmo poſſunt vnus plus habere gratiæ, quàm alius, hoc eſt, An plus poſſit operari baptiſmus in vno, quam in alio ad remiſſionem culpæ & pœnæ, quo ad diminutionem pœnæ, & quo ad effectum gratiæ. In hoc Iohan. de Turrecrem. *in c. cum tantum de conſecra.*

conſecra. diſtinct. 4. ex dictis S. Thom. Sed prius aduertatur, quod nemo poteſt ſaluari, nec vitam cœleſtem conſequi, niſi fuerit baptizatus, vt habetur *Iohan.* 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. & habetur *in c. non poteſt. de conſec. diſtinct.* 4. & ibi Iohan. de Turrecrem. Et omnes baptizati ratione remiſſionis culpæ originalis, quæ baptiſmo purgatur, gratiam Dei cœleſtis accipiunt. *c. non poteſt. & ibi Iohan. de Turrecrem. de pœnit. diſt.* 1. *& in c. per baptiſmum. & in c. non licet. de conſecr. diſtinct.* 4. Et in hoc concludit duab. concluſ. *in d. c. cũ tantum.* quod æqualiter operatur effectum remiſſionis culpæ & pœnæ, in omnibus, & cõtinet perfectionem ſalutis, ad quam Deus omnes homines vocat, vt dicit Iohan. de Turrecrem. *in c. ex quo. de conſecra. diſtinct.* 4. Infudit etiam gratiam, vt per eundem *in c proprie, loco præallegat.* Sed nunc videndum eſt, quomodo hæc gratia infundatur, an plus in vno, quam in alio. Idem Iohan. de Turrecrem. *in c. cum tantum. ſupra allegat.* diſtinguit inter adultos & pueros, & dicit, quod inter adultos non æqualiter ſe habet, ſed ſecundum maius & minus: prout quidam cum maiori fide, & deuotione, accedunt ad ipſum ſacramentum baptiſmi ſuſcipiendum, quã alii, & hoc comprobat ex dict. Dam. dicentis ſic: *Peccatorum remiſſio cunctis æqualiter in baptiſmo datur: gratia datur autem Spiritus ſancti, ſecundum proportionem fidei & purgationem.* Sed non omnes cum æquali fide, nec æqualiter præparati ad baptiſmum accedunt, ergo, non omnes ad baptiſmum accedẽtes æqualiter gratiam conſequuntur, & iſta eſt alia ex ſuis concluſionibus.

Alia eſt concluſio in pueris, in quibus cõcludit, quod baptiſmus de communi lege, æqualẽ effectum gratiæ habet: quod probat ex dictis S. Thom. *in* 4. *ſent. d.* 4. cum ait: *In pueris baptizatis, nihil ex parte eorum requiritur, ſed habent pro diſpoſitione ad ſalutem fidem Eccleſiæ, & pro effectiuo ſalutis virtutem paſſionis Chriſti, quæ operatur in baptiſmo: ſed hæc duo æqualiter ad omnes pueros ſe habent; ergo ipſi pueri non differunt quantum ad effectum baptiſmi ſuſcipiendum, ſed omnes æqualem gratiam ſuſcipiunt: Ideo inter iſtos non diſceptandum de prioritate, aut poſterioritate, cum omnes ſimul ſimili gratia & æquali fruantur.*

QVadrageſimatertia conſideratio erit de pueris decedẽtibus ſine merito, & abſque baptiſmate, in quo loco in iudicio vniuerſali collocabũtur: an à dextris, vel ſiniſtris comparebunt. S. Thom. *in* 4. *ſent. diſt.* 47. *artic.* 3. & B. Vincent. *in ſuis ſer.* dicunt, quod in iudicio Domini tales pueri comparebunt, ſed non ſedebunt, neque à dextris, neque à ſiniſtris, (cum electi boni erunt à dextris, & damnati mali à ſiniſtris) ſed tales pueri, cum peccato originali mortui, non ſunt ſimpliciter mali, nec boni; ideo in medio inferius collocabuntur, & videbunt gloriam Iudicis, & vindictam exquirent eorum, qui cauſam eis dederunt perditionis gloriæ, & diuinæ viſionis: & omnes huiuſmodi paruuli, ſiue ſint filii Chriſtianorum, ſiue Iudæorum, ſiue Gẽtilium, ſiue in vtero, ſiue extra vterum deceſſerint ſine baptiſmate, reſurgent, cum corporibus integris, in menſuram ætatis, plenitudinis Chriſti, 30. annor. vel circa, vt habetur *ad Epheſ.* 4. ſicut & alii mortui, & ita refert & tenet Barth. Sibyllæ *in ſuo ſpeculo peregr. quæſt. in ſexta quæſtiũcula, quintæ quæſt. tertii cap. primæ decadis.* Sed in loco ſeu receptaculo limbi collocabuntur, in quo eſt carentia gratiæ, & pœna damni æternalis, ſed non pœna ſenſus, ſecũdum Petrum de Tarant. & Thom. *in* 4. *diſt.* 31.

Sed altius iſta repetendo quæreres: Cum ſint in limbo, & non in paradiſo, an puniantur aliqua pœna, & qua? Et in hoc dicendum eſt ſecundum Thom. *in loco inferius alleg.* quod pœna conueniens puerorum, qui ſine baptiſmate cum ſolo peccato originali deceſſerunt, eſt ſubtractio gratiæ, & per conſequens, carentia diuinæ viſionis, vt dictum eſt, ad quam homo per gratiam ordinatur. Sed vlterius vidẽdum eſt, an tales pueri ſentient aliquem dolorem, vel afflictionem interiorem, ex carẽtia viſionis diuinæ. Reſponderi poteſt, ſecundum quod aliqui dicunt, quod tales pueri in limbo ex carentia viſionis Dei nullam afflictionem interiorem ſentiunt, rationem aſſignant: Quia, vbi nulla eſt cognitio,

Digitized by Google

cognitio, & cogitatio boni propter ſe facti, ibi nulla eſt afflictio: ſed animæ puerorum, cum ſolo originali decedentium, ſunt in tantis tenebris ignorantiæ cõſtituti, quod neſciunt ſe ad beatitudinem creatos, nec aliquid de beatitudine cogitant, ideo dicunt nullam illos pati afflictionem. Sed S. Thom. dicit hanc rationem non valere. Primo, quia cognitio naturalis magis viget in anima ſeparata, quam in anima hic coniuncta. Ergo, cum in pueris illis non ſit peccatum perſonale, nõ debetur eis, vt detrimentum aliquod patiantur in naturalibus, ſcilicet in naturali cognitione. Item (vt dicit) ſecundum hoc, illi, qui ſunt in inferno, eſſent melioris cognitionis, quantũ ad intellectũ, quã pueri in limbo. Nã qui ſunt in inferno, nõ ſunt in tenebris ignorantiæ, pueri autem ſecundum iſtos ſic: & ita damnati melioris conditionis forent, quam pueri huiuſmodi; quia nullus eſt, (vt ait Auguſt.) qui non mallet dolorem pati cum ſana mente, quam gaudere inſanus. Ideo aſſignatur alia ratio, quare pueri in limbo ex carentia viſionis diuinæ, non habeant interiorem dolorem, vel afflictionem, quæ talis eſt: Duplex cognitio de beatitudine poteſt haberi, naturalis ſcilicet & ſupernaturalis. Animæ autem infantiũ in limbo, cognitione quadã naturali non carent, quæ debetur animæ ſeparatæ, ſecundum naturam ſuam. Imo augetur cognitio eorum naturalis, cum intret medium cognoſcendi intellectum ſeparatorũ. Ideo de Deo, & de creaturis magnam ſcientiam habent naturaliter, & maiorem, quam vnquã philoſophus in mundo habuerit. Cognoſcunt enim naturaliter ſe ad beatitudinẽ factos, & quod beatitudo cõſiſtit in adeptione perfecti boni: ſed non quod tale bonum ſit gloria, quam ſancti in cœlo poſſident. Id autem, quod per naturam habetur, poſſidetur abſque dolore; ex hac igitur parte, pueri in limbo non dolent. Eſt autem & alia cognitio de beatitudine, quæ habetur ſupernaturaliter, quæ hic in nobis per fidem plantatur: quæ eſt de gloria & fruitione ſanctorum in cœlo: quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis naturaliter aſcendit, 1. *ad Corinth.* 2. Quam Deus nobis reuelauit per Spiritum ſanctum. *ad Rom.* 1. Quæ quidem reuelatio habetur per fidem, in nobis hic plantatam in ſacramentis, vel frequentatis actibus Chriſtianis. Pueri autem in limbo nec fidem de beatitudine in actu habuerunt, nec ſacramenta fidei ſuſceperunt, nec per reuelationem. Ergo, nec de carentia eius dolent. Nemo enim dolet de eo, quo ſe priuari neſcit: vel de perditione eius, quod ad ipſum non tangit, aut pertinet. Quia tamen pueri in limbo non impediuntur à perfecta cognitione naturali, primæ cauſæ, & Dei, & aliarum rerum ex immerſione, & afflictione pœnarum, ſenſus ignis, & vermium conſcientiæ, & dæmonum, vt fit in damnatis, ideo de cognitione tali naturali ipſius Dei & creaturarum, gradum aliquem delectationis habent. Quilibet enim in cognitione veritatis naturaliter delectatur; vnde in hac delectatione pueri laudant, & laudabunt, reaſſumptis corporibus Deum, cauſam cauſarum omnium rerum, ab eis naturaliter cognitarum, quod damnatis non accidit, nec accidet: quia vermis eorum viuit, & non morietur, nec vnquã ab inferno deerunt dæmones, nec ignis, ibi à torrendo in æternum deficiet. hæc S. Thom. *in quæſtio. diſputatis de malo. & in 2. ſentent. diſtin. 23. quæſt. 2.* & ad prædicta facit text. *in c. firmiſſime. de conſecra. diſt.* 4. vbi Ioh. de Turrecr. etiam diſputat, an tales pueri puniantur pœna ſenſibili.

QVadrageſimaquarta cõſideratio, de reliquiis ſanctorum oſtẽdit, quæ etiã ſunt honorãdæ, & venerandę, vt habetur in rubro & nigro, *de reliq. & venerat. ſanctor. in antiquis, & in lib. 6. & in Clementinis*. Et vt dicit S. Thom. *in 3. part. quæſt. 25. art. vlt.* Adorare, id eſt venerari debemus reliquias ſanctorũ. Nam, vt ait Ant. Flor. *in 5. par. ſuæ ſum. tit. 12. c. 9. in princ.* Qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quæ de ipſo poſt mortem requiruntur, veneratur, nõ ſolum corpus, aut partes eius corporis, ſed etiam exteriora aliqua eius: puta veſtes, & huiuſmodi. Nã, vt author eſt Herodotus, Micerinus Rex Ægypt. filiam, quam habebat vni-

cam, adeo dilexit, vt mortuæ cadauer incluſerit aureo bouis ſimulachro, quod in templis proxime Deos poſuit, floribusq; ornauit quotidie, admota noctu perpetua lucerna.

Item, Attedius melior, duos habuit liberos, Bleſum & Glauciam nomine, quos adeo dilexit, vt dicti Bleſi mortui natalem ſingulis annis celebraret. Martialis *lib.* 8.

Præſtas hoc melior ſciente fama,
Qui ſolennibus anxius ſepulti
Nomen non ſinis interire Bleſi.
Et de munifica profuſus arca,
Ad natalitium diem colendum,
Scribarum memori, piaq; turbæ
Quod donas, faciam ipſe Bleſianum.

Item Vrbinum, in agro Reatino deliteſcẽtem, cum milites ad mortem inquirerent, ſeruus eius, domini ornamentis indutus: in eiuſdem cubile ſe reclinauit, vt irruentes hoſtes Vrbinum eſſe ſuſpicarentur, & ita primo impetu iugularent. In cuius rei monumentũ, Vrbinus mortuo erexit ſtatuam, cum titulo, & inſcriptione, quæ tam memorabilem teſtaretur amorem & fidelitatem.

Item, fidem facit in hoc Arthemiſia, quæ Mauſolo marito mortuo, ſepulchrum memorabile fecit, vt infra *in vltima parte. in* 75. *conſideratione* dicitur.

Item, Iulius Cæſar, Syllanæ factionis inimicus, adeo partes Marianas fouebat, vt deiecta tropæa reſtituerit, ſtatuasque noctu erexerit in Capitolio.

Item, Phydias, ſtatuarius Agorantum Parium diſcipulum ſuum adeo dilexit, vt nomẽ eius ſuis operibus plerunque inſcripſerit.

Item, Nicomedes Rex Bithyniæ, tam propenſo fuit in Romanos animo, vt raſo capite, pileum ſumpſerit, & ſe Romanorum libertum vocauerit.

Cum autem ſanctos Dei in veneratione debeamus habere, tanquam membra Chriſti Dei filii & amicos, & interceſſores noſtros, vt ſupra iſta par. dictum eſt: Ideo eorum reliquias, qualeſcunque honore congruo in eorum memoriã venerari debemus, præcipue eorum corpora, quæ fuerunt templum Dei, & organa Spiritus ſancti in eis habitantis & operantis, & ſunt corpori Chriſti configurãda, per gloriam reſurrectionis. Vnde & ipſe Deus huiuſmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum potentia miracula faciendo. Et, vt dicit Hieronym. ad Riparium: Nos nec martyrum reliquias, nec angelos adoramus, ſcilicet adoratione latriæ: honoramus autem martyrum reliquias, vt eum, cuius martyres adoramus, honoremus ſeruos, vt honor ſeruorum redundet in Dominum. Et habetur *Pſal.* 75. Et reliquiæ cogitationis, diem feſtum agent tibi: quoniam grata eſt apud Deum. Ea, quæ à nobis ſic habetur præteritorum noſtrorum bonorum recordatio, vt de his non in bonis, ſed in Domino gloriemur. Et ita remunerantur à Deo bonorum reliquiæ, & vtilis eſt ipſorũ memoria: quemadmodum etiam dicimus in iure humano, quod memoriæ ſeu reliquiæ priſtinæ qualitatis bonæ, multum operantur, vt per multa comprobat Felin. *in cap. quæ in eccleſiarũ. colum.* 29. *verſic. Fallit quinto. extra de conſtitut.* Dicam latius infra *in* 3. *part. in* 36. *conſider.* vbi de huiuſmodi memoria priſtinæ dignitatis ſcribitur. Et ad iſtud propoſitum, Iohan. de Montocolon ciuis & contemporaneus noſter, *in ſuo promptuario iuris. in verb. reliquiæ.* adducit deciſiones Felin. *in d. c. quæ in eccleſiarum.* Non tamen, vt dicit, ſunt in publico venerandæ, niſi prius approbatæ per ſummum Pontificem, & per ſedem Apoſtolicam canonizatæ, quod quomodo fiat, & quæ requirantur, habetur *in cap.* 1. *de reliq. & vener. ſanct.* fient aliquæ conſiderationes in ſequentibus.

QVadrageſima quinta conſideratio. Non ſolum ſancti venerandi, & honorandi ſunt, ſed etiam eorum imagines venerandæ ſunt, propter illos, *c. per latum. & c. venerabiles. de conſecra. diſt.* 3. & ibi: gloſſ. *in ver. fregiſſe. & in verb. cultu.* & per gloſſ. *in ver. in deuotionis. in c. ſi canonici, de offic. ordin. in* 6. Et, vt ſcribit Ouid. de Ponto, lib. 2.

Felices illi qui non ſimulachra, ſed ipſos,
Quiq; Deum coram corpora vera vidẽt, &c.

Et ſequitur:

Sic homines mo ere Deos, quos arduus æther
Occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis.

Et vi-

Et videatur Cardi. *in clem. vnica verſic. O excellentiſſimum. de reliqui. & venerat. ſanct. & in duob. canonibus ſupra alleg.* ſatis probatur, quod licitum eſt in Eccleſia Dei facere imagines Chriſti, & ſanctorum, quæ ſunt venerandæ: & cauſas ibi vide, quicquid audeant dicere quidam hæretici, inſequentes damnabiles opiniones Lutheri hæretici, quem Deus in ſenſum bonum reducat, ad ſuas infinitas hæreſes ſeminatas extirpandum, & annihilandum.

Et ample per Ioan. Damaſcenũ, & Commentatorem, ibi in ſuo opere theologali *lib. 4. c. 17.* vbi dicit, quomodo imagines ſanctorum, etiam antiquo tempore fuerunt approbatæ, & etiam certo tempore reprobatæ, videlicet tempore Leonis III. Imperatoris, & Greg. II. ſummi Pontif. per Anton. Florentinum *tertia ſua ſumma part. tit. 12. cap. 9. §. 1. 2. & 4.* vbi expreſſe ſcribit de veneratione imaginum.

QVadrageſimaſexta conſideratio. Quoniam ante dictum eſt de veneratione & honore ſanctorum. Sciendum eſt, qui dicantur ſancti. Et in hoc ſic diſtinguendum eſt: aut conſideramus hanc Eccleſiam militantem, & ſic in hoc ſeculo viuentes. Aut Eccleſiam triumphantem, & per conſequens eos, qui de hac vita migrauerunt, & cum ambo ſint laudandi, & venerandi, de ambobus dicetur.

Primo de his, qui in hoc ſeculo ſunt viuẽtes, qui videntur eſſe omnes munde ac virtuoſe viuẽtes, qui merito ſancti dici poſſunt. & ita intelligitur, quod habetur *in c. tenere debet. 31. diſtinct. & Leuit. 31. & 1. Pet. cap.* vbi dicitur: *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter.* & *in c. propoſuiſti, & cap. plurimos. 82. diſtinct.* & eſt text. *in cap. non oportet. 81. diſtin.* & ibi Arch. & facit text. *in c. Maximilianus. ibi: quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt. ea. diſtinct.* quam ita intellexit Arch. *in d. c. tenere.* facit etiam text. *in c. non vos. verſ. quis enim ſanctum dubitet. 4. diſtinct.* & *Pſal. 17.* cum ſancto ſanctus eris, & cum innocente innocens eris. Et illud: *Non enim loca, ſed vita & mores ſanctorum, faciunt ſacerdotem.* de quo *in princ. 4. diſtin. & in c. multi. & in c. non eſt facile. ead. diſtinct.* Et *Eccleſ. 27.* Cum viro ſancto, aſſiduus eſto. & facit text. *in c. ſancta quippe ruſticitas. 2. quæſt. 7.* Et facit ſatis text. *in l. ſanctum. ff. de rer. diuiſ.* vbi ſanctum dicitur, quod ab iniuria hominum defenſum eſt, atque munitum. Facit text. iuncta gloſſ. *in verb. ſanctificetur. de ſucceſſio. ab inteſtat.* Et dicit Gemini. *in cap. non decet. de immunit. Eccleſi. in 6.* quod loca ſacra ſunt ſancta, id eſt firmata pœnis, & ſtatuis, contra delinquentes, in illis, vt *in Authent. vt liceat matri & auiæ. §. penult. incipient. quia vero. collat. 8. & in §. ſancta. Inſtitut. de rerum diuiſ. & l. ſi quis in hoc gen. C. de epiſcop. & cleric.* per id, quod habetur *in c. inprimis. 2. quæſt. 1.* Et facit ad propoſitum, & ad dictas duas ſignificationes, id quod dicit S. Thom. 2. 2. *quæſt. 8. art. vlt.* quod nomen ſanctitatis duo importare videtur. Vno modo, mundiciem, & huic ſignificationi competit nomen Græcum. Alio modo, importat firmitatem: vnde apud antiquos, ſancta dicebantur, quæ legibus erant munita, vt violari non deberent. Vnde aliquid dicitur eſſe ſanctum; quia eſt lege firmatum, vt dicit Vlpian. *in l. ſacra. §. proprie. ff. de re. diuiſ.* vel etiam, (vt dicit S. Thom. *in loco ante alleg.*) hoc nomen, *ſanctis*, ſecundum Latinos ad mundiciem pertinet, vt intelligatur ſanctus, quaſi ſanguine tinctus, eo, quod antiquitus illi, qui volebant purificari ſanguine hoſtiæ tingebantur, vt dicit Iſid. *in lib. 10. Etymologiarum. cap. incipi. Sapiens, &c.* Et vtraque ſanctificatio competit, vt ſanctitas attribuatur his, quæ diuino cultui applicantur, ita, quod non ſolum homines, ſed etiam Templum, Vaſa, & alia huiuſmodi, ſanctificari dicuntur, ex hoc, quod cultui diuino applicentur. Hinc etiam dicuntur ſancta ſanctorum, de quibus per Panorm. *in cap. 1. de vita & hone. cle.* Mundicia enim neceſſaria eſt ad hoc, quod omnes Deo applicentur: nam mens humana inquinatur ex hoc, quod inferioribus rebus coniungitur, ſicut quælibet res, ex immixtione peioris ſordeſcit, vt argentum, ex immixtione plumbi. Oportet autem, quod mens ab inferioribus rebus abſtrahatur ad hoc, quod ſupremæ rei poſſit coniungi, & ideo mens ſi-

Google

ne mundicia Deo applicari non poteſt. Vnde *ad Hebr. penult.* dicitur, Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.

Firmitas etiam exigitur, quod mens Deo applicetur. Applicatur enim ei ſicut vltimo fini, & primo principio: huiuſmodi autem oportet maxime immobilia eſſe. Vnde dicebat Apoſtolus *ad Rom.* 8. Certus ſum, quod neque mors, neque vita, ſeparabit me à charitate Dei. ſic ergo ſanctitas, ſiue ſanctimonia, quod idem eſt, per Arch. *in c. victor. 3. diſtinct.* dicitur, per quam mens homini ſeipſam, & ſuos actus, applicat Deo, ideo Iuriſconſ. *in d. l. ſanctum. ff. de rerum diuiſ.* quod ſanctum, dictum eſt à ſagminibus; ſunt autem ſagmina herbæ quædam, quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret. Sicut legati Græcorum ferunt ea, quæ dicuntur ceritia. Vnde, vt dicit ibi gloſſ. *in verb. violaret.* legati dicuntur ſancti, per *l. fin. in princip. ff. de leg.* hinc deſcendit verbum, *ſanctio*, inuiolabilis, & ab iniuria hominum tuta legalis ſtatuitio. & ita intelligitur *l. ſanctio legum. ff. de pœnis.* & ſumitur multipliciter, vt habetur in 1. gl. *in proœm. Digeſtorum.* & notatur per *Archidiac. in c. ſtatutum. de reſcript. lib. 6.* & vide Dionyſ. *de diuinis nominibus. cap.* 12. Et iſta ſanctitas in multis honoratur, id eſt priuilegiatur, vt infra *in vltima conſideratione.*

Aut vero conſideramus Eccleſiam triumphantem, & ſic omnes habitantes in cœleſti patria, non ſolum animas beatorum, ſed etiam ipſas intelligentias, hoc eſt, angelos, ſanctos, dici debere, cum omni refulgeant mundicia: Imo non poſſent eſſe immundi, alias eſſent imperfecti: quæ imperfectio, in cœlo non admittitur, vbi eſt Deus, qui eſt ſummum bonum, & Ens perfectiſſimum, quo omnes beati fruuntur: Vnde merito eos ſanctos appellamus, imo Deus ipſe dicitur ſanctus, vt ample dixi ſupra *iſta parte. in prima conſideratione.* & habetur Pſalm. 15. *Nec dabis, ſanctum tuum videre corruptionem.*

Aduerte tamen; quoniam apud nos ſanctus, & beatus differunt. quoniam beatus dicitur, cuius nec dies mortis, nec officium in eius memoriam celebratur. Nec etiam ſibi Eccleſia dedicatur. Sanctus vero non dicitur, niſi præcedente canonizatione inducta ab Eccleſia, & ſecundum formam ab Eccleſia traditam, de quia infra dicetur. & ita communis vſus loquendi obſeruat, qui in multis attenditur *l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3.* & ibi Bart. *& in l. cum de lanionis. §. aſinam molendinariam. ff. de fundo inſtru. inſtrumentoque leg.* Felinus ample poſt Ant. de Butrio *in proœm. decret.*

Qnandoque tamen etiam canonizati dicuntur beati, vt *in c. 2. ibi: qui beato Petro æternæ vitæ clauigero. 22. diſtinct. in c. non nos B. Petrum. 40. diſtinct.* vnde omnis ſanctus canonizatus dici poteſt beatus, ſed non econtra.

In vita vero quis non poteſt dici beatus ſecundum Thom. *in 1. parte. q. 12. artic. 10. & 11. & 2. 2. quaeſt. 233. art. 2. & in 4. diſtinct. 42.* Nam beatitudo idem eſt, quod vita æterna, quod eſt pax & Regnũ cœlorum, ſecũdum Thom. *in 4. d. 49. art. 7. 8. & 9.* Et ſecundum Albericum de Roſate *in ſuo dictionario. in verbo, beatitudo.* nihil aliud eſt beatitudo, quã reuelatio magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, vt *in c. ieiunium. de conſ. diſt.* 5. quo etiã per Thom. 2. 2. 156. *in vltimo artic.* vel ſecundum Boet. *in 3. lib. de conſol. philoſophiæ. cap.* 3. Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus; & ibidem, beatitudinem ſummum bonum eſſe diffinit, ad hoc poteſt allegari illud Ouidii *Met.*

dicique beatus,
Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet.

Beatus enim eſt beatũ facere, id eſt, prodeſſe. text. eſt *in l. bonorum. ff. de ver. ſig.* improprie tamen in hac vita dici poteſt beatitudo, prout loquitur *dict. l. bonorum. & in l. iniquum. C. qui acc. non poſſ.* vbi dicit litera: *Iniquum longe à beatitudine ſeculi veſtri eſſe credimus.* & ita intelligitur illa beatitudo, quæ ſummis Pontificibus attribuitur. & text. *in cap. legi. in fin. ibi: beatitudo tua. 16. quaeſt.* 1. etiam in vita dicimus ſanctitatem, vt ante dixi. etiam dicitur de Papa, qui & ſanctiſſimus dicitur, & de Epiſcopo & de Principe, vt infra *in 4. & 5. partibus*, vbi de Papa, Epiſcopo, Imperatore, &

Rege

Digitized by Google

Rege noſtro Francorum dixi. Sed prout in hac parte intelligimus, ſanctus dicitur, qui eſt ab eccleſia canonizatus, aut canonizatione Eccleſiaſtica confirmatus, & approbatus, ſecundum quod accipitur, *in c. ſanctorum. in prin. 70. diſt. & in rub. & text. de reliq. & vener. ſanct. in decret. in lib. 6.* & habetur *in c. 1. de vita & honeſt. cler. in antiq.* Sic, quod nõ licet aliquẽ venerari pro ſancto, niſi ſit approbatus à ſummo Pontifice, & ſic canonizatus, vt ſtatim dicam.

QVadrageſimaſeptima cõſideratio. Nũc ad materiam canonizationis cõdeſcendamus. In qua dico, quod ſolus Papa poteſt canonizare ſanctũ, & iſta eſt opinio Panor. & Imolæ *in c. fin. de feriis.* per tex. *in c. 1. in fi. de reliq. & vener. ſanct. extra.* vbi expreſſe cauetur, quod ſine ſpeciali licentia Papæ quis canonizari non poteſt, idem Imol. *in c. venerabili. de teſtib. extra.* Hoſtien. *in ſumma. eodem tit. de reliq. & venerat. ſanct.* Anton. Florent. *in 3. part. ſuæ ſum. tit. 22. cap. 5. §. 5.* & pro hac opinione Ioan. Andreas *in cap. vnico. in verbo, ſedis. de reliq. & vener. ſanct. in 6.* adducit quinque rationes poſt dictam gloſſ. quæ ibi videri poſſunt: quibus accedat, quod Papa repræſentat Deum in terris, & tenet eius vices, *cap. quanto. de tranſlat. Epiſc. c. vt noſtrum. vt eccleſiaſt. benefic. ſine diminut. confer. cap. fundamenta. §. docet. de elect. lib. 6. Clemen. 1. §. 1. ff. de Magiſtris.* Speculat. *tit. de legato. §. nunc eſt ſciendum. verſ. 89. & gloſſ. in verb. quod Deo, in c. ſerpens. de pœnit. diſtinct. 1.* Et fuit de mente Thomæ *in tractat. ſuo contra Græcorum errores. cap. 71.* in quantum allegat Chryſoſtomum *ſuper homilia. diſtinct. 85.* dicentem de Chriſto, Iacobum localiter in loco terminauit, Petrum autem totius orbis magiſtrum & doctorem, vbi latius per ipſum, & dixi ante: & idem voluit *in tertia parte Summa. quæſt. 8. art. 1. & in 4. ſenten. diſtinct. 15.* dicens Papam eſſe caput vniuerſalis Eccleſiæ, facit c. *in nouo. cum c. ſequent. 21. diſtinct.* Et idem *in tractat. contra impugnantes religionem.* & Scotus *in tracta. de perfectione ſtatuum. quæſt. 9.* dicit, quod Papa eſt Vicarius Chriſti, non ſolum in quantũ Chriſtus fuit Eccleſiæ Prælatus, ſed in quantum fuit totius mundi dominus, & quod iuſte de ſtatu & bonis hominum poteſt ordinare. Et dicit Thomas *in 4. ſent. diſt. 19.* quod Papa habet plenitudinem poteſtatis in vniuerſo, ſicut Rex in regno. Et idẽ *in tract. de errore Græcor. cap. 72.* tenet, quod de neceſſitate ſalutis eſt, ſubeſſe Romano Pontifici: & allegat Cyrillum *in libro Theſaurorum,* & Maximianum *in Epiſtola directa orientalibus.* Vnde dicit Hoſtien. *in dict. c. quanto.* quod Deus & Papa faciunt vnum & idem tribunal. & dicit Baldus *in l. Barbarius Philipp. ff. de offic. prætor.* quod Papa eſt ſupremus Dei Vicarius, & qui contrarium dicit, mentitur: & in finalibus verbis dicit, quod Papa eſt omnia, & ſuper omnia in ſpiritualibus. Dixi ſupra *iſta part. 30. conſideratione. verſic. ſecundus locus. circa finem.* & infra *in 7. part. in ſeptima conſideratione.* Ex quo, cum ſit Vicarius ſupremus Dei, & ſit in locum eius in hoc mundo ſubrogatus, tanquam ſapiat naturam eius, qui canonizat ſanctos in Eccleſia triumphante, ſic canonizabit in Eccleſia militante: & iſta eſt communis ſententia, vt dicit Imola *in d. c. fina. extra de feriis.* Et ita etiam tenet Iohan. de Turrecrem. *in c. 1. de conſecrat. diſtinct. 3.* quod canonizatio ſanctorum rationabiliter reſeruatur ſummo Pontifici triplici ratione, quas ibi vide.

Nec in hoc requiritur conſenſus Cardinalium. gloſſ. *in verb. contingeret. in dict. cap. fundamenta. in §. decet. de elect. in ſexto.* ita etiam tenet Iohannes Andreas, & Dominicus, *in c. ſuper eo, de hæret. lib. 6.* Salicet. *in rubr. C de legib.* allegans notata per Archi. *in cap. quæ ad perpetuam. & in cap. ſunt quidam. 2. quæſtio. 1. & in cap. quamuis. de offic. ordin. in 6.* cum hoc pendeat ex illa dubitione, an Papa poſſit ardua ſine conſilio Cardinalium: de qua ample Barbat. *in conſilio 1. in 1. volum. & in tracta. de præſtantia Cardinal.* Cum canonizare ſanctum ſit quid arduum, vt dicit Iohannes Andreas *in dicto cap. vnico, de reliq. & venerat. ſanctor. in 6.* hanc etiam partem tenet Anton. Floren. *in ſua ſum. in 2. part. 3 part. in 14. charta.*

Martinus Laudenſis *in tract. de Cardinalib. quæſt. 88.* videtur tenere contrariũ: & iſtud idẽ tenet Iohan. Monachi *in d. c. ſuper eo.* Cardinal. Florent. *in cap. petitio. & ibi Iohan. de Anania. de homicid.* idẽ Cardin. *in c. 2. de cleric. nõ reſid.* Bald. *in l.*

Digitized by Google

in l.cum multa.C.de bon.quæ lib.& in l.fin. C.de diuer.reſcrip. Et pro certo iſtud eſt mare magnũ: ſed ad propoſitum, bonum eſt, quod Papa faciat ex conſilio, non quod teneatur ad hoc, nec illud ſequi.

QVinquageſima octaua conſideratio. Epiſcopus an poſſit decernere in ſua diœceſi aliquem ſanctum venerari ac feriari, ſeu ſolennitatem celebrari ſine populo? Videtur, quod ſic, prout viſus eſt aliquando tenuiſſe Anto.de Buſtis *in c.fin. de ferijs extra.* ſed poſt mutauit opinionem. Sed iſtam opinionẽm tenet Panorm *in d.c.fin.* per text.ibi; *& in c.1. de conſecrat. diſt.3.* vbi expreſſe dicunt text. Cæteriſque ſolennitatibus, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero & populo duxerunt ſoléniter venerandas. Et ita etiam tenet ibi Barba.vbi dicit, quod Anton.de Butrio non bene dicit, dicendo: Quod ille text. habet duas lecturas: quia, vt dicit Papa *in d.c. fin.* ponit verba *d.c.1.* & ſic declarat, qualiter debeat intelligi ille text. alias, ſi eſſet dubius, non meretur ad hoc allegari: Quoniam, vt inquit Philoſophus: Quod multipliciter exponitur, eius veritas ignoratur. Refert Bal. *in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic.proconſ.* Et facit; quoniam, vt ait gloſ. *in verb.vſuris. in clemen. diſpendioſam. de iudic.* Papa non poteſt tollere ordinem iudiciarium in foro ſeculari, ſed bene poteſt in foro ſuo. quam gloſ. pro ſingulari allegat Bald. *in l.eos. §.fina. C. de vſur.* Ideo licet Epiſcopus poſſit decernere aliquẽ ſanctum in ſuis eccleſiis venerãdum ſine populo; non tamen populo præcipere, vt veneretur abſtinendo ab operibus, ſine eius conſenſu cum de eius præiudicio agatur. Quoniam in his, in quibus verſatur præiudicium populi, aut ſubditorum, non poteſt ſtatuere Epiſcopus ſine eius conſenſu, vel ſaltem eis præſentibus. vt dicit Imola *in c. veſtra. extra de locato. & in ca fin. de offic. leg.* & confirmat Federicus de Senis *conſi.* 17. alleg. per Imo. *in d. cap. veſtra.* ita etiam tenent ipſe Imo. *in d cap. fin.* & Archi. *in. d. cap. 1. de conſecr. diſtin. 3.* Dicit tamen Abbas *in d. c.fin.* Quod ſi populi contradictio non ſit ex iuſta cauſa, & Epiſcopus moueatur aliquibus iuſtis cauſis, quod poterit hoc facere non obſtante contradictione populi: puta (vt dicit) ſi decernat quẽ ſanctum venerandum, qui fuerit ortus de loco, prout videtur ſentire gloſſ. vlt *in d. c. 1. de conſec. diſt.* 3. & quod in ſimili dicit Arch. *in cap. vt animarum. de conſtit. in* 6. & text. *in c. 1. de his, quæ fiunt à maiori par. Cap.* Et idem etiam dicit Barb. *in d. c. fin.* quod ſi Epiſcopus habeat iuſtam cauſam, puta; quia ſanctus ſit oriundus de loco, quod poteſt etiam inuito populo decernere illum venerandum: quoniam propter ſanctimoniam recedimus à legibus communibus: quia dicitur eſſe gloria patriæ ſuæ. Allegat in argumentum textum ſingularem iuncta doctrina Bald. *in l. ſed & reprobari. §. fi. ibi: valde tamen diſciplinatos. ff. de excu. tutor.*

Quicquid tamen dicant Panor. Imo. & Barb. videtur, quod opinio Ant. de Buſt. ſit verior per rationẽ per eum allegatam. Cum in his, quæ tendunt in fauorem animæ, quilibet eſt ſubiectus epiſcopo. *c. cum ſit generale. de foro comp. c. nouit de iudic. c. per venerabilem. qui filii ſunt legit. extra.* Et huic rationi non reſpondet Panorm.

Facit; quoniam quo ad actus ſpirituales peragendos, conſenſus laicorum non debet eſſe in conſideratione, ſicut videmus in electionibus faciendis de prælatis eccleſiarum, vt *in c. Meſſana. c. ſacroſanct. de elect. cum plurib. aliis.* Facit, quod habetur *in c. 2. de inſtitutio. & in c. fina. de rebus eccleſ. non alienan. & in c. eccleſia. de conſtitutio.* Ergo in hoc caſu, vbi eſt quæſtio de actu ſpirituali, non eſt neceſſarius conſenſus populi tanquam laicalis.

Et ad textus allegatos pro opinione Panorm. & ſequacium reſpondeo, quod textus non dicunt, quod veneratio ſanctorum ſit inducẽda & decernenda per Epiſcopũ cum clero & populo: ſed dicunt, quod feſtiuitates ſanctorum ſunt venerandæ per Epiſcopum cũ clero & populo, quod aliud eſt, prout dicit ibi Bald. qui hoc cognouit, cum dicit: *Non intelligas, quod iſti poſſunt has feſtiuitates inducere, ſed inductas poſſunt ſeruare. ſcilicet, clerici, reſpectu officii celebrandi in Eccleſia, & populi reſpectu artis non exercendæ illo die.*

Vel ali-

Digitized by Google

Vel aliter dici poteſt, quod dictio, *cum*, ibi poſita, cum dicit, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero & populo, non coniungit principaliter, ſed acceſſorie. *l.1. & 2. ff. de pen. legata.* notatur *in §. ſi quis ancillas. Inſt. de legat.* facit quod dicit Bart. *in Auth. ingreſſi. colum. pen. C. de ſacroſ. eccleſ.* vbi facit differentiam, an quis dedicet ſe cum ſuis bonis, an ſe & ſua bona; quia dictio, *&*, coniungit principaliter: & actio, cum acceſſorie, *d. l. 1. & 2.* Ex quo, cum in illo textu illa coniunctio cleri & populi non fiat principaliter, ſed acceſſorie, non eſt dicendum, quod conſenſus eorum debeat interuenire principaliter, & ſic neceſſario, ſe ſolum per quandam conſequẽtiam tanquam acceſſorie ad ipſum Epiſcopum, qui in Spiritualibus eſt caput, principalis omnium in ſua diœceſ. *c. omnes baſilicæ. 16. q. 7. & in can. regenda. 10. quæſt. 1.*

QVadrageſima nona conſideratio. Duo requiruntur ad hoc, vt quis poſſit ſanctus canonizari. Vitæ, ſcilicet ſanctitas præteritæ, & quod Deus in eius perſona, ſiue in vita, ſiue operatus fuerit miracula: & in hoc ſola ſanctitas vitæ, quo ad actum canonizandi non ſufficit. quoniam poteſt eſſe ficta, vel ſimulata, & non ad bonum finem, ſed potius appetitu inanis gloriæ, ſcilicet vt diceretur bonus, licet non eſſet, vt ſunt hypocritæ, iuxta dictum *Matth. 7.* Incedunt induti pellibus ouium, intus vero ſunt lupi rapaces. Vnde huiuſmodi vita non eſt meritoria, imo demeritoria: & contra tales exclamat Paul. *in Epiſt. 5.* Vide quantum bonum eſt charitas, ſi ita martyrium ferimus, vt noſtras velimus reliquias ab hominibus honorari, & ſi opinionem vulgi ſectantes trepidi ſanguinẽ fuderimus, & ſubſtantiam noſtram, vſque ad medietatem propriam dederimus, huic operi non tam præmium, quam pœna debebitur, & perfidiæ magis tormenta ſunt, quam corona victoriæ. de quo tranſſumptiue *in cap. vide. 1. q. 1.* ideo dicit ibi gl. 1. quod dare eleemoſynam ad vanam gloriam peccatum eſt, *arg. c. militare 23. q. 1.* Vnde dicitur in Euangelio *Matt. 1.* Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te. Et eodem loco in fine: Neſciat ſiniſtra, quid faciat dextra. Et hæc bonitas vitæ conſideratur in multis laboribus, in moribus caſtis, in ſtrenuis actibus, *c. miramur. 61. diſt.* Et hoc oportet præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis nõ taceri, *c. 4. 13. q. 2.* Maxime quæri debet de ſimplicitate & humilitate: Quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Iac. 4.*

Item debet inquiri, an in vita perſecutiones paſſus fuerit. *c. omnis qui. 7. quæſt. 1.* & an paſſus ex charitate. *cap. fin. incip. ibi, adunati. in loco ante alleg. & d. capit. vide quantum bonum.* Iſta probantur per doct. *in capit. 1. de reliq. & venerat. ſanct. extra.* per Ioan. Andr. & alios doct. *in c. vnico. eod. titul. 6.*

Et ad probationem vitæ laudabilis canonizandi in cõfeſſoribus adduci poteſt, quod dicitur de Epiſcopo confirmando, ſecundũ Hoſt. *in ſum. de elect. §. quis eligitur. verſic. canon tamen antiquus dicens:* Quod debet eſſe natura prudens, docilis, moribus temperatus, vita caſtus, ſobrius, ſuis negotiis ſemper cauens, humilis, affabilis, miſericors, literatus, in lege Domini inſtructus, in ſcripturarum ſenſibus acutus, in dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatus, & ante omnia fidei documẽta ſimplicibus aſſerens, ſcilicet, patrem & filium, & Spiritum ſanctum, & *c. ca. qui Epiſcopus. 23. diſtinct. & c. fin. 50. diſtinct.* In martyribus enim non fit tanta examinatio, ſed quæritur tantum de miraculis, & cauſa, propter quam paſſi ſunt. *argum. can. catechumenum. & can. baptiſmi vicem. de conſecr. diſtinct. 4.* ſecundum Hoſt. *in ſum. de reliq. & venerat. ſanct. ver. & hæc intelligas.* Sufficit tamen iſta ſanctitas vitæ ad meritum animæ canonizandi, ſecundum Aug. *in ca. teneamus. 1. q. 1.*

Secundo (vt dixi) requiritur, vt ad ſanctum canonizandum ſit miraculum, vt notant doctores *in loco ſupra allegato.* & in hoc requiruntur quatuor.

Primo, quod ex Deo, non ex arte vel Diabolo contingat; quoniam aliquando etiam miracula fiunt per malos: ideo neceſſe eſt, Martyres à Deo impetraſſe, quæ mandat. *c. ſi quis prepoſtera. 50. diſt.* & hoc caſu procedit illud,

lud, quod dicitur, quod facere miracula eſt donum ſpiritus ſancti, vt *in ca. quærendum. de pœni. diſtinct. 2. & ibi notat.* alias non eſt miraculum, ſicut fecerunt magi Pharaonis, qui fecerunt ranas & ſerpentes conuertentes eorum virgas, ſicut faciebat Moyſes, de quibus *in c. nec mirum. 26. quæſt. 5.* & illud proprie dicitur præſtigium. *c. re vera. & ibi Arch. de conſecr. diſt. 2.*

Secundo requiritur, quod ſit contra naturam ſicut dictum eſt de virga Moyſis mutata in ſerpentem. & de Aſina, loquente ad Balaam: de quibus *in d. c. re vera. & in c. cum ex iniuncto. de hæret. & in d. cap. re vera.* ponitur de virtute dictæ virgæ, de qua etiam habetur *Exod. 6. 8. 14. 16. 17. & Ioſ. 3. & 4.*

Tertio requiritur, quod non vi verborum, ſed ex hominum merito illud contingat. Nã panis & vinum, poteſtate, & virtute verborum tranſſubſtantiatur in corpus & ſanguinem. *cap. cum Marth. extra de celebra. miſſ.* & ſic requiritur, quod miraculum ſit euidens, non autem latens, & credibile, vt eſt Euchariſtia.

Quarto requiritur, quod ſit ad corroborationem fidei. Herba enim miniſterio hominis tranſit in vitrum, & nil ad corroborationem fidei: Ideo ad canonizationem niſi hæc quatuor concurrerent in miraculo, non prodeſſent; quia nõ eſſet miraculum, ſed potius miraculoſum, vt dicit Ioan. And. *in d. c. vnico. de reliq. & venerat. ſanct. in verb. ſedis. circa finem.* & Hoſt. *in ſumma ſup. al. ver. item quærendũ eſt de miraculis.* Arch. *in d. c. teneamus. 1. q. 1.* Hoſt. Ioan. And. & alii *in c. venerabili. de teſtib. ext.*

QVinquageſima conſideratio. In qua de forma canonizationis ſanctorum ſcribitur, & ſequendo doctrinas Doctorum *in d. c. 1. de reliq. & venerat. ſanct. in antiq.* reperio ad hoc duodecim eſſe requiſita, quæ ſeruari debent, ſecundum ordinem infra ſcriptum.

Primo debet expectari, quod aliquæ perſonæ honeſtæ, & authenticæ, denuncient factum Romano Pontifici, & ſupplicent pro canonizatione facieda, & hoc non ſemel, ſed pluries, & inſtanter: ſicut notatur de ceſſione & petitione pallii. *c. quidam cedendi. extra de renunt. c. cum poſt petitam. de elect.* Non enim conſueuit ſtatim moueri ad committendam talẽ inquiſitionem Rom. Pontifex, ſed potius expectare, quam diu pulſetur, & famam accedere, & vtrum miracula creſcant, & continuentur, antequam inquiſitionem committat, & bene; cũ miracula ſeu miraculoſa quãdoque fiant per malos, *c. teneamus. & c. nec mirum. 26. quæſt. 5.* gl. & doct. *in cap. cum ex iniuncto. de hæret.* Bal. *in c. venerabili. de teſtib. extra.* Vnde cauendum eſt, ne populus decipiatur, vt *in c. fin. extra de reliq. & vener. ſanct.* Et quia circa maiora, maius periculum vertitur, ideo cautius eſt agendum. *c. quieſcamus. 42. diſtinct. ca. miramur. 61. diſtinct. c. nuper. 7. quæſt. 2. c. vbi periculum. in prin. de elect. in 6. & in l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de Carbo. edicto.* dicunt tamen aliqui, quod ſi fiat eluſio, vix poſſunt continuari miracula, vltra quadraginta dies.

Secundum eſt requiſitum, quod ſi continuentur ſupplicationum inſtantiæ, & fama, & miraculorum continuatio perdurare dicatur, conſueuit Roman. Pontifex hoc proponere intra fratres, & aliquibus Epiſcopis patriæ illius, qui dicitur ſanctus vel conuiciniæ, vel aliis perſonis honeſtis & incorruptibilibus committere, vt inquirant de fama, & deuotione populi, & de miraculis, & aliis, quæ ſunt eidem nuncianda in genere & non in ſpecie, & quo ad famam, & nõ quo ad veritatem. Et quod ſcribant quæ inuenerint, & an eis videatur, quod ſuper veritate eorundem ſit inquiſitio committenda.

Tertium eſt, ſi tales deſcribunt talia, per quæ videatur, quod inquiſitio veritatis ſit cõmittenda, requirit iterum ſummus Pontifex fratrum conſilia, vt diffiniat, vtrum ſit inquiſitio committenda, vel non.

Quartum, quod ſi inquiſitio ei committenda videtur, iterum reſcribit eiſdem, vel aliis, quod iterum veritatem requirant. Primo de fama, ſecundo de vita, tertio de miraculis exacte, diligenter, fideliter & prudenter, ſecundum artic. & interrogatoria, quę ſub bulla ſua tranſmittit: de quo notatur *in ca. venerabili. de teſtib. extra.* & quod inuenerunt, remittant ſuis ſigillis incluſum.

Quintum,

Digitized by Google

Quintum, quod remiſſa inquiſitione committatur examinatio in curia, aliquib⁹ capellanis, vel aliis perſonis authenticis, & diſcretis, quæ etiam forment rubricas.

Sextum, quod rubricæ ſic factæ exacta diligentia examinentur per dominum Papam, & eius fratres, & requirat Papa cōſilia eorundem, an ſcil. videantur probata talia, propter quæ ſit canonizatio non immerito facienda.

Septimū, quod ſi videtur Papæ, quod ſit faciēda, hoc ſecrete diffinit inter fratres. Pro hoc facit, quod in ſimili dicitur de ſubſtantia ex forma electionis, vt notant docto. *in c. quia propter. de elect. & ibi gl. in verb. maior.*

Octauum, quod coadunatis Epiſcopis, qui ſunt præſentes in curia, narrat publice in conſiſtorio ea, quæ acta ſunt & probata, ſecreta diffinitione iam facta ſuppreſſa, & requirat conſilium Prælatorum: facit gloſſ. *in ver. conſilio. in c. Anaſtaſius. 19. diſtinct.* quæ dicit, quod Papa tenetur requirere conſilium Epiſcoporum, vbi de fide agitur: quam gl. ſequitur ibi Dominic. & Cardin. etiam facit, quod dicit Panorm. *in c. ſignificaſti. de elect.*

Nonum, quod aſſignatur certa dies, vt omnes conueniant ad certam Eccleſiam, in qua accenduntur cerei multi, & ſternitur tapetis Eccleſia, & paratur: & illuc conueniunt Papa, fratres & totus clerus, & facit ſermonem ſummus Pontifex proceſſum recitans, & probata, inducens populum ad orandum, quod Deus non permittat eos errare in hoc negotio.

Decimum, quod flexis genibus fiat deuota oratio, & cantetur: *Veni ſancte Spiritus*, vel alius hymnus, ſiue antiphona conueniens.

Vndecimum, quod ſurgat Papa ab oratione, & diffiniat illum, de quo agitur, ſanctum eſſe, & ſanctorum Catalogo conſcribēdum, & feſtum ſuum tali die colendum, in quantum dicitur, ſanctorum Catalogo cōſcribendum. Facit pro hoc gl. notabilis, *in l. eos in verb. qui. C. de off. magiſtri milit.* quæ dicit, quod qui non ſunt ſcripti in matricula, ſunt tanquam priuati. Ideo dicit Auguſt. *in Authen. de mand. prin. §. pen. in l. in c ſiquidem. poſt gloſſ. ibi in d. verbo. col. 3.* quod ſolum militibus ſcriptis in matricula, danda ſunt priuilega militaria. Vnde dicit Baldus *in l. diximus. in fine. ff. de excuſ. tutor.* quod mercator non deſcriptus in matricula, non gaudet priuilegio mercatorum. *facit cap. ſi Romanor. 19. diſtinct.* vbi probatur, quod qui non reperitur ſcriptus inter alios de vniuerſitate, non præſumitur eſſe de vniuerſitate.

Duodecimum & vltimum requiſitum eſt, quod cantetur: *Te Deum laudamus.* & celebrat Papa miſſam ſolenniter in honorem eiuſdem ſancti. Et in hoc, quod dicit, quod cantatur: *Te Deum laudamus.* facit, quia Eccleſia quotidie in officio in fine horæ matutinæ cantat illud canticum. Idem ſit peracta Epiſcopi electione ſecundum Speculat. *tit. de elect. §. 1. verſic. conſequenter.* In fine enim cuiuſlibet operis laudādus eſt Deus, & gratiæ ſunt ei agendæ: ſicut facit tam in fine celebrationis miſſæ, quam in fine horarum canonicarum, dum dicit Deo gratias, facit *c. de hymnis. de conſecr. diſt. 1.* & ibi gloſſ. in *verb. & hymno.* vult, quod clerici poſt aſſumptionem cibi debent agere gratias Deo. alleg. *c. vlt. §. edent. 44. diſt.* facit quod notatur in gl. fin. *in c. firmiſſime. 15. q. 1.*

Dicit tamen Ioan. Andr. *in d. c. vnico. de reliq. & venerat. ſanct. in 6.* Quod hic Ordo hactenus non ſemper vſque ad vnguem eſt ſeruatus, maxime quando agebatur de martyrizatis pro fide. Nam tales conſueuerunt facilius, & leuius expedire: & ita dicit tenere Hoſtien. Ex quo videtur concludere, quod hæc forma (licet cōgrua & honeſta) per Papā de neceſſitate non eſt obſeruanda. Et, vt ex prædictis apparet, probitas vitæ, & legalitas, ſeu bona vita operatur ad ſanctitatem conſequendam, quæ quidem ſanctitas, ſeu probitas, aut legalitas maxima, operatur in multis. Primo, vt hic ante dictum eſt.

Secundo, quod licet alias electio, nec actiue, nec paſſiue, cadat in laicum in ſpiritualibus, vt de hoc ſunt text. *in cap. ſacroſanct. & c. Meſſana. de elect. extra.* tamen laicus vitæ ſanctitatis & legalitatis maximæ poteſt eligi in Epiſcopum. tex. eſt *in c. ſtatuimus. §. hic omnib. 61. diſt.* & dat exēplū in beatis Seuero, Nicolao & Ambroſio. illū tex. ad hoc magnitacit

And.Barb. *in c.cum adeo.in gl.pen.de reſc.col.5.* & ibi Felin. *in cap.ſuper his.in vlt.col.extra de accuſ.*

Tertio facit; quia licet Iudęus factus Chriſtianus in ęgritudine non poſſit presbyter ordinari; tamen fallit ratione ſanctitatis vitæ. tex.eſt ſingularis.*in c.1.45.diſtinct.* Lud. Rom. *in ſing. ſuo* 423. Multa ad hoc ſunt cumulata per Doctores modernos, videlicet per Felin. *in c.ſuper his.in fin.de accuſat.* & *in d.c.cum adeo.* & *in c.cauſam.2.extra,de off.deleg.* per dom.meum Iaſon.*in l.iubemus. col. 2. C.de iudic.* & *in repet. l. admonendi. ff.de iureiur.* & *in l.ſciendum.colum.8. ff.de verbor. obligat.* quæ cum ita ſatis ſint congeſta, non repeto.

Tertiæ partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.

QVARTA HVIVS LIBRI PARS ERIT DE LAVDE, GLORIA, HONORE ET ORDINE ECCLEſiaſticarum perſonarum inter ſe: & ad omnes alios huiuſmodi ſtatus.

Vnam & octoginta Conſiderationes habet.

PRo cuius expeditione præmitto. Cum hæ & omnes huiuſmodi hierarchiæ, ſpirituales & temporales, ſeu ordines huiuſmodi loquẽdo groſſo modo, poſſunt illo modo diſtingui, quo diſtinctæ fuerunt prædictæ hierarchiæ, ſcilicet per tres hierarchias cum ſuis ordinibus: & aliquo modo per ſimile videri poteſt in terreno principatu miniſtrorum, qui ſunt ſub vno Principe. Triplex eſt differentia, hoc eſt, triplices ſunt hierarchiæ, ſeu gradus. Nam quidam operantur immediate circa perſonam Principis. Quidam autem deputantur ad alia officia, puta ad regimen Principatus in communi. Quidam vero ad regimen alicuius partis.

Primus aſſimilatur primæ hierarchiæ. Secundus ſecundæ. Tertius tertiæ. Sed in qualibet hierarchia ſunt tres ordines, quorũ ſufficientia ſic poteſt haberi: Quia videmus, quod inter miniſtros, qui circa Principis perſonam operantur, eſt triplex differentia, in ſtatu ſcilicet ſpirituali, id eſt, eccleſiæ militantis.

Quidam ſunt ſicut aſſeſſores, vt ſunt domini Patriarchæ, & his ſimiles: ſunt illi de ordine ſuperiori, ſcilicet Seraphin, quod interpretatur, *ardens in amore.*

Quidã ſunt ſicut conſiliarii, vt ſunt domini Cardinales, & his ſimiles ſunt illi de ſecũdo ordine, qui dicuntur Cherubin, quod interpretatur *plenitudo ſcientiæ:* quoniam ſciunt omnia, quę fiunt in Eccleſia militante triumphante.

Quidam ſunt cubicularii, & ſeruientes in domo Principis, & his ſimiles ſunt illi de ordine, qui dicuntur Throni. In ſtatu vero temporali

Digitized by Google

porali ſunt in regno noſtro pares Franciæ in primo ordine, in ſecundo Duces, & alii Principes, in tertio vero ſunt Camerarii & alii officiarii Regis, immediate perſonæ eius ſeruientes, vt ſunt Magiſter domus, & alii ſupremi huius ordinis, ſub quibus multos connumerabimus in diſcurſu huius libri ſuis locis. Vel in iuriſdictione ſunt Cancellarius & Conneſtablus, in primo ordine. In ſecundo Conſiliarii magni conſilii, & Magiſtri Requeſtarum. In tertio Præſides & Conſiliarii curiarum Parlamentalium: & iſti etiam poſſunt poni in ſecunda hierarchia.

Quantum ad ſecundam hierarchiam, ſciendum eſt, quod inter illas, quæ deputantur ad regimen commune totius Principatus, eſt etiam triplex differentia.

Nam ad hoc, quod regimen alicuius communitatis bene & pacifice diſpenſetur, ſunt aliqui tanquam ſententiantes, quid vnicuique debeatur. Veruntamen; quia ſententia debet eſſe efficax, & recta, ideo indiget auxiliante vel adiuuante. Ideo ſunt alii ſententiam exequentes, & executionem facientes, vt nihil ſit impoſſibile, quod per ſententiam determinatur.

Item ſunt alii, vt ſententia ſit recta, tanquam dirigentes conſulentes, & imperant primis. Aſſimilatur tertius ordo ſecūdæ hierarchiæ, qui dicuntur Poteſtates, ſunt Comites, & alii inferiores Barones. Et iſti in ſtatu ſpirituali aſſimilari poſſunt Abbatibus & aliis dignitatibus immediate ſequentes poſt Epiſcopales. In ſtatu vero tēporali ſunt Comites, & alii inferiores Barones.

Secundis vero ſecūdus, vel medius ordo, qui dicitur Principatus. Et iſti in ſtatu ſpirituali ſunt Epiſcopi, in ſtatu vero tēporali ſunt Duces, alii ſupra Comites & Marchiones.

Tertiis aſsimilatur primus ordo ſecundæ hierarchiæ, qui dicitur dominationes, quibus attribuitur dirigere & imperare omnibus miniſteriis diuinis. Sic in ſtatu ſpirituali Archiepiſcopi, in ſuis prouinciis qui dirigūt, & imperant in omnibus miniſteriis Eccleſiaſticis, Reges, & alii Principes inferiores, à ſupremo principe, qui ſuas prouincias gubernāt, inter quos ſunt multi, vt dictum eſt ſupra, & dicam infra.

Quantum ad tertiam ſciendum eſt, quod inter illos, qui habent poteſtatem limitatam, & determinatam ad aliquam partem Principatus, triplex eſt etiam differentia. Quidam ad vnam prouinciam ſunt in ſtatu ſpirituali Archidiaconi, & alii inferiores prælati, habentes adminiſtrationem, de quibus infra dicam: & in ſtatu temporali, Barones habentes ſub ſe plures ſubditos.

Quidam ad aliquam partem prouinciæ, vt ſunt in ſtatu ſpirituali Curati, in ſtatu temporali Seneſcalli & Balliui, & his ſimiles.

Quidam autem ad hominem vnum, & hoc dupliciter: aut quantum ad bonū commune multorum, quod expletur per vnam perſonam, ſicut conceptio virginis, vel ſicut in ſtatu ſpirituali ſunt religioſi Prædicatores, & in ſtatu tēporali, vt ſunt inferiores omnes, habentes adminiſtrationem à ſuperioribus Iudicibus.

Aut quantū ad ea, quæ pertineat ad ipſum tantum, vt quilibet ſimplex ſacerdos in ſtatu ſpirituali, & in ſtatu temporali, quilibet ſimplex homo. Primis ſcilicet, Virtutes. Qui ſunt de primo ordine tertiæ hierarchiæ aſſimilantur primi ſupra nominati. Secundis, ſcilicet archangelis aſſimilantur ſecundi: Sic tertiis tertii, vt dictum eſt. Hæc omnia videri poterunt clarius in diſcurſu duarum partium ſequentium. Et hanc æquiparationem, & aſſimilationem in quibuſdā videtur facere Bernard. de Placent. *in ſuo Elucidario miſſæ, in præfatione generali.* vt dicit Hoſtienſis *in ſumma de ordin. ab Epiſc. qui renunciauit Epiſcopat.* §. 1. quod ſunt nouem ordines in Eccleſia militante, ad inſtar Eccleſiæ triumphantis, vbi ſunt nouem ordines angelorum. facit tex. *in ca. ad hoc. 89. diſt.* & de diuerſitate graduum & ordinum in Eccleſia Dei, quomodo ſit cōueniens ponit Iodocus *in ſuo Antiluthero, lib. 2. & 3.* vbi ample.

PRo ſecunda conſideratione præmittendum eſt, quod Status Eccleſiaſticus in omnibus Statui temporali eſt præferendus: cum ſacerdotes ſint honorandi ab omnibus,

ex quinque cauſis, ſeu ex quinque rationibus.

Primo, ratione inſtitutionis; quia inſtituti ſunt in terris, non ab homine, ſed ab ipſo Deo. Imo, tanquam veri Chriſti Vicarii, non ſolum in lege Euangelica, ſed etiam in lege veteri. Primus enim ſacerdos, qui, iubente Domino victimas obtulit in veteri Teſtamēto, dicitur fuiſſe Aaron, vt patet *Gen.* 14. ſimiliter & Melchiſedech, in lege naturæ, dictus Rex Salem, dicebatur ſacerdos Dei altiſſimi, qui primo panem & vinum obtulit, vt patet *Gen.* 14. & notatur 21. *diſt. c. deniq.* Sed in lege noſtra, Ieſus Chriſtus, volens exire de hoc mundo, rediens ad patrem ſuum, die Iouis ſancta, ſacerdotes inſtituit, & vicarios, in vniuerſo orbe ordinauit, dicendo: *Ite in vniuerſum mundum, docentes omnes gentes, & baptizantes eos, &c.* Quos Regibus & Principibus totius orbis præeſſe voluit, tanquam excellentiores, inter quos adhuc vnum caput & ſummum vicarium ordinauit, ſcilicet B. Petrum in tota Eccleſia Catholica, quando dixit ei Ioan. 21. *Simon Petre amas me?* Reſpondit ei Petrus: *Domine, cum ſcis omnia, tu ſcis quia amo te.* Et dixit ei Dominus: *Paſce oues meas; Quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorū. Et quodcunque ligaueris ſuper terrā, erit ligatum & in cœlis.* Et quomodo Petro in perſonam aliorum ſit data poteſtas ſacerdotibus, & maxime eius Vicario, dicam infra *in conſid.* 6. vbi ponam de præcedentia, excellentia, & honore ſummi pontificis ſupra alios huius mundi homines. Sed redeundo ad propoſitū. Magna eſt ergo dignitas ſacerdotalis, quæ vicē Domini noſtri Ieſu Chriſti in animabus paſcendis atque regendis in terra habet & obtinet, à ſui prima inſtitutione. Ideo *Eccl.* 7. ad eorum honorem hōrtatur ſapiens dicendo: *In tota anima tua time Deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. Honora Deum ex tota anima tua, & ſacerdotes illius honorifica.* Et contra eos ſpernentes, ait Dominus, Luc. 10. *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Eſt enim huiuſmodi dignitas ſpiritualis. Et ideo, quanto ſpiritus nobilior eſt corpore, tanto ſacerdotalis dignitas nobilior eſt quacunque, *cap. inter corporalia. extr. de transla. Epiſcopi.* Et hoc eſt quod notatur 96. *diſt. c. duo quidem.* vbi ſic habetur: *Aurum non tam precioſius plumbo, quam regina poteſtate ſit ordo ſacerdotalis altior.* de quo per Alber. de Roſa. *in l. glorioſiſſimo. C. de ſumma trini. & fide Cathol.* Barbat. *in ca. nouit. num.* 142. 143. *de iud.* Præpoſitus *in c. ad verum.* 96. *diſt.* Et etiam habetur *eadem* 96. *diſtinct. c. quis dubitat ſacerdotes Chriſti Regum, & Principum, omniumque fidelium, Patres & Magiſtros cenſeri.* imo per ſacerdotium iubente Domino regalis dignitas eſt ordinata. Vnde 1. *Reg.* 8. dicit Dominus ad Samuelē ſacerdotem: Audi vocem eorū, ſcilicet, filiorū Iſrael, petentiū habere ſuperiorem, puta Regem. Et conſtitues ſuper eos Regem. Inde eſt, quod ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem habet inſtituere, vt ſit: & iudicare, ſi bona non ſit: quod probatur per Apoſtolum dicentem *ad Cor.* 7. neſcitis; quoniā angelos iudicabimus, quāto magis ſecularia. Quod etiam notatur *in cap. per venerabilem. extra, qui filii ſint legitim. & 9. queſtion.* 3. *c. nemo.* de qua quidem dignitate ait Petrus 1. *Petri.* 2. Vos eſtis genus electum, Regale ſacerdotium, gēs ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui vos vocauit in admirabile lumen ſuum Chriſtus Ieſus de tenebris. De quo dictus ciuis, & contemporaneus noſter Ioannes de Monthelano, *in ſuo promptuario iuris, in verb. ſacerdos.*

Tanta equidem eſt iſta ſacerdotalis dignitas, vt nedum temporibus noſtris ſed etiam tempore Romanorum, & magnorum magiſtratuum nulli Imperatores aut Reges fuerūt niſi ſacerdotes. vnde *diſtinct.* 21. *can. cleros.* Ante autem quam Pontifex & reges erant, dicitur. Nam maiorum hæc erat conſuetudo, vt Rex eſſet, & ſacerdos, & Pontifex: vnde & Romani Imperatores etiam Pontifices dicebantur.

Sed heu quid dicendum de nobilibus, & Burgenſibus, qui de presbyteris faciunt ſuos receptores, ſuos pincernas, & coquos, & ſtabularios, quorum manus ſacratæ ſanctum ſanctorū corpus dominicū quotidie contrectant, cuius expleto officio ad iſta applicantur viliſſima? Contra quos dicit Apoſtolus, quod

Digitized by Google

quod nemo militans Deo ſecularibus negotiis ſe implicet. Et *Eſai. 61.* Vos ſacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Domini Dei noſtri, & non hominũ in his ſecularibus immundis negotiis. Et habetur 11. *quæſtio. 3. cap. Abſit, vt quicquam ſiniſtrum de eis arbitremur, qui Apoſtolico gradu ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos Chriſtiani ſumus, qui claues regni cœlorum habentes ante iudicii diem iudicant.* Ita, quod in veteri lege habetur: Quod, quicunque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus, lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruore. *Deuteron. 17. 16. quæſtio. 1. c. ſi clericatus.* dicitur, Qui ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, &c. Et habetur *in c. ſacerdotes. 6. quæſtio. 1.* vbi Hieronymus dicit: Non eſt humilitatis meæ, neque menſuræ, iudicare de cæteris, neque de miniſtris Eccleſiarum ſiniſtrũ quippiam dicere. Et habetur *in c. ſacerdotibus. 2. quæſtio. 3.* Quod ſacerdotes, qui proprio ore Corpus Domini conficiunt, ab omnibus ſunt timendi, non dilacerandi, nec detrahendi. Et beatus Gregorius Munatio Imperatori ſic ſcribit, dicens: Sacerdotibus non ex terrena poteſtate Dominus noſter citius indignetur, ſed excellenti conſideratione propter eum, cuius ſunt ſerui, ita eis dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquiis ſacerdotes aliquando Dii, aliquando angeli nuncupantur. Quoniam ſcriptũ eſt *Exod. 22.* Diis non detrahes, id eſt, ſacerdotibus, vt exponit text. *in c. ſacerdotib. 11. quæſt. 1. & in c. cum ex iniuncto circa med. de hæret. & in c. futura. 12. q. 1.* Et Propheta Malach. 3. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, iuſtitiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt.* Vocantur etiam miniſtri Dei, vnde dicitur *Eſai. 61.* Vos ſacerdotes Domini vocabimini miniſtri Dei. Aliis nominibus vocantur, quæ colliguntur *in c. 1. 43. diſtinct.* Paſtor enim eſt; quia paſtor, dum lupum videt venientem, non debet aufugere, id eſt, loquenda tacere, & ſic aliorum vitia palpare. Canis etiam dicitur; quia latratu prædicationis debet lupos arcere à gregibus, ne cadat ſuper eas, vnde illud *Eſai. 55.* Canes muti non valentes latrare. Propheta etiam dicitur; quia miniſteria ſacræ ſcripturæ exponere debet, hoc eſt enim prophetare, vt gloſſ. 1. *ad Corinth. 14.* Et plura alia vide per Ioan. de Turrecrem. *in ſumma diſt. 43. verſic. hæc autem.* & dicit Archidiac. *in c. qui ſ quis. 12. quæſt. 3.* quod ſacerdotes, quandoque vocantur Chriſti, id eſt, vncti, quandoque dii, quandoque angeli, quandoque vicarii ſeu miniſtri Dei. 33. *quæſt. 5. c. vlt.* quandoque ſucceſſores Apoſtolorum *c. abſit. 11. quæſt. 3.* quandoque ſucceſſores diſcipulorum, *c. chorepiſcopi. 68. diſt.* Ex quo ergo ſunt multum honorandi & reuerendi, quos non ſolum reueriti ſunt Principes fideles, vt infra dicam: imo etiam infideles.

Recitat enim Magiſter hiſtoriarum, quod cum Alexander capta Gaza iret Ieruſalem, ſacerdos orabat pro gente ſua: cui Dominus apparens in ſomnis ait, ne diffideret, ſed in Deo altiſſimo confideret, & ciuitatem cereis ornaret, & Pontificalibus indutus, Alexandro obuiam pergeret. Quod adueniente ſic fecit, cum ſacerdotibus & ciuium multitudine. Quem cum Alexander Magnus videret Pontificalibus indutum, & laminam deſuper caput eius videret, in qua erat ſcriptum nomen Domini *Tetragrammaton*, deſcendit de equo, ſolus cum ſacerdote abiit in ciuitatem ſanctam, & in Salomonis tẽplo nomen Domini Dei cœli & terræ adorauit, cuius Principatũ ſic indutus ſacerdos ſacris indumentis tenet: & quærentibus ſuis militibus, cur ſic feciſſet in hac ciuitate, & huic ſacerdoti, & non aliis? ſic reſpondit: Quia in ſomno Deũ in tali habitu vidi, qui mihi Principatum Perſarum daturum ſe promiſit. Et de hac hiſtoria aliquid recitat Benedicti *in ſua repetit. cap. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num. 248. de teſta.* Ex ſupradictis enim ſatis patet, quod ſacerdotes ſunt honorandi ex ſui inſtitutione; cum ex illa ſint ſubrogati in locum paſtorum Chriſti animarum, & ſic repræſentant perſonam Chriſti. Ideo dicitur in *c. oues. 6. q. 1.* Oues paſtorem ſuum

non

Digitized by Google

non reprehendant, plebs Epiſcopum ſuum non accuſet, nec vulgus eum accuſet: quia nõ eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Vide Bern. de Buſtis *in 2. part. ſui Roſar. ſerm. 25. in litera M.* vbi etiam recitat hiſtoriam prædictam.

Tertia conſideratio. Quod ſacerdotes ſunt honorandi ratione meditationis: quoniam, vt ait S. Thom. *in 3. par.* relatus per Ioan. de Turrecr. *in c. ſacerdos. de conſec. diſtin. 2.* Proprium ſacerdotis eſt, eſſe mediatorem inter Deum & populum, in quantum legem diuinam populo tradit: Vnde ſacerdos dicitur, quaſi ſacra dans, ſecũdum illud Malach. 2. *Legem requirent ex ore eius,* ſcilicet ſacerdotis. Et iterum, in quantum preces populi Deo offerunt, & pro peccatis populi Deo aliqualiter ſatisfaciunt. vnde Apoſtolus dicit ad Hebr. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Et etiam, vt dicit S. Thom. *in 4. diſtinct. 14. & 25.* Sacerdotes orant pro nobis, vt Deus noſtri miſereatur, & nobiſcum pacificetur: vt patet *de celeb. miſſ. c. presbyter. 21. diſtinct. c. 1. & 2.* & habetur plene per Bernard. de Buſtis, *in 2. part. Roſarii, ſerm. 25. in litera N.* Et, vt practice loquamur, ſacerdotes ſunt quaſi os commune populi, quo plures Deo loquuntur. Et ideo ſemper in ſuis publicis orationibus dicunt, *quæſumus,* & non, *quæſo: oremus,* & non, *oro,* &c. Sunt enim tanquam publica perſona, ſemper pro populo orantes ex vinculo charitatis.

Sicut enim Angelus eſt medium inter Deum, & animam ſeu populum; ſic & ſacerdos huius mediationis tenet officium atque exercitium. Vnde, vt dixi, ſacerdos dicitur, quaſi ſacra dans, ſacra docens, ſacer dux, vt dicit Ant. Flor. *in 3. part. ſummæ. tit. 14. c. 7. §. 1.* & continentur hæc in his verbis:

Sacris dotatus, vel ſacris deditus, atq; ſacra dans,
Sacra docẽs, ſacra dos, vel dux ſacer eſto ſacerdos.

Etiam licet ſit peccator, tamen ex officio In alios transfundere debet, vt dicit Magiſter ſentent. *in 4. diſt. 9.*

Qvarta conſideratio. Sacerdotes ſunt honorandi, ratione principalitatis, & vtilitatis: quia principales ſunt apud homines, pro eorum ſalute procuranda. Sicut enim officium capitis eſt, influere ſingulis membris vitam, & ſenſum, quibus corpus regitur, & in ſuo eſſe manutenetur: ſic & ſacerdoti, ſacræ ſcripturæ ſenſum, in verbo Dei contentum, & vitam diuinæ gratiæ, & ſalutiferæ, licet Dei populo ex officio ſibi credito diſpenſare, & adminiſtrare. Ideo dicitur ſacerdos, quaſi ſacra dos, aut ſacra dans, vt dictum eſt.

Et ideo vtilitatis: quia vtiles ſunt in populo Chriſtiano, quem à manibus peccatorum, & ſordibus conſcientiarum immundarum, purgant, & tanquam ſpirituales medici, à variis ſanant languoribus. Sunt enim ſummi Regis ſeruitores, & filii excelſi, Pſalm. dicente: *Dii eſtis, & filii excelſi omnes.* ſuper quibus Deus, & ſuper faciem eorum imponit honorem ſuum, *Eccleſ. 4. cap.*

Et, vt quidam dicũt, legitur B. Franciſcum dixiſſe, quod ſi obuiaret ſimul angelo, & ſacerdoti, plus debitam reuerentiam viro ſacerdoti inferret, quam angelo Dei. Multi tamen ſunt mordentes ſacerdotes, propter vitia alia aliquorum, ſed vadãt ad Gregorium, de quo *in c. multi ſecularium. 1. q. 1.*

Sed quicquid ſit, aut quid de eis dici poſſit, periculoſius, & damnoſius eſſet, non habere ſacerdotes, quam habere etiam malos. Quoniam, vt etiam dicit S. Thom. *3. part. ſum. q. 82.* quod etiam oratio ſacerdotis peccatoris, prodeſt populo, cum orat tanquam perſona publica.

Quid enim modernis temporibus ſequeretur, ſi ceſſaret verbum Dei à populo, quod à multis eccleſiaſticis, licet peccatoribus, quotidie in Eccleſiis populo proponitur, qui velut ſpina roſam producunt? Igitur verbum Dei à ſpina mali extrahe, & odorem eius carpe.

Quid ſi ceſſarent etiam tantæ miſſæ à malis eccleſiaſticis fortaſſis quotidie celebratæ?

Quis tam, tanta, & etiam tot tradere quotidie populo Chriſtiano ſanctiſſima ſacramenta, quibus ad Dominum poſt offenſam reuertimur, & ab eo tam benigne ſuſcipimur, & ideo in lucem debeant coram hominibus exhibere? *Matth. 5.* Ita quod non auaritia

ritiæ ſtudere debent, nec aliis vitiis. Contra quos inuehitur *Hier.6.*

Veruntamen, quantumcunque ſint mali; tamen quia miniſtri Dei ſunt, & perſonam eius repræſentãtes, præcipue in baptizando, in abſoluendo, in cõfitendo, in adminiſtrando ſacramenta eccleſiaſtica, ſunt ſemper honorandi. Cum enim mittitur à Rege, non attenditur ad qualitatem eius, ſed ad dignitatem mittentis, hæc dicit Ant. Flor. *in 3. par. ſua ſum. tit. 14. c. 7. §. 1. in fin.* vbi ponit quomodo ſunt honorandi, & maxime propter neceſſitatem, cum ſacerdotium fuerit neceſſarium pro vtilitate Reipub. vt dicit Io. de Turrecr. *in c. ius publicum. 1. diſt.*

QVinta cõſideratio. Sacerdotes ſunt honorandi exemplo ſacerdotum paganorum, & infidelium. Si enim tales honorabantur, & venerabantur propter figuram ſacrificiorum, quæ ſuis manibus tractabant; quanto magis nunc ſunt honore digni propter dignitatem verorum ſacramentorum, quæ veraciter miniſtrant? Vnde & Dominus noſter *Lucæ 16.* cum decem leproſos curaſſet, dixit eis: *Ite, oſtendite vos ſacerdotibus.* & *93. diſtinct.* dicitur: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Rex, Iudex, & Deus noſter vſque ad diem paßionis ſeruauit honorẽ Pontificibus & ſacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem ſeruaſſent.* Nam, cum leproſum mundaſſet, dixit illi: *vade & monſtra te ſacerdoti, & offer munus.* Nam humilitatem humilis nos docuit, Sacerdotem appellat, quem ſacrilegum eſſe ſciebat. Nonne infideliſſimus, qui Deos ligneos, & lapideos colebat, etiam ſacerdotibus honorem tribuebat: Imo etiam licet nequiſſimus, voluit ſacerdotes Iudæorum in Ægypto educari de ſuo ærario publico *c. non minus. de immun. eccl.* De huiuſmodi honore, ſacerdotibus attribuendo, dicit Ambroſius. Honor, fides, & ſublimitas Epiſcopalis, imo & ſacerdotalis, nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regum fulgori compares, & Principum diademati, id eſt, Regiæ poteſtati, longe erit inferius, quaſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, cum videas Regum colla, & Principum ſubmitti genibus ſacerdotũ, & oſculata eorum dextra credunt eorum orationibus ſe communicari, & poſſe iuuari. de quibus ait Greg. *96. diſtinct. c. Quis dubitet ſacerdotes Chriſti Regum, & Principum omniumque fidelium patres, & magiſtros cenſeri?* Ideo qui eos accuſant, & damnant, Dei ordinationẽ accuſant, & habetur *in c. in ſcripturis. 96. diſtinct.* de Conſtantino Imperatore fideliſſimo, qui cum cõcilium ſacerdotum in Eccleſia congregaſſet, ſeu conuocaſſet, tantum eos reueritus eſt, quod nec auſus eſt primum locum inter eos tenere, nec ſe presbyterorum commiſcere ſedibus, ſed nouiſſimam occupauit. Conciliationes verò, & rationes, quas ab eis approbatas audiuit, ita veneratus eſt, ac ſi de diuino maieſtatis iudicio vidiſſet. De quo narrat etiã hiſtoria ſcholaſtica: quia cum ei fuiſſent ſcriptæ accuſationes contra Epiſcopos, libellos quidem accuſationum accepit, & eoſdem qui accuſati fuerant Epiſcopos conuocatos, in conſpectu eorum libellos incendit, & in ignem proiecit, dicens: *Vos cauſas veſtras iudicate & diſponite; quia non eſt dignum, quod nos iudicemus Deos.* de quo ſupra dicit in ſcripturis. Et non eſt dubium, quod in perſonis eorum ſunt à laicis honorandi, ita quod non licet eos tangere, nec cognitionem cauſarum eorum accipere, nec etiam quo ad bona eorum moleſtiam inferre. De quibus omnibus cum ſint ampliſſime tractata, quomodo Rex noſter in aliquibus habet cognitionem, & quomodo vtatur, vide ample Guiliel. Benedicti *in ſua repet. c. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. in quinque ampliſsimis deciſionibus, ſeu concluſionibus ibi poſitis. de teſtam.* quæ cum ſint quodammodo extra materiam, nihil aliud dico. Et etiam dixi *in commento conſuetudinum ducatus Burgund. in tit. Des iuſtices & droictz d'icelles. §. 6. in gloſſ. S'il n'a grace du Prince.*

SExta conſideratio eſt, quod ſacerdotes ſunt honorandi vltra omnes alias perſonas huius mundi propter eorum poteſtatem, quam habent, quæ excedit omnes alias poteſtates. Ipſi enim ſoli habent poteſtatem corpus Chriſti cõficere, quæ nulli alteri creaturæ poteſt conuenire, cuiuſcunque ordinis

vel dignitatis exiſtat, vt declarat Ioan. Scotus *in 4.d.13. Alex. de Hal. in 4. part. ſum. in tract. de Eucharistia*. Bonauētura *in 4.ſent.d.13.* Richardus *ibi art.1.quæſt 2.* text. *in ca.1.§. vna vero extra de ſumma trinitat. & fid. catholic. c. perlectis. 25. diſtinct.* Tanta eſt enim ſacerdotum poteſtas & virtus, quæ omnes dæmones infernales ſuperat: & tamen vnus ex minimis eorum maiorem habet poteſtatē, quam omnes homines mundi. Quoniam, ſecundum doctrinam Scoti, *in 2.* vnus minimus angelorum, ſiue bonorum ſiue malorum, poſſet ex ſua naturali poteſtate mouere vnum cœlum, Domino permittente. Et tamen, vnus minimus ſacerdos, habet maiorem poteſtatem, omnibus illis. Nituntur enim dæmones cœlum claudere peccatoribus: ſed poſtquam clauſum eſt, ſacerdos ſacramentum pœnitentiæ miniſtrādo, cœlum per confeſſionem aperit, ita, quod quando vnus peccator eſt à ſacerdote abſolutus, totus infernus illi peccatori paradiſum clauſum tenere non poſſet. In cuius ſignum, cum ſacerdotes ab Epiſcopo ordinantur, poteſtas clauium cum eodem gradu ſacerdotali miniſtratur, vt habetur 4. *ſentent. d.19.* Quod & Petro Dominus annuit, cum dicit: *Tibi dabo claues Regni cœlorum, & portæ inferni non præualebunt aduerſus, &c.*

Secundo, ſacerdotalis dignitas ſuperat omnem poteſtatem angelorum: quia vt dictum eſt prius, licet vnus angelus poſſit vnū cœlum mouere; tamen non poteſt vnum ipſorum cœlorum ad terram transferre, ſicut radius ſolis emiſſus ab ipſo in terram. Sacerdos cito, & ſubito corpus Chriſti verum trahit à cœlo ſummo, ad terram in altari, tanta temporis breuitate, & tam cito, ſicut fit lucis ſolaris diffuſio, vt habetur *in 4. ſententiar. d.19.* imo vere ſuperat poteſtatē archangelorum, quorum poteſtas & officium eſt, mittere ipſos angelos ad terram, vt ait Dionyſius *in angelica hierarchia*: ſic & ſacerdos poteſt eos trāſmittere de cœlo ad terram, cum digniſſima celebrat ſacramenta, in quibus Chriſtum glorioſum, de ſuis cœlis, manibus tractando, facit deſcendere, vt dicitur *in 4. ſent. diſtinct.11.* Agnoſcens Auguſtinus, & videns hāc dignitatem, *in lib. de eccleſiaſticis dignitatibus*, inquit: *O ſacerdos Dei, ſi altitudinem cœli contemplaris, altior es. Si pulchritudinem ſolis, lunæ, & ſtellarum reuereris, pulchrior es. Si diſcretionem angelorum, diſcretior es. Si omnium dominorum ſublimitatem, ſublimior es: ſolo tuo creatore inferior es.* Bernardus quoq; *in ſermone de octaua parte*, ait: *O quantam dignitatem & quantam nobilitatem, quantumq́, donum, contulit vobis Deus.*

O ſacerdotes, prærogatiuam enim ordinis veſtri prætulit Deus omnibus Regibus, & Imperatoribus terræ, prætulit ordinem veſtrum omnibus ordinibus mundi: imo, vt altius loquar, prætulit vos Deus omnibus ordinibus angelorum, omnibus angelicæ Hierarchiæ. Sicut enim non angelos, ſed ſinum Abrahæ apprehendit, ad faciendam redemptionem; ſic, non angelis, ſed hominibus ſolisque ſacerdotibus commiſit dominici corporis, & ſanguinis conſecrationem.

Item, etiam excedunt poteſtatem Virginis Mariæ, cui non inuenitur data hæc poteſtas, vt ample denotatur per Bern. de Buſtis *in 2. part. ſui Roſar. ſerm.25. in litera O. P. Q.* vbi ponit de poteſtate ſacerdotum, & ibi quomodo ſunt honorandi, etiam ſi ſint mali: *O igitur veneranda ſacerdotis dignitas in terra, in cuius manu, velut in verbo beatæ Mariæ Virginis, filius Dei incarnatur. O cœleſte myſterium, per quod Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, tanta mirabilia operatur, ita, quod ſubito idem Dominus, qui in cœlis reſidet, in manibus ſacerdotis ſacrificatur. De quo angelus admiratur, horret infernus, contremiſcit diabolus: quam revereri etiam plurimum debet omnis humana, atque mundana celſitudo.* Hæc ſunt verba Bernardi, quæ recitat Bernardinus de Buſtis *in ſuo Roſario, in 2. part. in ſerm. 23. in principio illius ſermonis.* Et dicit, quod quantum ſint venerandi ſacerdotes, apparuit ex viſione cuiuſdam pueri Mantuani, qui à ſeptem annis vſque ad duodecimum, quaſi quotidie in miſſa, vidit ſacerdotem corporis, & ſanguinis Domini, circumdatum à duobus angelis: qui in capite eius tenebāt vnam pulchram coronam, donec recepiſſet ſacramentum illud benedictum. Et dicit Io. Gerſon *lib. 4. de imitatione Chriſti,*

Chriſti, c. 5. Quando ſacerdos celebrat, Deum honorat, & angelos lætificat, Eccleſiam ædificat, viuos adiuuat, defunctis requiem præſtat, & ſeſe omnium bonorum participem facit. Quæ omnia conſiderans beatus Franciſcus allegatus per Bernardinum de Buſt. *in quadam epiſtola ſua directa Capitulo generali,* ſcripſit fratribus ſuis dicendo: *Audite fratres, ſi beata Virgo Maria ſic honoratur, vt dignum eſt, quia Chriſtum portauit in vtero, & ſi beatus Ioan. contremuit, & non auſus eſt contingere Dei verticem. Si ſepulchrum Chriſti in quo per aliquod tempus iacuit, ſic veneratur, quantum debet eſſe homo ſanctus, iuſtus & dignus, qui non iam moriturum, ſed in æternum viuentem, & glorificatum, in quem deſiderant angeli conſpicere, contrectat manibus, corde, & ore ſumit, & aliis ad ſumendum præbet?* Videte ergo dignitatem veſtram ſacerdotes, & ſancti eſtote; quoniam Dominus Deus veſter ſanctus eſt, & ſacerdos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedech. Imo etiam fuit ſacerdos ex 22. deputatus in templo Salomonis, prout dicit Lactantius, referendo quoddam dictum mirabile de quodam Iudæo, quem tentabat quidam Philoſophus Chriſtianus, ad fidem allicere Chriſtianam. Quod quidem mirabile refert etiam quidã nouus doctor, *in ſuo tractatu de doctoribus*, qui dicitur Petrus de Leſuanderie, *in 4. part. q. 86.* ſic dicens.

Tempore Iuſtiniani Imperatoris Chriſtianiſſimi, factus eſt homo quidam inter Iudæos princeps, & nomen Theodoſius erat. Is, cum & Imperatori, & pleriſque notus eſſet, tum vel maxime Philoſopho cuidam amicus atque familiaris, cum, & ſæpe à Philoſopho adhortatus fuiſſet Theodoſius, vt Chriſtianam fidem, miſſa Iudaica perfidia, ſequeretur: tum vero, impenſius die quadam ad eum ſic eſt locutus: *Quamobrem*, inquit, *Theodoſi, cum vir ſis ſapiens, & apprime peritus legis, & prophetiarum, ſciaſq; omnia legis, & prophetarum, in Ieſu Domino conſummata fuiſſe, Chriſtianam veram religionem non ſequeris, quæ te ad ſalutem recta via perducere poteſt: Mihi autem perſuadeo, quod ignorantia ſcripturarum te nõ teneat. Propterea crede in Saluatorem Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, ne in perfidia permanens, reus efficiaris æternæ pœnæ.* Ad quẽ Iudæus: *Gratias*, ait, *ago, habeoq; tibi Philoſophe, quod ſalutem quæritans magnopere Chriſtianum conatu efficere. Quapropter, tanquam ſi coram Deo eſſem, qui nouit ſecreta cordium, ſyncere, ac ſine dolo, cum omni veritate, verba hæc tibi faciam. Quod itaque Ieſus à lege prophetiſq; prophetizatus, etiam à vobis Chriſtianis adoratus, aduenit, certus admodum ſum tibique tanquam vero amico, profiteor. Sed humana quadam opinione detentus Chriſtianus non fio. Et ob hoc memet contemno. Nunc enim cum ſim Iudæus, Princeps ſum Iudæorũ, in maximis honoribus, in plurimis facultatibus, in omnib. denique quæ ad vitam bene degendam pertinent, cõſtitutus. Factus autem Chriſtianus omnibus his priuarer, quæ in vita humana iudicantur bona. Nam etſi Patriarcha vniuerſalis Eccleſiæ eſſem, non me putarem tot tantiſq; fruiturum bonis. Ne igitur præſẽtibus bonis priuer, futuram contemno vitam, & male quidem agens. Vt vere verbis meis fidem faciam, confiſus in noſtra perpetua beneuolentia, aperiam tibi maximum arcanũ inter nos Hebræos abſconditum. Ex quo certo ſcimus Chriſtũ à vobis adoratũ, illũ eſſe, quẽ lex atq; prophetæ præconizauerũt: nõ ſolũ ex his, quæ de illo ſcripta ſunt, ſed etiam ex ſcripto inter nos myſterio abſcondito:*

Myſterium itaque hoc eſt.

Antiquis tẽporibus, cũ tẽplum in Ieruſalẽ conſtruebatur, mos erat Iudæis, vigintiduos ſacerdotes in tẽplo cõſtituere, ſcilicet tot numero, quot literas habemus. Vnde & diuinos codices viginti duos numeramus. Erat igitur in tẽplo Codex, in quo vniuſcuiuſq; nomen ſacerdotis, cognomenq; ſcribebatur: itẽ patris atq; matris. Mortuo vero aliquo ſacerdote, reliqui in tẽplo cõueniebãt, eligebãtq; aliũ in demortui locũ, numerũ ſacerdotalem adimplẽtes, electumq; in codice ſcribebant. Verbi gratia: Calendis Septembris deceſſit Iſaac, Beniamin, Abrahę Saræq; filius ſubrogatus eſt in eius locum Samuel Ezechiel, Salomonis Vriæque filius. Hac itaque conſuetudine, inter Hebræos durante, euenit eo tempore, quo Ieſus in Iudæa erat, vnum ex 22. ſacerdotibus diem ſuum obiiſſe, antequam cœpiſſet ſe notum facere, doceretque vt in ſeſe crederẽt. Cõuenientib. itaque ſacerdoti-

cerdotibus ad electionem, & vnoquoque ex ſententia digniorem proponente, reliquiſq; non approbantibus, quod neminem ad integram perfectamq; ſacerdotalem virtutem inueniebant. Quippe aut prudens erat, boniſque moribus, vitaque modeſta probatus, ſed ignorantia legis ac prophetarum indignum ſacerdotio iudicantes: aut è diuerſo, vt eruditus, ſed haud probatæ vitæ. Hoc itaque modo, multis improbatis, vnus ad electionem aſſurgens, ſic eſt locutus: Multos, inquit, patres nominaſtis, ſed dignum neminem iudicaſtis. Ego vero Ieſum filium Ioſeph propono, eligoque, ætate quidem iuuenem, cæterum & vita honeſtiſſima, & bonis integerrimis moribus, & doctrina perfecta, egregie ornatum. Mea enim ſententia, nemo vnquam par huic viſus eſt, aut in ſcripturarum eruditione, aut in vitæ morumque integritate, quod omnibus Ieruſalem habitantibus, clarum ac manifeſtum eſt. Hac oratione audita, reliqui ſacerdotes ſententiam probauerunt, Ieſumque in ſacerdotem receperunt, digniſſimum omnium ſacerdotio iudicantes. Dicebant tamen quidam, eum non eſſe de genere Leui, ſed ex tribu Iuda, credenes, filiũ eſſe Ioſeph, qui ex tribu Iuda erat. Non enim licebat cuiquam ſacerdotalem dignitatem aſſequi, niſi eſſet ex tribu Leui. Sacerdos vero, qui eum propoſuerat reſpondens, mixtum affirmauit genus eſſe. Multis enim antea ſeculis, mixtionem quãdam factã fuiſſe duarum tribuum, & exinde genus Ioſeph deſcendere. Hoc dicto approbantes reliqui ſacerdotes, Ieſum in defuncti ſacerdotis locum ſacerdotem conſtituere, conſuetudine itaque exiſtente, non ſolum nomen creati ſacerdotis in codice ſcribere, verum etiam patris atq; matris, oportuit eos parentes vocare, & ex ipſis ſua nomina ſcire. Sacerdos, qui Ieſum propoſuit, patrem eius Ioſeph deceſſiſſe dixit, ſolumque matrem viuere: matre in concilio accerſita, rogataque nomen perferre, teſtarique, an Ieſus eius filius ſit, & quo patre genitus. Maria reſpondit, Ieſum filium eſſe meum fateor, ego enim peperi eum, cuius rei teſtes fide dignos adducere poſſum eos, qui in partu meo affuerunt. Quia autem patrem in terris non habet, vel in hoc dignoſcere poteſtis: virginem enim me exiſtentem, in Galilæa angelus Domini non dormientem, ſed vigilantem inueniens, euangelizauit mihi ex Spiritu ſancto me concipere filium, cuius nomen iuſſit vocare Ieſum. Virgo itaque concepi, virgo peperi, & virgo permanſi. His auditis, accerſitiſque obſtetricibus fideliſſimis, iuſſerunt ſacerdotes, vt quã diligenter perſcrutarentur, ſi Maria virgo eſſet. Obſtetrices, re vera inuenta, affirmarunt virginem eſſe: hi etiam adducti, qui in partu teſtificati ſunt, Ieſum Mariæ filium eſſe. Stupentibus itaque ſacerdotibus de his, quæ de partu Mariæ teſtificabantur, iterum rogata eſt ab eiſdem, qui dixerunt, fare, age, confidenter ore tuo Maria, cuius ac cuius eſt filius, vt ſic eum ſcribamus. Quos enim nobis dixeris parentes, illos & non alios conſeribemus. Maria autem reſpondens vere ait: Ego enim peperi inſcia in terra de patre eius. Sed ab angelo audiui eſſe filiũ Dei. Filius eſt ergo meꝰ innuptæ Mariæ virginis, & filius Dei. His dictis codicem adduxerunt & conſcripſerunt. Die tali, talis ſacerdos deceſſit filius, talis ac talis. In eius locum omnibus ſuffragiis, ſubrogatus eſt ſacerdos, Ieſus filius Dei viui, & Mariæ virginis. Hic codex in deſtructione Ieruſalem diligentia Principum Iudæorum, ſaluatus eſt. & nunc eſt Tyberiade paucis admodum Iudæis, & illis quidem fidelibus hanc rem ſcientibus. Mihi vero, tanquam Principi magiſtro gentis, reuelatum eſt. Non enim ſolum ex lege, atque prophetis cognoſcimus, certique ſumus, Chriſtum à vobis Chriſtianis adoratũ, filium eſſe Dei viui, qui propter ſalutẽ mũdi in terrã deſcendit: verũ etiã ex ſcriptione quæ vſque ad hodiernũ diem permanet in Tyberiade.

His à Iudæo relatis, mox Chriſtianus diuino zelo commotus, ad ſacratiſſimum Imperatorem proficiſci voluit, eique omnem rem pandere, vt ſupradictum codicem ex Tyberiade miſſis illuc legatis, acciperet ad arguẽdum Iudæorum perfidiam. At Iudæus: rem, inquit, prorſus impoſſibilem aggredi conaris,

naris. Omnia enim Iudæi magis patientur, quam huiuſmodi codicem tradans. Quod ſi vis maior eos ſuperauerit, codicem corrumpent. Noli igitur eſſe cauſa magnorum malorum. Ego enim tibi huiuſmodi rem, tanquã vero amico communicaui, vt cognoſcere poſſes, me fidem Chriſtianam non ignorantia relinquere, ſed vana quadam gloria. Philoſophus itaque vera eſſe credens, quæ à Iudæo audiuerat, Imperatori quidẽ nunciauit nihil, ne Imperator Chriſtianiſſimus fruſtra graue ſuſciperet bellum: pleriſque vero amicorum, rem omnem ordine narrauit, quibus referentibus, nos quoque omnia accepimus. Curauimus per quã diligẽter inueſtigare, cui veram narrationẽ Iudæus retulerit de huiuſmodi ſcriptione ſacerdotis, & inuenimus Ioſephum in hiſtoria *de captiuitate Iudæorum*, cuius ſæpe meminit Euſebius Cæſarienſis *in Eccleſiaſtica hiſtoria de captiuitate*, dicentem *in cõmentariis ſuis*, quod Ieſus in templo cum reliquis ſacerdotibus ſanctificabat. Hoc itaque apud Ioſephum inuenietis, virũ antiquum, & parum poſt apoſtolos florentem. Quæſiuimus etiam inuenire hunc ſermonem in ſacra ſcriptura confirmatum: inuenimus igitur in ſanctiſſimo Euangelio Lucæ, quod cum eſſet ingreſſus Ieſus ſynagogam Iudæorum, datus eſt liber, & legit Eſaiam prophetam dicentem: *Spiritus domini ſuper me, cuius gratia vnxit me, & euangelizare pauperibus miſit me.* Quare animaduertimus, quod niſi ordinem aliquem ſacrũ habuiſſet Ieſus inter Iudæos, ſibi datus non fuiſſet liber, vt in ſynagoga legeret ad audientiam populi. Nam neque nobis Chriſtianis licet in Eccleſia ſine aliquo ſacro ordine legere. Quamobrem credere licet, veram eſſe Iudæi narrationem. Hęc ſunt, quæ dicuntur per Lactantium, & narrantur de verbo ad verbum. Qui etiam de Chriſto, vltra ea, quæ ſunt ſcripta apud nos, ponit duas epiſtolas, mentionem de eo facientes, & de eius vera conuerſatione, ſtatura, & geſtis. Vna videlicet Lentuli ad ſenatum Romanũ, altera Pilati, ad Claudium Tiberium Imperatorem, quas inſerere hic volui, licet quodammodo extra propoſitum.

Prima; videlicet Lentuli ad ſenatum Roman. hæc eſt: Apparuit iſtis temporibus, & adhuc eſt homo magnæ virtutis, nominatus Chriſtus Ieſus, qui dicitur à gentibus propheta virtutis, quem eius diſcipuli vocant filium Dei, ſuſcitans mortuos & ſanans omnes languores. Homo quidem ſtaturæ proceræ, mediocris & ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentes poſſunt diligere & formidare, capillos habens coloris nucis auellanæ præmaturæ, & planos fere vſque ad aures, ab auribus vero concinnos & criſpos aliquantulum cœruleiores & fulgentiores ab humeris ventilantes, diſcrimen habens in medio capitis, iuxta morem Nazaræorum. Frontem plenam & ſereniſ. cum facie, ſine ruga & macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat. Naſi & oris nulla eſt prorſus reprehenſio, barbam habens copioſam, & impuberem, capillis concolorem, non lõgam, ſed in medio biffurcatam. Aſpectum habens ſimplicem & maturum, oculis glaucis, variis & claris exiſtentibus: in increpatione terribilis, in admonitione blandus & amabilis, hilaris, ſeruata grauitate, qui nunquam viſus eſt ridere, flere autem ſic. In ſtatura corporis propagatus rectus, manus habens & brachia viſu delectabilia, in colloquio grauis, ratus, & modeſtus, ſpecioſus inter filios hominũ. Et in hoc vltimo, concordat cum propheta Dauid, Pſal. 44. *Specioſus forma præ filiis hominum.* Iſta pro certo eſt ſingularis & admirabilis deſcriptio illius, & multum honoranda. De qua vide etiam Bened. *in rep. c. Rayn. in ver. mortuo itaque teſtatore le premier. num. 275. de teſtam.*

Alia eſt epiſtola Pilati ad prædictũ Claudium Tyberium, quæ talis eſt: Pontius Pilatus Claudio Tyberio ſalutem. Nuper accidit, quod ipſe probaui, Iudæos per inuidiam, ſe ſuoſque poſteros crudeli damnatione pereniſſe. Cum enim promiſſum haberent patres eorum, quod Deus illorum mitteret per virginem ſanctum ſuum filium, qui Rex eorum merito diceretur, hunc me præſente miſit in Iudæam. Quem cum vidiſſent cæcos illuminaſſe, leproſos mundaſſe, paralyticos

Digitized by Google

And. Barb. *in c. cum adeo. in gl. pen. de reſc. col. 5.* & ibi Felin. *in cap. ſuper his. in vlt. col. extra de accuſ.* Tertio facit; quia licet Iudęus factus Chriſtianus in ęgritudine non poſſit presbyter ordinari; tamen fallit ratione ſanctitatis vitæ. tex. eſt ſingularis *in c. 1. 45. diſtinct.* Lud. Rom. *in ſing. ſuo 423.* Multa ad hoc ſunt cumulata per Doctores modernos, videlicet per Felin. *in c. ſuper his. in fin. de accuſat. & in d. c. cum adeo. & in c. cauſam. 2. extra, de off. deleg.* per dom. meum Iaſon. *in l. iubemus. col. 2. C. de iudic. & in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. ſciendum. colum. 8. ff. de verbor. obligat.* quæ cum ita ſatis ſint congeſta, non repeto.

Tertiæ partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.

QVARTA HVIVS LIBRI PARS ERIT DE LAVDE, GLORIA, HONORE ET ORDINE ECCLEſiaſticarum perſonarum inter ſe: & ad omnes alios huiuſmodi ſtatus.

Vnam & octoginta Conſiderationes habet.

PRo cuius expeditione præmitto. Cum hæ & omnes huiuſmodi hierarchiæ, ſpirituales & temporales, ſeu ordines huiuſmodi loquẽdo groſſo modo, poſſunt illo modo diſtingui, quo diſtinctæ fuerunt prædictæ hierarchiæ, ſcilicet per tres hierarchias cum ſuis ordinibus: & aliquo modo per ſimile videri poteſt in terreno principatu miniſtrorum, qui ſunt ſub vno Principe. Triplex eſt differentia, hoc eſt, triplices ſunt hierarchiæ, ſeu gradus. Nam quidam operantur immediate circa perſonam Principis. Quidam autem deputantur ad alia officia, puta ad regimen Principatus in communi. Quidam vero ad regimen alicuius partis.

Primus aſſimilatur primæ hierarchiæ. Secundus ſecundæ. Tertius tertiæ. Sed in qualibet hierarchia ſunt tres ordines, quorũ ſufficientia ſic poteſt haberi: Quia videmus, quod inter miniſtros, qui circa Principis perſonam operantur, eſt triplex differentia, in ſtatu ſcilicet ſpirituali, id eſt, eccleſiæ militantis.

Quidam ſunt ſicut aſſeſſores, vt ſunt domini Patriarchæ, & his ſimiles: ſunt illi de ordine ſuperiori, ſcilicet Seraphin, quod interpretatur, *ardens in amore.*

Quidã ſunt ſicut conſiliarii, vt ſunt domini Cardinales, & his ſimiles ſunt illi de ſecũdo ordine, qui dicuntur Cherubin, quod interpretatur *plenitudo ſcientiæ:* quoniam ſciunt omnia, quę fiunt in Eccleſia militante triumphante.

Quidam ſunt cubicularii, & ſeruientes in domo Principis, & his ſimiles ſunt illi de ordine, qui dicuntur Throni. In ſtatu vero temporali

Digitized by Google

porali ſunt in regno noſtro pares Franciæ in prmo ordine, in ſecundo Duces, & alii Principes, in tertio vero ſunt Camerarii & alii officiarii Regis, immediate perſonæ eius ſeruientes, vt ſunt Magiſter domus, & alii ſupremi huius ordinis, ſub quibus multos connumerabimus in diſcurſu huius libri ſuis locis. Vel in iuriſdictione ſunt Cancellarius & Conneſtablus, in primo ordine. In ſecundo Conſiliarii magni conſilii, & Magiſtri Requeſtarum. In tertio Præſides & Conſiliarii curiarum Parlamentalium: & iſti etiam poſſunt poni in ſecunda hierarchia.

Quantum ad ſecundam hierarchiam, ſciendum eſt, quod inter illas, quæ deputantur ad regimen commune totius Principatus, eſt etiam triplex differentia.

Nam ad hoc, quod regimen alicuius communitatis bene & pacifice diſpenſetur, ſunt aliqui tanquam ſententiantes, quid vnicuique debeatur. Veruntamen; quia ſententia debet eſſe efficax, & recta, ideo indiget auxiliante vel adiuuante. Ideo ſunt alii ſententiam exequentes, & executionem facientes, vt nihil ſit impoſſibile, quod per ſententiam determinatur.

Item ſunt alii, vt ſententia ſit recta, tanquam dirigentes conſulentes, & imperant primis. Aſſimilatur tertius ordo ſecũdæ hierarchiæ, qui dicuntur Poteſtates, ſunt Comites, & alii inferiores Barones. Et iſti in ſtatu ſpirituali aſſimilari poſſunt Abbatibus & aliis dignitatibus immediate ſequentes poſt Epiſcopales. In ſtatu vero tẽporali ſunt Comites, & alii inferiores Barones.

Secundis vero ſecũdus, vel medius ordo, qui dicitur Principatus. Et iſti in ſtatu ſpirituali ſunt Epiſcopi, in ſtatu vero tẽporali ſunt Duces, alii ſupra Comites & Marchiones.

Tertiis aſſimilatur primus ordo ſecundæ hierarchiæ, qui dicitur dominationes, quibus attribuitur dirigere & imperare omnibus miniſteriis diuinis. Sic in ſtatu ſpirituali Archiepiſcopi, in ſuis prouinciis qui dirigũt, & imperant in omnibus miniſteriis Eccleſiaſticis, Reges, & alii Principes inferiores, à ſupremo principe, qui ſuas prouincias gubernãt, inter quos ſunt multi, vt dictum eſt ſupra, & dicam infra.

Quantum ad tertiam ſciendum eſt, quod inter illos, qui habent poteſtatem limitatam, & determinatam ad aliquam partem Principatus, triplex eſt etiam differentia. Quidam ad vnam prouinciam ſunt in ſtatu ſpirituali Archidiaconi, & alii inferiores prælati, habentes adminiſtrationem, de quibus infra dicam: & in ſtatu temporali, Barones habentes ſub ſe plures ſubditos.

Quidam ad aliquam partem prouinciæ, vt ſunt in ſtatu ſpirituali Curati, in ſtatu temporali Seneſcalli & Balliui, & his ſimiles.

Quidam autem ad hominem vnum, & hoc dupliciter: aut quantum ad bonũ commune multorum, quod expletur per vnam perſonam, ſicut conceptio virginis, vel ſicut in ſtatu ſpirituali ſunt religioſi Prædicatores, & in ſtatu tẽporali, vt ſunt inferiores omnes, habentes adminiſtrationem à ſuperioribus Iudicibus.

Aut quantũ ad ea, quæ pertinent ad ipſum tantum, vt quilibet ſimplex ſacerdos in ſtatu ſpirituali, & in ſtatu temporali, quilibet ſimplex homo. Primis ſcilicet, Virtutes. Qui ſunt de primo ordine tertiæ hierarchiæ aſſimilantur primi ſupra nominati. Secundis, ſcilicet archangelis aſſimilantur ſecundi: Sic tertiis tertii, vt dictum eſt. Hæc omnia videri poterunt clarius in diſcurſu duarum partium ſequentium. Et hanc æquiparationem, & aſſimilationem in quibuſdã videtur facere Bernard. de Placent. *in ſuo Elucidario miſſæ, in præfatione generali.* vt dicit Hoſtienſis *in ſumma de ordin. ab Epiſc. qui renunciauit Epiſcopat.* §. 1. quod ſunt nouem ordines in Eccleſia militante, ad inſtar Eccleſiæ triumphantis, vbi ſunt nouem ordines angelorum. facit tex. *in ca. ad hoc.* 89. *diſt.* & de diuerſitate graduum & ordinum in Eccleſia Dei, quomodo ſit cõueniens ponit Iodocus *in ſuo Antiluthero, lib.* 2. *&* 3. vbi ample.

PRo ſecunda conſideratione præmittendum eſt, quod Status Eccleſiaſticus in omnibus Statui temporali eſt præferendus: cum ſacerdotes ſint honorandi ab omnibus,

ex quinque cauſis, ſeu ex quinque rationibus.

Primo, ratione inſtitutionis; quia inſtituti ſunt in terris, non ab homine; ſed ab ipſo Deo. Imo, tanquam veri Chriſti Vicarii, non ſolum in lege Euangelica, ſed etiam in lege veteri. Primus enim ſacerdos, qui, iubente Domino victimas obtulit in veteri Teſtaméto, dicitur fuiſſe Aaron, vt patet *Gen.* 14. ſimiliter & Melchiſedech, in lege naturæ, dictus Rex Salem, dicebatur ſacerdos Dei altiſſimi, qui primo panem & vinum obtulit, vt patet *Gen.* 14. & notatur 21. *diſt. c. deniq.* Sed in lege noſtra, Ieſus Chriſtus, volens exire de hoc mundo, rediens ad patrem ſuum, die Iouis ſancta, ſacerdotes inſtituit, & vicarios, in vniuerſo orbe ordinauit, dicendo: *Ite in vniuerſum mundum, docentes omnes gentes, & baptizantes eos, &c.* Quos Regibus & Principibus totius orbis præeſſe voluit, tanquam excellentiores, inter quos adhuc vnum caput & ſummum vicarium ordinauit, ſcilicet B. Petrum in tota Eccleſia Catholica, quando dixit ei Ioan. 2. *Simon Petre amas me:* Reſpondit ei Petrus: *Domine, cum ſcis omnia, tu ſcis quia amo te.* Et dixit ei Dominus: *Paſce oues meas; Quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorũ. Et quodcunque ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cœlis.* Et quomodo Petro in perſonam aliorum ſit data poteſtas ſacerdotibus, & maxime eius Vicario, dicam infra *in conſid.* 6. vbi ponam de præcedentia, excellentia, & honore ſummi pontificis ſupra alios huius mundi homines. Sed redeundo ad propoſitũ. Magna eſt ergo dignitas ſacerdotalis, quæ vicẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti in animabus paſcendis atque regendis in terra habet & obtinet, à ſui prima inſtitutione. Ideo *Eccl.* 7. ad eorum honorem hortatur ſapiens dicendo: *In tota anima tua time Deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. Honora Deum ex tota anima tua, & ſacerdotes illius honorifica.* Et contra eos ſpernentes, ait Dominus, Luc. 10. *Qui vos ſpernit, me ſpernit.* Eſt enim huiuſmodi dignitas ſpiritualis. Et ideo, quanto ſpiritus nobilior eſt corpore, tanto ſacerdotalis dignitas nobilior eſt quacunque, *cap. inter corporalia. extr. de transla. Epiſcopi.* Et hoc eſt quod notatur 96. *diſt. c. duo quidem.* vbi ſic habetur: *Aurum non tam precioſius plumbo, quam regina poteſtate ſit ordo ſacerdotalis altior.* de quo per Alber. de Roſa. *in l. glorioſiſſimo. C. de ſumma trini. & fide Cathol.* Barbat. *in ca. nouit. num.* 142. 143. *de iud.* Præpoſitus *in c. ad verum.* 96. *diſt.* Et etiam habetur *eadam* 96. *diſtinct. c. quis dubitat ſacerdotes Chriſti Regum, & Principum, omniumque fidelium, Patres & Magiſtros cenſeri.* imo per ſacerdotium iubente Domino regalis dignitas eſt ordinata. Vnde 1. *Reg.* 8. dicit Dominus ad Samuelẽ ſacerdotem: Audi vocem eorũ, ſcilicet, filiorũ Iſrael, petentiũ habere ſuperiorem, puta Regem. Et conſtitues ſuper eos Regem. Inde eſt, quod ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem habet inſtituere, vt ſit: & iudicare, ſi bona non ſit: quod probatur per Apoſtolum dicentem *ad Cor.* 7. neſcitis; quoniã angelos iudicabimus, quãto magis ſecularia. Quod etiam notatur *in cap. per venerabilem. extra, qui filii ſint legitim. &* 9. *queſtion.* 3. *c. nemo.* de qua quidem dignitate ait Petrus 1. *Petri.* 2. Vos eſtis genus electum, Regale ſacerdotium, gẽs ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui vos vocauit in admirabile lumen ſuum Chriſtus Ieſus de tenebris. De quo dictus ciuis, & contemporaneus noſter Ioannes de Monthelano, *in ſuo promptuario iuris, in verb. ſacerdos.*

Tanta equidem eſt iſta ſacerdotalis dignitas, vt nedum temporibus noſtris ſed etiam tempore Romanorum, & magnorum magiſtratuum nulli Imperatores aut Reges fuerũt niſi ſacerdotes. vnde *diſtinct.* 21. *can. cleros.* Ante autem quam Pontifex & reges erant, dicitur. Nam maiorum hæc erat conſuetudo, vt Rex eſſet, & ſacerdos, & Pontifex: vnde & Romani Imperatores etiam Pontifices dicebantur.

Sed heu quid dicendum de nobilibus, & Burgenſibus, qui de presbyteris faciunt ſuos receptores, ſuos pincernas, & coquos, & ſtabularios, quorum manus ſacratæ ſanctum ſanctorũ corpus dominicũ quotidie contrectant, cuius expleto officio ad iſta applicantur viliſſima? Contra quos dicit Apoſtolus, quod

Digitized by Google

quod nemo militans Deo ſecularibus negotiis ſe implicet. Et *Eſai.* 61. Vos ſacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Domini Dei noſtri, & non hominũ in his ſecularibus immundis negotiis. Et habetur 11.*quæſtio.*3.*cap. Abſit, vt quicquam ſiniſtrum de eis arbitremur, qui Apoſtolico gradu ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos nos Chriſtiani ſumus, qui claues regni cœlorum habentes ante iudicii diem iudicant.* Ita, quod in veteri lege habetur: Quod, quicunque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus, lapidabatur à populo, aut gladio ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruore. *Deuteron.*17.16.*quæſtio.*1.*c. ſi clericatus.* dicitur, Qui ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, &c. Et habetur *in c. ſacerdotes.* 6.*quæſtio.*1. vbi Hieronymus dicit: Non eſt humilitatis meæ, neque menſuræ, iudicare de cæteris, neque de miniſtris Eccleſiarum ſiniſtrũ quippiam dicere. Et habetur *in c. ſacerdotibus.* 2.*quæſtio.*3. Quod ſacerdotes, qui proprio ore Corpus Domini conficiunt, ab omnibus ſunt timendi, non dilacerandi, nec detrahendi. Et beatus Gregorius Munatio Imperatori ſic ſcribit, dicens: Sacerdotibus non ex terrena poteſtate Dominus noſter citius indignetur, ſed excellenti conſideratione propter eum, cuius ſunt ſerui, ita eis dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquiis ſacerdotes aliquando Dii, aliquando angeli nuncupantur. Quoniam ſcriptũ eſt *Exod.* 22. Diis non detrahes, id eſt, ſacerdotibus, vt exponit text. *in c. ſacerdotib.* 11.*quæſt.*1. *& in c. cum ex iniuncto circa med. de heret. & in c. futura.* 12.*q.*1. Et Propheta Malach.3. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, iuſtitiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt.* Vocantur etiam miniſtri Dei, vnde dicitur *Eſai.*61. Vos ſacerdotes Domini vocabimini miniſtri Dei. Aliis nominibus vocantur, quæ colliguntur *in c.*1.43.*diſtinct.* Paſtor enim eſt; quia paſtor, dum lupum videt venientem, non debet aufugere, id eſt, loquenda tacere, & ſic aliorum vitia palpare. Canis etiam dicitur; quia latratu prædicationis debet lupos arcere à gregibus, ne cadat ſuper eas, vnde illud *Eſai.*55. Canes muti non valentes latrare. Propheta etiam dicitur; quia miniſteria ſacræ ſcripturæ exponere debet, hoc eſt enim prophetare, vt gloſſ. 1.*ad Corinth.*14. Et plura alia vide per Ioan. de Turrecrem. *in ſumma diſt.*43. *verſic. hac autem.* & dicit Archidiac. *in c. quiſquis.* 12.*quæſt.*3. quod ſacerdotes, quandoque vocantur Chriſti, id eſt, vncti, quandoque dii, quandoque angeli, quandoque vicarii ſeu miniſtri Dei. 33.*quæſt.*5.*c. vlt.* quandoque ſucceſſores Apoſtolorum *c. abſit.*11.*quæſt.*3. quandoque ſucceſſores diſcipulorum, *c. chorepiſcopi.*68.*diſt.* Ex quo ergo ſunt multum honorandi & reuerendi, quos non ſolum reueriti ſunt Principes fideles, vt infra dicam: imo etiam infideles.

Recitat enim Magiſter hiſtoriarum, quod cum Alexander capta Gaza iret Ieruſalem, ſacerdos orabat pro gente ſua: cui Dominus apparens in ſomnis ait, ne diffideret, ſed in Deo altiſſimo confideret, & ciuitatem cereis ornaret, & Pontificalibus indutus, Alexandro obuiam pergeret. Quod adueniente ſic fecit, cum ſacerdotibus & ciuium multitudine. Quem cum Alexander Magnus videret Pontificalibus indutum, & laminam deſuper caput eius videret, in qua erat ſcriptum nomen Domini *Tetragrammaton*, deſcendit de equo, ſolus cum ſacerdote abiit in ciuitatem ſanctam, & in Salomonis tẽplo nomen Domini Dei cœli & terræ adorauit, cuius Principatũ ſic indutus ſacerdos ſacris indumentis tenet: & quærentibus ſuis militibus, cur ſic feciſſet in hac ciuitate, & huic ſacerdoti, & non aliis? ſic reſpondit: Quia in ſomno Deũ in tali habitu vidi, qui mihi Principatum Perſarum daturum ſe promiſit. Et de hac hiſtoria aliquid recitat Benedicti *in ſua repetit. cap. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num.*248.*de teſta.* Ex ſupradictis enim ſatis patet, quod ſacerdotes ſunt honorandi ex ſui inſtitutione; cum ex illa ſint ſubrogati in locum paſtorum Chriſti animarum, & ſic repræſentant perſonam Chriſti. Ideo dicitur in *c. oues.* 6.*q.* 1. Oues paſtorem ſuum

non

Digitized by Google

non reprehendant, plebs Epiſcopum ſuum non accuſet, nec vulgus eum accuſet: quia nõ eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Vide Bern. de Buſtis *in 2. part. ſui Roſar. ſerm. 25. in litera M.* vbi etiam recitat hiſtoriam prædictam.

Tertia conſideratio. Quod ſacerdotes ſunt honorandi ratione meditationis: quoniam, vt ait S. Thom. *in 3. par.* relatus per Ioan. de Turrecr. *in c. ſacerdos. de conſec. diſtin. 2.* Proprium ſacerdotis eſt, eſſe mediatorem inter Deum & populum, in quantum legem diuinam populo tradit: Vnde ſacerdos dicitur, quaſi ſacra dans, ſecũdum illud Malach. 2. *Legem requirent ex ore eius*, ſcilicet ſacerdotis. Et iterum, in quantum preces populi Deo offerunt, & pro peccatis populi Deo aliqualiter ſatisfaciunt. vnde Apoſtolus dicit ad Hebr. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Et etiam, vt dicit S. Thom. *in 4. diſtinct. 14. & 25.* Sacerdotes orant pro nobis, vt Deus noſtri miſereatur, & nobiſcum pacificetur: vt patet *de celeb. miſſ. c. presbyter. 21. diſtinct. c. 1. & 2.* & habetur plene per Bernard. de Buſtis, *in 2. part. Roſarii, ſerm. 25. in litera* N. Et, vt practice loquamur, ſacerdotes ſunt quaſi os commune populi, quo plures Deo loquuntur. Et ideo ſemper in ſuis publicis orationibus dicunt, *quæſumus*, & non, *quæſo: oremus*, & non, *oro*, &c. Sunt enim tanquam publica perſona, ſemper pro populo orantes ex vinculo charitatis.

Sicut enim Angelus eſt medium inter Deum, & animam ſeu populum; ſic & ſacerdos huius mediationis tenet officium atque exercitium. Vnde, vt dixi, ſacerdos dicitur, quaſi ſacra dans, ſacra docens, ſacer dux, vt dicit Ant. Flor. *in 3. part. ſummæ. tit. 14. c. 7. §. 1.* & continentur hæc in his verbis:

Sacris dotatus, vel ſacris deditus, atq; ſacra dans,
Sacra docẽs, ſacra dos, vel dux ſacer eſto ſacerdos.

Etiam licet ſit peccator, tamen ex officio in alios transfundere debet, vt dicit Magiſter ſentent. *in 4. diſt. 9.*

Qvarta conſideratio. Sacerdotes ſunt honorandi, ratione principalitatis, & vtilitatis: quia principales ſunt apud homines, pro eorum ſalute procuranda. Sicut enim officium capitis eſt, influere ſingulis membris vitam, & ſenſum, quibus corpus regitur, & in ſuo eſſe manutenetur: ſic & ſacerdoti, ſacræ ſcripturæ ſenſum, in verbo Dei contentum, & vitam diuinæ gratiæ, & ſaluiferæ, licet Dei populo ex officio ſibi credito diſpenſare, & adminiſtrare. Ideo dicitur ſacerdos, quaſi ſacra dos, aut ſacra dans, vt dictum eſt.

Et ideo vtilitatis: quia vtiles ſunt in populo Chriſtiano, quem à manibus peccatorum, & ſordibus conſcientiarum immundarum, purgant, & tanquam ſpirituales medici, à variis ſanant languoribus. Sunt enim ſummi Regis ſeruitores, & filii excelſi, Pſalm. dicente: *Dii eſtis, & filii excelſi omnes.* ſuper quibus Deus, & ſuper faciem eorum imponit honorem ſuum, *Eccleſ. 4. cap.*

Et, vt quidam dicũt, legitur B. Franciſcum dixiſſe, quod ſi obuiaret ſimul angelo, & ſacerdoti, plus debitam reuerentiam viro ſacerdoti inferret, quam angelo Dei. Multi tamen ſunt mordentes ſacerdotes, propter vitia alia aliquorum, ſed vadãt ad Gregorium, de quo *in c. multi ſecularium. 1. q. 1.*

Sed quicquid ſit, aut quid de eis dici poſſit, periculoſius, & damnoſius eſſet, non habere ſacerdotes, quam habere etiam malos. Quoniam, vt etiam dicit S. Thom. *3. part. ſum. q. 82.* quod etiam oratio ſacerdotis peccatoris, prodeſt populo, cum orat tanquam perſona publica.

Quid enim modernis temporibus ſequeretur, ſi ceſſaret verbum Dei à populo, quod à multis eccleſiaſticis, licet peccatoribus, quotidie in Eccleſiis populo proponitur, qui velut ſpina roſam producunt? Igitur verbum Dei à ſpina mali extrahe, & odorem eius carpe.

Quid ſi ceſſarent etiam tantæ miſſæ à malis eccleſiaſticis fortaſſis quotidie celebratæ?

Quis tam, tanta, & etiam tot tradere quotidie populo Chriſtiano ſanctiſſima ſacramenta, quibus ad Dominum poſt offenſam reuertimur, & ab eo tam benigne ſuſcipimur, & ideo in lucem debeant coram hominibus exhibere? *Matth. 5.* Ita quod non auaritia

ritiæ ſtudere debent, nec aliis vitiis. Contra quos inuehitur *Hier.6.*

Veruntamen, quantumcunque ſint mali; tamen quia miniſtri Dei ſunt, & perſonam eius repræſentãtes, præcipue in baptizando, in abſoluendo, in cõfitendo, in adminiſtrando ſacramenta eccleſiaſtica, ſunt ſemper honorandi. Cum enim mittitur à Rege, non attenditur ad qualitatem eius, ſed ad dignitatem mittentis, hæc dicit Ant. Flor. *in 3. par. ſuæ ſum. tit. 14. c. 7. §. 1. in fin.* vbi ponit quomodo ſunt honorandi, & maxime propter neceſſitatem, cum ſacerdotium fuerit neceſſarium pro vtilitate Reipub. vt dicit Io. de Turrecr. *in c. ius publicum. 1. diſt.*

QVinta cõſideratio. Sacerdotes ſunt honorandi exemplo ſacerdotum paganorum, & infidelium. Si enim tales honorabantur, & venerabantur propter figuram ſacrificiorum, quæ ſuis manibus tractabant; quanto magis nunc ſunt honore digni propter dignitatem verorum ſacramentorum, quæ veraciter miniſtrant? Vnde & Dominus noſter *Lucæ 16.* cum decem leproſos curaſſet, dixit eis: *Ite, oſtendite vos ſacerdotibus.* & *93. diſtinct.* dicitur: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Rex, Iudex, & Deus noſter vſque ad diem paſsionis ſeruauit honorẽ Pontificibus & ſacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem ſeruaſſent.* Nam, cum leproſum mundaſſet, dixit illi: *vade & monſtra te ſacerdoti, & offer munus.* Nam humilitatem humilis nos docuit, Sacerdotem appellat, quem ſacrilegum eſſe ſciebat. Nonne infideliſſimus, qui Deos ligneos, & lapideos colebat, etiam ſacerdotibus honorem tribuebat: Imo etiam licet nequiſſimus, voluit ſacerdotes Iudæorum in Ægypto educari de ſuo ærario publico *c. non minus. de immun. eccl.* De huiuſmodi honore, ſacerdotibus attribuendo, dicit Ambroſius. Honor, fides, & ſublimitas Epiſcopalis, imo & ſacerdotalis, nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regum fulgori compares, & Principum diademati, id eſt, Regiæ poteſtati, longe erit inferius, quaſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, cum videas Regum colla, & Principum ſubmitti genibus ſacerdotũ, & oſculata eorum dextra credunt eorum orationibus ſe communicari, & poſſe iuuari. de quibus ait Greg. *96. diſtinct. c. Quis dubitet ſacerdotes Chriſti Regum, & Principum omniumque fidelium patres, & magiſtros cenſeri?* Ideo qui eos accuſant, & damnant, Dei ordinationẽ accuſant, & habetur *in c. in ſcripturu. 96. diſtinct.* de Conſtantino Imperatore fideliſſimo, qui cum cõcilium ſacerdotum in Eccleſia congregaſſet, ſeu conuocaſſet, tantum eos reueritus eſt, quod nec auſus eſt primum locum inter eos tenere, nec ſe presbyterorum commiſcere ſedibus, ſed nouiſſimam occupauit. Conciliationes vero, & rationes, quas ab eis approbatas audiuit, ita veneratus eſt, ac ſi de diuino maieſtatis iudicio vidiſſet. De quo narrat etiã hiſtoria ſcholaſtica: quia cum ei fuiſſent ſcriptæ accuſationes contra Epiſcopos, libellos quidem accuſationum accepit, & eoſdem qui accuſati fuerant Epiſcopos conuocatos, in conſpectu eorum libellos incendit, & in ignem proiecit, dicens: *Vos cauſas veſtras iudicate & diſponite; quia non eſt dignum, quod nos iudicemus Deos.* de quo ſupra dicit in ſcripturis. Et non eſt dubium, quod in perſonis eorum ſunt à laicis honorandi, ita quod non licet eos tangere, nec cognitionem cauſarum eorum accipere, nec etiam quo ad bona eorum moleſtiam inferre. De quibus omnibus cum ſint ampliſſime tractata, quomodo Rex noſter in aliquibus habet cognitionem, & quomodo vtatur, vide ample Guiliel. Benedicti *in ſua repet. c. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. in quinque ampliſsimis deciſionibus, ſeu concluſionibus ibi poſitis. de teſtam.* quæ cum ſint quodammodo extra materiam, nihil aliud dico. Et etiam dixi *in commento conſuetudinum ducatus Burgund. in tit. Des iuſtices & droictz d'icelles. §. 6. in gloſſ. S'il n'a grace du Prince.*

SExta conſideratio eſt, quod ſacerdotes ſunt honorandi vltra omnes alias perſonas huius mundi propter eorum poteſtatem, quam habent, quæ excedit omnes alias poteſtates. Ipſi enim ſoli habent poteſtatem corpus Chriſti cõficere, quæ nulli alteri creaturæ poteſt conuenire, cuiuſcunque ordinis

vel dignitatis exiſtat, vt declarat Ioan. Scotus *in 4.d.13. Alex. de Hal. in 4. part. ſum. in tract. de Euchariſtia.* Bonauẽtura *in 4. ſent. d.13.* Richardus *ibi art.1. quæſt* 2. text. *in ca.1. §. vna vero. extra de ſumma trinitat. & ſid. catholic. c. perlectis. 25. diſtinct.* Tanta eſt enim ſacerdotum poteſtas & virtus, quæ omnes dæmones infernales ſuperat: & tamen vnus ex minimis eorum maiorem habet poteſtatẽ, quam omnes homines mundi. Quoniam, ſecundum doctrinam Scoti, *in* 2. vnus minimus angelorum, ſiue bonorum ſiue malorum, poſſet ex ſua naturali poteſtate mouere vnum cœlum, Domino permittente. Et tamen, vnus minimus ſacerdos, habet maiorem poteſtatem, omnibus illis. Nituntur enim dæmones cœlum claudere peccatoribus: ſed poſtquam clauſum eſt, ſacerdos ſacramentum pœnitentiæ miniſtrãdo, cœlum per confeſſionem aperit, ita, quod quando vnus peccator eſt à ſacerdote abſolutus, totus infernus illi peccatori paradiſum clauſum tenere non poſſet. In cuius ſignum, cum ſacerdotes ab Epiſcopo ordinantur, poteſtas clauium cum eodem gradu ſacerdotali miniſtratur, vt habetur 4. *ſentent. d.19.* Quod & Petro Dominus annuit, cum dicit: *Tibi dabo claues Regni cœlorum, & portæ inferni non præualebunt aduerſus, &c.*

Secundo, ſacerdotalis dignitas ſuperat omnem poteſtatem angelorum: quia vt dictum eſt prius, licet vnus angelus poſſit vnũ cœlum mouere; tamen non poteſt vnum ipſorum cœlorum ad terram transferre, ſicut radius ſolis emiſſus ab ipſo in terram. Sacerdos cito, & ſubito corpus Chriſti verum trahit à cœlo ſummo, ad terram in altari, tanta temporis breuitate, & tam cito, ſicut fit lucis ſolaris diffuſio, vt habetur *in 4. ſententiar. d.19.* imo vere ſuperat poteſtatẽ archangelorum, quorum poteſtas & officium eſt, mittere ipſos angelos ad terram, vt ait Dionyſius *in angelica hierarchia*: ſic & ſacerdos poteſt eos trãſmittere de cœlo ad terram, cum digniſſima celebrat ſacramenta, in quibus Chriſtum glorioſum, de ſuis cœlis, manibus tractando, facit deſcendere, vt dicitur *in 4. ſent. diſtinct.* 11. Agnoſcens Auguſtinus, & videns hãc dignitatem, *in lib. de eccleſiaſticis dignitatibus*, inquit: *O ſacerdos Dei, ſi altitudinem cœli contemplaris, altior es. Si pulchritudinem ſolis, lunæ, & ſtellarum reuereris, pulchrior es. Si diſcretionem angelorum, diſcretior es. Si omnium dominorum ſublimitatem, ſublimior es: ſolo tuo creatore inferior es.* Bernardus quoq; *in ſermone de octaua parte*, ait: *O quantam dignitatem & quantam nobilitatem, quantumq; donum, contulit vobis Deus.*

O ſacerdotes, prærogatiuam enim ordinis veſtri prætulit Deus omnibus Regibus, & Imperatoribus terræ, prætulit ordinem veſtrum omnibus ordinibus mundi: imo, vt altius loquar, prætulit vos Deus omnibus ordinibus angelorum, omnibus angelicæ Hierarchiæ. Sicut enim non angelos, ſed ſinum Abrahæ apprehendit, ad faciendam redemptionem; ſic, non angelis, ſed hominibus ſoliſque ſacerdotibus commiſit dominici corporis, & ſanguinis conſecrationem.

Item, etiam excedunt poteſtatem Virginis Mariæ, cui non inuenitur data hæc poteſtas, vt ample denotatur per Bern. de Buſtis *in 2. part. ſui Roſar. ſerm. 25. in litera O. P. Q.* vbi ponit de poteſtate ſacerdotum, & ibi quomodo ſunt honorandi, etiam ſi ſint mali: *O igitur veneranda ſacerdotis dignitas in terra, in cuius manu, velut in verbo beatæ Mariæ Virginis, filius Dei incarnatur. O cœleſte myſterium, per quod Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, tanta mirabilia operatur, ita, quod ſubito idem Dominus, qui in cœlis reſidet, in manibus ſacerdotis ſacrificatur. De quo angelus admiratur, horret infernus, contremiſcit diabolus: quam revereri etiam plurimum debet omnis humana, atque mundana celſitudo.* Hæc ſunt verba Bernardi, quæ recitat Bernardinus de Buſtis *in ſuo Roſario, in 2. part. in ſerm. 23. in principio illius ſermonis.* Et dicit, quod quantum ſint venerandi ſacerdotes, apparuit ex viſione cuiuſdam pueri Mantuani, qui à ſeptem annis vſque ad duodecimum, quaſi quotidie in miſſa, vidit ſacerdotem corporis, & ſanguinis Dominici, circumdatum à duobus angelis: qui in capite eius tenebãt vnam pulchram coronam, donec recepiſſet ſacramentum illud benedictum. Et dicit Io. Gerſon *lib. 4. de imitatione Chriſti,*

Chriſti, c.5. Quando ſacerdos celebrat, Deum honorat, & angelos lætificat, Eccleſiam ædificat, viuos adiuuat, defunctis requiem præſtat, & ſeſe omnium bonorum participem facit. Quæ omnia conſiderans beatus Franciſcus allegatus per Bernardinum de Buſt. *in quadam epiſtola ſua directa Capitulo generali,* ſcripſit fratribus ſuis dicendo: *Audite fratres, ſi beata Virgo Maria ſic honoratur, vt dignum eſt; quia Chriſtum portauit in vtero, & ſi beatus Ioan. contremuit, & non auſus eſt contingere Dei verticem. Si ſepulchrum Chriſti in quo per aliquod tempus iacuit, ſic veneratur, quantum debet eſſe homo ſanctus, iuſtus & dignus, qui non iam moriturum, ſed in æternum viuentem, & glorificatum, in quem deſiderant angeli conſpicere, contrectat manibus, corde, & ore ſumit, & aliis ad ſumendum præbet?* Videte ergo dignitatem veſtram ſacerdotes, & ſancti eſtote; quoniam Dominus Deus veſter ſanctus eſt, & ſacerdos in æternum ſecūdum ordinem Melchiſedech. Imo etiam fuit ſacerdos ex 22. deputatus in templo Salomonis, prout dicit Lactantius, referendo quoddam dictum mirabile de quodam Iudæo, quem tentabat quidam Philoſophus Chriſtianus, ad fidem allicere Chriſtianam. Quod quidem mirabile refert etiam quidā nouus doctor, *in ſuo tractatu de doctoribus,* qui dicitur Petrus de Leſuanderic, *in 4. part. q. 86.* ſic dicens.

Tempore Iuſtiniani Imperatoris Chriſtianiſſimi, factus eſt homo quidam inter Iudæos princeps, & nomen Theodoſius erat. Is, cum & Imperatori, & pleriſque notus eſſet, tum vel maxime Philoſopho cuidam amicus atque familiaris, cum, & ſæpe à Philoſopho adhortatus fuiſſet Theodoſius, vt Chriſtianam fidem, miſſa Iudaica perfidia, ſequeretur: tum vero, impenſius die quadam ad eum ſic eſt locutus: *Quamobrem,* inquit, *Theodoſi, cum vir ſis ſapiens, & apprime peritus legis, & prophetiarum, ſciaſq; omnia legis, & prophetarum, in Ieſu Domino conſummata fuiſſe, Chriſtianam veram religionem non ſequeris, quæ te ad ſalutem recta via perducere poteſt? Mihi autem perſuadeo, quod ignorantia ſcripturarum te nō teneat. Propterea crede in Saluatorem Dominū noſtrum Ieſum Chriſtū, ne in perfidia permanens, reus efficiaris æternæ pœnæ.* Ad quē Iudęus: *Gratias,* ait, *ago, habeoq; tibi Philoſophe, quod ſalutem quæritans magnopere Chriſtianum conaris efficere. Quapropter, tanquam ſi coram Deo eſſem, qui nouit ſecreta cordium, ſyncere, ac ſine dolo, cum omni veritate, verba hæc tibi faciam. Quod itaque Ieſus à lege propheriſq; prophetizatus, etiam à vobis Chriſtianis adoratus, aduenit, certus admodum ſum tibique tanquam vero amico, profiteor. Sed humana quadam opinione detentus Chriſtianus non fio. Et ob hoc memet contemno. Nunc enim cum ſim Iudæus, Princeps ſum Iudæorū, in maximis honoribus, in plurimis facultatibus, in omnib. denique quæ ad vitam bene degendam pertinent, cōſtitutus. Factus autem Chriſtianus omnibus his priuarer, quæ in vita humana iudicantur bona. Nam etſi Patriarcha vniuerſalis Eccleſiæ eſſem, non me putarem tot tantiſq; fruiturum bonis. Ne igitur præsētibus bonis priuer, futuram contemno vitam, & male quidem agens. Vt vere verbis meis fidem faciam, confiſus in noſtra perpetua beneuolentia, aperiam tibi maximum arcanū inter nos Hebræos abſconditum. Ex quo certo ſcimus Chriſtū à vobis adoratū, illū eſſe, quē lex atq; prophetæ præconizauerūt: nō ſolū ex his, quæ de illo ſcripta ſunt, ſed etiam ex ſcripto inter nos myſterio abſcondito:*

Myſterium itaque hoc eſt.

Antiquis tēporibus, cū tēplum in Ieruſalē conſtruebatur, mos erat Iudæis, vigintiduos ſacerdotes in tēplo cōſtituere, ſcilicet tot numero, quot literas habemus. Vnde & diuinos codices viginti duos numeramus. Erat igitur in tēplo Codex, in quo vniuſcuiuſq; nomen ſacerdotis, cognomenq; ſcribebatur: itē patris atq; matris. Mortuo vero aliquo ſacerdote, reliqui in tēplo cōueniebāt, eligebātq; aliū in demortui locū, numerū ſacerdotalem adimplētes, electumq; in codice ſcribebant. Verbi gratia: Calendis Septembris deceſſit Iſaac, Beniamin, Abrahę Saræq; filius ſubrogatus eſt in eius locum Samuel Ezechiel, Salomonis Vriæque filius. Hac itaque conſuetudine, inter Hebræos durante, euenit eo tempore, quo Ieſus in Iudæa erat, vnum ex 22. ſacerdotibus diem ſuum obiiſſe, antequam cœpiſſet ſe notum facere, doceréque vt in ſeſe crederet. Conuenientib. itaque ſa-

Digitized by Google

naris. Omnia enim Iudæi magis patientur, quam huiuſmodi codicem tradans. Quod ſi vis maior eos ſuperauerit, codicem corrumpent. Noli igitur eſſe cauſa magnorum malorum. Ego enim tibi huiuſmodi rem, tanquã vero amico communicaui, vt cognoſcere poſſes, me fidem Chriſtianam non ignorantia relinquere, ſed vana quadam gloria. Philoſophus itaque vera eſſe credens, quæ à Iudæo audiuerat, Imperatori quidẽ nunciauit nihil, ne Imperator Chriſtianiſſimus fruſtra graue ſuſciperet bellum: pleriſque vero amicorum, rem omnem ordine narrauit, quibus referentibus, nos quoque omnia accepimus. Curauimus per quã diligẽter inueſtigare, cui veram narrationẽ Iudæus retulerit de huiuſmodi ſcriptione ſacerdotis, & inuenimus Ioſephum in hiſtoria *de captiuitate Iudæorum*, cuius ſæpe meminit Euſebius Cæſarienſis *in Eccleſiaſtica hiſtoria de captiuitate*, dicentem *in cõmentariis ſuis*, quod Ieſus in templo cum reliquis ſacerdotibus ſanctificabat. Hoc itaque apud Ioſephum inuenietis, virũ antiquum, & parum poſt apoſtolos florentem. Quæſiuimus etiam inuenire hunc ſermonem in ſacra ſcriptura confirmatum: inuenimus igitur in ſanctiſſimo Euangelio Lucæ, quod cum eſſet ingreſſus Ieſus ſynagogam Iudæorum, datus eſt liber, & legit Eſaiam prophetam dicentem: *Spiritus domini ſuper me, cuius gratia vnxit me, & euangelizare pauperibus miſit me.* Quare animaduertimus, quod niſi ordinem aliquem ſacrũ habuiſſet Ieſus inter Iudæos, ſibi datus non fuiſſet liber, vt in ſynagoga legeret ad audientiam populi. Nam neque nobis Chriſtianis licet in Eccleſia ſine aliquo ſacro ordine legere. Quamobrem credere licet, veram eſſe Iudæi narrationem. Hęc ſunt, quæ dicuntur per Lactantium, & narrantur de verbo ad verbum. Qui etiam de Chriſto, vltra ea, quæ ſunt ſcripta apud nos, ponit duas epiſtolas, mentionem de eo facientes, & de eius vera conuerſatione, ſtatura, & geſtis. Vna videlicet Lentuli ad ſenatum Romanũ, altera Pilati, ad Claudium Tiberium Imperatorem, quas inſerere hic volui, licet quodammodo extra propoſitum.

Prima; videlicet Lentuli ad ſenatum Roman. hæc eſt: Apparuit iſtis temporibus, & adhuc eſt homo magnæ virtutis, nominatus Chriſtus Ieſus, qui dicitur à gentibus propheta virtutis, quem eius diſcipuli vocant filium Dei, ſuſcitans mortuos & ſanans omnes languores. Homo quidem ſtaturæ proceræ, mediocris & ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentes poſſunt diligere & formidare, capillos habens coloris nucis auellanæ præmaturæ, & planos fere vſque ad aures, ab auribus vero concinnos & criſpos aliquantulum cœruleiores & fulgentiores ab humeris ventilantes, diſcrimen habens in medio capitis, iuxta morem Nazaræorum. Frontem plenam & ſereniſ.cum facie, ſine ruga & macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat. Naſi & oris nulla eſt prorſus reprehenſio, barbam habens copioſam, & impuberem, capillis concolorem, non lõgam, ſed in medio biffurcatam. Aſpectum habens ſimplicem & maturum, oculis glaucis, variis & claris exiſtentibus: in increpatione terribilis, in admonitione blandus & amabilis, hilaris, ſeruata grauitate, qui nunquam viſus eſt ridere, flere autem ſic. In ſtatura corporis propagatus rectus, manus habens & brachia viſu delectabilia, in colloquio grauis, rarus, & modeſtus, ſpecioſus inter filios hominũ. Et in hoc vltimo, concordat cum propheta Dauid, Pſal. 44. *Specioſus forma præ filiis hominum.* Iſta pro certo eſt ſingularis & admirabilis deſcriptio illius, & multum honoranda. De qua vide etiam Bened. *in rep. c. Rayn. in ver. mortuo itaque teſtatore le premier. num.* 275. *de teſtam.*

Alia eſt epiſtola Pilati ad prædictũ Claudium Tyberium, quæ talis eſt: Pontius Pilatus Claudio Tyberio ſalutem. Nuper accidit, quod ipſe probaui, Iudæos per inuidiam, ſe ſuoſque poſteros crudeli damnatione peremiſſe. Cum enim promiſſum haberent patres eorum, quod Deus illorum mitteret per virginem ſanctum ſuum filium, qui Rex eorum merito diceretur, hunc me præſente miſit in Iudæam. Quem cum vidiſſent cæcos illuminaſſe, leproſos mundaſſe, paralyticos

curaſſe, dæmones effugaſſe, vẽtis imperaſſe, pedibusque ſiccis ſuper vndas maris ambulaſſe, & alia multa mirabilia feciſſe: & omnis populus Iudæorũ dicit eum eſſe Dei filium, Principes ſacerdotum inuidiã paſſi ſunt contra eum. Hunc itaque mihi tradiderunt, & alia pro aliis mentientes, eum magnum eſſe, ac contra legem eorum agere dixerunt: ego autem ita eſſe credidi, eumque flagellatum eorum arbitrio tradidi, qui eum crucifixerunt & ſepulchro cuſtodes adhibuerunt: at ille militibus cuſtodientibus, die tertia reſurrexit. in tantum vero nequitia Iudæorum contra eum exarſit, vt ipſis cuſtodibus pecuniam darent, quatenus dicerent diſcipulos eius rapuiſſe corpus, ſed illi quod factum erat tacere non volentes, teſtati ſunt eum reſurrexiſſe, ſeque viſionem angelorum vidiſſe, & à Iudæis pecuniam accepiſſe. Hæc autem ideo ſcripſi, ne quis aliter exiſtimet, credendo mendaciis Iudæornm. Hæc ſunt quæ in dicta epiſtola ſcripta ſunt: ſed ex dicta epiſtola, & ex dictis Euangeliſtarum, clare conſtat, & cõſtabit, quod Pilatus male proceſſit contra Chriſtum, & quod male ad mortem eum condemnauit: imo quod ſententia eius fuit nulla, pluribus de cauſis.

Quoniam, vt dicit *in ſua epiſtola*, Iudæi mẽtientes eum magnum eſſe, & contra legem eorum agere dixerunt, quod, vt dicit, ita eſſe credidit: & tamen Euangeliſtæ atteſtantur contrarium: Nam ſemper dixerunt: Ego in eo nullam inuenio cauſam. Ex quo, ſi dictis Euangeliſtarum credendum ſit, poſtquam excuſationi falſæ Pilati, non credidit eum magnum eſſe, nec aliquid agere cõtra legem Iudæorum: alias aliud dicebat in ore, & aliud in mente habebat, quod non eſt recti iudicis.

Secundo, peccauit Pilatus in huiuſmodi probatione ſententiæ contra Chriſtum; quia ad furorem populi & clamorem lata fuit, & ideo ſcienter: iuxta illud poetæ, Æneid. 1.

ſæuitque animis ignobile vulgus.

Et habetur Luc. 23. At illi clamabant dicentes: *Crucifige, crucifige eum.* Et inſtabant vocibus magnis, poſtulantes, vt crucifigeretur, & inualeſcebant voces eorum. Nec aduertens Pilatus, quod ſicut fauore populi liberari nõ debet. *l. ad beſt. ff. de pœn.* ita nec ipſius furore innocens erat damnandus, adiudicauit fieri petitionẽ eorum, dicentium: Si hunc dimittis, nõ eris amicus Cæſaris. Nec quod vanæ voces populi non ſunt audiendę. *l. decurionum. ff. de pœn.* Ex quo male fecit condemnando Chriſtum, vt dicit gloſſ. *in d. l. decurionum.*

Tertio peccauit, quia non zelo iuſtitiæ, ſed timore perditionis officii, cum dictum ei fuerit: Si hunc dimittis, non eris amicus Cæſaris; quia ſe Regem facit. Et timor eſt vnum de quatuor, quæ peruertunt verum iudicium. *c. quatuor modis.* 11. q. 3. iuxta illud:

Quatuor iſta: timor, odium, dilectio, cenſus,
Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.

Quarto, illa ſententia fuit iniqua & nulla, & in eam proferendo peccauit Pilatus, propter ordinem proceſſus nullo modo obſeruatum. Cõdemnatus enim fuit ad funeſtam vocem ſacerdotum ipſum accuſantium, contra *l. fin. Cod. de accuſat.* Nam licet ageretur de magno, puta de morte hominis; ideo cum nulla vnquam de morte hominis nimis longe cunctatio fiat, debuit fieri proceſſus non ita præcipitanter, prout fuit in Chriſto, qui fuit ita præcipitatus, quod vix decem durauit horis, contra text. *in cle. paſtoralis. de re iud.* vbi nouerca iuſtitiæ dicitur præcipitatio. In quo verificatum fuit illud Saluſtii in Iugurthino:

Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur.

Quinto, prædicta ſententia fuit iniqua, & in ea peccauit Pilatus. Et ex proceſſu illius euidenter apparet de iniquitate ſententiæ, & notoria iniuſtitia: cum ſæpius dixiſſet Iudæis: *Nullam cauſam inueni in homine iſto, ex his, in quibus eum accuſatis.* Et iterum: *Quid enim mali fecit? nullam cauſam mortis inuenio in eo.* Luc. 23. c. Quod & cæteri Euangeliſtæ teſtantur, quod ſæpe hoc dixit Pilatus ad demonſtrandum eius confeſſionem de Chriſti innocentia nõ fuiſſe erroneam. Non enim præſumitur de errore alicuius confeſſionem reiterantis. Ideo valet confeſſio reiterata, etiam extra iudicium, abſente parte facta, tanquam vera, & ex certa ſcientia procedens, ſecundũ Bart. *in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib.* 11. pro quo eſt text.

Digitized by Google

text. quem ipſe nõ allegat, vt dicit Benedicti in loco ſtatim allegando, *in l.fin.C. de plur.petitionib.ibi,ſecundus confeſſionibus.* Et etiam præſumitur cum deliberatione facta; quia reiteratio præſupponit deliberationem. gloſſ. *in c. ſi quis iratus,2.q.3.* Curtius *conſ.55.in 6.colum.* Et ſi perfidi Iudæi Euangeliſtis credere nolint, ſaltem credendum eſt ipſi Pilato iudici, per eos electo: qui poſt ipſius Chriſti paſſionem, de ipſius ſanctitate & innocentia, Tyberio Cæſari ſcripſit epiſtolam, hic antepoſitam: quam Tyberius cum ſuffragio magnifaciens, retulit ad ſenatum Romanum, & poſtulauit, vt Chriſtus Deus haberetur. At ſenatus recuſauit, indignatus, quod ſibi ſecundum morem epiſtola fuiſſet delata, cum eſſet mos Romanis, vt prouinciarum iudices ſenatui ſcripto renunciarent, ſi quid noui in his, quas regebant, prouinciis, accidiſſet. Et iterum eidem Tyberio ſcripſit Pilatus: *Salutem.* De Ieſu Chriſto, quem tibi plane poſtremis meis declaraueram, nutu tandem populi, acerbũ, me quaſi inuito, & ſubtimente, ſupplicium ſumptum eſt: virũ hercle, ſic pium & ſeuerũ nulla vnquã ætas habuit, nec habitura eſt, ſed miretus extitit, ipſius populi conatus, omniumq; Scribarum, Principum & Seniorũ conſenſus, ſuis prophetis more noſtro, Sibyllis contra prĕmonentibus, hunc veritatis legatum, cruci, ſignis etiam ſupra naturam apparentibus, dum penderet, & orbi vniuerſorum philoſophorum iudicio lapſum minitantibus, vrgẽt illius diſcipuli opere & vitæ continentia magiſtrum non mentientes, imo in eius nomine beneficentiſſimi: niſi ego ſeditionem populi æſtuantis exoriri pertimuiſſem, fortaſſe adhuc nobis ille vir viueret. Et ſi tuæ magis dignitatis fide compulſus, quam volũtate mea adductus pro viribus non reſtiterim, ſanguinem iuſtum totius accuſationis immunem, verum hominum malignitate inique, in eorum tamen, vt ſcripturæ interpretantur exitium, pati & venundari. Vale 5. Calen. Aprilis.

O glorioſum, & nobis ſalutare iudicis ſcripto reiteratum teſtimonium. Chriſtum innocentem profitentis, & ante mortem, vt viſum eſt, & hora mortis, qua ſcripſit titulum Pilatus, in qua ſcriptum erat: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum:* Pariter & poſt mortem, vt in prædictis epiſtolis continetur, ſententiæ iniquitatem euidenter demonſtrans, & Chriſtum redemptorem noſtrum ab infamia prĕſeruans; quod etiam ſatis demonſtratũ teſtimonio Ioſephi, excellentis Iudæorum hiſtoriographi, qui de Chriſto redemptore noſtro & eius ſanctitate, & innocentia, 18. *antiquitat. libr. cap.* 9. de illo tempore loquentis, ſic ait: Fuit autem eiſdẽ temporibus Ieſus, vir ſapiens, ſi tamen eum virum nominare fas eſt. Erat enim mirabilium operum effector, ac hominum, maxime qui quæ vera ſunt libenter audiuit. Hanc ob rem multos, tum ex Iudæa, tum ex gentibus adiunxit, Chriſtus hic erat. Hunc autem, cum Pilatus à Principibus noſtræ gentis inſtigatus, in carcerem agendum cenſuiſſet, non tamen hi deſeruere, qui ab initio eum dilexerunt. Eiſdem præterea die tertia poſt mortem, viuus apparuit, quemadmodum diuinitus inſpirati prophetæ; hæc & alia de eo innumerabilia miracula futura eſſe prædixerant: perſeuerat & vſque in hodiernum diem celebre Chriſtianorum nomen, ab ipſo ſumptum perſeuerat & gens. Hæc ille. Ex quibus conſtat de vera innocentia Chriſti.

Sexto quod ſententia Pilati fuerit nulla & iniqua conſtat; quia fuit condemnatus ad dictum falſorum teſtium, quorum teſtimonia non erant conuenientia; imo varia, contraria & manifeſtè vacillantia. *Mar.* 14. ad inſtar teſtium Suſannæ, de quibus habetur *Daniel.13.* & gloſſ. *in l.ad teſtium. C.de teſtib.*

Septimo, peccauit Pilatus, & eſt eius ſententia nulla, quia Pilatus expreſſit errorem in ſua ſententia; videns enim, quod nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo & ſedendo pro tribunali dixit: *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.* Ac protinus Ieſum flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur, *Mat.*27. Quia in mundo maior iuris error in ſententia nunquam fuit, quam in fatendo, aliquem fore innocentem, ipſum condemnare ad mortem; ſicut fecit Pilatus Chriſto: non aduertens,

, certens, quod in mente iudicis debent eſſe duo ſales, ſal ſcilic. ſcientiæ, alias eſt inſipida; & ſal ſecuræ conſcientiæ, alias eſt diabolica, vt dicit Bald. *in l.2. circa finem. C. de ſenten. ex periculo recit.* Apices enim iuris in foro conſciẽtiæ non excuſant; quia forus conſcientiæ eſt forus boni & æqui ſimul coniuncti, & eſt tribunal veritatis & non fictionis. Nam quando bonum æquo opponitur, diuina iuſtitia potius amplectitur æquum, quam id, quod ius ciuile vocat bonum: cum perfecta iuſtitia requirat hæc duo ſimul. Bald. *in l. vnica. C. de confeſſ.* Iſtos denique apices diſtinctionum iuris ciuilis, ſimplicitas naturalis ignorat, ſecundum Bald. *in c. fin. colum. 12 de conſuetudine.* De his, quomodo autem multo magis attendendum eſt, quod conſcientia perſuadetur, quam quod authoritate legum ordinatur, vt perpulchre declarat in hoc caſu Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in verb. mortuo itaque teſtatore. le premier. num. 251. 252. 254. de teſta.* & dominus meus Iaſon *in §. æquè. 21. colum. Inſt. de acti.* vbi multum ample declarat, quomodo in conſcientia eſt iudicandum, & quomodo conſcientia diabolica eſt. Et, vt dicit Benedicti *in loco hic ante dicto*: Iudex debet potius ſequi conſcientiam ſuam, quam conſcientiam partium, maxime conſcientiam ſuam, quæ nemini nocet. Quod ſi Pilatus feciſſet, id eſt, conſcientiam ſecutus fuiſſet, & non Iudæorum latratum *Crucifige* clamantium, recte iudicaſſet in foro conſcientiæ, quæ ſecundum Bald. *in l. fin. C. de pœn. iud. qui male iudic.* ita excuſat iudicem, quod iudex, faciendo ſecundum conſcientiam, licet faciat contra ſcriptam iuſtitiam, non incidit in pœnam *c. cum æterni. de re iud. in 6.* Et, vt ibi dicit, eſt triplex, ſcilicet ligata rebus viſis, & ligata rationibus legum, nec non eſt motiua conſcientia, & adhærens quibuſdam machinationibus intellectu, prout alibi Bald. *in cap. niſi cũ pridem. 3. colu. de renunc.* Quod conſcientia eſt animi motus ſibi ipſi perfundens, & ſeſe concernens, vt pariter dicit *in c. 1. §. ſacramentum. de conſuet. recti feudi.* Vnde licet hæc vltima non obliget animam iudicis, cum ſit conſcientia impulſiua & non arctatiua: tamen infelix Pilatus ſciens, Chriſtum, omni ratione legum poſtpoſita, & quod deterius eſt, cõtra motiua imaginationibus ſui intellectus, adhærentia, (ſciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum) contra veritatem & æquitatem, iudicauit illum, quod non feciſſet Bald. qui *in cap. quoniam contra falſum. de probat.* dicit veritatem & æquitatem, eſſe duos lapides iuſtitiæ angularis, vt probat ibi text. dum dicit, ne falſitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati. facit *l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. & l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. & l. placuit. C. de iudic.* Nam ſcientia eſt verorum duntaxat. ſecundum Bald. *in cap fi. de conſuet. not. in l. ſi paterfamilias. ff. de hære. inſtituend.* Igitur ſententia Pilati non fuit bona iure ciuili, nec tenuit in foro contentioſo, fuitque minus æqua: nec valuit in foro conſcientiæ, iure diuino; quinimo fuit nulla, ex tali expreſſione erroris. *cap. 1. de re iudic. l. cum prolatam. C. de ſent. & interl. omni. iud. l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſſe.*

Octauo, fuit ſententia dicti Pilati nulla, & proceſſus nullus, & male proceſſit Pilatus; quia pro vno aſtu, inflixit eum quinque ſententiis pœnalibus: & tres ſententias corporales contra eum exequi fecit, cum illum alapis cædi fecit, deinde flagellari, coronamq; ſpineam capiti eius imponit, deinde illudendum Iudæis tradidit, dicendo: *Ecce homo.* deinde flagellatum tradidit ad crucifigendum. Vnde tanta immunitas, tantaque ſeueritas, aut crudelitas? ex prolatione veritatis. Si enim ſe filium Dei fecerit, in quo peccauit? Si enim dixerit, in triduo hoc templum deſtruã, & in triduo ędificabo illud, in quo reprehendendus? Si enim cæcos illuminauerit, leproſos curauerit, aut plura alia miracula fecerit, cui præiudicium intulit, aut cui authoritati, aut poteſtate præiudicauit? Nonne ipſe ſolus eſt, qui mirabilia magna fecit, aut facere poteſt?

Nono, peccauit in acerbitate pœnæ inſolitæ, condemnando eum crucifigendum. Crudeliſſima enim morte affecit eum, vt iam propheratum, *Sapi. 2.* Circumueniamus iuſtum; quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt

Digitized by Google

rius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ, promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat, contumelia & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius, morte turpiſſima condemnemus eum. Et deinde ſequitur: vt cognoſcatur nullitas iniquitatis ſententiæ. Hæc cogitauerũt, & errauerunt. Excæcauit enim illos malitia eorum, neque mercedem iuſtitiæ ſperauerũt, nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum.

Decimo peccauit; quia dicta ſententia nõ fuit in forma ſententiæ diffinitiuę, ſed in forma ſimplicis ſententiæ interlocutoriæ, & nudi præcepti. Non enim condemnauit eum, aliquo ordine ſeruato, ſed ſimpliciter ac præcipitanter, Iudæis tradidit illum, vt crucifigeretur, *Ioh.* 19

Quinque aut ſex cauſas cum ſupradictis ponit G. Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in verb. mortuo itaque teſtatore le primier. num.* 237. *vſque ad num.* 257. *ne teſtam.* vbi plura alia dicit, quæ videre poteris.

SEptima conſideratio eſt, quod Papa omnes dignitates mundi præcedit, & eſt ſuperior, vt habetur *in cle. paſtoralis. de ſent. & re iudic. & de iureiur. cle.* 1. facit text. *in cap. pater profecto.* 11. *quæſtion.* 1. *c. nemo. & cap. aliorum. cum aliis ſeq. &* 40. *diſt. c. ſi Papa, & ibi gloſſ.* Et prima dignitas, in Eccleſia Dei *in Authent. de eccleſiaſtic. titulis. in princ. &* 12. *diſt. cap.* 1. Ita quod eſt maior Imperatore, vt plene per Barba. *in ca. nouit. numer.* 141. 142. 143. *extra de iud.* vbi plene Præpoſitus dictus Cardinalis, *in cap. cum ad verum.* 96. ita etiam tenet Alberic. de Roſate *in l. glorioſiſſimo. de ſumma trinit. & fide Cath.* vbi tamen videtur concludere, quod vnus præſidere debeat in ſpiritualibus ſcilicet Papa, & alter in corporalibus, ſcilicet Imperator. Et eſt dominus dominantium. Et habet ius regiminis Regum in ſubditos, dicit Bald. *cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, in* 3. *colum. de conſtitut.* Et apud eum eſt ſuprema poteſtas, in qua non habet parem. Bald. *in cap.* 1. *in prima colum. de probation.* Prout per plura declarat dominus meus Iaſ. *in l. reſcripta. in* 2. *colum. cap. de prec. Imper. offer.*

Imo, Papatus videtur eſſe prior Imperio; cum ſacerdotium initium habuerit à Melchiſedech. Erat enim ſacerdos Dei ſummi vt habetur *Geneſ.* 4. Et hunc tradunt Hebræi fuiſſe Sem, primogenitum Noe. Dominium vero temporale iuſto titulo acquiſitum initium habuit in Moyſe duce populi conſtituto à Deo, poſtquam ſecuti ſunt iudices, vt habetur *in lib. Iudicum* per totum. licet Aug. *de ciuitate Dei, lib.* 5. *c.* 1. dicat primum dominium incepiſſe à Cain, & Nemroth, & dicam infra *in parte ſequ. in prima conſideratione.* Sed Archiepiſcopus Flor. *in ſua ſumma, in* 3. *part. lib.* 22. *cap.* 5. §. 14. dicit illud fuiſſe dominium tyrannicum. aliud vero, quod incipit à Moyſe, fuit iuſto titulo acquiſitum. Et ſicut aurum excellit plumbum; ſic etiam autoritas & dignitas Papæ excedit imperialem. *c. duo ſunt.* 96. *diſtin.* Sicut etiam Sol dicitur pater omniũ planetarum & dominus; ita Papa pater omnium dignitatum: cum papatus ſeu papalis dignitas aſſimiletur ſoli, & regalis ſeu imperialis lunæ. Et ſicut luna recipit lumen à ſole; ita imperialis dignitas à Papa. *c. ſolitæ. de maioritat. & obedi.* vbi notatur. Et dicit Aug. de Anch. *in ſuo tract. de poteſt. Eccleſiæ*, quod ſicut ſummo ſacerdoti Leuitici generis omnes Iudæi obedire tenebantur, cuiuſcunque ſtatus eſſent; ſic omnes Chriſtiani maiores & minores, Papæ locum Chriſti tenenti, parere tenentur. Et de obedientia exhibenda ſummo ſacerdoti Leuitici generis, & punitione inobedientiæ, habetur *Deut.* 17. & ample per eundem Archiepiſcopum *in ſua ſumma,* 3. *part. lib.* 22. *&* 17. *& in dict. lib.* 22. *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. *&* 6. ampliſſime ponit de honore, gloria & poteſtate Papæ, ad quem recurre.

De obedientia, quomodo ſit Papæ per Reges præſtanda, vide per Petrum de Monte in ſua monarchia: quem allegat etiam Fel. in *cap. ſi quando. vbi per eum. extra de reſcript.* Et aduertendum eſt ad id, quod dicit Beatus Thomas in tractatu ſuo de Rege & Regno ad Regem Cypri, vbi ait: Huiuſmodi Regni myſterium, vt à terrenis ſpiritualia eſſent

Oo diſcreta,

eſt gloſſ. *in §.aliam. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* & dicam infra *in 54. conſiderat. incip. ex prædictis fundatur.* Et iſte Cardinalis Epiſcopus, licet tantum Epiſcopus, vtitur pallio, vt dicam infra *26. conſiderat. incip. Epiſcopus Heduen.* Et quod iſte Cardinalis obtineat ſecundum locum, tenet Nicol. Boetii *in ſuo tracta. de authoritate & præeminentia ſacri magni Concilii. in 1. opi. pro magno Concilio.*

NOna conſideratio. Quatuor Patriarchę, ſcilicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, obtinent primum locum poſt Apoſtolicum. Patriarcha vero lingua Græca ſummus Patrum interpretatur. *c. cleros. verſ. Patriarcha. 21. diſtinct.* Et ſecundum ordinem ſupradictum & deſcriptum obtinent primum locum poſt Papam in Eccleſia. Primum videlicet Conſtantinopol. ſecũdum vero Alexand. tertium autem Antiochen. & quartum Ieroſolymitanus. Secundum quem ordinem ponuntur *in c. antiqua. extra, de priuileg. & in Auth. de Eccleſiaſticis. tit. poſt princ. colum. 9.* & ibi intellige de prædictis quatuor, qui ſunt vere Patriarchæ ſeu primates. cum primas idem ſit quod Patriarcha, licet nomina ſint diuerſa. Non enim inter eos eſt realis differentia, ſed vocalis, *90. diſtinct. 1. c.* vocantur tamen prædicti Patriarchæ.

Et iſti quatuor repræſentant quatuor Euangeliſtas in eccleſia Dei, vt eſt text. *in c. ſcriptum eſt. de elect.* & dicuntur mundi Cardinales: quia per quatuor Euangelia inceſſabili tuba didicimus, & quod per orbem terrarum illum illuſtrantes prædicamus & agimus, dicit tex. *in c. huius. 75. diſt.* & per Ludo. Rom. *in conſil. ſuo 524. incip. Vos eſtis lux mundi. in 6. colum.*

Et iſti Patriarchæ ſunt ſpectabiles: quia redacti ſunt inſtar regum, ex quo multas prouincias regunt. Bald. *in l. 1. colum. 3. §. 1. ff. de officio præfect. prætor.* dominus meus Iaſ. *in l. 1. ff. de offic. eius, cui man. eſt iuriſdict.* imo Purpuratus ibi dicit eos eſſe illuſtres: quem vide poſt dom. meum Iaſ. & dicuntur ſanctiſſimi, *in Authent. vt determ. ſit num.* ſaltem, vt dicit Purpur. *in d. l. 1.* poſt Cardin. Hoſt. in conſiſtorio ſedent immediate.

Alii autem, de quibus habetur per Archidiaconum *in c. periculoſo. de ſtatu monacho. lib. 6. & in c. 2. & 3. 99. diſtinct. & in c. 1. & 2. 80. diſtinct.* non ſunt proprie Patriarchæ, ſed Primates, vt tenet Aluarot. & Præpoſitus, dictus Cardin. Alexand. *in tit. Epiſcop. vel Abbat. §. colum. 6.* Et de his primatibus vide etiam quæ dicunt Cardin. Zabarel. & Pet. de Anchara. *d. c. aliqua.* vbi dicunt, quod ſi Epiſcopus Hoſtienſ. Cardin. ſit præſens, quod ſedebit prope Papam: nec mirum, vt dicunt; quia Papam conſecrat, Imperatorem vngit. & eſt palliatus, & ideo videtur eſſe maior dignitate Patriarcha Conſtantinopolitano: quia, vt dicunt, prioritas dignitatis declaratur ex prioritate ſedis & loci. *c. ex ore. de priuil. c. 1. & c. ſtatuimus. de maio. & obed.* Dicit tamen Lucas de Pen. *in l. vnica. C. de metropoli Beryto. in fi. lib. 11.* quod in Conſtantinopoli præeſt Patriarcha.

Alia de his Patriarchis & primatibus vide etiam per compatriotam, conciuem & contemporaneum noſtrum dominum Ioannem de Montholono *in ſuo Promptuario iur. in verb. Patriarcha. in verb. Dauid. Actor. 2.* vbi Dauid, Iſaac, & Iacob, Patriarchas appellat, vt etiam habetur *in c. Ebron. 13. quæſt. 2.* Et hos quatuor credo præcedere debere omnes Cardinales, præter Epiſcopum Hoſt. Cardinalem, vt dictum eſt.

De poteſtate autem Patriarcharum ponitur per Aluarotum & Præpoſitum *in d. tit. Epiſcop. vel Abb. hic ante alleg.* & per Florentinum *in 3. parte ſua ſumma, lib. 20. c. 4.* vbi ample.

An autem alii Patriarchæ ſeu primates vltra illos quatuor ſupra nominatos præcedãt, aut præcedere debeant, Car. vt ſunt Aquileg. Grandem. Tolent. Cantuarien. Biturien. Piſanus. dicam infra *in 19. conſider.*

Sed quia, vt dicit Aluarot. *in d. tit. Epiſc. vel Abbat.* quod Patriarchæ ſeu Primates nihil iuris vel priuilegii præ cæteris Epiſcopis habent, niſi quantum ſacri canones vel priſca conſuetudo tollit. Ideo eum iure non dicatur, quod alii vltra prædictos quatuor teneant primum locum poſt Papã, ideo ſtabũt in ſuis locis poſt Cardinales; Cum Cardinales etiã Diaconi præcedant quoſcunque Epi-

Digitized by Google

ſcopos & Archiepiſcopos, vt infra dicam *in vndecima conſideratione, incip. ſumitur ex prædictis, & in conſideratione ſupra allegata.*

Aduerte tamen ad vnũ, quod dicit Geminia. *in c. quanquam. in fi. 2. quæſt. 7.* quem allegat Felin. *in rubr. de maio. & obed. 5. colum.* quod dignitas Cardinalatus eſt maior poſt Papam, quacunque alia dignitate. cum Cardinales poſt Papam iudicent omnes, & ipſi à nemine iudicantur. *9. quæſt. 3. c. nemo. cum aliis per eum ibi allegatis.* Et etiam voluit Antonius de Butrio in quodam conſilio, quod eſt inter conſilia Pauli de Caſt. *conſil. 412. incip. viſo puncto tranſmiſſo.* quod Cardinales poſt Papam primum locum obtinebant. *c. per venerabilem. §. rationibus. extra, qui filii ſint legit.*

DEcima conſideratio. Sicut primo ſummo Põtifici Domino noſtro Ieſu Chriſto in triumphali Eccleſia tres Patriarchæ angelorum obſequuntur: ita ad exemplar illius in Eccleſia militanti circa vicarios ſuos tria genera Cardinalium obſequentium, ipſis vicariis fuerunt inſtituta. Qui quidem Cardinales ſunt vocati in partem ſolicitudinis. *c. ad honorem. extra de vſu pall. 2. quæſt. 1. c. de cætero.* & quorum conſilio ſummus Pontifex agenda ordinat & diſponit. *c. fundamenta. §. docet. de elect. lib. 6.* & ſunt ſibi collaterales. *c. 1. & c. penult. de offic. legati. lib. 6.* & pars corporis. *c. verum. 6. quæſt. 1.* Laurentius & Cardinalis Zabarella. *in clemen. 1. de celebrat. miſſar.* Speculator *in tit. de legat. §. ſequitur. poſt princip. in ver. laterales.* Et interpretantur Cardinales, id eſt, columnæ Eccleſiæ, *c. miniſterium. de offic. Archipreſbyt.* Oldradus *conſil. 46.* Cardin. Alexand. *in c. in nomine Domini. 23. diſtinct.* imo Papa eſt de numero Cardinalium. Archidiaconus *in c. ſacroſanct. de elect.* & inter Papam & Cardinales dicitur eſſe vnio identitatis, ſecundum Ioan. Andr. *in c. requiſiſti. in fin. de teſtam.* Philippus Francus *in cap. 1. de offic. legati.* & faciunt vnum corpus cum Papa, & iudicant totum orbem. *c. per venerabilem. qui fil. ſint leg.* Ita quod præferendi ſunt Cardinales Epiſcopis. *2. quæſtion. 7. c. quanquam.* Cardin. Zabarel. *in clem. 4. §. irritum. 3. quæſt. de elect.* Do. Alexand. *in rubr. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Eo, quia Cardinales habent maius officium quam Epiſcopi. Bart. *in l. 1. §. ſi quis. ff. de appell.* Panorm. *in c. eccleſia veſtra. le dernier. de elect. & in c. 2. de cler. non reſiden.* licet tamen Epiſcopi ſint maiores ordine. *d. c. quanquam. 2. q. 7.*

Faciunt ad hoc, quæ dicit Felin. *in rubr. de maiorit. & obed. in 5. col.* vbi ponit, quod etiam Cardinalis nõ Epiſcopus præcedit Epiſcopũ non Cardinalẽ. dicam infra *in ſeq. conſid.* & vide ibi Felin. *in d. rub.* An Epiſcopatus, Cardinalatus, & Papatus ſit culmen dignitatum, & quomodo intelligatur, & de Prælato vero, & de numero Cardinalium, & quot ſint Epiſcopi, quot Presbyteri, & quotquot Diaconi, vide per Aluarot. & Præpoſitũ *in d. tit. Epiſcop. vel Abbat.* Forte dicam alibi, licet & tales Cardinales æquiparentur Regibus. Dominus meus Iaſon *in l. nemo poteſt. in 2. colum. ff. de lega. 1.* Ioan. Andr. *in c. 1. de offic. legat. in nouella,* ponit vndecim prærogatiuas, ſeu maioritates Cardinalium, quas vide. Et ex vnaquaque poſſet fieri vna conſideratio de per ſe, quas vide: & de his tangam in conſiderationibus ſequent. Et quomodo Cardinales Regibus æquiparentur: & quod ſint illuſtres, ponit Purpur. poſt Alex. *in rubr. ff. de iuriſd. omn. iud.*

VNdecima conſideratio ſumitur ex prædictis: Videlicet maior officio, minor vero ordine præfertur. quia Cardinalis etiam non Epiſcopus præfertur Epiſcopo, vt tenet Panorm. poſt Cardinalem *in c. Eccl. le ſecond. in vlt. colum. extra, de elect.* Idem Abbas *in c. quod ſuper his. in lectura Parmenſi. de fide inſtrum.* & ibi de Bellonzinis *in 20. colum.* allegando Bart. *in l. 1. §. ſi quis in appellatione. circa princ. ff. de appellat.* vbi dicit, quod Cardinales non habent maiorem dignitatem quam Epiſcopi, licet habeant maius officium. vide Felin. *in loco hic ante in præcedenti conſideratione allegato.* Ita etiam tenet Floren. *in 3 part. ſua ſum. lib. 2. cap. 2.* & in illo libro plene habes materiam ſtatus Cardinalium.

DVodecima conſideratio. Cardinales Epiſcopi prę feruntur aliis non Epiſcopis. Ita tenet Cardin. *in clem. 3. §. irritum. de elect.* Ratio eſt; quia habent duplex vinculum. Habẽt enim officium vltra Epiſcopos, & vltra id

Digitized by Google

tra id habent Epiſcoporum ordinem. Ita tanquam habẽtes duo vincula ſunt cæteris præferendi, argumento eorum, quæ infra dicam *in 15. conſiderat.* nec valeret conſuetudo, quod Diaconus Cardinalis præferretur Presbyteris. Fel. *in c. ſtatuimus. extra de maiorit. & obed.*

Et aduerte, quod ſunt ſeptem Cardinales Epiſcopi, videlicet Hoſt. qui propter Papæ conſecrationem, vt iam ſupra dixi *in 2. conſideratione*, dignior eſt aliis. Epiſcopus Port. Epiſcopus Albanenſis, Epiſcopus Sabinenſis, Epiſcopus Palæſtinus, Epiſcopus ſanctę Ruffinæ, Epiſcopus Tuſculanenſis. Et iſti Epiſcopi tanquam Vicarii domini Papæ: in Dominicis diebus, feſtis & præcipuis ſolennitatibus in altari ſancti Saluatoris Lateranenſis Eccleſiæ debent deſeruire, vt dicit Aluaro. & Præpoſitus *in locis ſupra allegatis.* Et iſti Cardinales ſuccedunt in locum alterius per optionẽ, ita quod ſi moriatur Cardinalis Hoſtien. Cardinalis Portuenſis, accipiet locum Cardinalis Hoſt. & ſic deinceps: ita quod nouiter creatus Cardinalis Epiſcopus, erit in loco Card. Tuſculan. qui eſt vltimus illorum. Nõ ſic in aliis Cardinalibus; quia ſunt Cardinales ſecundum titulos eis aſſignatos, & in locum quorum ſubrogantur. Sedent tamen in ſuo ordine ſecũdum prioritatẽ promotionis.

Sed iuxta prædicta poſſet inſurgere dubium: vtrum ſi vltra illos ſeptem ſint alii Cardinales ſupernumerarii; quia ſint Epiſcopi, non tamen habeant alium titulum ab Epiſcopatibus, debeant præferri aliis Cardin. Presbyteris, aut Diaconis numerariis, ſecundum quod eſt eius numerus impoſitus ex titulis eis aſſignatis, vtputa, quia ſint 236. prout fuerunt tempore Portiani Papæ, vt refert Card. Zab. *in d. clem. ne Romani. §. porro. in 2. notabili de elect.* Et de illis Cardinalibus ſupernumerariis ſint centum Epiſcopi Cardinales: an debeant tales præcedere alios Presbyteros & Diaconos numerarios ſecundum titulos eorum, & eis impoſitos, de quibus *in locis hic ante allegatis.*

Licet ſit quidam numerus Cardinalium taxatus ſecundum numerum diſcipulorum Chriſti, vt habetur *in locis hic ante allegatis.* poteſt tamen ſummus Pontifex, vltra illum numerum, tot, quot voluerit, creare de ſuæ plenitudine poteſtatis, & omnes tales numerarios facere ſi velit, notant doct. *in locis præalleg.* Si tamen aliquos faciat, quos velit eſſe ſupernumerarios, tales ſupernumerarii nõ dicuntur veri Cardinales, cum qui ſuper numerum militat, quaſi nec militare dicatur, *l. ſi. C. de apparito.* Magiſtri militũ. &, vt dicit Bart. *in l. vnicuique. C. de proxim. ſacror. ſcrin.* Tales ſupernumerarii ſunt expectantes decedẽtium locorum. Et ideo debent ſedere in vltimo loco poſt omnes numerarios. Et dicuntur ſupernumerarii, qui ſunt vltra loca & titulos aſſignata ſeu aſſignatos aliis ſupernumerariis. Et ſunt numerarii Cardinales, videlicet ſeptem Epiſcopi ſupra nominati. Presbyteri vero Cardinales ſunt 28. numero, qui diuiſi per numerum ſeptenarium quatuor Patriarchalibus eccleſiis vrbis Romanæ ſunt intitulati. Septem enim ſunt intitulati ad eccleſiam S. Petri, videlicet Cardinales S. Mariæ trans Tyberim, S. Chryſogoni, S. Ceciliæ, S. Anaſtaſiæ, S. Laurentii in Damaſo, S. Marci, S. Martini in montem.

Alii autem ſeptem, qui ſunt intitulati ad eccleſiam S. Pauli, qui debent in altari maiori deſeruire: ſunt iſti, videlicet Cardinales S. Sabinæ, S. Priſcæ, S. Balbinæ, Sanctorum Nerei & Achillei, S. Sixti, S. Marcelli, S. Suſannæ.

Alii autem presbyteri Cardinales S. Mariæ maiores ſunt iſti: videlicet Card. ſanctorum, qui tamen non nominantur per titulum, ſed per Baſilicam, & in eo eſt ſpeciale, vt notatur *in c. cum olim. de princ. & de re iudic. c. Apoſtolica. lib. 6.* & tenet Ioan. Andr. *in tit. de libell. conceptio. §. nunc iam videndum. poſt princ.* Card. S. Cyriaci in thermis, S. Euſebii, S. Potentianæ, S. Vitalis, ſanctorum Marcelli, & Petri, ſancti Clementis.

Alii vero presbyteri Cardinales S. Laurentii, ſunt iſti, videlicet, S. Praxedis, S. Petri ad Vincula, S. Laurentii in Lucina, S. Crucis in Ieruſalem, S. Stephani in Cœlio monte, ſanctorum Ioannis, & Pauli, ſanctorum quatuor Coronatorum.

Digitized by Google

Diaconi vero Cardinales ſunt 16. videlicet S. Mariæ in dominica. Et iſte eſt Archidiaconus aliorum, & ideo cæteris præferri debet, S. Luciæ in circo palatii iuxta ſeptifoliū, S. Mariæ nouæ, ſanctorum Coſmæ, & Damiani palatii, S. Adriani palatii, S. Gregorii palatii, S. Mariæ in ſchola Græca, S. Mariæ in porticu, S. Nicolai in carcere, S. Angeli, S. Euſtachii, S. Mariæ in aquario, S. Mariæ in via lata, S. Agathæ, S. Luciæ in capite Sabinæ, S. Quiriaci. Et iſtos titulos ſic enumerat Speculator *in tit. de leg. §. ſequitur.* & Aluarotus *in d. tit. Epiſcop. vel Abbat.* vbi ponit quomodo intitulentur. Et quod poſſunt eſſe ex ſupradicto numero quinquaginta & vnus.

Ex quo videtur dicendum, quod ſi ſint vltra illum numerum & titulos ſupradictos, quod ſunt ſupernumerarii. Et tales ſupernumerarii poſt mortem aliorum ſunt ſubrogādi ſecundum ordinem creationis ſi velint, alias poſſunt ſubrogari pro ſecundo vel tertio, arg. notatorum per Bar. *in d. l. vnicuiq; ſupra alleg.*

Et intellige, quod iſte ſupernumerarius ſubrogatur, quantum ad incorporationem. vt ſ. ſit incorporatus, vt numerarius erat, ſed non in loco numerarii; quia non debet ſedere in loco, in quo ille ſedebat, ſed in vltimo loco poſt alios prius incorporatos, qui præferuntur ei in honoribus, & aliis prælationibus, & ſic non per omnia ſubrogantur loco illius, vt *in d. l. vnicuique. & in leg. comperimus. C. de prox. ſacror. ſcrinior.* Et ſic in dicta ſubrogatione debet ſeruari duplex ordo, videlicet, vt hic ſupernumerarios priores eo: Item etiam, vt non præcedat ſocios ſupernumerarios priores eo? Imo etiam, vt non præcedat numerarios etiam poſteriores illo: in cuius locum ſubrogatur. Ita tenet Ioan. de Platea *in d. l. vnicuique. in 2. colum.*

Ita etiam obſeruatur in hac ciuitate Hed. in Canonicis ſupernumerariis, quos præcedunt numerarii, etiam poſteriores. & dicuntur Canonici in albis; quia præbendæ eorum ſunt in albo deſcriptæ: & tales nullis Canonicorum priuilegiis gaudere deberent. Sunt tamē exempti à iuriſdictione Epiſcopi Hed. & ſubiiciuntur iuriſdictioni Venerabiliū Virorum dominorū Decani, & Capituli Hed. Quod, an deceat fieri, non inſiſto, & ex cauſa.

Decimatertia conſideratio. Inter Cardinales in Cancellaria præfertur Vicecācellarius. Nam cum olim de pari contendere voluiſſet cum Papa ex gloria, propter excellentiam tantæ dignitatis, qui Cancellarius erat, fuit ſtatutum pro lege, quod nō amplius Cancellarius, ſed Vicecancellarius à cætero vocaretur, quod & hodie ſeruatur, vt dicunt Guillelmus & Zabar. *in cle. ne Romani. de elect.* Et ita etiam vocatur *in proœmio ſexti. in §. ſane.* olim vocabatur Bibliothecarius. *c. Andr. 63. diſtinct.* ſecundum gloſſ. ibi.

Et inter officiarios Curiæ Romanæ poſt Papam dicitur maior. Notat Zabarel. *in d. cle. ne Romani. verſic. eo ipſo. ibi: quarto quæro.* Et eſt iudex in pertinētibus ad expeditionem Bullarum. Regulas Apoſtolicas Regis, cuius diſpoſitione in Curia dantur, & extra eum ſubſcriptione duorum abbreuiatorum, & capit certam partem de regiſtro Bullarum; quia tenentur de omnibus ibi contentis reddere rationem, ſecundum gloſſ. *in proœmio regularum Cancellariæ Innocentii octaui.* Et eſt præſes Iuſtitiæ in Curia: ponens decretum: irritans, & alias clauſulas: de quo per gl. *in c. ſtatutum de reſ. lib. 6. §. 1. in verb. literarum.* Et ſedere poteſt, & ſtare cum auditoribus Rotæ, in deciſionibus cauſarum, etiam in præſentia Papæ: quoniā, vt dictum eſt, eſt præſes Iuſtitiæ. ſecundum gl. *in d. proœmio.* Sicut videmus de Cancellario regni Franciæ. Qui tanquam primus poſt Regem præſidet in omnibus parlamentis Regni. Sicut Moyſes in Regno, & ſynagoga Iudæorum pro Deo verus Cancellarius vocatur, cuius & Dei vnum & idem dicitur eſſe conſiſtorium ſecundum Hoſt. *in ca. quanto. de tranſlat. prælat.*

Decimaquarta conſideratio. Camerarius ſedis Apoſtolicæ habet dignitatem vltra alios ratione iuriſdictionis, quam habet. Eo tamen; quia ſemper ſolet eſſe Cardinalis, extra locum Cameræ ſedet in ſuo loco, vt Cardinalis, non habendo reſpectum ad eius officium.

Et dici-

Digitized by Google

Et dicitur Camerarius, qui recipit & cuſtodit bona, *c. ad audientiam. de præſcript.* Et hodie magnum eius officium eſt, & habet dignitatem. notant domini de Rota *deciſ. 173. in fine, in nouis.* Et iuriſdictionem exercet circa omnes debitores Cameræ. Et, Papatu vacante, nihil ab eo recipiunt Cardinales. *c. vbi periculoſum. §. prouiſionis. de elect. in 6.* Ioan. Andreæ *in clem. ne Romani. §. eo tamen. de elect.* Et habet iudicem, qui dicitur Auditor Cameræ, qui de cauſis appellationis ad Papam extra Romanam curiam per appellationem deuolutis non poteſt ſe intromittere: imo conſueuerunt per Vicecancellarium committi, & tractari, vt dicunt domini de Rota *deciſ. 336. in nouis.*

Et ad officium Camerarii pertinet temporalia pauperibus erogare. gloſſ. *in d. cle. ne Romani. verb. eo tamen. iam ſupra allegato. in verb. Camerarium.* quod bene obſeruauit Beatus Laurentius reſpondendo tyranno: Theſauros, quos quæris, manus pauperum deportauerunt. Et libros conſeruare. *d. l. ad audientiam.* Et duabus rationibus non expirat eius officium morte Papæ. Prima, vt non negligantur reditus temporales ad Romanam ſedem pertinentes, ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt. *in q. 3. c. ſi quis abiecerit. cap. ex officii. de præſcr. c. cum ſecundo. de præbend.* Secunda, propter ſuſtentationem pauperum, ne interim fame moriantur. *86. diſt. c. paſce.* vt tenet Zabarella *in d. verſ. eo ipſo. iam ſupra alleg.*

DEcimaquinta conſideratio. Cardinales Presbyteri præferuntur Diaconis Cardinalibus ea ratione ſolum; quia licet ſint pares officio: ſunt tamen maiores ordine: ratione cuius maioritatis alios præcedere debent. notatur *in c. cleros. 21. diſtinct.* dicam infra *in 15. conſideratione.* ideo non inſiſto. facit text. *in c. placuit. 18. diſtinct. & c. oportebat. & c. ſi quis in Epiſcopis. 79. diſtinct. & in c. cum redemptor. 12. quæſt. 2.*

Et aduerte; quia iſti Cardinales, & Patriarchæ æquiparantur præfectis prętorio, vt dicit Alber. de Roſa *in rubr. de ſtatu homin.* Ioan. de Platea *in l. curialibus. in 2. & 3. colum. C. de decur. lib. 10.* Intellige prædicta, ſi ſit conſuetudo talis: de iure tamen, vt dicit gloſſ. *in c. legimus. 93. diſtinct.* De conſuetudine Romanæ Curiæ, Diaconi Cardinales pręferuntur Presbyteris Cardinalibus: & ſi talis conſuetudo ſit, eſt obſeruanda. Ita dicit Præpoſitus *in c. Epiſcopos, 16. diſtin. in fine.* vbi dicit, quod indies dicit contrarium obſeruari in Presbyteris Cardin. Et poterat ſcire; quia erat Cardinalis tempore ſuo. Et credo, quod non valeat ex dictis Hoſtien. *in c. de maior. & obed.* vbi dicit, quod non valet conſuetudo, quod minor præcedat maiorem.

DEcimaſexta conſideratio. Cardinales manentes in Curia ſunt digniores aliis. Bald. *in rubr. ff. de offic. proconſ.* quoniã præſentia Principis illuſtrat eos. *l. vnica. C. de præpoſ. labor. libr. 12.* Quoniam licet omnis gradus & dignitas ſecularis recipiat ſplendorem à Principe; non tamen æqualiter ſplendet qui abeſt ei, qui præſens eſt: ſed vt infert dominus Nicolaus Boerii, *in ſuo tractatu de præeminentia magni concilii, & parlamentorum Regni Franciæ, in prima ratione pro magno concilio. in fin.* quod ſimplex Cardinalis in curia reſidens, debet in honoribus præferri Cardinali legato. Et facit vna ratio. Nam Conſul, qui eſt illuſtris, quando mittebatur extra vrbem, erat tantum ſpectabilis gloſſ. *in rubr. ff. de offic. proconſ.* quod tamen dicit nunquam poſſe practicari: cum eo ipſo, quod legatus ingreditur Vrbem, deponit officium, & officia legationis. *l. 1. & vlt. ff. de officio proconſul. iuncto cap. legatos. de offic. leg. lib. 6.* notatur gloſſ. *in cap. excommunicationis. eod. tit.* Ego etiam dicerem contrarium, quando legatus Cardinalis vltra Cardinalatum habet officium legationis, ratione cuius habet præeminentiam; cum tanquam legatus ſummi Pontificis, eidem honor debeat adhiberi, notat Philip. Francus *in c. grandi. de ſupplen. negligen. præla. in 6.* Dixi ſupra. infra ſic videtur, quod Cardinalis legatus propter autoritatem ſui Magiſtri, ratione legationis præcedit alios. Sed ſolue, dic, quod intrando vrbem perdit officium legationis, & ſic ſemper ſtat ſolutio prædicta. Et iſtud etiam videtur tenere dom. meus Iaſ. *in l. 1. in 3. col. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* & de dicto

Bald.

Digitized by Google

Bald. *in dict. rubr.* vide Fel. *in c. clerici. in vlt. col. extra de iudic.* & vide de hac materia, quæ dixi *in prima conſid. ſexta partis.*

DEcimaſeptima conſideratio. Pœnitentiarius habet officium, ratione cuius dicitur habere dignitatem. Et ſecundum ſtylũ Curiæ ſolet eſſe Cardinalis. notatur *in cle. ne Roma. de elect.* Et iſtud officium non expirat morte Papæ propter periculum animarum euitandum. arg. *c. 1. ne ſede vacante. & cap. 1. de ſepult. lib. 6.* Et literis iſtius creditur in ſuo officio de conſuetudine; quia non agitur de præiudicio alicuius, cum non habeat poteſtatem, niſi in foro pœnitentiali: quod etiam procedit quo ad minores pœnitẽtiarios; quia quo ad maiorem, videtur eſſe eo; quia Cardinalis, quibus de obſeruantia Curiæ creditur, notat Zaba. *in d. cle. ne Rom. §. eo ipſo.*

DEcimaoctaua conſideratio. Legati Cardinales ſunt digniores, & excellentiores pluribusque prærogatiuis decorati aliis legatis miſſis vel natis. *c. 1. & cap. excommunicatis. & c. nolentes. de offic. legati. cap. 1. eo tit. lib. 6.* Et tales dicuntur de latere, vt dicit Philippus Franc. *in d. ca. 1. de of. deleg.* vbi etiam dicit, quod etiam Cardinales, ſi non ſunt legati, ſunt cæteris præponendi, & honorandi: licet enim alii poſſint eſſe maiores dignitate vel ordine; tamen iſti ſunt minores ordine, quod ſint pars corporis Papæ. *6. quæſt. 1. c. ſi quis. & de pœnis, in 6. ca. felicis.* Et Cardinales legati æquipatantur Proconſulibus, & ſunt Illuſtres, vt dicit Bald. *in cap. pen. de officio leg.* Alii vero legati præſidibus prouinciarum, vt eſt tex. gloſſ. & doct. *in ca. 2. de offic. deleg. in 6.*

DEcimanona conſideratio. Primates ſeu Patriarchæ etiam alii, quam ſupra nominati *in 9. conſid. incip. quatuor Patriarchæ.* præcedunt Archiepiſcopos & Epiſcopos; cum maiorem dignitatem habeant. Imo etiam de iure deberent præferri Presbyteris Cardinalibus: probatur ex ſubſcriptione *cap. conſtitutus. le premier. de app.* vbi Patriarcha Grand. præfertur Presbytero Cardinali. Duæ ſubſcriptiones attendendæ ſunt. Imo, ad huiuſmodi preeminentias multum faciunt nota. gl. *in verb. prædicatorum, in ca. quorundam. de elect. lib. 6.* & gloſſ. pen. *in clem. 2. de reſcriptis.* Si tamen ſit conſuetudo, ſeruanda eſt, vt dic[it] *Præpoſitus dictus Card. Alexandrinus in d. c. Ep[iſ]copos. 17. diſtinct.* Quia eſt conſuetudo Rom[an]æ, quod Cardinales præferuntur, ideo ſeru[a]nda eſt: & ſunt alii Patriarchæ inferiores à [ſ]upra nominatis, vt dicit ibi Præpoſitus, Aq[u]ilegienſis, Bituricenſis Granden. & Piſanu[s]: de quibus per gloſſ. & Arch. *in c. cleros. 21. di[ſt]inct. & in c. ſi. 22. diſtin.* & per Floren. *in 3. part. ſ[u]æ ſum. lib. 20. ca. 4. per totum.*

VIgeſima conſideratio. Archiepiſcopus præcedit Epiſcopum in loco, vbi ambo habent adminiſtrationem; cum ſit maior in dignitate, vel etiam in ordine: Et ſic etiam Presbyter præfertur Diacono. De his eſt tex. *in d. c. placuit. 18. diſt. ſupra proxime allegato.* Et iſti Archiepiſcopi præferuntur præſidibus prouinciarum. Albericus de Roſ. *in l. 3. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* Et ibi dominus meus Iaſon & alii, qui faciunt aliquas comparationes ſeu æquiparationes de Prælatis Eccleſiaſticis ad Principes, & officiarios ſeculares. Et de dignitatibus, ſublimitate, & excellentia Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, vide Zodoricum Zamoren. Epiſcopum *in ſuo ſpeculo humanæ vitæ, lib. 2. c. 10. vſq. ad c. 14.* ponit etiam de miſeriis, & periculis eorũ. vide etiã de Archiepiſcopis per Flor. *in 3. par. ſuæ ſum. lib. 20. c. 3.* vbi ample.

VIgeſimaprima conſideratio. Archiepiſcopus Mediolanen. præcedit Rauennatenſ. illique anteire debet, argum. ſumpto ex text. *in c. bene quidem. 97. diſt.* per gl. ibi. & gl. *in l. decernimus. C. de epiſc. & cle.* Alber. de Roſ. *in epiſt. inter claras. C. de ſumma trinit. & fide cath.* Martinus Laud. *in tract. de dignit. art. 10.* Eo; quia prior ibi nominatur: de quo per Philippum Decium *in conſi. 161. col. 1. ad fin.* vbi tractatur ordo ſcripturæ. Faciunt, quæ dicit Alexander *in conſil. 112. verſi. non obſtante. in 2 volum.* dicam infra *in hac parte. in 73. conſideratione.* Bituricen. etiam præcedit Senonen. & Lugdunen. Archiepiſcopos, qui ſunt in Francia, ſecundum Albericum de Roſate *in rub. de ſtatu homin.* Et licet aſſerant ſe Galliarum Primates, non eſt tamen de iure cautum. Præcedit

Digitized by Google

cedit etiam Burdegalen. Archiepiſcopum, vt de hoc eſt text. *in c. fin. de maiorit. & obed. & in c. fin. de dilat.* & tenet Alb. de Roſat. *in d. rub.* qui dicit, quod Bitur. eſt Primas in Burdegalenſi prouincia, & etiam Narbonen. prout facit text. *in c. conqueſtus.* 9. q. 3. & de prædictis vide Boerium *in dicto ſuo tract. de praeminentia ſacri Concilii.* & Iacob. Bonaudi *in add. ad Ioan. de Terra rubea in ſuo lib. de vinea. in art. 2. primi tractatus. in 4. concluſione. in gloſſ. in ver. à dextris.* vbi tamen dicit quod Lugdu. & Senon. Bituricen. Archiepiſcopum de facto in Conciliis generalibus Franciæ præceſſerunt.

VIgeſimaſecunda conſideratio. Archiepiſcopus in terra Epiſcopi debet honorare Epiſcopum. gl. *in l. nihil. C. de palat. lib.* 12. & ibi, quod reuerentia non ſolum ab inferioribus debetur ſuperioribus; imo quandoque à ſuperiori debetur inferiori. facit gl. *in l. apud eum. ff. de manumiſſ.* Quod quando ſunt duo æquales in dignitate, quilibet in ſuo territorio eſt maior altero. faciunt, quæ dicit Cæpolla *in ſuo tract. de impera. mili. eligendo. ver. pro imperator. col.* 12.

VIgeſimatertia conſideratio. Epiſcopi in ſeſſionibus & ſubſcriptionibus in Conciliis illum ordinem tenere debent, quem habent tempore ordinationis eorum: Vt, qui primo ordinatus fuerit, primum locum, & qui ſecundo, ſecundum ſibi vendicet, & ſic de cæteris, 74. *diſt.* 2. *c. Epiſcoporum.* & 23. *diſt. c. vlt. & c.* 1. Fel. *in rub. de maio. & obed. & c. Epiſcopus.* 17. *diſt.* vbi Ioan. de Turrecr. poſt alios. Et ſublata prioritate promotionis, quomodo Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Primates ſedere debeãt, vide ample per Alber. de Roſ. *in rub. ff. de ſtatu hom.* quoniam, vt dicit Fel. *in d. rub. de maio. & obed.* debent ſedere, ſecundum illum ordinem ibi per eundem Albericum poſitum & deſcriptum. Et de huiuſmodi prioritate promotionis eſt tex. ad literam *in l. 1. C. de conſul. & non ſparg. ab his pecuniis. in l. 1. C. de prapo. ſacri cubiculi. lib.* 12. dicam infra amplius: ſed vide Lucam de Penna *in l. 2. de præfect. pratorio.* vbi dicit tamen hoc poſſe limitari, & non eſſe verum in loco, in quo Eccleſiæ conceſſum eſt priuilegium in contrarium, vt eſt *in c. cum antiqua. de priuileg.* de quibus ſupra dixi. Et etiam; quia iſte ordo eſt ordo temporis, cui præfertur ordo qualitatis 16. *q.* 7. *c. laicis.* dixi ſupra *in 1. part.* De Epiſcopis, & poteſtate eorum ample Florent. *in 3. part. ſua ſumma. lib.* 20. *c. 1. & 2.*

VIgeſimaquarta conſideratio. Epiſcopi exempti, hoc eſt, immediate ſubditi Papæ debent in Concilio generali ſedere in altiori loco, quam non exempti. facit *c. per tuas. cum gloſſ. 1. extra de maior. & obed.* Ita dicit & tenet Iohan. Montaigne. *in ſuo tract. de praeminentia & autoritate ſacri magni Concilii, in ſecunda ratione prima partis.* Ex quo videretur dicendum, quod Epiſcopus de Podio, cum immediate ſit ſubiectus ſummo Pontifici, quod omnes Epiſcopos ſuæ prouinciæ præcedere debeat. Sed in conciliis generalibus Galliæ poſt Primatus attenditur ſemper prioritas promotionis non habendo reſpectum ad alia, quæ facere poſſent ad habendum altiorem locum.

VIgeſimaquinta conſideratio. Epiſcopus debet præcedere quoſcunque ſuæ diœceſis, cum ſit culmen dignitatum, notatur *in c. 1. de preb. & per Fel. in rub. de maior. & obed.* Abbas *in cap. cum Vinton. in 4. colum. de elect. & in cap. venerabilis, in vlt. colum. de prebend. & in ca. dilectus. in 1. notabili. de conceſſ. prebend.* dom. meus Iaſon *in l. imperium. in 4. colum. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Et Epiſcopatus dicitur honor, id eſt, honorabilis dignitas, notat Zabarell. *in c. Epiſcopatui. de priuileg.* Imo dicitur excellẽtior dignitas, vt ibi per eum, per *c. innotuit. de elect.* Ita quod cum eſt in Eccleſia, debet in ſublimiori loco ſedere in conſeſſu Presbyterorum. 95. *diſtinct. c. Epiſcopus.* 2. & dicit Bald. in addit. ad Spec. *in tit. de iuriſdict. omn. iud. in verb. ſuperilluſtres.* quod Epiſcopus dicitur illuſtris, & ita etiam tenet *in l. nullus qui nexu. C. de decur. lib.* 10. *& in l. ad ſimilitudinem. C. de Epiſc. & clericis.* Ita etiam tenet dominus meus Iaſon *in l. 1. colum. 4. ff. de officio eius cui manda. eſt iuriſdictio.* Et ibi Purpuratus, qui multum ample diſputat, an ſint illuſtres, an ſpectabiles. Barto. *in l. omnes populi. in 4. q. in princip. ff. de iuſtit. & iur.* Imo etiam dicitur ſummus Pontifex. *text. in c. ſi offi-*

*cia.& in c.qui Eccleſiaſticis.39.diſtinct.& c.Epiſcopus.*18. *diſtinct.* & ample per Bertachinum de Firm.*in ſuo tract. de Epiſcopo, in princ. & etiam in* 4.*lib.in* 1. *parte illius* 4.*libri* dicit, quod portat crucem ante ſe, ſecundum gloſſ. *in cap.fin. vt lite pend.* Et aduerte, quod Princeps ſeu Rex debet ei præbere honorem in aſſurgendo in aduentu ipſius, & ei iuxta ſe venerabilem ſedem aſſignare, & ſic ad dextram. Ita dicunt Panormitanus & Iohan. Andreæ *in capit.ſolita.de maiorit. & obed.* & Corſetus *in tract. de poteſtate Regia.quæſtio.*57.vbi dicit, quod quando accuſatur, debet ſedere, & non ſtare. dicam infra *in* 7.*part.* vbi ponam effectus Illuſtrium perſonarum, & eſt *in* 3. *conſideratione.* Imo etiam dicitur Sereniſſimus, *in clem. in pleriſque.de electio.* Imo dicitur Dux, Marchio, Comes, & Rex. notat Speculator *in titul. de reſcript.præſentat.§.fin.ver.ſed nunquid expreſſo.* Et eſt caput ſuæ diœceſis, etiam ſi alii ſint in dignitate poſiti. notatur *in ca. cum non liceat. de præſcript.* Imo etiam eſt caput Capituli.*extra de verbo.ſignifi.cap.cum clerici.* notat Innocent. *in cap.cum dilectus.in princip.gloſſ.de maiorit. & obed.& de offic.ordin.cap.irrefragabili.*intelligant, quando non eſt priuilegium in contrarium, dicam infra.

Et licet ſint multi ordines & dignitates in Eccleſia Dei. *c.cleros.*21.*diſt.* tamen Papa appellat ſe Epiſcopum, eo; quia in Eccleſia Dei nullus eſt maior ordo Epiſcopali, vt dicit gloſſ.*in proœmio* 6.*in verb.Epiſcopus.*& facit gloſ. *in c.quanquam.*2.*q.*7. quæ dicit, quod Epiſcopus eſt maior presbytero Cardinali: de quo tamen vide text.*in c.ſi Abbatem. de elect.in* 6.& Gemin *in d.c.quanquam.& in c.*1.*in* 2.*colum.de offi.deleg.in* 6.Bartol.*in l.*1.*§.ſi quis appellationem. in* 1.*col.ff.de appell.* Domin. meum Iaſ. *in d.l. imperium.in* 4.*col.* vide Curt.ſeniorem *in conſi.ſuo* 79.*in* 2.*col.*

Aduerte tamen, quod Epiſcopus debet honorare legatum de latere in vim iuramenti ab eo præſtiti.de quo *in cap. ego. de iureiur.*& tenet Specul.*in titu. de legato.* §. 1. *ver. honorandus.* Hinc dicit Bertachin. de Firm.*in* 1.*tract.de Epiſcopo.in* 1.*part. quarti libri.* Quod inoleuit conſuetudo, quod Epiſcopi aſſiſtẽtibus Dominis Cardinalibus non portant rochetum ſaltem diſcoopertum, nec domini Cardinales aſſidente Papa, nec Prætores ciuitatum baculũ iuſtitiæ ferunt aſſidente præſide prouinciæ. Quem autem locum habere debeat in Capitulo: dic, Quod ſi eſt vt Canonicus, non præcedit Capitulum, ſed habet ſecundum locum in Capitulo. Pan. *in c.poſtulaſti. de conceſſ.præben.* Felin. *in rub. de maior. & obed.in* 3. *col.* dicam infra latius *in* 45.*conſider.*

Vigeſimaſexta conſideratio. Epiſcopus Heduen.debet præcedere alios Epiſcopos prouinciæ Lugdunẽſis; cum habeat pallium, quod eſt ſignum & autoritas Archiepiſcopi, in quo plenitudo Pontificalis officii continetur *cap. niſi. extra de vſu & autor. pallii.* Ita quod poſt receptionem pallii poteſt ſe Archiepiſcopũ nominare. Notatur ibi, quod priuilegiũ habuit Epiſcopus Heduen. à ſummo Pontifice tempore ſancti Siagrii tunc Epiſcopi Heduen. vt habetur *in c. rationis ordo. & c.in ea ſynodo.c.diſtinct.* Vtuntur etiam pallio Epiſcopus Ipodien. Epiſcopus Hoſt. primus Cardinalis, Epiſcopus omniũ Cardinalium. vt dixi ſupra. *in* 2.*conſid.*& etiam Epiſcopus Arelaten.*c.pallium.c.diſt.*

Et aduerte, Quod pallium eſt è candida lana contextum, habens de ſuper circulum humeros contegentem, & duas lineas ex vtraque parte, videlicet ante & retro pendentibus. A ſiniſtris eſt duplex, & à dextris ſimplex, & quatuor cruces purpureas ante & retro à dextris & à ſiniſtris. Et ante & retro infiguntur in Pallio tres acus, quorum nullum vacat myſterio, vt dicit Magiſter Alexand. de Hal. *in* 4. Et omnia moralibus ſunt imbuta myſteriis, & diuinis grauida ſacris, vt dicit Guliel.*in rationali.* & pleniſſime Ioh. de Turrecrem.*in c.Epiſcopus.dict. diſt.* & poſt eũ Card. Alex. de verbo ad verbum, recitando verba ipſius de Turrecrem. illum tamen tacendo. Sed Archiepiſcopus Flor.*in ſua ſum.*3. *part.tit.* 20.*cap.* 4. §. 2. dicit: quod pallium eſt quoddam ornamentum ad modum Stolæ ſacerdotalis cum quibuſdam crucibus nigris contextis, quod defertur ſuper alia ornamenta, circumdans pectus, & humeros ad modum coro-

Digitized by Google

coronæ, ante dependens. Et ibi ponit dies, quibus vtendum eſt pallio: & ſic domini ſupra allegati faciunt differentiam, vt videri poteſt de crucibus in pallio apponendis. Et quomodo ſit petẽdum palliũ, & intra quod tempus, vide *in c. quoniam. & c. instantia. eadem diſt.* & de ſacramento obedientiæ, & fidelitatis Eccleſiæ Romanę, præſtando in receptione pallii, *in c. optatum. eadem diſt. & in c. ſignificaſti. de electio.* Nec poteſt quis pallium alii accommodare, imo cum eo ſepeliri debet, *c. ad hac. c. ex tuarum. extra de author. & vſu pallii.*

Et ideo ex prædictis inferrem, quod ſi Epiſcopus Heduen. impetrauerit palliũ à ſummo pontifice, ex quo tunc poterit ſe nominare Archiepiſcopum, quod præcedet omnes alios Epiſcopos non vtentes pallio: ſed ante receptionem illius ſedebit in ſuo loco promotionis, vt dictum eſt ante *in 23. conſideratione, incip. Epiſcopi in ſeſſionibus, &c.*

VIgeſimaſeptima conſideratio. Exempti, & habentes iura Epiſcopalia in diœceſi tenentur præſtare reuerentiam Epiſcopo. Bald. *in l. fin. C. de oper. lib.* Felin. *in capit. conquerente, extra de offic. ord.* not. *in cap. cum non liceat. de præſ.* Imo etiam Canonici exempti ad reuerentiam præſtandam diœceſano Epiſcopo tenentur, & poſſunt cogi. Nam non eſt dubiũ, quod Epiſcopi eſt maior dignitas, quam ſit in Eccleſia. Imo eſt culmen dignitatum. not. *in cap. 1. de præb.* dixi ſupra *in 23. conſider.*

Ideo eſt maior Canonico, etiã exempto, & ideo reuerẽtiam eidem tanquam digniori debent exhibere. *Cod. de offic. rectoris prouin. cap. ſtatuimus. extra de maior. & obedien.* Nec debent iraſci minores, quod maiores præferantur, & quod eis reuerẽtia exhibeatur. *11. quaſt. 3. c. qui reſiſtit.* Nam ideo diuerſi gradus & ordines ſunt diſtincti, vt minores maioribus exhibeant reuerentiam, vt dicit Lucas de Penna *in l. ſacri. Cod. de præpoſ. ſacri cubic.* gloſſ. *in l. 1. §. ſi vicinus. ff. de aqua plu. arc. in verb. ſeruitutem.* facit *l. 3. ff. de alien. mutan. iudic. cauſa facta.* Et Canonici debent appellare Epiſcopum patrem, ſed Epiſcopus debet eos vocare fratres. Panorm. *in cap. nouit. de his quæ fiunt à præl. ſine conſ. Capit. in 3. notabili.*

Hinc ex his Epiſcopus Pariſienſis iuſtam cauſam habebat cõtra ſuos Canonicos. Qui tempore, quo ipſe benedictionem dabat populo, nolebant aſſurgere, nec ei reuerentiam præſtare, inflectendo genua, ſi conqueſtus fuerit: eo quia tenebantur, nec poterant de iure illud recuſare: licet prætendant habere quandam exemptionem. Et ita etiam fuit dictum per Curiam parlamentalẽ Franciæ.

Crederem, quod deciſio Bald. *in d. l. fin. C. de ope. liber.* eſſet vera in exemptis per pactum inter Epiſcopum, & monaſterium factum; ſecus autem eſſet in exemptis per ſummum Põtificem ex priuilegio. Ita alias dicebat dominus meus & præceptor. Dom. Thom. Cuſanier, legendo Pictauis prædictam legem, quam ſub eo audiui, quem poſtea audiui, eſſe aduocatum fiſcalem in Parlamento Burde. De quo ſemper in mente habui, quod non erat eo maior, & ſubtilior in iure noſtro in tota Gallia. Nihil tamen tunc mihi pro hac diſtinctione allegauit, ſed ſicco pede tranſiit. Sed videtur, quod pro opinione illius ſit; eo quia pacto ius reuerentiale tolli nõ poteſt. *l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrimon.* & ibi dicunt Angel. & Imol. quod licet Eccleſia ſit exempta pacto; tamen tenetur ad reuerentiam Epiſcopo, de quo per Canoniſtas *in cap. cum venerabilis. de teſt. in cap. paſtoralis. de donatio.* & etiam per Bald. *in l. fin. per illum text. C. de bonis libert. & in dict. capit. cum non liceat de præſcript.*

VIgeſimaoctaua cõſideratio. Epiſcopum honorare debet Princeps quantumcũque maximus, text. eſt, & ibi Abbas *in cap. ſoluta. de maior. & obed. & in c. omnes.* & Martin. Laud. *in tracta. de dignitatibus. verſic. 10.* Imo etiam, vt videmus in concilio Niceno, Conſtantinus Rom. Imp. primum locum tenere non auſus eſt, nec ſe Presbyterorum conſeſſibus adiungere, ſed ſedem nouiſſimam occupauit, vt refert Polycratus *in libro de nugis curialium & veſtigiis philoſophorum. lib. 4. cap. 3.*

Aduerte tamen, quod Rex præfertur, & præſidet quibuſcunq; Prælatis feuda tenentibus ab eo, ſecundũ Panormitanũ *in c. cũ virum.*

rum. in fin. de foro compet. maxime Rex noſter Franciæ, eo, quod oleo ſancto vnctus eſt: de quo latius vide infra *in ſequent. part. in 31. conſider.* Imo Epiſcopi Regni debent ei iurare fidelitatem ſeu reuerentiam: quam reuerentiam in cõſilio ſibi reſeruaſſe, declarat Theodoricus Rex, *c. concilia. §. hinc etiam. 42. diſtinct.* quod intellige verum ratione feudorum & rerum temporalium, vt tenet Panorm. *in c. nimis. extra de iureiur.* quo caſu tenentur præſtare fidelitatem. *c. nimis. & ibi Pan. & alii. de iureiur.* Bald. *in præludiis feudor.* Henric. Bolich *in cap. fin. extra de re iud.* notatur *in cap. ſolita. & in c. dilecti filii. extra de re iud.* Et in talibus rebus feudalibus Prælatus efficitur ſubditus Regi: in aliis autem non, ſed reuerentiæ debitor, dicit Bal. *in d. c. nimis.* Sed etiam quo ad alia temporalia, licet nõ ſint feudalia, ſubiiciuntur Regi. Imo, conſtitutionibus & ordinationibus illius obedire tenentur in temporalibus. Bald. *in c. cum veniſſent. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſer.* Et ideo videtur, quod ſi Princeps aut Rex exigeret collectas nouas, ſuper omni temporalitate ſui Regni, pro neceſſitate defenſionis ſuæ patriæ, quod etiam bona temporalia clericorum, & maxime feudalia eſſent illi exactioni ſubdita, vt videtur tenere Pet. de Anchar. *in d. cap. nimis.* quod an ſit verum, dicam alibi.

Aduerte etiam; quia regens etiam in his, quæ cõcernunt negotia Eccleſiæ, poteſt præcipere ſacerdotibus primi & ſecundi ordinis, vt habetur 4. *Reg.* 24. vbi Rex præcepit Elchiæ Pontifici, & ſacerdotibus ſecundi ordinis. Dicam infra, *in 5. par.* quando ponam de excellentia & præeminentia Regum, *in 32. conſid. incip. quilibet Rex ſeu Princeps ſuo Regno.* vbi poſui de reuerentia præſtanda Regi per Prælatum antequam adminiſtret.

Vigeſimanona conſideratio. Protonotarii participantes, cum habeant officium in Curia, præferuntur omnibus Officiariis, poſt Vicecancellarium, Camerarium, pœnitentiarium, & Referendarium, poſt tamen Epiſcopos, & ſi ſint Epiſcopi, præferuntur ratione dignitatis officii cæteris Epiſcopis. Quoniam protonotariatus eſt dignitas; cum ſint Notarii Papæ. 12. q. 2. c. 2. *& c. cum redemptor.* 5. q. 1. *c. quidam.* notatur *in c. cupientes. de elect. in 6. gloſ. 1. in c. ſcriptum. de elect.* Et dicuntur Protonotarii, id eſt, primi Notarii Apoſtolicæ ſedis, à πρῶτος Græce, quod eſt primus Latine. Inde dicitur protomartyr, id eſt, primus martyr, vt declarat gloſſ. *in Auth. de tabellio. §. illud quoque. colum.* 4.

Ex quo ergo habent dignitatem. *l. maximum. C. de excuſ. muner. lib.* 10. *l.* 1. *C. de mand. princip. l. præclaram. C. de primip. lib.* 12. *l.* 1. *C. de prępoſ. labo. lib.* 12. *l. neque Dorotheum. C. de decur. lib.* 12.

Iſtud tamen nomen *Protonotarius*, nunquam ponitur in Bulla, nec aliis diſpoſitionibus Apoſtolicis, ſed tantum *Notarius.* Licet in regul. Cancellariæ ponatur illud nomen ad maiorem excellentiam, vt dicit commentator, vbi ſupra.

Et iſtud officiũ in principio Eccleſiæ primitiuæ à Beato Clemente ad ſanctorũ martyrum geſta perquirenda atque ſcribenda fuit inſtitutum, vt legitur in hiſtoria ſancti Clementis Papæ & Fabiani. Et ſunt ſeptem ordinarii, qui dicuntur *Participantes*, qui expediunt hodie Bullas eccleſiarum & monaſteriorum, & habent bonum lucrum: hoc eſt intelligendum ante Bullam Papæ Pii, & ſolebant præcedere Epiſcopos vſque ad tempus Papæ Pii, ſed ipſe Pius mandauit ſub Bulla contrarium, & ſic ſeruatur hodie, vt dicit gloſſ. *regularum Cancellariæ Apoſtolicæ, in regula Papæ Iulii* 11. *in* 3. *part.* Et, vt dicit Lucas de Penna *in rubr. de Magiſtris ſcriniorum. C. lib.* 12. Tales hodie ſunt Secretarii domini noſtri Papę, qui ſunt maiores poſt Vicecancellarium, & ſunt ſimiles magiſtri ſcriniorum, qui diuerſis nominibus nuncupari poſſunt.

Et extraordinarii præferuntur quibuſcunque clericis ſecularibus, cum dignitatem habeant, vt hic ante dictum eſt, & rochetũ portare poſſunt; dum tamen vigeſimum annum habuerint, alias non, nec poſſunt ante fieri Protonotarii, prout ſtatuit Paulus ſecundus. Et etiam quod poſt annum à die promotionis ad ordinem Subdiaconatus ordinarentur, vt ponit Benedicti *in ſua reper. c. Ray. in verb. Adiecta impuberi. in princ. nu.* 13. Et dignitas iſtorum

rum

rum hodie vileſcit propter numerum eorum exceſſiuũ, vt dicit Abbas Pan. *in c.1. de priuileg.*

Videtur tamen dicendum, quod etiam ante prædictos Protonotarios ſint alii officiarii ſedis Apoſtolicæ, qui præferãtur illis, vt ſunt Referẽdarii, qui debent eſſe octo, vt iſta patent ex ordine literæ, de quo per commẽtatorem regulæ Cancellariæ Iulii Papæ II. *in 3. par.* de quibus Referendariis dicam infra *in 7. part. in 11. conſid.*

Trigeſima conſideratio. Poſt prædictos officiales Curiæ Romanæ ſunt alii, qui ex ordine literæ ſedere aut præcedere debẽt, ſecundum quod habetur in regulis Cancellariæ. Poſt duos Protonotarios eſt corrector literarum Apoſtolicarum, cuius officiũ eſt magnum, & valde honorabile in Curia Romana; quia corrigit minutas reſcriptorum Iuſtitiæ, & poſtea corrigit ipſa reſcripta, & expedit eadẽ, & mittit ſua autoritate ad plũbum nomine Papæ: & in aliquibus ponit nomen ſuum in medio reſcripti à tergo, & deinde ponit manum Vicecancellarius, & ſcribit hoc modo, ſc. mandatur ad plumbũ: puta in ſua nobis & ſimilibus. Et iſte habet bonũ lucrum; quia habet vnam taxam reſcripti. Et de poteſtate ipſius refert Speculator *in tit. de reſcripti præſentatio. & in tit. de appell.* & ibi Ioan. Andr. *in additionibus.* vbi multa alia de huiuſmodi officiariis, & vide commentatorem regularum Cancellariæ Iulii Papæ II. *in 3. part. principali,* vbi ample: ad quem te remitto. De officiariis Curiæ Romanę, cum non multum viderim eos in practica, ſed intellexi, & cognoui per tres menſes, quibus fui in ciuitate Bonon. tempore, quo Iulius Papa II. illam recuperauit, medio Ludouici XII. Francorũ regis: pro quo erat illuſtriſſ. D. Carolus de Ambaſia, locumtenens Regius in Italia, & magnus magiſt. Franciæ, qui illam ſubiugauit, & in ſubiectione Iulii Papæ II. nomine Regio poſuit: expellendo Iohannem Bentiuolum, cui tunc aſſidebam pro auditore, ſeu Magiſtro requeſtrarum, & ſemper illum incomitatus ſum: & illa patria Bononienſ. ſubiugata, ibidem remanſit in Curia Apoſtolica per tres aut quatuor menſes pro negotiis dicti illuſtriſſimi Domini de Ambaſia apud Iulium Papam expediendis, tam ratione officii Cardinalatus, eius fratris huius ciuitatis Heduen. Epiſcopi, quam multis aliis, vbi aliqua de prædictis officiariis intellexi.

Trigeſimaprima conſideratio. Sumendo argumentum à titulis Eccleſiaſticis dicerem quatuor Abbates generales quatuor ordinum generalium, videlicet ſancti Benedicti, Cluniacẽſis, Ciſtercienſis, & Præmonſtratenſis, præferri debere omnibus aliis Abbatibus, cum dicantur Reuerendi patres in Chriſto: Alii vero tantum Reuerendi patres. Et ſic etiam præferri debere omnibus Protonotariis, etiam ordinariis: licet Protonotarii deferant rochetum, quod non faciunt Abbates: & tanquam quilibet ſit caput in ſuo ordine, vt Abbas Cluniacenſis, qui facit caput in ordine Cluniacenſi, vt tenet Oldradus *conſil.* 204. quod incipit: *Prima quæſtio eſt.* Vbi mouetur tribus fundamentis, quæ videas, cum ſint optima pro autoritate Abbatis Cluniacenſis, qui eſt vnum caput in ordine. Et tanquam exemptus in ordine debet præcedere omnes quoſcunque alios Abbates. notatur *in c. ad Apoſtolicæ. de priuileg. lib. 6. & in cap. per tuas. extra de maior. & obed.* dicam infra *in 55. conſider.* Et ita exempti Abbates poſſunt in Concilio generali vti mitra auri frigiata, ſed non exempti debent deferre albam & planam. notatur *in d. c. vt Apoſtolicæ.* Et ita etiam dicit & tenet Nicolaus Boerii *in ſuo tract. de autoritate & præeminentia ſacri magni concilii. in 1. part.* In ſecunda ratione dixi ſupra *in vigeſima conſideratione huius partis.* Abbates tamen Ciſtercienſes, non ſunt exempti: quin ſecundum formam ſuæ iuriſdictionis teneantur reuerentiam, & obedientiam ſuis Epiſcopis exhibere ſeruata regula ſua: vt habetur *in cap. ne Dei, & ibi gloſſ. & doct. extra de ſimonia.* Audiui aliquãdo dici à quibuſdam, quod Abbates Cluniacen. & Ciſtercien. ordinum, qui ſunt duo capita in ordine, in Curia Apoſtolica ſtant ad pedes ſummi Pontificis illa ſede, in qua ſedent protonotarii participantes, & Epiſcopi: qui in hoc videntur præcedere Epiſcopos, eo, quia ſunt viciniores principa-

cipali prælato, & ſuperiori, ſcilicet ſummo Pontifici, argumen. text. *in c. perlectis. 25. diſtin.* de quo infra dixi *in 56. & 58. conſiderat.*

Et aduerte, quod Abbates, habentes terras, in quibus exercent iuriſdictionem, habent magnam dignitatem, cum æquiparentur præſidibus prouinciarum, & ſic ſunt clariſſimi, ſecundum Baldum *in l. 1. §. his cunabulis. circa medium. ff. de offic. præfect. prætorio.* Crederem tamen iſtos quatuor potius eſſe ſpectabiles, & æquiparari comitibus propter generalem adminiſtrationem in inferiores, quam habent.

TRigeſimaſecunda conſideratio. Abbas regularis, præfertur cæteris clericis, & non ſolum clericis ſimplicibus, ſed aliis conſtitutis in dignitatibus ſecularibus inferioribus ab Epiſcopo. Abb. *in c. decernimus.* & poſt eum Philip. Decius. *de iudic.* Gem. *in cap. fina. in princip. per illum tex. de offic. deleg. in 6.* vbi dicit, quod Abbas præfertur canonicis Eccleſiæ cathedralis: idē etiam tenet Bald. *in c. paſtoralis. in ver. ext. de offic. deleg.* dicēs, quod magis eſt deferendum vni Abbati foraneo, quam vni canonico cathedralis Eccleſiæ, qui eſt in dignitate, cum præſit Capitulo. Et Canonicus cathedralis eccleſiæ non dicitur habere dignitatem. Dom. de S. Gemin. *in c. ſtatutum. in princ. per illum tex. de reſcrip. in 6.*

Sed intellige prædicta, niſi Canonici collegialiter procederent; quia tunc eccleſiam cathedralem repræſentant: quæ plus aliis honorari debet, vt notanter dicit idem Domin. de S. Gemin. *in c. quamuis. in princ. §. quanquam. in 3. notab. de præb. in 6.* & Fel. *in c. poſtulaſti. col. 7. extra de reſc. & in c. meminimus. in fin. ſecunda col. de accuſ.* vbi dicunt, quod Canonici eccleſiæ cathedralis, præcedant Abbates in proceſſionib. Ad quod bene facit, quod not. Dom. Abb. *in c. cum non liceat. in princip. de præſcr.* vbi dicit, quod eccleſiæ inferiores debent reuerentiam Epiſcopo, & ſic eccleſiæ cathedrali.

Ex quibus conſtat, quod fratres minores huius ciuitatis Heduen. male fecerunt in obitu Nobilis & potentis viri dom. Franciſci Rolin, quondam balliui Heduen. volendo tunc vltimum locum tenere cum cappa, in eorum Eccleſia, etiam poſt Epiſcopum & Canonicos eccleſiæ cathedralis: cum ſi fuiſſet ibi Abbas, non potuiſſet prætendere maiorem locum in præſentia Epiſcopi & Canonicornm eccleſiæ Cathedralis collegialiter procedentibus, vt hic ante dictum eſt.

Et, quod Abbatia aliis dignitatibus inferioribus ſecularibus ab Epiſcopo præferatur, facit text. *in cap. penult. de offic. vic. in c. inſinuante de offic. deleg. in c. 1. de renunt. in c. cum dilecti. de elect. in c. ex parte. in princip. de verbor. ſignif. & in d. c. decernimus. de iud. ibi; Abbates Archidiac.* Vbi ex priori nominatione præfertur Abbas Archidiacono, & prior nominatur, & ex priori nominatione, maior dignitas arguitur, notatur *in c. bene quidem. 96. diſtinct. in in c. quorundam. de elect. in 6. & in c. præſenti. in princ. de offic. ordin. in 6.* dicam infra latius *in 63. conſider.*

Ex quibus ſupradictis infert Barbatia in *d. c. decernimus.* Quod Abbas præfertur Archidiacono cathedralis Eccleſiæ. Pro quo eſt deciſio Panorm. *in c. ex ore. in 4. notab. per illum text. de priuileg.* Faciunt tex. quod præferatur Abbas Archidiacono, cū Prior etiam nominetur. *in c. fin. de dilat. & in c. dilectas. de offic. deleg. & in c. fin. de confir. vtili, vel inutili. & in c. cum oporteat. de accuſat.*

Faciunt, quæ dicit Andreas Siculus, dictus Barbat. *in dicto cap. decernimus.* iam ſupra pluries allegato. *in 3. & 4. colum.* vbi etiam Abbas præfertur Duci, cum prior ſit in nominatione. *Authent. habita. C. ne fil. pro patre.* Ibi tamen dicit Felin. quod videtur, quod Abbas non habeat dignitatem, imo ſolum dicitur habere officium: quod an ſit verum, vide eum ibi.

Et quoniam iſta in pluribus locis eueniunt, volo ea ampliori ſtylo tractare. Et primo ponam argumenta pro vtraque parte, & reſponſiones ad argumenta vtriuſque partis, tum ponam quaſdam concluſiones.

Primo ergo videtur dicendum, quod Abbates debeant præcedere Capitula eccleſiarum cathedralium ex eo; quia text. *in c. fina. de maior. & obed. ibi; prælatorum Burdega. prouinciæ, & cathedraliū Capitulorum.* vbi text. præponit præ-

Digitized by Google

nit prælatos Capitulis cathedralium Eccleſiarum: modo Abbates dicuntur prælati. *c.2. de iud.* Et ordo ſcripturæ in dubio eſt inſpiciendus. *l.quoties.ff. de vſufruct. l.generaliter.§.& ſi quidem.ff.de fideicom.libert.l.moribus.§.prius.vbi dominus meus Iaſon poſt alios.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.l.cum pater.§.pen.ff.de leg.2.c.mandato. de precibus.c.pen.in print. de elect. in 6. 44.diſt.c.ſi rector. in fi.* Felin. *in cap. cum dilecta. colum.3. de reſcript.* Are. *in conſil.*103. Faciunt plura allegat. per D. Præpoſi. Cardin. *in cap. Nicolao. in penult. colum. de appell. per Angel. Aret. in §. licet. Inſtit. ex quibus cauſis manumit. non poſſ. & in §. ante hæredis. Inſtit. de legatis. & in §. ſi quis. Inſt. de inutil. ſtipul.* & dicam amplius de huiuſmodi ordine ſcripturę; igitur, &c.

Secundo, ſic probatur. Nam, vt videmus, ex eodē ordine Abbates poſt Epiſcopos nominantur, vt eſt text. *in cap. decernimus. de iudic. & in cap. in nomine domini. in princip. 23. diſtinct. & in Auth. habita. C. ne filius pro patre.* vbi etiam Abbates præponuntur Ducibus & proceribus ſacri palatii. facit text. *in cap. fin. de offic. deleg. lib. 6. & in rubro & nigro, Epiſcopum vel Abbatem. & in cap. 1. in princip. de his qui feud. dare poſſ.* & per illum text. *in d. cap. decernimus, in 3. colum.* dicit Barbatia hoc eſſe ſine dubio, quod Abbates præferuntur Canonicis Eccleſiæ cathedralis: Imo videtur ibi tenere, quod præferantur Archidiaconis, & digniores ſunt illis: Imo, vt ibi dicit, cōſuluit, quod Prior perpetuus & Abbas, præferuntur Archidiaconis, Decanis & Canonicis Eccleſiæ cathedralis. conſuluit tamen & dicit, quod in proceſſionibus Eccleſiæ cathedralis præfertur Abbatibus.

Tertio facit; quoniam Abbas obtinet dignitatem, *c. vt apoſtolica. de priuil. lib. 6. ibi: quibus non competit ex propria dignitate.* not. gloſſ. fin. *in c. expoſuiſti. de corpore vitiatis. c. indemnitatibus. §. verum de elect. lib. 6.* Sed Canonici Eccleſiarum cathedralium nō ſunt in dignitate poſiti, notatur *in c. ſtatutum. in princ. de reſcript. lib. 6. ibi; habentes dignitatem & habentes perſonatum.* & Canonici Eccleſiæ cathedralis ponuntur vt diuerſi, ad idem *cap. 1. §. hoc autem. ibi; dignitatibus & canonicatibus. de iudic. cū ſimilibus.* Innocent. *in cap. fraternitatem. de ſepulturis.* Hoſt. *in ſumma, tit. de filiis presbyterorum. §. ſi.* Barbat. *in c. quæſitū. in 1. col. de rerum permut.* Sed habentes dignitatem, debent alios in ſeſſione, ſententiis, vel opinionibus, & in ſubſcriptionibus & aliis ſimilibus præcellere. *l. 1. & 2. ff. de albo ſcrib. 17. diſt. § hoc quoq; notandum. c. epiſcopos. vbi Præpoſitus de Turrec. Gemi. & alii. 17. diſtin.* & digniora præponenda. *Inſt. de iur. nat. gentiū & ciui. §. vlt. gl. in §. alia. Inſt. de bo. poſ.* Ad iſtud poſſet reſpōderi, quod non videtur eſſe bene determinatum, quod Abbatia ſit dignitas, ſed potius officium, vt videtur tenere Fel. *in c. 2. de iudic.*

Quarto facit; quia Abbas eſt de maioribus Eccleſiæ, & alii dicuntur inferiores. *cap. ſi quis deinceps. coniungendo principium cum fin. 15. diſt. 7.* per quem text. dicit Archidiaconus *in ca. 2. in verb. dignitas. de præben. lib. 6.* Quod in odioſis appellatione dignitatis non venit Epiſcopatus vel Abbatia, eo; quia ſunt dignitates primi gradus. Aliæ vero dignitates dicuntur inferiores, & refert hoc tenere Iohan. Monachi Cardinalem *in c. inquiſitoris. de hæretic. lib. 6.* idem tenet gloſſ. ordinaria *in d. c. 2. gl. 1. in fin.* quod ſub illo c. continentur Epiſcopatus vel Abbatiæ. & ita ſeruat Romana curia, quæ huiuſmodi dignitates in ipſa curia vacantes ſuæ diſpoſitioni ſpecialiter & expreſſe reſeruat.

Quinto, Abbates habent iuriſdictionem ordinariam in ſuis cœnobiis & monaſteriis, ita, quod poſſunt ſubditos ſuſpendere, interdicere, & excommunicare. *c. quanto. ibi, gloſſ. not. in gloſſ. pen. de offic. or. c. ad noſtram. iuncta ſubſcriptione. & c. reprehenſibilis. in fin. de app. c. ſicut tuis, cum ſubſcriptione. & gl. in verb. anathematis. in prin. de ſimo.* optime tex. *in c. nullum. in c. Abbates. 18. q. 2.* per Barbatiam *in c. cum contingat. 32. col. de for. compet.* Abbatem *in repet. cap. ſi quis contra clericum. eod. tit. de foro compet.* Et, quod amplius eſt, etiam Abbatiſſa habet iuriſdictionem. *c. dilecta. de ma. & obed. & in c. detecta. de exceſ. prælat.* Non tamen poteſt excommunicare, vt ibi notatur. Imo, & Prior maior, ſiue cōuentualis, habet aliquam iuriſdictionē, *c. cum in eccleſiis. eod. tit. extra de maior. & obed. & ibi doct.* Et taliter dicitur habere dignitatem, per

text.

text. *in cap. niſi eſſent viri. de preben.* Ita quod poterit eſſe delegatus. *clem. 2. de reſcriptis.* quod non habet Capitulum ſeu collegium Eccleſiæ cathedralis, cum non habeat iuriſdictionem in ſingulos Canonicos de iure communi, imo Epiſcopus habet illorum exceſſus corrigere, & eorum cauſas cognoſcere. *c. irrefragabili. §. exceſſus. de offic. ord.* nec etiam dignitatem. notatur *in cap. ſtatutum. de reſcriptis, in 6.*

Sexto. Abbates debẽt eſſe ſacerdotes, *cap. 1. de æta. & qual.* Ita quod ordo presbyteralis eſt annexus dignitati Abbatiali aptitudine, non actu: hoc eſt, non eſt neceſſe, quod tempore promotionis ad Abbatiã ſit presbyter, ſed debet habere ętatem legitimam & alia in ſacerdote requiſita, & quam primũ illũ ordinẽ recipere. not. Pan. *in c. cum in cunctis. §. inferiora. pen. col. circa med. de elect.* poſt gl. valde not. *in ver. annex. cle. vt hi qui. §. 2. de æta. & qual. Io. And. in nouella. in c. ei cui. in fin. lectura. de preb. in 6.*

Sed Canonicatus, & præbendæ etiam cathedralium Eccleſiarum, nullum habent ordinem, actu vel habitu, præter pſalmiſtarum, aut primam tonſuram adiũcta. *c. quæris. de æta. & qual. cum ibi notatis per Io. And. & And. de But.* bonus tex. *in cle. 2. in princ. de æta. & qual.* vbi dicitur, quod tales Canonici non exiſtentes in ſacris ordinibus hoc ſolo puniuntur, quod priuantur voce capitulari: Ratione ergo adminiſtrationis & ordinis debẽt Abbates præponi Capitulo vel Canonicis. *cap. ſtatuimus. de mai. & obed. c. fin. de conſt. c. cũ olim. de conſuet. iuncto c. ad hoc. in princ. De offi. Archipresbyt.* dicam infra *in conſi. in c. minor ordine.* vbi dicam de Archidiacono, qui præfertur Archipresbytero, eo quod eſt maior adminiſtratione, licet Archipresbyter ſit maior ordine.

Septimo, Abbates aſſumũtur per electionem fratrum vel religioſorum ſuorum. *c. 2. & 3. & c. abbatem. 2. c. quam ſit. §. alias. ver. defuncto. 18. q. 2. cap. fin. 16. q. 7.* Adeo, quod omnes ſolẽnitates requiſitæ in electione Epiſcoporum, debent interuenire in canonica vocatione Abbatum. *c. quia propter. in prin. de elect.* Honorabilius eſt autem, aſſumi per viam electionis, aut poſtulationis, quam per prouiſionem aut collationem. Vnde in gratia generali, per quam mandatur alicui de dignitate, ad alicuius præſentationem, inſtitutionem, collationem, vel aliam diſpoſitionem quamlibet, non includitur dignitas electiua, ſiue ad quã quis conſueuit per electionem aſſumi, vt eſt text. *in c. cum in illis. §. 1. de preb. lib. 6. cle. 1. §. ad hæc. & ibi gloſſ. multum notabiliter in verb. quamuis. eod. tit.* Canonicatus vero, & præbẽdæ vacantes, replentur per collationem Epiſcopi & Capituli, alterutrius illorum, ſecundum diuerſas cõſuetudines. *c. cum in Eccleſiis. de prebend. lib. 6.* not. Panorm. poſt gloſſ. *in cap. cum Eccleſia Vulterrana. de elect.* gloſſ. *in ca. fi. de ſupplen. negl. prælat. 21. diſt. in ſumma. in gloſſ. in princ. & in cap. irrefragabili. §. exceſſus. circa med. gloſſ. vnica, de offic. ord.* facit *cap. nulla. §. 1. de conceſ. preb. lib. 6. & ca. ea noſcitur. de his quæ fiunt à prælatis.*

Octauo, Abbas dicitur Prælatus Eccleſiæ. *cap. 2. de iud. c. cum ab Eccleſiarum. cum ibi not. de offi. ordin. cap. vt apoſtolicæ. de priuileg. lib. 6. clem. 1. in verſic. præſidenti. de reſcript. cap. quanto. in fin. de offic. ord. cap. fin. de regularibus. in princ.* quaſi præ aliis dilati vel lati, ſecundum Panorm. *in d. c. cum ab Eccleſiarum. 1. notabili cum diuerſis concordantiis ibi allegatis.* Et paſtor Eccleſiæ dicitur, ita, quod per eius obitum dicitur monaſterium viduatum. *cap. ne pro defectu. in princ. de electio. in d. cap. ſicut. in princ. vbi gloſſ. notabilis in verb. paſtores.* qui ponit alluſionem bonorum & malorum paſtorum.

Item pater dicitur. *cap. vlt. ibi; patres Abbates. de regular.* gloſſ. *in l. 2. in clem. Abbates. de reſcript.* vnde Abbas nomen Hebraicum ſecundum aliquos, vel Syrum ſecundum alios interpretatur pater. *Ad Gal. 4. iuncta gloſſ. ordinaria. & ad Rom. 8. cap. 23. quæſt. 4. c. hac autem.* alias *§. ex his omnibus. in fin. ſub d. c.* Archimandritæ Græce, hoc eſt Principes ouium vel monachorum, qui ſunt quandoque lupi rapaces. Not. Accurſius *in epiſt. Inter claras. in verb. archimandrita. circa med. C. de ſumma trin. & fid. cathol. Auth. de monachis. §. Illud.* Quæ nomina non inueniuntur impoſita Capitulo vel Canonicis, nec illorum officio conueniunt. Et cum ſint nomina dignitatis & honoris, maxime cum ſint appellatiua, ab eis augmentum ſumere licet, vt facit

Digitized by Google

vt facit text. in §. *eſt & aliud. Inſtit. de donat. & l. decernimus. ibi; & ipſorum monachorum nomen expoſcit. ibi gloſſ. ponit interpretationem verbi, monachus. C. de epiſcop. & cler. & l. 1. in fi. C. de offic. præfecti vrbis. ibi; ſciat ex ipſo nomine, quod præfecto debetur annona. & l. defenſores. 2. ibi; nominis ſui tantum fungantur officio. C. de defenſor. ciuit. 16. quæſt. 1. c. ſi cupis. in princ.* Ex quo videtur dicendum, quod cum ſint maioris dignitatis & honoris, quam Canonici, quod illos præcedere debent.

Nono, Abbates habent multa priuilegia in corpore iuris clauſa, quæ non competunt Capitulo eccleſiæ cathedralis, nec Canonicis, inter quæ diſpenſant in pluribus articulis, contra regulas iuris communis, ex quibus Specul. *in tit. de allegat. & diſputat. §. ſunt quoque nonnullæ aliæ perſonæ. verſ. alias quoque.* enumerauit 35. caſus.

Item poſſunt conferre primam tonſuram, & minores ordines, vſque ad lectoratum incluſiue, ſubditis ſuis, in quibus iuriſdictioné habent quaſi epiſcopalem. *69. diſtinct. c. 1. iuncta gloſſ. in ver. alia. de ſuppl. neg. prælat. c. cum contingat. & de æta. & qual. c. Abbates. in fin. iuncta gl. pen. de priuil. lib. 6.* facit *c. 1. cum gl. in ver. à non epiſcopis. de ordin. ab Epiſcopo, qui renun. Epiſcop.* duobus tamen concurrentibus, vt copulatiue interuenientibus, videlicet, quod ſint presbyteri, & quod benedictionis munus ſuſceperint. *d. c. cum contingat.* aut ſaltem per eos non ſteterit, quominus receperint. per dictum c. 1.

Abſoluunt inſuper monachos ab excommunicatione, pro violéta manuum iniectione, in perſonam eccleſiaſticam, incurſa iuxta determinationem. *c. 2. Capit. canonica. & c. cum illorum. de ſent. excomm.*

Modo magis priuilegiatus minori priuilegiato præponitur, ſecundum gloſſ. ordinariam, *in ver. priuilegiatum. c. accuſatus. §. ſane. de hæret. lib. 6.* facit *c. volentes. de offic. legati, l. fin. ff. de offic. proconſ. 21. diſt. c. denique.* facit *de priuileg. credit. per totum. ff. & C. & qui potiores in pign. hab. l. aſſiduis. cum duab. authen. ſequentib.* & etiam facit *C. de iure fiſci. & de priuileg. dotis. per totum.*

Decimo, Abbas benedicitur ab Epiſcopo: dicitur *1. c. & c. cum contingat. ſupra alleg. c. quoniam. 69. c. meminimus. de accuſat. c. inter monaſterium. de ſent. & re iud.* vbi etiam plene tractatur maxime ex Panor. & Felin. An electus & confirmatus, ante benedictionem debeat appellari Abbas, vel electus. & idem Felin. *in c. eam te. col. 5. ver. tertio reſtringuntur. de reſcript.*

In tantum, quod iſta Abbatis benedictio nó eſt ſimplex, ſed miſta inter ordinatoriam, & ſimplicem, medium tenens: tamen plus participat ordinatoriæ, quam ſimplici, eo, quod per illum, poteſtas conferendi certos ordines, & benedicendi abbates ſubditos, confertur, prout not. Ioan. Andr. *in ver. ad ſacros.* poſt Hoſt. ibi *in c. tuam. d. ætat. & qual. in meminimus. præalleg. in verb. benedictionis.* gl. ordinaria plenior de iure, *in verb. benedici. clem. attendentes. §. ſtatuimus. de ſtatu monach.* Ratione cuius benedictionis, poſſunt benedicere ornamenta Eccleſiæ, Imagines, Crucem, Libros, & ſimilia. not. Stephan. & Guil. de Lauduno, & Card. *in d. §. ſtatuimus. & in d. c. Abbates. vbi Ioan. An. in nouella.* Dom. de S. Gemin. & Philip. Francus *de priuileg. lib. 6.* Angelus de Claua *in ſua ſumma, in ver. benedictio. §. 1. & 2.*

Vndecimo, Abbates dicuntur ſponſi, vel mariti ſpirituales ſuorum monaſteriorum, non ſic Canonici, not. gl. *1. poſt Innoc. in c. quia propter. de elect.* Non tamen ita proprie, ſicut Epiſcopi eccleſię cathedralium. notatur *in c. vlt. de poſtul. præl. iuncta c. ſi abbatem. de elect. lib. 6.* vbi probatur, quod epiſcopus non poteſt eligi ad aliam prælaturam, ſed bene Abbas.

Duodecimo, Abbates, vt plurimum, ex priuilegio, aut conſuetudine, vtuntur inſignibus Pontificalibus, ſcilicet annulo, baculo, mitra, ſandalibus, & benedictione ſolenni. *c. Abbates. de priuil. lib. 6. & c. vt Apoſtolicæ. eod. tit. de priuil. lib. 6.* Quæ non inueniuntur conceſſa ſimplicibus Canonicis, vel aliis inferioribus ſaltem ita communiter. Et hæc dignitas ſumme eſt attendenda; cũ illa tendat ad gloriam & honorem maximum, ratione delationis prædictorum Pontificalium. de quibus plene per Specul. *in tit. de priuilegiis. §. 1. ver. Abbas.* Et propterea dicebat Gemin. *in d. c. vt Apoſtolicæ.* quod plus debet honorari prælatus, qui poteſt vti talibus inſignibus Pontificalibus

Digitized by Google

cleſiam, quam cum aliis corporibus vel eccleſiis inferioribus. *cap. requiſiſti. §. ſi vero. in fi. de teſtam.* Adeo, quod quicquid acquirit Præſul, ſuæ Eccleſiæ, vel Capitulo acquirit, vt *ibi in c. 1. in fi. eod. tit. c. 2. & 3. de peculio. clerico. & c. vnico. 17. q. 1. in fi.*

Tertio, Canonici dicuntur fratres Epiſcopi, *d. c. & cap. quanto. de his quæ fiunt à prel. ſine conſenſu Capituli. 25. diſt. c. eſto ſubiectus.* ſicut Cardinales omnes dicuntur fratres Pontificis. *c. licet tertio. de teſt. c. 1. de off. leg. capit. fundamenta. in princip. iuncta gloſſ. in verb. fratres. de elect. lib. 6.* Et ſic Epiſcopi ac ſuperiores fratres Romani Pontificis appellantur. *c. quam graui. de crimine falſi.* Quia ergo Epiſcopus vt maior ordine, & dignitate Abbates præcedit, in quo nullus hæſitat: ergo & Capitulum ſuum ratione dictarum conuentionis, & fraternitatis: cum videamus dignitatem, & honorem paternum ad filios tranſire. *l. fœmina. l. filium. & l. liberos. ff. de ſenat. l. cum legitime. cum ibi notatis. ff. de ſtatu homin. c. 2. de conuerſ. infidel.* Et facit; quia connexitas & coniunctio, operatur ampliationem priuilegii, vt tenet dom. meus Iaſon & ibi oſtendit per multa *in l. 1. C. de tranſact.* & dixi *in conſuetudinibus noſtris ducatus Burgund. in tit. Des iuſtices, & droictz d'icelles. §. 4. in gloſ. Et ſur ſes hommes ſubiectz. ibi, Additio: Et aduerte.* Sic etiam, videmus, ratione coniunctionis, ſiue dignitatem ſiue nobilitatem deſcendere in vxorem, & apud eam reſidere, etiam poſt eius mortem, quam diu vidua manſerit. *d. l. fœminæ. l. 1. §. vlt. ff. de ſenatorib. l. mulieres. ff. de incolis. l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12. c. ex parte.* vbi gloſ. fin. Panorm. & Felin. *de for. comp.* bonus tex. *in c. is qui. §. fin. de ſepul. lib. 6.*

Et licet ad iſta tria fundamenta videatur reſpondere idem Iohannes de Montaigne, quod communio, & fraternitas, exiſtens inter Capitulum, & Epiſcopum non transfert honorem debitum Epiſcopo ad Capitulum, ſicut frater, aut ſocius, non transfert honorem, aut nobilitatem, ſeu dignitatem ad fratrem vel ſocium, maxime quando Epiſcopus non eſt de Capitulo, vt in pluribus, vt dicam *in 45. conſider.* Quoniam, vt etiam dicit, Epiſcopus non venit appellatione Capituli, probat rubr. *de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli.* vbi Prælatus & Capitulũ ponuntur tanquam diuerſa. & dicit eſſe gloſſ. magiſtram & ſingularem *in clem. 2. §. illi vero. in verb. in eiſdem. de ætat. & qual.* facit *c. vnicum. ne ſede vacante. lib. 6. c. poſtulaſti. de conceſſ. præbend. c. à collatione. de appell. lib. 6.* quod not. gloſſ. *in c. cauſam. de elect.* Tamen ſuæ reſponſiones, non ſtringunt ad prædicta, in caſu, maxime in quo Epiſcopus vadit proceſſionaliter, & eſt cap. *cum canonicis.* quia tunc, cum ſit canonicus. Pan. *in c. poſtulaſti. de conceſ. præb.* Ibi, eſt tãquam caput, & Canonici membra, repræſentantes ſimul Eccleſiam cathedralem. Non enim licet à capite membra diſcedere. Ideo ſtatim poſt Epiſcopum debent eſſe Canonici, tanquam membra immediate ſequentia caput, & hoc tenet Gemin. & alii *in c. quamuis. §. quenquam. in 3. notab. de præbend. in 6.* & alii ſupra alleg. *in princ. huius conſiderat.*

Et licet dignitas non transferatur ratione communionis, aut fraternitatis; tamen ratione communionis, & connexitatis, quis ſortitur priuilegium, ſeu conſequitur priuilegium priuilegiati, vt dixi hic ante: & faciunt infinita, quæ adduci poſſent. de quo plura per dom. meum Iaſ. *in d. l. 1. C. de tranſact.* Vltra eum faciunt, quod ratione connexitatis quis ſortitur, ſeu conſequitur priuilegium. gloſſ. *in c. poſtulaſti. quaſi in fin. de conceſſ. praben.* Hinc videmus, quod ſi plures delinquunt, quorum aliqui ſunt clerici, quod ratione priuilegii clericatus, non ſolum clerici delinquentes ſunt remittendi coram iudice Eccleſiaſtico, verum etiam laici delinquentes, cum clericis. Iſtud eſt dictum ſtupendum Antonii de Prato veteri *in l. 2. ff. quæ ſententiæ ſine appellat. reſcin.* allegatum per Felin. *in c. 1. de præſcript.* pro hoc facit dictum Bartoli *in l. præcipimus. §. eo obſeruando. C. de appellationib.* dixi plene *in conſuetud. noſtris ducatus Burgun. in tit. Des iuſtices & droictz. d'icelles. §. 5. in gloſſ. S'il n'à grace du Prince. verſic. antequam tamen ponam illos caſus. num. 70.* Nam, nulla maior eſſe connexitas poteſt, quam ſit inter caput, & membra, cum ſint indiuiſibilia.

Sed ratione connexitatis, idem debet eſſe iudi-

Digitized by Google

iudicium de vno connexorum, quod de alio. Felin. *in cap. tranſlato. in 2. colum. & in 17. conſequenti.* Hinc eſt, quod ſententia generalis extenditur ad connexa. Idem dom. meus *in l. ſi de certa re. in 2. colum. C. de tranſact.* & ratione cõnexitatis, Eccleſia cognoſcit de cauſa profana. Panor. *in c. licet ex ſuſcepto. in 5. colum. extra de foro comp.* Et ratione cõnexitatis, Iudex impetratus ſuper petitorio, cognoſcit de poſſeſſorio. Panormitan. *in cap. ex conqueſtione. extra de reſtit. ſpoliat.* Imo, dictio taxatiua non tollit connexa. dominus meus Iaſon *in l. actionem. C. de procurat.* Et ſi quis ſe extendat vſq; ad cõnexa, dicitur obſeruare fines mandati. dom. meus Iaſon *in l. ſi procurator ad vnam ſpeciem. C. de procurat.* Et ratione etiam fraternitatis quis etiam conſequitur priuilegium, vt dicit Bart. *in l. qui iuriſdictioni praeeſt. in fin. ff. de iuriſdict. omni. iudic.* Vbi ponit de duobus fratribus feudum commune habentibus, & vnus committit feloniam, propter quam priuari deberet feudo: alter vero non, quod neuter priuabitur: quam deciſionem ſequitur Corſet. *in ſingularibus ſuis, in verb. communitas.* & dom. meus Iaſon *in d. l. 1. C. de tranſact.* alleg. Bald. *in c. 1. quibus mod. feud. amitt.* ſed non allegauit Bart. *in dicto loco.*

Quarto, pro hac parte facit; quia Capitulũ, ſede vacante, Epiſcopo ſuccedet in omni iuriſdictione Epiſcopali, ſiue exercitio eiſdem, in libera ſpiritualium & temporalium adminiſtratione. *c. his qua. & ca. cum olim. in fin. de maio. & obed. c. vnico. eod. tit. lib. 6. c. ſi epiſcopus. & cap. fin. de ſupplen. negl. pral. lib. 6. clemen. ſtatutum. de elect. cũ concordan.* Et licet ad iſtud fundamentum reſpondeatur, quod iſtud priuilegium eſt temporale, durante vacatione ſedis Epiſcopalis tantum: & ideo, quod ſit honor ratione priuilegii impendendus, eodem tempore finiri debet, quo ipſum priuilegiũ. Ex quo, vt dicitur, quando ſedes vacat, & Capitulum gerit vices Epiſcopi, præferri debet Abbatibus & inferioribus prælatis, per *c. præcipimus. 14. diſtinct. cap. ſane le ſecond. de offic. del.* quæ not. Felin. *in rubr. de maior. & obed. col. 5. in princip.* adducuntur not. per Iohan. And. *in nouella. in c. de liberatione. ſuper gl. 2. de offic. lega. lib. 6.* vbi dicitur, quod præpoſitura Eccleſiæ Taurinen. ſit ibi maior dignitas poſt Epiſcopalem ſeu Pontificalem, eo, quod immediate ſedet poſt Epiſcopum, conuocat Capitulum: & ſimilia, quæ ſunt ſigna maioritatis: licet Archidiaconus dictæ Eccleſię mortuo Epiſcopo gerat vices Epiſcopi de iure ſpeciali. & ibidẽ Dominicus & Philip. Francus & Fel. *in d. rub. pen. col. in princ.* Sed prædicta nihil faciunt ad propoſitum; quia ea tantum ratione in hoc caſu de iure communi Capitulum, ſede Epiſcopali vacante, gerit vices Epiſcopi; quia eſt maior, quo ad adminiſtrationem Eccleſiæ cathedralis, quæ eſt magiſtra totius diœceſis, poſt Epiſcopum, cum ſit membrum immediate inhærens capiti. Ideo tanquã habens maiorem dignitatem, iure dãt ei adminiſtrationem, de iure communi. In caſibus autem aliis allegatis ſunt caſus ſpeciales, qui habent dicta priuilegia, ex ſpeciali conſuetudine locorũ: ex quo non debent trahi in conſequentiam, nec ex illis arguendum eſt, ad quod ex iure communi diſpoſitum eſt. Faciunt ad prędicta *l. quod vero. cum l. ſeq. ff. de legib.* vbi ea, quæ ſunt ſingulariter & in fauorem alicuius introducta, contra rationem iuris, non debent in conſequentiam trahi. Ex quo, in hoc caſu, ſi ex priuilegio ſpeciali competat maioritas Præpoſito; ergo non eſt dicendum, quod vacante ſede Epiſcopali, competat eidem adminiſtratio: quod ſecus eſt in caſu noſtro, cum maioritas in hoc caſu competat iure communi: ergo & ratione maioritatis, eſt extendenda ad adminiſtrationem, vacante ſede Epiſcopali. & in his reſponſionibus ad prædicta argumenta, non ambulat recto pede dictus Ioan. Montaigne, qui voluit fauere Abbatibus in his maxime, quæ cõcernunt ea, quæ fiunt cum Epiſcopo, vt infra dicetur amplius.

Quinto pro hac parte facit; quia cathedralis Eccleſia, quam Capitulum conſtituere videtur, maiori gaudet prærogatiua, quam Eccleſiæ inferiores, & amplius debet honorari, ita quod in odioſis, appellatione Eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis, non venit, nec includitur. *cap. quamuis. in §. quãquam. de præbend. lib. 6.*

Digitized by Google

lib.6. vbi Dominicus de S. Geminiano colligit, quod in proceſſionibus generalibus Canonici debent præcedere Abbates ciuitatis, vel diœceſis, & eſſe proximiores Epiſcopo, de quo dicto ſupra dixi *in princ.* Eſt enim matrix Eccleſia, hoc eſt, maior, vel mater aliarum Eccleſiarum totius diœceſis 63. *diſtin.* §. *ex his conſtitutionibus.* alias eſt §. *cum ero. c. venerabili. in fine. de verb. ſign. ca. videntes.* 12. *quæſt.* 1. & eſt generalis parochia. Vnde poſſunt diœceſani, pro ſacramentis recipiendis, & diuinis officiis audiendis, recurrere ad ipſam. *c. apoſtolica. vbi Hoſtien. Iohan. And. Zabarella & Anchoran. notant. de donatio. c. fin. de ſepulturis.* & ibi Panormitanus *in primo notabili.* idem Panormit. *in cap. 2. de parochiis.* bonus text. *in c. vlt. 9. quæſt. 2. in c. ſicut alterius Archidiaconus.* & Gemin. *in 3. notabili. 7. quæſtio. 4. in c. presbyteri.* & quod ibi notant Gemin. & Præpoſitus 24. *diſtinct. cap. bonæ.* 12. *quæ.* 2. *c. violentes.* 12. *quæſt.* 1. *cap. licet. iuncta ſubſcriptione. de feriis. c. ſi Epiſcopus. iuncta gloſſ.* 2. *de pœn. & remiſ. lib.* 6. gloſſ. notabilis *in cap. officium. de offic. archipresb.* gloſſ. fin. Panorm. & alii *in c. omnis. de pœnitent. & remiſſio.* Cardinal. Florent. *in clem. dudum.* §. *ſtatuimus. de ſepulturis.* Immo eſt ita mater & maior: quod etiam non eſt neceſſe, in expreſſione illius, exprimere nomen ſancti, ſub quo eſt dicata. quod tamen ſecus eſt in aliis, vt tenet Præpoſi. *in dict. cap. presbyteri.*

Nec obſtat, quod Capitulum ſolum, non conſtituit Eccleſiam, ſed ſimul cum Prælato: ita quod Epiſcopus cenſetur eſſe in ipſa eccleſia, & eccleſia in ipſo, vt eſt text. *in c. ſcire.* 7. *q.* 1. vbi gl. notat, quot modis dicatur Eccleſia, & plenior *in c. querelam. gl. fin. ne prælati vices ſuas.* Vnde mortuo Epiſcopo Eccleſia dicitur vacans. *cap. cum Eccleſia. de cauſ. poſſ. & proprie. c. ne pro defectu. c. cum Vinton. cap. Meſſana, de elect. cap.* 1. *&* 2. *ne ſede vacan. lib.* 6. *c. quia ſæpe. de ele. lib.* 6. quia verum eſt, quod Capitulum non conſtituit ſolum, nec Epiſcopus ſolum, ſed ſimul conſtituunt Eccleſiam, Epiſcopus, tanquam caput & Canonici, facientes Capitulum, tãquam membra: ex quo mortuo Epiſcopo Eccleſia cathedralis non eſt extincta, nec mortua, ſed ſolum viduata paſtore, id eſt, capite. Cuius poteſtas propter connexitatem remãſit penes Capitulum, tanquam proximius, & magis attingẽs Epiſcopo, ex quo ratione huius maioritatis, & connexitatis, ſeu propinquitatis, dicitur maior eſſe omnibus aliis Eccleſiis: & ideo in maiori dignitate ſunt, qui proximiores ſunt Epiſcopo, & dicuntur maiores & digniores. dixi ſupra *in hac part. in* 58. *conſiderat.* quæ incip. *quærendum eſt de ratione.*

Sexto facit pro hac parte; quia Canonici maioris Eccleſiæ dicuntur clerici primi gradus. Alii autem ſecundi gradus vel ordinis. no. Innoc. *in c. ſedes. in* 1. *gl. de reſcript. & in c. fraternitatem. de ſepulturis.* Vbi dicit, quod maior eſt honor, eſſe Canonicum vnius Eccleſiæ cathedralis, quam alterius inferioris etiam collegiatæ. facit *c. ſtatutum. in princ. de reſcr. lib.* 6. vbi Canonici Eccleſiæ cathedralis poſſunt eſſe delegati à ſummo Pontifice.

Hinc eſt etiam, quod minor 14. annorum non poteſt eſſe Canonicus in Eccleſia cathedrali, licet maior ſeptennio poſſit eſſe in Eccleſia collegiata. *regula cancellariæ* 17. & Bald. *in margarita. in verb. Canonicus.* Imo infamis non poteſt eſſe Canonicus Eccleſiæ cathedralis: not. Innocen. & Panorm. *in d. cap. fraternitatem.* Ex quo videtur eſſe dignitas: igitur, &c. Et licet dicatur, quod Abbates non ſint ſimpliciter clerici, ſed prælati, paſtores, & in dignitate conſtituti: tamen non eſt negandũ, quin Canonici ſint maiores ordine ex præmiſſis, cum ſint primi ordinis; & quia etiam ſunt maiores adminiſtratione, cum adminiſtrent Eccleſiam cathedralem, quæ eſt maior quacunque alia, vt dictum eſt: Ideo, & ſic ſunt maiores, & ordine & adminiſtratione, & etiam, quia in adminiſtrando ſunt proximiores Epiſcopo, ideo etiam in digniori loco, vt ex præmiſſis ſatis demonſtratum eſt.

Septimo, Cœtus clericorum ſecularium, eſt dignior & honorabilior, quam religioſorum, not. gloſſ. fin. *in cap. qualiter. le ſecond. de accuſ.* & dixi ſupra ample *in hac parte, in* 50. *conſid.* Nec obſtat ab hoc, quod illud erat tempore, quo Abbates & monachi erant ſolũ laici: hodie autem ſunt clerici, ſicut Canonici, ideo præferuntur omnibus clericis ſecundum

gloſſ. *in c. à ſubdiacono. 14. diſtinct.* quia, non illa ratione clericus ſecularis præfertur religioſo, quia clericus, ſed quia clerici ſeculares fuerunt primo introducti, & quia fuerunt primi, quam religioſi. Et quia licet vita contemplatiua ſit fructuoſior, quam actiua, tamen vita actiua eſt melior, vt dixi *in dicta conſideratione hic ante allegata.*

Octauo facit, Collegium, & quælibet cõgregatio, vel vniuerſitas, videtur honorabilior & dignior, quam perſona ſingularis. facit *cap. ſtatutum. de electio. lib. 6.* vbi appellatione Eccleſiæ parochialis in odioſis, non venit Eccleſia collegiata, licet alias ſit parochialis. per quod dicit Panorm. *in rubr. de vita & honeſt. cle.* quod in materia reſtringibili, ſub nomine clericorum, non comprehenduntur Canonici, nec habentes dignitatem, tanquam habentes quandam qualitatem, ſuper alios ſimplices clericos. Idem notatur *in cap. bona. extra de poſtu. prælat. in 1. notabili. & in cap. 1. de iur. calum.* Ad principale dictum, facit cap. *nobis. de iure patron.* non habet ius præſentandi Prælatum in Eccleſia collegiata, ſed debet eligi per collegium. Item collegium habet multa iura & plures prærogatiuas; quia poteſt ſtatuta facere. *cap. cum omnis. & cap. quæ in Eccleſiarum. cum ibi notatis. de conſtit. cap. cum dilectus. de conſuetud.* not. Iohan. Andr. & Panorm. *in cap. cum conſuetudinis. eodem tit. gloſſ. notabilis. in cap. conſtitutionem. de ver. ſig. lib. 6. in ver. ſtatutum. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Inſtit. de iure naturali gentium & ciui.* §. 1. vbi ample notatur materia ſtatutorum. & per totum. *ff. de decret. ab ordine fac.* Et habent alia priuilegia, de quibus, *quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, & de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium, & ad municipal. & in l. ciuitas. ff. ſi certum petat.* Quæ non habet ſingularis perſona.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod illud procedit in ſingulari perſona priuata, cæteris paribus, ſed & Abbas habet dignitatem, & præeſt corpori, hoc eſt monaſterio ſiue congregationi monachorum: & ſic licet argumentum prædictum bene concludat, quod capitulum eſt dignius, & honorabilius ſingularibus canonicis; quemadmodum totum ſua parte, facit *cap. fin. de ſponſa duorum. ibi: turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo. cap. in toto. cum concordant. de regul. iur. in 6.*

Quia, ad hoc reſpondetur, quod quemadmodum præeſt pluribus, quã Abbas: & quia etiam maiorem habet adminiſtrationem in Eccleſia, quia maiora adminiſtrat, & in maiori loco quod dignius, & maius quam Abbas: qui licet præſit aliquibus; ſunt tamen illi, quibus præeſt, minores, quã Canonici Eccleſiæ cathedralsis, qui ſunt honorandi, & dicuntur habere dignitatem, ad minus æquiparantur habentibus dignitatem, quod non eſt dicendum in monachis, quibus præſunt Abbates.

Nono, Capitulum ſiue Eccleſia cathedralis, dicitur vxor, ſiue ſponſa ſpiritualis Epiſcopi: contrahit enim quaſi matrimonium cum dicta Eccleſia vel Capitulo, quod initiatur per electionem, roboratur per confirmationem, & conſummatur per conſecrationẽ; ſicut carnale matrimonium accipit initium in deſponſatione de futuro, robur & firmitatem, in prolatione verborum de præſenti, & conſummationem in carnali commiſtione. *cap. cum inter canonicos. circa med. de elect. cap. inter corporalia. poſt princip. de tranſlat. Epiſc. c. ſicut vir. 7. quæſtio. 1.* dixi *in conſil. ducatus Burgund. in tit. Des droictz & appartenances a gens mariez.* §. 1. *in gloſſ. Apres la conſummation.* Modo vxor vel ſponſa, de præſenti coruſcat radiis mariti, vel ſponſi. *l. mulieres. Cod. de incolis. lib. 10. & l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12.* Sicut ergo Epiſcopus præcedit Abbatem; ita & Capitulum vel Eccleſia cathedralis. Nec obſtat, quod dicit, quod illa iura loquuntur tãtum in matrimonio carnali, & non ſunt extendenda in matrimonio ſpirituali: quia alias ſequeretur, quod Eccleſia diſpenſaret in caſibus, in quibus Epiſcopus diſpenſat; quia iſtud eſt abſurdum: quoniam cum hoc, ſcil. diſpenſare & alia, quæ concernunt dignitatem Epiſcopalem, ſeu officium Epiſcopale, competant Epiſcopo ratione officii Epiſcopalis, non extenduntur ad eius vxorem, ſeu ſponſam. Sicut nec etiam in matrimonio carnali, quæ cõpetunt marito ratione officii, non competunt

tunt eius vxori: Cum fœminæ ab omnibus officiis ſint excluſæ; ſed ſolum ea, quæ competunt ratione honoris, & præeminentiæ, in quibus non eſt dubium, quod hæc competant vxori; ergo de ſimilib' ad ſimilia arguatur; & idem erit in matrimonio ſpirituali, vt idem honor & reuerentia, quæ debetur Epiſcopo præeminentiæ, poſt eum debeatur ſuæ vxori, ſeu ſponſæ. Et quicquid dicatur, bonũ eſt argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, cum æquiparentur. Panorm. *in c. innotuit. in 5. col. in gl. 1. de elect.*

Decimo & vltimo, Abbas eſt monachus. *c. cum ad noſtram. ca. cum cauſam & cap. officii. & cap. cum magiſtrum. de elect. c. nullus. de elect. lib. 6.* & venit appellatione monachorum. *c. fin. de ſimonia.* Sed monachus, per ingreſſum religionis, amittit nobilitatem & dignitatem, ſecund. gloſſ. *in ca. ſcripſit. 27. quæſt. 2. in cap. fin. in verb. perſonarum. de ſtatu monach. cap. 1. in gloſſ. fin. de pur. cano.* & vbiq; Abb. & Felin. qui approbat *in c. inter dilectos. colum. 3. ver. & iſta limita. de fide inſtr. c. ſuper literis. colu. 7. ver. 2. de regul. de reſcriptis. in c. ſane. le ſecond. in fin. de off. deleg. & in ca. cum deputati. 1. colum. de iudic.* dom. meus Iaſon *in l. præſcriptione. in 3. colum. C. ſi contra ius vel vti publ.* non perdat iura ſanguinis, vt in apoſtilla eiuſdem ibi.

Nec obſtat, quod illæ gloſſæ ſint reprobatæ; quia veritas eſt in contrarium: licet quodammodo ex eo, quod iſtud eſt iuris, excuſatus fuerit quidam monachus, qui dixerat ſe nobilem: quoniam, ex hoc nõ fuit ſua interpretatio ſubreptitia, cum his quæ ſunt iuris, ſi Papa, hoc non obſtante, concedat, videtur diſpenſare, vt dicit Ludo. Roman. *in ſingulari ſuo 37. incip. vtrum nobilis.* allegatus per domin. meum Iaſ. *in d. leg. præſcriptione. ſupra allegat.*

Ex quibus concludo, quod Abbates debent ſuperſedere Canonicis Eccleſiæ cathedralis, nec debent eos præcedere, maxime, quando proceſſionaliter incedunt. Maxime cum etiam nomen Abbas eſt potius nomen ſolicitudinis, quam ordinis vel honoris. gloſ. fi. circa medium. *in c. tuam de ætate & qualit.* & ibi originaliter dictum Innocentii in fine ſui apparatus. Nõ debent ergo curare Abbates, vel religioſi, de honorib' vel prælationibus, ſed humilitatis, excellentiorem gradum tenentes minoribus & inferioribus ſe ſubigere debent, ſecundum ea, quæ notat gloſſ. fin. *in cle. 1. de religioſ. domib.* Et iſtam tenent multi, & tenuit eam Philippus Decius *in ſuis conſiliis, conſil. 165. in 2. vol. vbi ſunt 52. tantum conſilia.* Et hanc credo eſſe veriorem de iure, quicquid dicatur. Et ita, quaſi vniuerſaliter ſeruatur, maxime in regno Franciæ, vbi ſemper Eccleſiæ cathedrales præferuntur in quibuſcunque proceſſionibus & aliis actibus Eccleſiaſticis.

Et quæ dicta ſunt de Abbatibus, habent locum in Commendatariis; cum ſint eiuſdem dignitatis; ſicut Abbates & Priores: ex quo hodie (vt communiter videmus) habent adminiſtrationem perpetuam, & ſunt adminiſtratores, ita quod de fructibus libere diſponere poſſunt, prout veri Abbates & titulati, & quibus (vt communiter) committitur cura monaſterii, in ſpiritualibus & temporalibus plenarie. Et hoc modo, ita loquentia de Abbate, habent locum in Commendatario; vt dicit Panorm. *in c. querelam. de elect. in 1. not.* ita tenet per plura Barbatia *in conſil. 2. 2. vol.* Et dixi in caſu emergenti, *in commentariis noſtris, ad conſuetudines ducatus Burgun. tit. Des ſucceſſions des baſtardz. §. 5. in conſil. ibi deſcripto. ver. ſed nunc. ex quo bona.* Et ita etiam videtur Purpur. *in l. 1. num. 271. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.*

Trigeſimatertia conſideratio. Sicut Abbas debet præferri cæteris dignitatibus ſecularibus inferiorib. ab Epiſcopo: Ita Præpoſitus, qui eſt loco Abbatis; cum idem de Præpoſito iudicetur, quod de Abbate, vt notatur per Panor. *in c. cum illorum. cum gl. in verb. Abbatum. ext. de ſent. excom.* Secus vero, ſi Præpoſitus non ſit loco Abbatis: quia ſimpliciter conſideratur; quoniam tunc Archidiaconus Præpoſito prefertur, not. Bal. *in conſ. ſuo 331. incip. Archidiaconus. in 3. vol.* quod tamen non obſeruatur in hac noſtra ciuitate Heduen. in eccleſia cathedrali; quoniam etiam Præpoſitus illius eccleſiæ cathedralis præcedit Archidiacono prædictæ eccleſiæ, vt infra videri poteſt *in 41. conſid. incip. præpoſitura videtur maior.*

Sed

Sed aduerte; quoniam in his inferioribus dignitatibus multum attenditur conſuetudo Eccleſiæ, vt dicit Pet. de Anch. *in c.2. & fin. de ſtatu monach. & Barba. in conſ. 5. in 2. vol.*

TRigeſimaquarta conſideratio. Abbas, ſi depoſuit dignitatem Abbatiatus; quia remanet monachus illius monaſterii. Pan. *in cap. ſicut ex literis. in princ. de iureiur. & in cap. cum ad monaſterium. & ibi Ant. de But. de ſtatu regular.* Fed. de Sen. *in conſ. ſuo 19. incip. quidam. monachus.* Fel. *in d. cap. ſicut ex literis. in verſ. tertii debet.* debet habere primum locum in choro & in conuentu, Fel. *in cap. qua eccleſiarum. colum. 34. verſic. Fallit quinto ſeu declaratur. de conſtit.* & hoc in memoriam priſtinæ dignitatis, de qua etiam per eundem Fel. *in c. ſuper literis. in 18. colum. de reſcriptis.* & dom. meus Iaſon *in l. 3. in 3. colum. ff. de acq. poſſ.* Purpuratus *in l. 1. colum. de off. eius. cui mand. eſt iuriſdict.* quod intellige prout intellexit Feli. in d. loco, dummodo non culpa ſua fuerit depoſitus ab officio; quia hoc caſu non teneret primum locum.

TRigeſimaquinta conſideratio. Quæ dicuntur & dicta ſunt de Abbate, idem dic de Abbatiſſa, cum etiam habeat dignitatem. *ca. indemnitatibus. de elect. in 6. cap. 1. de ætate & qualit.* cũ Abbatia dicatur dignitas. Gemi. *in cap. 2. colum. 3. verſic. ſuper 2. dubio. de præb. in 6.* Ioan. Monach. *in cap. inquiſitores. de hæretic. in 6.* Legiſtæ habent text. *in leg. generali. C. de ſacroſ. eccleſ.* Felin. *in cap. meminimus. in 2. colum. ver. vlterius quæro. de accuſ.* Non tamen habet poteſtatem excommunicandi moniales. Ioan. de Turrecrem. *in c. verbum Dei. de pœnitent. diſtinct. 1.* etiam ſi eſſet conſuetudo. Felin. *in c. dilecta. colum. 2. verſ. amplia etiam de maior. & obed.* maxime ſi præſit Abbatiæ habenti terras, in qua iuriſdictionem exercet; quoniam in adminiſtrationem æquiparatur Abbati, & dignitatem habere dicitur. Bald. *in c. 1. qui feudum dare poſſunt. colum. 5.* & iuriſdictionem exercere poteſt. Panorm. *in cap. dilecta. in ſecundo notab. de maior. & obed.* & comprobat Dec. *in cap. cum dilecta. de confirm. vtili. vel inutil. colum. 6. & in l. fœminæ. ff. de reg. iur.* Et quæ dicta de Abbatiſſa, idem in Prioriſſa, *vt in ſequenti conſideratione* patet.

TRigeſimaſexta conſideratio. Quæ dicta ſunt de Abbate, habent etiam locum in Priore; quia habent locum Abbatis, & eſt principalis Prælatura in eccleſia regulari collegiata: & Prior ibi ponitur per viam electionis, vt dicit gloſſ. not. *in clem. 1. in princ. in verb. Latera. de ſuppl. negl. præla.* Imo Prior conuentualis dicitur habere dignitatem. *c. niſi eſſent. in fi. de præb. & cle. 2. cum gl. in verb. conuentualem. de reſcrip.* Et ſunt apud nos Prior S. Symphoriani Heduen. Prior S. Saturnini de Boſco. Prior de Barro regulari: qui per electionem ponuntur, & efficiuntur ibi Priores; quia tales debent præcedere in ſedendo clericos ſeculares & canonicos eccleſiæ cathedralis: imo etiam alios clericos inferioris dignitatis ab Epiſcopo. Intellige tamen ſemper, vt dixi ſupra *in conſider. 32. in c. Abbas regularis.* Duntamen Canonici eccleſiæ cathedralis non incedant collegialiter, ſed ſint in concilio prouinciali, aut etiam in concilio generali vocati.

Idem ergo etiam in Prioriſſa, quemadmodum prætactum eſt ſupra in Abbatiſſa; quoniam tota vis conſiſtit, an præſit monaſterio habenti iuriſdictionem in terris ſubditis, vt ſic procedat æquiparatio Bald. *in d. c. 1. qui feud. dare poſſ.* Et facit; quia diſpoſitio loquens de Prælato, quæ comprehendit Abbatiſſam, verificatur etiam in Prioriſſa, vt tradit Fulgoſ. *in conſ. 121. in c. præſuppoſita Bulla ſanctiſſimi.* quem ad hoc allegauit Purpuratus *in l. 1. num. 271. ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſd.*

TRigeſimaſeptima conſideratio. Decanus in eccleſia eſt maior dignitas poſt Pontificalem dignitatem, ſecundum Calixtum, quem allegat Zodericus Zamoren. *in ſuo Speculo humanæ vitæ, lib. 2. cap. 13.* vbi ample loquitur ad propoſitum. De Decano eccleſię cathedralis dicit: quod Decano poſt Pontificem maior & principalior cura, & collegii adminiſtratio congruit, & proximior eſt Epiſcopo dignitate, & honore, cui propinquior eſt in concilio, & aſſiſtentia. Ipſe collegium nec non perſonas ac res collegii iudicat & tractat. Hinc in Exodo, Iudicantes in vniuerſitatem Decanus conſtitui iubetur. Ex quo,

Digitized by Google

quo, vt dicit, ſacri Canones venerãdam eam dignitatem decreuerũt. Eſt enim caput Collegii, de quo ſcriptum eſt: Conſtituit eum Dominus in caput, non in caudam, quod cæteris corporis membris autoritate & iudicio præcellit, idque primitus loci in Eccleſia iudicat. Habet denique Decanus in collegio & Capitulo primam vocem, primas ſalutationes, primos recubitus. Hęc ſunt verba Zoderici, qui poſtmodum ponit eius calamitatem & miſerias, quas vide: & intellige prædicta de Decano Pontificalis Eccleſię, qui alius eſt ab Archipresbytero, vt dicit Ioan. de Turrecrem. *in ca. 50. diſt.* Et tales habent primum locum, vt dicunt domini de Rota, *dec. 447. in c. fuit dubitatum. in nouis.* dicam infra.

De his dignitatibus ſequitur: quomodo vna præferatur alteri. Multum attenditur cõſuetudo; quoniam, vt dicit Boeri. *in ſuo tractatu de autoritate, & praeminentia ſacri magni concilii,* conſuetudo in hoc multum operatur. ſecundum Feli. *in rubr. de mai. & obed. in 5. col.* & videatur Card. Flo. *in conſil. ſuo 33. & in conſil. ſuo 63.* & quid de iure, ponit diuerſos tex. Boeri. *in loco hic ante allegato.*

TRigeſimaoctaua conſideratio. Priores, Rectores ſeu Præceptores, Præpoſiti, Theſaurarii, & alii ſeculares habentes iuriſdictionem, & qui præſunt Eccleſiæ collegiatæ dicuntur habere dignitatem, ita quod cæteris clericis ſecularibus ſunt præferendi. Paulus de Leaza. *in clem. 1. de elect. & in cle. ne in agro, de ſtatu regular.* domini de Rot. *deciſ. 173.* ſecũdum meam notationem *in nouis.* imo etiam Canonicus Eccleſiæ cathedralis, cum non habeat dignitatem, vt ſupra dixi *in 32. conſid. incip. Abbas regularis.* Et tamen tales habent dignitatem, immo etiam dicuntur Prælati. *capit. cum ab Eccleſiarum. ibi bona gloſſ. in c. 2. de iudic.*

Ex hoc infertur, quod Præpoſitus noſtræ dominæ Heduen. Decanus noſtræ dominæ de Belna, Decanus ſanctorũ Andochii, Tyrſi, & Felicis de Sedeloco, Decanus S. capellæ Diuionenſis, debent præcedere Canonicos Eccleſiæ Cathedralis; intellige ſemper non procedẽtes collegialiter, ſed de per ſe. Quoniam ſi collegialiter procedant, quoſcunque alios totius diœceſis præcedunt, ſecundum quod iam ſupra dictum eſt *in 32. conſid. incip. Abbas regularis.*

TRigeſimanona conſideratio. Archidiaconus in Eccleſia tanquam oculus Epiſcopi eſt maior poſt Epiſcopum de iure communi: vt eſt text. *in c. ad hæc. & cap. mandamus. de offic. Archidiacon.* & vt dicit Zodericus *in ſuo ſpeculo humanæ vitæ, lib. 2. cap. 14.* Dignitas huius nec prærogatiua eſt, nec infimum honoris gradum habere dignoſcitur: & ibi ponit præeminentias illius, de quibus ample in iuribus hic ante allegatis. Intellige tamen, niſi ſit conſuetudo in contrarium, vt infra dicam *in ſequenti conſideratione.* & vide Boerium *in tract. ſuo de autoritate & praeminentia ſacri Concilii magni.* vbi dicit multum eſſe attendendam conſuetudinem loci in talibus officiis, vt ſupra dixi.

QVadrageſima conſideratio. Theſauraria de conſuetudine poteſt eſſe maior dignitas in Eccleſia, ſi habeat adminiſtrationẽ rerum, aut prælationem, & prærogatiuam in Choro & Capitulo: ſecluſa tamen conſuetudine, & reputatione Eccleſiæ, De iure communi nõ ſonat in nomine dignitatis: ſed Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, etiam ſi nullam habeant iuriſdictionem ſonant in dignitatem, ſecundum Innocentium *in cap. de multa, de prebend.* Qui Archidiaconus de iure communi eſt immediatus poſt Epiſcopum in cathedrali Eccleſia tanquam oculus Epiſcopi, & in multis gerens vices illius, *cap. ad hæc. & cap. mandamus. de offic. Archid.* Ita tenent domini de Rota *deciſ. 172. in nouis.* & dixi hic ante. Et de ſtatu huius theſaurarii, & eius miſeriis, oneribus, calamitatibus, & afflictionib. ponit Zoderic. *in dicto ſuo Spec. humanæ vitæ, lib. 2. c. 16.*

QVadrageſimaprima conſideratio. Præpoſitura videtur maior dignitas de iure, quam Decanatus; quia aliis præponitur. *ca. quamuis. de verbor. ſignific.* Dicit tamen Innocent. *in cap. de multa de prabend.* & Archidiaconus *in cap. 1. de conſuetud. lib. 6.* Quod de iure non eſt dignitas, nec etiam Decanatus. domini de Rota *deciſ. 442. in nouis.*

Si tamen Præpoſitura Eccleſiæ collegiatæ habeat præeminentiam in ſtallo chori, ac loco, ac voce capitulari, & adminiſtrationē, cenſetur ibi principalior dignitas: vt videri poteſt amplius *in deciſi.Rota, deciſ.*451. vbi ample ponit ſigna ad cognoſcendum, quam dignitatem habet Præpoſitus, & quam Decanus,& quando vna dignitas eſt maior, quod cognoſcitur ex præmiſſis,videlicet ex prærogatiua,iuriſdictione, vel adminiſtratione, ex præcedētia in choro ſeu in Capitulo, & proceſſione.

Et poteſt etiam ita ſe habere conſuetudo, quod dignitas præpoſituræ in aliqua Eccleſia ſit maior Archidiaconatu: vt tenet Ioan. Andr.*in cap.fina.de offi.deleg.in 6.*qui dicit ſe ita conſuluiſſe.*& in addit.ad Specul.in rubr. de prabend.* & ita refert & ſequitur Barba. *in conſil.5. in 2.vol.*Et iſtud eſt adhuc in eccleſia Heduen. Ibi dignitas præpoſituræ eſt tertia, poſt Decanatum,& Cantatoriam.quæ ſunt duæ primæ poſt Pontificalem dignitatem. Olim tamen fuit prima; quia non erant dignitates Decanatus, & Cantatoriæ, tempore ſancti Leodegarii Epiſcopi Heduen. quo tempore dignitas Præpoſituræ erat prima poſt Pontificalem, vt conſtare poteſt ex creatione octo Canonicorum, per eum ibi facta, & fundatione eorundem.

QVadrageſimaſecunda conſideratio.Dignitas cantoriatus eſt prima poſt Decanatum in ciuitate Heduen. Et hoc tam ex conſuetudine, quam ex ſtatutis eorum, & ordinationibus illius Eccleſiæ: quod poteſt introducere conſuetudo, vt hic ante *in duabus aut tribus conſiderationibus præcedentibus.* & Fel.*in cap.ſtatuimus.de maio.& obed.* Et, vt dicit Zodoricus *in ſuo ſpeculo humanæ vitæ, lib.2.c.15.* Cantor ſiue primicerius ſingularis honoris, & dignitatis prærogatiua in Eccleſia fungitur,cuius miniſterium ad cœleſtes laudes, ad cultus diuini augmentum ordinatur hic, vt canonica tradit inſtitutio. Acolytos,& cæteros Eccleſię inferioris gradus,ac miniſtros ad diuina dirigit officia canendi & legendi hymnos,& Pſalmodiam præuidet atq; inſtruit, & quicquid diuinæ laudis in communi choro decantatur, per eum ſolicite præordinatur: Pſallendi ordinem, orandi modum ipſe committit. Negligentes,aut diſcolos punit: & eius oneri incumbit, vt diuina officia grauiter & ordinate Altiſſimo perſoluantur. Vt iuxta Apoſtolum omnia ſecūdum ordinem fiant in Eccleſia. Tanto igitur Cantoris dignitas apud Deum dignior acceptiorq; eſt, quanto principalibus cœleſtibus laudibus occupatur. Ex quo videtur, quod cum Cantor Hedu. ſolum exerceat officium in feſtis principalibus, & ſolum quando Epiſcopus & Decan.faciunt officium, quod dignius eſt eius officium. Et quæ alia competant Cantori Heduen. vide Old. *in conſ.ſuo 166. in cap.factum eſt tale.*vbi dicit, quod ſcholas ciuitatis & maioris partis diœceſis confert.Alia de officio Cantoris vide per Zodoricum vbi ſupra.

QVadrageſimatertia conſideratio. Maior autoritate præfertur, & ideo Decanus, Cantor, Theſaurarius aut Præpoſitus, vel Archidiaconus præfertur Canonico, etiam antiquiori propter eius dignitatem, licet ſit poſterior promotione, ordine vel ætate; quia claritas tituli denotat claritatem, & præeminentiam honoris. Ioan. de Imo. & Ang.*in leg.qui ſoluendo ff.de hær.inſtit.*facit quod dicit Arch.*in c.quoniam 16.diſt.*vbi infert,quod vna ſynodus licet poſterior tempore præfertur alteri propter maiorem autoritatem. facit text. *in c.placuit.ver.propter.& ibi not.gl. ead.diſt.*

Hinc videmus, quod licet aduocatus fiſci ſit poſterior tempore in pluribus locis, & in promotione,& etiam in ætate iunior; tamen ratione autoritatis,quia clariſſimus,imo ſpectabilis, præfertur omnibus aliis aduocatis exiſtentibus in ſua ſede & prouincia, etiamſi ſint antiquiores, & prius promoti, & dicam infra *in 7.par.in conſi.33.*

QVadrageſimaquarta conſideratio. Minor ordine, ſed maior adminiſtratione præfertur maiori ordine in loco adminiſtrationis: vt eſt in Archidiacono, qui ratione adminiſtrationis cenſetur maior Archipreſbytero. gloſſ.*in c. deliberatione. de offic. leg. in 6.*

Et id-

Digitized by Google

Et ideo dicit Dominicus de ſanct. Geminiano *in c. Epiſcopus. 17. diſtin.* quod Archipresbyter in diuinis Archidiaconum præcedit, non autem in aliis. *cap. 1. de ætat. & qual. cap. 1. 2. & 3. 60 diſtinct. c. 1. de offic. Archipresb.*

Vnde extra miſſam præcedit Archidiaconus in loco, in voce, in iuriſdictione, & ſimilibus. Et ſic intelligenda eſt gloſſ. 1. & ibi text. *in cap. 1. de offic. Archipresb.* Ioan. de Anania *in c. ad liberandam. de Iudæis. col. 10.* Et de hoc vide plene per Barba. *in conſi. ſuo 5. in 2. vol.* vbi ample diſputat hunc caſum, & infra *in 7. par. in 39. conſid.*

Sic etiam videmus in Rectore ſtudii, qui præcedit Epiſcopum ſcholarem in ipſo ſtudio, vt dicit Abb. Pan. *in cap. auditis. colum. 3. de conceſ. preben.* quod intelligendum eſt in his, quæ tangunt adminiſtrationem ſui officii, puta ſedẽdo in collegio, ſed extra collegium ſemper Epiſcopus debet præcedere Rectorem.

QVadrageſimaquinta conſideratio. Exiſtens in maiori dignitate quam ſit locus, vbi eſt, non præcedet omnes de illo loco, maxime, quando eſt ibi vt vnus de loco. Abb. Pan. *in c. poſtulaſti. de conceſſ. præb.* qui ponit exẽplum de Epiſcopo exiſtente in Capitulo, vt Canonicis; quia non præcedit Capitulum; debet tamen habere ſecundum locum: intellige, ſi ſit Epiſcopus illius Capituli, alias ſedere debet in loco. Hinc eſt etiam, quod licet Canonicus alicuius Eccleſiæ Cathedralis ſit vicarius Epiſcopi eiuſdem eccleſiæ; tamen ſedebit in choro, & Capitulo ipſius eccleſiæ in loco alias ſuo. Geminianus *in cap. à collatione. ad fin. de appellat. in 6.* Quando autem Epiſcopus eſt in Capitulo, vt Prçlatus, aut vt Canonicus, vide in gl. *in d. ca. à collatione.* vbi dicit, quod quando eſt in primo loco & ei primo ſcribitur; tunc eſt in Capitulo, vt Epiſcopus, & caput Capituli. Quando vero non eſt in Capitulo, in ſecundo loco, & ſcribit poſt alium; tunc eſt ibi, vt Canonicus, vt eſt in Eccleſia Heduenſi. vbi non ſcribitur, Epiſcopus & Capitulum, ſed Decanus & Capitulum, & ideo eſt ibi, vt Canonic⁹. de qua gl. vide Pan. *in c. poſtulaſti. de conceſſ. preben.* vbi dicit, quod Epiſcopus eſt Canonicus de iure communi. & vide Fel. *in c. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. ord. in 6.* vbi ponit, An Epiſcopus habeat iuriſdictionem in Canonicos.

QVadrageſimaſexta conſideratio. Quod Vicarius Epiſcopi exiſtẽs in actu, in quo eſt vt Vicarius, ſedebit in loco maioris. *d. c. præcipimus. 93. diſtin.* quem text. in hoc extollit Ludo. Ro. *ſing. ſuo 34. ca. incip.* & dicit Pan. *in conſi. 22. in cap. fuit à me poſtea quæſitum. in 1. vol.* quod non valet conſuetudo, quod Archidiaconus præcedat Vicarium Epiſcopi. & *in conſi. 21.* ponit, quod Archidiaconus non eſt maior Vicario: Imo, Vicarius eſt maior: quoniam, vt dicit, eſt in maiori iuriſdictione, ideo præferendus in ſeſſione. *c. ſtatuimus. 17. diſtin. §. fin. & c. ſeq.* Et etiam dicitur aſſociari Epiſcopo in iuriſdictione. vt dicit text. *in c. in nouatione. 16. q. 17.* ergo præferendus eſt poſt Epiſcopum omnibus diœceſanis. arg. *in c. recolentes. de ſtatu regul. c. cũ in tua diœceſi. de ſponſalib.* maior eſt honeſtior, vt dicit text. *in Authent. de deſen. ciuitatum. §. nos igitur.* ſed Vicarius Epiſcopi præeſt melioribus; quia etiam Vicario, & omnibus de diœceſi, vt dictum eſt, & habet iuriſdictionem ordinariam, & Archidiaconus nullam niſi ex conſuetudine in duobus, vt ibi dicit. Cum ergo ſit maior Archidiacono præferendus eſt: & ideo, vt concludit *in conſilio ſequenti*, non valeret conſuetudo, quod Archidiaconus præferatur Vicario Epiſcopi, tanquam omni iuri contraria. Primo iuri diuino, vt colligitur *ex c. ad hoc. 89. diſtinct.* & ordini naturali. vt colligitur *in c. eſt ordo. 33. q. 5.* & iure Canonico, cum maiori in adminiſtratione præferendus ſit iure ciuili, vt colligitur ex *l. vt gradatim. ff. de munerib. & honor. & l. 1. ff. de albo ſcrib.* Ergo impræſcriptibilis, & potius dicitur peſtis, quam conſuetudo, iuxta ea quæ habentur in ſimili *in cap. ad noſtram. in text. & gloſſ. de probat.* & etiam contra honeſtatem: & ideo non valet *c. cum decorem. extra de vita & hon. cler.* & etiam contra rationem & contra primum gradum humilitatis, vt probat Panor. *in d. conſi. 22.* quem ſequitur Fel. *in c. ſtatuimus. extra de maio. & obed.* Hæc tamen conſuetudo eſt in diœceſi

Digitized by Google

Heduen. vbi omnes antiquiores in promotione præcedunt Vicarium, & officialem Epiſcopi, niſi habeat aliam dignitatem.

QVadrageſimaſeptima conſideratio. Inter plures eiuſdem dignitatis & nominis præferuntur, qui in maiori loco habent dignitatem & nomen. vt inter plures Canonicos præferuntur, qui ſunt Canonici in eccleſia Cathedrali Canonicis eccleſiæ collegiatæ, not. Inno. *in c. fraternitatem. in fin. de donat.* facit *c. ſtatutum. de reſcrip. in 6.* Fel. *in rubr. de maior. & obed.* facit *ca. quamuis. le primier. de præben. libr. 6.* & facit dictum Inno. ſingulare *in c. ſedes Apoſtolica. in 1. ſua gl. de reſcrip.* vbi dicit, quod Canonici Cathedralis, eccleſię poſſunt dici clerici primi gradus, alii autem dicuntur clerici, ſecundi gradus. Rationem huius aſſignat Nicolaus Boerii *in ſuo tractatu de autoritate, & præeminentia ſacri magni Concilii, in ſecunda ratione primi articuli.* eo, quia vt dicit, eccleſia Cathedralis eſt matrix & communis omnium diœceſanorum, adeo, quod ad illam ſinguli, vtriuſque ſexus clerici & laici pro ſacramentis recipiendis, & diuinis officiis audiendis recurrere poſſunt ſine proprii curati autoritate, & ſine iniuria, & licentia; Cum tota diœceſis ſit ipſi Epiſcopo parochia, & Epiſcopus concurrit cum omnibus curatis ſuis diœceſanis, in curæ animarum exercitio, licet non in iurium parochialium perceptione totali, ſed bene particulari, inſpecto iure communi, quo Epiſcopus habet quartam omnium decimarum, intra ſuæ diœceſis fines obuenientium. Hæc omnia, vt dicit, probantur *in d. cap. quamuis. §. quam. de præb. in 6. in c. Apoſt. in princ. de dona. c. parochiano. vtrobique Abbas. de ſepultur. iuncto c. vlt. & 3. de parochiis. c. cum contingat. de dec. c. conquerente. de offi. ord.* Et intellige prædicta, quod tales Canonici præcedunt omnes alios Canonicos, etiamſi ſint æquales in reditibus, etiamſi ſint Canonici capellæ Regiæ ſeu palatii regalis, & ſi ſimul incedant Canonici Eccleſiæ cathedralis debent tenere manum dextram, & alii manum ſiniſtram, vt dicit Nicolaus Boerii *in loco ſupra alleg. ver. Et deinde ſeculares.* Sed his tēporibus noſtris Chriſtianiſſimus Rex noſter Franciſcus I. impetrauit à ſummo Pontifice Leone Papa X. priuilegium tale, quod Canonici ſuæ capellæ ordinariæ præcederent omnes Canonicos totius Regni, etiam Eccleſiarum cathedralium, & metropolitanarum.

Et aduerte, quod Canonici eccleſiarum Cathedralium, in Francia in hyeme habent tegumentum in capite pro ornamento eorum, quod dicitur *almutia*, quæ fit diuerſis modis, vt dicit Card. Zabarella *in cle. 1. col 2. de ſtatu monach.* quaſi in tota Gallia fiunt ex pelle griſea deſup. & intus ex pelle varia, quæ apud nos dicitur, *Menu verſ.* In eccleſia vero cathedrali huius ciuitatis Canonici habent dictum ornamentum ex griſea pelle, ſeu Penna: alii vero Canonici eccleſiarum collegiatarum, ex pelle, quę vulgo dicitur, *D'ung eſcorieulx*, ad differentiam maioris eccleſiæ. Sed in eccleſia Lingon. portant ex pelle nigra: & dicunt, quod omnes eccleſiæ cathedralis fundatæ à Carolo Magno ita portant.

QVadrageſimaoctaua conſideratio. Inter plures æqualiter promotos in vno loco præfertur, qui merito vitæ nobilitate, aut ſcientia alios antecellit. not gloſſ. *in c. placuit. in prin. in gloſſ. in ver. præponimus. in 6. diſtinct.* vbi Archidiac. Et ideo Epiſcopus doctor præfertur Epiſcopo non doctori, Dominicus de S. Gem. *in c. Iſidorus. 16. diſt.* Fel. *in rubr. de maio. & obed.* & dicit Bald. *in ca. cum olim. de conſu. in prin.* quod Doctor etiam tardius receptus, præcedere debet. & dicit Bal. *in l. nemini. C. de aduoca. diuer. iud.* de meliori ſanguine præfertur cęteris: & de Epiſcopo doctore, qui præcedit alium, vide Card. Alex. *in c. Iſidorus. 16. diſt.* & Barb. *conſil. 57. in fin. in 2. vol.* & ita limitat Fel. *in d. c. Epiſcopos ſupra alleg.*

Sic etiam videretur, quod Canonicus doctor, & ſic de ſingulis ſimilibus præcedere deberet non doctorem primo receptum; quod tamen non obſeruatur. Et videtur hoc eſſe eo; quia proprietas promotionis & ordinationis in talibus ſemper conſideratur, vt dixi ante *in 23. conſid. incip. Epiſcopi in ſeſſionibus, &c.* & maxime inter perſonas, vt tenet glo. *in cap. ſacroſancta. in verb. præſenti ſeſſione. circa med.*

de au-

de autoritate ſacrorum Conciliorũ. vt ibi Gumier, qui dicit prædictas conſiderationes debere tantum locum habere in pluribus promotis eodem die; quia tunc iſto caſu merita perſonarum debent attendi. per l.1. & ibi Bart. & Alex. *ff. de obſeq. præſtand.* de duobus doctoribus eodem tempore factis, de quo infra dicam. Et ita etiam tenet Nicolaus Boerii *in ſuo tract. de autoritate & præeminentia ſacri magni Concilii.* vbi dicit, quod ita fuit obſeruatum in congregatione Turoni, & Lugduni congregatis, vbi vniuerſalis eccleſia congregata fuit.

QVadrageſimanona conſideratio. In habentibus eandem dignitatem in vno eodemque loco præfertur qui à maiori recepit dignitatem, vt in Canonico à ſummo Pontifice, qui preſertur Canonico ab alio inferiore creato: intellige data paritate temporis creationis. Faciunt quæ dicunt Pan. Card. Zabarella, Pet. de Anch. & Ant. de Buſtis *in c. per tuas. extra, de maior. & obed.* Dicam latius infra, in prælatione dignitatum temporalium, maxime, quando ponam præeminentiam militum, quæ erit nona pars huius tractatus, *in 26. conſideratione. & in 7. part. 38. conſider. incip. quoniam inter iſtos.*

QVinquageſima conſideratio. Officialis principalis Epiſcopi cũ dignitatem habet, alios clericos ſeculares præcedere debet. notat. per Card. *in clem. 2. de reſc.* Intellige tamen, dummodo tales non ſint in dignitate maiori conſtituti. Imo etiam ſi ſit Canonicus eccleſiæ Cathedralis, non præcedet ipſe Officialis alios Canonicos prius eo receptos in dicta eccleſia, vt dixi ſupra *in 45. conſider. incip. exiſtens in maiori dignitate.* Dicit tamen Panor. *in conſil. 21. in 1. volum.* quod Officialis generalis Epiſcopi debet præcedere omnes totius diœceſis poſt Epiſcopum, cum faciat idem conſiſtorium cum Epiſcopo, *cap. 2. de conſuet. lib. 6.* Sunt & alii duo poſt Officialem, qui habent aliquam præeminentiam, vt eſt Vicedominus, qui præeſt rebus vel iuribus Epiſcopalibus: de quibus Specul. *in tit. de Vicedomino.* & habetur 89. *diſt. c. volumus. & c. ſeq.* & Oeconomus, qui præeſt rebus Capituli, de quo infra dicam.

QVinquageſimaprima conſideratio. Clericus ſecularis præfertur regulari & præcedit regularem, notatur *in c. legi epiſtolam. & in § alia. 16. quæſt. 1.* Io. And. *in reg. delictum. lib. 6. in Mercur. lib. 3.* & gloſ. fina. *in cap. qualiter. l. 2. de accuſat.* quæ dicit, quod dignior eſt cœtus clericorum, quam monachorum. Et anterior eſt ſtatus clericalis; ergo honorabilior, gloſ. *in c. quorundam, ver. prædicatorum. lib. 6. & c. fi. de pact. lib. 6.* cũ de his mẽtio habeatur *in Pſal. 109. ibi; Tu es ſacerdos ſecundum ordinẽ Melchiſedech. &c, ad Heb. 7. in princ. & 6. in fine.* Religio vero proprie dicta poſt Chriſtum ſucceſſit, authoribus Baſilio, Benedicto, & Auguſt. de quibus Ang. de Claua. *in ſua ſumma. in ver. religioſus. in princ.* De antiquitate tamẽ monaſticæ religionis, quomodo etiam fuit ante Chriſtum, dicam alibi. Et pleniſſime per Iodocum Clichthoueum *in ſuo Antiluthero. lib. 5. c. 3. & 6.* & in toto illo lib multum extollit & magnificit vitam monaſticam.

Ex hac conſideratione videtur Felin. *in d. rub. de maior. & obed.* incidere in dubium: an vita actiua ſit dignior, quam contemplatiua, & ibi plures remiſſiones allegat, quas vide. Vide etiam Lucam de Penn. *in l. 2. C. de dignit. lib. 12. & in l. 2. C. vt dignit. ordo ſeruetur. lib. 12.* & Bern. de Buſtis *in 2. part. ſui Roſarii. ſerm. 8. in litera O.* vbi ponit, quod vita actiua eſt fructuoſior. Hieronymus tamen inter alios multum commendauit vitam anachoritarum, eremitarum, ſeu religioſorum: de qua commendatione ampliſſimam fecit mentionem Io. Ludou. Viu. de Monte regali *in ſuo lib. quem opus regale intitulauit, in tractatu de pugna partis ſenſitiuæ & intellectiuæ.* Et etiam Ang. *in conſil. ſuo 179. incip. viſis prædictis. colum. 4.* quod vita contemplatiua eſt melior actiua. Albericus tamen, & dom. meus Iaſ. poſt eũ *in l. 1. in 3. colum. ff. de iuſt. & iure.* referens Hoſtienſ. *in proœmio ſummæ in 4. colum.* referunt & dicunt, quod vita actiua eſt melior contemplatiua. Hinc ex hoc inferunt, quod recti iudices & Aduocati vtentes recto iure, prout debent, plus merentur, & meliorem vitam faciunt, quam fratres prædicatores, & religioſi. Et idem etiam tenet idem Alber. *in l. per diuerſas. C. mandati.*

Digitized by Google

quod dicit eſſe verum Neuizan. *in ſua Syluæ nuptiali.* ſi eorum ſtudia & labores ſufficiant principaliter gratia obediendi præceptis diuinis, & non gratia lucri vel ambitus. Nam Deus iuſſit: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *Geneſ.3.&c. in c.50. diſtinct.* Et iſtud etiam tenet idem Alber. *in l. ſi qui deſideria. C. de ſuffrag.* Vbi dicit, quod officium Aduocatorum apud Deum non implicat peccatum, de quo dicã infra *in par.6. in 29. conſider. incip. officium aduocationis.* Et de huiuſmodi vita actiua, & contemplatiua dicam infra *in 12. part. in 48. conſideratione*, vbi ponam etiam de vita iſta ſeu communi.

QVinquageſima ſecunda conſideratio. Quo ad præeminentiam vnius religionis ad aliam S.Tho.2.2. *quæſt.*188. dicit, quod excellentia vnius religionis, quo ad aliam poteſt attendi tripliciter. Vno modo ex parte finis, & ſic illa dicitur perfectior religio. Altera ordinatur ad potiorem finem, & ſecundum hoc inter religiones. Illa quæ ordinantur ad docendum, & prædicãdum, tenet ſummum gradum. Et ratio eſt; quia quamuis prædicare & docere ſit actus vitæ actiuæ; procedit tamen ex plenitudine contemplationis, ſecundum Greg. vnde præfertur ſimplici contemplationi, ſicut maius eſt illuminare, quam lucere ſolum: & vt ait Euangeliſta: *Qui fecerit de his mandatis, minimus vocabitur: qui autem fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum.* vt dicitur de Ioanne, *Luc.*1. qui fuit præcurſor, & prædicator illius, dicit: *Ego ſum vox clamantis in deſerto, &c.* Propterea dictũ eſt de eo per Angelum: *Et erit magnus coram Domino.* Tales enim ſunt doctores prædicantes Euangelium Dei, qui ante fulgere debent. *Dan.*12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti. facit etiam *c. licet. de regularib.* vbi dicitur: *Sicut maius bonum minori præponitur, ita vtilitas communis ſpeciali.* Et quia in his eſt maior, latior & prolixior, ex quo maiora ſtipẽdia ſaltẽ honoris, & præeminentię ſunt adhibenda, *leg. nemo. C. de officio magiſt. offic.* Et in hoc recte præponitur doctrina ſilentio, ſolicitudo contemplationi, labor quieti. Vnde religioſiſſimæ ad iſta deputatę ſunt propinquiſſimę perfectioni Epiſcoporum, ex quo videntur tenere primum gradum, & ſecundum gradũ tenent illi, qui ordinantur ad contemplationem. Tertium, qui occupantur circa exteriores. Ex quibus videretur inferẽdum, quod ſunt præferendi, cùm principaliter in his attendant, ſcilicet, prædicando & docendo, vt ſunt prædicatores, minores, carmelitæ, S. Auguſt. eremitæ: & quod deberent dici digniores aliis religioſis ex rationibus prædictis.

Secundo attenditur excellentia vnius religionis ad aliam, ſecundum quod in eodem genere finis vna ordinatur ad altiorem actũ, quam altera: puta ſi religionum, quæ ordinãtur ad contemplatiuam vitam, ordinetur vna magis ad orandum, & altera magis ad legendum, erit perfectior prima: quia altioris contemplationis eſt oratio, quam lectio, licet dicatur ſecundum Auguſtinum: *Cum oras, loqueris Deo: cum vero ſtudes, Deus loquitur tibi, &c.* Et inter opera vitæ actiuæ potius eſt redimere captiuos, quam recipere. Et ideo religio, quæ ordinatur ad redimẽdum captiuos, erit excellentior, quam quę ordinatur ad hoſpites ſuſcipiendos cæteris paribus. Poteſt etiam attendi iſta excellentia, ſi vna illorum ad plura ordinetur, quam alia: Vnde, ſi ordinetur vna ad legendum, & ad orandum, potior erit quam illa, quæ ſolum ad legẽdum. Et ita tenent Canoniſtæ *in cap. quod Dei timore. de ſtatu monach. & in cap. niſi cum pridem. extra de ren.* & Arch. *in c. ſi quis vult. 36. diſtinct.* Vel etiam, ſi conuenientiora habeat ſtatuta ad conſequendum finem propoſitum, dicetur perfectior alia, quæ huiuſmodi non habet. Et iſta duo aut tria ſatis declarãtur in Concilio Bononienſi edito in materia prælationis monachorum, & Canonicorum regularium, *in princip. & prima part. in 6. & 7. fundamento.* quæ melius hæc declarant. Hinc per hõc deueniemus ad diſpoſitionem Canoniſtarum, quæ habet, quod illa, quæ habet arctiorem modum viuendi, dicitur perfectior, do qua perfectione ſtatim dicemus.

Tertio, dicitur præeminentia religionis vnius ad aliam, ex parte exercitii, non quidem quantum

Digitized by Google

quantum ad quantitatem, ſed quantum ad proportionem eius ad finem intentum. Vnde *in col.*2. Moy. B. Antonius præpoſuit diſcretionem, quę omnia moderatur vigiliis, ieiuniis, & aliis huiuſmodi. Ex quibus vult inferre Anton. Florent. poſt Thomam ſupra alleg. *in ſua ſum. par.3. tit.16. cap.* §.2. quod non ex hoc, quod religio aliqua habet arctiores obſeruantias, debet iudicari potior; ſed ex hoc, quod maiori diſcretioni ſunt eius obſeruantiæ ordinatæ ad finem intentum religionis: ſicut maceratio carnis per abſtinentiam cibi, & potius efficacius ordinatur ad continentiam, quam per ſubtractionem veſtium, vel corporalem laborem. Et has præeminentias pònit Io. And. *in c. ſane. de regul. in nouella.* Sed poſtquam illos poſuit, ſubdit: *Nos Canoniſtæ, non ponderatis his ſubtilitatibus, ſolum ſolemus aduertere vbi ſit arctior, ſtrictior, durior, vel fortior modus viuendi.* Vnde *in c. licet. de reg. & tranſeun. ad religio.* dicitur de arctiori vita, & ſanctiori, ad quam licet tranſire ex latiori licentia petita. Et ſic cum omnes religiones ſint ordinatæ ad ſummum finem, qui eſt charitas, per quam cõiungimur Deo, vt in *extrauaganti Ioan. XXII. ad conditorem,* dicitur. Et ſic cum finis ſit idem, ſolum ponderamus arctiorem modum viuendi. Vnde ſi in vna religione ſit ſola contẽplatio cum arctiſſimo modo viuendi poſſibili; tamen ſine deficiendi periculo nõ admittimus tranſitum ad religionem, in qua eſſet contemplatio & actio, etiam prædicationis officium cum laxo, vel minus arcto modo viuendi; quod tamen Theologi admittunt, ſecundum notata per Thom. 2. 2. *q. vlt. art. c.*8. *in corpore articuli.* & addit Io. And. poſt Tho. quod paupertas religionis ex hoc, quod eſt maior, nõ facit religionem perfectiorem aliis. hæc dicit Ioan. And. vbi ſupra. & hoc refert, & recitat Anton. Flor. in loco ſupra alleg. paucis additis per nos.

Sed reperio, quod Canoniſtæ noſtri habẽt alios modos, & alias cauſas ad cognoſcẽdum & inducendũ, an vna religio ſit excellentior altera. Et ſic vltra prædictos quatuor modos ſup. tactos, quod alio modo cognoſcitur, an vna religio ſit dignior altera, & excellentior.

Quinto ergo modo vna religio dicitur excellentior altera ratione antiquitatis: de qua infra dicã *in ſequenti conſideratione,* & ad quam multum attendendum eſt. Quoniam, qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, *reg. qui prior. de reg. iur. lib.6. c. antiqua. de priuileg. c. renouant. 22. d. l. qui prior. ff. de iud. §. ſingulorum. Inſtit. de rerum diuiſ.* quæ regula habet locum in honoribus & ſeſſionibus. text. *in l. honores. ff. de decur. & in l. fin. & ibi Bart. C. de tyr. lib.*12. vbi dicit Bart. text. illum eſſe contra iuuenes doctores, qui volunt locum celſiorem habere. Ad idem text. *in §. ordinationem. in Authen. de monachis. & in §. quibus. in* 1. *conſtitut. C.* Dum text. dicit, vt ordo temporum, earumque conſtitutionum, non ſolum adiectis diebus, ſed etiam ex ipſa compoſitione clareſcat. Primis quidem in primo loco, poſterioribus vero in ſecundo ponendis. Et ibi dicit Baldus, quod qui prius eſt tempore, prius eſt inſinuationis ordinę. Et dicit Felin. *in rubr. de maior. & obed. in* 3. *colum.* quod inſpicitur anterior origo, per gl. *in c. quorundam. de elect. in* 6. Et ideo ex hac ratione volui ponere antiquitatem quorumlibet ordinum, tam in inſtitutione, quam in cõfirmatione, vt inf. videri poteſt. Quæ quomodo ſit conſideranda, cogita ex inf. dicẽdis.

Sexto, excellentia & præeminentia conſideratur in illis, qui ſunt inſtituti & ordinati à maiori vel digniori, etiamſi ſit poſterior tempore. *c. quia ſæpe. c. ſi eum. c. ſi à ſede. c. hi qui. de præbend. lib.6. c. per tuas. de maior. & obed.* & dicam infra.

Septimo conſideratur, quod vna religio ſit excellẽtior altera ex approbatione, vt notatur *in cap. fi. de relig. domib.* Et ideo vna religio approbata, eſt excellentior altera, & ſi primo approbata, ideo; quia vtraque approbata. Prima approbata ratione prioritatis approbationis erit excellentior: quæ quidẽ approbatio multa operatur, vt habetur *in Concilio Ferrarien. in* 13. *colum. ibi: Item non obſtat in quantum dicebatur regulam B. Benedicti non requirere approbationem, &c.* & plus attenditur quam inſtitutio, vt habetur *in Concilio Bonon. in* 6. *colum. & Concilio Ferrar. in* 4. *colum. infra alleg.*

Octauo conſideratur excellentia, & præeminen-

eminentia vnius religionis ad aliam: ex quo vna habet plures religioſos, quam alia. Qui enim præeſt pluribus, maior eſt. *Auth. conſtitutio, quæ de dignitat.* §. *generaliter.* vbi gloſſ. dicit, nota nobiliorem propter ſubiectos; eſt enim præmium dignitatis habere plures ſubiectos, vt dixi alibi.

Nono conſideratur maioritas ordinis ex ordine nominationis in litera, & in ſcripturis, vbi fit de eis mentio; quia ordo ſcripturæ denotat prioritatem excellentiæ dignitatis & maioritatis: quoniam, qui primo ordinatur, dicitur dignior, & honorati dicitur. Bald. *in Auth. hoc amplius. in vlt. colum. C. de fideicom.* & probatur *in cap. ſi quis iuſto impedimento. de elect. in 6. & in l. ſeruus communis ita. & quod ibi notat Bart. ff. de ſtip. ſeruorum.* & de huiuſmodi ordine literæ latiſſime per Fel. *c. cum dilecta. extra de reſcript.* vide Imo. *in rubr. extra de præbend.* d. meum Iaſ. *in l. 2.* §. *prius. ff. de vulgar. & pup. ſubſt.* de quo infra dicam *in conſideratione* 33. quando ponam, quod prius nominantur monachi nigri, quam Canonici regulares: de qua *in c. auaritia. de præbend.* vbi Pan. Felin. *in rub. de maior. & obed. in 3. & 4. colum.*

QVinquageſimatertia conſideratio eſt, quod antiquitas religionis eſt etiã multum attendenda; quoniam eſt maxima, cum reperiatur monachos & religioſos etiam fuiſſe in Veteri Teſtamento: quoniam, vt habetur *in volumine ſcholaſtica hiſtoria, in rubrica: de ſignis in morte Domini*, de ſancto Scarioth, qui Abbas monaſterii fuiſſe dicitur: quo mortuo eius monachi, & ſub eius obedientia degentes, inconſolabiliter doluerunt, ex quo comprehenditur, quod Scarioth Abbas fuit, & non ſimpliciter Abbas, ſed ſub ſe monachos habuit. Legitur etiam in eadẽ hiſtoria, ſub rubrica: *de feſtis Iudæorum*, quod Eſſæi in omnibus fere vitam monaſticam ducebant, omnia habentia communia, ſed in ſingulis ciuitatibus domicilia inhabitantes, poſt ortum ſolis vſque ad quintam horã operantes, ſilentium obſeruantes, conſortio ſuo neminẽ adhibentes, niſi ſub probatione anni: mortem pro iuſtitia immortalitate meliorem iudicãtes. Probatur etiam *ex l. 1.* §. *religionis cauſa. ff. de colleg. illicitis.* vbi etiam non prohibebantur fieri collegia religionis cauſa: & ſic in Veteri Teſtamento cum ante Chriſtum, eo; quia libri Digeſtorum ſunt ante Chriſtum, vt eſt gloſſ. *in verb. in nomine. in rub. ff. de iuſt. & iure.* & allegat pro hoc *l. 1.* §. *1. ibi; reperimus autem.* §. *& cumq; hoc. in fin. C. de iure enucl.* Nicolaus de Neapoli *in rubr. Inſtitution. prope fin.* & dicit Bart. *in leg. multum intereſt. ff. de verb. oblig.* quod condentes iura Digeſtorum erant pagani; cum leges fuerint factæ per trecentos annos antequam Chriſtus veniret, vel plus facit gl. vlt. *leg. pridie de feriis. ff. & in leg. Titia.* §. *ſi. in verbo, Dei. de auro & arg. legat. ff.* dicit tamen Ioan. Fab. *in* §. *reſtituta. col. 2. in gloſſ. 1. Inſtit. de fideicom. hæred.* quod iura Digeſtorũ & iureconſultorum fuerunt poſt paſſionem Domini, & tempore gratiæ. tex. *in l. non diſtinguemus.* §. *ſacerdotio. 10. ff. de arbitris.* Dic tamẽ quod plures fuerunt gentiles, licet poſt Chriſtum fuerint, & maxime quia eſt lex Martiani, qui fuit tempore Iuliani Tyranni Imperatoris, qui erat infidelis, & regnauit poſt Helium Pertinacem, & ante Seuerum Imperatores. Ex quibus conſtat, quod religio fuit etiam ante Chriſtum. Imo etiam refert hiſtoria tripartita, *lib. 1. cap. 2.* & Iſidorus *titu. de officiis, capit. 15.* quod Elias & Eliſæus vitam monaſticam duxerunt: plures etiam alii ante Chriſtum vitam monaſticam ſeu eremiticam duxerunt, quos ample ponit Volaterranus *in ſua anthropologia, lib. 21.* vbi ponit ample initium Anachoritarum & ordinum omnium. Poſtmodum à ſanctis Apoſtolis ordo monachalis initium habuit: quoniam eorum vitam ſectãtes, omnia in communi ponebant, propriorumque bonorum diſpenſationem Apoſtolis ipſis, vtpote patribus, & ſuperioribus relinquentes diſcipuli, vt apud Caſſianum *libro collationum ſuarum. colum. 18. cap. 5.* apertiſſime legitur. Probatur etiam ex autoritate Niceni Concilii, de quo fit mentio *in c. qui vere. 16. quæſt. 1.* vbi hæc verba de cœnobitis, & monaſteria inhabitantibus inſcribuntur. Probatur etiam ex textu Calixti Papæ, qui habetur 27. *diſt. ca presbyteris.* qui Calixtus fuit anno Domini 227. Et idem Calixtus facit mẽtionem, de quo

Digitized by Google

de quo *in c.interdicimus.16.quæſt.*1.vbi Abbatibus & Monachis publicas pœnitentias dare, infirmos viſitare, vnctiones facere, & publicas miſſas cantare interdicit. Fit etiam mentio de Monachis ab Eutychiano Papa, qui fuit anno Domini 277. de quo *in c. ſi quis Epiſcopus aut Abbas.* Fit etiam à Felice Papa, qui fuit anno Domini 268. de quo *in ca.eos quoq; de conſec.diſtin.*4. Fit etiam mentio à Syluestro Papa, qui fuit anno 319. de quo *in ca. à ſubdiacono.93.diſtin.* Fit etiam mentio à Syricio Papa, qui fuit anno 490. vt habetur *in can. monachis quoq;.16. quæſt.*1. Fit etiam mentio per Innoc.primum, qui fuit anno Domini 411. vt habetur *in c.de monachis. 16. quæſt.* 1. Et per Concilium Nicenum, de quo ſupra, quod fuit anno Domini 341. quæ omnia iura ſunt ante Benedictum, cum Benedictus fuerit anno Domini 531. vt habetur per Archiepiſcopum Floren.*in ſua hiſtoria,lib.15.c.14.per totum, in 2.part.* licet quidam alii dicant, quod fuit anno Domini 475. Sed veritas eſt, quod fuit anno Domini 520. Et de eo etiam fit mentio in Concilio Chalcedonen. *ca.iuxta Chalced. 16.q.*1. Et ſic quicquid eſt reperietur, quod antiquitas religionis eſt maxima. Imo Bernardus in ſermone, quem apologeticum appellat,*in c.de intemperantia veſtimentorum*, monachalem ordinem primum in Eccleſia extitiſſe teſtatur: ex quibus poſſet quodammodo argui, quod monachi deberent præcedere clericos ſeculares, contra id, quod dictum eſt ſupra *in 51.conſid.*

QVinquageſimaquarta conſideratio. Ex quo ordo Benedicti fuit primus ordo monachorum, poſt Chriſtum inſtitutus ab eo, inſequendo vitam antiquorum monachorum, ſed ante eum fuit Baſilius, qui fuit in oriente, & Benedictus in occidente, vt refert Anton. Floren. *in 2.part.ſua hiſtoria, tit.15. cap.12.in fin.* Ex quo concludendum eſt, quod hic ordo omnes quoſcunque alios excedit ſeu præcedit, etiam Canonicos regulares, vt dictum eſt. Et iſta eſt opinio omnium doctorum Canoniſtarum, & ſcribentium. Videlicet primo Felin. qui multos allegat *in d. rubr. de mai. & obed.* videlicet, omnes ſcribentes *in c. quorundam. de electi. in 6. & in ca. auaritiæ. de præben. in ca. Deus qui. de vita & honeſt. cler. in c.ſane.de regularib. in ca.quod Dei timorem. de ſtat. monach. in ca. intelleximus. de ætat. & quali. in ca. nimia e ſecundo. de excep. prælat. in ca. Epiſcopus. 17.diſtinct.in ca.alia.16.quæſt.*1. Et iſta eſt communis, quam omnes tenent, de qua multum ample per Concilia Paduana, & Bononienſia, quæ ſunt nimis prolixa, ideo ad illa te remitto, quæ videre poteris, cum ſint impreſſa, & per Volaterranum *in ſua anthropologia, in 2.tomo.lib.*21. Et ſub hoc ordine S.Benedicti quibuſdam conſtitutionibus additis, ſunt plures ordines, de quibus ſigillatim, & particulariter dicam: Videlicet ordo Cluniacen. monachorum nigrorum. S. Iuſtinæ. ordo Camaldulenſium, ordo Vallis vmbroſæ, ordo Ciſtercien. ordo Grandimon. ordo Cœleſtinorum, ordo Montis oliuarum, ordo Montis phani Syluestrini, & plures alii.

QVinquageſimaquinta cõſideratio. Poſt ordinem S.Benedicti, Primus ergo, qui eſt in regula, & ſub d. Benedicto eſt ordo Cluniacen. qui fuit inſtitutus anno Domini 913. vt refert Vincen.*in ſpeculo hiſt.lib.25.* Nam vt dicit, Berno Abbas moriturus, Odonem olim muſicum conſtituit Abbatem Cluniacen.cœnobii, ea conditione, vt eccleſia Cluniacen. ſolueret annuatim Eccleſiæ Gigniacenſi cenſum duodecim denariorum. Et vt dictum eſt, in eo monaſterio à Bennone cõſtructo, ſeruabantur inſtituta patris Eutychii, qui fuit temporibus Ludouici magni, vir charus Regi, omnibusque amabilis. Nam cum eſſet laicis & peregrinis ſtudiis eruditus, deſerens ea, vnde ſuperbire ſolet humana fragilitas, totum ſe patrum regulis & inſtitutionibus dedit. Ex quibus etiam diuerſas ſumpſit, vnoq; volumine colligauit. Nec multo poſt monachus effectus eſt, & in tanto amore apud regem habitus, vt intra palatium ſuum monaſterium ei conſtrueret. Decurſo autem vitæ ſtadio circumſtantibus fratribus ſpiritum emiſit. Et cum ab eius diſcipulis exequiæ pararentur, viuus rediit, illiſq; attonitis & admirantibus, ait Deo gratias:

Sciatis, quod in his 40. annis vnum tantum diem non memini me cibum cepiſſe, niſi prius fleuiſſem: hodie autem ſublato mærore me conſolatus eſt Deus, & inter choros angelorum tribuit mihi Dominus requietionis locum. His dictis perpetuo requieuit. Ipſe fuit inſtitutor conſuetudinum, quæ in monaſteriis hactenus ſeruantur. Tandem Abbas Berno exitiali morbo decumbens, vicinos Epiſcopos accerſiuit, & ab ordine ſe deponens, flebili voce clamabat ſe reum & indignum tali monaſterio præfuiſſe tunc manibus fratrum, frater Odo captus coram Abbate ſuo vi eſt adductus proclamantibus omnibus, vt ordinaretur: & cum nec ſic vellet cedere, vt locum paſtoris ſubiret, ſuperatus eſt tandem Epiſcoporum excommunicatione. Sub quo floruit monaſtica deuotio iam exſiccata, & B. Benedicti inſtitutio plurimum in diuerſis cœnobiis reuixit & conualuit, reparata. Hic vero ordinem Cluniacen. inſtituit quibuſdam regulis, traditionibus & conſtitutionibus additis. Qui quidem ordo Cluniacen. non eſt amplius ſub ordine ſancti Benedicti, ſed eſt vnum caput de per ſe in toto ſuo ordine, vt dicit Oldrad. *in conſi.* 204. Dixi ſupra *in* 31. *conſid.* Et ſunt diuerſi ordines habentes quilibet de per ſe vnum caput, vt tenet Ægid. de Bellamera *in conſilio ſuo* 32. Sed quandoq; iſti deuiauerunt à regulis eorum, poſtquam incraſſati & impinguati fuerunt pluribus monaſteriis, vt dicit idem Anton. *eodem lib. ca.* 23. §. 2. vbi ponit de reſtauratione ordinis circa annum Domini 1300. in Abbatia ſanctæ Iuſtinæ, vt ibi per eum.

QVinquageſimaſexta conſideratio. Sed cum ſit magna altercatio inter monachos nigros, cuiuſmodi ſunt monachi S. Benedict. & Cluniac. ordinum, & Canonicos regulares, qui eorum præcedere debeant, ſit communis inter omnes ſcribentes ſenſus, quod monachi nigri præcedere debent ex multis rationibus deductis, quæ non habent locum in aliis ordinibus infra dicēdis & ponendis. Ideo ſtabit ad minus firma concluſio, quod poſt monachos nigros erunt Canonici regulares, qui debent præcedere omnes quoſcunque alios religioſos, ſiue ſint non mendicantes, ſiue medicantes; & hoc quia licet teneant omnes, quod ordo Canonicorum regularium initium habeat à Marco Euangeliſta, & poſtea à beato Auguſt. ante Benedictum, & qui fuerunt maiores Benedicto, vt ſatis demōſtratur in conciliis dominorum Bononienſium & Paduanorum ſupra allegatorum: tamen antiquitas monaſticæ religionis eſt ante Marcum & Auguſt. cum ſit etiam in veteri Teſtamento, vt dictum eſt. Et etiam ſunt plures rationes hinc inde allegatæ, ex quibus concluditur monachos nigros eſſe præferendos. Et ideo, cum ſint plures rationes pro eis militantes, vt in prædictis conciliis ad minus poſt dictos monachos nigros, & ante omnes alios religioſos admittendi & collocandi ſunt.

QVinquageſimaſeptima conſideratio. Poſt ordinem tamen Cluniacen. ponit Anton. Flor. *in dict.* 2. *par. ſuarum hiſtor. tit.* 15. §. 17. Ordinem Vallis vmbroſæ, qui fuit inſtitutus anno Domini 1040. ſub regula Benedicti, quibuſdam conſtitutionibus eorum ſuperadditis. Quæ religio fuit inſtituta, ſeu ordo fuit inſtitutus à Ioanne Gualberto, & habet multa monaſteria in Tuſcia, & in Lōbardia ſub habitu griſeo: quod quomodo fuerit, ponit idem d. Ant. in dicto loco. Dicit tamen idem Ant. *in tit.* 15. *eadem par. hiſtor. cap.* 25. §. 2. quod ipſi claudicauerunt à ſemitis Gualbert. eius ordinis primi inſtitutoris, ſub regula etiam Benedicti, vt vix eſſet qui faceret bonum. Sub eodem habitu & regula quidam Syluestrini, dicti eo, quod Syluester dictus eſt primus autor eorum, qui talem ordinem intrauit in monte Phano prope Fabrianum, in Marchia Anchonitana multiplicati, plura monaſteria conſtruxerunt in diuerſis ciuitatibus. Dicit tamen ibi, quod iam quaſi defecit ex toto dicta religio ex carentia fratrum, vt ibidem videre poteris. Et iſti non ſunt præferendi religioſis Ciſtercien. licet ſint priores tempore: quia nunc eſt aucta religio Ciſtercien. & ſtrictior eſt eorum vita, ex quo illis præferendi, vt infra dicam. Tamen eos hic ante poſui, cum ordo eorum ſit prior inſtitutus, quam Ciſterc.

Quin-

Digitized by Google

QVinquageſimaoctaua conſideratio erit de ordine, & fundatione ordinis Ciſtercien. qui fuit inſtitutus ſub regula beati Benedicti: habetur per eundem Anton.Floren. *in 2. part. ſuæ hiſtor. titu.* 15. §. 18. vbi dicit, quod initium habuit anno Domini 1098. ſub quodã Abbate Stephano, ſed paulo poſt mirabiliter dilatatur per B.Bernar.& fuit initium eius, vt dicit per hunc modum.

Quidam deuoti viri venerabilis Hugo. Lugdunenſis, Eccleſiæ Archiepiſcopi ſedis Apoſtolicæ tunc legati: Et religioſi viri Vulterii Cabilonen.Epiſcopi, nec non & clariſſimi Principis Odonis Burgund. ducis freti conſilio, & autoritate roborati, inuentum Eremum in Abbatiam conſtruere cœperunt præfecto Ruberto Abbate illius diœceſis Epiſcopo, videlicet Cabilonen. curam, virgamq; paſtoralem, cæteriſq; in eodem loco ſub ipſo ſeruãtibus ſtabilitatem. At vero poſt non multum temporis factum eſt, vt idem Abbas Robertus, requirentibus eum monachis Moliſmenſibus Papæ Vrbani ſecundi iuſſu, Vulterii Epiſcopi Cabilonen. licentia, & aſſenſu, Moliſmum reduceretur, & Albericus, vir ſanctus & religioſus, in ipſius loco ſubſtitueretur. Hoc ſane inter vtramque Eccleſiam fœdere pacis retento, gratia & authoritate apoſtolica ſeruato, vt ex eo iam tempore, neutra illarum vtriuslibet, monachum ad habitandum ſine commendatione regulari reciperet. Quo facto nouum monaſterium noui patris ſolicitudine, & induſtria, breui non mediocriter Deo cooperante, in ſancta religione ac conſeruatione profecit, opinione claruit, rebus neceſſariis creuit. Dicit etiam ibi Anton.Florent.allegans Vincentium *in ſpeculo hiſtoriali*, quod tempore Gulielmi ſecundi Regis Angliæ, cœpit religio Ciſtercien. Et vt dicit, pertinet ad gloriam Anglorum, quod talem virũ genuit Anglia, qui huius religionis & autor fuit, & mediator. Is autem fuit Arduignus nomine, qui alias Stephanus à puero Suburnæ monachus, poſtea pannos illos peroſus, Scotiam, mox Franciam contendit, vbi aliquot annis ſtuduit. Deinde, Romam cum clerico conſorte profectus eſt, qui eundo & redeundo quotidie totum Pſalterium cantitabant. Deinde Burgundiam regreſſus, in Moliſmo, nouo & magno monaſterio, ſe totondit. Ibi quum ea proponerentur obſeruanda, quæ non erant de regula, cœpit rationem eorum inquirere. Et tandem, de quibuſdam ſuperfluis, cum vno & alio diſputauit, vt Abbatem ipſum, & alios ſeptendecim in ſuam ſententiam induceret. Igitur Ciſtertium venere, locum prius Salmotum, & ibi ſteterunt ſuffragio Archiepiſcopi Viennen. qui poſtea factus eſt Papa. Abbas tandem, qui cum eis venerat, à ſuis monachis requiſitus, ad eos rediit quaſi coactus. Sed omnes, qui cum eo venerant de Moliſmo, cum illo regreſſi ſunt, præter octo, qui ſibi Abbatem conſtituerunt Albericum quendam de ſuis. Priorem vero Arduignum, qui & Stephanus dicitur, fecerunt: & ibi dicit, quod ad Vincentium plenius recurrendum eſt, & *tit.* 16. *c.* 1. §. *ſecundo, eodem libro*, dicit, quod Ciſtercienſ. vtique fuerunt magna columna Eccleſiæ ſub beato Bernardo, & poſtea per annos centum ſcientia decorati & ſanctitate. Sed & ipſi declinantes à veſtigiis patrum, inutiles facti ſunt. Circa autem annos Domini 1436. quidam ex monachis Abbatiæ Florentinæ, ſub Eugenio quarto tranſierunt ad ordinem Ciſtercienſium, in obſeruantia regulari, collato eis monaſterio, ſeptem prope Florentiam, dicti ordinis. Per ipſum deinde Eugenium, hoc procurante reuerendiſſimo Domino Cardinale Firmani, & ex puſillo grege adauctus eſt. Sed ſi bene conſideremus, illud fuit tantum in Italia; quia ſemper Ciſtercienſ. apud nos, & in Gallia fuerunt decorati, ſcientia & ſanctitate, & tales apud nos reputantur. Et tales monachi apud nos, & etiam Carthuſienſes, reputantur ſanctimonia vitæ: ita quod non eſt aliqua ſiniſtra ſuſpicio præſumenda cõtra eos. Ita etiam, quod ex hoc poſſunt eſſe Iudices in cauſa propria, vel ſuorum, vt dicit D.meus Iaſ. *in authent. iubemus. C. de iud. 2. col. ibi: ſecundo fact.* & Fel. *in c. ſuper his in fin. extra de accuſat.*

Sub hoc habitu Ciſtercienſ. eſt alius ordo

apud nos, vbi ſunt tantum Priores, qui eſt etiam ſub regula beati Benedicti, qui dicitur ordo Vallis collium, ſeu potius caulium, qui eſt caput in eorum ordine, & habet multos prioratus ſub ſe, vt eſt prioratus Vallis ſancti Benedicti iuxta Heduam, & prioratus Vallis Creſcen. qui dicitur *Vaultcroiſſant*, prope Sedelocum, & plures alii, qui ſunt modici prouentus, & in quolibet prioratu ſunt pauci religioſi. Et melius eſſet, quod reducerentur in totum, ſub habitu Ciſtercienſ. cum habitum eorum deferant.

QVinquageſimanona conſideratio. Eſt alius ordo ſub regula beati Benedicti, qui dicitur ordo Camaldulenſium, qui fuit inſtitutus à Ramualdo, viro magnæ ſanctitatis, & ſanctimoniæ: & fuit inſtitutus anno Domini 1030. Et ſic ante ordinē Vallis Vmbroſæ, & Ciſtercien. De cuius inſtitutione habetur per Anton. Flor. *in ſuo lib. hiſtor. lib. 2. part. tit. 15. cap. 15.* Qui licet fuerit inſtitutus ante Ciſterci. non tamen habetur in tanto honore, nec in tanta exiſtimatione, cum vita Ciſterci. ſit arctior & ſtrictior, quam vita illorum: & ideo in maiori prærogatiua, excellētia & præeminentia: ſecūdum quod dicit Io. Andr. *in c. ſane de regularib.* quam doctrinam refert & ſequitur Florentin. *in ſua ſumma, 3. parte, tit. 16. ca. 1. §. 2.* vbi dicit, quod Canoniſtæ, non ponderatis ſubtilitatibus Theologorum, ſolent ſolum pro præeminentia religionis ad aliā, quod vna ſit arctior, ſtrictior, durior, vel fortior, in modo viuendi. Ex quo inferendum eſt, quod ordo Ciſtercien. eſt præferendus, cum vita eorum ſit arctior, ſtrictior & durior. Hi enim monachi ſunt albi habitus, qui degenerantes, alienati ſunt retrorſum: pauciſſimis exceptis eorum monaſteriis, & eremi recluſis. Sed circa annū Domini 1370. vitam quaſi eremiticam tenentibus & laudabilē in diœceſi Aretina, ſed territorio Senen. Epiſcopus Aretinus, tunc temporis dedit habitum ſimilem, & regulam ipſius B. Benedicti, ex quibus creſcent. in gratia Dei & numero, cōſtitutus eſt ordo Montis oliuarum dictus ab Eccleſia, & ipſe approbatus, & in monaſteriis per Italiam multiplicatus, ac priuilegiatus, & à diœceſanis exemptus factus. Qui religioſi, ſuper capita ſua ponunt generalem vnum ex eis Abbatem de triennio in triennium. Hæc Anton. Florent. vbi ſupra, *in 2. part. tit. 16. cap. 1. §. 2.*

SExageſima conſideratio. Sub eadem regula S. Benedicti, fuit Ordo humiliatorū. Qui licet habuerit primum initium anno Domini 1017. tamen in proceſſu temporis fuit tripliciter variatus in modo viuendi. Sed vltimus eorum viuendi modus fuit approbatus anno 1200. & per Innocentium tertium confirmatus. Et poſtmodum, per ſucceſſum à diœceſanis exemptatus priuilegiis multis, & ſub regimine vnius principalis, & generalis præpoſiti, conſtitutus. Sumpſerunt enim in tertio modo viuendi, pro norma partem regulæ B. Benedicti, non totam, ſuperiores eorum Præpoſitos nominantes. Multiplicati quam valde, fabricauerunt ſibi multa monaſteria tam fratrum, quam monialium, per partes Tuſciæ & Longobardiæ, maxime Mediolani. Hi inter alia priuilegia habent, quod in ſabbato Paſchæ, celebrant eorum officium illius diei de ſero, poſt meridiem, in introitu noctis, ita, quod miſſa illius diei, de nocte in vigilia paſchæ cantatur. Et de inſtitutione, approbatione, & conſeruatione prædicti ordinis habetur per eundem Ant. Flor. *in ſuo lib. hiſtor. 2. part. tit. 15. cap. 22.* vbi ample.

SExageſimaprima conſideratio. Sub regula B. Benedicti, adhuc ſunt quidam apud nos, qui dicuntur Cœleſtini, de quibus eſt notabilis conuentus, in ciuitate Pariſienſi, & in multis aliis locis Franciæ. Et iſti ſunt Obſeruantes, ſub regula B. Benedicti degentes. Hi etiam ſunt à diœceſanis exempti. Sed an ſint cæteris, puta Carthuſi. præferendi, dico inſpiciendam eſſe conſuetudinem: quia tamen non ſunt omnino mendicantes: Ideo omnibus aliis mendicantibus præferentur. Et quod ſunt ſub regula B. Benedicti, dicit Anton. Flor. *in 3. part. ſuæ ſummæ. tit. 16. cap. 1. §. 18. in princ.* Vbi dicit, quod talis ordo fuit inſtitutus à Beato Petro de Murrone, qui fuit Papa Cœleſtinus, ſed renunciauit Papatui.

Sexage-

Digitized by Google

SExageſimaſecunda conſideratio. Crederem, quod licet ordo Carthuſienſium nõ ſit ſub regula B. Benedi. nec ſub aliqua quatuor regularum ab Eccleſia approbatarum: ſed habent ſua ſtatuta pro regula, tamen habentur in magna veneratione ab Eccleſia, vt dicit idem Anton. Flor. 3. *par. ſuæ ſum. tit. 16. cap. 1. §. 6.* Et eſt venerabilis religio, quæ vſque ad præſentem diem ſeruat rigorem ſuarum obſeruantiarum, per annos circiter 400. vt dicit idem Flor. *in libro hiſtoriali. 2. part. tit. 15. cap. 22. §. 2.* Auſtera, vt dicit, ſiquidem eſt in multis, in abſtinentia quidem; quia prolixa ieiunia, & ſextis omnibus feriis, in pane & aqua, ab eſu carnium ſemper abſtinent; etiam in grauiſſima infirmitate. Ita vt qui eis veſci voluerit, amplius in clauſura cum reliquis non valeret permanere. Quo ad veſtitum; quia ſemper cilicio induuntur ad carnem. Quo ad ſolutionem; quia nunquam exeunt exceptis Priore & procuratore: & in cellis ſuis ſoli manent, cum arcto ſilentio: vigilias magnas habent, propter prolixitatem officii. Vnde Bernardus, qui epiſtolam ad eos ſcripſit; quia dicitur ad fratres de Monte Dei, multum commendat inter cætera, dicens: *Veſtrum eſt frui Deo.* in fine autem arguit de nimia ſumptuoſitate & magnitudine ędificiorum: & magis adhuc tempore noſtro redarguiſſet, ſi vixiſſet, maxime, quo ad conuentum Papienſium, qui diſtat à ciuitate Papienſ. duabus leucis ſeu quatuor aut quinq; milliaribus, vbi eſt talis ſumptuoſitas in ædificiis, quod vix vltra dici poſſit. Et etiam apud Diuionem, eſt conuentus Carthuſienſium, valde ſumptuoſus in ædificiis, & apud Pariſien. Et conuentus principalis dicti ordinis eſt in Delphinatu, iuxta Gratianopolim ciuitatem. Et ex dictis Ioan. Andreæ *in d. cap. ſane. de regularib.* Hic ordo, cum propter eius nimiam auſteritatem, ſit cæteris præferendus, maiorem præeminentiam deberet habere: tum etiam; quia fuit inſtitutus anno Domini 1086. ſecundum quod habetur per Anton. Floren. *in ſua hiſtoria, 2. part. tit. 15. c. 22.* vbi ample, *iam ſupra alleg.* Et Iacob. Bergo. *in ſuo ſupplemento chronic. lib. 12.* Et etiam propter eorum antiquiorem inſtitutionem, præferri debent ordini Ciſtercien. & Præmonſt. Et Bernar. teſte, primatum obtinet, inter omnes ordines Eccleſiaſticos, non ratione temporis, ſed religioſitatis. Et etiã Polycrat. *lib. ſuo cap. 21. incip. licet autem.* ponit de laude, & origine iſtius religionis, & aliarum religionum, quæ hic non inſero; quia eſt impreſſus. De laude huius ordinis etiã Sebaſtian. Brant ſcripſit.

SExageſimatertia conſideratio. Alius eſt ordo, qui dicitur Ordo ſanctæ Trinitatis, cuius caput eſt in ciuitate Pariſienſ. qui dicitur: *Es Maturins*, qui ſunt deputati ad redimendum captiuos: qui, vt videtur, debent omnes alios religioſos, ſaltem poſt monachos nigros, præcedere, ſaltem præcedet religioſos S. Antonii, qui ſunt deputati ad ſuſcipiendum hoſpites: quoniam ordinantur, & ſunt ordinati, ad redimendum captiuos. Ideo religio eorum eſt excellentior, vt dicit Anton. Floren. *in ſua ſum. 3. part. titul. 16. cap. 1. §. 2.* Et de his & cæteris aliis facit mentionem idem Flor. *in ſua hiſtoria. 2. part. tit. 15. cap. §. 3. in fine.*

SExageſimaquarta conſideratio. Poſt ordines ſupradictos non mendicantes, ſub regula beatorum Baſilii & Benedicti, ſunt alii ordines religioſorum non mendicantium, ſub regula diui Auguſt. Vt ſunt ordo ſancti Iohannis Ieroſolymitani, qui dicuntur Cruciferi, & ſunt milites Rhodiani, ſeu templi, de quibus dicam infra *in 2. parte. in quarta conſideratione.* Quibus aſſimilantur milites S. Iacobi de Spata, militantes pro fide, qui ſunt in Hiſpania, qui ſunt milites Regis Hiſpaniæ: de quibus infra dicam *in illa nona parte*, de eo hic non inſiſto.

SExageſimaquinta conſideratio. Alii ſunt hoſpites S. Antonii, qui dicitur ordo hoſpitaliorum S. Antonii, qui ſunt in diœceſi Viennenſ. Qui ex conſuetudine & vſu videtur ſumpſiſſe principium. Et etiam extenſum fuit ad hoſpitale curiæ Romanæ: quoniã ſicut in ſecularibus, in vrbe Romana legitur duos fuiſſe Prætores: Vnum, qui præerat; Alterũ vero, qui Romanis iuſtitiam exhibebat,

Digitized by Google

vt *ff. de origine iuris. l. 2. §. & cum placuiſſet. de iudic. l. 2. §. 2.* ſic in ſpiritualibus dignum, & rationi conſonum fuit, vbicunque eſt ipſa Vrbs, id eſt, Romana Curia, diuerſos eſſe ſuperintendentes curiæ animarum: Quoſdam Iacobos, & parochiani ſunt & religioſi, quantum ex diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ permittitur. Quoſdam vero, peregrinis ſiue curialibus, vt ſunt fratres S. Antonii, vt ſatis clare probatur c. *Quoniam in pleriq. extra de offic. ordin. cap. cum ſecundum. de tempor. ordin.* Rationabiliter ergo Romana Eccleſia voluit, & in vſum deduxit, quod eſſent in Curia Fratres S. Antonii, qui pro pauperibus curialibus hoſpitale haberent, confeſſiones curialium audirent, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrarent, & ſepulturis eorundem intereſſe deberent. Ita dicit Oldr. *in conſil. ſuo 211.* vbi ponit de emolumentis eorum, etiam in Curia Romana. de quibus aliter pro nunc non dico, cum quo ad præeminẽtiam eorum cum aliis, ſtandum eſt conſuetudini locorum.

Sexageſimaſexta conſideratio. Alii ſunt ordinis Præmonſtratenſium, ſub regula B. Aug. quorum ordo fuit, & incepit anno Domini 1120. Cuius ordinis fundator fuit vir Dei Northbertus, ex partibus Lotharingiæ oriundus. Et dicit Anton. Floren. *in d. lib. hiſtor. tit. 15. cap. 19.* Qui quidem eſt vnus apud nos, de principalibus ordinibus. Et Abbas illius, in ſuo ordine eſt generalis in toto ordine: & facit vnum caput, ſicut Abbas Cluniacen. in toto ſuo ordine. Ideo cæteris aliis Abbatibus non facientibus caput in ordine, in congregatione generali, præferendus eſt, tãquam faciens caput in ſuo ordine. De his aliter non inſiſto, cum vltra illum locum, vbi eſt caput, pauci ſint, & in locis vbi ſunt, ſtandum eſt conſuetudini loci de præcedẽtia aut præeminentia.

Sexageſimaſeptima cõſideratio. Alii ſunt, qui ſunt de ordine Grandimondenſi. Qui fuit inſtitutus anno Domini 1076. ſub patre Stephano viro nobiliſſimo, & de Aruerniæ partibus filio nobiliſſimi viri Stephani, cuius Stephani inſtitutoris vita fuit arcta. Nam trigeſimum ætatis ſuæ annum agens, habitare cœpit eremum, in ieiuniis, vigiliis, & orationibus continuis ſeruiens Deo. Cibus eius panis & aqua, & interdum ex farinæ ſiligine, ſorbitiuncula, quæ cæteris minus ſapida, neceſſitati vtique ſeruit, non voluptati. Incedebat quoque armatus lorica ferrea, contra carnis tentamenta, & mentis laſciuiam: quo vſque toto corpore exſiccato, plenam de ſeipſo obtineret victoriam: Indumenta, quibus ſuper loricam induebatur, nullo tempore augebantur, ſed hyeme, & æſtate, ad repellendum frigus, & cauma, ſemper erant æqualia, & eadem. Et plura alia, de eius vitæ auſteritate, & miraculis ponit Ant. Flor. *in ſuo libro hiſtoriali. 2. par. tit. 15. cap. 21.* quæ hic non tranſporto, cum ſint ibi clara, nec faciant ad propoſitum, niſi ad demonſtrandum de eius vitæ auſteritate, & arcto modo viuendi. Ex quo videretur, quod in hoc eſſent preferendi, ſi illum modum viuendi obſeruant, quod non credo. Et ideo dico eſſe ſtandum conſuetudini, quomodo in locis vbi ſunt, & collocantur, præcedere debeant alios vel non.

De auſteritate vero, aut arcto modo viuendi, prædictarum religionum, non credo, quod hodie poſſit fieri fundamentum de vna ad aliam: cum omnes ſupradictæ, ita hodie relaxatæ ſunt & tepefactæ, & aperte dici poſſit Ieremiæ *Threnorum cap. 1.* Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus. Et quod ait Bernardus contra Cluniac. religioſos monachos relaxatos videlicet. Vnde inter monachos, tanta intemperãtia in cibis, in potationibus & veſtimentis, in lectiſterniis, in equitatiuis, & conſtruendis ædificiis, molleſcere potuit, quatenus, vbi & ſtudioſius, voluptuoſius, atque effuſius obſeruatus fuerit, ibi ordo melius teneri dicatur, ibique maior putetur religio. Ecce enim parcitas putatur auaritia, ſobrietas auſteritas creditur, ſilentium triſtitia reputatur. Et contra remiſſio diſcretio dicitur. Effuſio liberalitas: loquacitas affabilitas: cachinnatio iucunditas: mollities veſtimentorum, equorũ faſtus, honeſtas lectorum, ſuperfluus cultus,

Digitized by Google

cultus, munditia. Quidque hæc alterutrum perpendimus, charitas appellatur. Iſta certe charitas deſtruit charitatem, hæc diſcretio diſcretionem confundit: talis miſericordia crudelitate plena eſt, qua ſcilicet ita corpori ſeruitur, vt anima iuguletur. Et, vt dicit Anton. Floren. *in ſuo libro hiſtoriali, in 2. part. tit. 16. c. 1. §. 1.* ſub hac abuſione, iam fere vbique pro ordine iſta tenentur: fere iam omnibus ſine querela & irreprehenſibiliter obſeruantur, quanquam diſſimiliter, vt ibi declarat, & demonſtrat: quæ multo cum plus intentionis, nec ſit dicere, & declarare, quæ laudanda veniant, quam quæ vituperanda. Sed hæc dixi, vt cognoſcatur, quod non eſt multum inſiſtendum, quo ad præeminentiam vnius religionis ad aliam, in arcto & ſtricto modo viuendi, cum in omnibus rarus ſit, & in omnibus ſit relaxatio, in vita & modo viuendi, datis à regulis, in quolibet ordine, de quibus ſupra dictum eſt. Et ideo deueniendum erit ad alium modũ, & ad aliam doctrinam, ad cognoſcendum præeminentiam vnius religionis ad aliam: quam ponam ſtatim poſt declarationem mendicantium.

SExageſimaoctaua conſideratio. Poſt omnes ordines ſupradictos, qui non ſunt mendicantes, ſunt quatuor alii generales mendicantium. Inter quos (vt ſæpiſſime videmus) eſt contentio, qui illorum debeant præcedere. Aut ſi non inter ipſos, ſaltem aut cum aliis religionibus, vel etiam quandoque, & ſæpius cum eccleſiis cathedralibus, aut collegialibus: quoniam ſub prætextu humilitatis, aut ſanctimoniæ, ſemper tamen appendunt aliquid gloriæ, laudis, & honoris. Et iſti ſunt quatuor, videlicet ordo Prædicatorum, ordo Minorum, ordo Carmelitarum, & ordo Eremitarum S. Auguſtini, facientes contra dictum Chriſti, de quo *Lucæ* 22. Et omnes iſtos tres ordines præcedit, aut præcedere debet ordo Prædicatorum. Et, quod præcedere debeat fratres Minores, dicam infra. Et aduerte, quod iſti Prædicatores fuerunt ſub regula ſancti Auguſtini. Sed quibuſdam conſtitutionibus additis, fecit Dominicus nouum ordinem, qui dictus fuit ordo Prædicatorum, de cuius excellentia videatur ampliſſime per Anton. Flor. *in 3. part. hiſt. tit. 23. per totum.* vbi habetur, quod habuit initium anno Domini 1217. vbi dicit idem Antonius, ſub Innocentio I. Et anno Domini 1210. ſub Honorio III. vt dicam infra *ſeq. conſider.* Et refert idem Anton. Flor. *eod. tit. c. 3.* quomodo prędictus ordo reuelatus fuit ſancto Dominico, à Virgine Maria, à Ieſu Chriſto eius filio commendatus: Cui datus fuit ſocius, videlicet Franciſcus, pro alio ordine inſtituendo, ad inſtructionem totius vniuerſalis Eccleſiæ in ſermonibus, & prædicationibus, vt ibi videre poteris.

SExageſimanona conſideratio Ordo Minorum ſub regula Franciſci, fuit inſtitutus, circa annum Domini milleſimum 208. De cuius vita, & moribus, & ſui ordinis inſtitutione & fundatione, habetur plene per eundem Flor. *in ſuo lib. hiſt. tit. 24. per totum.* & de eius confirmatione, quo tempore fuerit confirmatus prædictus ordo, infra patet.

Sed cum ſint minores, vt nomen ſit conſonans rei, debent eſſe minori loco: Ideo tanquam humiliores; quia minores non debent prætendere contra aliquos, de aliqua præcedentia; quoniam alias videretur, quod facerent contra eorum ordinem & ſtatum: qui inter omnes totius vniuerſalis eccleſiæ, debet eſſe minor: imo quod plus eſt, à certo tempore voluerũt vocari minimi, in vim cuiuſdam reformationis. Sed video, quod illud eſt tantum verbo, & non operæ; quia volunt non ſolum contendere de paritate, cum aliis religioſis, ſed etiam cum eccleſia cathedrali, prout vidi in hac ciuitate Hed. in funeralibus quondam nobilis & potentis viri, domini Franciſci Rolin, qui pro vna hora tantum fuit repoſitus in eorum eccleſia, cadauer ſubleuando voluerunt non ſolum eſſe in vltimo loco, etiam ante Canonicos eccleſiæ cathedralis. Imo etiam Guardianus dicebat, ſe debere habere vltimum locum etiam poſt Epiſcopum ibi præſentem, & exiſtentem. Quod quantæ & qualis fuerit deciſionis, & prout etiam debuit eſſe, cogitent omnes. Ex quo videri poteſt, quid de illis dicendum ſit, qui

qui cum omni humilitate, etiam cum infimis agere deberent, volunt tamen contendere de paritate. Et ideo non poteſt magis ſuperbia eorum operari, quam cum ſuperbia Luciferi, qui voluit fieri ſimilis Altiſſimo. Sed tunc illud euenit ex ſuperbia cuiuſdam Guardiani, qui multum fuit reprehenſus in Capitulo generali, tunc ſequentis, per miniſtros, & alios correctores totius ordinis, qui actum illum in Capitulo eccleſiæ Heduen. reprobauerunt, & retractauerunt, & prædictum Guardianum increpauerunt.

Et licet ordo Minorum incœperit prius, quam ordo Prædicatorum, cum ordo Minorum incœperit anno Domini 1206. Et ordo Prædicatorum anno Domini 1216. vt refert Albertus de Eib. *in ſua Margarita poetica, in primo ſecundæ partis. tract. c.10. in fin.* Tamen Prædicatores præferuntur Minoribus, vt not. gl. *in cap. quorundam. de elect. in 6. & in fin. de pact.* & Archidiaconus *in c. de decimis. in 6.* Io. de Turrecrem. *in c. epiſcopus. 17. diſt.* plene per Felin. *in rub. de maior. & obedien. in 3. & 4. colum.* Et hac ratione, vt dicunt; quia ordo fratrum Prædicatorũ, licet primo non fuerit inſtitutus. fuit primo approbatus ſub regula diui Auguſt. anno Domini 1208. ſub Honorio Papa III. Et ordo beati Franciſci ſub eodem Honorio, anno Domini 1224. vt refert Iacobus Philippus Bergom. *in ſuo Supplemento Chron. lib. 13.* faciunt, quæ dicit Philippus Decius *in conſ. 116. colum. 1. ad finem.*

Septuageſima conſideratio. De ordine Carmelitarum, qui ſub ordine S. Baſilii ſunt, vt dicit Antonius Florentinus *in ſua ſum. in 3. par. tit. 16. cap. 1. §. 8.* Quo tempore habuerint initium, dicit Anton. Florent. *in ſua 3. parte hiſtoriarum, lib. 20. cap. 5. §. 1.* Quod tempore Honorii IV. cum fratres ordinis Carmelitarum deferrent habitum, qui minus videbatur conuenire viris religioſis, videlicet cappam circulatam largis virgis albis & griſeis: quem habitum aſſerebant fuiſſe Eliæ prophetæ, habitantis in monte Carmelo in Syria: quod tamen, vt dicit Anton. neque in ſacra Scriptura, neque in authentica ſcriptura reperitur (licet *in hiſtoria Tripartita, lib. 1. c. 2.* & ex Iſidoro *in tit. de offic. cap. 15.* reperiatur ſcriptum, quod vita religioſa fuit in Elia & Eliſeo) Honorius IV. propter maiorem honeſtatẽ, mandauit habitum illum dimittere, & deſuper, cappas ex toto albas: & tunicas ſubtus griſeas, cũ ſcapularibus aſſumere. Hi habuerunt initium ſub quodã Patriarcha Ieroſolymitano, cum in Syria habitabãt Chriſtiani Ieroſolymis, & in multis aliis ciuitatibus. Degebãt autem in mõte Carmelo vt Eremitæ, & ſub regula B. Baſilii, vt etiam dicit idem Anton. Florent. *in 3. par. ſuæ ſummæ. in tit. 16. c. 1. §. 8.* vbi dicit; quod anno Domini 1247. dominus Innocentius IV. addidit quaſdam ordinationes, per modum regulæ traditas, eis à dicto patriarcha Ieroſolymitauo, dicto Alberto, extractas, ex regula Baſilii, cum quibuſdam additis, declarantes & mitigantes regulã illam, per dominum Hugonem Cardinalem, ordinis Prædicatorum dictatas. Sed Honorius III. confirmauit ordinem illum: & poſtmodum Papa commiſit Hugoni Cardin. ordinis Prædicatorum, vt adderet quaſdam conſtitutiones, quas in poſterum obſeruarent. Sed in proceſſu temporis, occupantibus Saracenis ex toto partes Syriæ, recedẽtes Carmelitæ, de locis illis, diſperſi per orbẽ in terris Chriſtianorum, ædificauerunt plurimos conuentus, ex eleemoſynis fidelium collatis, propter eorum deuotã conuerſationem exemplarem. Aliqui tamen referunt, quod Soldanus Saracenorum, qui prius eos habebat in reuerentia, propter Eliam prophetam, mutato habitu eis dato per Papã, in contemptum Papæ, & fidelium, fecit eos expelli de monte Carmelo, vnde Carmelitæ dicuntur, non quod ab Elia habuerint initium. Et iſti præferendi ſunt & fratribus Prædicatoribus, ordinis S. Auguſtini & Minorib. cum primo fuerint inſtituti, cum fuerint ſub regula B. Baſilii, quæ prius fuit quam regula B. Auguſt. ſub qua erant Prædicatores, & regula B. Franciſci, quæ fuit ſolum anno Domini 1218. vt dixi ſupra. In multis tamen locis in proceſſionibus vidi eos præcedere, & eſſe in loco digniori: in aliis vero vidi & fratres Prædicatores & Minores præcedere, & eſſe in digniori

Digitized by Google

gniori loco. Vnde tanta diſcordia & diuerſitas, videtur eſſe ex conſuetudine loci, aut ex prioritate inſtitutionis, aut fundationis conuentus in loco, qui ſibi ratione prioritatis temporis vſurpauerunt locum. Sed quid de iure fiendum, dicam poſtquam declarauero prioritatem Inſtitutionis, Ordinis & Confirmationis.

Vtrum autem Carmelitæ ſint mendicantes, notat & declarat Lapus *allegatione ſua* 46. vbi plene in princ. Et ibi etiam ponit de fratribus ſeruorum, qui dicuntur *ſeruitæ*, quod tales ſunt mendicantes, & notatur de Carmelitis *in c.1.§.ceterũ. de relig. domib. in 6.* & ponit Angelus *in conſid. 12. incipi. Sancta Carmelitarum relig.* vtrum poſſint habere proprium. Et de laude huius ordinis, Carolus Fernandus ſcripſit vnum librum.

SEptuageſima prima conſideratio. Sunt & alii mendicantes, qui dicuntur Eremitæ S. Auguſt. Qui, vt dicit Anton. Floren. *in ſumma, 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 8.* alias fuerunt ſub regula B. Baſilii; nunc autem, vt dicit, militant, ſub regula B. Baſilii vel non extra eſſentialia religionis, dicit ſe non inueniſſe à quoquam declaratum. Et quod iſti ſunt mendicantes, eſt tex. & ibi doctores *in cap. vnico. §. ceterum. de relig. domibus. in 6.* Et Lud. Roma. *in conſil. 235.* ponit, an poſſint habere immobilia: vbi etiam ponit de fratribus prædicatoribus. Et licet iſti Auguſtini effecti fuerint mendicantes ex quadam conſuetudine, & præſcriptione longiſſima, ſicut & fuerunt Carmelitæ, vt ſupra dictum eſt; tamen debent præcedere Minores, cum ſint inſtituti à digniore, videlicet ab Aug. qui fuit dignior Franciſco. Quod ſint digniores, eo; quia à digniore inſtituti, facit glo. *in l. reſtituen. C. de aduocat. diuer. indic. & in l. 2. ff. de albo ſcriben. & in cap. per tuas. de maior. & obed.* Vbi data paritate temporis præfertur ille, qui eſt à digniore coronatus, & laureatus, vt dicã infra *in 10. part.* Merito ergo, quod inſtitutio ordinis S. Aug. ſit ante Franciſcum, de quo ſunt prædicti Eremitæ, qui etiam videntur habuiſſe initium ante Aug. Sed tamen ſine dubio ſunt ab eo approbati, & reformati, & ſic dignior Franciſco, & ratione temporis, & ratione dignioris inſtituentis, debent præcedere Minores: & etiam quia eccleſia Romana primo approbauit Aug. & eius acta & opera, quam Franciſcũ, vt habetur *in c. ſancta Romana Eccleſia. 25. diſt.* Vbi opera Auguſt. approbata fuerũt per Gelaſium, qui fuit per multa tempora ante Honorium III. cum Gelaſius fuerit anno Domini 490. Et Honorius III. fuit anno Domini 1217. Ex quo conſtat multipliciter, de multiplici cauſa, præcedẽtiæ fratrum Eremitarum S. Augu. quo ad fratres Prædicatores. & Minores, quæ etiam conſiderari poſſunt ex dicendis *in conſiderat. ſeq.* vbi ponam in genere, cauſas præeminentiæ vnius religionis ad aliam.

SEptuageſima ſecunda conſideratio de excellentia, & antiquitate Monialium ſeu ſanctimonialium tractat, quarum inſtitutum eſt excellentius; cum ſit multo vetuſtius, quam quæuis alia monachorũ religio. Quippe nulla (vt ait Auguſtin. *de bono virginali*) virgo ſacra naſcitur, nec eſt hoc proles carnis & ſanguinis. Si harum quæritur mater, eccleſia eſt. Non parit virgines ſacras, niſi virgo ſacra: virgo illa, quæ deſponſata eſt vni viro, caſta exhiberi Chriſto, vt ſcribit Polydorus *de inuentoribus rerum lib. 4. cap. 10.* vbi dicit Apoſtolos primo, deinde Pontifices, exemplo Veſtalium Virginum, introduxiſſe fœminarum religionem, vt vterque ſexus domino in caſtitate famularetur, & in collegia coiuere, ac ſanctiſſimis inſtitutis à patribus acceptis, vitam Virginitate dignam agere cœperunt. Nam Matthæus Apoſtolus in Æthiopia, cui eã prouincia obtigit, poſteaquam Regem (vt in eius vita legitur) cum vxore & toto Regno ad fidem conuerterat; item illius filium à morte ſuſcitauerat, filiam poſtremo Virginem nomine Iphogeniam, ſacro velamine conſecraſſe dicitur. Ex quo apparet, iam tunc cœpiſſe fœminas per hunc modum Deo dicari. Sunt tamen, qui tradant, (quæ cum Hieronymo familiaritatem habuit) primam fœminarum auſam eſſe, id inſtitutum, Romæ profiteri. Alii aſſerunt, Helenam, Conſtantini matrem Virgines ſacras primitus

tus legiſſe, quæ publico ſtipendio nutrirentur, ſeu quæ puritate vitæ, ac precibus indeſinenter laudem Dei prædicarent. Hæc Polydorus, vbi plura alia de conſtitutis ſummorum Pontificum, circa prædictam religionem.

SEptuageſimatertia conſideratio ex ſupradictis fundatur. Ex eo; quia cum monachi primo nominantur, quam Canonici Regulares, vt *in c. Deus.de vita & honeſt.cleric. & in in rubr.de ſtatu monach. & canonicor.regular. & in cap.2.de ſuppl.neglig.prælat, & in c.pernicioſam.18. quæſt.2.* vbi Papa enumerans quaſdam regulas approbatas, incœpit à regula ſancti Benedicti & Baſilii: poſtea nominat Auguſtin. ideo præferri debent Monachi Canonicis regularibus.

Et ex hoc ordine Archidiac. *in c. de decimis. in 6.* infert, Prædicatores præferendos Minoribus. de quo etiam ordine literæ vide Felin. in hac materia, *in rubric. de maior. & obed. & in d.c.cum dilecta.verſ.ordo ſcripturæ.* vbi plures deciſiones adducit, & etiam dom. meum Iaſon. *in d.§.prius.* Et quinque limitationes ad regulam ſupradictam ponit ibi Felin. Et inter alias dicit, prædictam regulam non habere locum in actu denotante vitia nominatorum; quia tunc primo nominãtur Minores, vt per Abbatem *in c.auaritiæ.de præbend.* Et facit pro hac opinione text. *in c.irregularibus. extra, de ſimonia.* vbi in vitio ſimoniæ prænominantur Can. regulares. Et ex his notat idem Felin. *in d.l.cum dilecta.* Quod in ingreſſu carceris, vel ſimili actu, debent præcedere Minores: quia ſequi honor eſt, præcedere autem non. Ex quo videretur dicendum, quod illa declaratio ad *c. auaritiæ.* per Panormitanum & Felinum non habeat magnam rationem. Et ideo Felin. *in d. rubrica,* non omnino firmat illam, nec illi aſſentitur in totum: Imo dicit, quod illud non ſemper obſeruatur: vt patet *in c.1. de decimis.in 6.* vbi fratribus Prædicatoribus & Minoribus, qui Piſanos à ſolutione decimarum retrahebant, ſcribitur reprehenſorie, & tamen præmittuntur Prædicatores, ſic etiam in actu honorabili præmittuntur Minores *c. 2.de ſuppl.neglig.prælat.*

De præcedentia iſtorum, inter ſe ſatis ample diſputauerũt plures, de quibus ſunt conſilia Bonon. Paduana & Ferrarien. & Baptiſtæ Caccialupi, de quibus ſupra feci mentionem in pluribus locis, quæ cum ſint impreſſa, non aliter inſiſto, ſed me remitto ad dicta eorum: concluſiue tamen tenendo, quod Monachi cæteris paribus præferuntur Canonicis regularibus.

SEptuageſimaquarta conſideratio. Qualis ſit honor, an ſequi, an præcedere, an eſſe in medio. Nam vt in pluribus monaſteriis vidi maiores de mane præcedere. Ad veſperas vero ſequuntur, & in pluribus aliis contrarium obſeruatur. Cur tã varie, videtur, quod iſtud ſit ad demonſtrandum, quod quo ad ſeruitium diuinum, nulla eſt maioritas inter eos: ſed credo, quod in hoc ad eos eſt attendenda conſuetudo. vt per Felin. *in c.ſtatuimus. extra, de maior. & obed.* vt dixi ſupra.

SEptuageſimaquinta conſideratio. Quærendum eſt de ratione diuerſitatis, quare ſit, quod in actibus eccleſiaſticis, maxime in proceſſionibus, vbi congregantur ſtatus eccleſiaſticus & temporalis, eccleſiaſticus præcedit, & temporalis ſequitur. Et, quod plus eſt, in ſtatu eccleſiaſtico Minores pręcedunt, & Maiores ſequuntur. Et è diuerſo, in ſtatu temporali, in eadem congregatione, Maiores præcedunt & Minores ſequuntur. Plures ſuper hoc interrogaui, qui mihi dicebant, quod credebant, quod in hoc ſit tantummodo conſuetudo locorum, quæ in honoribus deferendis inſpicienda eſt. vt dicit Bald. *in l. obſeruare.§.antequam.ff.de offic.proconſ.in 1.lectura.* Dicit tamen ibi, quod vbi non eſt conſuetudo, debent aſſignari loca ſuperiora, ſecundum qualitatem perſonarum, vt dixi ante, quæ attendenda eſt, quod ad loca ſedendi, maxime etiam in Francia: meminit Bald. *in c.1.§.Marchio.in tit.de his qui feud.dare poſſunt.*

Mihi tamen videtur, quod alia & melior poteſt dari ratio, ex eo, quod qui ſequuntur, quo ad ſtatum eccleſiaſticum, ſunt in honorabiliori loco; quia minores Epiſcopo, vt dicit Præpoſitus *in c.epiſcopos.18.diſtinct.* Bene tamen facit text. *in c.perlectis.22.diſt.* Vbi in officio fa-

cio faciendo, viciniores Epiſcopo ſunt honorabiliores, & in honorabili loco, vt ſunt ſacerdotes, qui ſunt in adminiſtrandis viciniores Epiſcopo. Et cum iam ſtatim ſequantur Epiſcopum, ideo maiores præcedere debent: quoniam, qui ſtat proximior poſt Dominum, dicitur maior, vt dicit gloſſ. *in §. aliã. Inſt. de bonor. poſſeſſ. in verb. altiori loco.* Et Epiſcopus ſemper ſtat in medio clericorum & laicorum, exemplo Chriſti, qui ſedens in medio Doctorum, &c. *Luca* 12. Et iſte eſt honor, ſedere in medio; quoniam locatus in medio, cunctorum ad ſe trahit aſpectum, vt dicit Caſſiodor. *lib. 3. variarum epiſtolarum.* Et apud Numidas erat honor, ſedere in medio, vt refert Saluſtius *in Iugurthino.* Et ita dicit & refert Lucas de Penna *in l. quiſquis. C. de præfectis prætorio ſiue Vrbis, lib. 12.* Et Epiſcopus tanquã paſtor, adducit oues, ante clericos, docens eos modum eundi, & incedẽdi, laicos vero poſt, vt exemplo clericorum incedant. Ex quo hac ratione, vt cunctorum habeant reſpectum, ponitur in medio, exemplo cuius omnes alii Prælati, in proceſſionibus ſemper capiunt medium locum, tanquam honorabiliorem in talibus.

SEptuageſimaſexta cõſideratio. Antiquiores Clerici & Doctores debent habere primum locum, deinde cæteri per ordinem, vt tenet Bald. *in c. cum olim. per illum tex. extra, de conſuetud.*

De antiquioribus, & Doctoribus, quomodo ſint præferendi, notant Doctores, maxime Alexander & dom. meus Iaſ. *in l. cum quid. ff. ſi cert. per.* Dicam latius infra *in ſtatu temporali, in pluribus conſid.* vbi dicam, quod in opinionibus dandis, iuniores debent habere prima vota, maxime dicam *in 11. parte.*

SEptuageſimaſeptima cõſideratio. A ſubdiacono, vſque ad lectores, omnes ſubditi ſunt diacono in Eccleſia, repræſentantes ei honorẽ prout Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolytus, Acolyto Exorciſta, Exorciſtæ Lector, Lectori Oſtiarius, Oſtiario Abbas, Abbati Monachus. Intellige in Abbate non clerico, vt erant antiquitus. *c. generaliter.* 16. *q.* 1. Sed hodie Abbas præfertur aliis clericis, vt dixi ſupra *in 32. conſid.* & prædictam cõſiderationem vide *in c. à ſubdiacono. 93. diſtinct.* vbi eſt tex. ad literam ſic diſtinguens honores fiendos inter clericos.

SEptuageſimaoctaua conſideratio. Vbi concurrunt dignitates eccleſiaſtica & ſecularis, præfertur eccleſiaſtica, *c. ſolitæ de maior. & obed.* dixi ſupra in princ.

Vnde ſimplex Sacerdos, militi ſeculari præferri debet, vt dicit Ioan. de Turrecrem. *in c. epiſcopus. 17. diſtinct.* Quia ſi ille miles eſt Imperatoris: Iſte Chriſti. *ca. quoniam omni. 40. diſtinct.* miles Chriſti præponitur 11. *quæſt.* 3. *ca. Iulianus.* Ita etiam tenet Ioannes And. *in ca. eo libentius. de ſeruis non ordin.* Et facit quod dicit Specul. *in ti. de reſcript. præſentat. §. 4. verſic. vt autem.* vbi dicit, quod militi præferendus eſt Presbyter in ſcribendo. Dicit tamen Panormitanus *in cap. Nicolao. de appellatio.* quod miles præfertur monacho in honoribus, non tamen præfertur clerico, qui eſt miles cœleſtis militiæ, vt ibi Panormitanus. Et, vt habetur *Eccleſiaſt.* 7. In tota anima tua time Dominum, & ſacerdotes illius ſanctifica. Honora Deum ex tota anima tua, ſacerdotes illius honorifica *c. ſacerdotes. 6. quæſt.* 1. Exemplo beati Martini, præferentis ſacerdotem Imperatori, in porrigendo. dixi ſupra *in principio huius partis.*

SEptuageſimanona conſideratio. Filius ſacerdos, præcedit patrem non ſacerdotem in actu ſacerdotali, & eſt maior patre illo, actu tantum, vt tenet Hoſtienſis *in cap. 1. de officio Archidiac.* quem refert Barba. *conſil. 5. in 3. colum. in 3. volum.* & facit de filio Epiſcopo, qui præcedere debet patrem, qui licet teneatur ad honorem reuerentialem patri, in eccleſia tamen pater tenetur præſtare reuerentiam filio Epiſcopo: vt dicit Hoſtienſis *in cap. Iudæorum. de ætate, & qualit.* dicam alibi. Et ideo, quis ex diuerſis qualitatibus debet haberi in diuerſa conſideratione. facit text. *in ca. olim. de re iudic. & in ca. à collatione. de appellat. in 6.*

OCtogeſima conſideratio. Patronus in eccleſia præ aliis eſt honorandus, *cap. piæ mentis.*

mentis.16.quaſt.7.& ca.Frigentius. Ita dicit Rofredus Beneuentanus *in ſuis libellis, in tractatu de iure canonico, in 5. parte, titulo, quem honorem debeat habere patronus in eccleſia.* vbi dicit, quod habere primum locum, eſt magnus honor, vnde Phariſæi primos accubitus deſiderabant in cœnis, vt dicit, & facit textus *in cap. nobis. extra de iure patron.* & dicit Petrus de Anchorano *in d.cap.nobis.in 3.colum.* quod in proceſſionibus tenet primum locum, & honorabiliorem in eccleſia. Et ſi Princeps eſt, ei in proceſſione eundum eſt obuiam, vt dicit exemplum eſſe in Duce Venetiarum, patrono S. Marci, qui obtinet primum locum: & illi (vt ibi dicit Antonius de Butrio) occurrendum eſt, vſque ad portas eccleſiæ, non autem vſque ad portas ciuitatis: quia hoc ſolum fieri debet Papæ & Cardinali, & dicit ibi Antonius, quod non ſemper eſt illi occurrendū, ſed ei occurritur raro. Et idē dicendum eſt de Rege Franciæ, in omnibus ſuis eccleſiis cathedralibus, & metropolitanis, cum ſit patronus omnium, tanquam Princeps ſupremus. Archidiac. *in c.lectis.63.diſtin.* Facit quod dicit Bald. *in c.quanto. de iudic. & in proœmio decretalium.* Sed, vt dicit dominus Roch. Curtius, quem alias audiui, *in tract. ſuo de iure patronatus, in verb. in Eccleſia, in 2. colum.* hoc iure non probatur. & cōtrarium tenuit dominus Præpoſitus *in d. c.lectis. & in c.imperium. 10.diſt.* vbi dicit, quod prædicta deciſio Archidiaconi & Baldi debet intelligi, quantum ad protectionem, non autem quantum ad electionem, vel præſentationem. Tu dic, quod etiam Princeps habet iſtud ius patronatus in eccleſiis cathedralibus, ſiue ex conſtructione, ſiue ex fundatione, ſiue ex donatione, ſiue ex priuilegio: quibus caſibus etiam habet ius præſentandi, vt dicit Præpoſitus *in c. hortamini. in 1. colum. 71. diſtinct.* Dicit tamen Præpoſitus, quod ſi habeatur ius patronatus in eccleſia cathedrali, non tamen per hoc competit ius præſentandi clericos ad beneficia particularia. Ita dicit Præpoſitus *in d. c. imperium. 10. diſtinct.* ratione cuius ius patronatus dicit, quod Rex Franciæ in omnibus ſuis eccleſiis cathedralibus, & metropolitanis, pro ſuo iucundo aduentu habet ius nominandi & præſentandi ad primam præbendam vacaturam, poſt eius introitum. Et ita vtitur in Regno ſuo: Ita, quod vult prætendere, quod in talibus etiam Papa non poteſt præuenire, eo; quia eſt ius ſibi debitum in vim iuris patronatus laicalis, & ita vidi in facto. De Rege vero Hiſpaniæ, quod habeat iſtud Ius, ponitur ample per Io. Lud. *in repet. rubricæ, extra de donatio. inter vir. & vxor. in princ. in 3. præuidentia.* vbi etiam de Rege Franciæ.

OCtogeſimaprima conſideratio. Rector vniuſcuiuſq; parochiæ ibi pręferendus eſt, & honorandus. *Eccleſ.10.* In medio fratrum Rector eorum in honore. Et, vt dicit Anton. Flor. *in ſumma 4. part. tit. 5. cap. 10. §. 2.* Multo magis Prælati eccleſiæ, quam ſeculares perſonæ. *1. ad Timoth. 5.* Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore ſunt digni, argumento ad hæc *c. duo ſunt. 96. diſtinct.*

Hic inſerendus eſſet ordo Alberici de Roſate, quem poſuit *in rubric. ff. de ſtatu homin.* quem poſuit etiam Nicol. Boerii poſt *tractatum ſuum, de præeminentia ſacri Concilii,* qui talis eſt, vt per eos videre potes.

Quartæ partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.

QVINTA

Digitized by Google

QVINTA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

DECLARANS LAVDES, HONOREM, GLOriam, & excellentias Principum ſecularium.

Quinquaginta ſex Conſiderationes habet.

CONSIDERATIO ergo prima, vt intelligatur id, de quo eſt quæſtio, erit, quomodo à principio Reges, & alii Principes Dominia habuerũt. Nam ab initio, poſt peccatum ex quodam faſtu ſuperbiæ, dominium per vſucapionem incepit, ſicut in Lucifero, volente ſuper alios exaltari, *Ezech.34. & de pœn. diſtinct.2. c.principiũ. & Eſa.14.* Et hoc argumento notorio demonſtratur, quomodo ſoli reprobi in principio mundi dominium acceperunt, vt ante diluuium primus dominus inter omnes homines fuit Cayn, vt dicit Auguſt. *lib.15.de ciuitate Dei, cap.*20. qui ciuitatem ædificauit, vt dominaretur in ea: quæ fuit prima ciuitas in mundo, quam nomine filii ſui vocauit Enoch. vt habetur *Geneſ.* 4. Poſt diluuium vero, qui dominium acceperunt, fuerunt de malefacto genere Cham, filio Noe, vt habetur *Geneſ.9.cap.*& vt dicit Ioſeph.*in lib. 1. Antiquitatum.* primus accipiens dominium fuit Nembroth, de genere Cham, *Geneſ.9. & diſtinct.6.§.fin.* cuius conſilio ædificata eſt turris Babel, vt hiſtoriæ tradunt, ad dominandum. In cuius ſignum, legitur *Geneſ.9.* quod volebant, quod cacumen eius in cœlum aſcenderet, ignorantes altitudinem cœli innumerabilem, ad ſignificandam cordis ambitionẽ in præeminendo aliis: propter quod Deus ad ſuam diſplicentiam offendendam, ſciſſuram eorum dominii confundendo eorum linguas diuiſit, cum vnius labii omnes eſſent, vt *præd.c.Gen.9.*

De Nembroth deſcendit Belus rex Babyloniæ, de quo natus eſt Niniue, qui fuit primus Monarcha Aſſyriorũ, arte magica procreatus, vt habetur *in hiſtoriis.* Et hic primus ſtatuam erigens patri ſuo mortuo Belo nomine, reuerentiam habendam cenſuit, quæ fuit occaſio idolorum, quę primo vocata fuit Bel, Behal, Bahalis, Belſebuch, ſecundum diuerſitatem linguarum.

Ex quibus ſupradictis ſatis apparet, quod dominium in principio mundi, conſideratis perſonis, quæ illud aſſumpſerunt, corrupta proceſſit intentione, ſcilicet faſtu ſuperbiæ, & tyrannidis. Vnde primus, qui imperauit poſt diluuium fuit Nembroth, non Rex, ſed Tyrannus erat; quia homines opprimebat, vnde venator robuſtus coram Deo dicebatur, *Geneſ.10. & diſt.6.§.fin.* Et ideo nõ placuit Deo. In cuius ſignum Cayn, primus imperãs fratricida occiſus eſt à Lamech. *Geneſ.* 4. 21. *quæſt.1.can.quomodo.* Primus vero Rex in Barbaria occiſus eſt à dæmone, quem exercendo artem magicam colebat, & familiarem habebat. Et concluſiue, omnes antiqui Monarchæ; quia tyranni, dura morte interierunt, vt Pharao contra dominum induratus Rex Ægypti, in mari rubro ſubmerſus eſt, vt habetur

Exod.c.9.& 23.queſt.4.can.Nabuchodonoſor. Dathan, & Abyron principari volentes, abſorpti à terra. *Num.16.de conſec.d.2.c.* & dicit *2.q.1. c.deniq;.* Sennacherib à filiis iugulatus. *4. Reg.* 19. Antiochus, à vermibus conſumptus. *2. Macchabaeor.9.* dixi ſupra *in 3.part.*

Saul, primus Rex in Iſrael, primus humilis, in regno ſuo ſuperbus, & contra Dauid ſanctum inuidus, & Domino & famulo miniſtro Dei, & Prophetæ inobediens, inſuper Pythoniſſam conſulens, & diabolum loco Samuelis adorans, vulneratus à ſagittariis in bello Philiſtiim, & vehemẽter arripiens gladium proprium, incubuit ſuper eum, *1. Reg. vlt.cap.*

Abſalon, filius Dauid, inſurgens contra patrem, & ſe Regem conſtituens fraudulenter, & intrans ad concubinas patris, & coniurationem faciens cõtra patrem, tribus lanceis à Ioab hærens quercui interfectus eſt. *2.Reg.14.15.16.17.& 18.*

Adonias filius contra patris voluntatem volens regnare propria ambitione, & coniurationem faciens, à Salomone fratre ſuo regnante loco Dauid interfectus eſt. *3.Reg.2.c.*

Achab, impiiſſimus Rex Iſrael, qui vineam Naboth occupauit, & conſenſit, vt occideretur Naboth iuſtus, percuſſus ſagitta inter ſtomachum, & pulmonem in curru ſuo mortuus eſt, & canes linxerunt ſanguinem eius. *3.Reg.21.& 22.c.*

Ochozias, Rex Iſrael, conſulens Deum Acharon Beelzebub ſuper ſua infirmitate, mortuus eſt de ea. *4.Reg.1.cap.*

Ioram, Rex Iſrael, malum agens coram Domino, percuſſus ſagitta Iehu inter ſcapulas, per cor eius exiuit ſagitta, & ſic mortuus eſt. *4.Reg.9.*

Azarias, Rex Iuda, licet alias bonus; quia tamen permiſit populum ſacrificare in excelſis cõtra Dominum, lepra percuſſus mortuus eſt. *4.Reg.15.*

Zacharias, Rex Iſrael, ambulans in peccatis idololatriæ patris ſui Hieroboam, à Selon cõiurante contra eũ interfectus eſt. *4.Reg.15.* Et ibi etiã de Sellon, qui percuſſerat Zachariam, qui regnauit in peccatis, & percuſſus à Manahem, mortuus eſt. & idem de Phacia Rege Iſrael in Samaria, qui ambulauit in idololatria, à duce ſui exercitus interfectus eſt contra eum coniurante. *ibidem.4.Reg.15.*

Sennacherib, Rex Aſſyriorum, venit cõtra Ezechiam Regem in Ieruſalem: & quia Dominum in Iſrael blaſphemauit, & in ſuperbia grãdi ſua dixit, quod non eſſet Deus, qui poſſet liberare Iudæos, & Regem eorum de manu ſua: Ideo egreſſus Angelus Domini, interfecit de caſtris Aſſyriorum 185. millia. Cumq; Sennacherib reuerſus eſſet in Niniuen, ciuitatem ſuam grandem, & adoraret in templo Neſrach Deum ſuum, & Idolum, Adramelech, & Saraſor filij eius percuſſerunt eum gladio, & mortuus eſt. *4.Reg.19.*

Amon, filius Manaſſe, fecit malum in cõſpectu Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater eius. Ideo fuit à ſeruis ſuis in domo ſua interfectus. *4. Reg. 21.* & ibi habetur de Manaſſe 1, & *2.Paral.c.vlt.*

Rex Ioachim fecit malum coram Domino, ex quo fuit ductus captiuus in Babylonẽ per Regem Babylonis Nabuchodonoſor. *4, Reg. 24.* & Sedechias fuit captus à Rege Babylonis, qui eidem oculos eruit, & filios occidit. *4.Reg.25.*

Ochozias, Rex Ieruſalem; quia fecit malum in conſpectu Domini, interfecit eum Iehu. *2.Par.22.* Et habetur *2.Paral.21.* de Iorem, quia malum fecit in conſpectu Domini, fuit ægrotus infirmitate, de qua mortuus eſt, & in languore vitam ſuam finiuit.

Alexander, monarcha Orientis; quia cor eius eleuatum eſt, & gloriam Deo non dedit de potentia, quam ei dederat: & vt tradunt hiſtoriæ victus à vino & libidine, veneno tabefactus cito Monarchiam perdidit, regnãs annis XII. *1. Macchab.*

Quomodo autem Rex Ægypti Antioch, propter multa mala, quæ fecit, mortuus ſit, habetur *1. Macchab. 6.& 2.Macchab.9.c.*

Quomodo autem Herodes Aſcalonita, Rex in parte Iudææ, qui innocentes pueros interfecit, in vita pœnam ſuſtulerit, & tandem quomodo obierit, narrat hiſtoria ſcholaſtica, & etiam Remigius, qui dicit, quod gladio

Digitized by Google

gladio, quo pomum purgauerat, ſe occidit. Et habetur per Phil. Berg. *in ſuo ſupplemento Chronic.*

Alter Herodes, qui deſpexit Chriſtum in paſſione, qui erat Rex in Galilæa, à vermibus conſumptus expirauit, cum inani iactantia & gloria ſua. *Act.12.cap.*

Quid de Nerone dicemus, qui ita crudeliter vixit, quod omnia fere volumina ſunt repleta: niſi quod Romani eius infamias nõ ferentes in eum impetum fecerunt: & vſque extra ciuitatem perſecuti ſunt eum: qui videns, quod non poſſet euadere, fuſtem dentium morſibus exacuit, & ſe per medium palo transfixit. Alibi tamen dicitur, quod à lupis deuoratus ſit: ſed Boetius *in lib.2. de conſolatione* dicit, quod gladio confoſſus eſt.

Maximianus, Rex Romanorum, ob ſuam nequitiã à populo Romano interfectus eſt, & Diocletianus eiuſdem conſors à Regno fuit expulſus.

Multi alii Reges & Principes, & fere omnes mala morte perierũt, ac dies ſuos finierunt. Ex quo dubitãdum eſt de Regibus noſtri temporis. Qui tot & tanta crudelia committere permittunt ſuis armigeris, & ſatellitibus ſeu auanturetiis. Ita quod non poteſt aliud dici, niſi quod mundus cruciatur inauditis & mirabilibus cruciatibus iſtorum militum, & peditum: qui vulgo dicuntur *Auanturiers*: Quod Principes permittunt, & ſub ſilentio pertranſeũt, & pluſquam inſupportabilibus exactionibus, taliis, ſubſidiis, & impoſitionibus nouis, & inauditis excoriantur homines. Ex quo dubitandum eſt: quod nõ pereant, & dies ſuos finiant, prout alii Principes & Reges, qui male vixerunt, ac ſuos ſubditos male rexerunt. Vnde paucos videmus ſanctos Reges; & hoc ex eo; quia, vt dictum eſt, faciliter delinquunt propter eorum ambitionem dominandi, quam habent: vt fiant non ſolum Reges & Principes, & in ſtatu eorum permaneant, ſed vt fiant Maiores. Ex quo in eis eſt tam magna, & tam execrabilis ambitio dominãdi, & dominationes eorum ampliandi & augmentandi, quod totus populus ſub eis cruciatur. Vtinam Deus in manibus, cuius cor eorum eſt, corda eorum ad bonum diuerteret, & ab eis tolleret ambitionem & cupiditatem dominandi, tanquam quæ eidem ſit multum odioſa.

Dici tamen poteſt: Quod quamuis ambitio dominandi Deo eſſet odioſa, dominorum tamen ambientium Regimen ad refrenandam hominum malitiam, & ad conſeruandum vnumquemq; in ſua iuſtitia, & ad diſponendum ciues in concordia permiſſum eſt à Deo dominiũ & prouiſum. Permiſſum quidem ad punitionem malorum. 23. *quæſt.2. §. habere notandum. diſt. 4. §. ſancta.* Vnde non eſt poteſtas, niſi à Deo. Vnde Chriſtus ad Pilatum: Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi datum tibi eſſet deſuper. *Ioh. 19.24. quæſt.1. c. paratus.*

Prouiſum etiam eſt à Deo dominium, ſiue conſiderata natura Entis, ſiue motus, ſiue finis. Primo ratione Entis; quia omnis res per participationem habet ſe ad Ens per ſe: ſed illi, qui habent dominium, plus vigent in natura Entis, quã priuatæ perſonæ; quia gerũt vices quaſi totius Entis, cui præſunt. Vnde & bene preſidentes, & gerentes merentur quaſi diuinos honores, & duplicatos ſecundum Auguſt. propter quod dicit Apo. 1. *ad Timoth.5.* Qui bene præſunt, duplici honore digni ſunt: quo ergo magis appropinquant ad ſuum principium, & plus participant. Vnde regentes, de diuina influentia ratione ſui regiminis participant. Hinc de Saule ſcribitur, quod aſſumptus in Regem per Samuelem ex hoc influentiam meruit prophetiæ; vnde inſiluit in eum ſpiritus Domini, & cum Prophetis prophetauit, *1. Reg. 10. ca.* Et de Salomone legitur, quod ordinatus in Regem, meruit ſapientiam. *3. Reg. 4.* Et Caiphas contra dominum impius concionator, contra dominum prophetauit. *Iohan. 11.* Hinc etiam videmus, quod Reges noſtri poſt Regnum adeptum virtutem habere dicuntur, vt de Regno noſtro Franciæ, qui tanquam Rex vnũ morbũ curat, qui dicitur morbus Regũ, de quo infra dicã. Rex Hiſpaniæ, vt quidam dicunt, fugat dæmones à corporibus humanis. Et de pluribus aliis dicam forte infra; &

iſta eſt

Digitized by Google

iſta eſt ratio prima, ſcilicet, ratione Entis: quod Principes ſunt cæteris præferendi, & honorandi, cum à Deo ſint inſtituti.

Secunda ratio eſt, ratione motus. Quoniam, vt ait Philoſophus 8. *Ethicor.* in mouentibus & motis non eſt in infinitum abire: ſed eſt venire ad aliquod mouens, quod nõ moueatur, & hoc eſt Deus, iuxta illud: *Immobiliſque manens dat cuncta moueri.* Cum ergo Reges & Principes in gubernando ſint motores Orbis; ergo oportet motum ſui regiminis in Deum ſicut primũ motorem reducere. Vnde *Iob.* 9. Sub eo curuantur, qui portant orbem. Hanc rationem ponit Auguſtin. *de ciuitate Dei, lib.* 3. vbi ordinem motoris & mobilis ponens, ab inferiori corpore, id eſt, terra ſubtiliora, & virtuoſiora dicit moueri gradatim aſcendendo, ſecundum ordinem elementorum vſque ad ſupremum mouens, quod eſt Deus, in quo conſiſtit tota ratio motus. Vnde Apoſtolus *Actor.* 17. in ipſo vniuerſi mouemur & ſumus.

Tertia ratio; quia omne dominiũ, quodcunque ſit, à Deo ſumitur ex parte finis. Diuina enim prouidentia omnia in debitum finem deducit, in quãtum mouet vnamquamque creaturam in ſuum finem diſtinctum: ſicut ſagittarius ſagittam ad determinatum finem: qua ratione dicit Auguſtinus 3. *de Trinitate*, quod Deus quibuſdam ordinatiſſimis motibus, primo ſpiritualibus, deinde corporalibus, ſuper cuncta deſcendit, & vtitur omnibus ad incommutabile arbitrium ſentẽtiæ ſuæ, ſicut ad finem congruum. Si ergo alias creaturas debito & ordinato fine concludit; multo magis creaturã rationabilem, vt hominem, quod apparet, quando ipſum gubernat, diſpenſat per ſuos diſpenſatores: vt ſunt Reges & Principes. Hinc eſt, quod cum dixiſſet Apoſtolus *ad Rom.* 14. Non eſt poteſtas niſi à Deo: ſubdit, Quę autem à Deo ordinata ſunt; itaque, qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit: Quia ad hoc Deus de eis huic mundo prouidit, vt vnuſquiſque ſtatum ſuum proſequatur in debitum finem. Hinc dicitur Prouerb. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me Principes imperant, & Potentes decernunt iuſtitiam.* Propterea, quanto quælibet natura nobilem finem apta eſt conſequi, tanta habet magis mouentia diſpoſita ad conſeruationem finis, ſicut manifeſte in corruptibilibus patet. Sicut etiam in corporibus cœleſtibus & ſpiritibus angelicis, qui ſine agente contrario mouentur ad ſuum finem, puta corpus cœleſte ad dominum ſui motus. Angelus autem ad diuinorum cognitionem, & ſuum miniſteriũ adimplendum. Cum ergo cratura rationabilis ordinata ſit, & producta, vt ſit Dei capax, & hoc eſt finis eius præcipuus, vt dicit Auguſtinus 14. *de Trinitate.* & idem Auguſtinus: Natus eſt homo ab exterioribus ad interiora redire, ab inferioribus ad ſuperiora aſcendere. Tantæ enim dignitatis eſt humana conditio, vt nullum bonum, præter ſummum Bonum, poſſit ei ſufficere.

Ad hunc ergo finem conſequendum, etſi homo adiuuetur à diuinæ lucis gratia, maxime vero manutenetur per mundi gubernatores: tum per bonæ vitæ exempla, tum per quotidiana documenta: tum per correctionem continuam: qua ratione Paulus vocat Rectores Coadiutores Dei, dicens. 1. *ad Cor.* 3. Dei enim adiutores ſumus. Sunt enim Rectores mundi, & Principes, ſicut inſtrumenta Dei principaliter agentis.

Ex quibus conſtat, quod principatus non poteſt eſſe ſine magna laude, gloria & honore.

Aduerte etiam, quod non eſt ſine magno labore, ſtudio, cura, miſeria, vigiliis, & calamitate: vt dicit Luc. de Pen. *in l. iubemus. C. de proximis ſacro. ſcrinior. lib.* 12. Bald. vero *in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.* videtur dicere, quod dominia ſint de iure gentium inſtituta, & ordinata: quod recitat Benedicti *in ſua repet. cap. Raynut. in verb. cõdidit.* 1. *num.* 29. *&* 30. *de teſtam.* dicam alibi.

Quomodo autem dominia proceſſerunt, ponit etiam Anton. Flor. *in ſua ſumma part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 2. Vbi ſatis ample, ſed meliori modo, & ſtylo, & ample ponit Petrus de Ancha. *in conſi. ſuo* 239. *incip. Pro maiori intelligentia.* quod Reges etiam iure diuino cœperunt, vt in Dauid,

uid,Salomone,Saule,&pluribus aliis approbatis à Deo.cap.1.*de ſacra Vnctione*. Imo etiam in lege noua habetur de regib. 1. Pet.2. *Deum timete, Regem honorificate*. & alibi: *Subditi eſtote omni poteſtati, ſiue Regi, &c.* dicam etiam alibi. Et quomodo proceſſit à primo violentia, ponit Alber. de Roſate *in l.1.in 5.colum. C.de ſum. Trin. & fide cathol.* Cardin. Zabar. *in c. venerabilem. §.verum.de elect. extra.colum.2.& ſeq.* Dicit, quod ardua eſt inter doctores antiquos diſceptatio de imperii origine,& initio monarchiæ terreſtris: & ibi demonſtrat, quod omnes monarchiæ habuerunt initium ab armis: & quicquid dicantur monarchiæ, nunquam tamen reperiretur, quod fuit monarchia vniuerſalis,vt dicit,& dixi infra.Et etiam Bertrandi Epiſcopus Heduen. *in ſuo tracta. de origine.quæſt.1.* ſatis demonſtrat per proceſſum ſacræ Scripturæ, quod quatuor monarchiæ fuerunt per violentiam vſurpatæ. dicam infra.

Secunda conſideratio. Honor & gloria eſt boni Regis præmium. *argum. c.ius militare. 1.diſtinct.* veluti cum corona vel torques donatur. & *91.d. c.miramur. ad fin. ibi; nec poteſt de eius protectione dubitari, cui laboribus multis pro moribus caſtis, pro actibus ſtrenui, celſioris loci præmium debetur.*

Ex quo quibuſdam viſum eſt, Regis præmium non eſſe aliud,quam honorem & gloriam: & Tullius de Republica diffinit Principem ciuitatis alendũ eſſe gloria, tanquam id ſit pabulum ſuauiſſimum,vt dicit Beroald. *in tract. de* Felicitate. vbi quærit: An gloria ſit ſummum felicitatis: quem Ciceronem refert ampliſſime Patriti.*in ſuo lib.9.de Regno & Regni inſtitution.tit.9.* vbi ample de huiuſmodi gloriæ,& honoris præmio. Cuius rationem Ariſtot. 4.*Ethic.* aſſignat; quia Princeps, cui non ſufficit honor & gloria, conſequenter tyrannus efficitur. Cum ſi non ſit contentus gloria & honore, quærit voluptates & diuitias, & ſic ad rapinas, & iniurias conuertitur ſubditorum: quod intellige, quod intentio Regis non debeat eſſe talis, ſed quiã tolerabilius eſt, ſi gloriam quærat, quam ſi pecuniã quærat, vel cupiat, vel voluptates ſectetur. Hoc enim vitium virtuti propinquius eſt. Cum gloria,quam homines cupiunt, nihil aliud ſit (vt Auguſt. diffinit) quam iudicium hominum bene de hominibus opinantium. Cupido igitur gloriæ aliquod habet virtutis veſtigium , dum ſaltem bonorum approbationem quærit, & diſplicere recuſat. Paucis igitur ad virtutem peruenientibus, tolerabilius videtur, ſi præferatur ad regimen, qui vel iudicium hominum metuens à malis manifeſtis retrahitur. Qui enim gloriam cupit, aut vera per viam virtutis opera nititur, vt ab hominibus approbatur, vel ſaltem dolis ad hoc tendit atque fallaciis,aut per apertiſſima ſcelera quærit obtinere, quod diligit: vnde beſtias ſuperat ſiue crudelitatis, ſiue luxuriæ vitiis, ſicut in Nerone Cæſare patet. cuius, vt Auguſt.dicit,fuit tanta luxuria, vt nihil putaretur ab eo virile metuendum, tantæ crudelitatis,vt nihil molle habere putaretur. Hoc autem ſatis exprimitur per id, quod Ariſtot. *in Ethicis* dicit de magnanimo, quod nõ quærit gloriam & honorẽ: nec aliquid magnum eſt, quod ſit virtutis ſufficiens præmium.

Tertia conſideratio. Nõ ſolum præmium Regis eſt gloria, & honor mundanus, ſed etiam gloriam à Deo conſequuntur Reges, pro præmio regiminis, & adminiſtrationis. Conueniens enim eſt, & fidele, vt Rex bene regẽs expectet à Chriſto Rege regum, & domino dominantium præmium. *Apoc.*19. Miniſter,& cuius eſt merces magna nimis.& *Geneſ.*15.*& Matth.*5. ibi; *Merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Vnde Auguſt.quod Deus præparauit diligentibus ſe,non capitur,ſpe non accingitur, charitate non comprehenditur, & vota tranſgreditur: acquiri poteſt, opinari non poteſt. Rex autem populum gubernando miniſter Dei eſt, *ad Rom.*14. Omnis poteſtas à Domino Deo eſt.*22.q.1.c.mouet.23.q.1.c.quid culpatur.*& demum in Apoſtolo. Nam principes nõ ſunt timore boni operis,ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem, bonum fac, &c.ſi autem male feceris,time. Non enim ſine cauſa gladiũ portat. Dei enim miniſter eſt, & vindex in iram ei, qui operatur malum.23.*q.4.c.ſi non ex fidei.*

Remunerat autem Deus interdum pro ſuo miniſterio bonis tẽporalibus.23.*q*.5.*hinc notan.ſicut alios.22.q.2.c.ſic qualibet.*& *Exod*.1. de obſtetricibus reſeruantibus pueros Hebræorum,quibus Dominus conſtruxit domos. & *Ezech*.29.Dominus dedit.Nabuchodonoſor Rex ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum, & merces non eſt reddita ei, neque exercitui eius de Tyro, pro ſeruitute,qua ſeruiuit mihi aduerſus eam,ea, ſcilicet,ſeruitute,qua,ſcilicet poteſtas ſecundum Apoſtolum *Roman*.13.Dei miniſter eſt,vt proxime dictum eſt, & poſtea de primo ſubditur; *Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce,ego dabo Nabuchodonoſor Regem Babylonis in terra AEgypti, & diripiet ſpolia eius, & erit merces exercituum eius.*

Regibus autem bonis mercedem dabit æternam, 1.*Pet*.5. ibi; *paſcite qui in vobis eſt, gregem Domini, vt cum venerit Princeps paſtorum, ſcilicet Chriſtus,percipiatis immarceſsibilem gloria coronam*.95.*diſtinct.c.eſto.* de qua corona *Eſa*. 28. Erit Dominus ſertum exultationis, & diadema gloriæ populo. Iſta corona eſt beatitudo patris. Beatitudo autem dicitur bonum perfectum, comprehendens omnia bona deſiderabilia: tale autem non eſt bonum terrenum,quod nunquã ſatiat. 14.*q*.4.*c.quid dicam.*

Cum ergo nihil terrenum quietare poſſit animam, neque terrenum aliquod beatum facere poteſt, vt eſſe poſſit regi conueniens præmium. Item nihil eſt, quod hominem beatum poſſit facere, eius amplitudo, deſiderium tuum. Tantæ enim dignitatis eſt humana conditio, vt nullũ bonum præter ſummum ei ſufficere poſſit. vt habetur *Pſal*. 62. Quid enim mihi eſt in cœlo,& à te quid volui ſuper terram? Et ſequitur:Mihi autẽ adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo ſpẽ meam. Ipſe eſt, qui dat ſalutem Regibus. *Pſal*.54.non ſolum temporalem, quæ communiter ſaluat homines & iumẽta. *Pſal*. 35.Homines & iumẽta ſaluabis Domine: ſed etiam ſalutem : de qua habetur *Eſa*.51. Salus autem in ſempiternum eſt;quia homines ſaluat, perducens eos ad æqualitatem angelorũ.*de cõſec. diſt.1.c.hi duo*.dixi ſupra *in* 2.*par.&* 3.

Sic ergo iuſtificari poteſt,quod Regis præmium ſit honor & gloria. Quis enim mundanus & caducus honor, huic honori ſimilis eſſe poteſt, vt homo ciuis ſit, & domeſticus Dei? *ad Eph*. 2. & inter filios Dei computatus & hæreditatem Regni cœleſtis aſſequitur cum Chriſto hæres Dei,cohęres Chriſti.*Rom*. 8. De hoc honore habetur *Pſalm*.178. Nimis honorati ſunt amici tui Deus, quos conſtituiſti Principes ſuper omnem terram, & gloria & honore coronaſti eos. *Pſal*.8. Et hæc eſt gloria,de qua 1.*ad Corinth*. 4. *& Luca* 14. Gloria enim hæc eſt omnibus ſanctis eius, quam qui quærunt inueniunt,& qui eam non quęrunt, humanam conſequuntur. Qui enim officium Regum laudabiliter exequuntur, hanc gloriam conſequuntur, cum ſe & alios regant,& vltra alios; tum quia bonum multitudinis diuinius eſt, quam vnius; tum quia à Deo datur præmium cuique priuatæ perſonæ,ſi egenti ſubueniat. *Matth*.25.85.*diſtinct. ca.paſce*.ſi diſcordias pacificet. 90.*d.ca*.1.*& c. præcipimus.* ſi oppreſſum à potente eripiat. *Pſalm*.71. Quia liberabit pauperem à potente.*c.ab imperatorib*. 23.*q*. 3. quanto magis laudandus eſt ab hominibus, & præmiandus à Deo,qui totam prouinciam facit pacem gaudere, violentiam cohibet, iuſtitiam ſeruat, & diſponit, quid agendum ſit ab hominibus,ſuis legibus & præceptis. Tum quia magnitudo Regiæ virtutis præcipue Dei ſimilitudinem gerit,dum hæc agit in Regno:quod Deus in mundo.vnde *Exod*. 28. Iudices multitudinis vocantur Dii,facit gloſſ. *in l. iubemus nulli. C. de ſacroſ.eccle.* & dicit Bald. *in Auth.hoc amplius.ver.an ſilu Regis.C.de fideicom.* Et vicarii Dei in terris dicuntur ad inſtar Imperatoris. Bald.*in l*.1.*C.de iure aureor.annul.* & dicit Fran. Patritius *in lib.de Regno,& Regni inſtitutione. tit*. 18. Quod vetuſtiſſimi Poetæ, Heſiodus in primis multis in rebus Reges ſimiles Diis faciunt,& in hoc præcipue, quod cum maxima ipſi quotidie mortalibus elargiantur, paruo thure,tenuiq; hoſtia contenti ſunt:ſic Reges magna dando, parua etiam accipiendo, lætari debent. Parthorum Reges ſine munere nemo adire poterat, hoc iniquum admodum

dum

dum extitiſſet, niſi parua quęque munera læto animo accepiſſent. Atqui, ſicut Numina, non aurum neque argentum ab hominibus volunt, ſed ſynceram mentem, liberamque voluntatem, ſic etiam Reges ſatis eſſe ducãt, ſi ciues bene animati in eos ſunt, dictis audiunt, & mandatis prõpto animo obſequuntur. Hęc ille. Illoſq; ſacroſanctos appellat. idẽ Patritius *eod. lib. tit. 5. in fine.* & ideo Perſæ ſuos Reges vt Deos venerabantur. Idem Patritius *lib. 1. tit. 7. de Regno & Regni inſtitutione.*

QVarta conſideratio. Ex veritate etiam multum laudãtur Principes: quoniam, vt ait Franc. Patritius *lib. 4. tit. 1. de Regno & Regni inſtitut.* Socrates, vir ſapientiſſimus, Veritatem idem eſſe dicebat. ſicut illa nec creſcit, nec minuitur, ſic Virtus ſemper eadem inuenitur: & quia numeros ſuos habet, plena omni tempore ac perfecta exiſtit. Veritati enim, vt dicit, omnia conſonant, vt in fidibus, & cantu, in quibus ſiquid diſſonat, harmonia omnis peruertitur: ſic Veritas ipſa paruo nonnunquam indicio oſtenditur: nec diutius poteſt ſub vanitatis inuolucro latere. Falſa enim veris, & cõcinnata ſemper ſe ipſa indicant. Hinc, vt ibi dicitur, Iſocrates Regem ſuum monet, vt veritatem ante omnia colat, idque manifeſtiſſime ſemper & indiſſimulate agat: adeo, vt cuncti cognoſcant iniuriato potius Regi, quam priuatis omnibus iuratis fidem adhibendam eſſe. Dicit tamen Benedict. *in ſua repet. c. Rayn. in ver. teſt. 3. num. 43. de teſtam.* quod hodie Principes promiſſionem etiam iuratam non verentur tergiuerſari, vbi multum exclamat contra tales. Et etiam Franciſcus Patritius *in loco ſupra alleg.* multum inuehit contra mendaces Principes. Sed cum non aſſumpſerim, niſi materiã laudis, gloriæ & honoris, nõ inuehendi de mendacibus, ad eundem te ibi remitto. Dicit etiam Bernard. de Buſtis *in 2. part. ſui Roſar. ſerm. 24. part. 2. litera F.* Quod primum documentum, quod dat Principibus, eſt documentum obſeruationis, ſcil. veritatis, vt nunquam dicant falſitatem. Inquit enim Sapiens, Prouer. 16. *Non decet Principem labium mendax.* & Prouerb. 20. *Veritas & miſericordia cuſtodiunt.*

QVinta conſideratio. Cum iuſtitia ſit maior ex quatuor virtutibus cardinalibus, ex quibus Principes magis laudantur, cum inter omnes virtutes cardinales iuſtitia teneat Principatum. Adeo, quod Ariſt. *in 5. Eth.* in ipſa aſſerit omnes virtutes contineri. Quæ quidem virtus neceſſaria eſt noſtræ ſaluti, vt oſtendunt Theologi *in 4. diſtin. 46.* Quam autem ſit vtilis, oſtendit Salomon: Sap. 5. *Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum.* & Pſal. 111. habetur: *In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit.* & habetur Prouerb. 15. *Abominatio eſt Domino vita impij, qui autem ſequitur iuſtitiam, diligetur ab eo.* & *Act. 10.* dicitur: *Acceptus eſt Deo, quicunque iuſtitiam operatur.* Et de vtilitate illius, & laude, dixi *in rubric. Des iuſtices & droictz d'icelles, in conſuetudinibus Ducatus Burgund.* vbi dixi iuſtitiam de cœlo ortam, ſecundum quod habetur Pſal. 64. *Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit.* Vnde, vt refert Franciſcus Patritius *in lib. de Regno, lib. 8. tit. 1.* Nigidius, cognomẽto Figulus, Philoſophus peregregius, & in Aſtronomiæ ſcientia, Romanorum peritiſſimus, cum de Poetarum figmentis, quæ in ſignifero cœlo finguntnr, ſcriberet, ait ad aſpectum Bootis, inter Leonem & Libram Virginem eſſe, quæ iuſtitia ſiue æquitas appellatur. Addit præterea hanc à mortalibus receſſiſſe, & ad ſuperos reuocaſſe, vt quæ ſolita eſſet in hominum cœtu verſari, eiſque præcipere, ne à recto atque honeſto diſcederent: quibus monitis donec paruerunt. Ex quibus ſatis demonſtratur: Quod iuſtitia cœleſtis virtus eſſe demonſtratur: & hoc ſatis oſtendit Homerus, cum ait, Reges diſcipulos ſummi Regis Iouis eſſe, à quo iuſtitiam in primis ediſcant, quam deinde inter mortales obſeruent, & eam omni ſtudio, omnique diligẽtia tueantur. Plato etiam Philoſophorum ſummus, Iuſtitiam bonorum omnium maximum eſſe, ait, à Deo hominibus datum. Proinde Deum ipſum Iuſtitiæ authorem, cauſam ac principium multis in locis aſſerit, & præcipue in libris *de Republica,* & etiam *de Legibus,* quod etiam aſſerit Patritius, vbi ſupra; cuius, vt differit, duæ ſunt partes:

Deum pietate omni honorare, & hominem diligere vti fratrem. & *tit. ſeq.* in quatuor iuſtitias diuidit, ſcilicet Diuinam, Naturalem, Ciuilem & Iudicialem, de quibus ibi per eum, cum ſatis habeatur, videri poteſt.

Sed magis ad ſpeciem deſcendendo, de iuſtitia Principum; Diuido eam in duas partes ſeu ſpecies, in ſeueritatem ſcilicet & liberalitatem: vt habetur *in morali dogmate Philoſophorum.* Eſt autem ſeueritas virtus debito ſupplicio coercens iniuriā, 45. *diſt. c. diſciplina, verſ. moueri.* 23. *q.* 5. *c. prodeſt.* dicam alibi. De liberalitate vero dicam infra, *in conſideratione* 8. *huius partis.*

Quæ quidem iuſtitia maxime eſt in Principe neceſſaria, cum per eam regnent Reges: vt habetur *in epiſtola, inter claras. C. de ſum. Trin.* & habetur *Eſa.* 31. Ecce, in iuſtitia regnabit. Rex, & Principes eius præerunt. Proprium enim Regis officium eſt facere iudicium, & iuſtitiam. 23. *q.* 5. Regis eſt. Vnde dicitur 3. *Reg.* 10. de Salomone: *Conſtitui te Regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam: & honor Regis iuſtitiam diligit.* Et habetur Sap. 6. *Audite Reges, & intelligite, & diſcite iudices finium terræ.* Et, vt dicit Macrob. *lib.* 10. Iuſtitia eſt vnicuique ſeruare, quod ſuum eſt. *l.* 1. *ff. de iuſt. & iur. not. in proœm. Decret.* & de ea veniunt Concordia, Innocentia, Amicitia, Pietas, Religio, Affect⁹, Humilitas, ex quibus omnibus laudātur Principes: & inter cæteros Principes, ſemper Reges Frāciæ laudati fuerunt ex iuſtitia, & ex ipſius iuſtitiæ ſtatu, vt *in* 7. *part. huius libri* ponam. Vbi ponitur hierarchicus ſtatus iuſtitiæ totius regni Franciæ, qui cæteros omnes excellit in inſtitutione partium, parlamentorum, & cæterorum officiariorum Franciæ ſupremorum, & aliorum inferiorū, de quibus infra aliquid dicam. Et quia ſuper cæteros ſeculi huius Principes dilexit iuſtitiam, & iniquitatem odio habuit, vnxit eum Deus ſuus oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis, *Pſalm.* 44. Ex quo maximam meretur gloriam, iuxta dictū Ciceronis, *lib.* 3. *de officiis.* Qui veram gloriam adipiſci vult, iuſtitiæ fungatur officiis.

Secundo iuſtitia oſtenditur Regū Francorum ex Regiorum ſtipendiorū cuilibet ſufficientium imperuertibili aſſignatione, quæ Reges Franciæ ſemper fecit anteire, vt in eis verificetur, quod ſcribitur *in l. nemo. C. de offi. magiſt. officior.* Cum nihil rationabilius, quam vt is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecit anteire. Certum enim eſt, quod ſtipendia, quæ à Rege noſtro capiunt ſingulis annis ſui officiarii in ſuo Regno, aſcendunt ad ſummam ducentarum millium librarum Turonen. & ſecundum G. Benedicti aſcendere valent ad viginti & centum mille libras Turonen. & vltra, præter ſtatum ſuæ domus, & armatæ militiæ: de quibus infra dicam *in* 6. *part. &* 9.

Tertio; quoniam licet Papa ſolus & Imperator de cauſa propria, & nō alius inferior cognoſcant *c. cum veniſſent. de iud. & leg. proxime. ff. de his quæ in teſtam. del.* tamen Reges Franciæ iudicio ſuorum officiariorum, nedū curiarum Parlamenti, ſed etiam ſeneſcallorum, ſeu balliuorum ſuorum ſpōte ſe ſubmiſerunt, & quod iudicatum eſt contra ſe, efficaciter exequi permittunt & patiuntur, iudicatoq; obediunt; imo illud propriis patentibus literis mandant. facit *c. nos ſi competenter.* 2. *q.* 7. *& l. eſt receptum. ff. de iuriſd. omn. iud.* Ad inſtar Romanorum & Spartanorum Regum, qui tribunos plebis, ſeu ephoros, id eſt, magiſtratus eligebant ad moderandam Regiam poteſtatem, qui de cauſis Regum & Conſulum loco Regum exiſtentium cognoſcebāt, illorumque poteſtatem moderabantur, prout narrat Valerius *lib.* 4. *tit. de moderatione animi,* vt refert G. Benedicti *in ſua repetit. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.* 598. 599. 600. *vſque ad num.* 603. *de teſtam.* Vbi prædicta dixit inferendo, quod ſic pariter ſalubri exemplo ſupradictorum Reges Chriſtianiſſimi ſemper moderatione vſi ſunt. Et vt ibi dicit: Virtus ſuos habet numeros, vt iuſtitia diuidatur in ſex partes, ſcilicet in religionem, pietatem, gratiam, fidem, vindicationem, & obſeruationē. Quæ dotes præcipuæ Regū immoderationem ſuæ p[illegible]ſtatis conſiderātes, *quod faciles motus* [illegible] *gene*[illegible]*oſa* [illegible]*pit,* vt dicit Ouid. & etiā Saluſtiu[illegible] in Iugurt[illegible]no: *Pl*-

no: *Plerunque* (inquit) *Regis voluntates vt vehementes, ſic mobiles ſæpe ipſæ ſibi aduerſæ.* Vnde opus fuit moderatione, quæ tanta extitit apud Reges Franciæ: vt ex ordinatione plurium Regum, ac verbali præcepto officiariis Franciæ ſæpius fuiſſet iniunctum literas Regias iudicialiter & publice poſſe impugnari de nullitate ac ſubreptione, & vt tales per iudices quibus diriguntur, poſſe declarari, etiam de inciuilitate & iniquitate, & ita in omnibus curiis Franciæ ſeruatur, inſequendo ordinationem Regis Caroli VII. ſuper hoc editam in ordine 78. incip. *Itẽ & quæ ſouuentes ſois pluſieurs obtiennent de nous & noz chancelliers.* Et idem ordinauerat Philippus VI. eius prædeceſſor, de qua meminit Aufrerius *in ſuo tracta. ordinat. titu. de reſcriptis. cap. quia ſæpe contingit.* Quæ quidem ſunt multum laudanda in rege Franciæ; quia de iure communi, vbi reſcripta non ſunt falſa, nec ſubreptitia, nec cõtra bonum Reipublicæ, licet iniquitatem contineant, non poſſunt de iniquitate impugnari coram Iudice inferiori, ſed debet Iudex reſcribere Principi. *c. ſi quando. de reſcript:* tamen in Regno Franciæ poſſunt etiam de iniquitate coram inferiori, cui diriguntur, redargui, & inciuilia declarari. Et hoc eſt quod dicebat Caſſiod. loquẽdo de Cancellario Regis: Pro æquitate, inquit, ſeruanda, nobis quoque patimur contradici: De quo idem Benedicti *in dicta repet. in d. verb. & vxorem, in fine ſecundæ deciſionis.*

Ex quibus prædictis tanta Regum Franciæ fama intemeratæ iuſtitiæ per vniuerſum orbem euolauit, quod plures eiſdem nõ ſubditi, etiam infideles eorum iudicio ſe ſubmiſerunt, vt in eis verificatum ſit, quod de glorioſo Scipione Africano concludit Plutarchus, quod tãta eſt virtutis vis & tam magna apud omnes gentes, cum non ſolum bonos, ſed etiam improbos ad ſe amandum alliciat: quod exemplum fuit in pluribus Francorum Regibus compertum, qui ſi acceptare voluiſſent extraneas nationes, regerent in eos conſentientes, præſertim in perſonam Dagoberti Regis Franciæ huius nominis primi. de quo Guaguinus *l. 3. c. 3.* ſic de Duce Sabaudiæ, qui Francorum Regis iudicio ſponte ſe ſubmiſit, conſuluit Bald. *in tertia parte Conſiliorum, conſi. 358. incipient. petita venia, flexuque genibus loquar, &c.* Vbi ponitur tenor ſubmiſſionis. Quod conſilium videndum eſt, cum ſit pulcherrimum. Et adeo ſemper apud Francos Reges cultus iuſtitiæ acceptus & gratus fuit, & ſperatur perpetuo vigere, quod de ipſo Chriſtianiſſimo Rege dicere veriſimiliter poſſumus, quod per Pſalmiſtam dictum fuit, Pſalm. 95. *Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua.* & iterum Pſalm. 96. *Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia.* Et ſequitur retributio, Pſalm. 54. *Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam deducat te mirabiliter dextra tua.* Quoniam notorie videmus Francorum Reges ſupra omnes Principes terræ exaltatos, vt verificatum fuerit eis, quod Cicero *lib. 3. de officiis* dicit: *Qui veram gloriam adipiſci vult, iuſtitiæ fungatur officiis.* quoniam, vt dicit Seneca lib. de quatuor virtutibus: *Iuſtitia eſt diuina lex & vinculum ſocietatis humanæ, quiſquis hanc deſiderat ſectari, Deum prius amet, vt ametur à Deo.* quod in Francis Regibus vidiſtis adimpletum. Quibus recte & iuſte appropriari poterat illud, & pariter eorum ſubditis, quod de Rege iuſtiſſimo ſcribitur: *Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.* Sed timeo, quod hodie non ſit verificatum illud, de quo habetur per Auguſt. de 12. abuſionum gradibus, cuius dictum retuli *in rubrica, Des iuſtices & droictz d'icelles, in initio in conſuetudinibus noſtris, ducatus Burgund.* vbi ſcripſi per contrarium quid operetur iniuſtitia. Quod cum non ſit meæ intentionis, in hoc meo opere aliquid tangere, aut parum, niſi de his, quæ tangunt laudem, gloriam, & honorem, ideo nihil aliud dico.

Sed ibi etiam dixi, quod iuſtitia eſt quædam turris fortiſſima, triangularis quodam triangulo contenta. Vnus angulus eſt honeſte viuere, alius, alterum non lædere, tertius, ius ſuum cuique tribuere. Cuius quidem Iuſtitiæ ſex ſunt partes principales, ſeu lapides, vt ibi dixi, ideo non repeto, & ſatis declarantur in locis ibi per me allegatis: de quibus

bus etiam facit mentionem Benedicti *in loco hic ante alleg.*

Bernardus vero in *ſermone 4. de aduentu*, aſſignat alias partes Iuſtitiæ, vbi ait: quod iuſtitia eſt virtus, quod ſuum eſt vnicuique tribuens ſuperiori, æquali, & inferiori. Superiori enim debetur obedientia, & reuerentia, ſcilicet, Prælato & Principi. de hoc 23. *diſt. per tot.* Æquali ſiue pari, conſilium & auxilium, vt conſilio erudiatur ignorantia, auxilio iuuetur infirmitas, ſecundum illud 2. *Corinth.* 12. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Inferiori debetur cuſtodia & diſciplina, ſcilicet vt non regnet in eo peccatum, & vt dignos fructus pœnitentiæ faciat. 47. *diſt. ca. omnes.* quibus omnibus debet adiungi rectum iudicium, quæ ſeptem poſſunt ſignificari per ſeptem columnas, quas excidit Sapientia in domo, quam ædificauit *Prouer.* 11. prout ibidem exponit Bernardus.

Et non immerito, ſi Principes ex iuſtitia laudentur, & gloriam conſequantur: quoniam Aug. *libr. 7. de ciuitate Dei, ca.* 12. Sapientum ſententiam recitans, concludit hoc veriſſimum eſſe, Rempublicam, cuius Princeps eſt iuſtus ſecundum Luc. de Pen. *in l. quicunq. in 3. & 4. col. C. de omni agro deſerto.* & cuius commiſſionem habet à Deo, *in Auth. vt differentes iudices. in prin. colla. 9.* Ad cuius etiam vtilitatem reſpicere debet, *in Auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffra. colla. 2.* & eius ſuſtentationem. *in 1. conſtitutione Cod.* quam debet cunctis præponere. Bald. *in authen. de hæredib. & Falcidia. in 2. col. colla. 1.* ſine iuſtitia conſeruari nō poſſe, nec regi. Et vt ait Macrob. *lib. 1. de ſomnio Scipionis*: ſine iuſtitia nō ſolum Reſpublica, ſed nec exiguus hominum cœtus, nec quidem parua domus conſtabit. Et vt ait Cyprianus *lib. 12. de abuſionibus.* Iuſtitia Regis eſt pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, nutrimentum gentis, gaudium hominum; & merito; Nam Reſpublica per iuſtitiam tempore pacis & belli optime gubernatur, vt habetur *in prœmio Inſt.* Per Iuſtitiam namque mali terrentur, & boni conſeruantur. *l. capitaliū. §. famoſos. & l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis.* Nam per ipſam cum punitur vnus malus, reliquis incutitur metus, & iſto modo pax & tranquillitas cōſeruantur. *l. 1. C. ad leg. Iul. repetund. l. diuus. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* dixi *in conſuetud. noſtris ducat. Burgun. in d. rub. Des iuſtices.*

Ex hac iuſtitia maximam etiam gloriam conſecutus eſt Traianus. Vnde Helinandus in geſtis Romanorum narrat; Quod cum aſcendiſſet equum ad bellum profecturus, quædam vidua apprehenſo pede eius miſerabiliter, lugens, ſibi fieri iuſtitiam petiit, de his, qui filium eius bonum, & innocentem occiderant, dicens: Tu (inquit) *Auguſte imperas, & ego tam atrocem iniuriam patior.* Cui imperator: *Tibi ſatis faciam cum rediero.* Cui illa dicit: *quid ſi non redieris? Succeſſor,* (inquit) *meus tibi ſatisfaciat.* Et illa: *Quid tibi prodeſt, ſi alius bene fecerit, tu mihi debitor es ſecundum merita recepturus, & fraus vtiq. eſt nolle reddere quod debetur: ſucceſſor tuus iniuriam patientibus pro ſe tenebitur, te non liberabit iuſtitia aliena, & bene agetur cum ſucceſſore tuo, ſi ſe liberauerit.* His verbis victus Imperator, deſcendit ſtatim de equo, & cauſam exaudiuit præſentialiter, & condigna ſatisfactione Viduam conſolatus eſt. Et inde ſtatua Traiani in foro poſita fuit, repræſentans quomodo in expeditione poſitus viduā liberauit, & in Senatu exclamatum fuit: *Non alter felicior Auguſto: nec melior Traiano.* vnde & de eodem legitur, quod cum filius eius equitaret in duro equo, ex eius pedibus filius cuiuſdam viduæ interfectus eſt, & ideo eidem viduæ ei conquerenti, filium ſuum pro filio illius viduæ mortuo tradidit & hæreditatem cum eo. Iſte Traianus, Hiſpanus fuit clementiſſimus & iuſtiſſimus, ſed quia paganus, damnatus erat. Vnde magnus Gregorius diu poſt mortem Traiani de iuſtitia eius & pietate (quæ eſt pars iuſtitiæ) audiens, orauit pro anima eius, ante altare beati Greg. & ex priuilegio ſingulari, & inaudito, oratione eius, liberata eſt anima Traiani de inferno: de quo teſtis eſt totus mundus ſecundum Damaſc. vt ſcribitur in Legenda beati Greg. Facit de eo mentionem Luc. de Pen. *in l. 2. in 3. colum. C. de exact. trib. lib. 10.* Io. Fab. *in prœmio Inſt.* Bened. *in repet. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. nu. 602. de teſtam.*

Vſque

Digitized by Google

Vſque adeo iuſtitia in Rege laudanda eſt, ita quod melius eſt regi iuſto Rege ſeu Principe, quã iuſta lege, cum ipſe in ſingulis cauſis iudicat ſecundum æquitatem, quæ ſibi videtur, vt not. Bart. & poſt eum Pau. *in l. præſenti. in ſui initio per illum text. C. de his qui ad eccleſ. confug.* Nam ipſe eſt ſummum ius, & lex viua ſeu animata in terris. dicit tex. *in Auth. de conſulibus. circa fi.* & ibi gloſſ. *in verb. legem,* hoc expreſſe not. *collat.* 4. Et ipſe ſolus iudicat de cauſa à iure non definita, vt infra iſta parte ſcribitur in conſideratione, in qua ſpecialia ſolis Principibus competentia deſcribuntur. *verſ.* 69. Et de hoc vide Corſetum *de poteſtate Regia. q.* 67.

In quibus conſiſtat iuſtitia Regis, ponit Cyprianus de 12. abuſionibus dicens: Iuſtitia vero Regis eſt neminem iniuſte per potentiam opprimere; ſine acceptione perſonarum inter ſe, & proximum ſuum iuſte adiudicare aduenis & pupillis, & viduis defenſor eſſe, cohibere furta, adulteria, & omnẽ mœchiam punire. 23. *quæſt.* 5. *c. Regum, &c.* Rex debet iniquos deprimere, & bonos exaltare, impudicos vero, & hiſtriones non nutrire. ad hoc 86. *diſt. c. donare.* Impios de terra perdere, parricidas & peierantes viuere non ſinere, *prædict. c.* Rex debet Eccleſiam defendere. *d. c. Regum.* pauperes eleemoſynis alere. 68. *diſt. c. non ſatis. & c. paſce. & de pœn. diſt.* 1. *c. quamobrem.* Iuſtos ſuper regni negotia conſtituere, & ſenes ſapientes, & ſobrios conſiliarios habere. 1. *q.* 1. *c. eſtote.* Magorum & aliarum Pythoniſſarum ſuperſtitionibus non intendere. 26. *q.* 6. *c. nec mirum. &* 1. 2. 3. *&* 4. *eiuſdem cauſa.* iracundiam ſuam differre. 11. *quæſt.* 2. *c. iuſtum cum apud, & c. illa. & c. ſummo.* patriam fortiter & iuſte contra aduerſarios defendere. 23. *qu.* 2. *c. iuſtum. cum c. ſeq. & quæſt. in c. fortitudo. & qu.* 8. *c. vt pridem. & q.* 1. *c. militare. & c. noli.* & per omnia in Deum confidere. vt *Pſalm.* 124. Qui confidunt in domino, &c. *de conſe. diſtin.* 1. *c. omnis Chriſtianus.* proſperitatibus animi non eleuari, ſicut fecit Nabuchodonoſor Rex. *de pœn. diſt.* 1. *c. voluiſſent. ver. Nabuchodonoſor.* Cuncta aduerſantia patienter tollere. 23. *q.* 1. §. 1. *&c.* paratus fidem Catho. in dominum habere. 96 *diſtinct. c. ſi Imperator. l. inter claras. C. de ſum. tri.* filios ſuos non ſinere impie agere. 23. *q.* 5. *c. Rex.* certis horis orationi inſiſtere vt Rex Dauid, *Pſal.* 118. Septies in die laudem dixi tibi Domino, &c. 1. *de celeb. miſſar.* & ante horas congruas nõ guſtare cibum. Et ſubdit Cypr. Hæc Regni proſperitatem in præſenti faciunt, & Regem ad cœleſtia Regna deducunt, ſermonem accuſantium inueſtigare; quoniam, vt habetur Prouerb. *Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria Regum inueſtigare ſermonem.*

Sexta conſideratio. Multum laudantur Principes ex pietate ſeu clementia: quoniam, vt dicit Iodocus Clictoueus 1. *tra. de nobilit.* qui hac virtute inſignes floruerunt, perpetua celebrantur laude, nullaque ætate obſoleſcet eorum gloria, maxime quæ innata eſt Principi. *l. monente. C. qui milit. non poſſunt. lib.* 12. §. *quoniam vero. in Auth. de exhib. reis. colum.* 5. Dominus enim conſtituit Moyſem ſuper populum, cum eſſet ſuper omnes mitiſſimus. *Num.* 12. *&* 3. *Reg.* 20. Et habetur *Eſter* 3. quod Reges Iſrael clementes erant; vbi dicit: *Volui potentem nequaquam abuti magnitudine, ſed clementia & bonitate gubernare ſubiectos.* & Eſa. 16. *Emitte agnum domine dominatorem terræ.* Et de Chriſto habetur *Matthæi* 20. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Clementia enim, pietas, miſericordia, manſuetudo, humilitas, modeſtia, dilectio, beneuolentia, precioſa ſunt monilia Regiæ maieſtatis. Hinc Demoſthenes ad Alexand. Nihil (inquit) habes rex vel fortuna tua maius, quam vt poſſis vel natura tua melius, quam vt velis ſeruare plurimos.

Nulla enim de virtutibus generoſior miſericordia, admirabilior clementia, nec per aliud propior Deo accedere potes, quam vt ſaltem confetas hominibus, vel dando ſi eguerint, vel parcendo ſi deliquerint, vel indulgendo ſi ſupplicauerint. Cum enim vincamur à Diis in omni munere, ſola clementia eſt, quę nobis Deos reddit æquales. facit *l. Imperialis. C. de nup.* Tullius quoque lib. 1. de offic. *Nil* (inquit) *laudabilius, nil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia.* Quoniam

amore ſingulari. Ex hac adeundi facilitate, miro præconio Pompeius magnus extollitur à Cicerone. Laudat & in Traiano Plinius panegyriſta admiſſionum facilitatem: de quo dixi ſupra *in 1. part. in 26. conſideratione*, vbi de ſalutatione fit mentio. Hoc iuriſconſulti in Proconſule ac Præſide, veluti officium neceſſarium depoſcunt: vt ſcilicet omnium deſideria audiant, & in adeundo ſe faciles præbeant. *leg. nec quicquam. §. obſeruare. ff. de offic. proconſ. & leg.* Et, vt refert Beroaldus *in ſuo libello de optimo ſtatu.* Philipp. Macedonum Regem olim adiuit anus paupercula rogans, vt cauſam audire vellet, qui, cum reſpondiſſet, ocioſum ſe non eſſe: exclamauit anus: *Etiam ne regnes?* tanquam imperare nō debeat, qui adeuntes adire contemnit. Verbum hoc demiratus Philippus, & illam audiuit diligenter, cæteris deinceps præſtitit ſe facilem. Huius affabilitatis, & facilis admiſſionis, nobis eſt etiam exemplo Alexand. Magnus, ſuis militibus ſummopere dilectus; quia humanus & affabilis erat.

Plura exempla è diuerſo, quomodo nocuerunt difficiles aditus & ſuperba reſponſa, ſcribunt Beroaldus & Clictoueus vbi ſupra, Ex quibus lucide apparet, quod princeps debet obſeruare illud, *Eccleſi. 32. in princ.* Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis, quaſi vnus ex ipſis. Et illud domini noſtri documentum euangelicum. Nolite in ſublime tolli.

Octaua conſideratio. Principes etiam ex liberalitate laudantur, & commendantur, quæ multum conuenit principi. *leg. cum multa. C. de bonis quæ lib.* Vt enim imperialis fortuna omnes ſupereminet alias, ita oportet principales liberalitates culmen habere præcipuum: & dicit F. Patritius *tit. 9. lib. 4.* de Regno & Regni inſtitutione: quod liberalitas ſummopere principem commendat. Hinc dicit Bald. *in l. legatis. in fin. C. ad l. Falcid.* quod proprium principis eſt, quod debet eſſe liberalis & gratioſus. *l. 1. in fin. C. de cad. tollend. l. ſi quis rogatus. §. vlt. ff. ad Trebell.* & huiuſmodi liberalitate in principes ponit Bernardinus de Buſtis *in 2. parte ſui Roſarii, ſerm. 14. ſecunda parte, litera I.* Facit quod habetur *Prouerb. 22. Gloriam & honorem acquirit, qui dat munera. & c. 18. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpacium ei facit.* Imo donare, quod eſt liberalitatis, laudatur, etiam ſi non præſtetur. vt facit text. *in leg. cedere. §. munus. ff. de verb. ſign.* vt dicit Lucas de Penna *in leg. vnic. Cod. de caſtr. omnium palat. pecul. lib. 12.* Et Artaxerxes Xerxis filius aiebat: beneficium addere longe magis regale, quam auferre.

Et hæc liberalitas viguit in Tito Imperatore, ad quem nemo accedebat poſtulandi gratia, ſine re aut ſpe habendi. Et interrogatus ab amicis, cur plura polliceretur, quam præſtare poſſet. Reſpondit; quoniam non oportet quenquam à facie & ſermone principis triſtem recedere. Et recordatus ſuper cœnam, quod nihil tota die illa dediſſet, dixit: *Hunc diem perdidi.* Et, vt ait Seneca *libr. 2. de benefic.* Quod Alexand. cuidam petenti vnum denarium, ciuitatem dedit: ille vero dicit, tantam domum non conuenire fortunæ ſuæ, cui Alexand. *Non quæro*, inquit, *quid te accipere oporteat, ſed quid me dare.* Et de eodem narrat Seneca *epiſt. 4.* quod reſpondit cuidam ciuitati, dimidium omnium ſuarum rerum eidem promittenti: Eo, inquam, propoſito veni in Aſiam, non quod acciperem id, quod dediſſetis, ſed vt haberetis id, quod reliquiſſem. Et de his liberalitatibus Alexandri, ponit Io. Lupus *in ſua repe. rubrica, de don. inter virum & vxo. §. 9.* vbi ample de liberalitatibus nobilium.

Nona conſideratio. Etiam laudem, gloriam, & honorem conſequuntur ex magnanimitate, & magnificentia. text. eſt *in l. 1. Cod. de theſauris. libr. 10. ibi; & imperatoria magnanimitatis videatur peruenire liberalitas poſtulando.* & ibi Lucas de Penna, qui ponit differentiam inter magnanimitatem & magnificentiam: cum magnanimitas ſit in honore, magnificentia in expenſis. Vel magnanimitas ſit in aggreſſione, magnificentia in conſummatione. Et dicit Luc. de Penn. *in leg. 1. Cod. de veteranis. lib. 12.* quod in principe magnificentia circa duodecim præcipue verſatur, quæ ibi ponit & de huiuſmodi magna-

 nimi-

nimitate, & magnificentia ample Ariſtoteles *4. Ethicor. cap. 2. & 3.* vbi multum commendat & laudat principem magnanimum: & plura per ſanctum Thomam *ſecunda ſecundæ de magnanimitate.* Et per Ægidium *de regimine Principum. cap. 24.* quod incipit, *amatores. & cap. 19.* hæc enim virtus ſolis Regibus ac principibus conuenit, vt dicit Franciſcus Patricius *in ſuo libr. de Regno & Regni inſtitutio. libr. 7. tit. 10.* vbi etiam de magnificentia: & quomodo Cęſar & Porſena fuerint laudati de magnificentia.

DEcima conſideratio. Principes laudem, gloriam, & honorem conſequuntur ex ſapientia, quæ maxime requiritur in principe. *leg. pen. C. de his, quibus vt indignis. ibi; ne princeps philoſophiæ plenus.* & habetur *Eccleſi. 10.* Principatus ſenſati ſtabilis erit, Rex autem inſipiens perdit populum ſuum. Qualis enim eſt rector ciuitatis, tales habitantes in ea, *Eccleſi. 10.* Salomon enim ad regendum populum non diuitias, non dies multos, ſed ſapientiam poſtulauit. *3. Reg.* Et de Chriſto dicitur *Ieremiæ 23.* Et regnabit Rex & ſapiens erit, & faciet iuſtitiam & iudicium in terra. Nunquid Abraham, qui fuit pater multarum gentium peritus fuit in omni ſapientia Ægyptorum? *Act. 6.* Nunquid Dauid habuit ſapientiam ſicut Dei? *2. Reg. 14. c.* Nam regale opus eſt, ſapere & diiudicare, vt ait Tullius *lib. 1. de diuinat.* & refert Iacobus *in ſuo ſophologio Sapientiæ. lib. 1. c. 2.* vbi narrat multos Reges, qui dilexerunt ſapientiam: & ibi maxime de Alexandro, qui eruditus fuit ab Ariſtotele: de quo amplius dicam infra *in 10. huius libri parte, in 1. conſideratione.* Et refert etiam Ant. Flo. *in ſuo chronic. part. 5. tit. 16. c. 2. §. 5.* quod Olfredus Rex Angliæ, iam duodenus, expers omnis literaturæ erat, vt ibidem de eo habetur plene, & ibi multum commendatur propter eius literaturam, per quam magis, quam viribus Regnum ſuum optime rexit. Et vt dicit Ariſt. *in Ethicis.* Nemo iuuenes eligit in Duces: quia non conſtat eos eſſe prudentes, & ideo dicit Sapiens *Eccleſi. 10.* Væ tibi terra, cuius Rex eſt puer. & dicit Boetius *de conſolatione in 2.* & Val. *lib. 7. tit. de ſapienter dictis aut factis.* & recitat Benedicti *in ſua rep. cap. Rayn. in ver. duas habens filias. nu. 120. de teſtam. in additione;* Platonem dicentem beatas eſſe ciuitates, ſi aut Philoſophi regnarent, aut Reges philoſopharētur: & vt inquit Seneca, ſeculum eſſe aureum, ſi ſapientes regnarēt. Ideo *Sapientiæ 6.* dicitur: Concupiſcentia ſapientiæ deducet ad Regnum perpetuum. Si ergo delectum in ſenibus & ſceptris, o Reges populi, diligite ſapientiam, & in perpetuum regnetis: diligite lumen ſapiētiæ, omnes qui præeſtis populis. Multitudo enim ſapiētum, eſt ſanitas orbis terrarum, & Rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt. Et ex prædictis Bernardinus de Buſtis *in loco ſupra alleg. in litera H.* dat documentum Principibus, vt ſint ſagaces: ex quo dicendum eſt, quod in huiuſmodi ſapientia laudari debent. Ad quæ faciunt, quæ dicit Lucas de Pen. *in l. omnes. de decur. lib. 10. in 12. col.* vbi dicit: Impoſſibile eſt enim, vt ſalubriter diſponat Principatum, qui non agit conſilio ſapientum. *Eccleſ. 9.* Et Polycraticus *lib. 5. c. 6.* de his pauca dicenda ſunt, cum pauci tales reperiantur. Legitur enim *in Polycr. lib. 4.* quod Traianus Rex Romanorum hortatus eſt Regem Frācorum, vt filios ſuos liberalibus diſciplinis inſtrui procuraret, dicens, quod Rex illiteratus, quaſi aſinus coronatus.

Et ideo principes debent habere in honore doctores & non ignaros: quoniam, vt ait Pogius in epiſtola ad Nicolaum quintum: Vbi doctrinarum ceſſant exercitia, ibi nullum inter doctores atq; indoctos diſcrimen viget. Vbi nullus virtuti locus, nulla ſtudiorum ratio habetur. Vitia ibi regnant, torpeſcunt ingenia, principatus & Regna decidant, rerumq; omnium dominetur confuſio neceſſe eſt, & prouenit talis ruina: quia Imperia & damnationes, ſanguinem ſequuntur & virtutes, vt dicit Benedicti *in ſua repet. c. Raynutius. in verb. condidit. 1. numer. 34. de teſtamen.*

Et ſapientia in Regibus, eſt multum neceſſaria, quoniā, vt ait Vegetius *lib. 1. de re milit.* Nullus, inquit, eſt, cui ſapiētia cōueniat magis quam Principi, cuius doctrina omnibus debet

debet prodeſſe ſubiectis. Nam, vt inquit Polycrat. *lib.* 4. *&* 7. Sapientia fecit Romanos dominari. & ibi plura dicit Iacobus *in ſuo Sophologio ſapientiæ, lib.* 1. *c.* 5. Dicam infra *in* 10. *par.* quomodo ſcientia & ſapientia ſit neceſſaria, vtilis & laudabilis.

VNdecima conſideratio. Principes multum laudantur, & gloriam, & honorem conſequuntur ex caſtitate, & continentia. Cum, vt ait Imperator *in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic.* Illuſtribus enim caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt: Imo Imperator pudicitiam ſemper eſſe colẽdam cenſuit. Hinc, per illum text. Ioan. And. *in c. fin. de filiis presbyter.* quod non valeret diſpenſatio facta per Papam, cum nato ex coniugato nobili & ſoluta nobili, niſi de nobilitate fieret mentio, per Fel. *in cap. poſtulaſti. in* 4. *col. de reſcript.* Nam pudicitiam & caſtitatem præ oculis habuit Abimelech, Palæſtinorum Rex; quia viſa pulchritudine Rebeccæ iocantis cum Iſaac viro ſuo, præcepit omni populo, dicens: Qui tetigerit hominis eius vxorem, morte morietur. *Geneſ.* 26.

Hannibal Carthaginẽſium Dux inuictiſſimus, qui, vt Trogus refert, nunquam inter innumeras captiuas miræ pulchritudinis puellas, caſtitatem perdidit.

Et Marc. Claudius Marcellus, Romanorum conſul, *teſte Auguſtin. lib.* 1. *de ciuitate Dei. c.* 6. ante captam Vrbem Syracuſarum, eius ruinam fleuit, & priuſquam ciuitas inuaderetur, edicto perpetuo conſtituit, ne quis corpus liberum violaret.

Et Alexander, vt Vegetius *lib.* 2. *de continẽtia Alexandri* narrat, licet diues & potentiſſimus Rex eſſet, cum ei pulcherrima virgo oblata fuiſſet, cuidam tamen nobili deſponſata, illam non aſpexit, ſed cum dono ad virum ſuum remiſit.

Sic etiam Scipio Africanus, alterius Scipionis filius, vt Valerius tradit *lib.* 4. *de abſtinẽtia, & continentia.* cum in Hiſpanias profectus eſſet, capta Carthagine, virginem quandam ſpecioſam captiuam, vt etiam Liuius dicit, ſponſo generoſo conceſſit, puellæque pretium dotis nomine condonauit, vbi prius omnem carnis voluptatem, è caſtris amouerat, ita, quod duo ſcortorum millia leguntur ab eius tunc exercitu abiiſſe. vt idem refert Val. *lib.* 2. *de diſciplina militari.* & dicam infra *in* 7. *par.* Id idem Totilam, ferociſſimum Regẽ Gothorum feciſſe, cum Romam vaſtaret, vt nulla quæ ingenua mulier, virgo vel nupta, aut vidua foret, violaretur, præcepiſſe, idque ſeuere cuſtodiuiſſe recitat Ant. Flor. *in hiſtoria* 2. *par. tit.* 1. *c.* 5. hæc dicit Benedicti *in d. ſua repet. c. Raynut. in verb. cuidam Petro tradiderunt. nu.* 71. *&* 72. Et ibi videatur, quid etiã eueniat Principibus effœminatis. Quæ cum non ſit materia noſtra; quia tantum ea, quæ ad laudem attingunt dicere intendo & non alia, ad ibi dicta te remitto.

Et non ſolum Principes laudantur ex huiuſmodi continentia carnali, ſed etiam ex continentia gulæ, auaritiæ, & ambitionis, & ſuperbiæ, vt de continentia gulæ dicitur de Alexandro *lib.* 4. *Vegetii de re militari,* quod in itinere ambulans cum amicis, accepto pane veſci ſolitus erat. Item legitur de Scipione Æmiliano. Et Catonem fuiſſe contentum eodem vino, quo remiges ſiue ſerui remigãtes. Et de Arubolo Rege Barbarorum, qui deuicit Romanos, legitur fuiſſe contentum, quod ante noctem non requieſcebat, de nocte ſurgere ſolitus erat, & in crepuſculo ad cœnam vacabat: vt ibi Vegetius, qui narrat de aliis, quem vide.

Et in geſtis Romanorum legitur, quod Cæſar erat minimi cibi atque vulgaris, & tantum veſcebatur loco & tempore, quo ſtomachus deſiderabat.

Dauid etiam concupitam aquam effudit. 2. *Reg.* 23. *&* 41. *diſt. c. deliciæ.*

Et Alexander, qui cum in aquoſam terram & inuiam potum inuenire minime poterat, ſiti laborabat, cum ſuo exercitu fugiens aquã inuentam à Cohino milite, inaurata galea oblatam, volenti plus Regi, quam ſibi etiam ſitienti conſulere, effudit, ne bibente coram, alii magis ſitirent: laudauit tamen, & remunerauit militis beneuolentiam.

Ex quibus patet, quod antiqui Principes nõ quærebant lauta vel pretioſa alimẽta, nec

Digitized by Google

epulis, vel commeſſationibus vacabant. 44. *diſt. ca. comeſſationes.* §. 1. *de conſec. diſtin.* 5. *c. ne tales.* 16. *diſtin. per totum.* & 35. *diſtin.* §. 6.

Et de continentia à cupiditate auaritiæ ipſa etiam viguit in Principibus ex qua laudati fuerunt. vnde narrat Valerius *lib.* 3. Cum Scipio accuſaretur apud ſen. Ro. de pecunia, reſpondit: cum totam Africam veſtræ poteſtati ſubiicerem, nihil ex ea quod meum diceretur præter cognomen retuli. Et iterum addidit, non me Punicæ, id eſt, Africanæ, nec fratrem meum Aſiaticæ gazæ auarum reddiderunt.

Narrat etiam Valerius *lib.* 4. de prædicta continentia Principum, vbi ait de Marco Curio, qui fuit norma frugalitatis. Cum enim legati Sannenſium veniſſent ad eum in agreſti ſcammo aſſiſtentem foco, atque in catino cœnantem, & magnum pondus auri attuliſſent, & benignis verbis inuitaſſent vt auro vti vellet: Vultum riſui diſſoluit, dicens: *Superuacue enim ne dicam inepte, aurum obtuliſtis: dicite Samnitibus, Marcum Curium malle locupletibus imperare, quam ipſum fieri locupletem. Atque iſtud, vt precioſum, ita malo hominum excogitatum munus refertote, & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe.* Hæc ille. Et ibi ponit alia de eo, & de Fabrico Lucinio, & de pluribus, quos vide. Sed multum facit quod dicit Tul. *lib.* 2. *offic.* Nullum vitium deterius auaritia, præſertim in Principibus Rempublicam gubernantibus, vt refert Lucas de Penn. *in l. profeſſos. C. de muneribus patrimoniorum. lib.* 11.

DVodecima conſideratio. Principes laudantur ex fortitudine, quæ eſt vna ex quatuor virtutibus cardinalibus habẽs in ſe donum fortitudinis & præcepta, vt reſiſtatur hoſtibus, vt formido ſit, habet plures partes potentiales, de quibus habetur ample *in leg. vnica. C. de metropoli. Beruo. libr.* 11. vbi ample ponit de ſeptem virtutibus: quarum tres ſunt Theologicæ, ſcilicet fides, ſpes & charitas: & aliæ quatuor ſunt Cardinales, ſcilicet iuſtitia, prudentia, fortitudo, & temperantia. Et iſtæ ſunt multum in Principe neceſſariæ, & ex his laudantur, & honorantur, vt dixi de aliquibus, & dicam infra. Et tantum hic tetigi & tango ea, quæ faciunt ad laudem, & honorem Principum, cum hic ſit locus de his, quæ concernunt alias virtutes non maxime neceſſarias, licet tamen omnes vtiles videantur. Luc. de Pen. *in d. l. vnica. C. de metropoli Beryto.* Vnum tamen aduertendum eſt, quod latius infra ſuo loco 17 *par.* diſcutietur de huiuſmodi virtute fortitudinis, quæ multum neceſſaria eſt in militibus: & etiam temperantia, quę eſt alia virtus Cardinalis: Ideo aliter hic non inſiſto; & etiam quia ſatis in diſcurſu huius partis tangam ponendo alias laudes & honores principum.

Et de temperantia, quomodo ſit neceſſaria in principe, & non declinet in virtutis exceſſum, id eſt, ad dextram & ſiniſtram, & non per abrupta vitiorum à via virtutis deuiet, optime diſſerit Polycra. *lib.* 4. *c.* 9. vbi dicit, quod iniuriam non admittit. & vide Ægidium *de regimine principum lib.* 2. *de temperantii. cap.* 15. Et de huiuſmodi fortitudine vide Martinum magiſtrum, qui tractatum vnum fecit de fortitudine ſatis amplum, ad quem recurre.

DEcimatertia conſideratio. Etiam principes ex fide, gloriam & honorem conſequuntur. Quoniam nihil eſt, quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe. *l. inter claras. C. de ſum. trin.* & vt ait Tul. *lib.* 1. *offic.* Neque enim vlla res vehementius Rempublicam continet, & eſt fundamentum iuſtitiæ. Quoniam, vbi non eſt ſana fides, ibi non poteſt eſſe iuſtitia. *c. vbi* 24. *q.* 1. & dicit Luc. de Penn. *l quoties. C. de ponder. & auri illat. libr.* 10. quod fides præfertur prudentiæ, & ibi multum ample commendat fidem: & dicit text. *in c. in qualibet.* 23. *queſt.* 8. quod Rempublicam magis quam ſudores corporales gubernat, vt dicit Luc. de Penna *in l. probatorias. C. de diuerſis offic. lib.* 12. vbi ponit multiplices effectus fidei. Fran. vero Patricius *in lib. de Regno & Regni inſtitutione, lib.* 8. *tit.* 20. in principio dicit, quod fides in principe tanto ſplendore fulget, vt ſine ea omnes Regum ac principum virtutes obſcuriores fiant:

ant: Ab ea ſingulæ ſic lumen accipiunt, vt à ſole luna, ſydera ac ſtellæ omnes. Vnde, vt dicit, prudentia, ſine fide, vana ac mendax eſſet, & vaſta quædam verſutaque calliditas, temperantia triſtis ac verecunda. Quid laudis famæ aut gloriæ princeps habere poteſt, qui vanus mendax aut infidus eſt? quid turpius aut grauius, quam fidem fallere, promiſſa non præſtare, conuentisque non manere? Vnde refert de Sexto Pompeio, quod cum cœnantibus in naui apud Puteolos Antonio & Octauio, apud Sextum Pompeium Magni Pompeii filium, qui tunc conciliari ſocietatē iniuerant, Menodorus Pompeianæ claſſis præfectus, per internuncium Pompeio ſignificauit, tunc tempeſtiuum eſſe, parentis ac fratris iniurias vlciſci: quod ſi occaſionem ſumere vellet, ſe operam daturum, vt è naui bus euadat nemo. Cui Pompeius, *refer*, inquit, *Menodoro ſine me id facere licere, qui iam peierare conſueuit: mihi autem nefas eſſet, qui fidem fallere neſcio*. quæ quidem vox & decora fuit, Magni Pompeii filio digna.

Parmenoni quoque ſuadenti quidpiam Alexandro, quod præter fidem ac decorem eſſet, reſpondit: *Facerem id quidem ſi Parmeno eſſem, verum Alexandro neutiquam licet*. nec id iniuria dicebat Alexander. Nouerat enim vir animi tam excelſi, qui ſibi orbem terrarum polliceretur, nihil eſſe poſſe, quod magis gloriam ſuam obſcuriorem redderet, quā ſi promiſſam fidē aliqua ex parte falleret. hæc Patricius ibi: Et ibi ponit de fide Romanorum, & de infidelitate aliquorum, quem vide. Textor etiam *in ſua officina* ponit fideliſſimos. & ibi ponit paucos: ſuo loco inter alios ponit Attilium Regulum, qui maluit ad ſuppliciū redire, quam datam Carthaginēſibus fidem violare. De quo etiam Benedicti *in dicta ſua repet. cap. Raynut. in verb. teſtamentum*. 3. *num*. 18. *de teſtament*. de quo etiam *in leg. poſtliminii ius. in* §. *captiuus. ff. de capti. & poſtlim. reuerſ*. & etiam Silius, lib. 6.

Serannus clarum nomen tua regia proles,
Qui longum ſemper fama gliſcente per æuum,
Infidis ſeruare fidem memorabere Pœnis.

Et non eſt mirandum, ſi Textor ponat paucos fideliſſimos: quoniam hæc virtus eſt valde chara & valde rara. vnde *Prouerb*. 12. *Virum fidelem quis inueniet*? & 1. *ad Corinth*. 4. hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, quæritur, inquam, & vix inuenitur. Tempore enim Chriſti inter duodecim Apoſtolos inuentus eſt vnus infidelis & alii fideles fuerunt: hodie vero duodecim, & plus inueniuntur infideles; quam inuenitur vnus fidelis. Huic virtuti committit dominus bonorū ſuorum diſpenſationem, *Matth*. 24. *Quis putas, eſt fidelis ſeruus, & prudens*: Et huic virtuti dat Deus gloriam ſuam, *Matth*. 25. *Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, intra in gaudium domini tui*. Et etiam huic virtuti dat Deus augmentum gratiæ, *Luca* 19. *Euge ſerue bone & fidelis; quia in modico fuiſti fidelis, eris ſuper decem ciuitates*. Inſequendo ſtylum Textoris, propter paucitatem talium, pauca dicam.

Et talis fides, maxime in Principibus eſt ſeruanda, quando eſt cum iuramento, prout ſeruauit Alexander (contra tamen eius velle) prout narrat Valerius. Qui cum iret ad diſſipandam ciuitatem nomine Lampſacum, obuiam habuit Anaximenem, præceptorem ſuum: quod verens Alexander, quod pro ciuitate eum interpellaret, iuramento præuenit, dicens ſe non facturum quod petiiſſet: quod videns Anaximenes poſtulauit, vt prælibatam ciuitatem deſtrueret. Quod audiens Alexander ſuę paci reliquit: quod hodie non faciunt principes. Sed quia meæ intentionis eſt ponere laudes illorum, & non malefacta nec vitia, videatur de hoc G. Bened. *in ſua repetit. c. Raynut. in verb. teſtamentum*. 3. *num*. 42. & 43. *de teſtam*.

DEcimaquarta conſideratio. Ex tribus virtutibus fuit laudatus, & adhuc apud omnes laudatur Principatus Romanorum: ex quibus etiam omnia comprehendi poſſunt, ex quibus Principes poſſunt laudari, quæ ſunt ſcilicet ſincerus amor pro patria, traditio legum ſanctiſſima, & morum beneuolentia. Nam, vt ait Aug. 3. *lib. de ciuitate Dei*. plures cauſæ, ex quibus Romani claruerunt, primitus & ex eis tanquam mercedem con-

dignam dominium meruerunt. Hinc [illegible]itur 28.*q.1.§.ex his*.Romani virtutibus promeruerunt Imperium: ſed inter illas poſt ſupradictas, quas declarauimus, tantum ponemus tres, quæ multas ex prædictis comprehendunt,quę omnia faciebant ad honorem,laudem, & gloriam conſequendam.

Quantum ad primum, patet ex exemplis Romanorum. Quoniam tota eorum intentio erat in regimine ipſorum, & adminiſtratione dominii,ad conſeruandam Rempublicam, vt eiuſdem conſulerent præfectibus. Vnde Auguſtinus *de ciuitate Dei, d. lib.5. cap. 6. & 7.* inducens verba Saluſtii de bello Catilinæ, ſententiam Catonis in dicto libro contentam de virtutibus Romanorum veterum attulit: vnde Reſpublica diuina prouidentia facta eſt magna, dicens: Nolite, inquit Cato, maiores noſtros armis Rempublicam magnam feciſſe: ſi ita quidē eſſet, multo pulcherrimā nos haberemus, quippe ſociorum atque ciuium, præterea armorum, & equorum maior copia eſt nobis,quam ipſis: ſed alia ſunt, quæ viros magnos fecerunt,quæ nobis nulla ſunt: domi induſtria, foris iuſtum imperium, animus in conſulendo liber, nec delicto, nec libidini obnoxius. Pro his, non habemus luxuriam, & auaritiam publice: egeſtatem, opulentiam, laudamus diuitias: ſequimur inertiam, inter bonos & malos nullum diſcrimen: omnia virtutis præmia ambitio poſſidet, vt ærarium eſſet locuples; res priuatæ egebant, nunc econtra.

Et hinc ſyncerus amor pro Republica fuit apud Romanos, quod Romani pauperes erant in rebus priuatis,vt vtilitati publicę conſuleretur, vt narrat idem Auguſt. *d.5.lib. c.*18. de Lucio Valerio defuncto in ſuo conſulatu, qui adeo pauper fuit, vt nummis à populo collectis eius ſepultura curaretur.

Conſimile narrat Vegetius *de re militari.* de Attilio Regulo, qui cum ſummis rebus præfuiſſet, adeo pauper fuit,vt coniugem,liberoſque in agello collocarit,qui ab vno villico colebatur.

Item ſuos non patiebantur filios præfici, niſi poſſent proficere: vt legitur de Ælio,qui noluit, quod filius ſuus eligeretur Imperator poſt eum,dicendo, principatum deberi meritis, & non ſanguini: prout nec etiam fecit Moyſes, quod facere potuiſſet. *c. Moyſes* 8. *quæſt.*1.

Vtilitatem & ſalutem Reipublicæ propriæ vitæ præponebant, prout narrat Aurelius Auguſt. *lib.1.de ciuitate Dei,cap.*15. & Tull. *de officiis.lib.*1. *&* 3. Quod cum Marcus Regulus eſſet ductus à Carthaginenſibus, & miſſus Romam ſub iuramento redeundi, pro commutatione captiuorum: Ille Romā veniens,in ſenatum venit,& captiuos reddi,vel commutari negauit eſſe vtile: quod adoleſcentes,& boni Duces, ipſe autem ſenectute confectus. Et cum retineretur à propinquis, & amicis, redire maluit,magis quam hoſti fidem datam frangere.Nam ſecundum Auguſtin. fides quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt.24.*q.*2.*can.noli.*Quod quomodo intelligatur, notatur ibi, & *in clem. Romani.§. porro.de iureiuran.* & per Alexan.*in l.*1.*ff.de dolo.* Nam graue eſt fidem fallere.*l.*1.*ff.de conſt.pecunia.*Narrat etiam idem Auguſt.*lib.*18.*de ciuitate Dei, c.*18.& Tull. *in lib.de Senect.* de Theodoro Rege Athenienſi: Cum enim inſtaret bellum inter Athenienſes,& Pelopon.& accepiſſent in reſponſis, & illi eſſent victores, quorum Dux occideretur,hoc audiēs Theodorus, in habitu pauperis tranſiuit ad hoſtes, ſeque obiecit eis, necem per iurgium prouocando.Maluit enim mori dum vincerent ſui, quam viuere ſub ſuperatis. Seruauit autem iſte Theodorus verbum Domini, ſed non propter Deū. Maiorē charitatem nemo habet,quā vt ponat animā ſuam pro amicis ſuis. *Ioan.*15.*& Ioan.*3. Ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus noſtris animam noſtrā ponere,& 1. *Macchab.*9. Moriamur in virtute propter fratres noſtros. Sed qualiter hoc intelligatur,habetur *6. quæſtio.*1. *§.hoc tunc.*De hoc etiam *de pœn.d.*2.*c.qui vult facere.& c.ſi quis tanquam.*&c,vt ait Tull.*lib.*2.*offic.* Et ſcientia Platonis, fuerunt duo præcepta volentibus proficere reipublicæ, ſeu prodeſſe: vnum, vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quæcunque agant,ad illam referant,obliti commo-

commodorum ſuorum. *ad hoc. 8.q.1.c. ſunt in ecclesia.* Alterum vt totum corpus reipublicæ tueantur, ne dum partem aliquam tueantur, vt quæcunque agant, ad illam referant, obliti commodorum ſuorum, reliquias deſerant. Et ideo Auguſt. *eod. lib.* narrat de Marco Curtio, qui ſe armato equo inſidentem in abruptum terræ hiatum præcipitem dedit, vt peſtilentia ceſſaret ab vrbe. Idem de Marco Regulo, qui conſulendo ſaluti vrbis, à Carthaginenſibus eſt occiſus.

Nec pariter parcebant filiis pro republica, prout narrat Valerius *lib. 5.* & Aug. *lib. 5. de ciuitate Dei, cap.* 18. De Bruto, qui filios cōprehenſos, pro tribunali virgis cædi, & poſt ad palum religatos, ſecuri percuti iuſſit: quia dominationem Tarquinii à ſe expulſam, reducere voluerunt. Exuit enim patrem, vt ageret conſulē: orbatuſq; filiis, quam publicę vindictæ deeſſe maluit. de quo poeta laudator ait:

natosque pater noua bella mouentes,
Ad pœnam pulchra pro libertate locabit.
Infelix, vtcunque ferent ea facta minores.

Sed verſu ſequenti conſolatus eſt infelicem, ſic dicendo:

Vicit amor patriæ laudumq; immēſa cupido.

De qua immenſa cupidine laudis dixi ſupra in princ.

Narrat etiam idem Auguſt. vbi ſupra de Torquato, qui filium nō quia cōtra patriam, ſed etiam pro patria pugnabat: quia tamen contra imperium ſuum, licet viciſſet, occidit, vt plus mali in exemplo contempti imperii, quam gloria occiſi hoſtis eſſet: ſumens in hoc exemplum à Saul Rege, qui Ionathan filium ſuum, qui contra hoſtes ſtrenuiſſime dimicarat; quia contra edictum ſuum fecerat, de non comedendo fauum mellis, cauſa neceſſitatis comedit, etiam ignoranter, & ignorans edictum patris, occidere voluit, niſi populus obſtitiſſet. 1. *Reg.* 14. *c.* 32. *q.* 2. § *Item opponitur. ver. Ionathas.* facit etiam pro hoc 23. *q.* 5. *can. ſi audieris. Deuter.* 16. *c. diſciplina. diſt.* 45. *ibi: Ite, & redite. & Exod.* 32.

Narrat etiam ibi Auguſt. multa alia exempla de laude Romanorum, ratione amoris, quem habebant in Rempublicam. Ex quibus ſic concludit, Talibus, inquit, dominandi poteſtas non datur, niſi ſummi Dei prouidentia, quando res humanas iudicat talibus dominis eſſe dignas, prout & dicendum eſt de quolibet dominio, & Principatu, maxime noſtro, vbi tot miranda Deus Regibus noſtris conceſſit, vt dixi & dicam.

Secunda ratio, ex quo Romani dominia, & principatus habuerunt, fuit traditio legū, ſanctorum per ora Principum diuinitus promulgatarum. *l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus.* 16. *q.* 3. *c. nemo.* ad conſeruandum vnumquemq; in ſua iuſtitia. Vnde, vt dicit Auguſtin. *lib.* 18. *de ciuit. Dei, cap.* 22. quod Deo placuit, orbem terrarum per Romanos debellare, & in vnam ſocietatem Reipublicæ legum perductum, longe lateque parare. Vnde idem Auguſtin. *in 5. lib. cap.* 15. dicit: Quod quia Romani auaritiæ reſtiterunt, conſuluerunt patriæ conſilio ſuo libero, neque delicto ſecundum leges, neque libidini obnoxii, ſed his omnibus artibus, tāquam vera via, niſi ſunt ad honores, imperium, & gloriam: honorati ſunt in omnibus fere gentibus imperii ſui, leges impoſuerunt multis gentibus, hodieque literis, & hiſtoria glorioſi ſunt pene in omnibus. Ex traditione autem legum, & iuſtitiæ adminiſtratione, quanto tempore viguerit Regnum Franciæ, ex Chronicis ſatis dixi ante, & dicam infra, & inter alia Regna mundi, vt dixi, ſemper in eo plus viguit iuſtitia.

Quanta autem iuſtitia viguerit apud Romanos, ſatis apparet in Paulo, Cæſarem appellante, de quo Feſtus Præſes ait: *Cum eſſem Ieroſolymis, adierunt me Principes & ſeniores, poſtulantes aduerſus Paulum damnationem: Ad quos reſpondi, quia non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem, priuſquam is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat, ad abluenda crimina.* vt habetur Act. 25. & *c. ſi in adiutorium.* 10. & in pluribus aliis chronicis, quas longum, & faſtidioſum eſſet recitare, cum iam hæc pars ſit ſatis onerata.

Tertia ratio, propter quam Romani laudem, & gloriam meruerunt: fuit morum beneuolentia in conſeruando amicitiam. Eſt autem, ſecundum Senecam animus hominis

generoſus,

Digitized by Google

generoſus, qui magis ſuauitate verbi, & operis ducitur, quam rigiditate trahatur. Hoc autem fuit proprium Romanis. Præcipua laus in eis erat, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos: & accepta iniuria ignoſcere mallebant, quam perſequi, vt dicit Auguſt. *lib.1. de ciuit. Dei cap.6.* & propter eorum morum ſtrenuitatem, Iudæi confœderati ſunt cum eis, 1. *Macchab.*8. & refert Auguſt. plura exempla de benignitate morum Romanorum, *in d. c.6. ſupra allegato.*

Ex quibus debent etiam aduertere Principes Chriſtiani, quod ſi Romani, qui non verum Deum colebant, ex talibus laudem, & gloriam meruerunt, quod ſi prædicta habeant, quod non ſolum gloriam humanam, quæ ſunt merces Romanorum, vt habetur per Auguſt. *lib. de ciuit. Dei, c.15.* ſed etiam mercedem ſanctorum, quæ alia eſt, habebunt. *eodem lib. c.16.* vt etiam dixi ſupra *in quarta conſideratione.*

DEcimaquinta conſideratio. Reges, & principes, etiam ex lata gente, gloriam conſequuntur, vt habetur 1. *quæſt.4. c. eccleſia.* §. *hic itaque.* Nam gloria Regis in lata gente; quoniam, quanto quis maioribus præeſt, tanto maior ipſe, & honeſtior eſt, *in Auth. de defen. ciuitat.* §. *nos igitur. colum.*3. & quanto maiora quis tractat; tanto maior eſt. *de conſec. diſt.5. c. de his vero.* Hinc etiam Greg. *in moralibus*, & Saluſtius *in Iugurthino*, maximam gloriam in maximo Imperio putauere, vt declarat Lucas de Pen. *in l.2. in 3. colum. C. de dignitat. lib.12.* Et facit quod dicit idem Luc. de Pen. *in l.2. in 2. colum. C. de his qui ſponte mun. publ. lib.12.* & dicit tex. *in Auth. conſtitutio, quæ de dignitat.* §. *volumus.* quod præmium dignitatis eſt habere ſubiectos. & *in* §. *generaliter.* dicit gloſſ. not. nobiliorem propter ſubiectos. & probat hoc Baptiſta Caccialupus *in ſuo conſilio, de præcedentia & præminentia monachorum, & canonicorum regularium, in 18. colum. ver. nec per vos.* vide infra *in 3. conſiderat. ſequen.*

Aduerte tamen, quod Princeps non poteſt eſſe ſine mulctis, vt *in l. omnium. in princ.* & ibi notatur *in verb. inter tot. C. de teſtam.*

DEcimaſexta conſideratio. Honor Regis & Principis in pace ſubditorum conſiſtit; quoniam, vt ait Caſſiodorus *lib.1. epiſtolarum, epiſt.22.* decet apicis regalis curam generaliter cuſtodire concordiam: quoniam ad laudem regnantis trahitur, ſi ab omnibus pax ametur. Quid enim eſt, quod Principem melius prædicet, quam quietus populus, concors, ſanatus, & tota Reſpublica morum honeſtate veſtita? & *lib.2. epiſt.29.* etiam inquit, *Regnantis eſt, gloria ſubditorum, ocioſa tranquillitas*, & *lib.2. epiſt.39.* dicit, Principis opinionem longe lateque diſtentat ſubditorum cuſtodita tranquillitas. & *lib.5. epiſt.29.* Quies ſuauiſſima populi, & diſpoſitio tranquilla Regionum, præconium probatur eſſe regnantium. Anchiſe quoque dicit filio ſuo Æneæ, vt refert Virg. 6. Æneid.

Hæ tibi erunt artes pacique imponere morem.

Et Principes ſemper eam commendare debent, ſecundum quod fecit Federicus Imperator, *in tit. de pace tenenda.* Sed ampliſſime per Bald. *in ſuo commento ſuper tit. de pace conſtantiæ, in gloſſ. fin.* vbi multa iura allegat.

Dicitur tamen communiter, quod ſunt tres bonæ matres, quæ generãt tres peſſimos filios, veritas ſcilicet odium parit, nimia familiaritas contemptum, & pax vitium, ſeu ocium: Ex quo vitium dicitur etiam, quod communitas generat diſcordiam, vt eſt text. *in l. cum pater.* §. *dulciſſimis. in fi. ff. de lega.*3.

De laude pacis ample videatur per Bernardin. de Buſtis *in ſermo.34. ſuæ 2. partis ſui Roſarii.* priuilegia pacis ponit Antonius Corſetus *in tract. ſuo de poteſtate regia:* vbi ponit tractat. particularem de priuilegiis pacis. Eſt autem pax, vt inquit propheta Eſa. 32. *cap.* opus iuſtitiæ, & dicit Bald. *in proœmio Gregoriano, in 3. colum.* quod pax eſt animi tranquillitas naturam ſeruans: & temperantiam non relinquens. ſecundum vero Auguſt. *in lib. de ſermone Domini in monte,* ſic diffinitur: Eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, conſortium charitatis. Hæc ſimultates tollit, bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordias ſedat, inimicos concordat, cunctis eſt pla-

Digitized by Google

eſt placida, neſcit extolli, neſcit inflari. Hanc qui accepit, teneat, qui perdidit, repetat, qui amiſit, acquirat. Sine tamen iuſtitiæ adminiſtratione, pax reſiſtere nequit, vnde *Sapien.18. cap.* In diſponenda concordia, eſt lex iuſtitiæ. Vnde de aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti ſcriptum eſt, *Pſal.61.* Orietur in diebus eius Iuſtitia, & abundabit pax. Ideo dicitur *Pſal. 84.* Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Sex modis cauſatur pax, & ſex cauſæ prohibent eã, per G. le Rouille, *in ſuo compendio iuſtitiæ. cap.25. de pace.* Et remedio pacis reformatur, quod clade bellica turbatum eſt. tex. *in c.1.34. quæſt.* & dicitur: *Odia pax pellit, caſtũ pax nutrit amorem.*

DEcimaſeptima cõſideratio. Etiam Principes temporales huius ſeculi, maiorem gloriam, honorificentiam, & excellentiam apud creatorem habere non poſſunt, quam ſi per eos eccleſiarum diſperſarum poterit ſocietas reſtaurari, tex. *in c. ſicut excellentiam.23. quæſt.4.* & etiam ſcriptum eſt *in c.fi.96.diſt.* Boni Principis eſſe, & religioſi eccleſias contritas atque conciſas reſtaurare: nouasque ædificare. Imo etiam poteſt Rex reparare eccleſias, in negligentiam ſacerdotum ex propriis reditibus eccleſiæ, exemplo Ioiadis Iſraelitæ Regis, qui negligentias videns ſacerdotũ, captis reditibus templi, autoritate ſua ipſum reparari fecit. 4. *Regũ 12. & 22.c. & 2.Paral.24.* Cogere enim & facere reparare eccleſias & religionem exequi, eſt miſti fori, pertinens nedum ad Pontifices, ſed etiam Principes ſeculares, *per tex. in l. hæreditas. in fi. ff. de petit. hæred.* facit *l. ſi in aliquã ædes ſacras. ff. de offic. proconſ.* Vbi hoc ad Principem pertinet, & ſuos maiores officiarios, quales ſunt Conſules, qui apud nos ſunt gubernatores patriarum, & præfecti prætorio, id eſt, præſidentes in Parlamento, principem repræſentãtes. Præterea dicit tex. *in c.1. ne ſede vacante.* quod Rex cum proceribus Regni multum poteſt & operatur circa ſtatum eccleſiæ reformandum. Habemus etiam textum apertum *in c. filiis, vel nepotibus. 16. quæſt.8.* vbi Prælatis diſſipantibus bona eccleſiæ audiri poteſt dignitas Regia. Ita dicit, & tenet Benedicti *in ſua rep. c. Rayn. in verb. ſi abſq; liber. moreretur. de fideic. ſubſt. n.34 & 35. de teſtam.*

Ex quibus dictis poteſt ſuſtinere, quod Rex noſter Chriſtianiſſimus potuit facere reformationes monaſteriorum, tã monachorum, quam monialium, in ſuo regno etiam exemptorum, & exemptarum de conſilio, & conſenſu ſuorum prælatorum Regni, etiam abſque autoritate ſummi Pontificis. Fuerunt tamen in huiuſmodi reformationibus multi abuſus, qui non fuerunt de voluntate & ſcientia Chriſtianiſſimi Regis noſtri. Et vtinam eſſet mihi data facultas ſcribendi ea, quæ hic poſſent ſcribi, vt cæteris cederet in exẽplum, ſed diſtinguenda ſunt tempora: Et ſic, vno tempore vna lex eſt bona, quç non eſt alio, vt dicit Bald. *in l. vnica. in princip. C. de cad. toll.* ita vno tempore ſcribenda eſſent aliqua, quæ alio tempore ſcribi non poſſunt. Cum, vt dicit Bald. ibi, ſicut Medicus obſeruat tempora, ita Iuriſperitus; quia vno die dat vnam medicinam, alio die aliam, &c. vide eundem ibi. Sed eccleſiaſtici Iudices, & Prælati deberent aduertere, ne, ſi videant etiam tempus bene diſpoſitum ad faciendum ea, quæ in eorum voluntate habent, diuertant a veritate, & recta proſecutione iurium eorum: & ne ea, quæ facere debẽt per eorum iuriſdictiones ſpirituales, attentent facere per potentiam ſecularem. Quoniam ſi pro varietate temporũ veritas immutetur, inuenta opportunitate reſecanda eſt potius, quam obſeruanda, text. eſt *in c. illa autem. 12. diſtinct.*

DEcimaoctaua cõſideratio. Principes & Reges laudãtur ex pulchritudine. cum, vt ait Strabo, *de ſitu orbis, lib.15.* Indi, qui Catheam incolunt adeo pulchritudinem excoluerunt, vt Regem eligerent, qui forma præ cęteris præſtaret, & cæterorum eſſet pulcherrimus. Et idem Strab. *lib.17.* ſcribit, Æthiopes Regem conſtituere ſolitos, qui forma eleganti cæteros excelleret. Et hoc imitantes naturam, quæ Apes etiam docuit Reges ſibi deligere inſignis formæ, diſſimiliſque cæteris, tum magnitudine, tum nitore, vt teſtis eſt Plin. *lib. naturalis hiſtor.11. cap.21. in fin.* & Columella *lib.9. cap.10.* Etiam Baſilius Magnus *in Exameron* 8. vbi de apibus loquens, à natura, inquit, principatum omniũ obtinet magnitudi-

Digitized by Google

gnitudine, forma, manſuetudine, cæteris omnibus antecellens. Et, vt dicit Cæpolla *in tract. de Imp. militum eligendo. char. pe. in 10. concl.* in dubio eligendus eſt pulchrior in Imperatorem exercitus, & dixi infra *in 9. part. 17. conſider.* Neq; immerito, quoniam pleriſq; gentibus in corporum maieſtate, & dignitate veneratio eſt, & reuerentia, magnorumq; operum nõ alios capaces putant, quam quos ſpecie eximia & egregia donare natura dignata eſt: vt ſcribit Curt. *lib. 5.* Et Proculus Lycius philoſ. *in cõment. quos in Alcib. Platonis de anima, & dæmone ſcripſit*: Ita pulchritudinem æſtimauit, & tanti fecit, vt iuſtitię anteferret. & multis comprobat, omne pulchrum à natura eſſe bonum: omne vero turpe, malum. Conſtat enim pulchrũ eſſe amabile ſua natura, quandoquidem, & extrema pulchritudo diuinæ pulchritudinis imaginem ferens, eſt amabilis, primoque aſpectu animos ad ſe mouet. Et pulchrũ dicitur, ſiue quia prouocat animos, ſiue quia permulcet intuentes, certe ſecundũ naturam eſt amabile. Quapropter, & amor ad pulchrum dicitur amãtem ducere. Quicquid autẽ eſt amabile, eſt appetibile. Omne vero appetibile, eſt & bonum, ſiue reuera bonum, ſiue apparens, & conſequenter, omne pulchrum bonum. Item omne pulchrũ precioſum, vt inquit Maximus Titius Platonicus. *ſer. 11.* vbi etiam dicit, quod pulchrum eſt, id neque exitioſum vnquam, neq; lubricum, neque flagitium aliquod efficit, neque quenquam ad infortunium ducit, aut ad calamitatem deducit, neque in pœnitentiam deſinit, & ſi amabile ſit, pulchrum eſſe oportet. Et ſubiungit: *Et ſi vnquam pulchrum verſatur in terra, non alibi magis id, quam in homine pulcherrimo intelligentiſſimoq; cunctorum terreſtrium corporum, participeque animi ipſius pulchru affinis cernere licet.*

Et in vniuerſum Platonici omnes diffiniunt pulchritudinem eſſe gratiam quandam viuacem & ſpiritualem Dei radio illuſtrante, angelo primum infuſam, inde, & animus hominum corporumque figuris, & vocibus. Quæ per rationem, viſum, auditum animos noſtros mouet atque delectat, delectando rapit, rapiendo ardenti inflammat honore. Decor enim corporis, confert ad felicitatem in hoc mundo ſecundum Bald. *in proœm. ff. in verb. Flauius, in add.* Et tantum exiſtimatur pulchritudo, quod ſi iuuenis formoſus nubat mulieri nobili, & diuiti, ſed tamen rugoſæ, aut alias turpi, licet ſit pauper, & inops, non dicitur mulier nubere indigno, cum mulieris nobilitas, & diuitiarum copia, cum forma viri compenſari debeant, per notata in ſimili per Bald. *in c. ſuper eo, le ſecond. de teſtib.* dixi infra *in 11. par.* Apuleius quoque *lib. 2. de magia*, ait etiam Virginem formoſam, & ſi ſit oppido pauper, abunde tamen eſſe dotatam. Affert enim ad maritum nouam animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. vnde Ouid. conſonat: *Dos eſt ſua forma puellis.* hæc Cælius *lib. antiq. lect. 13. cap. 7.*

DEcimanona conſideratio. Docet Bald. *in cap. intellecto. col. fin. de iureiur.* quod honos Regis augetur per dignitates ſubditorum, & fit ſtatus Regis magis potens, & magis honorabilis, & timendus. facit text. *in Authent. conſti. quæ de dignitat. §, generaliter autem. coll. 6.* dixi ſupra *in 3. conſi. præcedent.* & infra *in conſid. vt in c. videtur quod Rex Hiſpaniæ, quæ eſt 37.* Maxime ad decus Regis, & Regni ſpectat, plures habere vaſallos & fideles, qui ei perſonaliter ſeruiant, potius quam reditus feudorum manu ſua percipere, & militibus conductitiis erogare: quorum non par eſt fidelitas nobilium vaſallorum fidelitati, quia vt plurimum, qui pecunia redimuntur, in neceſſitate deficiunt. Vnde cum Alexãder Magnus tali mercato vteretur, & multos pecunia, & donis ſibi acquireret ſubditos, fuit à Philippo eius patre de hoc increpatus in ſcriptis, vt refert Valer. *lib. 7. tit. de ſapienter dictis & factis.* vbi inquit, quam probabilis epiſt. qua Alex. quarundã beneuolentiam, & ſeruitiũ largitione ad ſe attrahere conatus ſit, increpauit: Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam ſpẽ induxit, vt eos fideles tibi futuros exiſtimares, quos pecunia ad amorem tuum cõpuliſſes? A charitate iſtud probatur, ſcilic. amor & beneuolẽtia, quę inter Principẽ, & vaſallos ſuos conſiſtit ratione feudi, & fidelitatis, & non

quod

quod pecunia redimatur, qua ceſſante, amor eſſe deſiſteret, vt dicit G. Benedicti *in ſua repet. c. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. in materia ſucceſſionis ab inteſt. num.* 859. Hinc dicit Bald. *in d. §. generaliter*, quod Principi licitum eſt infeudare Ducatus & Comitatus ſuis ſubiectis, vt eidem auxilium præſtent contra hoſtes: dummodo non infeudet vltra modum conſuetum aliorum Regum. Alienare tamen nõ poteſt, nec iura Regni, nec ea, quæ contendunt contra honorẽ Coronę, alias ea attentare dicitur vnum pecus, vt dicit ibi Baldus, qui pacificat iura regni, & honorem Coronæ, quod dicit eſſe menti tenendum. Et hoc caſu, ſi alienatio ſit contra honorem Coronæ, aut in perniciem Reip. quoniam, vt inquit; quia facta hoſti, non tenet; imo nec iuramentum in talibus eſt ſeruandum, notatur *in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.* quoniam in malis promiſſionibus, fidem non ſeruabis. vt dicit Præpoſitus *in c. ius militare. 1. colum. 1. diſt.* dom. meus Iaſ. *l. 1. in princ. ff. de iureiur.* & Archid. *in c. volens. 22. quæſt. 2.* Et facit in terminis talium alienationum. text. *in d. cap. intellecto*, qui dicit, alienationem factam per Regem contra honorem Coronæ, & contra primum iuramentum factum in ſua coronatione, etiam cum iuramento non tenet, nec valet. Faciunt quæ dicta ſunt ſupra *in prima parte, in 44. concluſ. ver. in oppoſitum. vſque ad fin.*

Hinc non indecenti ordine tractari poſſet dubium; An valuerit alienatio facta per Regem noſtrum Franciſcum, ſeu dominam Ludouicam de Sabaudia eius matrem, de Ducatu Burgund. & Comitatu Flandriæ? Qui licet ſint de corona Regni, & de paritate Franciæ, tamen ita tractauerant cum Carolo Auſtriaco in Imperatorem electo, quod eos in totum abdicabant à corona, etiam nullo iure ſuperioritatis reſeruato. Quod, an fieri potuerit, videtur, quod non, ex deductis per Guillielm. Benedicti *in ſua ſolenni repet. cap. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. in ſecunda deciſ. num.* 466. vbi fit mentio de tractat. de Bertignaco, etiam *in verb. in eodem teſtamento relinquens, 1. num.* 131. *extra de teſtamen.* & per Ioan. Igneum *in ſua repet. l. donationes. C. de donat.* Et forte alibi ſparſim dicam, cum temporis opportunitas nũc non patiatur, ſemeſtreque opus ex hac re compilari poſſet.

Vigeſima conſideratio. Ex ſeueritate laudantur Principes, & honorantur; quoniam ſecundum Tull. 2. *Rhetoricorum*; Seueritas eſt, per quam iudiciaria poteſtas, vel vindicta, in aliquem diſtrictius exercetur. Hæc perutilis eſt Reipublicæ. Nam bene operans nulli parcit. 8. *Politic.* vt dicit Tullius 1. *Officior.* Ita probanda eſt manſuetudo atque clementia, vt adhibeatur cauſæ ſeueritas, ſine qua ciuitas adminiſtrari non poteſt. Nam maioris interdum eſt roboris, delictorum iniquitas, quam legum æquitas, vt *in Auth. vt non fiant pignoratio. in princ. colum. 5.* Tãta eſt etiam in Republica de morum varietate diuerſitas, vt nemo valeat leges defendere, niſi terror videatur aliqua temperare, dicit Caſſiod. 12. *variarum epiſtola. 3.* & Auguſtin. 23. *quæſt. 5. can. prodeſt. in princ.* Miniſterio ſeueritatis quies noſtra adiuuatur. Ex quibus dicitur, quod ad reparationem Reipublicæ conquaſſatæ expedit potius ſeueritas, quam remiſſio. Quoniam ex ſeueritate ſolus offenditur, qui punitur, ex remiſſione offenditur Lex, Rex & Grex, imo omnis res. Per lenitatem Rex cõtemnitur, lex deſpicitur, & grex inficitur: Et per grauitatem & ſeueritatem Rex honoratur, lex ſaluatur, grex ſeruatur. Ita dicit Lucas de Penna *in l. fi. C. de his, qui ex publica collatione illata ſunt non vſurpan. lib.* 10.

Vigeſimaprima conſideratio. Glorioſum eſt optimo Principi habere rationem ſtudiorum, & in ſuis vrbibus conſtituere gymnaſia literaria, ac aſylum (vt ita dicam vtendo verbis Beroaldi, *in ſuo tractatu de felicitate*) doctrinarũ patefacere, quo agminatim vndique conueniant multigenæ eruditionis candidati: quibus curæ eſt linguam eloquio, animum diſciplinis excolere. Hoc nimirum beneficentiſſimi Principis beneficium ampliſſimum eſt ac laudabile inſtitutum, honorem habere dicendi magiſtris, dignitatem emolumentaq; ſapientiæ doctoribus impartiri. Eſt enim, vt inquit eleganter Symmachus, hoc ſpecimen florentis Reipublicæ, vt diſcipli-

Digitized by Google

diſciplinarum proceſſoribus pręmia opulenta pendantur. Hinc Traianum omnes ſcriptores merito laudant, quod igenuas artes earumque proceſſores in complexu, oculis & auribus habuerit, quod ſtudia humanitatis profeſſi apud eum fauorabiles extiterint, denique, quod ſub ipſo ſpiritum & ſanguinem, & patriam ſtudia receperint. Quoniam vero ſunt ſtudia neceſſaria, ponit Iodocus Chlictoueus *in ſuo antiluthero. lib. 2. cap. 29. & 30.* vbi inuehit contra Lutherum ſtudia, & gymnaſia reprobantem.

VIgeſimaſecunda conſideratio. Honorantur in hoc Principes; quia coronantur maxime Reges, quibus datur corona pro gloria, ſeu victoria gloriæ, notatur *in l. 1. C. de Athletis, lib.* 10. Nec debet Rex ſe ſine diademate, id eſt, corona aurea regem nominare. not. Luc. de Pen. *in l. vnic. C. de reis poſtul. lib.* 10. vbi dicit, quod diadema, ſiue corona non tribuit regnum, ſed eſt ſignum honoris, & deſignat plenitudinem Imperii, non tamen tribuit imperium. Et corona Regum, quæ olim erat in vſu, erat magni ponderis, puta vnius: alteri ex auro, & gemmis precioſiſſimis, & vocabatur diadema. 2. *Reg.* 12. *inc. fin.* tulit Dauid diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentum habens & gemmas precioſiſſimas, & impoſitum erat ſuper Dauid. & idem *Paralip.* 20. Et hanc coronã auream portabant etiam reginę. *Eſter* 7. coronam auream portans in capite. Et vt infra dicam, Reges Francię, & reginæ Francię coronis aureis coronantur gemmis precioſiſſimis ornatis, inter quas debent eſſe duodecim lapides precioſi. Et aurea eſſe debet corona Regis, vt ſicut aurum precioſius & grauius, & ſplendidius cæteris metallis eſt, quæ omnia ex terra ſumuntur; ſic rex grauitate morum, ſplendore vitæ ac precioſitate intellectus cũctos homines tenetur excellere: neq; enim eſt Rex, qui non per ſe ſufficiens eſt, ac omnibus ſuperexcellens, 8. *Ethic.* ex quo ergo infertur, quod corona ſolum Regi virtuoſo debetur. *l. fin. C. de ſtatuis, & imag. l. 1. C. de Metrop. Beryto. lib.* 11.

Et ad huius ſignificationem & demonſtrationem, quod vltra alias margaritas, & lapides precioſos, qui in corona ponuntur, debent apponi 12. lapides precioſi.

Primo enim in ſummitate ipſius diadematis debet poni Sardius rubræ terræ ſpeciem habens, quo monetur aliis ſublimior eſſe in ratione loci, quo ponitur, id eſt, in regio ſolio præcipuæ dignitatis, ſui tamen terreſtreitatem agnoſcere, cum terræ ſit filius Adam, & ad terram iturus.

Alii vero lapides ſuis locis collocantur, ſecundum ordinem, ſcilicet primo Topazius lapis nimium precioſus, qui omnium colores lapidum in ſe habet: quo moneri debet princeps ſeu rex omnes in ſe habere virtutes. Reges enim illi ſolum dici merentur, qui ſe & alios virtutum plenitudine regunt. 12. *q.* 1. *c. duo ſunt.*

Deinde Smaragdus, qui precioſiſſimus lapis eſt, adeo virens, vt omnium herbarum virorẽ ſuperet, & facies aſpicientium reddat virides: per quem deſignatur vera iuſtitia, qui ſemper in eo debet eſſe virentior, ſicut Chriſtus iuxta *Malach.* 4. *Vobis timẽtibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ.* vt interim vireat, quod etiam aſpicientes ſibi ſubditos potiſſime magiſtratus faciat eſſe iuſtos. Hæc virtus in Regibus debet eſſe præcipue, quoniam ſecundum Ariſtot. & Alexand. Iuſtitia regnantis vtilior eſt ſubiectis, quam fertilitas temporis: dixi ſupra *in* 5. *conſider. huius* 5. *part.* & de mala iuſtitia Regis quomodo noceat, vide ibi, & per Lucam de Pen. *in leg. iudices. C. de dignit. lib.* 12. & de Smaragdo habetur *in l. pediculis. § pen. ff. de auro & arg. leg.*

Iaſpis etiam in corona Regis debet apponi, & eſt coloris viridis, ſed terreſtris: & licet ſit parum precioſus; tamen deſignat in principe, quod debet procurare pabula ſubditis, quæ à terra proueniunt, & per viriditatem ipſius deſignantur, famemque repellat.

Chryſopraſus, qui aurei & viridis eſt coloris, hoc monetur ſapiẽtiæ intẽdere, quæ deſignatur auro, & viriditate Catholicæ fidei ad cœleſtem patriam aſpirare.

Calcedonius, qui fortiſſimus eſt natura, quam-

quamuis modicum precioſus, hoc inſtruitur, vt in obſeruatione iuſtitiæ ac totius regiminis ſit fortiſſimus: ne frangatur in aduerſis, ne erigatur in proſperis. Habet enim ipſe lapis in colore ſimilitudinem lucernæ pallentis, quo monetur, vt anima eius ſit referta prudentia, & vitæ ſanctitate conſpicua, vt ſicuti lucerna lucens in obſcuro lumen aliis præbet, ſic Rex in conſilio, quod in obſcuro, id eſt, in ſecreto, agendum eſt ſibi aſſiſtentes illuminare tenetur. In hoc monetur, vt ſit fortis per ſubſtantiam, prudens per colorem. Nam prudentia latet in anima prius, quam in corpore exterius exerceatur.

Hyacinthus eſt, qui ſimilis eſt aquæ, ſolis radio perfuſæ, quo monetur per aquam, vt in cunctis temperatus incedat: per ſolis radios, vt diuinis illuminatus effulgeat: & ſic hic lapis monet principem, ſeu Regem debere eſſe temperatum, & habere debere temperantiam, quæ eſt vna ex quatuor virtutibus cardinalibus, de qua habetur *in l. vnica. Cod. de metropoli Beryto lib.* 11.

Amethyſtus, hic tribus coloribus purpureo, violaceo, & roſeo decoratur: Hoc monetur per purpuram, vt onus Regiæ dignitatis attendat, poſtquam ſoli ſibi purpuræ prærogatiuam vendicauit. *l. temperent. Cod. de veſtibus oloberis, libr.* 12. per violam, quæ herba eſt ſatis humilis, pulcherrimum tamen florem, & iucundum odorem exhibens: Hoc inſtruitur, vt florem morum Regalium odoremque famæ, ſeu vitæ laudabilis indeſinenter oſtendat. Per roſeum ſuadetur, quod tanta charitate flammeſcat: vt vſque ad effuſionem ſanguinis pro iuſtitia, & turba ſeu populo, & ſuis fidelibus non lenteſcat.

Beryllus, hic viridem & pallentem colorem habet, quo dirigetur æternorum contemplationi inhærere: vt ita curam ſubiectorum habeat: quod plerunq; nimia laborum ſolicitudine redeat cum expediens fuerit, ad pallorem,

Chryſolithus, qui velut aurum fulget, quaſdam fere ſcintillas ardentes emittens: Hoc monetur luce ſapientiæ refulgere ſuaſq; virtutes atq; ſententias cum verbo exhortationis, & exemplo actionis in ſubiectos effundere, & in cunctis bonis operibus omnes ſibi ſubditos præſertim magiſtratus ſimiles ſui facere. Nam facilius eſt (ſi dici fas eſt) errare naturam, quam principem ſui diſſimilẽ formare poſſe Rempublicam, dicit Caſſiodorus *in variarum Epiſt.* 12.

De Chryſolitho, Smaragdo & Amethyſto habetur *ff. de auro & argen. leg. l. & ſi non ſunt. § prouenimus.*

Sardonyx, compoſitus ex ſardio & onyce, cuius precioſior ſubtus eſt niger, medio rubicundus, ſuperius candidus, & ita ſardonyx appellatur *in l. fin. § ſpecies. ff. de publican.* Vel alias ſardonica dicitur, vt habetur *in leg. diuus Adrianus. ff. de bonis damnat.* Hoc docetur rex, vt per humilitatem ſit niger, id eſt, terræ ſimilis, vel humilis per candores, id eſt, per virtutes irradietur: per ruborem inflammetur, vt ſi neceſſe fuerit charitatis officio pro iuſtitiæ debito ſanguinem quoque fundat.

Sapphirus, de quo habetur, & de aliquib. ex ſupradictis *in l. fin. § Diui quoque Marcus. & Commodus. ver. ſpecies. ff. de publicanis.* vltimo loco vocandus eſt. Qui licet non ſit multum precioſus, in miniſterio tamen eſt valde præclarus. Hic colorem habet aereum aliis lapidibus in nullo participans; hic dicitur gerentem reddere caſtum, ad quod reges debent nimium anhelare, nõ ſe libidinis ventilabro volutare; vnde plerũq; ſequitur offenſa Dei, & decurtatio vitæ. Eius colore monetur ſic ſe regimine implicare, vt poſtquã ſe populo in cũctis, iuxta ſibi debitũ ex hibet, cœleſtia nihilominus mẽte petat. Iuxta Apoſtolũ dicentem: *Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.* Exemplo Moyſis, qui poſt ſui debitum, quod populo temporaliter exhibebat, ingreſſus tabernaculum, diuinæ contemplationi vacabat, *extra de renunc. cap. niſi. §. nec putes. prope fin.* Hæc omnia dicit Lucas de Penna *in rubr. de auro coronario. lib.* 10. C. vbi ſic ponit prædictos 12 lapides eo modo, vt dictum eſt.

Sed

Sed de Sapphiro, & eius natura, & quid donotet, dicam latius infra *iſta part. in* 31. *conſi.de rege Franciæ.*

Aduerte; Quia etiam in veteri Teſtamento rationale ſummi ſacerdotis Iſrael 12. lapides precioſos, quatuor diſtinctis ordinibus ſignificat, quod Pontifex, cuius exemplo eſſet rex, quatuor principales debet habere virtutes, ſcilicet iuſtitiam, fortitudinem, prudẽtiam, & temperantiam: in ſingulis autem ordinibus habebat tres lapides ſignificãs, quod Pontifex in primo debet habere fidem, ſpem & charitatem. In ſecundo modeſtiam, manſuetudinem, & benignitatem. In tertio pacem, miſericordiam, & largitatem. In quarto vigilantiam, ſolicitudinem, & longanimitatem. Per lapides enim precioſos figurantur virtutes, iuxta illud: *Alii ædificant aurum & argentum, & lapides precioſos.* Ita notat Archid. *in c.qui Eccleſiaſticis.* 36.*diſt.* & videatur Exod. 28. vbi dicitur: *In rationali ſummi ſacerdotis erunt quatuor ordines. In primo verſu erit lapis ſardius, topazius, & ſmaragdus. In ſecundo carbunculus, ſapphirus, & iaſpis. In tertio ligurius, achates, & amethyſtus. In quarto chryſolithus, onychinus & beryllus. Incluſi erunt auro per ordines ſuos, habebuntque nomina filiorum Iſrael duodecim nominibus, &c.* Et de virtutibus ſupradictis, quomodo ex his honorantur reges & principes, ſatis ſupra dixi, maxime de his, ex quibus magis laudantur & honorantur.

Et proprie hæ coronę dicuntur triumphales, & ſunt aureæ, & mittuntur Imperatoribus ob honorem triumphi, vt dixit Textor Niuernen. *in ſua Officina in c. diuerſa corona, & in cap.ſeq.* ſcribit triumphatores, qui de diuerſis regibus & populis triumpharunt de quibus diffuſe ſupra *in 1.par.in* 36.*conſid.*

Et aduerte; Quoniam, vt dicit idem Lucas de Penna *in dict. rubr. C. de auro coronario, lib.* 10. tale diadema regi, cum conſtituitur, imponendum eſt. Nec non & liber legis in manu eius. 2. *Paralip.*23.*cap.* Eduxerunt filium Regis, & impoſuerũt ei diadema, dederuntque in manu eius tenendam legem, & conſtituerunt eum regem, & hoc per ſacerdotes Leuiticæ tribus. *Deuter.*17. & vt inquit Luc. *in loco ante alleg.* Rex in coronatione prius examinatur, demum inungitur, benedicitur, conſecratur & coronatur. text. *in cap. venerabilem.ibi: eſt enim extra de elect.* & ibi Innocent. & alii.

Per hæc excellentia Regiæ poteſtatis deſcendere à Chriſto ſignificatur, vt ipſe regnet cum Chriſto, & in populo Chriſtiano, vt ait ſanctus Thomas de Aquino *in 3. part. ſua ſummæ, quæſt.*108.*artic.*3. Et ſicut Epiſcopus in capite ac manibus cum vnctione debita conſecratur; ex quo ea, quæ ſpectant ad ſolum ordinem intelligitur conſecutus, vt not. *in cap. pen. extra de conſec. eccleſ. vel altar.* ita & Rex in brachio, vel humero, ſeu armo inungitur, & benedicitur. *c. vnico de ſacra vncti. ver. vnde in veteri.* Et hoc iuſtum eſt, quod ea, quæ ſunt præcipua Regiæ dignitatis, intelligatur ex poteſtate, ſeu conceſſione diuina aſſecutus: & etiam ex hoc cõfertur ſibi gratia, & virtutis augmentum. Nam cor eius ad prudentiam & conſtantiam dilatatur. *c.*1. *de conſecrat. diſtin.* 5. Augetur etiam in eo gratia fortitudinis contra hoſtes extrinſecos puta vitia, *ead.diſtin.c.*2. Ideo inungitur, vt poteſtas in eo plenior ex Dei benedictione deſcendat, iuxta illud *Eſa.* 9. Factus eſt principatus ſuper humerum eius. & *d.verſ.vnde in veteri.* Vnde ratione tantæ dignitatis in eo exiſtentis dici poteſt illud, quod habetur *diſt.* 40. *c. non nos.* Quis enim ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit? in quo ſi deſint bona acquiſita per meritum ſufficiunt quæ à loci prædeceſſore teſtantur. Aut enim claros ad hoc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat. Ideo inquit S.Th. in opuſculo de regimine principum *lib.*2.*in fi.* Omnes reges ſoliciti ad reuerentiam Dei habuerunt felicem exitum: qui autem neglexerunt, fuerũt infelices, de quibus aliquid ante dictum eſt.

Diuerſas coronarum ſpecies deſcribit ipſe Luc. *d. rubr.* quæ olim erant apud Roman. puta athletarum, oleaginea, laurea, graminea, quernea, mirthea, palmea, frondea, hederalis, & populea, & quibus dabantur. De quibus *in* 1. *part. in* 32. *conſid. ver.* 2. *concluſ. eſt,* dixi.

Vige-

Digitized by Google

VIgeſimatertia conſideratio. In ſceptro etiam honoratur rex, quod ſignat iuſtitiam. *c. Conſtantinus. 96. diſtinct. ibi; conferentes ei etiam imperialia ſceptra. & c. Regum.* 23. *q.* 5. vbi dicit text. *in fin.* Ipſis autem Principibus fidem & reuerentiam ſeruari oportet. & *in d. c. Conſtantin.* ſcribunt ſigna, quibus honorantur principes, & per Anton. Corſet. *in tract. ſuo de poteſtate Regia, q.* 31. puta in principatu, dominatione, poteſtate, dignitate, gloria, vigore, honorificentia, & iuriſdictione ſuper inferioribus, in poſſeſſionibus, diuitiis, lata gente diuerſarum Regionum & nationum: in palatio, in diademate, corona, ſceptro, chlamyde purpurea, tunica coccinea, & aliis indumentis, quæ Principem decent, & in diuerſorum ordinum officialibus ſibi ſeruientibus, & alia huiuſmodi. Et quomodo ſceptrum datur Regibus, & ſacerdotibus diſſerit Auguſt. Dathus, *in ſuis orationibus oratione* 38. *lib.* 3. vbi etiã dicit, quod virga datur Principibus.

VIgeſimaquarta conſideratio. Principes in multis vltra alios à iure honorantur & priuilegiantur: Quippe multa iura eis competunt, & ſunt reſeruata in vim regaliæ & ſuperioritatis, quæ aliis non: de quibus & ſingulis poſſent diuerſæ conſiderationes fieri, ſed vt omnia, aut ſaltem maiorem partem priuilegiorum eorundem comprehendere poſſim, iſtam tantum conſiderationem pro his deſcribam Principum priuilegia continentem: maxime Regalia, & quæ principibus competunt ratione excellentiæ dignitatis eorum.

1. Habetur in titulo, *quæ ſint regal. in vſibus feudorum*, quod Principes habent plura iura vltra alia in ſubditos, vt ſunt Armãdiæ, quod exponitur per aliquos, quod eſt ius faciendi fieri arma, vt *in Auth. de armis. coll.* 6. & *C. de fabricenſib. lib.* 11. Vel vt alii volunt, ſunt litora, quæ ſunt publica & regalia, vt dicit Andreas de Iſer. quo ad defenſionẽ, & protectionem, vt prohibeat ibi fieri quicquam ſi vſus litoris & publicus impediatur, *l. litora. ff. de acqu. rer. dom. & §. litora. Inſtit. de rer. diuiſ.*

2. Sunt viæ publicæ de regalibus. vt dicunt tex. *in pr. & Io. de Iſer. in d. tit. quæ ſint regalia*, ideo tenẽtur principes vias publicas tenere tutas, & defendere ab oppreſſionibus. Ex quo cognitio delictorũ commiſſorum in viis publicis ſpectat ad officiarios Regios: cum ipſę viæ publicæ ſint de regalib. & idẽ dicas de portu armorum, vt dixi *in commento noſtro ſuper cõſuetudinibus ducatus Burgun. in rubr. Des iuſtices. circa fin. ver. aduertendum eſt, nu.* 101.

3. Flumina nauigabilia, & quomodo ſcribit *in d. tit.* Io. de Iſer. Et intellige de vectigali fluminum, quod apud nos dicitur pedagium.

4. Portus, id eſt, reditus, ſeu vectigal: portus, hoc eſt, reditus, qui prouenit ex his, quæ in portu vel ex portu vehũtur; quia ſunt publica vectigalia ſtricto modo, i. in patrimonio Regis vel Cæſaris, vel ciuitatis, quando ſunt ciuitatum. *l. inter publica. ff. de verb. & rer. ſign.* Et multæ ciuitates habent iſta ex priuilegio: vtrum autem cum præcedenti præſcribi poſſint contra principem, vide eundem de Iſer. *in d. tit. in verbo, flumina nauigabilia.*

5. Ripatica ſunt de iuribus regalibus, hoc eſt, reditus, & prouentus ex ripis percepti. Et ipſe Andr. dicit hæc ſupradicta principes vſurpaſſe: ſed cum ſit de his tex. ſto illi, quicquid dixerint, qui male ſentiunt de fide, volentes aliter interpretari Euangelium, quam debeat intelligi.

6 Vectigalia, hoc eſt, octaua pars eius, quod vehitur, vel venditur ſolui debet. text. *in l. à preſtatione. & l. à legatis. Cod. de vectigalib.* vt fere in tota Francia, vbi octaua de vino venali fiſco debetur. Et ſunt octonarii, hoc eſt firmarii, & conſtituti ad hoc, qui octauas recipiunt. quo verbo vtitur text. *in dict. l. legatis.*

7. Ius faciendi, & cudendi monetam, competit cuilibet Regi in regno ſuo, vt eſt text. *in d. tit. quæ ſint regalia.* & ibi Andreas de Iſer. tex. *in c. quanto. ibi: patris tui conſeruare monetam:* & ibi not. *in verb. defraudata. & ibi in text. alia ſub nomine patris tui moneta cudatur.* & ibi gl. *in verb. patris. extra de iureiur.*

8. Mulctarum & pœnarum compendia, hoc eſt lucra competunt iure ſpeciali principibus. text. eſt etiam *in l. multarum. C. de modo mulctar.*

mulctar. Hodie vero etiam hæc iura competunt nobilibus in Gallia, habentibus iuriſdictionem vt dixi ample *in commento noſtro ſuper conſuetud. ducatus Burgund. tit. Des confiſcations.* §. 1. *per totum*.

9. Bona vacantia competunt Principibus. vt eſt in multis caſibus: de quibus habetur *in leg. 1. & 2. ff. de iure fiſci. & in tit. de bonis vacantib. lib. 10. C.* Et dixi in loco ante alleg. & vide per eund. de Iſer. *in d. tit. quæ ſint regal.*

10. Principibus competunt bona eorum, quæ ab indignis auferuntur, niſi ſpecialiter aliquibus concedatur. *ff. & C. de his quib. vt indig.*

11. Competunt principibus bona contrahentium inceſtas nuptias. *l. qui contra. C. de inceſt. nupt.*

12. Competunt principibus bona condemnatorum & proſcriptorum, ſecundũ quod in nouis conſtitutionibus cauetur, etiam habetur *in tit. de bonis proſcript. ſeu damnat. C.* quod quomodo intelligendum ſit, ſcribit And. de Iſer. *in d. tit. quæ ſint regalia. in verb. condemnatorum.*

13. Competunt angariarum, perangariarum, plauſtrorum & nauium præſtationes. vt *eod. titu. quæ ſint regalia.* Et hic poſſent fieri quatuor ſpecialia, ſecundum quod ſunt quatuor iura, quæ competunt principibus, de quibus recurre ad ipſum de Iſern. *in dicto loco.*

14. Competunt principibus indicendi ſeu ſuperindicendi extraordinariam collationẽ ad feliciſſimã eius exercitus expeditionem. Et pro certo iſta habent magnam declarationem, & indigerent vno volumine integro ad expoſitionem omnium extraordinariarum collationum, quæ fiunt per principes. De quibus dixi *in tractatu meo de muneribus.* Et nũc nolo aliud de his refricare, quoniam ſatis ſuperque eſt apud nos practicatum, nec eſſet bonum de nouo aliquid vltra adinuenire: & vide aliquid per eundem de Iſernia *d. tit. ver. & extraordinaria collat.* Dixi etiam aliqua *in commento noſtro ſuper conſuetud. Ducatus Burgund. tit. Des Iuſtices.* §. 4. *cuius initium eſt, le droit de indire, &c.* Et aduerte, quod ipſe ſolus Princeps imponit ſuperindictum. *l. 2. Cod. de ſuperindict. lib. 10.*

15. Competit principibus poteſtas faciendi ſeu conſtituendi magiſtratus ad iuſtitiam exercendam & expediẽdam. Quia lege Regia populus Romanus tranſtulit hanc poteſtatem in principem. *l. 1. in princ. ff. de conſtitut. princip. in* § *ſed & quod Principi. in princ. Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. l. vnic. circa initium. ibi, regimẽtis Reipublicæ ad Imperatores tranſlatis. ff. de offic. præfect. prætor. & in l. 1.* § *cum enim. C. de veteri iure enucleando.* Princeps enim eſt iudex Iudicum, *in Authent. conſtitutio quæ de dignitatib. &c.* § *1. col. 6.* &, vt dicit Bald. *in cap. quis dicatur Dux, Marchio, Comes. in ver. à Principe.* omnes magiſtratus & dignitates à principe profluunt & deriuãtur tanquam à fonte; quia in eo ſunt omnes dignitatum theſauri reconditi: & dixi infra *ver. 61. in prima conſiderat. 7. part. ver. in primis tamen.* & vide de materia per ipſum Andr. de Iſern. *in d. tit. quæ ſint regal. in ver. poteſtas conſtituendorum. & ſequen.*

16. Argentariæ competunt principibus, & intellige de quolibet metallo, vt declarat Andreas *in d. tit. in verb. argentaria.* Et quantum ſolui debeat fiſco de metallo, habetur *in l. 1. & 3. Cod. de metall. & metallis, & procu. metall. lib. 11.*

17. Competit principibus ſolum habere palatia in ciuitatibus, & ſunt proprie domus principum, quæ ſolis principibus competũt. vt *in d. tit. quæ ſint regal.* & ibi ipſe de Iſer. de his & excellentia illorum. & infra *in vlt. part. in 77. conſid.* dictum eſt.

18. Principibus ſolis competunt reditus piſcationum & ſalinarum. vt eſt text. *in d. tit. quæ ſint regal.* de cuius materię intellectu ipſe Andreas ibi explicat *in verb. reditus piſcationum.*

19. Ipſis etiam competunt bona committentium crimen lęſę maieſtatis, in quos committitur tale crimen, vt eſt tex. *in d. tit.* & ibi Andreas *in verb. & bona committentium crimen læſæ maieſtatis. & in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.*

20. Competit dimidium theſauri inuenti in loco Cæſaris non data opera, vel loco religioſo: ſi data opera totum ad principem perti-

Digitized by Google

pertinet. tex. *in loco ſæpe allegato.* & ibi ipſe Andreas, & dixi *in Commentariis noſtris ſuper conſuet. ducatus Burgund. tit. Des iuſtices.* §. 1. *in gl. eſpaues. ver. ſed circa: & conſului pluries.*

21. Princeps in hoc priuilegiatur & honoratur, quod non tenetur ſeruare ordinẽ iudiciariũ, vt habetur per Felin. *in c. in cauſis. ext. de re iud. & in c. ad petitionem. extra de accuſ.* ita dicit Iacobinus de S. Georg. *in tractat. feud. in verb. Princeps. in prima ſpecialitate Principis.* & per do. meum Iaſ. *in l. certum. colum. penult. C. vnde legitimi.*

22. Princeps in hoc honoratur & priuilegiatur vltra alios, quod poteſt adire hæreditatem per procuratorem, quod non poteſt priuatus. *l. pupillus.* aliàs incipit, *per procuratorem. ff. de acquir. hæred.* & hoc vult Bart. ibi, & Bald. *in l. 1. C. qui admit.*

23. In hoc honoratur Princeps, quod ipſe creat tabelliones, & ſtatuit, quod eorum ſcripturæ fides adhibeatur, vt habetur *in l. generali. C. de tabell. libr.* 10. per Innoc. & alios *in c. cum P. tabellio. extra, de fide inſtr. in tit. de inſtrum. edi.* §. *reſtat.* Sed vtrum tales tabelliones habeant iuriſdictionem? vide Andream de Iſern. *in tit. quæ ſint regal. in vſib. feud. in verb. ad iuſtitiam expediendam.*

24. Solus Princeps erat aduocatus, aut concedit poteſtatem creandi, vt *in l. quiſquis.* §. *vlt. ibi: quos agere permiſimus. C. de poſtul. & in l. nemo. C. de aduoc. diuerſ. iudic.*

25. Solus Princeps approbat medicos, & dat eis poteſtatem curandi ægros, vt voluit Lucas de Pen. *in l. contra publicam. ver.* 10. *C. de re milit. lib.* 12. vbi dicit de hac eſſe conſtitutionem in Regno Siciliæ, vbi fuit Conſiliarius: & (vt credo) Cancellarius Regis Siciliæ. Bonum pro certo eſſet, vt ita obſeruaretur apud nos, ſic, quod medici non poſſent exercere eorum artem ſine ſpeciali licentia (vt ita loquar) Principis, propter multa inconuenientia, quæ ex imperitia plurium proueniunt. Et in qualibet ciuitate ſaltem deberent approbari in præſentia officiariorum Regiorum.

26. Solus Princeps reſtituit ad famam. *l. 1.* §. *de qua. ff. de poſtul.* per Bar. & alios *in l. infamem. ff. de public. iudic.* Luc. de Pen. *in d. l. contra. in* 26. *priuil.* Et notant Canoniſtæ *in c. cum teſt. extra de ſent. & re iud.* vbi Fel. & quomodo, vide Lucam de Pen. *in d. l. contra. ver.* 27. *c. de re milit.* dicam infra *ver.* 73. Et dixi *in Commentariis noſtris ſuper conſuet. ducatus Burgund. tit. des iuſtices.* §. 5. *in gloſſ. S' il n' à grace. ver. reſtit. num.* 7. & ibi etiam patet, quod non ſolum reſtituit ad famam, ſed etiam dat gratiam ad vitam.

27. Solus Princeps vniuerſalem legem condere poteſt. *l. fin.* §. *pen. & fi. C. de legib.* ipſe enim ſupra ius eſt ac ſolutus legibus. *l. princeps. ff. de legibus.*

28. Solus Princeps legem dubiam vel inter æquitatem & iuris rigorem interpretatur. *L. 1. C. de legib.* & per Luc. de Pen. *in l. 1. in verb. interpretandi. C. de profeſſor. qui in vrbe. lib.* 11. Et etiam teſtamentum voluntatis interpretatur Princeps, vt dicit Bald. *in l. cum apud. C. de communi ſeruo manum.* vt tenet Franc. Lucani *in tract. de priuileg. fiſci.*

29. Soli Principi licitum eſt egredi vires libelli, vt dicit Ant. de But. *in c. licet Heli. extra de ſimonia.* Panorm. *in c. cum ſuper. extra de confeſſ. in fin. 2. colum.* Vbi dicit, quod ſi reus fateatur defectum iuris ſui, & tamen actor nihil probauit, ſi cauſa ventilatur coram inferiore à Principe, reus erit abſoluendus. Si vero ventilatur coram Principe, ex eadem inſtantia ſiue noua petitione poterit priuare reum, qui cõfeſſus eſt defectum iuris. alleg. Specul. *in tit. de act. & pen.* §. *ſuper actionibus. verſic. ſed quid ſi reus.* Iacobinus de S. Georgio *in d. tractat. de feudis. in verb. princeps. in quinta ſpecialitate principis.* addit Bald. *in repet. l. AEmilius. colum.* 18. *ff. de minoribus.* vbi dicit, quod Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt ſupplere circa libellum ex cauſis ſibi notis. Quia coram Principe non attenditur ineptitudo libelli, & potius attenditur cauſa, quam concluſio; ſed coram delegato attenditur concluſio: & ita intelligitur quod not. Innoc. *c. ſuper literis, extra de reſcript.*

30. Princeps mutat ſubſtantiam, quantum ad inducta per ius ciuile. *l. 1. in princ. C. de rei vxor. act.* gloſ. ſingularis *in c. 1. de capellis monach.* Franc. Curtius *conſil.* 40. *colum.* 19.

Digitized by Google

31 Inſtantia in curia Principis non currit. faciunt quæ dicit Fel. *in c. cauſis. extra, de re iud.*

32. Solus Princeps ratificat id, quod ipſo iure nullum eſt. *l. adoptio. la. 2. ff. de adoptionibus. l. 2. ff. de rebus eorum. & c. quippe. 3. quaſtion. 5.* & vide infra *ver.* 77.

33. Solus Princeps de inhabili facit habilem *l. quidam cõſulebat. ff. de re iud.* & de indigno facit dignum. *in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. diſcretis. colum.* 7. Franciſcus Curt. *conſil.* 49. *colum.* 45. vbi plene.

34. Honoratur in hoc Princeps; quoniam in eo omnis pœna eſt arbitraria, vt dicit Bald. *in l. cunctos populos. in lect. ordinaria, circa* 8. *colum. C. de ſumma Trin.*

35. Solus Princeps facit gratiam iuriſiurandi. *l. fin. in princ. ff. ad municipal.* not. Luc. de Pen. *in l. 1. C. qui milit. poſſit. vel non. lib.* 12.

36. Solus Princeps approbat militem, ad ipſumque ſpectat & pertinet aſſumere ad aliquem numerũ vel limitem cuſtodiendum. *l. neminem. C. de re milit. lib.* 12. & Luc. de Penn. *in d. l. 1. C. qui mil. poſſ.* &, vt dicit, hoc patet 1. *Regum.* 14. *in fine.* dum dicitur: *Nam, quemcunque viderat Saul, virum fortem & aptum ad prælium, ſociabat eum ſibi.* dicit tamẽ tex. *Ierem. vlt.* quod Princeps militiæ probat tyrones: vbi circa finem dicitur: *& de ciuitate tulit, &c. ſcribam Principem militum, qui probat tyrones.* Sic enim Abraham approbauit & numerauit expeditiones vernaculos ſuos 318. *Gen.* 14. qui erant habiles ad militiam, vt habetur *in l. ſi militi. in fi. ff. de caſtr. pec.*

37. Licet geſta per falſum procuratorem poſſint ratificari per dominum, vt habetur *in l. licet. ff. de iudic.* Tamen geſta per falſum procuratorem in audientia Principis non poſſunt ratificari per dominum. ita dicit Bald. *in l. falſus. colum. prima. cap. de furtis.* allegat notata per Innocentium *in c. ex parte decani. extra de reſcriptis.*

38. Princeps poteſt iudicare ſecundum conſcientiam, vt dicit Bart. *in l. 1. in fin. C. vt quæ deſunt aduoc. partium. &c.* Felin. *in c. cauſis. colum.* 2. *extra de re iudic.* do. meus Iaſ. *in l. ſiue noſtrum. ff. de in litem iur.* Barbat. *conſil.* 24. *in 2. volum. colum.* 1. Franciſcus Lucani *in tract. de priuileg. fiſci, priuileg.* 139. & dixi infra *in 7. part. in 3. conſid. verſ. octauum effectum addit.*

39. Solus Princeps concedit immunitatem à munere publico, vt habetur *in l. vnica. C. de his, qui à Principe vacati. accep. lib.* 10. *& l. immunitates. C. de agricol. & cenſit.*

40. Solus Princeps immunitatem tribuit à tributis. 1. *Reg.* 17. vbi dicitur: Et dicit Dauid: *vnuſquiſpiam de Iſrael, qui percuſſerit Goliam, ditabit Rex diuitiis magnis, & filiam ſuam dabit, & domum patris eius faciet abſque tributo in Iſrael.* Nam & pluribus ciuitatibus Imperatores remiſere tributa. *l. 1. & fin. ff. de cenſibus.* de quo Luc. de Pen. *in l. medicos. poſt gloſſ. in verb. muneri. C. de profeſſ. & medic. lib.* 10.

41. Si Princeps comminatur vaſallo ſub pœna indignationis, præcipiẽdo ſibi aliquod iuſtum, ſi ipſe vaſallus non obediat: illa verba; ſub pœna indignationis; important, quod poterit eum priuare feudo. ita tenet Bald. *in cap. 1. §. porro. in titul. quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. in vſibus feud.* vbi dicit: Quod quando in literis Apoſtolicis apponuntur iſta verba, *indignationem Petri & Pauli, & beatorum Apoſtolorum ſe nouerint incurſores:* talia verba comminatoria important, quod inobedientes poſſunt priuari eorum beneficiis. Et de iſta pœna indignationis loquitur idem *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. & in Authen. ſtatuimus. in q. de quæſtione Flandrenſi. C. de epiſcop. & cler.* vbi videtur velle quod ille, qui incurrit indignationem ſuperioris, poteſt puniri arbitrio ipſius ſuperioris, allegat Iacobin. de S. Georg. *in d. verb. Princeps. in 9. ſpecialitate.* tex. *in l. 2. ibi; indignationem noſtri nominis ſuſtinebit. C. de petit. bon. ſublatis. lib.* 10.

42. Citatus à Principe etiam die feriata tenetur comparere, vt dicit Bart. *in l. 2. § fin. quaſi in fin. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.* Quoniam (vt inquit) feriæ ſunt de iure ciuili, cui Princeps derogare poteſt, *l. digna vox. & ibi not. in gloſ. 1. C. de legib. l. Princeps. legibus eſt ſolutus. ff. eod.* vide infra *verſ.* 120.

43. Princeps committit cauſas ſuas, cui vult. *l. 1. & 2. C. vbi cauſæ fiſcales.* not. Innoc. *in cap. ex parte. extra d. verbor. ſignif.*

44. Solus Princeps poteſt iubere ſeu concedere,

Digitized by Google

dere, vt alicui ſalarium de iuribus Reipublicæ tribuatur. text. *in l. vnica. C. de præb. ſal. lib.* 10.

45. Princeps, quod vult fieri, habetur pro facto. *leg. apud eum. ff. de manumiſſ.* vt comprobat Luc. de Penn. *in d. leg. contra. in* 17. *priuilegio. C. de re milit. lib.* 12.

46. Solus Princeps remittit pœnam merenti, *leg. ad beſtias. ff. de pœnis. & §. plane. ibi: nam quod ob meritum indulſit alicui. & ibi gloſſ. Inſt. de iure nat.* & vide infra *ver.* 136.

47. Solus Princeps poteſt augere pœnam à lege ſtatutam, vt eſt text. *in d. §. plane. ibi: vel ſicuti pœnam irrogauit. iuncta gloſſ. in d. verb. irrogauit.* Et hoc ſine cauſa: quoniam cũm cauſa poteſt etiã inferior augere, vt dixi *in Commentariis noſtris ſuper conſuet. ducatus Bur. titul. Des iuſtices. §. 5. in gl. Al. arbitrage.* Sed his ſola voluntas principis (quæ habetur pro cauſa) ſufficit, vt dicit Luc. de Penna *in d. leg. contra. verſic.* 27. *C. de re milit. lib.* 12.

48. Solus Princeps inſtituit noua vectigalia. *leg. 3. Cod. de vectigalib. cap. innouamus. extra de cenſib.* notant doct. *in cap. ſuper quibuſdam. extra de verb. ſign.* Et idem de tributis, muneribus & collectis. *leg. 3. C. de annonis & tributis. lib.* 10. dixi hic ante *in* 14. *priuilegio.*

49. Solus Princeps reſtituit ſiue diſpenſat ſuper natalibus. *l. qui in prouincia. ff. de rit. nupt. leg. quaris. ff. de natalib. reſtit. l. imperiales. §. itaque. C. de nuptiis.* Et ius aureorum annulorum tribuit. *leg. 1. & 2. C. de iure aureor. annul. & natal. reſtit.* & ibi Bald. *in leg. 1.* numerat quædam ſpecialia ſeu priuilegia principum. *& in l. reſcripta. C. ſi contra ius vel vtilit. publ.*

50. Solus Princeps legitimat illegitimos, *in Authent. quibus mod. nat. effi. ſui. §. illud tamen. ver. ſi quis ergo filius. ibi; hoc agat per noſtrum reſcriptum. coll.* 7. Imo etiam filium proprium tanquam ſubditum. *ca. per venerabilem. §. videbatur. ver. inſuper. extra qui filii ſint legit.* ita dicit & tenet Luc. de Penn. *in d. l. contra. C. de re milit. verſi.* 28. Et quod Rex Franc. ſolus in ſuo Regno legitimat, ſcribit Iac. Bonaudi *in ſuo Panegyrico, vna cũ opera Io. à Terra Rubea impreſſo.*

51. Ipſe ſolus Princeps cum dignitatis donatione omnem maculam abſtergit. tex. *in d. l. imperiali. §. ſimiles. C. de nuptiis.*

52. Ipſe ſolus poteſt transferre milites de vno numero ad alium. tex. *in d. l. contra publicam vtilitatem. ibi; niſi hoc anguſta. C. de re milit. lib.* 12. Quoniam vt dicit ibi text. honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad vnumquemq; conuenit deuenire.

53. Ipſe ſolus poteſt auferre ius alterius. *l. quaris. ff. de natal. reſtit.* notant Doct. *in l. fin. ſi contra ius vel vtilit. public.* Et ſolus poteſt rem priuati dare militibus. *l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vend.* Et plene Luc. de Penn. *in leg. fin. ver. donauerit. Cod. de locatio. prædior. ciuil. lib.* 10. ſed hoc eſt de plenitudine poteſtatis. ſecundum Bald. *in l. 2. col. 6. ver. item nota. C. de ſeruit. & aqua.* dixi infra *ver.* 132.

54. Ipſe ſolus poteſt dare commeatum & remeatum ab exilio *l. relegati. in fin. ff. de pœnis.* & reſtituit in integrum per viam gratiæ aduerſus ſentẽtias criminales *l. diui. ibi: vel eorum pœna imminuta eſt, vel in integrũ reſtitutio conceſſa eſt, quod duntaxat à principibus fieri poteſt. ff. de pœnis.* Et dixi plene *in commẽtariis noſtris ſuper conſuet. ducat. Burgundiæ. tit. des iuſtices. §. 5. in gl. S'il n'à grace.*

55. Solutus à militia, propter delictum, id eſt, remotus ſine ſpeciali autoritate principis non reſumit nec ad eadem admittitur. *l. 2. Cod. de diuerſ. offic. lib. 12. facit ſi quis ex grege. C. de cohortalib. eod. lib.* quę ll. expreſſe faciunt, quod priuati dignitate vel officio ſine expreſſa licentia principis rehabilitari non poſſint.

56. Solius eſt principis de plenitudine poteſtatis reuocare per ſe factum, vt dicit Bald. *in l. 2. col. 6. ver. item notat. C. de ſeruit. & aqua.* Ita dicit Fel. *in cap. nouit. col. 9. in fin. extra de iud.* vbi ſcribit regulam, quando Princeps poteſt reuocare priuilegium per eum conceſſum, vel non, ad quem recurre. In dubio tamen Princeps non præſumitur vti plenitudine poteſtatis, vt dicit dominus meus Iaſ. *in l. quamquam col. 2. C. de teſta. milit.*

57. Solis principibus cõpetit autoritas belli incendii, & ſola autoritas in bello gerendo eſt in principe. *l. vnica. C. vt amor. vſus inſcio principe interdictus ſit. libr. 1. & in c. quid culpatur. 23. q. 1. ibi: Ordo autem ille naturalis mortalium paci accõmodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli*

autoritas atq; conſilium penes principes ſit, & ibi gl. *in verb. principes*.

58. Solus princeps magnas dignitates cõfert. *leg. probatorias. C. de diuerſis officiis. lib.* 12. & vide infra *in ver.* 61.

59. Diſputare de autoritate principis incurrit crimen ſacrilegii. *l.* 2. *Cod. de crimine ſacrileg.* & an dignus ſit quem ipſe elegerit. *d. l.* 2. *& ibi gloſſ. fin. & l. reſtituendæ. in fin. ibi: nam qui nobis digni iudicati ſunt. cum ibi notatis in gloſſ. vlt. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.*

60. Solus princeps liberat à curiali fortuna, *l. fin. C. de decur. lib.* 10.

61. Nullus aſſumitur ad officium principis etiam ſi ſit apparitor, ſine literis probatoriis principis, *de leg. probatorias. C. de diuerſis officiis. lib.* 12. Alexander *conſil. ſuo* 107. *in* 7. *volum.* Et iſtæ literæ ſignari debent manu propria principis, vt dicit ibi text. Quod hodie apud nos in Gallia non obſeruatur, ſed ſufficit, vt ſignetur vno ex quatuor Secretariis præceptionum, de quibus *in* 6. *par.* dixi *in* 11. *conſider.* & ſunt ſigillatæ ſigillo Regio, quod eſt penes Cancellarium: & in his ex communi obſeruantia & ſtylo Regni requiritur ſigillum, alias fides eis non adhiberetur, etiam ſi eſſent ſignatæ manu Regia, eo; quia ita ſe habet conſuetudo, vt dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetud. ducatus Burgun. in concluſione, in vlt. gloſſ.* Et aduertendum eſt, quod actus non dicitur perfectus, niſi quando appoſitum eſt ſigillũ in talibus apponi ſolitum, vt dicit Ioan. Riminaldus *in l. pacta nouiſſima. in fin. Cod. de pactis.*

Sed redeundo, vnde degreſſi fueramus, hic ſe offert caſus, in quo neceſſaria eſt ſcriptura etiam authentica, vt patet ex text. *in d. leg. probatorias. ibi: ſed ex authenticis tantum ſacris probatoriis manu noſtra ſubſcriptis, & noſtro arbitrio præſtandis.* & quod dignitates & officia cõferantur & concedantur per literas. tex. eſt *in l. filiusfam. inſtit. quib. modis ius patria poteſt. ſoluit.* & ibi expreſſe not. Ang. per iſta verba, *imperialibus codicillis praſtitit.* alios 28. caſus ſcribit gl. *in verb. in ſcriptis. in ca.* 1. *de cenſib. in* 7. Quinque alios vide per d. meum Iaſ. *in l. nõ ſolum. §. morte. col.* 11. *ff. de noui ope. nunciat.* & vide alios per eundem do. meũ *in l. cũ proponas. C. de pact.* Vbi dicit quod omnibus caſibus, in quibus requiritur ſcriptura, ſi probetur, poteſt probari per teſtes. Adde aliũ in clericatura, vt dixi *in Cõmentariis noſtris ſuper conſuet. ducatus Burgun. tit. Des iuſtices. §.* 6. *in gl. Sont creuz. ver. additio, &c. ibi: clericatus debet.* & in probatione capellaniatus honoris, qui debet probari per ſcripturam, vbi dixi. Alius eſt caſus *in extrauagan. iniunctæ. de elect.* in extrauagantibus communibus, ſcilicet, in Prælatis habẽtibus prouiſiones à ſede Apoſtolica, qui non poſſunt ſe in illis intromittere ſine literis Apoſtolicis. Ex quo videtur, quod literæ beneficii in Prælatis habentur loco tituli. Quod an ſit verum in omnibus beneficiis, vide per Ioan. de Selua *in tract. de benefic. in* 3. *part. q.* 22. vbi diſcutit, an in collation. beneficii requiratur ſcriptura. Et licet videatur concludere, quod non; ego tamen dixi & conſului in contingentia facti de Præpoſitura Eccleſiæ collegiatæ noſtræ dominæ Heduen. quod in collatione beneficii requiratur ſcriptura: nunc pendet proceſſus, poſtea videbitur conſilium.

62. Nemo poteſt dicere principi, cur ita facis, vt habetur *Eccleſ.* 43. *& in c. in memoriam.* 19. *diſtin.* d. meus Iaſ. plura ad hoc allegat *in l. reſcripta. colum.* 1. *C. ſi contra ius vel vtilitat. public. & in l.* 1. *ff. de conſt. princ.* vbi etiam dicitur, quod apud eum eſt pro ratione voluntas. facit gl. *in verb. inueſtiuit. in cap. propoſuit. extra de conceſ. praben. & in cap. ſi gratioſe. in verb. à Romano. de reſcript. in* 6. *l. relegati. in gl. fin. ff. de pœnis. & in leg.* 1. *§. pueritiam. in verb. ratus. ff. de poſtulan. & §. ſed & quod principi placuit. Inſtit. de iure natur. & l. non omnium. quæ à maioribus. ff. de legib.* facit *ca. in memoriam. in prin. & l. proſpexit. circa prin. ff. qui & à quibus manumiſſi lib.* vbi dicitur, ſufficit ita ſcriptum eſſe, quamuis illud durum ſit. vide infra. *verſic.* 135. *& ver.* 208.

63. Solus princeps reuocat bene ſtatuta per prædeceſſores, not. Archi. *in c. ita dominus. §. hæc autem.* 19. *diſtin.*

64. Solus Princeps tollit priuilegia conceſſa per quemuis. *l.* 1. *§.* 1. *C. de indict. lib.* 10. Et ſi non ſint clauſa in corpore iuris, ſufficit clauſula

ſula generalis, non obſtante lege vel conſuetudine, vt dicit Federicus de Senis *in conſil. 47.incip.habita ſuper cauſa prædicta collatio*. Paul. de Caſtr.*in leg.1.ff.de conſtit.princip.& in l.ſi mihi & tibi.ff.de leg*.1.Imo.*in l.licitatio.§.parum.in fin. ff.de publican*. Si tamen ſint ſcripta in corpore iuris, non ſufficit clauſula generalis, *non obſtãte*, ſed requiritur, quod de eis fiat in ſpecie mentio. §.*ſi quæ vero. vbi Bald. in 2.conſtit. C.* & eſt text. *in l. decurionib. in princ.ibi:non præiudicatura quacunq; generalitate pragmatica. & ibi gloſſ. 1.C.de ſilentiar.lib.12*. Alexand. *conſil.101.incip. viſis exemptis.colum.2.in 1.volum*. cum pluribus aliis allegatis per dom. meum Iaſ. *in l.1.colum. vlt.ff.de conſtit.princip*. & per Fel.*in ca.1.colum.8. in 5.fallentia.ibi;vnum in propoſito.extra.de reſcript*. Imo.*in conſi.107*. vide eundem Iaſ.*in l.ſunt certi. C. de teſtam. milit.colum.penult*. Imo etiam priuilegium per eum conceſſum tollit ſcienter faciens contra illud *c.ſuborta.extra de re iud*.

65. Solus princeps imponit vel mandat imponi pœnam capitalem alicui ex principalibus vel decurionibus alicuius ciuitatis *l. diui fratres.§.de decurionibus.ff.de pœn*.

66. Solus princeps inuito patre liberat filium à patria poteſtate, *l.fin. C. de conſulib. lib. 12.& in Authent.conſtitutio,quæ de dignitatibus.in princ.coll.6*.

67. Solus princeps cognoſcit de cauſa, præſcriptione temporis non obſtante. *l.2.§.fi.ff.ſi libert.ingen.eſſe dic*. Et quomodo, & quando princeps tollat præſcriptionem, ſcripſi *in commentariis noſtris ſuper conſuetud. ducatus Burgund. tit.fin.§.pen.ver.ſed quæro nunquid,&c*.

68. Solus princeps cognoſcit de innocentia alicuius poſt latam in eum ſententiam, etiam ſine appellatione vel in integrum reſtitutione *l.1.in fin.ff.de quæſtion*.

69. Solus princeps cauſam, quæ non inuenitur legibus diffinita, diffinit, prout ſibi videtur. *l.cum de nouo. C. de legib.l.itaque.ff.de fideicom.libert*.

70. Solus princeps tutorem ante finitam tutelam abſoluit ab ea, *l.idem.§.ſunt.ff.de excuſ. tutor*. Et idem ſi aſſumſit vnum peritum tutorem vel curatorem alicuius in conſiliarium ſuum. *l.iuriſperitos.ff.eo*. de quo dixi 13.*conſil.7. par.ver.addo alium effectum*.

71. A ſolo principe tanquam à capite in omnes velut Reip. membra bonorum & poteſtatum munera diffunduntur.*c.ita dominus. 19.diſt.c.fundamenta.§.1.de electio.lib.6*. Ab eius enim poteſtate omnes aliæ progrediuntur: dicit Luc.de Pen. *in l. contra ver.67.de re milit. lib.12*. Et vide hic ante *ver.15*. & infra *iſta parte in 35.conſiderat*.

72. Princeps ſoli Deo de peccato habet reddere rationem. *c. totam.de pœnit.diſt.3*. Soli enim cœlo debet innocentiæ rationem, *c.aliorum.9.q.3*. ſic non poteſt cogi ſtare iudicio alicuius & poteſt excipere dicendo: Dominus eſt, qui me iudicat. ita Barb. *in c. cum veniſſent. col.4.extra de iudic*.

73. Solus princeps poteſt ferre ſententiam ſuam ſine ſcriptura. ita dicit Alber. de Roſa. *in Auth. niſi breuiores. C. de ſentent. & inter l. omn. iudic*.

74. Solus princeps reſtituit in integrum ad famam (dixi ſupra hic ante *verſ.26*.) ad primos natales, ad ordinem proprium & ad honores, *l.1.C.de ſent.paſſis*. Quod eſt verum, ſi ſimpliciter ad hoc, & expreſſe reſtituit, alias autem, ſi ſolum indulgẽtiam facit, infamiam non tollit. *l.indulgentia.C.de generali abolit.l.cum patre.C.de ſententiam paſſis & reſtitut.l.cum tutor. & l. generaliter. c. eod.tit*. notatur *in c.cum te.in glo.fi.extra de ſent. & re iud. & in l.1.§.an autem. ver.pro qua.in verb.eximi.ff.de poſtul*. Et ſolus ipſe Princeps propter honorem domus ſuæ concedit abolitionem generalem in criminibus & alicui ſpecialem. Et facit vt quod erat vindicandum, alias tranſeat impunitum.*l.ſi interueniet.ff.ad Turpil.& l.ſeq.in fi.& l.2.& fi.C.de generali abolitio*. Intellige tamen, quod remittit infamiam, id eſt, infamiæ pœnam, vt ſic infamia ſibi opponi non poſſit, & hoc modo dicitur demi pœna; tamen culpa perennis erit *d.l.ſi.quæ incipit,indulgentia.& ibi not*. Talis enim infamia dicitur hominem vrere & in eũ infigere notam, id eſt, cicatricem. Quæ quantum ad rei veritatem nulla medicina ſanatur. tex. *in l. omnes iudices. C.de decurio. lib.10*. Ideo in tex. illo dicitur: *Nec imperiali ſeu ſpeciali quidem*

Digitized by Google

Maximilianus: *Eſto doctor in legib.* quod audiens talis, dixit: *Sereniſſ. Imperator, volo doctorari in medicina.* Et ſtatim reſpondit idem Imperator; *& in medicina.* & ſic in vtroq; ſcibili fuit doctor, & non ſine cauſa; quoniam tantum ſciebat de vno, ſicut de altero.

92. Quando Princeps aduocat ad ſe cauſam, nullus inferior iudex debet eſſe ita audax, vt ſe intromittat de illa cauſa. ita dicit Bald. *in c. vt noſtrum. extr. de appellat.* notatur per doctor. *in cap. cum M. Ferrar. in fin. extra de conſt.* Et quomodo, & qualiter debeat ad ſe aduocare cauſam, declarat Bald. poſt Innocent. *in dict. cap. vt noſtrum.* & idem Bald. etiam de aduocatione cauſæ per cognitionem Principis *in tit. de pac. iur. firmanda. §. ad hoc. in 3. colum. de vſib. Feud.* & Calcan. *conſil. 8. colum. 12.* Dixi aliquid *in commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgund. in Rubr. Des iuſtices, circa finem ver. vnde quæri poſſet, &c. nu. 98. & ſequen.* & *num. 101. verſic. & ideo pro tertio. & in dict. rubr. §. 5. gl. S'il n'à grace. verſic. penult. incip. additio.*

93. Princeps contractui celebrato in magnum damnum ſui Principatus non tenetur ſtare. Ita dicit Alberi. *in l. 1. ff. de offic. procur. Cæſaris.* & Baldus *in c. intellecto. extra de iureiur.* & hic infra dixi *in 36. conſiderat.* cuius initium eſt, *docet Baldus in c. &c.*

94. Si Princeps compellat aliquem, ad emendum bona alicuius, puta Sempronii: talis compulſio Principis excuſat emptorem à mala fide, ita quod poterit rem illam præſcribere, quantumcunq; ſciat illam eſſe alienam: ita dicit Nicolaus de Neap. *in l. nouiſſime. ver. quod enim & per illum textum. ff. quod falſo tutore autore geſtum eſſe dicetur.* Quod eſt notandum ad limitationem eorum, quæ habentur *in c. fin. extr. de præſcriptio. & c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6.*

95. Licet inferior à Principe non poſſit quem cogere ad pacem, ſeu concordiam, ſed bene hortari; tamen Princeps, quando partes diu litigauerunt, poteſt eas cogere ad pacem & concordiam. Primum dictum probatur *in l. furti. §. qui iuſſus. & ibi gloſſ. in verb. cui iuſſus. ibi: Videtur tamen contra; quia nec Ordinarius poteſt iubere tranſigere, ſed hortari. & ibi Bart. ff. de his qui not. infam.* ſecundum dictum probatur ex his, quæ decidit Panormitanus *in ca. cum inter R. ſeniorem. extra de electio.* & vide Corſetum *de priuilegiis pacis. verſi. 59. incip. Rex ſeu princeps.*

96. Licet in criminalibus ſententia debeat ſtatim mãdari executioni, vt habetur *in l. cum reus. C. de pœnis. c. ſicut. 2. q. 1.* tamen, ſi princeps ira ſeu furore ductus, ferret contra aliquem ſententiam capitalem, non erit ſtatim exequenda, ſed differenda per 30. dies. Ita eſt text. multum ſingularis *in l. ſi vindicare. Cod. de pœnis.* & dicit dom. meus Iaſon *in l. puniri. C. ſi contra ius vel vtilit. publ.* Quod ſanctus fecit hanc legem conſtitui, & fuit ſanct. Ambroſi. & vide etiam gloſſ. vnicam *in c. cum apud Theſaloniam. 11. quæſt. 3.* vbi enumerat caſus, in quibus differtur executio ſententiæ capitalis, quod etiam recenſet Cæpolla *in ſuis cautelis cautela 1.* dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetudin. ducatus Burgund. tit. de iuſtices. §. 5. in gl. S'il n'à grace. verſic. ſunt alii caſus. cum tribus ſeq. numero 124.*

97. Solus Princeps remouet Officialem, quem ipſe probauit *l. 2. Cod. de agentib. in rebus. lib. 12.* Item ipſe Princeps poteſt minuere numerum ſuorum Officiariorum, vt dixi *in d. commentariis noſtris in ead. rubric. des iuſtices. ver. additio. aduerte. num. 97.* vide infra, *verſic. 189.*

98. Solus Princeps prorogat bimeſtre aut trimeſtre tempus ad inueniendum pecuniã, ad quam fiſco quis tenetur. *l. in fraudem. §. fiſcalibus. in fin. ff. de iure fiſci.*

99. Princeps eſt Patronus Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum & maiorum ſui Regni. notant Archidiac. Præpoſit. Dominicus & Ioan. de Turrecrem. *in c. lectis. 63. diſt. Bald. in ca. quanto. de iudic. in fine.* Marti. Laudenſis *in tract. de Principib. art. 74.* & Corſetus *de poteſtate Regia. quæſt. 34.*

100. Promiſſio facta per Principẽ ſine cauſa præſumitur facta in dubio ex cauſa donationis: quia proprium Principis eſt donare. *ca. 1. extra, de donat.* Quod tamen intellige, niſi ex tali præſumpta donatione enormiter læderetur, vt notatur per Innocen. & Ioan. Andr. *in cap. grandi. de ſupplen. negl. Prælat.* Qui autem in priuato habetur *in leg. 2. §. circa. ff. de*

doli mali & metus exceptio. & in l. Titio. ff. de verb. obl. & per Canoniſtas *in cap. ſi cautio. extra de fide inſtrum.*

101. Perſona ignominioſa non debet ſtare coram principe. Ita dicit text. *in l. 2. §. ignominia. 2. & ibi Angelus. ff. de his qui not. infam.*

102. In hoc honorantur principes, & ſubditi tenentur eis iurare obedientiam. gl. optima *in l. non videntur data. §. qui iuſſu. & in l. velle non creditur. ff. de regul. iur.* Mart. Laudenſis *in tract. de principibus. artic. 19.*

103. Princeps in hoc priuilegiatur, quod licet non appelletur, niſi de inferiori ad ſuperiorem, text. *in Auth. de appellatio. & infra quæ tempore. §. illo videlicet. collat. 4.* Tamen de ipſo male informato ad eundem bene informandum de veritate licitum eſt appellare. *l. 1. in fine. C. de appell.* Facit quod not. Bald. *in fin. dicto tit. de relatio.* Martinus Laudenſis *in d. tra. 43.* & Franciſcus Lucanus de Parma *in tra. de priuileg. fiſci. priuileg. 139.* Suppetit in hoc exemplum, quod refert Cælius *lib. antiquarum lect. 12. cap. 4.* dum ait: *Machetas cauſam agebat apud Philippum: intendebat is minus eis, quam dicerentur, dormitabatque interim.* Mox aduerſus Machetam pronunciauit. At ille vociferans, & rei indignitate intonans altius: prouoco, inquit. Tum Philippus iam vigilantior, ſed & commotior, & oro ſerio: Ad quem obſecro te? Et Machetas. Ad te, inquit, ſed vigilantemque intendentemque. At is excitatior etiam, & ad ſe amplius rediens cum audiſſet iniuria affectum Machetam, non reſcidit quidem iudicium, ſed iniunctam ipſe exſoluit mulctam. Facit; quia à Papa male informato, ad ipſum bene informãdum bene appellatur. *c. apoſtolicæ. & cap. ſententiam. 35. q. 9. cum apud. 11. 4. c. tum ex literis. de in integr. reſti. extra.* Et peccaret Papa, ſi talem appellationem non admitteret; iuſtitiam enim denegaret. ad hoc notatur per doct. *in c. conſultationibus. de officio deleg.* Cardinalis clement. *paſtoralis. de re iudic.*

104. Epiſtola miſſa per Principem habet vim legis in omnibus cauſis, text. & ibi Angel. *in l. itẽ veniunt. §. pen. ff. de petitio. hæred.* Quod dictum Angeli declaratur per notata *in l. 2. C. de legib. & in l. nemo. C. de ſent. & interlo. omn. iudic.* Mart. Laudenſis *in d. tract. art. 58.*

105. Licet Imperator aut alius Princeps nõ recognoſcens ſuperiorem, non habeat ordinem, poteſt tamen officium ſubdiaconatus Epiſcopo miniſtrando exercere, gloſ. vlt. *in c. Valentinianus. 63. diſtinct.* Martinus Laudenſis *artic. 83. dicti tractatus.*

106. Contractui roborato per iuramentum nominis Principis non poteſt contraueniri ſine incurſione infamiæ, text. *in l. ſi quis maior. §. fin. C. de tranſact.*

107. Pro Principe præſumitur, quod eſt bonus & iuſtus: proinde reſcripta eius ſunt ſecundum iuſtitiam intelligenda. Bald. *in l. 1. ff. de conſtit. princip.* Ideo voluntas Principis in dubio præſumitur eſſe talis, qualis eſſe debet de iure, vt not. Bald. *in cap. ex facto. in 4. notab. ff. de vulg. & pup. & c. licet in corrigendis. de offic. ordin. & in præludiis feudor. in 14. colum. & in l. omnes populi. colum. 16. ff. de iuſt. & iur.* Imo plus etiam, ſi Princeps ſcribat cum clauſula motu proprio, eius intentio non præſumitur, quod aliquis grauetur, vel iniuriam patiatur. ſecundum Bald. *in cap. ad aures. de reſcr. Panorm. in c. 1. colum. 13. de re iud. Canoniſtæ in cap. cauſam. 2. de teſtib.* Imo ad hoc fortius dicit gloſ. ſolennis, quæ eſt tertia in ordine, *in c. partus, 23. quæſt.* quod verba in reſcriptis poſita debemus conformare æquitati, licet etiam verba non patiantur, & ibi plura ad hoc iura adducuntur. ſequitur Oldr. *conſil. 208. incip. quæſtio eſt per priuilegium. & c. ad ſi.* ita dom. meus Iaſ. *in l. iuſtitia. colum. 1. ff. de iuſtit. & iur.* & idem *in l. cauſas. colum. 2. C. de tranſact. & in l. fi. colum. 5. de conſtit. Princip.* Et quod in Principe præſumatur iuſta cauſa, vide ample Curtium *conſil. 20.* & quomodo illud intelligatur, *in colum. 3. & conſil. 49. in 19. 20. & 21. colum.* vbi ſcribit an contrarium probari poſſit: & quod in Principe præſumatur iuſtitia ſeu iuſta cauſa, vide Hippol. de Marſil. *ſing. ſuo 6.* quod limitat, niſi reſcribat ad poſtulationem partis. Quia magis præſumitur ad importunitatem poſtulantis: ita intelligit prædicta quando reſcribit generaliter, vel motu proprio. Et talis præſumitur intentio Principis, qualis legis & rationis naturalis. Bald.

Digitized by Google

Bald. *in c.1. in tit. apud quem, vel quos controuerſia feudi defin.* refert Cælius *in lib. antiquarum lect. 12. cap. 46. in fin.* Antigoni illud memorabile. Nam aſſerente, quædam eſſe Regibus honeſta omnia & iuſta: per Iouem, inquit, ſed barbaris: Nobis vero, ea modo honeſta, quæ honeſta, & iuſta, quæ iuſta: & illud poſſumus. quod de iure poſſumus, *c. aliud. 11. quæſt. 1. & c. facit. 22. quæſt. 2.* Nec enim quis dicitur poſſe, quod honeſte non poteſt, & ſalua dignitate. tex. *in l. Nepos Proculo. ff. de verb. & rer. ſignif.*

108. Portæ & muri ciuitatum ſeu municipiorum habitari non poſſunt ſine permiſſione Principis. *text. eſt in l. fin. ff. ne quid in loco ſacro fiat.* refert Matt. Lauden. *in tract. de Princip. artic. 251.*

109. Prædia Principis data in emphyteuſim, non ſoluunt extraordinarias proteſtationes ſeu ſuperindicta. tex. *in l. priuata. & ibi gl. 1. C. de excuſat. mune. lib. 10.* Quod dicit Martin. Laudenſis *in tract. de fiſco, art. 9. eſſe notandum.* vide infra *ver. 193.*

110. Licet ad interrumpendam præſcriptionem requiratur ſaltem citatio partis, vt habetur *in l. cum notiſſimi. in princ. & ibi gl. in verb. ſaltem. C. de praeſcr. 30. vel 40. ann.* tamen hoc fallit in Principe, in quo ſola ſua proteſtatio interrumpit præſcriptionem. notatur per Canoniſtas *in c. nihil prodeſt. extra de praeſcript.* Martin. Laudenſis *in tract. de Princip. artic. 141.*

111. Licet teſtimonium vnius Notarii ſit pręſtantius, quam alterius, qui non eſſet Notarius, vt notat Bald. *in Auth. ſed cum teſtator. circa 3. colum. C. ad leg. Falcid.* tamen teſtimonium Principis plus valeret, dummodo non ageret de facto ſuo. Ita dicit Andreas de Iſernia *in c. ſancimus. tit. quo tempore miles. in vſib. feud.* & poſt eum ita tenet Iacobin. de S. Georg. *in ſuo tracta. feudorum. in verb. Princeps, in 38. ſpecialitate.* & Mart. Laud. *in tract. de Princip. artic. 469.*

112. Licet coram inferiore à Principe non ſufficiat facere ſolam narrationem facti in libello, ſed ſit opus concluſione, vt notant omnes Doctor. *in l. edit. 1. C. de edendo.* tamen coram Principe ſola facti narratio ſine concluſione ſufficit. Ita dicit Ang. *in l. ominum. in prin. C. de teſtam.*

113. Supplicatione Principi porrecta, & oblata, ſi obtineatur reſcriptum, habetur ac ſi lis cõteſtata fuiſſet: vt habetur *in l. 1. & 2. c. quando libell. Principi datus, &c.* & ibi dom. meus Iaſon dicit illud tantum habere locum in Principe non recognoſcente ſuperiorem.

114. Quando Princeps vendit aliquam rem, emptor illius eſt ſtatim ſecurus, nec ab ipſo aut alio poteſt res ipſa euinci. Sed dominus rei venditæ infra quadriennium, habet regreſſum contra Principem ſeu fiſcum. *l. bene à Zenone. & l. omnes. C. de quadrien. praeſcr.* quã tamen legem limitat ſeptem limitationibus Iacobinus de S. Georgio *in ſuo tract. de feudis, in verb. Princeps, in quarta ſpecialitate Principis.* & vide etiam limitationes ad illam legem per Felin. *in c. cum olim. colum. 3. de ſent. & re iudic.* & per eundem Felin. *in c. quæ in eccleſiarum. colum. 23. extra de conſtitut.*

115. Licet partes de iure poſſint renunciare feriis; tamen ſi feriæ ſint introductæ in fauorem Principis, puta propter victoriam contra hoſtes, vel quia ſit ſibi natus filius, non poſſunt partes renunciare. gloſſ. *in verb. ob neceſſitates. in clem. ſæpe. de verb. ſign.* ita refert Martin. Laud. *in d. ſuo tract. de Princip. artic. 310.* Ideo videtur, quod illa die, quo (vt plurimum fit) apud nos ex ordinatione & mandato Principis fiunt proceſſiones generales (vt ita loquar) ſeu pompæ pro victoria Principis, vel, pro orando pro ipſo, non poſſunt partes etiam de eorum conſenſu facere actus iuriſdictionales.

116. Princeps in hoc etiam honoratur, quod ei obuiam iri debet, & expectandus eſt in ciuitatibus cum iucũda receptione: & debet honorari in ſua receptione. Nam tota ciuitas Hieruſalem exiit obuiam Ieſu, ſcideruntque ramos de arboribus, dicentes & clamantes: Oſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, vt ſcribitur *Matth. 21. Marci 11. Luc. 19. & Ioan. 12.* Et die, qua ingreditur, debent milites adeſſe barba tonſa, & veſte pulcherrima, & decora. 2. *Reg.* 19. in medio, teſte Vincentio Cigault *in tract. ſuo de bello Italico. in 4. regali. ver. viuamus.* Et dixi *in commento noſtro ſuper conſuetud. ducatus Burgund. titul. des iuſtices, artic. 4.*

artic.4. in gloſſ. 1. verſic. additio. item etiam adde. Et, quod obuiandum ſit Principi etiam cum pſalterio, tympano, tibia & cithara, clamando, *Viuat Rex*, & munera ſunt offerenda, ſcribitur clare de Saule, 1. *Reg.* 10. *cap.*

117. Magis eſt obediendum Principi, quam patri. Quia Princeps eſt anima Reipublicæ, & ſic patriæ, cui potius parere debet filius, quam patri, vt ample dicit Alber. de Roſate, *in l. veluti. ff. de iuſtit. & iure.* & aliquid vide per dom. meum Iaſ. *in l. 1. § fin. ff. eod. tit.*

118. Si potens opprimit aliquem, oppreſſus debet recurrere ad Principem, vt dicit Cyn. *in l. abſentem. C. de accuſ.* & refert Martin. Laudenſis *in ſuo tract. de Princip. art.* 404. Hinc pro tuitione ſubditorum Principes habent ſuas ſaluas guardias, quæ impetrantur à Principibus ab his, qui timent lædi, & offendi in corpore, vel in bonis. De quibus ſcripſi *in ſæpe alleg. noſtro commento in rubr. des iuſtices. circa fin. ver. ſecundus eſt. ibi; Et ideo pro tertio.* vbi ſcripſi, quomodo iſta ſaluaguardia Principis eſt in tantum priuilegiata, quod trahit ad ſe totam cauſam, & vide infra *ver.* 169. & plenius, *ver.* 195.

Et talis ſecuritas alteri, de tribus modis, conceditur. vno modo, per perſonæ publicæ adhibitionem, *arg. l. 2. & ſi. C. de erog. mil. annon.*

Secundo modo, per tituli appoſitionem, id eſt, per ſigna, aut flores lilii, vni palo vel arbori affixos, vt toto titulo, *vt nemo privatus titulos prædiis. C.* faciunt notata per Bart. *in l. ſanctum. ff. de rerum diuiſ.*

Tertio modo, per promiſſionem & iuramentum, quod nil mali faciet ei, qui timet ſibi de illo, *l. præſenti ibi; de ſua conſcientia. C. de his qui ad eccleſ. confug. in Auth. de monachis. § ſi vero intra triennium. ibi; debere iurare quod nihil mali faciet.* & hoc fit per traditionem byrreti, naſitergii, aut alterius rei ſimilis, in manu eius, à quo timentur verbera, aut iniuriæ huiuſmodi: tamen traditio non obſeruatur apud nos, ſed hoc fit pręhabito iuramento, per iudicem ab eo (qui dicit ſibi timere) quod illum timeat, atque timet: & tunc à iudice præcipietur ſibi ſub pœna aſardi, ſeu mortis: aut arbitraria, ſecundum communem vſum, & obſeruantiam diuerſorum magiſtratuum, & etiam locorum, ne illi habeat de cętero iniuriari verbo, neque facto: prout etiam recitat Iacobus Bonaudi *in ſuo Panegyrico impreſſo poſt opus Ioannis de Terrarubea.*

119. Principes honorantur à ſuis vaſallis & ſubditis, maxime in quatuor caſibus, in quibus Princeps habet ius indicendi ſuos vaſallos, vltra caſus ſuprâpoſitos, vt dicit Spec. *in tit. de feudis. §. quoniam. ver. & not. quod vaſalli committunt, &c. in antep. col.* vbi primo ſcribit, quod tenentur conferre pro exercitu Imperatoris (hoc eſt cum Dominus vocatur per Regem aut Imperatorem ad bellum) ſecundum qualitatem & quãtitatem rei feudalis, quã à Principe tenent, & recognoſcunt. Alia ſcripſi *in commentariis noſtris ſuper conſuetud. ducatus Burgund. tit. Des iuſtices, art. 4. in gloſ. 1.* & vide Guil. Bened. *in ſua repet. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. in 4. deciſ. num.* 554. *extra, de teſtam.* & *in d. deciſione* inſerit, quomodo taliæ imponi poſſint per Principes.

Sed quia, vt dicit Specul. *in loco ante alleg.* Vaſalli tenentur etiam pro redemptione domini ab hoſtibus capti: Iuxta hoc quæri poſſet, an Chriſtianiſſimus Rex noſter Franciſcus, pro ſua redemptione, aut ſuorum filiorum nũc obſidum, pro redemptioné eorum patris, poſſit indicere ſubſidium in Eccleſiaſticos, & Nobiles ſui Regni? Quo ad Eccleſiaſticos, expeditum eſt à nobis *dictis commentariis, in loco ſupra allegato.*

Sed quo ad nobiles, videndum eſſet, an Princeps poſſit etiam eis indicere ſubſidium pro prædicta redemptione, prout hoc anno Domini 1527. fecit. Sed reuocatum fuit in dubium, an potuerit: & multi dicebãt, quod non; eo, quia nobilitas præbet immunitatem & excuſationem à muneribus, collectis, taliis, indictis, ſeu muneribus, vt tenet And. de Iſernia *in tit. quæ ſunt regal. in verb. & plauſtrorum, nauium præſtationem. colum.* 2. Iacobinus de S. Georg. *in tract. ſuo feudorum. colum. pen. in princ.* Imo licet immunis aliâs à collectis, & & taliis non excuſetur tempore belli & neceſſitatis. vt dicit dom. meus Iaſ. *in l. ſi ex toto. in princ. colum. 2. & ſeq. ff. de leg. 1.*

Nobi-

Nobiles tamen excuſantur, etiam tempore belli, cum ſeruire debeant perſonaliter in bello, & non debent duplici onere grauari, pro eadem re, *arg. l. Titia cum teſtamento. §. qui inuita. ff. de leg. 2. l. nauis. §. cum autem. & §. quid ergo. ff. ad l. Rhod. de iact. & leg. pen. ff. de dote præleg.* Ita, quod Nobiles, & vaſalli non debent etiam tempore guerræ, ſubuenire domino de pecunia, ita tenet Ioan. de Anania *in conſi. ſuo 7 incip. viſis & ponderatis his, quæ narrantur in themate. colum. 3.* per tex. *in tit. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter Dominum, & agnatos vaſalli. §. licet. in 2. reſponſo.* Et eſt bona ratio; quia iſto caſu militat ratio duplicis grauaminis; cum eo tempore, & caſu domino ſeruire teneantur in perſona ſua. Limitat tamen illud dictũ ſuum Io. de Ana. in vno caſu, puta, ſi eſt magna neceſſitas, vel dominus ſit in euidenti periculo propter bellum, & vaſallus ſit diues, tunc tenetur ſubuenire domino de pecunia: ita dicit teneri, & concludi per Iacob. Ardizo. *in ſumma feud. tit. quomodo neglig. feud. perda. § item quæritur. ver. item quæro.* refert & ſequitur dominus meus Iaſon *in d. l. ſi ex toto, in princ. coll. pen. in fin. ff. de legat.*

Ex his videtur concludendum, quod nobiles Franciæ non potuerunt indici pro ſubſidio redemptionis Regis, aut ſuorum filiorum. Sed ſi nondum factum eſſet, conſulerẽ, quod non fieret: ſed ex quo factum eſt, opinor non eſſe erratum in hoc, & quod Nobiles non poſſunt conqueri.

Cum primo ad tollendam conſuetudinem, quam poſſunt allegare in his, obſtat id, quod tempore Ioannis Regis Franciæ captiui, in Anglia factum fuit, cum eſſet quæſtio de eius redemptione: quoniam concluſum fuit in Parlamento Pariſienſi (vbi Carolus Delphinus Franciæ, Primores Regni, & plures alii conuocati erant) quod etiam Nobiles collectarentur & indicerentur, etiam pro eorum parte: vt recitat Gaguin. *in Chronicis Franciæ lib. 19. cap. 1.* cum ait: *Hic nobis* (inquiunt) *optima factu viſa ſunt, ſi à clero atque nobilitate decima, & ſemis omnium prouentuum anni vnius exigatur,* & reliqua. Quæ ſententia confirmata eſt, vt tandem patet in his deſcriptis, dum ait: De ſubſidio quidem pecuniario, atque militum copiis (ita vt ſupra memoraui) ſancitum eſt. Et idem etiam refert ibi poſt longa verba, vt Clerus decimam, Nobilitas ex centum librarum annuo prouentu ſolidos centum penderet, &c. Imo ipſe Ioan. ante eius captiuitatem, ſubſidium in tota Gallia acceperat: vt idem refert *in princ. d. c. 1. fol. 1.* vbi inquit: Nec fuit quiſpiam in omni Franciæ Regno annuum, vel ex ſuis operis, vel prouentibus, cenſum percipiens, qui cogendo ſtipendio non contribueret.

Etiam, vt ante dictum eſt, iſtud eſt de iure, quod dominus poteſt vaſallos ſuos collectare, etiam Nobiles, & tenentes in feudum ab eo, quando vrget magna neceſſitas, & talis, quæ non poſſet ſupportari per alios ſubditos: puta, quando eſt ita magna pecuniarum ſumma imponenda, & contribuenda, quod poſſidentes allodialia, & bona ruralia, non poſſent (aut non ſine maximo diſcrimine aut ſcandalo) in totum ſupportare onus; tunc etiã licitum eſt imponere, & indicere bona feudalia, vt ſatis probãt ante dicta.

Maxime pro illo anno, in quo non ſeruiunt perſonaliter, nec præliantur pro Principe, & Republica: vt hoc anno, & à pluribus annis retroactis, nullum ſeruitium præſtiterunt Regi noſtro nobiles Franciæ (ſaltem ſumptibus eorum.) Quoniam, licet multi prælia ſequantur, & in diuerſis locis, non tamen hæc agunt vt coacti ratione feudi, & tanquam vaſalli, ſed tanquam ſtipendiati à Rege, prout ſunt plures alii extranei.

Faciunt & plura alia, quæ adduci poſſent pro hac parte deſcripta per Luc. de Pen. *in l. fi. C. de mancip. & colon. patrimon. lib. 11.* vbi probat, quod tam diu durat priuilegium, quamdiu durat in priuilegiato illud, propter quod priuilegium eſt indultum.

Et certum eſt, quamuis Nobiles Franciæ, in maiori parte habentes altam iuſtitiam, habeant iura indicendi in quatuor caſibus ſuos ſubditos: hoc tamen non eſt de iure, ſed ex conſuetudine immemoriali & præſcripta, & per ſuperiorem tolerata, & approbata ex priuilegio ipſius Principis: & cum talia

Digitized by Google

habeat ex priuilegio Principis, qui ea potius ſibi reſeruare debuiſſet, & non concedere inferioribus, ideo non debeant ægre ferre nobiles, ſi ſemel caſus aliquis ex quatuor prædictis Principi euenerit, ad eidem ſuccurrendum contribuent, prout ipſi tenentur, vt tenet Specul. in caſu præallegato, qui loquitur de vaſallis, & non de aliis. Vide quæ dixi infra *in 8. parte. in 48. conſider. cuius initium eſt, nobilitas in hoc honoratur, &c.*

120. Nulla lex poteſt coarctare curias Principum, quo ad ferias, quin poſſint quolibet tempore ius reddere. ſecundum Specul. *tit. de feriis. §. 1. circa fin ver. item not.* & pro hoc alleg. *l. præſenti. in princ. ibi; præſentanea conſtituta. C. de his qui ad eccleſ. confug.* Et per hoc infert, quod valet conſuetudo curiæ Regis Franciæ, vt tempore Parlamentorum omnibus diebus, etiam feriatis, reddatur ius: maxime venientibus à longinquis partibus, vt citius expediantur. Et ita refert & ſequitur Martinus Lauden. *in tract. de Princip. artic.* 44. quod tamen intelligerem, quoties vſus ſeu caſus exegerit, vt vtar verbis *d. l. præſenti.* vide ante *verſic.* 42.

121. Præfertur Princeps in emptione metallorum. *l. 1. C. de metallis. lib. 11.* dixi *in commentariis noſtris, in conſuetud. Ducatus Burgund. tit. de retraict z. in rubr.*

122. Princeps poteſt mandare ſuo officiali, vt ſic iudicet vel pronunciet, vt dicit Bald. *in l. 1. in vlt. C. quomodo & quãdo iudex.* dicit tamen Mart Laud. *in d. tract. art.* 405. quod Princeps cauere debet, ne quid iniuſtum mandet, pro quo allegat *c. 1. de re iud. lib. 6.*

123. Ad ſolum Principem ſpectat creare Comites Palatinos cum poteſtate, quod poſſint legitimare illegitimos, & creare tabelliones. ita dicit Bald. *in l. reſcripta. C. de precibus Imperat. offer.*

124. Vbi eſt Princeps non præſumitur dolus. Bart. in ſimili *in l. 1. C. de prædiis decur. ſeu curial. lib.* 11. vbi dicit, quod vbi eſt interpoſitum iudicis decretum, ibi præſumitur dolum abeſſe. Bald. *in l. reſcr. C. de precib. Imper. offeren.* alleg. *l. probatorias. C. de diuerſ. offic. lib.* 12. vbi gl. *in verb. dolus.* vbi expreſſe notat, quod nullus dolus poteſt committi cum Principe, nec ambitio. alleg. *l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambitu.* nec deficere ſolennitas. *l. omnium. in princ. C. de teſtam.* dixi hic ante *verſ.* 89.

125. Vbi eſt Princeps, ibi eſt ſecuritas, & nulla formido, niſi vana, quæ non patrocinatur formidoloſa. Iſta ſunt verba Bald. *in l. 1. C. de his, qui per met. iudic. non appell.*

Hinc videmus palatia Principum importare talem ſecuritatem, vt offendentes aliquem in illis capitaliter puniantur: & iſtud obſeruatur in omnibus palatiis, etiam ſummi Pontificis; qui tamen præ aliis miſericordia vti debet. Et vidi Bononiæ tempore Iulii Papæ, cum exercitus Chriſtianiſſimi Regis Francorum Ludouici XII. capta Bononia, & dicto Iulio libere reſtituta, receſſiſſet: ibi plures Galli remorati ſunt pro obtinendis certis diſpenſationibus conceſſis per ipſum Iulium in recompenſam ſeruitiorum. Et ipſe ibi remanſi à feſto ſancti Martini hyemalis, ad Epiphaniam Domini ſubſequentem, in proſecutione Cardinalatus Domini Ludouici Damboiſe, fratris germani, illuſtris Domini, Domini Caroli Ambaſiaci Magni magiſtri Franciæ locum tenentis generalis in Italia, pro ipſo Rege Ludouico, cuius eram tunc auditor ſeu magiſter requeſtrarum: & hac occaſione facilis acceſſus mihi patebat ad ipſum Iulium. Et inter alios, cum remanſiſſet ibi quidam Gallus, ex comitiua Domini de la Pallicæ, qui alapam dederat cuidam in Palatio Papæ, & ſtatim fuit captus à birreriis, & ductus ad Præpoſitum, qui ex mandato Papæ illum furca ſuſpendi facere volebat, & niſi pro certo cito ad Papam accurriſſem, pro obtinenda eius gratia, ſuſpenſus fuiſſet ſolum pro illa alapa, eo quia dicebat in ſuo Palatio omnem ſecuritatem debere eſſe.

Et non ſolum Palatium tali gaudet priuilegio, ſed etiam confinia Palatii, vt per plura tenet & comprobat Alber. *in l. præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confug.* vbi dicit ita communiter obſeruari. Ex quo infero, quemadmodum nemo poteſt portare arma ad palatium Principis. textus *in tit. de pace tenenda. §. ſi quis ruſticus.* in ſententia, nec in confinibus Palatii,

latii, ſeu in portis, & prope. Et ita iudicauerunt Domini de Parlamento Pariſienſi, contra quendam tonſorem, & alios qui contra Grauille Admirallum Franciæ arma portauerant in exitu Palatii Pariſienſis, ex quo cōdemnati fuerunt ad emendam honorabilem & banniti.

126. Solus Princeps poteſt remiſſionem pœnæ facere poſt ſententiam diffinitiuam, vt dicit Bald. *in c. at ſi clerici. de iudic.* facit. *l. 1. §. vlt. ff. de quaſt.* Vide hic ante *verſic.* 46. poteſt etiam ſolus dare licentiam tollendi corpora condemnatorum à furcis, vt dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetudine ducatus Burgund. tit. Des iuſtices, artic. 5. in gloſſ. de principe. ver. 1. in fine.*

127. Adſiſtentes Principi conſequuntur & dignitatem, & nobilitatem, & immunitatē, vt infra dicitur *in proxima parte*, circa finem, vbi multa priuilegia curialium ſeu aulicorum deſcribuntur. & *in 8. par. in 19. conſid.* cuius initium eſt: *Adhærentes lateri Principis. &c.* & per Franciſcum de Parma. *in ſuo tract. de priuileg.* 139. Vbi inter cætera dicit, quod ratione excellentiæ Principis medicus Principis dicitur fungi dignitate Principis, qui etiam æquiparatur comiti. *leg. 1. C. de comitib. & archiatris. lib.* 12. Cum alias eſſe medicum, non ſit dignitas, cum interdum obſtetrici æquiparetur. tex. *in l. ſi duob. §. fin. autem. C. comm. de legat. & in c. fin. in gl. ſecunda.* 14. *q.* 5. Et ibi ipſe Franciſcus, cubiculatus Principū curialibus & negotiatoribus, qui propter excellentiam Principis immunitatem conſequuntur, de quibus *in d. proxima parte* dixi.

128. Cum Princeps ex certa ſcientia poſſet tollere omnia pedagia Nobilibus, quæ acquiſiuerunt ex conſuetudine: quia poteſt derogare cuilibet conſuetudini cum clauſula; *ex certa ſcientia*; multo magis poſſet illa moderari, & taxare, propter immoderatas extorſiones, quæ fiunt. Iſta ſunt verba Bal. *in c. fin. in vlt. char. extra de conſuet.* Et ex hac vltima ratione, dicerem Vnum, quod multum laudarem, ſi fieret à Principe (quod facere poſſet) vt infinitas paruas iuriſdictiones, quas habent plures domicelli reuocaret: cum optime faceret, propter infinitas, & immoderatas extorſiones, nec dicam cruciationes, quæ exercentur per huiuſmodi domicellos, tales iuriſdictiones habentes erga ſuos ſubditos, in exigendis & emendis, ſeu multis ex paruis, & minimis rebus: Quod an fieri poſſit, dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuet. ducat. Burgun. in tit. des iuſtices. cri. verſ. vnde nemo. n.* 94.

129. Rex poteſt dare filiis ſuis etiam non emancipatis propter authoritatem Regiam. Bal. *in c. 1. §. item ſacramenta. in tit. de pace iuram. firm.* Et ſic *l. 2. Cod. de inoffic. don.* non habet locum in Principe. *Corſe. de poteſtate Regia. q. 6.*

130. Proditorem Principis reuelare & manifeſtare debemus. *l. Metrodorum. ff. de pœnis.* Andreas de Iſernia *in ca. 1. § præterea ſi vaſallus, per illum tex. in ti. quæ fuit prima cauſa benef. amitten.* Iſtud ſatis ample declaratur per Bar. *in l. vtrum. ff. ad leg. Cor. de ſicar.* & per. Fal. *in c. 1. de offic. de l.* vbi ample Pan. *in c. 1. de reſt. ſpol.* & Paulum de Caſt. *in l. fin. C. de inſt. & ſubſt. ſub condit. factis.* vbi tenet opi. Bar. *in d. l. vtrum.*

131. Princeps habet hoc priuilegium, vt permutationem facere poſſit cum Eccleſia de rebus immobilib. Eccleſiæ, licet non ſit nec intendatur vtilitas Eccleſiæ, dummodo non intēdatur præiudicium, *ca. 1. de rer. perm. in 6.* & in aliis ſecus: quia in quocunq; contractu cum Eccleſia celebrato attenditur vtilitas Eccleſiæ, alias non valet. *c. tua. extra de his, quæ fiunt à Prælat. &c.* Ita dicit Ant. de But. *in d. cap. 1.* quem refert Mart. Laudenſis *in d. tract. de principib. art.* 546.

132. Solus Princeps poteſt apponere clauſulam, de plenitudine poteſtatis. Bald. *in commento ſuo ſuper tractatu de pace Conſtantiæ. §. vaſalli noſtri, in verb. libellaria. circa fin.* Et ex hoc infertur, quod licet ipſe Princeps creauerit comitem Palatinum cum poteſtate, quod poſſit legitimare illegitimos: Tamen ille Comes Palatinus non poſſit legitimare in præiudicium filiorum legitimorum, nec aliorum, quibus eſſet iam ius quæſitum; quia eſt ſpeciale priuilegium Principis, vt de plenitudine poteſtatis poſſit ius vnius auferre, &

& dare alteri. dixi ſupra *ver.* 53. & tenet Bald. *in proœmio decret. col.* 2. *in medio.* & hanc poteſtatem in dubio non intelligitur transtuliſſe in Comitē palatinum. Oporteret ergo, quod ſpecialiter fieret mentio in conceſſione de tali poteſtate, ita dicit notabiliter Bald. *in leg.* 2. *col. mihi* 6. *ver. Item, nota, quod ſi Papa, &c. C. de ſeruit. & aqua.* & iſtud refert, & ſequitur Iacobus de ſancto Georg. *in d. tract. ſuo de feudis, in* 48. *ſpecialitate.* Et quid ſit plenitudo poteſtatis, & quod tamen à Deo concedatur, vide Bald. *in loco ante alleg.*

133. Princeps non ſubiicitur alicui neceſſitati. *c.* 2. *de arbitr. libr.* 6. & per Alexandr. *conſi.* 80. *incip. viſo, & diligenter animaduerſo. colum.* 9. *in* 1. *volu. & conſi.* 12. cuius initium eſt, *diligenter viſis. in* 2. *volu.* dom. meus Iaſ. *in leg. nemo poteſt. col.* 8. *ff. de lega.* 1. Et Franciſcus Curtius *in conſi. ſuo* 2. *in ca. vaſallus habens caſtra. col.* 1. ideo dicit Bald. *in l. C. de ſeru. & aqua. col.* 6. *ver. item nota. ibi; dicitur enim tribus modis aliquid liberū.* quod in principe eſt ſedes libertatis, & quod poteſt præferre æquum magis æquo, & minus bonum maiori bono: quod prabat Franciſcus Curtius ſenior *conſi.* 49. cuius initium eſt, *recolendæ memoriæ. col.* 12.

134. Princeps poteſt ferre ſententiam non conformem libello, vt dicit Bar. *in l. Aemelius. circa fin. ff. de minorib.* 25. *annis.* & ibi reddit rationem dicens, quod Imperator, vt finem litibus imponat, poteſt hoc facere veritate inſpecta potius, quam rigoroſitate, & idem tenet Alex. *in l. vinum. col. vlt. ff. ſi cer. pet.*

135. Princeps poteſt tollere leges poſitiuas; quia non ſubiicitur illis, ſed illæ ipſi, *c.* 2. *extra de conceſ. præb.* Alex. *conſi. ſuo* 2. *col.* 5. *ver. comprobatur. in* 1. *vol.* ideo dicit Bald. *in tit. de alienatione feudi.* quod Deus ſubiecit principi leges, & nulla lex eius celſitudini imponi poteſt, de quo per Fel. *in c.* 1. *col.* 7. *ver.* 4. *lim. extra de conſt.* Curtius *conſi.* 49. *in* 9. *colu.* & vide ſupra *ver.* 62. & per Bal. *in proœmio Gregoriano. in* 2. *col. ver. & adde, quod notatur in proœmio ſexti.*

136. Princeps poteſt eſſe iudex in cauſa propria, ſed nō inferior, qui recognoſcit ſuperiorem. *l. proxime. ff. de his quæ in teſt. delen. l. & hoc Tyberius Cæſar. ff. de her. inſt.* optimus & clarus text. *in ca. nunc autem.* 12. *diſtin.* notatur per Inno. *in ca. cum veniſſet. poſt gloſſ. extra de iudic.* & ibi ample per Barb. Et quod Princeps non recognoſcens ſuperiorem, poſſit, notatur per Bald. *in c.* 1. *in tit. de inueſtit. in marit. facta. & in l. fin. ff. de rer. diuiſ.* & per Bald. *in leg. vnica. C. ne quis in ſua cauſa iudicet.* & de materia vide Fel. *in c.* 1. *col.* 4. *in* 2. *notat. de proba.* Alex. & poſt eum do. meus Iaſ. *in l. qui iuriſdictioni præeſt. ff. de iuriſd. omn. iud.* Alex. *conſi.* 1. *col.* 4. *in* 5. *vol. & conſil.* 24. *in* 2. *vol.* Ant. de Prato veteri *in conſiliis Barbatia, in fi.* 1. *vol.*

137. Princeps poteſt reſcindere ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, vt tenet Panor. *in cap. qualiter, & quando. col.* 2. *extra de accuſ.* duntamen dicat, non obſtante tali ſententia, vt dicit gloſſ. vnica. *in leg. fin. C. ſentent. reſcindi non poſſe.* notatur *in cap. nonnulli. in* §. 1. *in verbo fecerint. extra de reſcr.* &, vt dicit Angelus *in l.* 1. *C. de ſentent. paſſis.* poteſt vnico verbo ſententias inferiorum caſſare.

138. Princeps poteſt exigere iuramentum fidelitatis ab Epiſcopis tenentibus feuda ab eo. *cap. verum extra de foro comp.* notat Panor. *in cap. veniens. extra de accuſat.* Corſetus *de poteſtate Regia, quæſt.* 54. & Ioan. Ferrault *in priuil. Regni Francorum, in* 10. *priuil.* Quomodo autem perſonæ Eccleſiaſticæ tenentur ad fidelitatem, obedientiam, & reuerentiam Principi ſeculari: & an poſſint, & quomodo, committere crimen læſæ maieſtatis in eum, & puniri poſſint, ſcribunt ample Ioan. de Terrarubea, in libro de vinea Eccleſiæ, & ibi Gloſſator *in* 5. *art. tertii tractatus*, vbi ponuntur 18. concluſ.

139. Licet in contractibus regulariter non habeat locum ius accreſcendi. *l. ſi mihi, & Titio. ff. de ver. oblig.* In donatione tamen, facta à ſupremo Principe habet locum ius accreſcendi. *leg. vnica. C. ſi liberalit. imper. ſocius ſine harede deceſſ. libr.* 10. Cynus *in l. vnica. C. quando non petent. partes, &c.* & M. Laudenſis *in tract. de Princip. art.* 297. vbi dicit, quod ius accreſcendi habet locū in iuriſdictione ordinaria non delegata, vt dicit Bal. *in d. l. vnica. C. quando non peten.* Et in hoc articulo Iacobinus de S. Georg. *in tract. de feudis. in verb. Principis in* 51. *ſpecia-*

Digitized by Google

ſpecialitate diſputat, nunquid hoc procedat in feudo conceſſo à Principe duobus in eodem inſtrumento, & coniunctim: & concludit, quod ſic.

140. Princeps transfert dominium ſine traditione; quia non ſubiicitur legibus exigentibus traditionem: vt dicit Ang. *in l. officium. ff. de rei ven.* Alex. *conſil. 3. in c. ex his. col. pen. in 5. vol.* dominus meus Iaſon *in l. traditionibus. C. de pactis.* Purpuratus *in l. imperium. num. 84. ff. de iuri. omn. iudic.*

141. Ex præcedenti articulo infero, quod ſi Princeps donat, vel vendit rem duobus diuerſo tempore, & ſi ſecundo emptori ſeu donatario rem tradidit; tamen primus, cui res non fuit tradita, erit potior: & ita limitatur *l. quoties. C. de rei ven.* non habere locum in Principe, prout eam ſic limitat dom. meus Iaſ. *in d. l. quoties. col.* 8. Ludouicus Ro. *conſi. 288. in c. circa premiſſum dubium* & hoc eſt; quia prima cōceſſio Principis eſt præferenda ſecundæ, etiam facta cum clauſula, *motu proprio*, niſi clauſula, *non obſtante conceſſione alteri facta*: vt dicit Bar. *in l. 1. C. de locat. pradior. ciuil. vel fiſcal. lib.* 11. Faciunt & plura alia, quæ adducit ad iſtud propoſitum Iacobinus de S. Georgio *in ſuo tract. de feudis. in ver. princeps. in 52. ſpecialitate.* vbi adducit ad iſtud propoſitum 8. deciſiones. Sed cum eo conclude, quod illud eſt verum in priuilegiis per eum conceſſis: ſed in contractibus præſumitur contrahere de iure communi, niſi expreſſe dicatur, quod intendit transferre dominium, ſine traditione: quod facere poteſt lex; vt *in l. vlt. §. pen. & ibi gl. in ver. ſine. & in ver. donata. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

142. Princeps poteſt retrahere ab Epiſcopatu Epiſcopum promotum ad Epiſcopatū per ſimoniam, prout etiamſi commiſiſſet crimen læſæ maieſtatis, vt videtur eſſe text. *in l. ſi quenquam. C. de epiſcop. & cleric.*

143. Cauſa ſpiritualis poteſt committi Principi per ſummum Pontificem, licet Princeps ſit laicus: vt *can. præter. §. verum. in gl. ducib. in fi. 32. diſt. & in c. valde in gl. præcipimus. 94. diſt. & c. bene quidem. 96. diſt. & in c. Meuuam. in verb. arbitr. 2. q. 4. & in c. decernimus. in verb. non præſumant. & ibi doct. extra de iudic.* Dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgund. titul. Des iuſtices. artic. 5. in gloſſ. S'il n'a grace. ver. fallit iſta regula. num. 48. & eod. tit. artic. 4. in gloſſ. ſurſes hommes. ver. nunquid autem. circa fin.* Ioannes de Selua *in tract. ſuo de beneficio, in part. 2. q. 3. col. 5. & in ead. par. q. 23.* vbi ample, *& in ea. par. quæſt. 19. col. 2.*

144. Omnis contractus celebratus cum Principe habet naturam bonæ fidei contractuum: Ita dicit Bald. *in ſuo commento ſuper tractatu pacis Conſtantiæ. §. ſententiæ quoque. verſi. quæ vero, in dicto verbo.* Curtius *conſil. 49. in 73. colum.*

145. Quandó ſeruitium debet fieri perſonæ Principis, nō debet fieri per ſubſtitutum: Bald. *in c. 1. §. mutus. col. fin. in 1. Epiſcop. vel Abbat. in vſi. feudor.* niſi de voluntate Principis. *l. ſi quis ex corpore. C. de murilegul. lib.* 11.

146. Donatio facta priuato in Principem non indiget inſinuatione. tex. *in Authent. item. C. de don. & in Auth. vt non fiant pignorationes. §. 2.* alias *§. aliud quoque. col. 5.*

147. Supremus Princeps de poteſtatis plenitudine poteſt auferre feudum vaſallo; ſi tamen ita faciat, tenetur ei ad intereſſe: & ideo ſi Papa auferat beneficium alicui ſine cauſa, debet ei prouidere de alio cum ſimili beneficio. Ita dicit Bald. *in cap. 1. in c. ad hoc.* & eſt ſub titu. *de allodiis, in vlti. qu.* ſed ipſe Bald. poſuit ſub tit. *de pace iuramento firmanda, & ſeruanda, in vſibus feudor.* & idem Bald. *in c. 1. §. cum autem, ſuper verbo, cambium. de controuerſ. inueſt.* alias *ſi de inueſtitura feudi controuerſia fuerit*, dicit, quod Princeps poteſt accipere vtile dominium vaſalli, & dare ſibi directum, & ſic permutare dominium directum cum vtili. Et quomodo Papa poſſit priuare Epiſcopum Epiſcopatu ſuo: vide Fel. *in c. quæ in eccleſiarum. colum. 14. extra de conſtitut.*

148. Princeps omnem dilationem poteſt abbreuiare, etiam ſine cauſa, ita dicunt Pet. de Anc. & Ioan. de Imol. *in c. ex ore ſedentis. extra de his quæ fiunt à maiori parte Capit.* mouentur per illum text. iuncto *cap. 2. de conceſſ. præb.* & notatur per Bart. & alios *in l. 2. de re iudic.*

149. Prin-

149. Princeps in ſuo territorio poteſt creare nouam dignitatem. Ita tenet Andreas de Iſernia *in c.1.§.ſi quis de manſo.pen.colu. in d.titu. de controuerſ. inueſtit.* alias *ſi de inueſtitura feudi controuerſia,&c.* Luc.de Penna *in l.contra. C. de re mil.in 7.priuileg. libr. 22. & in l.vnica.C.de metropoli Beryto,lib.11.*& dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuet.duca.Burgun.in rub.Des iuſtices, circa finem.verſi.vnde nemo.nu.96.ſcilicet,quod Princeps noua officia creare poteſt.*

150. Palatia Principum non ſunt parietibus & ædificiis priuatorum coarctanda. text. *in l. quicunque in princip. ibi : quod priuatorum non eſt parietibus coarctandum, hoc eſt conſtringendum.C.de operib.public.*facit *c.nulla.& ibi gloſſ.12. quæſt.1.*

151. Licet regulariter quis non poſſit ſtipulari alteri, text. *in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff. de verb.obl.& in §.alteri. Inſt.de inutilib.ſtipulatio.* tamen hoc fallit in ſupremo Principe, vt voluit gl. notabilis *in proœmiis decretalium. in verb. ſeruus ſeruorum.*

152. Princeps poteſt facere de ciue forenſem propter ſuum delictum, vt dicit Bald. *in l.ſi quis filium.C.de lib.præter.*

153. Licet regulariter donatio facta per patrem, filio in poteſtate exiſtenti non valeat. *l.1.& 2.C.de inofficio.don.* tamen hoc fallit in Rege, ſeu Principe donante filio in poteſtate; quia talis donatio valet, dummodo exprimat ſe donare velle autoritate Regia. Ita Bald. *in c.1.§.item ſacramenta.colum.mihi pen. ibi: ſecundum vtrum Rex,&c.in titu.de pace iuram. firm.& ſeruanda.*& pro hoc allegat.in arg.*l.bonorum.C.qui admitti ad bonor.poſſeſſ.poſſ.* Et Curtius *in conſil.65.col.6.*vbi ample.

154. Princeps donans aliquas res filiofamilias, in illis pater non habet vſumfructum. text. *in l.cum multa. C. de bonis quæ lib.* refert Iacobinus de S.Georgio *in ſuo tract.feud. in verb. Princeps in pen.ſpecialitate.*

155. Autoritas principis dat cauſam,vt præſumatur bona fides.Bald.*in l.1.C.de furtis.*

156. Solus princeps deportatum, aut in metallum damnatum, ex ſua lege priuat iure ciuili ſibi alias competenti, vt ſcilicet non ſuccedat liberis, parentibus & libertis: quem ſi reſtituit,omnia in eum reintegrare cenſetur. *l.1.in fin.ff.de bon.poſſ.contra tab.l.ſiue.in princip.ff. de iure patron.l.2.§.ſi deportatus.ff. de bonis lib.l.ad ſucceſſionem.ff.de interd.& releg.*

157. Solus princeps per ſuum decretum ligat ignorantes,*cap.1.de conceſſ.præb.in 6.*notatur per Arch. *in cap.ſi apoſtolicæ. de præb. eod. lib.*

158. Princeps de plenitudine poteſtatis(cui contradici non poteſt)poteſt tollere citationem ſecundum Hoſt.& Ioan.Andr.*in cap.noſtra.extra.de proc.* Bald. *in l.fi. ver. opponitur.C.de fructib. & lit.expen.* Imo abſq; clauſula de plenitudine poteſtatis aliqua cauſa ſubſiſtente poteſt tollere citationem gloſſ.*in l.antep.*quæ incipit; *is qui Reipubl.ff. ex quibus cau. maiores.* Curtius *conſil.*49.vbi ample.

159. Princeps difficilibus finem imponit. text.*in Autheu.de inſtrum.caut.& fide.in §.quia igitur. coll.6.* & factum pro non facto haberi facit, *ca. is qui fide. extra de ſponſal. & matrim.*& ſcitum pro non ſcito *clem. 1.de conceſſione præben.* & conſtitutionem ante obſeruatam facit haberi pro infecta. gloſſ. *in clem. 1. in verb. pro infectis.de immun.Eccl.*vt dicit Franciſcus Curt. *conſi.49.colum.19.* Quod tamen vltimum nō opponit verum; eo, quia hoc ſolo priuatur Deus, quod facta infecta haberi nō poſſunt. tex.*in l.in bello.§.facta.ff.de capt.& poſtli.reuerſ.& in ca.præſentia.extra de probatio.* Quia ad præteritum non eſt potentia. & facit text.*in l. vnica. in prin.& ibi gloſſ.in verbo, reſtitui. C. de raptu virgin.& in c.ſi Paulus.23.q.5.*

160. Diuinatio in labiis Regis eſt, & in iudicio non errabit cor eius. *Prouer.16.* Nutu enim Dei agere præſumitur. Curt. *conſ. 48.colum.21.* Et ideo tanta eſt eius celſitudo,quod non poteſt ei imponi lex in ſuo Regno.vt dicit Cur.*in conſi.65.colum.6.ad finem.* maxime in Regno Francorum, qui ſuper omnes Reges eſt; quia tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis imminet, & cum ipſe ſit in Regno ſuo,tanquam quidam corporalis Deus,verba ſunt Bald.*in cap.1.§.fin. in fin.de prohib.feudi alie.per Feder.in vſib.feud.* Sicut dicitur de Papa, qui obtinet vicem Dei viuentis in terris.*can.inter hæc hircum.de pœn.diſtin.3.*

161. Si-

161. Sicut mentiri Deo, vel Papæ ſacrilegium eſt, vt *in c. ſerpens. in medio cap. ibi gloſſ. in verb. quod Deo. de pœn. diſt.* 1. ita & mentiri Principi, vt dicit Luc. de Penna *in l. contra. colum.* 5. *C. de re milit. lib.* 12. Et ibi ſcribit, quod magna eſt poteſtas Regia, *Eſdr.* 3. *c.* 9. Quoniã omnia præcellit. Et qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimitur à gloria. *Prouerb.* 25.

162. Princeps habet iura in ſubditos, de quibus habetur 1. *Reg.* 8. *cap.* vbi ſcribitur: Et *Ius Regis, qui imperaturus eſt vobis, filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietq; ſibi equites, & præcurſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum ſuorum: filias quoq; veſtras faciet ſibi vnguentarias & focaritas, & peniſicas. Agros quoq; veſtros, & vineas, & olìueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis.* & plura alia quæ ſequuntur, &c. Et vt dicit ibi Nicolaus de Lyra, Princeps habet hæc iura tempore neceſſitatis iure diuino, vt refert Lucas de Penna *in l.* 2. *C. de quibus muner. vel præſtat. nemini liceat ſe excuſ. lib.* 10. vbi tandem concludit, quod Princeps poteſt imponere collectã, etiam clericis tempore neceſſitatis. & ita etiam tenet G. Benedict. *in ſua repet. cap. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num.* 136. *extra. de teſtam.* Maxime (vt dicunt) quando tenent terras & poſſeſſiones: & in hoc non faciunt dubium. Pro quo facit tex. iuris diuini. 1. *Reg.* 8. *c. ſupra alleg.* cum in ordine ſequatur textus, ſcilicet, Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, in quibus etiam comprehenduntur clerici, cum Deus alloqueretur ad populum Iſrael per os Samuelis prophetæ, qui petebat Regem ſibi dari, ex quo comprehenduntur clerici, cum contineantur appellatione populi, vt eſt text. *in can. fin.* qui incipit: *ſi forte* 63. *diſtin.* Ex quibus ſatis apparet de iuribus Reg. in quibus honorari, & priuilegiari debent vltra alios, & ex his elicio aliud priuilegium ſequens.

163. Princeps etiam pro neceſſitatibus ſuis poteſt imponere collectam ſuper viris Eccleſiaſticis pro rebus eorum temporalibus, vt ample ſcripſi *in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducatus Burgund. tit. Des iuſtices.* §. 4. *in gloſſ.* 1. *verſi. Aduerte tamen, vſq; ad finem illius gloſ.* vbi fit mentio de Bonifaciana, quam Rex Franciſcus hodie regnans, voluit executioni demandare anno Domini 1522. vt ibi dixi.

164. Reges habent prædicta Regalia, & ita ſeruat totus mundus, vt dicit Bald. *in l.* 3. *C. ad Treb.* ita etiam dicit Iacobin. de S. Georg. *in ſuo tract. feudorum in* 58 *ſpecialitate.* Immo etiam habent imperium, & dici poſſunt Imperatores, vt dicit text. *in* 1. *Reg.* 8. *cap.* cum inquit: *Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis, &c.* Et de Rege noſtro Franciæ, quod ſit Imperator in ſuo Regno, Corſetus *in ſuo tract. de poteſtate Regia. q.* 45. Et dicitur infra *in iſta par. in* 30. *conſid.* quæ de excellentia Regis Franciæ ſcribitur: Etiam Principes perpetui habent iura imperii. dixi *in Commentariis noſtris, ſuper concluſione conſuetudinum ducatus Burgun. in verb. nous auons. & in titul. Des ſucceſſions des Baſtardz. art.* 3. *in gloſſ. & ab inteſt. verſic. nunquid Rex Franciæ, &c.* Aduerte tamen, quod Comites, & alii Principes inferiores à Regibus non poſſunt habere talia iura Regalia, etiam ex conceſſione ſupremi Principis, vt tenet in terminis Lucas de Pen. *in l. contra. col.* 7. *C. de re milit. lib.* 12. Imo non poteſt Princeps talia iura inferiori concedere, vt dicit Lucas Pen. *in l. an Reſpub. C. de iure Reipub. lib.* 11. Ideo ſi reperiantur inferiores à Principe ſupremo, habentes talia iura, poſſunt eis inhiberi per ſupremum Principem; cum talia habeant per vſurpationem, quæ non eſt in hoc toleranda, nec videntur poſſe præſcribere ea, cum ſint incapaces talium iurium: cum incapacitas reſpectu perſonæ reddat eam inhabilem ad præſcribendum, vt dixi *in Commentariis noſtris ſuper conſuet. ducatus Burgund. tit. Des iuſtices. artic.* 2. *in gloſſ. & la preuua. ver. contra, &c.* vide etiam Bal. *conſi.* 202. *in* 2. *part.* vbi ponit, An Regalia ab inferiore Principe præſcribi poſſint.

165. Principi non eſt maledicendum, *Exod.* 22. dicitur: Principi populi tui non maledices. & *in l. vnica. C. ſi quis Imperat. maled.* & gloſſ. rubricaria. *C. de præpoſ. labor. lib.* 12.

166. Princeps dicitur maritus Reipublicæ, iuxta illud Lucani Poetæ *in* 2. vbi patet: *vrbiq; mari-*

maritus. Nam ſicut inter virum & vxorem matrimonium carnale contrahitur & œconomicum, ſic inter Principem & Rempublicam matrimonium morale, & politicum. Item ſicut inter Eccleſiam & Prælatum matrimonium ſpirituale contrahitur, & diuinum. *c.ſcire.7.quæſt.*1. quam ipſe Prælatus caſte regere debet. *ca.ſicut.*21.*q.*2. Ita Princeps in Republica, & Reſpublica in Principe: vnde Eccleſia comparatur congregationi hominum politicæ *in 3.par.ſua ſum.S.Thom.quæſt.*110.*artic.*1. & Papa eſt quaſi Rex in Regno propter plenitudinem poteſtatis. *ead.q.art.*3. & Princeps dicitur. *c.corpora de conſec.diſt.*1. facit *in cap.apib.7.quæſt.*1. vbi comparantur Rex, Imperator, & Epiſcopus. Ita ſicut vir eſt caput vxoris, vxor vero corpus viri. *c.ſi quis.*38. *q.*1.*& c.manifeſtum.* §. *ex præmiſſis.*33.*quæſtion.*5. Ita Princeps caput Reipublicæ, & Reſpublica eius corpus, ſecundum Plutarch. *in inſtit. Traiani.* Ita dicit Lucas de Pen. *in leg.quamcũq. col.*3.*C.de omni agro deſer. lib.* 11. *& in l.nemini.C. de conſul.lib.*12.

167. Licet non ſit licitum baptizare pueros (caſu neceſſitatis ſecluſo) in cameris, filii tamen Regum & Principum poſſunt in aulis vel cameris baptizari. text. *in clem. vnica.* §. 1. *de baptiſmo.* & eius effectu, & ibi Cardinalis, & Ioannes de Monthelono *in ſuo promptuario iuris, in verb. Princeps. in gloſſ. multi.*

168. Ad ſolum Principem ſpectat conferre honorem, & licet honor ſit præmium virtutis; eſt tamen arbitrio Principis, cui & quando conferre placuerit. vt dicit Luc.de Pen. *in l.nemini.C.de conſul.lib.*12. dixi hic ante *in* 1.*part: in* 4 *conſideratione.*

169. Princeps eſt Dominus omnium rerum ſui Regni. *l.bene à Zenone.circa prin.ibi:cum omnia principis eſſe intelligant. & ibi gloſſa in verb. omnia. C.de quadr.præſc.* Quod quomodo intelligatur, ſcripſi *in noſtris Commentariis ad conſuetudines ducat.Burgun. Des fiedz.arti.* 4. *in gl. apres le dict.hommage. verſic.nunquid autem Rex. & vide Corſet. in tract. de poteſtate Regia. qu.* 19. *vide ſup.ver.*118.

170. Licet de iure quid non valeat, ſi tamen Princeps de facto mandat ſeruari, perinde eſt acſi de iure valeret quo ad ſubditos, vt tenet & probat Alberic. *in l. cunctos populos. C. de ſum.trini.* dixi in *dict. Commentariis noſtris, titu. Des droictz, & appartenances à gens mariez. art.* 1. *gloſſ.ne auſſi par teſtament.verſ.*1.

171. Princeps poteſt facere, quod priuilegium ſuum, aut aliorum ſit ius commune, quo ad omnes. not. *in l.fin.C.de iure domin. impet. & in l. Cæſar. ff. de publican.* dixi *in dictis noſtris commentar.tit.Des iuſtices.art.*4. *in gl. ſur ſes hommes. verſi.quia hic ante, nu.*65.

172. Princeps poteſt facere, quod munera, quæ ſunt extraordinaria, ſint ordinaria: vt tenet Galderinus *conſi.*7. *in rub.de conſt. & in conſi.* 2. *in rub. de cen.* & dixi *in dictis noſtris com. & art. ante alleg.in gloſſ.indice, in fin.*

173. Veniens contra præceptum Principis, peccat mortaliter, vt notant doctores *in cap. cum contingat. extra de iureiur.* dixi *in dictis comment.tit.Des droictz, & appartenances, &c.in gloſſ. ſuppoſe.verſi.& iſtam partem. &c.* Et Principi obediendum eſt ſub pœna peccati mortalis. *cap.*1.*de maio. & obe. & in tit.Des iuſtices, art.* 8. *in gl.congie & licence.verſi.vlt. eſt videndum.* & Corſe. *in tract.de poteſtate Regia.q.*33.

174. Princeps præſumitur ſcire conſuetudines multum vulgatas: ita dicit Bald. *in l.*2. *in fin.C.quæ ſit longa conſuet.* & ita dicit Iac. d. S. Georg. *in tract. de feud. in ver. Princeps. in* 45. *ſpecialitate.* etiam dicit Alexand. *conſ.* 24. *in* 5. *vol.* quod Princeps præſumitur ſcire vulgatos vſus.

175. Princeps poteſt dare reſcriptum reparationis, deſertionis, appellationis, cum clauſula, *non obſtante*, vel cum alia clauſula æquipollente, ex qua appareat de præciſa intentione Principis. Ita dicit Bald. *in l. impetrata. circa fin.C.ſent.reſcind.non poſſ.*

176. In omni actu etiam in iuramento intelligitur excepta autoritas Principis & ſuperioris: & hoc multis comprobat D. meus Iaſ. *in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* ad quem recurre. melius Corſe. *in tract.de poteſt.Regia.q.*27.

177. Principes poſſunt conferre beneficia ex priuilegio Apoſtolico. Corſet. *tracta. ſuo de poteſtate Regia. q.* 11. Ioan. de Selua *in tracta. ſuo*

Digitized by Google

ſuo de beneficio.in 2.part. in quaeſt.23.circa princ. & per totum.vbi dicit,quod Rex Fráciæ iure Regali,& ex priuilegio confert præbendas ſede Epiſcopali vacante,maxime in Eccleſia Carnotenſi,& Specul.in terminis de Rege Franciæ,*in tit.de legato.§.nunc tractemus. ver. ſed nunquid legatus*. vbi dicit, quod Rex Franciæ habet ius vendicandi Regalia in quibuſdam Eccleſiis ſui Regni vacantibus; quia habet collationem beneficiorum ad illas ſpectantium, & illo tempore vacationes etiam temporalia illarum Eccleſiarum recipit: & quæ ſint illæ ſcribit Ia. Bonaudi *in ſuo panegyrico deſcripto poſt opus Io. de Terrarubea*, vbi ample ponit de iſtis iuribus regalibus.

178. Literæ geminatæ Principis habent vim & effectum motus proprii. Bal.*in l.ne damnoſa.& ibi D.meus Iaſ.de precib. imper.offer.* & Corſe.*in d.ſuo tract.de poteſtate Regia.q.*16. vbi ponit tract.de geminatis.

179. Principes non recognoſcẽtes ſuperiorem: vt ſunt Papa, Imperator, Reges Franciæ & Hiſpaniæ ſunt ſuperilluſtres, alii vero illuſtres. Corſe.*in d. tract. qu.* 23. *vide infra in* 7. *part.in* 2.*conſid.ver.*3.*&c.ſaltem remiſſiue: & in* 3. *conſideratione ſeq.* vbi effectus & priuilegia illuſtrium deſcribuntur.

180. A ſententiis Principum appellari non poteſt,vt dicit Bald.*in l.*1.*in fi. ver. vlt. not.ff.de offic.præfecti pratorio.& in c.cum veniſſent.col.*2.*extra.de eo qui mittitur in poſſ.cauſa rei ſeruand.*Corſet.*in d.tract.q.*22.

181. Omnes Reges dicuntur clerici. vt dicit Corſet.*in d.ſuo tract.de poteſtate regia. q.* 40.

182. Princeps eſt lex animata in terris, vt eſt text.*in Auth.de conſulib. circa fin.* & ibi expreſſe notatur in verbo, *legem.collat.* 4.*& in Authen. quibus modis natur. effic. legit.* §.*ſat igitur licentia. col.*6.*& gloſſ.fin.in leg.more.ff.de iuriſd. omn. iudic.* Dixi *in commentariis noſtris ad conſuetudines ducatus Burgun.tit.Des iuſtices.art.*5.*in gloſſ. S'il n'a grace,verſi.hic eſt ergo.nu.*14.& Corſet.*de poteſtate reg.q.*45.Franc.Curt.*conſil.*35.

183. Nomina Regum & Principum debent apponi in inſtrumentis, ſecundum Spec. *in tit.de inſtrum.edit.§.*2. cuius initium eſt, *breuiter.verſi.*2.*incip.ſunt autẽ.& ver.poſt dum, &c.* & Pan. *in cap.*1.*in prin. col.*3.*extra de fid.inſtrum.vt in Auth.vt præponatur nomen Imperat.docum. &c. & quod ibi not.in gl.*4.vide Corſet.*in tract.de poteſtate regia,q.*46.

184. Ad Reges & Principes ſpectat cuſtodia Eccleſiarum ſaltem maiorum ſui Regni vacantium,& hoc iure regaliæ *argu.c.generali, de electio.in* 6. Ita dicit & tenet Io. de Selua *in ſuo tract.beneficiali: in* 2.*part.q.*23.*col.*8.*circa fi.*& Corſet.*in dict.tract.quaeſt.*56.

185. Soli verbo Principis propter excellentiam dignitatis ſtatur. *c.nobiliſſimus.* 96. *diſtin.* facit *cle.literis,de prob. &c.ſi Papa. de priuil. lib.* 6. Quod,quomodo apud nos intelligitur, ſcripſit Coſmas Guymier *in ſuo Cõment. ſuper ſublatione cle. literis. de probation.* & Corſe. *in d.ſuo tract.quaeſt.*88.& dixi *ſuper concordatis in d. tit. de ſublat.cle.literis.*

186. Sententia Principis poteſt per eius ſcripturam ſuo ſigillo ſigillatam probari, etiamſi ſit lata ad eius vtilitatem, vt tenet Petrus de Bellapertica, quem refert ibi Bald. *in l. exemplo,circa fin. C.de probat.* ita etiam tenet referẽdo Bald.Corſet.*in dict.tract.q.*47. Quoniam, vt dicit, ex quo poteſt pro ſe iudicare, vt dictum eſt; ergo eſt etiam pro ſe iudicatum ſigillo ſuo approbare, *argu. l.proxime. de his,quæ in teſt.del.*

187. Verbum Principis debet eſſe firmiſſimum,vt tenet Innoc.*in ca. ad Apoſtolica. extra de ſent. & re iud.* in ore enim Principum debet eſſe firmior veritas: vt dicit Franc. Curt.*conſi. ſuo* 45.*in* 74.*col.*

188. Illud quod dependet à ſola voluntate Principis dicitur apud nos poſſibile. Solet ad hoc allegari text.*in l. apud Iulianum.* §.*fin. ff. de leg.* 1.*& in l.* 4.*in princip. ff.de fideicom. liber.* Quod quomodo intelligatur, vide Iacobinum de S. Georgi. *in ſuo tractat. de feud. in verbo, Princeps,in* 44.*ſpecialitate.* Quæ cum non mihi videantur bene ad hoc adaptari, non inſiſto.

189. Solus Princeps poteſt diminuere numerum officiariorum, vt dicunt Bart. & Iacob. Rebuff. *in l.comperimus. C. de prox. ſacror. ſcri.libr.*12. Bald. *conſi.*337.*in* 1.*part. in c. pridie enim conſului.in* 1.*&* 2.*col.* dummodo non affe-

rat præiudicium officiariis iam electis, vt dixi *in Comment. noſtris ſuper conſue. ducat. Burgund. in rubr. Des iuſtices. in gl. & droictz. verſ. addi. Aduerte etiam, quia Princeps.* vide ſupra *verſi.* 97.

190. Reſtauratio murorum ciuitatis deſtructæ non poteſt fieri inconſulto Principe, vt eſt text. *in l. ſacra. § vlt. ff. de rerum diuiſ.* & ibi gloſ. *in verb. reficere.* Dicit idem in conſtructione Iac. Rebuf. *in l. reſtaurationi.* & ibi gl. 1. *C. de diuer. præd. lib.* 11. Bart. *in d. l. ſacra & in l. opus. ff. de operibus publ.* & idem Rebuf. vbi ſupra ſcribit, quomodo ſolent concedi in Francia ciuitabus certæ impoſitiones pro reparatione murorum. Et quomodo circa hoc debent attendere Principes, vide Luc. de Pen. *in l. reſtaurationi.*

191. Pro re Eccleſiaſtica poteſt cognoſcere Princeps; quia peculiari ſtudio Principis debet defendi res Eccleſiæ. Iſtud not. argum. *l. vniuerſi. C. de fundis rei priuatæ, lib.* 11. quod argument. multis eſt incognitum, vt dicit ibi Iac. Rebuff.

192. Licet accipiens rem in Emphyteuſi à priuato, teneatur ad tributa præterita. *l. Imperatores. ff. de publican.* tamen ſi accipiat ab officiali Principis, non tenetur ad præterita. *l. hi quib. C. de fundis rei priuatæ. lib.* 11. Iac. Rebuff. allegans alia iura.

193. Emphyteutæ Principis non debent pro munerib. extraordinariis fatigari, & ſic quis non debet duplici onere prægrauari. Ita eſt tex. & ibi Iac. Rebuff. *in l. patrim. C. de coll. fund. patrimon. & emphyt. lib.* 11. Quod vt ibi dicit, facit in vineis, pro quarum fructu ſeu vino ſoluitur quartum Principi, & etiam ſalinis, pro quarum fructu ſoluitur certa quota Principi, debeant eſſe immunes à ſolutione aliarum indictionum, vt patet ibi: & dixi hic ante *verſ.* 109. quod emphyteutæ Principis non ſoluunt ſuperindictum, vt etiam tenet Fran. Lucan. *in tract. de priuil. fiſci.*

194. In electionibus Prælatorum debet requiri conſenſus Principis, ita quod ſi non præſtet aſſenſum, non debet electio confirmari. tex. eſt ſingularis *in c. Adri. 63. diſt.* Panor. *in c. ſacroſ. c. cum terra. & cap. quod ſicut de elect. & in c. 1. de conſuet.* Imo poteſt introduci conſuetudo, quod non valeat electio, donec mors Prælati fuerit Principi nunciata; & fuerit requiſitus conſenſus Regis de procedendo ad nouam electionem: & ſi fieret confirmatio eſt caſſanda. *c. Abb. el. 2. & ibi gl. 18. q. 2.* ita quod ſi eligatur ſuſpectus Principi, poteſt appellare. vt dicit Bald. *in d. ca. ſicut.* & ante confirmationem poteſt opponere, ſi dubitat de proditione patriæ, vel reuelatione ſecretorum, vt dicunt præfati doct. dictis iuribus & Innoc. in c. ſuper his. de accuſ. Ita dicit Io. Ferrault *in priuil. Regni Francorum. in 9. priuil.* & etiam Guymier *in ſuo comment. ſuper decret. Baſil. in tit. de elect. § veruntamen. in ver. Pontifex.* & Ioan. de Selua *in ſuo tract. beneſi. in 2. part. quæſt. 23. col. 6. ver. 2. prædicta concl. &c. cum ſequent.*

195. Ad ſolum Principem ſpectat dare cuſtodiam ſiue ſaluam Guardiam, vt videtur facere text. *in leg. vlt. quæ incip. cum ſæpe, & ibi Io. de Plat. de Rege Francorum. C. de erogat. milit. annona. lib.* 12. & hoc maxime cum ſalua Guardia generali. Cum nulli liceat generaliter loqui, niſi Principi, vt dicit Bald. *in comment. pacis Cōſtantiæ. c. 1. verſi. diſpenſationem.* Etiam; quia tales ſaluæ guardiæ fundantur pro æquitate generali ſeruanda, & ſic ſoli Principi reſeruanda. *arg. l. 1. C. de legib.* Et in hoc cognitio ſeu coactio iudicibus Principum reſeruātur. *l. 2. C. vt nemo priuatus tit. prædiis. &c.* Et licet inferiores à Principe debent aliquas ſaluiguardias, illæ ſunt ſpeciales, & de certa perſona, aut de certa re, & cum aliquibus requiſitis, de quibus per Ioan. Ferrault *in dict. tract. de priuil. Regni Francorum, in 16. priuileg.* quibus non ſubiiciuntur ſaluæguardiæ generales Principum: vide hic ante *verſi.* 118.

196. Nulla cōmunitas etiam burſam communem habens, poteſt ſe congregare, & pro ſuæ ciuitatis vtilitate diſponere ſine expreſſa ſcientia Principis obtenta. Ita dicit Io. Fab. acutiſſimus doct. & practicus Franciæ *in § vniuerſitatis. Inſt. de rer. diuiſ.* qui dicit iſtud obſeruari in Regno Franciæ. Ad prædicta facit, quod dicit Bart. *in l. fin. ff. de colleg. illicitis. & in l. C. de metrop. Beryto. libr.* 11. vbi dicit communitatis ciuitatum non poſſe ſeipſas diuidere in plures ſine licentia eius, cui ſubſunt.

Digitized by Google

ſunt.facit text. & quæ ibi notan.*in c.cum tempore. extra de arbit.* not.Felin. *in c.dilecti.extra de maio. & obed.* & do.meus Iaſ. *in l. debitorem pactionibus.C.de pact.* Quoniam de facili poſſent fieri illicitæ conuentiones. Bart. *in l. actor. ff. rem rat.hab.* Ex quibus monopolia ſequuntur & ſeditiones, vt ibi. ex quo ſequitur Regni quandoque ſectio, ſeu diuiſio. Dixi ſatis ample *in comment. noſtris ſuper conſuet. ducatus Burgund.tit.vltra art.6.incip.gens de poete,&c.*

197. Non eſt orandum coram Principe ſeculari,niſi cum habitu honeſto,geſtu decenti,prolatione non præcipiti, mente diſtincta & attenta, verbiſque compoſitis, vt recitat Alber,de Fer.*in tract.de hor.can.dicen.* & ample declarauit Guymier *in ſuo commen. decre. Baſil. in tit.quomodo diuinum officium ſit celebrandum.*

198. Princeps poteſt facere numerare populum ſuum, vt habetur de Rege Dauid, 2. *Reg.* 24.*cap.* qui fecit numerare populum Iſrael,vt ſciret numerum eius.& habetur *Luc.*2. *in princ.*quod exiuit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. de quo meminit gloſ. *in ver.deſcriptio.in l.1. C.de apochis publicis.*

199. Securitas data à Principe quo ad debita,non extenditur ad debitum ſuum, & ſic ad debitum ſui fiſci, niſi expreſſe dicatur in ſecuritate, vt habetur *in Auth.de mand.Princ.§ publicorum.collat.*3. vt tenet Franc. Lucani de Parm.*in tract. de iure fiſc.in 3.part.art.*32. allegat duo conſilia: vnum Bald. alterum Angeli, quæ non potui reuoluendo volumina inuenire. Facit iſtud pro iſtis quinquennalibus aut dilatoriis ad annum, quæ impetrantur à Principe, vt non extendãtur ad debita Principum concedentium talia reſcripta.& etiam dicit Gui.Papa.*quæſtio.*420. quod non impediunt executionẽ ſententiæ Parlamenti.Ego tamen vidi in curia Parlamenti Burg. fuiſſe alias impetrata , & interminata per curiam contra arreſtum illius.

200. Soluens Camerario ſeu Theſaurario Principis,non liberatur,niſi inquantum Camerarius aut Theſaurarius Principis eſt ſoluendo.notatur per Iac. Rebuf.*in l.ſecuritates. C.de ſuſcepto propoſitis & arcariis.lib.*10.

201. Ponens ſigna Principis in domo ſua, vel bonis , videtur illa incorporare dominio Principis,ſecundum Bart.*in l.facultas. C.de iure fiſc.lib.*10. alias illa l.incip. *defenſionis facultas.* vide ſupra *in* 1.*part.* vbi tractatur de inſignibus & armis, *in* 17 .*concluſio.*

202. Conſeruator priuilegiorum alicuius, non poteſt eſſe de ſuis ſubditis, niſi ſit Rex, vt eſt text. *in cap. hac conſtitutione, de offic. deleg. in 6.*

203. Priuilegium conceſſum per Papam, quod quis excommunicari, interdici vel ſuſpendi non poſſit,non extenditur ad ſententias ordinariorum,niſi ſit Rex: quia tunc tale priuilegium extenditur etiam ad Reges, vt eſt text.*in c.ne aliqui. de priuil.in 6.*

204. Soli Principi competit portare veſtes deauratas oloberas,ſeu forte deſcarlata. *l.1.l.vellera. & l.temperent. C.de veſtib.oloberis. lib.* 11. dixi alibi. & idem de ornamentis equorum, in quibus non debent apponi hyacinthi, margaritæ, & ſmaragdi, niſi in frenis equeſtribus & ſellis Principum : vt eſt in text. *nulli licere in frenis & equeſtribus ſellis.&c.lib. eo.*11.

205. Cor Regis in manu Dei eſt, & quocunque voluerit inclinabit illud , vt habetur *Prouerb.*21.& eſt tex.*in epiſtola, inter claras. C.de ſumma Trinit.*

206. Rex qui iudicat pauperes in veritate, thronus eius in æternum firmabitur, vt ſcribitur *Prouerb.*21.

207. Reges honorandi, quoniam , vt habetur 1.*Petri* 2.*cap.* Deum timete,Regem honorificate,in licitis & honeſtis obediendo:vt habetur *in c.ſi domin⁹.& in c.Iulianus.& in c.qui omnipotentem.*11.*q.*3. Nam,vt ait Paulus *ad Roman.*13. Qui reſiſtit poteſtati,Dei ordinationi reſiſtit.

208. Et vltimo, nunc in his pedem figendo, nec omnia ſit noſtræ curæ recenſere, ſed aliquis ocioſus & curioſus indagator alios caſus poſt me addat, eſt,quod Principis magna eſt poteſtas & prærogatiua, & quod ipſe facit, nos facere debemus.*cap.in c.cauſis. de ſent. & re iud.* notat *in cap.*1. *de tempore ordin.in* 5. & magna eſt eius potentia *Eſdræ* 3.*cap.*4. dicitur enim, Rex ſuper omnia præcellit, eſt domi-

Digitized by Google

nator eorum,& quòdcunque dixerit illis,faciunt,& verbum Regis non prętereunt,& omne quod voluerit,faciet,& ſermo illius poteſtate plenus eſt,nec dicere ei quiſquam poteſt, cur ita facis? *Eccleſ.8.* Quid plura? Temerarium eſt maieſtatem Regiam velle terminis limitare, iuxta illud *Prouerb.25.* Scrutator maieſtatis opprimitur à gloria. Hæc dicit Lucas de Penna *in l.contra.colum.4.in fine. C.de re milit.lib.12.* vide hic ante *ver.12.* poteſt enim mutare quadrata rotundis.Hoſti.Ioan.Andr. & poſt eos Barba.& alii *in cap.cum veniſſent.extra de iudic.* Franc.Curt. *conſil.ſuo 49. in 19.col.* vbi multa ſcribit & allegat de poteſtate Principis. Et de eius excellentia,& multis caſibus ſupra enumeratis, dixi *iſta parte,25. conſiderat.* Ipſe enim eſt omnia,& ſuper omnia, & princeps facit vt Deus. Bald. *in cap.1. de noua forma fidelit.* habet enim cœleſte arbitrium. *l.1. C. de ſumma Trinit. & fide cathol.* Eſt enim iudex ordinarius ordinariorum, & legatus Dei, teſte Curtio *in d.conſil.colum.21.* Dixi hic ante.Principes etenim miniſtri Dei ſunt. *cap. licet. de foro comp.* & Principes Romanorum Diui vocabantur, ſecundum S.Thom. *lib.2.cap.6. de regimine Principum.* & in multis legibus ſic inſcribuntur.Franciſcus de Parma *in ſuo tract. de priuileg.fiſci. in 1.part. artic.137.* Et, vt teſtis eſt Cælius *lib.antiq.lect.11.c.67.* notum eſt, vt Reges & Imperatores perinde ac Dii haberentur,colerenturque ex vi benefica,aut pręclaro inuento.Vnde Cæſar apud Romanos primus viuensque Dei nomen eſt ſortitus: ſed eiuſdem filius Auguſtus, ne Dominum quidem ſe dici patiebatur; eſt enim hoc Dei cognomen. Et ex Appiani Alexandrini hiſtoria conſtat, templa Iulio Cæſari veluti Deo publicis ſtatuta decretis,atque inſuper commune ipſi clementiæque conditum vnum. Lyſandro item, ſed primo Græcorum templa fuiſſe erecta. Cyro mortalium primo adorationis cultum fuiſſe delatum, ſcribit Arrianus. Quam humilitatem Perſæ poſtea ſeruarunt & Medi. Quando, vt Curtio etiam credimus, inter Deos recenſuere Reges tanquam maieſtas imperii ſalutis ſit tutela. Porro cum legimus faſtigium Imperatori decretum,intellige,vt ait Cælius,dignitatem,hunc faſtigio celſiorem, aut templum faſtigio inclytum, vel etiam conſecrationem.

Sed quia Principes multum priuilegiantur in ſuis fiſcis: non eſſet forte abſurdum,hic inſerere priuilegia fiſci: ſed quia ample deſcribuntur à Franciſco Lucano de Parma, *in ſuo tract.de priuileg.fiſc.* vbi 140. fiſci priuilegia enumerat: Ideo non repeto,ſed ad illum (licet corrupte impreſſum) recurre.

Si vero velis ſcire & accumulare multos caſus ſedi Apoſtolicæ reſeruatos, & in quibus ſolus Papa abſoluit, vide primo Hoſtien. *in ſum. de ſent. excomm. §.5. in princ.* vbi enumerat 30.caſus. Secundo per Io.And. *in d.tit. de ſent.excom. c.eos qui. lib.6.* vbi recenſet 32.caſus. Tertio,ſunt alii 16. caſus Papæ ſpecialiter reſeruati, quos ipſe Io. Andr. ſcribit *in clem.1. in verb.excommunicationis,eodem tit.* & vide Ioan. de Selua *in tract. ſuo beneficiali. in 2.part.q.3.* 62. caſus ponit ſoli Papæ competentes.

VIgeſimaquinta conſideratio. Rex ſeu Princeps etiam conſequitur gloriam & laudem in conſtruendo ciuitatem, ſi eligat Regionem temperatam; quia multum confert ad ſanitatem, & longam vitam,animoſitatem,& ciuilem vitam. Sed nimis calida facit vigere ingenio,& deficere ſanguine,frigida autem econuerſo.Ita dicit S.Thom. *in opuſculo de regimine Principum, ad Regem Cypri, 13. libro 2.* Vnde Homerus appellat Reges ornatores populorum. Hinc dicit Beroald. *in opere de felicitate.* (vt opinatur) Principis officium ſit ornare ciuitates, & ornatu, cultuque magnifico ſe præbere monſtrabilem. Maximum (vt ait) haud dubie ornamentum eſt, & ornatiſſimo Principe digniſſimum extructio ædificiorum. Olim gloriatus eſt Auguſtus ſe vrbem marmoream relinquere, quam lateritiam accepiſſet. Et, vt inquit, in laudem Domitiani dictum eſt, autumat Plutarchus, ædificare gaudes. Ancus Martius quartus Romanorum Rex, ædificator cum laude nominatur. Ideo Chriſtianiſſimus Rex noſter Frãciſcus, huius nominis primus, ob oppidum à paucis annis ab eo conſtructum in Normania, quod Frãciliam à ſuo nomine nominari

voluit:

voluit: & ibi eſt portus maris mirabilis, & multum Regioni conueniens, laudandus eſt,& magnam gloriam conſecutus eſt. Maiorem tamen conſequeretur,ſi ciuitatem noſtram Heduen. antiquam reſtauraret, & in priſtinum ſtatum reduceret: Quod eidem perſuadere conatus ſum in oratione, quam coram eo habui in ſuo iucundo aduentu & aditu huiuſce ciuitatis,anno Domini 1521.

Vigeſimaſexta cõſideratio. Honor Principis multum exaltandus eſt, quando ſicut pro vtilitate publica poteſt Rex capere bona cum pretii ſolutione, vt ample ſcribit Luc.de Pen.*in l.2.colum.2 in medio.ibi: quod autem. C. vt ruſticani ad null. obſeq.deuoc.lib.*11. Ita & fortius pro honore ſuæ celſitudinis bona ipſa capere,aliique concedere poteſt, quibus pretium intra quadriennium ſe ſoluturũ pollicetur. *l.fin.C.de quadrien.præſcrip.* Imo etiam rigor iniuſtus propter honorem Principis ſuſtinetur; quoniam etiam pro honore iudicii,ſeu eorum, quæ aguntur in iudicio etiam iniquitas toleratur. *l. eleganter.* §. *quis poſt.ff. de condict.indeb.* Fortius pro honore Principis, qui iudices conſtituit. & facit *l.cum plures.*§.1. *ff.de admi.tut.* ſic & alias ſuſtinetur iniquitas in caſu, in quo non tanta ſubeſt ratio æquitatis & honoris Reipub. vt *in l. cum eo. ff. de pact.* Honor enim publicus publico commodo præferendus eſt.*C.de inſt.& ſubſt.*etiam ſi cum honore ſeueritas miſceatur, *l. miles.* §.*ſoc.ff.de adult.* Quin imo in dolo eſſe præſumitur, qui commodum præfert honori. *l. Iulian.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* ita dicit Lucas de Pen. *in l.prædia.C.de locat.præd. ciuil. vel fiſcal.colum.*8. *ver.*24.*lib.*11.

Vigeſimaſeptima conſideratio. Imperator inter omnes Principes ſeculares mundi videtur eſſe primus, cuius magna eſt authoritas & præeminentia,cum ſit Vicarius Dei in temporalibus. Bal. *in l.*1.*C.de iure aureo. annulo.* & Pontifex appellatur: notatur *in ca. de capitulis.* 10. *diſtinct.* Car. *in cle.* 2. *de iureiur.* Sanctiſſimus enim dicitur & Nobiliſſimus. tex. *in l. quæris.ff.de nat alib.reſtit.* & nil ei honorificentius, quam ſi dicatur filius Eccleſiæ. *c. conuenientior.ad fin.*23.*quæſt.*8. & Chriſtianiſſimus appellatur. *Epiſtola.inter claras. C. de ſumma trinit.* Et ſupremus omnium dicitur *l.pen. & ibi Bal. Cod. de bonis quæ lib.* Sed non Regis Franciæ. Specul. *tit.de appel.*§.3.*poſt princip.* dicam infra. nec Regis Hiſpaniæ.*c. Adrianus.*63. *diſtinct.* & Card. *in cle.*1.*in prin. de iureiur.* Omnes vero alias Reges coronare debet. glo. *in ca. in apibus.* 6.*q.*1. Dominus enim eſt & ſuperior omnium prouinciarum. *d. c. Adrianus.* & omnium rerum. *ca. quo iure.*8.*diſt. c.conuenientior.* 23.*qu.*8. *& l. bene à Zenone. in princ.C. de quadrien.præſcrip.* Car. *in cle.*1.*de ſum.tri.* glo. *in c. per venerabilem. de elect.* & etiam Iudæorum, *l. Iudæi. C. de Iudæis.* Et nulla ciuitas quantumcunque præſcribat merum imperium, etiam reſeruata Imperatori poteſt excutere iugum ſubiectionis, quo minus eum recognoſcat. Panorm. *in c. cum non liceat. col. fin. de præſcr.* & contra Senarum ciuitatem. Decius *conſil.*307. *col.*2.*ver.reſpondetur.* adducens Ang. *in l.hæc autem. ff. de ſeruit. vrba. præd.* dicit: quod iuriſdictio & imperium poſſunt præſcribi cumulatiue cum Imperatore, ſed non priuatiue, vt quis ab eo ſit liber, quod an ſit verum de Rege Franciæ, infra patebit. Et etiam eſt ſuperior regum. *c. in apib.* 7.*q.*1. & omnium nationum.*c.volumus.*11.*q.*1. & totius mundi. *l.deprecatio.ff.ad leg. Rhod.de iactu.* quod an ſit verum, dicam *in conſi.ſeq.* Solutus eſt enim legibus Princeps.*ff.de legib.*& eſt ſupra ius ciuile. *c.præpoſuit.extra de conceſ.præb.* quod tollere poteſt, not. *in c.quæ in Eccleſiarum. de conſtit. & in l.fin.C. ſi contra ius vel vtilit.public.* Miniſter enim Dei dicitur,& ſeruus. Bal. *in Auth.habita.in 6.nota. C. ne filius pro patre.* Et lex animata in terris, tex. *in Auth.de conſulib. circa fin.col.*3.*& in Auth. quibus modis naturæ. effic. legit.* §. *igitur licentia. colum.*6.& gl. *in l.quia.ff.de iuriſd.omn.iud.* Spec. *in ti.de ferus.* 1. § *inſi.* Solo verbo illi creditur. 97.*diſtinct. c.nobiliſsimus.* Etiam in facto proprio ſine die & conſule. Bald. *in leg. ex his. in vlt.col.C.de teſtam. milit.* Et etiam dicitur Philoſophiæ plenus, vt dicit tex. *in l.cum Syllantanum.C.de his quibus vt indig.* & ibi domin.meus Iaſon. Quæ omnia dici poſſunt de quolibet ſummo Principe, vt de rege noſtro. Et omnes iuriſdictiones deriuantur ab eo, ſicut à fonte.

Digitized by Google

fonte. Bald. *in cap.1. in 1. notabili. tit. quis dicatur Dux, Marchio, Comes.* de quo per dom. meum Iaſ. *in l.1 col.1. C. de ſumma trin.* Sereniſſimus etiam nuncupatur. ad quod facit *c. Salonitana. 63. diſtinct. & l.1. C. vt nemini liceat in emptio. ſpecie. lib.*18. Et de celſitudine & maieſtate Imperiali eſt text. *in fin. C. de conſulibus. lib.*12. & de celſitudine. *in §.1. Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſt. ſoluit.* & videatur *in c. ſolitæ. in ſupraſcriptione & nigro*: vbi intitulatur Illuſtriſſimus & præcellens: & de eius ſublimitate videatur ibi. Præeſt enim vniuerſæ ditioni, quæ videt aſcendentem & deſcendentem ſolem, & quæ ex vtroque latere eſt, vt dicit text. *in Authent. vt omnes obediant iudic. prouinc. §. hæc conſiderantes. in princ. colum.*5. Et eſt Dominus orientis, occidentis, meridiei, & ſeptentrionis. Bal. *conſil.* 359. *lib.*3. & dicit Barb. *conſil.*38. *in 1. vol. & conſi.* 24. *lib.* 2. quod licet ſint aliqui Principes & Reges, qui in eorum territorio æquiparantur Imperatori, vt de rege Franciæ, vt infra patebit; tamen nullus eſſe videtur, qui tanto titulo ſit honeſtandus, ſicut Imperator: quod nō aſſerit Bald. *in d. conſi.*356. nec Barb. *in conſil. ſuo* 34. *in 2. vol.* & dicit Barba. *in c. verum. de for. compet. in fin.* quod non credit, quod leges apponentes præcipua priuilegia Imperialis culminis extendantur ad regem: quoniam, vt dicit, Imperator æquiparatur Deo. *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* & ideo dicit Bal. quod illa lex non habet locum in rege, vt dicit ibi Barb. quod crederē eſſe verum de regibus recognoſcentibus Imperatorem in ſuperiorem; ſecus vero de rege noſtro Francorum, qui eſt monarcha in ſuo regno, vt infra dicam.

Et licet omnes alii Principes vna tantum corona coronentur; tamen Imperator triplici coronatur, notatur *in clem.1. de iureiur.* & ibi gloſſ. dicit, quod prima eſt ferrea, quam recipit ab Archiepiſcopo Colonienſi Aquiſgrani eiuſdem diœceſis: ferrum autem fortitudinem deſignat, qua vincere debet rebelles, & infideles conculcare.

Secunda eſt argentea, quam ingreſſus in Italiam recipit ab Archiepiſcopo Mediolanenſi in villa Modidinenſi eiuſdem diœceſis: tamen Henricus recepit illam Mediolani in Eccleſia ſancti Ambroſii. Argentum autem mundiciam & claritatem ſignificat, & ipſum Principem talem eſſe debere, eſt contrarietas in hoc, vt ſtatim dicam, quia aliqui dicunt: quod prima eſt argentea, & ſecunda ferrea.

Tertia eſt de puro auro, qua coronatur per Papam in Eccleſia S. Petri ad altare S. Mauricii, & deſignat aurum, quod omnibus metallis eſt excellentius, ipſum Imperatorem aliis Regibus & Principibus in potentatu & iuſtitia excellentiorem eſſe debere.

Sic olim in his tribus metallis dabantur Romanis tributa, vnde fuit indictio, quæ eſt terminus 15. ann. continens tria luſtra, & quodlibet luſtrum cōtinet terminum 5. ann. vt probatur *in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati.* Et indictio dicta eſt; eo, quia in ſingulis 15. annis indicebantur tributa Romanis. Nā in primis 5. annis indictionis dabantur Romanis tributa in ferro pro armis, in ſecundis argentum pro ſtipendiariis, in tertiis aurum pro Republica, & de hoc *l. vnic. in c. fin. Cod. de Iuſt. Codice confirm.* & gloſſ. *in Auth. vt præponatur nomen Imperat. in ver. indictionis. colum.*5. Pan. & Card. Flor. dictus Zabarella *in c. inter dilectos. in gl. indictionis. extra de fid. inſt.* vbi dicunt, quod ad ſimilitudinem huius dantur tres Coronæ Imperatori.

Et cum corona imponatur capiti propter honorem, vt dicit Bart. *in l. ſed & reprobari. in 2. colum. in princ. in ver. Rayn. ff. de excuſ. tut.* inducit *ff. de excu. tut. in lectura Neapoli.* Non tamen ita clare loquitur. melius facit text. *in l. vnica. C. de athletis. lib.*10. vbi dicit corona, id eſt, gloriæ victoriæ. & facit *l. commodius. ff. de re iud.* & quilibet Rex ratione vnius Regni tantum habet vnam: Imperator vero tres; ideo à maioritate honoris etiam eidem maior honor debetur, quam cæteris Principibus.

Et de huiuſmodi tribus coronis aliter ſcribit, & dicit Alb. *in ſuo Diction. in ver. corona.* vbi dicit, quod Imperator accipit tres coronas ad denotandum tria, quæ debent eſſe in eo. Primum; quia, in quantum eſt rex vniuerſi orbis, debet habere puritatem conſcientię, honeſtatis

Digitized by Google

caſtatis & continẽtiæ. Nam ſicut refert Tullius, cum Pericles & Sophocles Philoſophi colloquerentur, contigit puerum iuuenem inde tranſire, cuius pulchritudinem laudauit Pericles, & ait Sophocles: *O Pericles, non ſolum prætoris manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debent.* Et ideo Imperator primo corona argentea coronatur, qua continentiam notat. Secundo debet Imperator habere virtutem & conſcientiam. Vnde Salomon *Eccleſ.7.* Noli quærere fieri iudex in prouincia, niſi valeas virtute diſrumpere iniquitates. & ideo ferrea corona coronatur, quod eſt duriſſimum metallum, & omnia domat. Tertio debet habere ſcientiam & prudentiam diſcernendi bonum à malo: & ideo, coronatur tertia corona aurea. Vnde Salomon: *Da ſeruo tuo cor docile, vt ſciat diſcernere inter bonum & malum.* Sicut enim metallum auri eſt precioſius omnibus: ita etiam & ſcientia precioſior eſt omnibus, quæ poſſunt conſiderari. Et iſtæ coronæ indubitanter proceſſerunt ad ſimilitudinem Saluatoris noſtri, qui fuit rex vniuerſalis. & ideo ſacra Scriptura eum dicit coronatum tribus coronis, *Zachar.5.* Sumes, inquit, argentum, & pones in capite Ieſu. De corona ferrea figurata eſt in Sedechia, qui fecit ſibi coronam ferream & mitram ornatam: de quo habetur 2. *Reg.c.22.* Fecit quoq; ſibi Sedechias filius Chanana cornua ferrea, & 2. *Paralip.c.18.* Sedechias vero filius Chanana fecit ſibi cornua ferrea. De corona aurea habetur *Apoc.43.* Vidi, inquit, ſupra nubem ſimilem filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream. Hanc coronam auream & figuratam reperimus in Aaron, vt *Eccleſ.45.* Et proprie corona aurea dicitur diadema, vt not. gloſſ. *in clem.1.de iureiur.* faciens differentiam inter coronam & diadema: de quo etiam vide per Io. de Platea *in proœm. Inſtitut.* Idem Alb. in dicto loco dicit ſe inueniſſe in quodã ſermone in feſto S. Steph. hoc modo, videlicet, Imperator recipit tres coronas, primam in Alemania, ab Archiepiſcopo Argẽtino, & eſt argentea: & quando dat ei Archiepiſcopus, dicit, quod Imperator in anima ſua & corpore ſuo debet eſſe purus & mundus, ſicut argentum, quod eſt purum inter alia metalla. Secundum recipit in Mediolano ab Archiepiſcopo Mediolani in Eccleſia Cathedrali, & eſt corona ferrea, & recipit eam genu flexo: & dicit ei Archiepiſcopus: Iſtam coronam mihi defendes: non intelligens de illa corona materiali, ſed quia, ſicut ferrum eſt metallum, de quo fiunt infiniti labores, & eſt duriſſimum & fortiſſimum metallum; Ita Imperator debet eſſe paratus ad ſuſtinẽdum omnem laborem corporalem pro poſſe, & cõſtans debet eſſe in iuſtitia exhibenda, maxime pupillis, & viduis, & miſerabilibus perſonis. Tertiam coronã recipit Romæ à ſummo Pontifice vel ab alio eius vices gerente, & eſt aurea: & quando Papa ponit ſibi ſupra caput, dicit: Eſto fidelis vſq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, *Apoc.2.* Et iſta deſignat fidelitatem & prudentiam ſciendi diſcernere bonum à malo. Dicit tamen Hoſt. qui eſt inter Cardinales primus, habet ex priuilegio ius coronandi Imperatorem. Et ideo, vt videmus, cum tres habeat coronas, honorandus eſt vltra alios Principes & Reges huius ſeculi, qui tantum habent vnam, ſc. vnius Regni: quia habens duo Regna, poteſt habere duas coronas, vt dicit ibi Alb.

Cum ergo Rex Hiſpaniæ habeat ſeptem Regna, videtur, quod habere debeat ſeptem coronas, & ſic quod maiorem gloriam habere debeat: cum corona, ſeu diadema, detur pro gloria, vt dicit Luc. de Penna *in leg. temperant. C. de veſtibus olob. & auratis, lib.* 11. dicam infra *iſta part. in 37. conſid.*

Vigeſimaoctaua conſideratio. Vidẽdum eſt, an Imperator ſit Dominus totius mundi, ita quod etiam Reges Franciæ & Hiſpaniæ ſint illi inferiores, & ſic, an ſit maior totius orbis. Et in hac conſideratione, recitabo opiniones ſequentes, & adducam rationes hincinde, vt intelligantur, ea quæ hinc ante dicta ſunt de Imperatore.

Prima opinio eſt Italorum, qui tenent, quod Imperator eſt Dominus totius orbis, maxime gloſſatorum: vt eſt gloſſ. *in l. bene à Zenone. Cod. de quadrien. præſcriptio.* gloſſ. *in cap.*

per venerabilem. qui filii ſint legit. gloſſ. *in ca. ſuper ſpecula. extra de priuil.* gloſſ. *in ca. apibus 7. quæſt. 1.* gloſſ. *in ca. Adrianus 63. diſt.* gloſſ. *in ca. venerabilem de elect.* gl. *in c. conuenior. 23. q. 8.* gl. *in c. futura. 12. q. 1.* gl. *in c. ſi Imperat. 96. diſt.* gl. *in c. vlt. 50. diſt.* facit tex. *in l. deprecatio. ff. ad l. Rho. de iactu. & in l. bene à Zenone. C. de quadrie. præſcrip.* facit tex. *in l. cũ multa. C. de bon. quæ lib.* vbi dicitur ſummus ſuperior. facit tex. *in l. 2. C. de offic. præfect. prætor. Africæ. inprin. c. ibi: Et omnia quæcunq; in partibus Hiſpaniæ vel Galliæ Francorum aguntur.* facit tex. *in l. ſi duas. §. 1. ver. vniuerſo autem orbi conueniens eſt, cuius ſubiectum eſt capitulum hoc. ff. de excuſat. tut.* facit tex. *in l. 1. ver. nobis orbis. C. de rapt. virgin.* facit tex. *in extrauag. ad reprimendam. ibi; omnia eſſe Principis.*

Hanc opinionem ſequuntur Canoniſtæ, videlicet Hoſt. Io. And. & Ant. de But. *in d. ca. per venerabilem, qui fil. ſint legit.* Card. Zabar. *in c. paſtoralis. de ſent. de re iudic.* Andreas Siculus *in c. nouit. de iudic.* idem Hoſt. *in ſum. de officio ordi. §. 1. verſ. ſed & Imperator.*

Hanc etiam opinionem tenuit Bart. & omnes Itali, & Vltramontani *in l. 1. Cod. de ſumma trin. & fide Catho.* Bulga. & Alb. *in d. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript.* & Martinus ibi dicit etiam quo ad proprietatem, quod dicit eſſe verũ coram Federico Imperatore, quod Bulgar. negauit, vnde ſucceſſit illud: *Bulgarus dixit æquum; ſed Martinus habuit equum.* & cum Martino tenuit Bart. etiam *in leg. 1. §. per hanc. ff. de rei vend.* idem *in extrauag. ad reprimendum. in verbo, totius. ibi; omnia eſſe Principis.* idem *in l. ſi duas. §. grammatici. per illum text. in ver. vniuerſo. ff. de excuſat. tuto.* idem gloſſ. & Bald. *in c. de pace iuram. firman. colla. 10.* vbi plus dicit Bal. Quod cum Rex Franciæ ſit de comprehenſis *in leg. 2. Cod. de offic. præf. prat. Africa.* quod peccant Francigenæ & multi alii Reges, qui ex conſuetudine dicunt, ſe non eſſe ſubditos Imperio: ſed Dominus Bald. non bene dicit & ignorauit veritatem in hoc caſu, vt ſtatim dicetur, idem tenet Bart. *in l. hoſtes. col. 2. ff. de captiuis & poſtli. reuerſ.* vbi dicit, non agnoſcens veritatem in hoc caſu, & errans notorie, & in terminis iuris, & in vera iuris diſpoſitione, quod forte ſi quis diceret Imperatorem non eſſe Dominum & Monarcham totius orbis, quod eſſet hæreticus: quia diceret contra determinationem Eccleſiæ, videlicet contra textum Euang. Exiuit edictum à Cæſare, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, *Luc. 2.* Quod ita Chriſtus, vt populus, recognouit Imperatorem, vt dominum. Idem not. Ang. Are. *in l. 1. ff. à quibus app. non licet. & in §. 1. in expeditione. gl. in verb. Romanor. Inſt. de patria poteſt.* Sed in hoc omnes errauerunt, & nõ intellexerunt, quomodo ſit capiendum iſtud verbum, *Vniuerſus Orbis*; quia debet intelligi cũ reſtrictione, ſcilicet ſubiectus populo Rom. & Imperatori, *vt infra dicam.* Quia ſi aſſumeretur vniuerſaliter, genere vniuerſali & generaliſſimo, eſſet falſiſſimũ; cum nunquã vniuerſus orbis generaliter fuerit ſubditus Imperio. Et etiam Bart. aſſumpſit iſtud verbum, *Hæreticus,* nimis generaliter, quia pro tam ſimplici caſu non debet dici quis hæreticus; cum iſtud non ſit contra decem præcepta Decalogi, nec cõtra ſymbolum.

Et ſi hoc dicunt iura Imperatorum, affirmant de ſeipſis, quod alii nõ dicunt, ad quod alii Principes non conſenſerunt nec fuerunt vocati. Iſtam eandem opin. etiam tenent fere omnes, qui ſcripſerunt moderno tempore, *in l. 1. C. de ſum. tri. & fid. Cath.* & inter alios ibi D. meus Iaſ. qui videtur tenere iſtã, ſed ſalua (etiam eius pace) errauit, & hoc maxime; quia tunc temporis erat ſubditus Duci Mediolanen. qui dicit ſe eſſe ſubditum Imperatori, cum quo Dux ipſe habebat confœderationem, maxime cum Maximiliano Imperatore, qui tunc prætendebat auxilium ab ipſo Imperatore contra Ludouicum XII. Francorum Regẽ, qui prætendebat dictum ducatũ Mediol. cõtra Ludouicum Sfortiam, quem dictus Ludouicus XII. expulit à dicto ducatu, & illum in Franciam adduxit captiuum, vbi mortuus eſt. ita quod dictus Ludouic. potitus eſt ipſo ducatu, & poſt eum Franciſcus I. Francorum Rex eius ſucceſſor, maritus Claudiæ Reginæ filiæ dicti Ludo. & timuiſſet forte ipſe do. Iaſ. aliquid ſcribere contra Imp. ne forte Dux Mediol. ægre tuliſſet: Sed alias credo, quod, niſi fuiſſet timor

præ-

prædictus, dixiſſet veritatem: & licet poſtmodum fuerit ſtipendiatus ſub Rege noſtro, & potuiſſet pro eo multa dicere; tamen tacuit, motus priore amicitia.

Prędictam etiam opin. tenuerunt Cy. Bal. Pau. de Caſt. & Sal. *in d. leg.* 1. & Nicol. de Neapoli *in d. l. ſi duas.* §. 1. *ff. de excuſ. tut.* Eandem opin. tenet Ba.. *in l. fin. per illum tex. C. in quibus cauſis coloni cenſibus, lib.* 11. & eandem tenuit Bertach. *in ſuo tract. de ſolutione vectigalium in* 2. *par.* Eãdem tenet Bar. *in proœm. ff. orum.* & Bald. *in le.* 1. *in princip. ff. de offic. præfecti vrb.* Oldr. *in conſil. ſuo* 69. *incip. conſueuit dubitari.* Bald. *in leg. cum multa per illum text. C. de bo. quæ liber. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.* Eandem etiam tenet Ioan. de Imo. *in l. in famem. circa fin. ff. de publicis iudic.* vbi dicit, quod aliqui ſunt Reges, qui non recognoſcunt ſuperiorem: de quibus *in cap. per venerabilem. extra, qui fil. ſint legit.* quod dicit verum eſſe de facto, quare videtur magis delinquere: & idem Ioan. de Imo. *in l. Imperatores. in princ. ff. de appell.* & Ang. *in l. ſi retentus ſeruus. ff. de leg.* 1.

Alia eſt opinio contraria, quam doctores Citramontani tenuerunt, videlicet quod Imperator nunquam fuit Dominus totius orbis: & ita tenuerunt Iacob. de Rauen. Pet. & Ioan. Fabri *in d. l.* 1. *C. de ſumma trinit. & in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcriptio. & l.* 1. *C. de ſum. trin. & fid. Cath.* vbi adducit teſtimonia antiquarum ſcripturarum veteris, & noui teſtamenti, ad probandum, quod fuerunt alii, qui habuerunt dominia omni tempore, vt ferunt, & hoc iure diuino, humano & ciuili probatur.

Et primo, videndo de iure diuino, quod teſtamentum vetus continet: Quoniam in veteri teſtamento non reperitur inuentum fuiſſe imperium, ſed ſolum initium habuiſſe tempore, quo populus Romanus in eũ transtulit poteſtatem *l.* 2. *ff. de orig. iur.* Vnde Deus, qui cuncta creauerat, vt habetur 2. *cap. Gen.* ſecundum vetus teſtamentum. Dominus erat omnium. Vnde *Pſalm.* 23. dicitur; Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo. Ipſe enim à principio per ſeipſum rexit & iuriſdictionẽ exercuit; ſicut factor rem ſuam gubernat & regit, & homini dedit præcepta & prohibitiones, *Gen.* 2. & ipſis transgredientibus pœnam imponit, *Gen.* 2. & 4. *c.* quia expulit eos à paradiſo, & per ſe puniuit Lamech. *Gen.* 4. & 5. multos alios etiam, & hoc ante dicunt. Inn. Hoſt. Io. And. & Abb. *in c. licet ex ſuſcepto, extra de foro compet.* & ſic Deus rexit mundum per ſeipſum vſque ad Noe.

Tamen; quia propter hominem tãta creauerat *Geneſ.* 2. *l. in pecudum. ff. de vſuc.* ea ipſi homini conceſſit, vt habetur *Pſal.* 133. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filiis hominum. Et quia communio parit diſcordiã. *l. cum pater.* §. *dulciſſimus. ff de leg.* 2. voluit occupanti concederetur, vt habetur *Deut.* 13. *c.* vbi dicitur: *Quamcunque terram calcauerit pes tuus, tua fit.* & à lege iſta promiſſa fuerunt Regna, vt apparet in Dauid, Saul, & Salomone, & pluribus aliis approbatis à Deo, vt habetur *in c.* 1. *de ſacr. vnct.* §. *vnde in veteri. &* 1. *Reg.* 18. *c.* vbi enumerantur aliqui Reges vncti mandato Domini. Et dicitur *Prou.* 9. *c.* per me Reges regnant. & *in epiſt. inter claras. C. de ſumma trinit. & Pſal.* 71. Deus iudicium tuum Regi da. & per libros Regum per totum fit mentio de Regibus.

Ex quibus conſtat, quod dignitas Regalis potius ſaltem prius eſt introducta à Deo, quam Imperium, cum illo tempore nulla mentio eſſet de Imperio & Imperatore, vt dixi *in conſuetudinibus noſtris ducatus Burgund. in proœm. in gl. du ſainct empire.* & merito, ſi nulla tunc fieret mentio de Imperatore, cum nullum adhuc eſſet Imperium, ſed poſtea, per multa tempora & poſt nouam legem, id eſt, poſt teſtamentum nouum incepit, cum tempore teſtamenti noui adhuc non fiat mentio de Imperio. bene fit mentio de Regibus, cum habeatur 1. *Pet.* 2. *c.* Deum colite, Regem honorificate. & illud: Subditi eſtote omnipotenti, ſiue Regi tanquam præcellenti, & Ducibus ab eo miſſis. *vt extra de maior. & obed. ca. ſolitæ.* Imo per Chriſtum omnes monarchiæ fuerunt deſtructæ & reprobatæ. Fuit ille lapis ſine manibus abſciſſus, qui ſtatuam percuſſit in pedibus & contriuit: per quam

ſtatuam aliæ quatuor monarchiæ figurantur, ſcilicet Aſſyriorum, quæ fuit prima, & dictũ fuit Regnum Babylonicum, quod fuit orientale & ſub Rege Nino primo introductũ. Alii ſub Belo, tempore Tharæ patris Abrahæ, & ab illo tempore non deſiit, nec intercidit nomen Regum, vt teſtatur *Iodocus Chlictoueus in ſuo libro de officio Regio. ca. 2.* Alii ſub Nemroth venatore robuſto, qui dictus fuit venator, id eſt Tyrannus, ſub quo fuit principium Regni Babylonici, vt habetur *Gen. 10.*

Et de Aſſyriis translata eſt ad Medos, & Perſas ſub Cyro, & Dario, vt habetur ample *Danielis 5.* Et hoc propter ſuperbiam Balthaſar Regis, & iniuſtitiam; & qui vaſa aurea in templo Ieruſalem accepta fuerunt per Nabuchodonoſor, in quo Balthaſar eius filius Rex bibit in conuiuio. Et à Perſis in Græcos ſub Alexand. Magno. Et à Græcis translatum eſt ad Romanos ſub Octauino Magno: quod dominium demum ſubiugatum eſt, & ſubditum Chriſto. Et illis temporibus vtrum eſſent Reges, & Principes apud alias nationes, dicit Archiepiſcopus Floren. *in 3. part. ſuæ ſum. lib. 22. cap. 5.* §. 14. ignotum eſſe apud eum ſaltem, ſed apud Hiſtoriographos non eſt ignotum: cum tempore Nini primi Regis Aſſyriorum, Ægialeus erat Rex in Sicyonia, de quo meminit Philippus Bergomenſis *in ſuo ſupplemento Chronic. lib. 2.* & Auguſt. *de ciuitate Dei, lib.* 81. ſic dicens: *Sicyoniorum Regnum admodum paruum.* & tale Regnum peruenit ad Athenienſes his temporibus.

Etiam Hiſpaniarum Regnum ortum habuit à Thubal Iaphet, ſeu Phaleæ filio, teſtante Iſidoro. vt refert idem Philippus Berg. *eod. lib.*

Hoc eodem tempore, fuit Zoroaſtes artis Magicæ inuentor, primus Bactrianorum Rex, teſte eodem Philippo loco quo ſupra. Erant & plura alia Regna, vt Boemorum, Scytharum, Theſſalorum, Ægyptiorum, & Amazonum fœminarum vſque ad tempora Alexandri.

Fuit & Idumæa Regio, quæ habuit Regem, & Ogyppus in Attica prouincia Achaię Rex.

Hoc tempore fuit Regnum Francorum, vt habetur per eundem Philippum, *lib. 4.*

Et erant tunc temporis Reges in Iudæa, vt Saul, Dauid, Salomon à Deo approbati, vt videri poteſt ample *in libris Regum.*

Erant etiam Reges in Lydia, quorum Regnum habuit finem tempore initii Perſarum Regni, vt refert ibi idem Philip.

Erat etiam tunc temporis principatus Heduorum, quorum ciuitas principalis erat Auguſtudunum, qui nulli ſubiiciebantur: de quibus ample Iulius Cæſar *in ſuis commẽtariis.*

Ex quibus conſtat, & ex his, quæ videri poſſunt per ſupradictos, quod vſque ad tempora Alexandri illa prima monarchia non fuit vniuerſalis.

Et durauit hoc Imperium, ſeu illa Monarchia 1240. annis ſecundum Auguſtin. *lib. 4. de ciuitate Dei.* ſed vt habetur *Gen. 10.* illo tempore non erat Monarchia; quia terræ fuerunt diuiſæ inter filios Noe.

Tempore vero Cyri Darii primi Regis Perſarum, qui habuit ſecundã monarchiam, erant plures alii Reges apud alias nationes. Nam talis Monarchia durauit ducentis triginta annis ſub nouem Regibus, quibus tẽporibus fuerunt multa alia: vt Romæ Lucius Tarquinius Priſci Tarquinii Regis filius, qui Rex fuit apud Romanos, & regnauit annis 25.

Balthaſar, Chaldæorum Rex, Zorobabel apud Iudæos Princeps his temporibus fuit, & tempore Darii etiam nono anno Regni ſui erant Reges Romani, qui tunc exacti fuerunt, & conſules creati: qui rexerunt Romanos vſque ad annum nonum poſt exactos Reges. Quo tempore fuit inſtituta dignitas dictaturæ: & poſt illam fuit facta electio decemvirorum, apud quos fuit imperium Romanum.

Fuit & temporibus prædictæ monarchiæ Perſarum Regnum Athenienſium, & tempore Darii, cognomento Notus, Alcibiades Athenienſium Imperator: etiam poſt eum Xenophon, & Horeſtes, tertius Maced. Rex, & Amynthas 15. Macedonum Rex.

Fuerunt etiam his temporibus multa dominia,

minia,& Regna, de quibus per eundem Philippum Bergomenſem *in ſuo ſupplemento chronic.lib.5.*

Ex quo conſtat, quod licet Perſæ & Medi, obtinuerint principale dominium, non tamen vniuerſale: & iſtud ſatis demonſtratur ex dictis *Danielis* 5.

Tempore vero primi Regis Græcorum, qui fuit Alexander, in quem translatum fuit Regnum Perſarum, licet ſe nominari fecerit terrarum Regem,& mundi Principem, non tamen fuit vniuerſalis. Cum ſuo tempore Pyrrhus fuerit Rex Epirotarum, Brutus Rex Anglorum, & Suardus Rex Francorum: de quibus meminit idem Philip.Bergom. *l.6.ſui ſupplementi Chronic.1.art.* De quo tamen Suardo non facit mentionem Gaguinus *in Chronicis Franciæ.* nec eum inter Reges Francorum nominat.

Erat & his temporibus Brennus Gallorum Senonenſi. Dux, qui totam Aſiam ſubegit: Ita quod Reges Aſiæ, laceſſiti ingenti pecunia, pacem mercati fuere. Ptolemæus vero Macedoniæ Rex auſus illi occurrere, victus, & multis vulneribus ſaucius captus eſt.

Fuit & illo tempore Inſubrum Regnum.

Sed Regnum Alexandri poſt eius mortẽ, fuit in duodecim partes diuiſum, anno mundi ante Chriſti aduentum 312. vt habetur *lib. 1. Macchabaeor. in prin.* tempore cuius fuerũt & multa alia Regna, multæ dominationes, & Principatus: vt videri poteſt ex dictis ipſius Philippi *eodem lib.6.* Maxime Regnum Syriorum, Regnum Aſiæ, & in Macedonia erat Caſſander, Antipatri filius Rex vnus.

Quo tempore etiam Romani Samnitibus imperabant. Tarentini vero,& Carthaginenſ. tunc etiam Principes habebant. Cum eſſent potentes, & bellum gerebant in Romanos,& Romani in eos. His etiam temporibus fuit Regnum Parthorum, cuius Regni fuit primus Rex Arſaces, & ſecundus Arſaces eius filius.

Eodem vero tempore erant Reges in Ægypto, & etiam in Aſia, & Syria, & plures alii Principatus,& dominationes, de quib' ſupra dictum eſt, quæ non erant extinctæ, vt erant in Anglia & Francia Reges, in Macedonia, & Iudæa. Et iſta dua Regna, ſcilicet Macedonum, & Ægyptiorum poſt Alexandrum, fuerunt per multa tempora ſimul, & eodem tempore diuerſa, poſt Alexandrum Magnum, tempore cuius erant plura, vt ſupra dictum eſt. Fuerunt etiam pro maiori parte temporis vſque ad Imperium Romanum, & tempore Octauiani Imperatoris. Et durauit Regnum Macedonum annis ſexcenta quadraginta quatuor, ſed his temporibus fuerunt multa alia dominia, multi denique Reges, vt ſupra dictum eſt vſque ad Octauianum: Imo iam incœptum erat Regnum Romanorum, quod mutatum fuerat in conſules, Dictatores, deinde & Decemuiros, poſtmodum & conſules iterum, vſque ad tempora Octauiani.

Ex quibus conſtat, quod per hæc tempora illa Monarchia non fuit vniuerſalis, quicquid voluerint dicere domini Legiſtæ Vltramontani, & Archiepiſcopus Flor. *in loco ſupra alleg.* qui non viderat nec legerat Chronic. hiſtoriographorum: quoniam, vt dicit, ignotum eſt ſibi tempore prædictorum Regnorum alias nationes habuiſſe Reges. Et ex his conſtat, prædicta Regna, dominationes, & Imperia originem habuiſſe à violentia, vt perpulchre examinat Petrus Bertrandus, huius noſtræ ciuitatis, & diœceſis Heduen. Cardinalis Epiſcopus *in ſuo tract. de origine iuriſdict. in 1. quæſt.*

Tempore vero Octauiani Imperatoris, in quem plures dicunt translatum fuiſſe Imperium, credo, quod in hoc eſt error; quia Caius Iulius Cæſar, qui fuit ante eum quinquageſimoprimo ann. ante Chriſti aduentum, fuit Imperator Romanus; qui Imperio Europæ tantum potitus fuit, vt refert idem Philippus Bergomenſ. *lib.7.* Et cum in Græciam traieciſſet, vniuerſi Orientales Reges ad eum conuenerunt, & tempore ipſius Iulii Cæſaris, Imperium Romanum initium habuit, & non fuit dictus Rex Romanorũ, ſed Cæſar. Hinc eſt, quod non dicebantur Reges, quod id nominis Romanis odioſum eſ-

ſet, ſed Cæſares appellati ſunt: quo tempore non reperitur, quod plura alia regna, Principatus & dominationes, de quibus ſupra, fuerint ſubiecta Imperio. Immo tempore ſuo, erant multæ dominationes in Gallia, de quibus per eum *in ſuis Commentariis*. Nec reperitur, quod tenuerit Galliam integraliter, vt infra dicam: nec Hiſpaniam, & Græciam, nec regnum Macedonicum, Parthorum, Syriæ, & alia, de quibus ſupra in totum, maxime ſine cõtrouerſia, & bello: Quoniam tam breui tempore, quo imperauit, tot Regna obtinere non potuiſſet. Cũ tempore adepti Imperii, quod fuit anno quadrageſimooctauo ante aduentum Chriſti, tantum vixerit quinque annis, & ſic mortuus eſt ante Chriſti aduentum, anno quinquageſimoprimo. Quo tempore incœpit regnare Octauianus, & imperauit per annos quinquaginta ſex, menſes ſex: quo tempore erant multi Reges, & Principes, multa etiam dominia & principatus, quæ non ſubiiciebantur Imperio Romano, de quibus infra.

Tempore cuius etiam Marcus Antonius Aſiam, Pontum, & Orientem tenuit.

In Germania etiam Iulianam, & Varrianam cladem perpeſſus fuit.

Hoc tempore etiam regnabat Chriſtus, cui data erat poteſtas in cœlo & in terra.

Regnabat etiam tunc Herodes Rex Hebræorum, qui Mariannem reginam vxorem ſuã occidi iuſſit, quod accuſata fuiſſet, quod ad Octauianam effigiem ſuam tranſmiſiſſet, vt in ſui deſiderium prouocaret, & vſque ad illum diem non defuerunt Principes Iudæis. Tempus quippe erat, vt veniret ille, cui promiſſum erat, quo nouo promiſſum eſt teſtamento, vt ipſe eſſet expectatio gentium, ceſſauit eorum vnctio, hoc eſt imperium: quia ex Danielis ſententia Sanctus ſanctorum venerat. Et ideo Herodem alienigenam habuerunt. Cui poſtea ſucceſſit Herodes Antipas Herodis filius: & Archilao è regno pulſo, Iudæorum regnũ in quatuor tetrarchias, id eſt, partes diuiſum eſt. Et huic Galilæa obuenit, quæ eſt regni Iudæorum quarta pars. Poſt quos ſucceſſit Agrippina, Germanici coniunx, regina Iudæorum, & poſt eum Agrippa magnus, Ariſtobuli filius, qui tunc habuit fratrem nomine Herodem Chalcidis Regem.

Et tempore, quo regnare incœpit, fuit (anno ante Chriſti aduẽtum 31.) & Burgandionum regnum initium habuit poſt Chriſti aduentum anno 35. Quod non habuit finem, niſi poſt Chriſtum 488. & ſic nec tempore Octauiani erat Monarcha vniuerſalis.

Plures etiam tunc temporis erant Principes in Gallia, de quibus infra dicam, quando capiam Imperium à tempore Iulii Cæſaris, & etiam in Hiſpania, & Africa, de quibus ſupra. De quorum annihilatione, & euerſione non conſtat, & ſi hoc fuiſſet factum, eſſet ex violentia, & rapina, non ex debito modo.

Quod quidem Imperium; quia per violentiam erat occupatum, & propter eorum iniuſtitias fuit ſubiugatum, & ſubditũ Chriſto, vt habetur *in viſione Daniel. 2. cap.* ſignatum per lapideã ſtatuam illam in puluerem redigentem: & hoc dignum fuit; quia dignum eſt, quod propter iniuſtitias Regum, & diuerſos dolos Regnum de gente in gentem transferatur, *Eccleſ. 10. cap.* & oſtenſum eſt Octauiano Imperatori per Sybillam Tyburtinam, die qua natus eſt Chriſtus dominus dominantium, vt dicit idem Archiepiſcopus Florent. *in loco hic ante alleg.* Et factum eſt regnum huius mũdi Domini noſtri Ieſu Chriſti: cum, vt habetur *Apoc. 11. cap.* ſibi enim data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, *Matthæi vlt. cap.* vt impleatur illud Ezech. *Faciam eos gentẽ vnam, & erit vnus Rex omnibus imperans, & non erunt vltra duæ gentes.* vnde Gl. *Dan. 2.* dicit, quod ſicut à principio nihil fortius Imperio Rom. ſic in fine nihil debilius inuenitur.

Et ex his conſtat, nunquam ante Chriſti aduentum fuiſſe aliquem de iure Monarcham, & dominum vniuerſi orbis: cum, vt dictum eſt ſupra, fuerunt plura regna, etiam à Deo permiſſa, & inſtituta, vt de Rege Dauid, Salomone, & ſic de aliis. Nec licuit Imperatori ea ſibi appropriare, prohibente lege naturali, & diuina, quæ habet: quod tibi non vis fieri, alteri ne facias, *Matth. 7. & in proœmio Decretal.*

Decretal. Nec licuit eis transgredi terminos, quos poſuerunt patres antiqui, *Prouer.22.cap. in fin.& in præceptis decalogi.* Non concupiſces rem proximi tui. *Exod.*20. in quo omnis rapina & violentia prohibetur, 24.*q.5.c.pen.*

Et prædicta faciunt, quod de iure diuino non reperitur imperium fuiſſe inſtitutum, prout regña, & ſic quod nunqnam Imperiũ ante Chriſti aduentum habuerit vniuerſale dominium totius orbis.

Immo etiam Imperium Chriſti nunquam fuit vniuerſale quo ad temporalitatem, cum ipſemet dixerit: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Ioh.18. & ſuo tempore fuerunt Principes, vt Octauianus, & Tyberius, ſub quo paſſus eſt, & voluerit eorum iura intacta ſeruari, dicens: Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo: *Marci* 12.*Matth.* 22.*& Luc.*20.

Et tunc temporis erant plures Principes in Gallia, Aſia, Africa, Burgundia, Italia, Hiſpania, etiam in Chalcide, & Iudæa. Et ſtatim poſt incepit eſſe regnum Burgundionum, vt iam dictum eſt ſupra, videlicet anno Chriſti 35. vt refert idem Philip. Bergom. *lib.*8.

Etiam Scythæ ab alieno Imperio, aut intacti, aut inuicti manſerunt. Carium Regem Perſarum à Scythia turpi ſummouere fuga. Cyrum, cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem, cum copiis vniuerſis deleuerunt. Romanorum audiuere, non ſenſere arma.

De iure humano, ſiue naturali, adhuc minus. Quia illud ius erat commune omnibus animantibus rationabilibus & irrationabilibus, & omnia erant communia: vt *l.1.ff.de iuſtit.& iure.§.ius naturale. & 1.diſt.c.ius naturale.* Et de iure gentium, quod etiam naturale vocatur, *Inſt.de rerum diuiſ.§.ſingulorum.* per occupationem dominia ſunt diſtincta, & regna condita *l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iure.*

Et ſic conſtat, quod iure illo naturali, ſeu iure gentium, ſolum erant Reges, cum non dicat imperium, nec tunc erant Imperatores, vt ante dictum eſt: Reges tamen erant Imperatores, cum dicit text. 1.*Reg.8.c.* Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis notãdo verbum, *imperaturus.* Ex quo quilibet Rex poteſt hoc reſpectu dici Imperator.

De iure vero ciuili dicit Alber. *in loco ſupra alleg.* quod duplex eſt proprium, ſcilicet proprium cuiuſcunque ciuitatis, vt *in l. omnes populi.ff.de iuſtit.& iure.* Aliud eſt proprium, Ius ciuile Romanorum per excellentiam. §.*ſed quoties. Inſtit.de iure natur.* Et tunc ſic, ſi ius ciuitatum vel prouinciarum conſideremus, multæ ciuitates, & prouinciæ non ſubſunt Imperio. Nam vt dicit, in Hiſpania, vt dicunt docto. *in cap. cauſam. le ſecond. extra qui filii ſint legit.* & Nicol. de Vbald. *in tract. de ſucceſſio. ab inteſta.*111.*chart.verſic. vltimus modus legitimandi.* Quocunque allegaret legem Imperatoris, capite punitur. Veneti vero, & multi alii, non ſeruant iura Imperatorum, nec etiam Galli, & Franci: quia non ſubiiciuntur legibus Imperatorum, nec eas allegant, niſi inquantum fulciantur ratione, & non alias, vt dicit Bald. *in l.nemo.C.de ſentent.& interloc.omn. iudic.*

Si vero conſideramus Ius ciuile Romanorum, & iſto poſſemus nos de facili expedire; quia non eſt credendum illis, quorum repellerentur actores. *c.fraternitatis, de hæretic.c.licet ex quadam.de teſta.l.mathematic.C.de epiſ.audien.* Et non plus creditur mortuæ voci, quã viuæ: ſed leges ſunt mortuæ voces Principis, ipſe autẽ eſt vox viua, *in Auth.de conſulib.§.fi.collat.*4. Cum itaque populo Romano non eſſet credendum in facto proprio, *vt l.nullus.ff.de teſtib.* ergo nec credendum eſt eorum legibus vel ſcripturis.

Et concluſiue, tenet Alber. *loco, quo ſupra,* quod nunquam Imperator fuit dominus totius orbis. Et hoc etiam tenetur à multis, maxime ab omnibus Doctor. Aurelianenſib. & Citramontanis, cõtra ſententiam gloſſarum iuris ciuilis, & canonici. Hanc etiam opinionem tenuerunt Iacob. de Rauenna, Petrus & Ioan. Fabri *in d.l.1. C.de ſum.Trin.& fide cath. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcrip.* per eoſdem etiam *in proœm.ſſorum.* quos ſecuti ſunt Raphael Fulgoſ. Guillel. de Caſtellio, & Bernar. de Caſtillio, *in d.l.ſupra alleg.* Et iſtam opinionem tenet Card. Zabar. *in c.venerabilem.* §.

verum.

verum. in 2. colum. extra de elect. vbi dicit, quod in hac materia multa ingenia laborauerunt, inueſtigando initium Monarchiæ terreſtris, & prodierunt plurimi libri de Monarchia; nulla tamen diſputatio poteſt eſſe minus vtilis. Conſtat enim, vt dicit, quod imperiũ partim acquiſitum fuit Romanis vi armorum, & ſic etiam in aliis Regnis, qui habuerũt Monarchiam, vt fuit Aſſyr. quod dicitur Babylonicum. Item Macedonum, quod floruit ſub Alexandro. Item Carthaginenſe, quod maxime viguit tempore Hannibalis, vt in Tito Liuio, de ſecundo bello Punico. Hæc tamen Regna præter Romanorum dicuntur Monarchiæ, non quia aliquod iſtorum fuerit generale ad totum orbem, ſed ad magnam partem: imo etiam Romani nunquam habuerunt totum, ſed fere totum, *dicit Zabarel. ibi.*

Et, vt dicit Albe. hanc opinionem tenendo, legibus eorum ſunt conuincendi, *argum. tex. in c. qui ſyncera. 45. diſtinct.* Nam Imperator non eſt mundi dominus: quoniam ſecundum legem Imperatorum, qui dicit ſe dominum de iure gentium, vel ciuili, habet hoc probare *l. in rem actio. ff. de rei vendic.*

Imperator enim duas ſolas cauſas dominii allegat. Quia ſcilicet habuit à populo Romano; vel quia per iuſtum bellum occupauit ab hoſtibus Imperii. *ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. l. poſtliminium. & l. hoſtes.*

Sed ad primum reſpondetur, quod populus non potuit plus in eum transferre, quam habuerit. *l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.* Sed non habuit dominium ſuper alias nationes. vt ſupra dictum eſt, & demonſtratum fuit, & ad hæc infra demonſtrabitur: ergo nec ipſe, quod populus non habuit. Et ſi populus Roma. allegaret ſe habuiſſe, incumberet ei probatio: tamen onus probationis aſſumendo, conſtat ſatis fuiſſe probatum ex ſupradictis, & infra adhuc per Chronic. Romanorum iuſtificabitur: tamen contra hoc ſic poteſt clariſſime probari.

Notorium eſt enim, quod ciuitas Romana ædificata fuit per Romulum & Rhemum fratres: notatur *in l. 1. ff. de orig. iur. in princ.* & notatur *in l. fina. ff. de rerum diuiſ.* & habetur etiam in Chronicis *lib. 3.* prædicti Philippi Bergomenſis. Quo quidem tempore erant multa Regna, de quibus ibi pleniſſime: quo quidem tempore, vt ibi clarum eſt, & ſupra ſatis demonſtratum fuit, Romani non dominabantur toti orbi, immo etiam minimæ parti orbis; & tunc habebant ſolum Reges, & ſic eorum Regnum erat diſtinctum illo iure ciuili, quod dictum eſt ſupra: & tantum iuriſdictionem habuerunt, cum locum ædificauerunt, vt *in §. ſi vero. forſan. in Authen. de quæſtore. colum. 6.* Vnde populus ille, pro prædicto Reges expellendo, videntur contra ſe Dei iram prouocaſſe. 7. *quæſtio. 1. cap. denique.* & ſic nec dominium, nec iuriſdictionem de iure habuerunt. Nam ius dicitur, quod iuſtum eſt. 1. *diſtinctio. c. ius naturale.* & per vim, & violentiam ab initio ſedes alienas occupauerunt. Notat Innoc. *in c. ſuper his. de voto.* Ita quod propter vtilitatem initii, connubia fuerunt eis à Sabinis, Albanis & confinitimis partibus denegata. Quod cum hoc nouiſſet Romulus, finxit ſe velle ludere ludos, idque publicare fecit: quia nouitate allecti populi vicini, vt noui populi ſpectaculum viderent, aſciuerunt ductis vxoribus, & filiabus, quas cum tenerent, rapuerunt: Exinde ortum bellum in Albanos, quos ſuæ ditioni addiderunt, & paulatim auctis viribus propinqua dominia vſurpare cœperunt; nec præſcriptione ſe iuuare poſſunt, cũ ſemper malam fidem habuerunt, tam ipſi, quam habentes cauſam ab eis: & de violentia eorum conſtat per iura, quæ ſunt certa. *l. & hæc ignorantia. ff. de iuris, & fact. ignor.* Ideo eſt ignorãtia iuris, quæ eos non excuſabit. *l. nunquam. ff. de vſuc. l. de iuris ignorantia. ff. de iuris & facti ignorantia.*

Et adhuc prædicta opinio Citramontanorum probatur vltra prædicta, nunc reaſſumendo Monarchiam, quę fuit à tempore Iulii Cæſaris vſque ad tempora hodierna, demonſtrando, quod ſemper fuerunt alii Principes, Reges & Dominationes, per vniuerſum orbem in pluribus, & diuerſis partibus mundi. Maxime tempore illorum, qui dixerunt ſeipſos mundi dominos, & faciendo in hoc

hoc caſu fundamentum pro opinione contraria à Iulio Cæſare, qui primus Imperator, & nomen tale ſibi aſſumpſit. Eo quod Romanis imperabat, vt tradunt hiſtoriographi: de quo gl. *in l. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter.* aliquid ſentit, vbi dicit, Iulium Cæſarem auunculum Gaii Auguſti, fuiſſe primum Imperatorem: cum ante tantum dominium haberent Romani, vt dictum eſt, per rapinam vſurpatum, & in ſua origine per vim, violentiam, & rapinam inchoatum. Ex quo ergo initium, ſeu origo nactæ poſſeſſionis de iure inſpicienda ſit, *l. clam poßidere. in princ. ff. de acq. poſſeſſ. l. nam origo. ff. quod vi aut clam.* Quæ cum ſit vitioſa, nunquam prodeſt violento. *l. autoritatem. C. vnde vi. l. ſi qua loca. C. de fundis & ſaltib. rei dom. lib. 11.* Et maxime etiam de iure Canonico, *c. fin. & c. vigilanti. extra de praſcr. in reg. poſſeſſor. de reg. in 6. & reg. peccatum. eodem tit.* Quia ſemper requiritur bona fides, etiam ſi deſierit titulus, & ſit tempus immemoriale. *c. 1. de præſcript. in 6. in l. vnic. C. de vſucap. transfor.* Ita quod tale vitium tranſit ad ſucceſſores. *l. an vitium. ff. de diuer. & temp. praſcr. l. Pomponius. in princ. ff. de acq. poſſ. §. fin. Inſtit. de vſuc. l. hares. ff. de vſuc.* Ideo, cum non potuerit primus, ſcilicet Romulus, terras & dominia per eum rapta, vt dictum eſt, nec etiam Iulius Cæſar, vt dixi, & dicam ſtatim, ideo, nec eorum ſucceſſores.

Ex quo licuit ſpoliatis recuperare, & vti iure ſuo & ſucceſſoribus, & ſic de iure gentium, hoc licuit Iulio Cæſari. *d. l. ex hoc iure.* licuit & Gallis ſuo tempore: qui etiam quaſi ab initio Vrbis conditæ, fere totam Italiam, etiam vſque Romam, ipſa euerſa, dēpto Capitolio, prout refert Titus Liuius *in quarto, 1. decadis.* & Iuſtinus *lib. 24.* qui etiam Imperium Romanum per multos annos tenuerunt. Ita quod fuerunt ſeptem aut octo Reges Franciæ Imperatores Romanorum, cum à Principio de Græcis translatum fuerit in Francos, videlicet in Carolum Magnum, quod fuit anno Chriſti 806. vſque ad Conradum primum, ſucceſſorem Ludouici tertii, in Imperio Gallorum: Quia omnes Reges Franciæ tenuerunt imperium Romanum, vſque ad annum Domini 910. quo tēpore fuerit translatum imperium in Germanos. Quo quidem tempore ſemper erat alius Imperator in Græcia, qui dicebatur Imperator Conſtantinopolitanus.

Et maius argumentum, quod poteſt eſſe, eſt de Iulio Cæſare, qui dicit ſe Gallias deuiciſſe, quod non eſt verum in totum: Cum ſemper Aluernia, Britannia, & plures aliæ ciuitates ſupra Ligerim flumen exiſtentes (quæ ſuos duces habebant) nunquam ſine continuis querelis paruerunt Romanis, vt conſtat *ex Chronicis hiſtoriographorum*: vt etiam dicit Oldradus *conſil. ſuo 69.* incipien. *conſueuit dubitari.* Imperatores Romani nunquam fuerunt in pacifica poſſeſſione orbis; cum de his, vt ſupra dictum eſt, nunquam gauiſi fuerint pacifice.

Vnde, ſub Valentiniano, vniuerſa Gallia defecit. Exinde, coacti ſunt Romani viuere, contenti ſunt ſedibus ſuis & legibus, nec exiſtimauerunt deinceps alias nationes deuincere, niſi media virtute Gallica; vt ſatis patet ex chronicis: quæ quidem etiam allegan da ſunt deciſionibus cauſarum, & credēdum eſt illis etiam in iudicio, vt dicunt Bal. & Anto. de But. *in c. inter dilectos. extra de fide inſtrum.* gloſſ. *in verb. tranſtulit. in c. venerabilem. de elect.* gloſſ. 1. circa medium. *in c. literis. extra de in integ. reſtit.* Bart. *in l. 1. col. 6.* & ibi dom. meus Iaſon & alii. *ff. ſi cert. petat.* gl. & Geminia. *in c. placuit 16. diſt.* & l. 2. & Geminia. *in c. in nomine Domini. 22. diſt. &* gl. 3. & Geminia. *in c. 1. 27. diſtin.* & idem Geminia. *in c. abſit. 20. diſt.* & gloſſ. *in proœm. ff. §. hac autem tria. in verb. vrbibus.*

Et idem de libris hiſtoriarum, quo ad facta antiqua. Geminianus *in c. quamuis. ante fin. 21. diſt.* Felin. *in c. cum cauſa. extra de probat. & in d. c. inter dilectos. in 8. colum. extra de fide inſtrum.*

Si igitur ex prædictis, propter vim illatam populis Gallis, debeant dicere ſe dominos, prout dixi ſupra, poſt Innoc. *in d. c. ſuper his, in fine. extra de voto, & voti redem.* clarum eſt, quod ille titulus eis nihil opitulari poteſt per ſupradicta.

Nec inuenio alia iura, quæ eis prodeſſe poſſint, nec etiam titulos aliquos allegant.

Et vltra prædicta, pro opinione dicētium, & te-

& tenentium, nunquam fuiſſe vniuerſalem Monarchiam in mundo, nec Imperatorem vnquam fuiſſe dominum totius orbis: Adduco fundamenta ſequentia, quæ faciunt contra illos, maxime, qui ſe dixerunt dominos totius orbis, prout fecerunt quidam Imperatores, de quibus ſunt leges *in libris Digeſtorum & Codicis*. Primo, tempore Iuſtiniani, qui quandoque ſe dicit dominum totius orbis, vt ſupra dixi *in legibus allegatis*, maxime *in l. 2. C. de offi. præf. præt. Africæ*. Nam illud non eſt veriſimile: Cum, vt habetur *in Auth. vt præponatur nomen Imperat. colum. 4.* vbi vtitur his verbis: *Qui ſub Imperio noſtro ſunt, aut quos noſtrum regit Imperiũ.* & ibi poſt: *In quos nos Deus Romanorum ſuppoſuit rebus.* & in §. *ſed hoc tempore. Inſt. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris.* ibi: *nullis hominibus quæ ſub Imperio noſtro ſunt.* & in *l. 1. C. de ſum. trin. & fide cathol.* ibi: *quos clementiæ noſtræ regit Imperium.* Quos textus non intellexerunt, & nimis crudã interpretationẽ ad illos fecerunt Doctores Vltramontani: qui voluerunt illud verbum relatiuum vltra ſuam naturam extendere: cũ de natura ſua ſit reſtrictiuum dictionis præcedentis. notant Doctores *in d. l. 1.*

Tempore vero Theodoſiani & Honorii, qui fecerunt *l. mercatores. C. de commerc. & mercatorib.* erant plures non ſubditi imperio. Et tempore etiam Alexandri IV. Imperatoris, vt ſatis conſtat ex *l. omnib. ciuitatibus, quæ ſub Imperio noſtro. ff. ad Trebel.* Et quod plus eſt, ex chronicis conſtat, quod tempore Antonini XII. & Commodi, Lucii, Antonini, & Marci Antonini, plures erant nationes non ſubditæ Imperio. Ex quo conſtat, quod relatio Iuliani, conditoris illius legis deprecatio, non eſt vera, & quod non eſt veriſimile, quod Imperator ita reſpondeſit; quoniam veritas erat in contrarium. Nec etiam eſt credendum Iuliano, cum fuerit malæ vitæ, & modicæ æſtimationis, & Tyrannus & ſic nõ omni exceptione maior, & vocatus fuit Didius Iulianus, qui tyrannice imperauit per aliquod tempus, & pauci eum inter imperatores enumerant: & ſic non multum facit illa *l. deprecatio.* cum conuincatur dictus Iulianus de mendacio; eo, quia tempore Antonini XII. Parthi nõ erant ſubditi Imperio, cum Marcus Anto. qui eidem ſucceſſit, eoſdem debellauerit Germanos, Marcomannos, Squados, Sarmatas ingẽti virtute, vna cum filio Commodo Antoni. ſuperauerit. Tempore cuius Cõmodi Antoni. Britones non erant ſubditi Imperio, nec etiam Arabes. Nam illo tempore regnabat Lucius Rex Anglorum.

Et ſic conſtat, quod illis temporibus nunquam aliquis Antoninus fuerit mũdi dominus, ſaltem vniuerſalis: quicquid dixerit ibi Iulianus: ex quo ſatis reſponſum eſt ad illam *leg. deprecatio.* & ad omnes leges Iuſtiniani, & Imperatorum per veritatem in contrarium ad oculum demonſtratam, per chronica hiſtoriographorum, vt dictum eſt.

Item etiam *d. l. deprecatio.* cum *extrauag. ad reprimendum.* laborant eodem morbo, quod ab indignato Principe factæ ſunt. Prima ab Antonino, propter piratas. Idem, ſecundum Bar. *in dicta extrauaganti:* in Henrico, qui indignatus hoc dicit propter Principes, qui terras Imperii occupabant, & maxime propter Robertum Siciliæ Regem, propter quem fuerunt factæ duæ extrauagantes, ſcilicet *ad reprimendum, &, qui ſint rebelles:* quæ tamẽ poſtea fuerint reuocatæ per Clementem IV. *clem. paſtoralis. de ſentent. & re iud.* vnde à Principe irato factum nõ diſponit. *l. 1. ff. de conſt. Princip.* § *ſed & quod Principi. Inſt. de iure nat. l. metum.* §. *ſed cum prætor. ff. quod metus cauſa.*

Imo quod plus eſt, ex dictis doctorum prædictam opinionem tenentium, clare oſtenditur contrarietas omnium Imperatorum, & iuriſconſultorum: cum Iuſtinianus *in* §. *ſed ſi ab hoſtib. Inſt. quibus modis ius patria po. ſol.* dicit Imp. Rom. debere habere limites, & fines: ſi enim Imperator haberet vniuerſale dominium ratione ſui Imperii, non haberet limites, nec eſſent aliqua limina Imperii, & quæ caperentur de facto, non cenſerentur redire poſtliminio, vt patet *in l. à poſtlimin.* §. *à piratis. ff. de captiuis. & poſtlimin. reuerſis. & in l. qui à latronibus. ff. de teſtam.* & ſic cum limina habeat Imperium à limitato loco non orbe, neſcio, quomodo dici poſſit Imperatorem eſſe dominum orbis.

Et ſa-

Et faciunt adhuc vltra prędicta contra eos leges ipſorum, quæ dicunt Imperatorem, ſeu populum Romanum habere hoſtes. *l.1. C. de off. præfect. præt. Africæ.* §.1. *in Auth. de hered. & Falc. col.1. ff. de collat. l. in bello. l. poſtliminium. l. hoſtes. ff. de capti. & poſtlimi. reuerſis.* & ille Rex *in d. l. poſtliminium.* facit multum, inquantum dicit inter nos & omnes liberos populos Regesque moribus & legibus conſtitutum. & ibi: *Regem ſocium, aut amicum.* cum populus, aut Rex liber dicatur, qui nullius alterius populi poteſtati ſubiectus eſt, vt eſt text. *in l. non dubito. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & glo. in d. l. hoſtes.* vbi text. in fine etiam loquitur de Germanis & Parthis hoſtibus Romanorum, quos antea ſocios, & confœderatos appellauerunt, *d. l. non dubito. & d. l. poſtliminium.* quæ quidem leges *poſtliminium* & *hoſtes.* fuerunt conditæ ab Vlpiano, & Paulo iuriſconſultis, tempore Alexandri Imperatoris, qui ſtatim regnauit poſt Antoninos, qui inceperunt ann. Chriſti 154. & fuerunt quinque, aut ſex, & finierunt in Baſſiano Antonino, & Aurelio Antonino, poſt quos fuit dictus Alexander, anno Chriſti 224.

Et ſic conſtat, quod ille Iulianus, de quo *in d. l. deprecatio.* non dicit veritatem, & per hæc ad illam legem pleniſſime conſtat, eſſe reſponſum.

Albericus vero, ad illam l. vlterius reſpõdendo dicit, quod licet Imperator in vno loco dicat ſe mundi dominum; tamen alibi fatetur melius eſſe, qui non erant Imperio ſubditi. Alii enim erant hoſtes, alii fœderati, alii Reges, alii amici: vt *in d. legibus hic ante all. & d. l. mercatores. C. de commert. & mercat.*

Ad *c. in apib.* facilis eſt reſponſio: quia licet dicatur, quod in vno Regno debeat eſſe Rex, non ſequitur, quod non poſſint eſſe diuerſa Regna: Imo quod plus eſt, Deus ordinauit à principio plures Reges, & in vnoquoque Regno vnum Regẽ. Nec hoc prohibet *d. c. in apibus.* nam vnus apis nõ eſt Rex omniũ apum de mundo; imo in quolibet vaſe apum eſt vnus Rex. nec omnes grues de mundo ſequuntur vnam, ſed vna congregatio ſequitur vnam, & alia aliam, & ſic in quolibet Regno erit Rex, vel in qualibet ciuitate vnus Rector: quandoq; tamẽ reperitur duos fuiſſe Imperatores. *l. Imperatores. de pact. & l. diui fratres. ff. de pœnis.* & ita illũ tex. declarat Io. de Turrecr. *in d. c. in apibus.* vbi reſpondet ad iura pro parte contrariã allegata, tenendo etiam, quod nunquam fuit Monarchia vniuerſalis.

Ex quibus conſtat reſponſio generalis ad omnia iura dicentia, quod Imperator eſt dominus totius orbis, & habet Monarchiam. Eſt verum, Orbis ſcilicet ſubiectus Romano Imperio; cum tempore, quo translatum fuit Imperium per populum in Principem, tranſtulerint in eum omne imperium, quod habebant in toto orbe. Cum ergo totus orbis vniuerſaliter non tunc ſubiiceretur ipſi populo Romano, ſed tantum vna pars, debet intelligi illam partem eſſe vniuerſaliter illum totum orbem, & non vltra. Quia ſi extenderetur ad partes etiam tunc non ſubditas Imperio, ſequerentur tot inconuenientia, quot in menſe ſcribi non poſſent. Sequeretur enim, quod tranſtuliſſet in eũ plus iuris, quam habuiſſet: ſequeretur etiam, quod poteſtatem habuiſſent tollendi ea, quæ de iure diuino erant introducta, vtputa regna, & dominationes, de quibus ſupra dictum eſt. Et ſic illa generalitas ſeu vniuerſalitas reſtringitur ad habilitatem. *l. eum. ff. de iudic.* notatur plene per dom. meum Iaſ. *in l. 1. § nuntiatio. col. 4. ff. de noui oper. nunc.* Et ne ſequatur abſurdum, notat Fel. *in c. cognoſcentes. colum. 6. extra de conſtit.* Abſurdum enim eſſet, & contra iuris diſpoſitionem, quod populus Romanus transferendo omnem poteſtatem quam habebat in Principem, plus iuris ei dediſſet, quam habuiſſet: & ideo vniuerſalis locutio, ſeu generalis, debet ad partem mundi ſubditam Romano Imperio reſtringi, & non alias partes eidem non ſubditas extendi, ad euitandum inconuenientia, & abſurda, de quibus ſupra dictum eſt: & ne incidant in mendaciũ, quod facerẽt, vt notorie cõſtat ex omnibus Chronicis mundi. Et etiam ad id, quod eſt poſſibile, reſtringuntur. Floria. *in l. eum debere. ff. de ſeruit. vrban. præd.* & non ad impoſſibile qu[illegible]ſet hoc caſu.

Non obſtat vlterius, quod voluerunt dicere multi, tenentes partem contrariam vltra ſolutiones prædictas ad textus ſupra allegatos, maxime ad *c. conuenior. 23. quæſt.* 8. vbi dicitur, quod Imperatori licent omnia, & ipſius ſunt vniuerſa. Quia vltra reſponſionem, quæ dari poteſt, quod hoc poſſit eſſe verum in ſuo imperio, & infra fines, & limites ſui imperii: non quia ibi dicitur deciſiue, ſed ſolum erat vna allegatio partis, vt ibi patet.

Et ad *c. quo iure.* 8. *diſtinct.* reſponſio eſt in promptu: quia ibi loquitur tam de Regibus, quam Imperatoribus. Duo enim ſunt (dixit ille text.) quibus principaliter hic mundus regitur, autoritas ſacra Pontificum, & Regalis poteſtas: non enim dicit, *Imperialis.* Vnde nec regularitas orbis quieſceret in eo; quia tunc nec eſſet opportunum Eccleſiam Dei in ſua regularitate quieſcere, quæ mundum vniuerſum regit & ſub qua omnis ſpiritus requieſcit. *cap. ſolita. de maio. & obed. in c. conuenior. 23. quæſt. 8. in c. ſi Imperator. 96. diſt.* qui nec priuilegium à ſede Apoſtolica ſibi indultum conſeruare potuit. Ideo propter defectum Imperatoris neceſſe fuit, quod Reges Franciæ ſubuenirēt Eccleſiæ afflictæ: quibus & à Deo hoc donatum eſt ſemper. *c. hortatu. 23. quæſt. 8. c. Adrianus. 63. diſt.* Et ideo ille text. *in d. c. quo iure.* melius intelligi debet de Rege Franciæ, quam de Imperatore, cum plus Reges Franciæ ſubuenerint Eccleſiæ, quam Imperatores, vt ſupra dixi: & ille tex. *in d. c. quo iure.* non loquitur deciſiue, & præciſe, ſed tantum exemplatiue, vt ſatis ibi confitetur gloſſ.

Et pro reſponſione *l. 2. C. de offic. præfe. præto. Africa.* Quæ lex fuit Conſtantini, quo tempore tranſlatum eſt Imperium in Gallos, ſcilicet in Carolum Magnum, de quo ante dixi in terminis illius legis, non probat, quod Imperator fuerit dominus vniuerſi orbis, nec quod habuerit vniuerſale dominium, imo nec habuerit dominium in Gallia, in his verbis ponderatis ab omnibus timentibus partem contrariam, ſcilicet in partibus Hiſpaniæ, & Galliæ, ſiue Francorum: & nota verbum, *In partibus.* non enim dicit, quod Gallia ſubeſſet Imperio. Verum eſt bene, quod aliquæ partes Galliæ fuerunt tunc iuris Italici, vt patet *in l. fin. ff. de cenſib.* & quæ forſitan obediebant imperio Romano, vt erat Maſſilia Narbonen. Vinnenſis, & illa pars Burgundiæ, quæ Allobroges attingit, quæ clauditur Rhodano fluuio, quæ erant de Regno Franciæ, & de facto à Romanis Imperatoribus occupabatur, quæ etiam de facto per Theodobertum Regem Franciæ nepotem ex filio Clotarii Regis recuperatæ ſunt, & denuo Franciæ regno additæ, & vſque ad hæc tempora conſeruatæ.

Vnde ergo bene dicit text. *quæ in partib. Galliæ, ſeu Francorum*; quia & illæ partes ſub Gallia Aquitanica, vel ſecundum Plinium Lugdunenſi, comprehenduntur, vnde nec per hoc concludit Gallias vniuerſas ſubeſſe tum imperio.

Ad *l ſi duos. §. 1. de excuſa. tut. ibi, Vniuerſo orbi conueniens eſt, cuius ſubiectum eſt capitulum.* Nam ille textus nihil facit, & etiam ſunt verba Antonini Pii, de quo *in l. deprecatio. iam pluries ſupra alleg.* & non ſunt ibi deciſiue poſita, ſed allegatiue: allegando quandam epiſtolam illius Antonini Pii miſſam Comiti Aſię ſolum. Et ſic ex illa ſpecificatione præcedente reſtringitur illa vniuerſalitas, ſeu generalitas, ſcilicet vniuerſo orbi Aſiæ, & ſic iſta vniuerſalitas hic limitatur, & diſtinguitur in illo caſu, cum ſit ex epiſtola Antonini Pii ſcripta comiti Aſiæ, quod ſit de iure. notat dominus meus Iaſon *in l. ſi conuenerit. col. vlt. ff. de iuriſ. om. iud.* per textum *in l. quoties. C. familiæ erciſ.* per quem Bald. notat ibi, quod verba generalia indefinite prolata recipiunt à verbis ſpecialibus intellectum: & plura alia ad propoſitum adducit idem dominus meus Iaſon *in l. de certa re. & in 1. & 2. col. C. de tranſa.* faciunt, quæ dicit Alexan. *in conſil. ſuo 22. in fine. in 1. vol.*

Cum ergo prædicta epiſtola fuerit ſolum miſſa comiti Aſiæ, non extendetur vniuerſalitas ſequens vltra diſtrictum commiſſum dicto Comiti, quia etiam extra territorium ius dicenti non paretur: & cum Comes Aſiæ ſolū haberet adminiſtrationē in Aſia, vt ſonant verba. ſcil. Comiti Aſiæ, non extenderetur illa vniuerſalitas vltra ſuam adminiſtrationem.

Et etiam

Digitized by Google

Et etiam facit; quia epiſtola non probat, nec ligat nō recipientes, vt ſatis probat Bart. *in l. filiusfam. ff. ad Maced.* Ex quo ergo non conſtat, quod alii receperint prædictam Epiſtolam, & tacuerint, non eos ligauit. cum etiam Epiſtola non probet. notant Bald. & alii *in l. non nudis. C. de probat.* & etiam ſatis ſupra demonſtratum eſt, quod nunquam Antoninus fuerit dominus vniuerſi orbis; imo ſuo tempore erāt plures Reges & Principes, qui non erant tunc ſubditi Rom. Imperio.

Ad dicta Bart. & aliorum dicentium Reges peccare, qui negant Imperatorem eſſe dominum orbis, & dicentes contrarium, eſſe hæreticos, & etiam eos eſſe hæreticos fundantes ſe ex dicto *Luca 2.* Exiuit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, cum hoc non probet neceſſario, quod ergo Cæſar fuerit dominus vniuerſi orbis, prout in veritate rei non erat. Nam non ſequitur, exiuit edictum; igitur eſt dominus: nec per hoc probatur in Imperatore eſſe dominium. Non ergo ſequeretur: Cum Turca magnus dicat ſe dominum orbis, quod hoc ſit verum: ſæpe enim gloriātur domini Principes in aſſumptione titulorum generalium, quos tamen non habent, nec vnquam habuerunt, nec in æternum habebunt, vt de illo Turca magno, & ſatis demonſtrandum eſt in pluribus aliis.

Et etiam vellem ſcire, quomodo hoc probaretur, quod per hoc quis efficeretur hæreticus; nam iſtud non eſt nec de præceptis Eccleſiæ, nec de pręceptis decalogi, nec de contentis in ſymbolo, vt ſupra dixi *in princ. huius ſecundi tractatus:* & licet ſit in Euangelio, non tamen eſt ibi præceptiue, ſed ſolū narratiue.

Ex quo etiam quod plus eſt, reperio contrarium fuiſſe determinatum per ſummos pontifices, qui dixerunt, & ordinauerunt Regem Franciæ neminem recognoſcere in ſpiritualibus & temporalib. *d. c. per venerabilem. qui filii ſint legit.* qui tex. loquitur de iure & non de facto, quia nunquam ſummus Pontifex loquitur in facto: ſed in iure tantum. gloſ. eſt *in cap. conſultationi. in gl. ſi extra de temp. ord.* quam gloſ. in terminis noſtris reputat ſingularem Felin. *in c. cum non liceat. extra de præſcript.* vbi addit, quod illam gl. notat Card. Alex. *in ca. quæ in eccleſiarum. in verb. videbatur. extra de conſtit.* & quod illam gloſſ. & interpretationem firmat Panorm. *in c. nouit. & ibi Fel. extra de conſtit.* & facit tex. *in l. mora. in princ. ff. de vſuris. ibi; neque conſtitutione vllā, neque autoris iuris quæſtioni decidi poſſe, cū ſit facti magis, quam iuris.* & facit tex. *in l. eum quem. in fin. verſ. de facto autem conſulentib. ff. de iudic.* Cum tanquam habens omnia iura in ſcrinio pectoris, nūquam de facto loquitur, ſed de iure: quod etiam ex pluribus rationibus, ex illo textu ponderari poteſt, maxime *in princ. in ver. inſuper. ibi; ſine iuris alterius læſione.* in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubiicere potuit. Ad quæ verba aduertēdum eſt, cum ſi verum fuiſſet, quod Rex Franciæ fuiſſet ſubiectus in temporalibus Imperatori de iure, non potuiſſet ipſe Rex Franciæ ſine magna læſione iuris alterius, ſcilicet, Imperatoris ſe ſubiicere alienæ iuriſdictioni, ſcilicet Pontificis; maxime, cum tractaretur de legitimatione filiorum, & conſequenter de ſucceſſione Regni, & aliis feudis quibus debuiſſet interueniſſe autoritas & conſenſus ſpecialis ipſius Imperatoris, in iſtis feudis maioribus. per tex. *in c. naturalis. vbi omnes notant. ſi de feudo fuerit controuerſ. vbi gloſſ. & omnes Feudiſtæ poſt eam, in vſib. feud.* Imo, Papa in talibus in iuriſdictione Imperatoris non poteſt ſe intromittere, vt tenent omnes Canoniſtæ *in c. cæterum. de iudic. & Legiſtæ in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthum.*

Et facit tex. *in l. 2. ff. de natal. reſtituen.* per Bal. & Paul. de Caſt. *in l. 1. C. de iure aureo. annul.* per illum text. quod tamen intellige, niſi concerneret materiam peccati. gloſſ. *in c. ſi duob. extra de appellat.* Innoc. *in c. licet. extra de for. comp.* Abbas *in c. nouit. extra de iudic.* vel *in c. 1. extra de conſtitut.*

Et ſi dicatur, quod *in d. c. per venerabilem.* magis tractatur de efficacia & validitate matrimonii, quam de legitimatione filiorum, ex quo poterat ad ſummum Pontificem ſpectare cognitio. Cum cauſæ matrimoniales debeant coram Iudice Eccleſiaſtico terminari, & per ſummum Pontificem ſuper tali-

bus eſt diſpenſandum. & non per alium. notatur *in c. lator. qui fil. ſint legit. & in d. c. per venerabilem.* & per Bart. *in l. Titia. ff. ſol. matr.* Ex quo dixerunt quidam, quod Papa poteſt incidenter filios naturales in temporalibus legitimare, licet non principaliter: quod tamen multi dicunt, non affirmant *in d. c. per venerabilem.*

Ad prædicta reſpondetur, quod ille text. loquitur in legitimatione vera & expreſſa; quia alias non fuiſſet opus dicere, quod potuerit Rex ſubiicere ſe iuriſdictioni ſummi Pontificis; quia ſi fuiſſet tantum cauſa matrimonii, ipſo iure iam fuiſſet ſubiectus: & ideo lex non loquitur in caſu arido, ſed viridi, vt patet *in leg. Arriani. C. de hæret.* & in caſu non dubitabili. *l. Labeo. ff. de Carb. edict.*

Et etiam, ex quo certum erat matrimonium non fuiſſe verum, vt ibi dicit text. & gl. in verbo, *videbatur.* & ideo filii erant naturales tantum, & non legitimi. ex quo requirebatur legitimatio filiorum natorum ex illo matrimonio, quam Rex petiit, quam poterat facere: non tanquam pater, ſed tanquam Princeps cum ſubditis, vt ibi ſatis notatur. Et ideo erat Princeps neminem recognoſcens, & non ſubditus Imperatori: quia ſi fuiſſet illi ſubditus, non potuiſſet legitimare, quo ad feuda, vt dicunt omnes *in d. §. naturales.*

Et cum dicatur, quod potuit tanquam Princeps, ergo de iure, cum iſtud dicatur per ſummum Pontificem; cum verba illius diriguntur ad ea, quę de iure fieri poſſunt, & non ad ea, quæ de facto. *l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. c. eam te. de reſcrip. l. fi. C. de teſtam. mili. l. 2. C. de noxal.* & ſi hoc non intelligeretur de iure, ſequeretur, quod Papa voluiſſet ſuſtinere Regem Franciæ contra Imperatorem in his, quæ facere non poſſet, & ſic in male geſtis, quæ videntur illicita: vnde ex eo fonte, ex quo iura proueniũt, ſequeretur iniuria, quod non eſt dicendum. Ex quo credo dicendum, quod ille tex. *in d. c. per venerabilem.* loquitur de iure, & non de facto, contra gloſ. ibi, contra quam etiam tenent Innoc. Abb. Fel. & plures alii *in d. c. nouit, extra de iudic.*

Et facit tex. *in d. c. nouit. extra de iudic.* pro huiuſmodi interpretatione, quod ille tex. *in d. c. per venerabilem.* debeat intelligi de iure & non de facto, ſecundum gloſ. ibi, ſic inducendo. Dicit enim ibi tex. *non enim intendimus de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudicium,* loquendo de rege Francię, in quibus verbis facio hoc fundamentum. Si enim Rex Franciæ habuiſſet ſuperiorem Imperatorem in temporalibus, non potuiſſet cognoſcere de cauſa vertente inter ipſum & Regem Angliæ; tunc ſuum vaſallũ occaſione comitatus Pictauien. cum ageretur de cauſa feudali, ſed debuiſſet Imperator cognoſcere. *c. 1. apud quem vel quos quæſtio feudi terminetur, in vſib. feud.* & faciũt quæ dicit Bald. & Iac. de Beluiſ. & alii *in c. 1. de inueſtit. in maritum facta.* Quod ſi eſt quæſtio inter maiores, vt ſunt Duces, Comites & Reges, in quibus non poteſt faciliter habere iudicium, Imperator eſt iudex, & non alius. *cap. 1. de lege Corradi, in vſib. feud.* idem Bald. *in l. 1. ff. de rerum diuiſ.* Cũ ergo ille tex. *in d. c. nouit.* dicat, quod illa quæſtio feudi debuit determinari per Regem Franciæ dominum feudi, cũ ad eum ſpectet & non ad alium, patet, quod de iure Imperatori non ſubiacet. Et hoc ibi tenet Panorm. duabus rationibus, quas vide, imo nec vnquam iugum Imperii ſuſcepit, vt tenet Lucas de Penna, *in l. vnica. C. de colon. Palæſtinis, lib. 11.*

Ex quo ſequitur, quod ſi Rex Francię non ſit illi ſubditus, quod ipſe Imperator non eſt mundi dominus, quod indubitanter teneo verum ex ſupradictis & multis aliis rationibus, quæ hic poſſent adduci: ſed cũ ex euidentia rei, & per exiſtentiam aliorum Regnorum, quæ ſemper fuerunt in eſſe tempore Imperii Romani, dicendum eſt indubitanter, quod nunquam fuit vſque ad hæc tempora aliquis Imperator, qui fuerit vniuerſalis mundi dominus.

Ex quo tamen Romani præ cæteris maiorem dominationem in hoc ſeculo habuerunt, & exinde nomen Regium odioſum fuiſſe apud eos, aſſumpſerunt pro eorum Principe poſt Reges, Conſules & Dictatores, nomen Imperatoris. Ideo videtur inter omnes huius mundi Principes ratione illius dignitatis eſſe

Digitized by Google

ris eſſe primus & cæteris excellentior; non tamen per hoc ſequitur, quod ſit mundi dominus, & ſic quod alii propterea eidem ſubiiciantur; quoniam nunquam fuit ita ordinatum, neq; à Deo, neq; eius Vicario, neque ab habẽtibus poteſtatem hoc ordinandi ſeu diſponendi.

Poteſt tamen dici, quod adhuc rex Franciæ ita poteſt dici Imperator in ſuo regno, prout infra dicam, prout Rex Romanorum in ſuo regno dicitur Imperator: & quod tale Imperium eſt ita in Rege Francorum, ſicut in rege Romanorũ. Cum, vt habetur in Chronicis Euſebii, Imperium fuerit translatum de Græcis ad perſonam Caroli Magni Regis Francorum. & facit 63. *diſt. c. ego Ludouicus. & ibi nat. in vlt. gloſſ.* Et virtute iſtius translationis Carolus Magnus, & ſui ſucceſſores, receperunt poteſtatem imperialem in omnibus regnis, prouinciis & terris: Præſertim occidentalibus, quæ non erant ante tempus dictæ trãslationis ſub poteſtate dicti Caroli, & etiam petendi & exigendi à Regibus & Principibus Regnorum, prouinciarum, & terrarum huiuſmodi ſubiectionẽ Imperatori debitam: ita quod ſicut olim populus Romanus ius & poteſtatẽ tranſtulit in Imperatorẽ, vt patet *ff. de orig. leg. 2. §. ſed & quod Principi. ff. de conſtit. Princip. leg. 1.* Et poſtmodum, ex diuiſione ipſius Imperii, quæ fuit per Carolum Magnum, Aquiſgrani ſolenniter congregatis omnibus proceribus totius Regni, Ludouicum filium ſuum Aquitaniæ Regem cunctorum conſilio ſibi totius Regni & Imperialis nominis hæreditatem ſub anno Domini 800. conſtituit. Impoſitoq; capiti eius diademate Imperatorẽ & Auguſtum appellari iuſſit. Richardum vero nepotem ſuum filium Pipini filii ſui Italiæ præfecit & appellari iuſſit. Poſt hoc idem Ludouicus, qui Pius eſt cognominatus, mortuo patre ſuo generalem conuentum Aquiſgrani ſub Anno Domini 817. habens, filium ſuum primogenitum Lotharium nominis atque imperii ſui conſtituit, & cæteros Reges appellatos, vnum Aquitaniæ, ſcilicet Pipinum, alterum Bauariæ, ſcilicet Ludouicum præfecit. Ex quo ex huiuſmodi translatione ſemper remanſit poteſtas Imperialis apud Frãcos. Imo, primo habuerunt nomen Imperatoris, cum dicto Ludouico fuerit impoſitum diadema, & Imperator & Auguſtus ex iuſſu Caroli Magni vocatus fuerit. Et licet poſtmodum anno Domini 84. orta fuerit guerra inter tres fratres, videlicet Ludouicum, Carolum & Lotharium, poſt bellum inter eos habitum, anno præcedenti apud pagum Antiſſiodoreum, in loco, qui dicitur *Fontaines*, in quo à neutra parte fuit triumphatum, ſecundum Euſebium, & Imperium remanſerit apud Lotharium, qui appellatus fuit Imperator: tamẽ poteſtas Imperialis etiam remanſit apud Carolum, qui habuit Regnum occidentale Francorum, à Britannico mari, vſque ad Moſam fluuium, & vocatus fuit Rex Galliæ: Sed tamen cum poteſtate Imperiali in ſuo Regno, quam ſemper vſq; nunc exercuit, & adhuc exercet, faciendo ea omnia, quæ Imperator in ſuo imperio. Ex quo etiam poteſt dici, quod præſcriptio tanti temporis, cuius initii memoria non extat, in contrarium ei prodeſt. Dicit tamen Bald. *in tit. de probib. feudi aliena. per Federic. §. fin. col. pen. in fin.* quod licet dictus Rex Franciæ ſit ſuper omnes Reges, & quo ad ſubditos ſuos ſit in Regno tãquam corporalis Deus, non tamen, vt dicit, eſt alter Imperator.

Sed quia tamen poſtmodum ab Eccleſia Romana maior dignitas reputatur dignitas Imperatoris, & propter approbationẽ, quam fecit Eccleſia Romana de imperio, illud trãſferendo de Francis, ſeu Gallis in Germanos, in perſonam Othonis: de quo legitur, *in ca. ſynodo. 64. diſtinctio.* quam Regum, in omnibus locis indifferenter: extra Regnum Franciæ ſemper Imperator ſedet à dextris & Rex Franciæ à ſiniſtris, & ſic præcedit Regem Francię propter autoritatem & præeminentiam, quam habet ab Eccleſia, ex vnctione & coronatione, quam recipit ab Eccleſia Romana, vt dictum eſt, & habetur *in c. per venerabilem. extra de elect.* & notatur in pluribus locis. De huiuſmodi translatione eſt magna altercatio. Sed cum non ſit magnæ vtilitatis,

ſet, ſed Cæſares appellati ſunt: quo tempore non reperitur, quod plura alia regna, Principatus & dominationes, de quibus ſupra, fuerint ſubiecta Imperio. Immo tempore ſuo, erant multæ dominationes in Gallia, de quibus per eum *in ſuis Commentariis*. Nec reperitur, quod tenuerit Galliam integraliter, vt infra dicam: nec Hiſpaniam, & Græciam, nec regnum Macedonicum, Parthorum, Syriæ, & alia, de quibus ſupra in totum, maxime ſine cōtrouerſia, & bello: Quoniam tam breui tempore, quo imperauit, tot Regna obtinere non potuiſſet. Cū tempore adepti Imperii, quod fuit anno quadrageſimooctauo ante aduentum Chriſti, tantum vixerit quinque annis, & ſic mortuus eſt ante Chriſti aduentum, anno quinquageſimoprimo: Quo tempore incœpit regnare Octauianus, & imperauit per annos quinquaginta ſex, menſes ſex: quo tempore erant multi Reges, & Principes, multa etiam dominia & principatus, quæ non ſubiiciebantur Imperio Romano, de quibus infra.

Tempore cuius etiam Marcus Antonius Aſiam, Pontum, & Orientem tenuit.

In Germania etiam Iulianam, & Varrianam cladem perpeſſus fuit.

Hoc tempore etiam regnabat Chriſtus, cui data erat poteſtas in cœlo & in terra.

Regnabat etiam tunc Herodes Rex Hebræorum, qui Mariannem reginam vxorem ſuā occidi iuſſit, quod accuſata fuiſſet, quod ad Octauianam effigiem ſuam tranſmiſiſſet, vt in ſui deſiderium prouocaret, & vſque ad illum diem non defuerunt Principes Iudæis. Tempus quippe erat, vt veniret ille, cui promiſſum erat, quo nouo promiſſum eſt teſtamento, vt ipſe eſſet expectatio gentium, ceſſauit eorum vnctio, hoc eſt imperium: quia ex Danielis ſententia Sanctus ſanctorum venerat. Et ideo Herodem alienigenam habuerunt. Cui poſtea ſucceſſit Herodes Antipas Herodis filius: & Archilao è regno pulſo, Iudæorum regnū in quatuor tetrarchias, id eſt, partes diuiſum eſt. Et huic Galilæa obuenit, quæ eſt regni Iudæorum quarta pars. Poſt quos ſucceſſit Agrippina, Germanici coniunx, regina Iudæorum, & poſt eum Agrippa magnus, Ariſtobuli filius, qui tunc habuit fratrem nomine Herodem Chalcidis Regem.

Et tempore, quo regnare incœpit, fuit (anno ante Chriſti aduētum 31.) & Burgundionum regnum initium habuit poſt Chriſti aduentum anno 35. Quod non habuit finem, niſi poſt Chriſtum 488. & ſic nec tempore Octauiani erat Monarcha vniuerſalis.

Plures etiam tunc temporis erant Principes in Gallia, de quibus infra dicam, quando capiam Imperium à tempore Iulii Cæſaris, & etiam in Hiſpania, & Africa, de quibus ſupra. De quorum annihilatione, & euerſione non conſtat, & ſi hoc fuiſſet factum, eſſet ex violentia, & rapina, non ex debito modo.

Quod quidem Imperium; quia per violentiam erat occupatum, & propter eorum iniuſtitias fuit ſubiugatum, & ſubditū Chriſto, vt habetur *in viſione Daniel. 2. cap.* ſignatum per lapideā ſtatuam illam in puluerem redigentem: & hoc dignum fuit; quia dignum eſt, quod propter iniuſtitias Regum, & diuerſos dolos Regnum de gente in gentem transferatur, *Eccleſ. 10. cap.* & oſtenſum eſt Octauiano Imperatori per Sybillam Tyburtinam, die qua natus eſt Chriſtus dominus dominantium, vt dicit idem Archiepiſcopus Florent. *in loco hic ante alleg.* Et factum eſt regnum huius mūdi Domini noſtri Ieſu Chriſti; cum, vt habetur *Apoc. 11. cap.* ſibi enim data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra, *Matthæi vlt. cap.* vt impleatur illud Ezech. *Faciam eos gentē vnam, & erit vnus Rex omnibus imperans, & non erunt vltra duæ gentes.* vnde Gl. *Dan. 2.* dicit, quod ſicut à principio nihil fortius Imperio Rom. ſic in fine nihil debilius inuenitur.

Et ex his conſtat, nunquam ante Chriſti aduentum fuiſſe aliquem de iure Monarcham, & dominum vniuerſi orbis: cum, vt dictum eſt ſupra, fuerunt plura regna, etiam à Deo permiſſa, & inſtituta, vt de Rege Dauid, Salomone, & ſic de aliis. Nec licuit Imperatori ea ſibi appropriare, prohibente lege naturali, & diuina, quæ habet: quod tibi non vis fieri, alteri ne facias, *Matth. 7. & in proœmio Decretal.*

Decretal. Nec licuit eis transgredi terminos, quos poſuerunt patres antiqui, *Prouer.22.cap. in fin.& in præceptis decalogi.* Non concupiſces rem proximi tui. *Exod.*20. in quo omnis rapina & violentia prohibetur, *24.q.5.c.pen.*

Et prædicta faciunt, quod de iure diuino non reperitur imperium fuiſſe inſtitutum, prout regna, & ſic quod nunquam Imperiū ante Chriſti aduentum habuerit vniuerſale dominium totius orbis.

Immo etiam Imperium Chriſti nunquam fuit vniuerſale quo ad temporalitatem, cum ipſemet dixerit: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Ioh.18. & ſuo tempore fuerunt Principes, vt Octauianus, & Tyberius, ſub quo paſſus eſt, & voluerit eorum iura intacta ſeruari, dicens: Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo: *Marci* 12. *Matth.* 22. *& Luc.*20.

Et tunc temporis erant plures Principes in Gallia, Aſia, Africa, Burgundia, Italia, Hiſpania, etiam in Chalcide, & Iudæa. Et ſtatim poſt incepit eſſe regnum Burgundionum, vt iam dictum eſt ſupra, videlicet anno Chriſti 35. vt refert idem Philip. Bergom. *lib.*8.

Etiam Scythæ ab alieno Imperio, aut intacti, aut inuicti manſerunt. Carium Regem Perſarum à Scythia turpi ſummouere fuga. Cyrum, cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem, cum copiis vniuerſis deleuerunt. Romanorum audiuere, non ſenſere arma.

De iure humano, ſiue naturali, adhuc minus. Quia illud ius erat commune omnibus animantibus rationabilibus & irrationabilibus, & omnia erant communia: vt *l.1.ff.de iuſtit.& iure.§.ius naturale.& 1.diſt.c.ius naturale.* Et de iure gentium, quod etiam naturale vocatur, *Inſt.de rerum diuiſ.§.ſingulorum.* per occupationem dominia ſunt diſtincta, & regna condita. *l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iure.*

Et ſic conſtat, quod iure illo naturali, ſeu iure gentium, ſolum erant Reges, cum non dicat imperium, nec tunc erant Imperatores, vt ante dictum eſt: Reges tamen erant Imperatores, cum dicit text. 1. *Reg.*8.*c.* Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis. notādo verbum, *imperaturus.* Ex quo quilibet Rex poteſt hoc reſpectu dici Imperator.

De iure vero ciuili dicit Alber. *in loco ſupra alleg.* quod duplex eſt proprium, ſcilicet proprium cuiuſcunque ciuitatis, vt *in l. omnes populi.ff de iuſtit.& iure.* Aliud eſt proprium, Ius ciuile Romanorum per excellentiam. §. *ſed quoties. Inſtit.de iure natur.* Et tunc ſic, ſi ius ciuitatum vel prouinciarum conſideremus, multæ ciuitates, & prouinciæ non ſubſunt Imperio. Nam vt dicit, in Hiſpania, vt dicunt docto. *in cap. cauſam. le ſecond. extra qui filii ſint legit.* & Nicol. de Vbald. *in tract. de ſucceſſio. ab inteſta.*111.*chart.verſic. vltimus modus legitimandi.* Quocunque allegaret legem Imperatoris, capite punitur. Veneti vero, & multi alii, non ſeruant iura Imperatorum, nec etiam Galli, & Franci: quia non ſubiiciuntur legibus Imperatorum, nec eas allegant, niſi inquantum fulciantur ratione, & non alias, vt dicit Bald. *in l.nemo.C.de ſentent.& interloc.omn. iudic.*

Si vero conſideramus Ius ciuile Romanorum, & iſto poſſemus nos de facili expedire; quia non eſt credendum illis, quorum repellerentur actores. *c. fraternitatis, de hæretic.c.licet ex quadam.de teſta.l.mathematic.C.de epiſ.audien.* Et non plus creditur mortuæ voci, quā viuæ: ſed leges ſunt mortuæ voces Principis, ipſe autē eſt vox viua, *in Auth.de conſulib.§.fi.collat.*4. Cum itaque populo Romano non eſſet credendum in facto proprio, *vt l.nullus.ff.de teſtib.* ergo nec credendum eſt eorum legibus vel ſcripturis.

Et concluſiue, tenet Alber. *loco, quo ſupra,* quod nunquam Imperator fuit dominus totius orbis. Et hoc etiam tenetur à multis, maxime ab omnibus Doctor. Aurelianenſib. & Citramontanis, cōtra ſententiam gloſſarum iuris ciuilis, & canonici. Hanc etiam opinionem tenuerunt Iacob. de Rauenna, Petrus & Ioan. Fabri *in d.l.1. C.de ſum.Trin.& fide cath. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcrip.* per eoſdem etiam *in proœm. fforum.* quos ſecuti ſunt Raphael Fulgoſ. Guillel. de Caſtellio, & Bernar. de Caſtillio, *in d.l.ſupra alleg.* Et iſtam opinionem tenet Card. Zabar. *in c.venerabilem.§. verum.*

verum. in 2. colum. extra de elect. vbi dicit, quod in hac materia multa ingenia laborauerunt, inueſtigando initium Monarchiæ terreſtris, & prodierunt plurimi libri de Monarchia; nulla tamen diſputatio poteſt eſſe minus vtilis. Conſtat enim, vt dicit, quod imperiũ partim acquiſitum fuit Romanis vi armorum, & ſic etiam in aliis Regnis, qui habuerũt Monarchiam, vt fuit Aſſyr. quod dicitur Babylonicum. Item Macedonum, quod floruit ſub Alexandro. Item Carthaginenſe, quod maxime viguit tempore Hannibalis, vt in Tito Liuio, de ſecundo bello Punico. Hæc tamen Regna præter Romanorum dicuntur Monarchiæ, non quia aliquod iſtorum fuerit generale ad totum orbem, ſed ad magnam partem: imo etiam Romani nunquam habuerunt totum, ſed fere totum, *dicit Zabarel. ibi.*

Et, vt dicit Albe. hanc opinionem tenendo, legibus eorum ſunt conuincendi, *argum. tex. in c. qui ſyncera. 45. diſtinct.* Nam Imperator non eſt mundi dominus: quoniam ſecundum legem Imperatorum, qui dicit ſe dominum de iure gentium, vel ciuili, habet hoc probare *l. in rem actio. ff. de rei vendic.*

Imperator enim duas ſolas cauſas dominii allegat. Quia ſcilicet habuit à populo Romano; vel quia per iuſtum bellum occapauit ab hoſtibus Imperii. *ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. l. poſtliminium. & l. hoſtes.*

Sed ad primum reſpondetur, quod populus non potuit plus in eum transferre, quam habuerit. *l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.* Sed non habuit dominium ſuper alias nationes. vt ſupra dictum eſt, & demonſtratum fuit, & ad hæc infra demonſtrabitur: ergo nec ipſe, quod populus non habuit. Et ſi populus Roma. allegaret ſe habuiſſe, incumberet ei probatio: tamen onus probationis aſſumendo, conſtat ſatis fuiſſe probatum ex ſupradictis, & infra adhuc per Chronic. Romanorum iuſtificabitur: tamen contra hoc ſic poteſt clariſſime probari.

Notorium eſt enim, quod ciuitas Romana ædificata fuit per Romulum & Rhemum fratres: notatur *in l. 1. ff. de orig. iur. in princ.* & notatur *in l. fina. ff. de rerum diuiſ.* & habetur etiam in Chronicis *lib. 3.* prædicti Philippi Bergomenſis. Quo quidem tempore erant multa Regna, de quibus ibi pleniſſime: quo quidem tempore, vt ibi clarum eſt, & ſupra ſatis demonſtratum fuit, Romani non dominabantur toti orbi, immo etiam minimæ parti orbis; & tunc habebant ſolum Reges, & ſic eorum Regnum erat diſtinctum illo iure ciuili, quod dictum eſt ſupra: & tantum iuriſdictionem habuerunt, cum locum ædificauerunt, vt *in §. ſi vero. forſan. in Authen. de quæſtore. colum. 6.* Vnde populus ille, pro prædicto Reges expellendo, videntur contra ſe Dei iram prouocaſſe. *7. quæſtio. 1. cap. denique.* & ſic nec dominium, nec iuriſdictionem de iure habuerunt. Nam ius dicitur, quod iuſtum eſt. *1. diſtinctio. c. ius naturale.* & per vim, & violentiam ab initio ſedes alienas occupauerunt. Notat Innoc. *in c. ſuper his. de voto.* Ita quod propter vtilitatem initii, connubia fuerunt eis à Sabinis, Albanis & confinitimis partibus denegata. Quod cum hoc nouiſſet Romulus, finxit ſe velle ludere ludos, idque publicare fecit: quia nouitate allecti populi vicini, vt noui populi ſpectaculum viderent, aſciuerunt ductis vxoribus, & filiabus, quas cum tenerent, rapuerunt: Exinde ortum bellum in Albanos, quos ſuæ ditioni addiderunt, & paulatim auctis viribus propinqua dominia vſurpare cœperunt; nec præſcriptione ſe iuuare poſſunt, cũ ſemper malam fidem habuerunt, tam ipſi, quam habentes cauſam ab eis: & de violentia eorum conſtat per iura, quæ ſunt certa. *l. & hæc ignorantia. ff. de iuris, & fact. ignor.* Ideo eſt ignorãtia iuris, quæ eos non excuſabit. *l. nunquam. ff. de vſuc. l. de iuris ignorantia. ff. de iuris & facti ignorantia.*

Et adhuc prædicta opinio Citramontanorum probatur vltra prædicta, nunc reaſſumendo Monarchiam, quę fuit à tempore Iulii Cæſaris vſque ad tempora hodierna, demonſtrando, quod ſemper fuerunt alii Principes, Reges & Dominationes, per vniuerſum orbem in pluribus, & diuerſis partibus mundi. Maxime tempore illorum, qui dixerunt ſeipſos mundi dominos, & faciendo in

hoc

hoc caſu fundamentum pro opinione contraria à Iulio Cæſare, qui primus Imperator, & nomen tale ſibi aſſumpſit. Eo quod Romanis imperabat, vt tradunt hiſtoriographi: de quo gl. *in l. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter.* aliquid ſentit, vbi dicit, Iulium Cæſarem auunculum Gaii Auguſti, fuiſſe primum Imperatorem: cum ante tantum dominium haberent Romani, vt dictum eſt, per rapinam vſurpatum, & in ſua origine per vim, violentiam, & rapinam inchoatum. Ex quo ergo initium, ſeu origo nactæ poſſeſſionis de iure inſpicienda ſit, *l. clam poßidere. in princ. ff. de acq. poſſeſſ. l. nam origo. ff. quod vi aut clam.* Quæ cum ſit vitioſa, nunquam prodeſt violento. *l. autoritatem. C. vnde vi. l. ſi qua loca C. de fundis & ſaltib. rei dom. lib.* 11. Et maxime etiam de iure Canonico, *c. fin. & c. vigilanti. extra de præſcr. in reg. poſſeſſor. de reg. in 6. & reg. peccatum. eodem tit.* Quia ſemper requiritur bona fides, etiam ſi deſierit titulus, & ſit tempus immemoriale. *c. 1. de præſcript. in 6. in l. vnic. C. de vſucap. transfor.* Ita quod tale vitium tranſit ad ſucceſſores. *l. an vitium. ff. de diuer. & temp. præſcr. l. Pomponius. in princ. ff. de acq. poſſ. §. fin. Inſtit. de vſuc. l. hæres. ff. de vſuc.* Ideo, cum non potuerit primus, ſcilicet Romulus, terras & dominia per eum rapta, vt dictum eſt, nec etiam Iulius Cæſar, vt dixi, & dicam ſtatim, ideo, nec eorum ſucceſſores.

Ex quo licuit ſpoliatis recuperare, & vti iure ſuo & ſucceſſoribus, & ſic de iure gentium, hoc licuit Iulio Cæſari. *d. l. ex hoc iure.* licuit & Gallis ſuo tempore: qui etiam quaſi ab initio Vrbis conditæ, fere totam Italiam, etiam vſque Romam, ipſa euerſa, dēpto Capitolio, prout refert Titus Liuius *in quarto,* 1. *decadis.* & Iuſtinus *lib.* 24. qui etiam Imperium Romanum per multos annos tenuerunt. Ita quod fuerunt ſeptem aut octo Reges Franciæ Imperatores Romanorum, cum à Principio de Græcis translatum fuerit in Francos, videlicet in Carolum Magnum, quod fuit anno Chriſti 806. vſque ad Contadum primum, ſucceſſorem Ludouici tertii, in Imperio Gallorum: Quia omnes Reges Franciæ tenuerunt imperium Romanum, vſque ad annum Domini 910. quo tēpore fuerit translatum imperium in Germanos. Quo quidem tempore ſemper erat alius Imperator in Græcia, qui dicebatur Imperator Conſtantinopolitanus.

Et maius argumentum, quod poteſt eſſe, eſt de Iulio Cæſare, qui dicit ſe Gallias deuiciſſe, quod non eſt verum in totum: Cum ſemper Aluernia, Britannia, & plures aliæ ciuitates ſupra Ligerim flumen exiſtentes (quæ ſuos duces habebant) nunquam ſine continuis querelis paruerunt Romanis, vt conſtat ex *Chronicis hiſtoriographorum*: vt etiam dicit Oldradus *conſil. ſuo* 69. incipien. *conſueuit dubitari.* Imperatores Romani nunquam fuerunt in pacifica poſſeſſione orbis; cum de his, vt ſupra dictum eſt, nunquam gauiſi fuerint pacifice.

Vnde, ſub Valentiniano, vniuerſa Gallia defecit. Exinde, coacti ſunt Romani viuere, contenti ſunt ſedibus ſuis & legibus, nec exiſtimauerunt deinceps alias nationes deuincere, niſi media virtute Gallica; vt ſatis patet ex chronicis: quæ quidem etiam alleganda ſunt deciſionibus cauſarum, & credēdum eſt illis etiam in iudicio, vt dicunt Bal. & Anto. de But. *in c. inter dilectos. extra de fide inſtrum.* gloſſ. *in verb. tranſtulit. in c. venerabilem. de elect.* gloſſ. 1. circa medium. *in c. literis. extra de in integ. reſtit.* Bart. *in l. 1. col. 6.* & ibi dom. meus Iaſon & alii. *ff. ſi cert. petat.* gl. & Geminia. *in c. placuit 16. diſt.* & l. 2. & Geminia. *in c. in nomine Domini. 22. diſt. &* gl. 3. & Geminia. *in c. 1. 27. diſtin.* & idem Geminia. *in c. abſit. 20. diſt.* & gloſſ. *in proœm. ff. §. hæc autem tria. in verb. vrbibus.*

Et idem de libris hiſtoriarum, quo ad facta antiqua. Geminianus *in c. quamuis. ante fin. 21. diſt.* Felin. *in c. cum cauſa. extra de probat. & in d. c. inter dilectos. in 8. colum. extra de fide inſtrum.*

Si igitur ex prædictis, propter vim illatam populis Gallis, debeant dicere ſe dominos, prout dixi ſupra, poſt Innoc. *in d. c. ſuper his, in fine. extra de voto, & voti redem.* clarum eſt, quod ille titulus eis nihil opitulari poteſt per ſupradicta.

Nec inuenio alia iura, quæ eis prodeſſe poſſint, nec etiam titulos aliquos allegant.

Et vltra prædicta, pro opinione dicētium, & te-

Digitized by Google

& tenentium, nunquam fuiſſe vniuerſalem Monarchiam in mundo, nec Imperatorem vnquam fuiſſe dominum totius orbis: Adduco fundamenta ſequentia, quæ faciunt contra illos, maxime, qui ſe dixerunt dominos totius orbis, prout fecerunt quidam Imperatores, de quibus ſunt leges *in libris Digeſtorum & Codicis*. Primo, tempore Iuſtiniani, qui quandoque ſe dicit dominum totius orbis, vt ſupra dixi *in legibus allegatis*, maxime *in l. 2. C. de offi. præf. præt. Africa*. Nam illud non eſt veriſimile: Cum, vt habetur *in Auth. vt præponatur nomen Imperat. colum*. 4. vbi vtitur his verbis: *Qui ſub Imperio noſtro ſunt, aut quos noſtrum regit Imperiũ*. & ibi poſt: *In quos nos Deus Romanorum ſuppoſuit rebus*. & in §. *ſed hoc tempore. Inſt. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris*. ibi: *nullis hominibus quæ ſub Imperio noſtro ſunt*. & in *l. 1. C. de ſum. trin. & fide cathol*. ibi: *quos clementia noſtra regit Imperium*. Quos textus non intellexerunt, & nimis crudã interpretationẽ ad illos fecerunt Doctores Vltramontani: qui voluerunt illud verbum relatiuum vltra ſuam naturam extendere: cũ de natura ſua ſit reſtrictiuum dictionis præcedentis. notant Doctores *in d. l. 1.*

Tempore vero Theodoſiani & Honorii, qui fecerunt *l. mercatores. C. de commerc. & mercatorib*. erant plures non ſubditi imperio. Et tempore etiam Alexandri IV. Imperatoris, vt ſatis conſtat ex *l. omnib. ciuitatibus, quæ ſub Imperio noſtro. ff. ad Trebel*. Et quod plus eſt, ex chronicis conſtat, quod tempore Antonini XII. & Commodi, Lucii, Antonini, & Marci Antonini, plures erant nationes non ſubditæ Imperió. Ex quo conſtat, quod relatio Iuliani, conditoris illius legis deprecatio, non eſt vera, & quod non eſt veriſimile, quod Imperator ita reſponderit; quoniam veritas erat in contrarium. Nec etiam eſt credendum Iuliano, cum fuerit malæ vitæ, & modicæ æſtimationis, & Tyrannus & ſic nõ omni exceptione maior, & vocatus fuit Didius Iulianus, qui tyrannice imperauit per aliquod tempus, & pauci eum inter imperatores enumerant: & ſic non multum facit illa *l. deprecatio*. cum conuincatur dictus Iulianus de mendacio; eo, quia tempore Antonini XII. Parthi nõ erant ſubditi Imperio, cum Marcus Anto. qui eidem ſucceſſit, eoſdem debellauerit Germanos, Marcomannos, Squados, Sarmatas ingẽti virtute, vna cum filio Commodo Antoni. ſuperauerit. Tempore cuius Cõmodi Antoni. Britones non erant ſubditi Imperio, nec etiam Arabes. Nam illo tempore regnabat Lucius Rex Anglorum.

Et ſic conſtat, quod illis temporibus nunquam aliquis Antoninus fuerit mũdi dominus, ſaltem vniuerſalis: quicquid dixerit ibi Iulianus: ex quo ſatis reſponſum eſt ad illam *leg. deprecatio*. & ad omnes leges Iuſtiniani, & Imperatorum per veritatem in contrarium ad oculum demonſtratam, per chronica hiſtoriographorum, vt dictum eſt.

Item etiam *d. l. deprecatio*. cum *extrauag. ad reprimendum*. laborant eodem morbo, quod ab indignato Principe factæ ſunt. Prima ab Antonino, propter piratas. Idem, ſecundum Bar. *in dicta extrauaganti*: in Henrico, qui indignatus hoc dicit propter Principes, qui terras Imperii occupabant, & maxime propter Robertum Siciliæ Regem, propter quem fuerunt factæ duæ extrauagantes, ſcilicet *ad reprimendum*, &, *qui ſint rebelles*: quæ tamẽ poſtea fuerint reuocatæ per Clementem IV. *clem. paſtoralis. de ſentent. & re iud*. vnde à Principe irato factum nõ diſponit. *l. 1. ff. de conſt. Princip. § ſed & quod Principi. Inſt. de iure nat. l. metum. §. ſed cum prætor. ff. quod metus cauſa*.

Imo quod plus eſt, ex dictis doctorum prædictam opinionem tenentium, clare oſtenditur contrarietas omnium Imperatorum, & iuriſconſultorum: cum Iuſtinianus *in §. ſed ſi ab hoſtib. Inſt. quibus modis ius patria po. ſol.* dicit Imp. Rom. debere habere limites, & fines: ſi enim Imperator haberet vniuerſale dominium ratione ſui Imperii, non haberet limites, nec eſſent aliqua limina Imperii, & quæ caperentur de facto, non cenſerentur redire poſtliminio, vt patet *in l. à poſtlimin. §. à piratis. ff. de captiuis, & poſtlimin. reuerſis. & in l. qui à latronibus. ff. de teſtam*. & ſic cum limina habeat Imperium à limitato loco non orbe, neſcio, quomodo dici poſſit Imperatorem eſſe dominum orbis.

Et ſa-

Et faciunt adhuc vltra prędicta contra eos leges ipſorum, quæ dicunt Imperatorem, ſeu populum Romanum habere hoſtes. *l.1.C.de off.prefect.pret.Africa.§.1.in Auth.de hared.& Falc. col.1.ff.de collat. l.in bello. l.poſtliminium. l.hoſtes.ff. de capti.& poſtlimi.reuerſis.* & ille Rex *in d.l.poſtliminium.* facit multum, inquantum dicit inter nos & omnes liberos populos Regesque moribus & legibus conſtitutum. & ibi: *Regem ſocium, aut amicum.* cum populus, aut Rex liber dicatur, qui nullius alterius populi poteſtati ſubiectus eſt, vt eſt text. *in l. non dubito. ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.& glo.in d.l.hoſtes.* vbi text. in fine etiam loquitur de Germanis & Parthis hoſtibus Romanorum, quos antea ſocios, & confœderatos appellauerunt, *d.l. non dubito.& d.l.poſtliminium.* quæ quidem leges *poſtliminium* & *hoſtes.* fuerunt conditæ ab Vlpiano, & Paulo iuriſconſultis, tempore Alexandri Imperatoris, qui ſtatim regnauit poſt Antoninos, qui inceperunt ann. Chriſti 154. & fuerunt quinque, aut ſex, & finierunt in Baſſiano Antonino, & Aurelio Antonino, poſt quos fuit dictus Alexander, anno Chriſti 224.

Et ſic conſtat, quod ille Iulianus, de quo *in d.l.deprecatio.* non dicit veritatem, & per hæc ad illam legem pleniſſime conſtat, eſſe reſponſum.

Albericus vero, ad illam l.vlterius reſpōdendo dicit, quod licet Imperator in vno loco dicat ſe mundi dominum; tamen alibi fatetur melius eſſe, qui non erant Imperio ſubditi. Alii enim erant hoſtes, alii fœderati, alii Reges, alii amici: vt *in d.legibus hic ante all.& d.l.mercatores.C.de commert.& mercat.*

Ad *c.in apib.* facilis eſt reſponſio: quia licet dicatur, quod in vno Regno debeat eſſe Rex, non ſequitur, quod non poſſint eſſe diuerſa Regna: Imo quod plus eſt, Deus ordinauit à principio plures Reges, & in vnoquoque Regno vnum Regē. Nec hoc prohibet *d.c.in apibus.* nam vnus apis nō eſt Rex omniū apum de mundo; imo in quolibet vaſe apum eſt vnus Rex. nec omnes grues de mundo ſequuntur vnam, ſed vna congregatio ſequitur vnam, & alia aliam, & ſic in quolibet Regno erit Rex, vel in qualibet ciuitate vnus Rector: quandoq; tamē reperitur duos fuiſſe Imperatores. *l. Imperatores. de pact. & l. diui fratres.ff.de pœnis.* & ita illū tex. declarat Io. de Turrecr. *in d.c.in apibus.* vbi reſpondet ad iura pro parte contrariā allegata, tenendo etiam, quod nunquam fuit Monarchia vniuerſalis.

Ex quibus conſtat reſponſio generalis ad omnia iura dicentia, quod Imperator eſt dominus totius orbis, & habet Monarchiam. Eſt verum, Orbis ſcilicet ſubiectus Romano Imperio; cum tempore, quo tranſlatum fuit Imperium per populum in Principem, tranſtulerint in eum omne imperium, quod habebant in toto orbe. Cum ergo totus orbis vniuerſaliter non tunc ſubiiceretur ipſi populo Romano, ſed tantum vna pars, debet intelligi illam partem eſſe vniuerſaliter illum totum orbem, & non vltra. Quia ſi extenderetur ad partes etiam tunc non ſubditas Imperio, ſequerentur tot inconuenientia, quot in menſe ſcribi non poſſent. Sequeretur enim, quod tranſtuliſſet in eū plus iuris, quam habuiſſet: ſequeretur etiam, quod poteſtatem habuiſſent tollendi ea, quæ de iure diuino erant introducta, vtputa regna, & dominationes, de quibus ſupra dictum eſt. Et ſic illa generalitas ſeu vniuerſalitas reſtringitur ad habilitatem. *l. eum.ff.de iudic.* notatur plene per dom. meum Iaſ. *in l.1.§.nuntiatio.col.4.ff.de noui oper.nunc.* Et ne ſequatur abſurdum, notat Fel. *in c.cognoſcentes. colum.6. extra de conſtit.* Abſurdum enim eſſet, & contra iuris diſpoſitionem, quod populus Romanus transferendo omnem poteſtatem quam habebat in Principem, plus iuris ei dediſſet, quam habuiſſet: & ideo vniuerſalis locutio, ſeu generalis, debet ad partem mundi ſubditam Romano Imperio reſtringi, & non alias partes eidem non ſubditas extendi, ad euitandum inconuenientia, & abſurda, de quibus ſupra dictum eſt: & ne incidant in mendaciū, quod facerēt, vt notorie cōſtat ex omnibus Chronicis mundi. Et etiam ad id, quod eſt poſſibile, reſtringuntur. Floria. *in l.cū debere.ff.de ſeruit.vrban.prad.* & non ad impoſſibile quod eſſet hoc caſu.

Non obſtat vlterius, quod voluerunt dicere multi, tenentes partem contrariam vltra ſolutiones prædictas ad textus ſupra allegatos, maxime ad *c. conuenior. 23. quæſt.* 8. vbi dicitur, quod Imperatori licent omnia, & ipſius ſunt vniuerſa. Quia vltra reſponſionem, quæ dari poteſt, quod hoc poſſit eſſe verum in ſuo imperio, & infra fines, & limites ſui imperii: non quia ibi dicitur deciſiue, ſed ſolum erat vna allegatio partis, vt ibi patet.

Et ad *c. quo iure. 8. diſtinct.* reſponſio eſt in promptu: quia ibi loquitur tam de Regibus, quam Imperatoribus. Duo enim ſunt (dixit ille text.) quibus principaliter hic mundus regitur, autoritas ſacra Pontificum, & Regalis poteſtas: non enim dicit, *Imperialis*. Vnde nec regularitas orbis quieſceret in eo; quia tunc nec eſſet opportunum Eccleſiam Dei in ſua regularitate quieſcere, quæ mundum vniuerſum regit & ſub qua omnis ſpiritus requieſcit. *cap. ſolita. de maio. & obed. in c. conuenior. 23. quæſt. 8. in c. ſi Imperator. 96. diſt.* qui nec priuilegium à ſede Apoſtolica ſibi indultum conſeruare potuit. Ideo propter defectum Imperatoris neceſſe fuit, quod Reges Franciæ ſubueniret Eccleſiæ afflictæ: quibus & à Deo hoc donatum eſt ſemper. *c. hortatu. 23. quæſt. 8. c. Adrianus. 63. diſt.* Et ideo ille text. *in d. c. quo iure.* melius intelligi debet de Rege Franciæ, quam de Imperatore, cum plus Reges Franciæ ſubuenerint Eccleſiæ, quam Imperatores, vt ſupra dixi: & ille tex. *in d. c. quo iure.* non loquitur deciſiue, & præciſe, ſed tantum exemplatiue, vt ſatis ibi confitetur gloſſ.

Et pro reſponſione *l. 2. C. de offic. præfe. præto. Africæ.* Quæ lex fuit Conſtantini, quo tempore tranſlatum eſt Imperium in Gallos, ſcilicet in Carolum Magnum, de quo ante dixi in terminis illius legis, non probat, quod Imperator fuerit dominus vniuerſi orbis, nec quod habuerit vniuerſale dominium, imo nec habuerit dominium in Gallia, in his verbis ponderatis ab omnibus timentibus partem contrariam, ſcilicet in partibus Hiſpaniæ, & Galliæ, ſiue Francorum: & nota verbum, *Inpartibus.* non enim dicit, quod Gallia ſubeſſet Imperio. Verum eſt bene, quod aliquæ partes Galliæ fuerunt tunc iuris Italici, vt patet *in l. fin. ff. de cenſib.* & quæ forſitan obediebant imperio Romano, vt erat Maſſilia Narbonen. Vinnenſis, & illa pars Burgundiæ, quæ Allobroges attingit, quæ clauditur Rhodano fluuio, quæ erant de Regno Franciæ, & de facto à Romanis Imperatoribus occupabatur, quæ etiam de facto per Theodobertum Regem Franciæ nepotem ex filio Clotarii Regis recuperatæ ſunt, & denuo Franciæ regno additæ, & vſque ad hæc tempora conſeruatæ.

Vnde ergo bene dicit text. *quæ in partib. Galliæ, ſeu Francorum*; quia & illæ partes ſub Gallia Aquitanica, vel ſecundum Plinium Lugdunenſi, comprehenduntur, vnde nec per hoc concludit Gallias vniuerſas ſubeſſe tum imperio.

Ad *l. ſi duos. §. 1. de excuſa. tut. ibi; Vniuerſo orbi conueniens eſt, cuius ſubiectum eſt capitulum.* Nam ille textus nihil facit, & etiam ſunt verba Antonini Pii, de quo *in l. deprecatio. iam pluries ſupra alleg.* & non ſunt ibi deciſiue poſita, ſed allegatiue: allegando quandam epiſtolam illius Antonini Pii miſſam Comiti Aſiæ ſolum. Et ſic ex illa ſpecificatione præcedente reſtringitur illa vniuerſalitas, ſeu generalitas, ſcilicet vniuerſo orbi Aſiæ, & ſic iſta vniuerſalitas hic limitatur, & diſtinguitur in illo caſu, cum ſit ex epiſtola Antonini Pii ſcripta comiti Aſiæ, quod ſit de iure. notat dominus meus Iaſon *in l. ſi conuenerit. col. vlt. ff. de iuriſ. om. iud.* per textum *in l. quoties. C. familiæ erciſ.* per quem Bald. notat ibi, quod verba generalia indefinite prolata recipiunt à verbis ſpecialibus intellectum: & plura alia ad propoſitum adducit idem dominus meus Iaſon *in l. de certa re. & in 1. & 2. col. C. de tranſa.* faciunt, quæ dicit Alexan. *in conſil. ſuo 22. in fine. in 1. vol.*

Cum ergo prædicta epiſtola fuerit ſolum miſſa comiti Aſiæ, non extendetur vniuerſalitas ſequens vltra diſtrictum commiſſum dicto Comiti, quia etiam extra territorium ius dicenti non paretur: & cum Comes Aſiæ ſolũ haberet adminiſtrationẽ in Aſia, vt ſonant verba. ſcil. Comiti Aſiæ, non extendetur illa vniuerſalitas vltra ſuam adminiſtrationem.

Et etiam

Digitized by Google

Et etiam facit; quia epiſtola non probat, nec ligat nõ recipientes, vt ſatis probat Bart. *in l. filiusfam. ff. ad Maced.* Ex quo ergo non conſtat, quod alii receperint prædictam Epiſtolam, & tacuerint, non eos ligauit. cum etiam Epiſtola non probet. notant Bald. & alii *in l. non nudis. C. de probat.* & etiam ſatis ſupra demonſtratum eſt, quod nunquam Antoninus fuerit dominus vniuerſi orbis; imo ſuo tempore erãt plures Reges & Principes, qui non erant tunc ſubditi Rom. Imperio.

Ad dicta Bart. & aliorum dicentium Reges peccare, qui negant Imperatorem eſſe dominum orbis, & dicentes contrarium, eſſe hæreticos, & etiam eos eſſe hæreticos fundantes ſe ex dicto *Luca* 2. Exiuit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, cum hoc non probet neceſſario, quod ergo Cæſar fuerit dominus vniuerſi orbis, prout in veritate rei non erat. Nam non ſequitur, exiuit edictum; igitur eſt dominus: nec per hoc probatur in Imperatore eſſe dominium. Non ergo ſequeretur: Cum Turca magnus dicat ſe dominum orbis, quod hoc ſit verum: ſæpe enim gloriãtur domini Principes in aſſumptione titulorum generalium, quos tamen non habent, nec vnquam habuerunt, nec in æternum habebunt, vt de illo Turca magno, & ſatis demonſtrandum eſt in pluribus aliis.

Et etiam vellem ſcire, quomodo hoc probaretur, quod per hoc quis efficeretur hæreticus; nam iſtud non eſt nec de præceptis Eccleſiæ, nec de preceptis decalogi, nec de contentis in ſymbolo, vt ſupra dixi *in princ. huius ſecundi tractatus:* & licet ſit in Euangelio, non tamen eſt ibi præceptiue, ſed ſolũ narratiue.

Ex quo etiam quod plus eſt, reperio contrarium fuiſſe determinatum per ſummos pontifices, qui dixerunt, & ordinauerunt Regem Franciæ neminem recognoſcere in ſpiritualibus & temporalib. *d. c. per venerabilem. qui filii ſunt legit.* qui tex. loquitur de iure & non de facto, quia nunquam ſummus Pontifex loquitur in facto: ſed in iure tantum. gloſ. eſt *in cap. conſultationi. in gl. ſi extra de temp. ord.* quam gloſ. in terminis noſtris reputat ſingularem Felin. *in c. cum non liceat. extra de præſcript.* vbi addit, quod illam gl. notat Card. Alex. *in ca. quæ in eccleſiarum. in verb. videbatur. extra de conſtit.* & quod illam gloſſ. & interpretationem firmat Panorm. *in c. nouit. & ibi Fel. extra de conſtit.* & facit tex. *in l. mora. in princ. ff. de vſuris. ibi; neque conſtitutione vllâ, neque autoris iuris quæſtioni decidi poſſe, cũ ſit facti magis, quam iuris.* & facit tex. *in l. eum quem. in fin. verſ. de facto autem conſulentib. ff. de iudic.* Cum tanquam habens omnia iura in ſcrinio pectoris, nũquam de facto loquitur, ſed de iure: quod etiam ex pluribus rationibus, ex illo textu ponderari poteſt, maxime *in princ. in ver. inſuper. ibi; ſine iuris alterius læſione.* in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubiicere potuit. Ad quæ verba aduertẽdum eſt, cum ſi verum fuiſſet, quod Rex Franciæ fuiſſet ſubiectus in temporalibus Imperatori de iure, non potuiſſet ipſe Rex Franciæ ſine magna læſione iuris alterius, ſcilicet, Imperatoris ſe ſubiicere alienæ iuriſdictioni, ſcilicet Pontificis; maxime, cum tractaretur de legitimatione filiorum, & conſequenter de ſucceſſione Regni, & aliis feudis quibus debuiſſet interueniſſe autoritas & conſenſus ſpecialis ipſius Imperatoris, in iſtis feudis maioribus. per tex. *in c. naturalis. vbi omnes notant. ſi de feudo fuerit controuerſ. vbi gloſſ. & omnes Feudiſtæ poſt eam, in vſib. feud.* Imo, Papa in talibus in iuriſdictione Imperatoris non poteſt ſe intromittere, vt tenent omnes Canoniſtæ *in c. cæterum. de iudic. & Legiſtæ in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthum.*

Et facit tex. *in l. 2. ff. de natal. reſtituen.* per Bal. & Paul. de Caſt. *in l. 1. C. de iure aureo. annul.* per illum text. quod tamen intellige, niſi concerneret materiam peccati. gloſſ. *in c. ſi duob. extra de appellat.* Innoc. *in c. licet. extra de for. comp.* Abbas *in c. nouit. extra de iudic.* vel *in c. 1. extra de conſtitut.*

Et ſi dicatur, quod *in d. c. per venerabilem.* magis tractatur de efficacia & validitate matrimonii, quam de legitimatione filiorum, ex quo poterat ad ſummum Pontificem ſpectare cognitio. Cum cauſæ matrimoniales debeant coram Iudice Eccleſiaſtico terminari, & per ſummum Pontificem ſuper tali-

tis eſſe primus & cæteris excellentior; non tamen per hoc ſequitur, quod ſit mundi dominus, & ſic quod alii propterea eidem ſubiiciantur; quoniam nunquam fuit ita ordinatum, neq; à Deo, neq; eius Vicario, neque ab habẽtibus poteſtatem hoc ordinandi ſeu diſponendi.

Poteſt tamen dici, quod adhuc rex Franciæ ita poteſt dici Imperator in ſuo regno, prout infra dicam, prout Rex Romanorum in ſuo regno dicitur Imperator: & quod tale Imperium eſt ita in Rege Francorum, ſicut in rege Romanorũ. Cum, vt habetur in Chronicis Euſebii, Imperium fuerit translatum de Græcis ad perſonam Caroli Magni Regis Francorum. & facit *63. diſt. c. ego Ludouicus. & ibi nat. in vlt. gloſſ.* Et virtute iſtius translationis Carolus Magnus, & ſui ſucceſſores, receperunt poteſtatem imperialem in omnibus regnis, prouinciis & terris: Præſertim occidentalibus, quæ non erant ante tempus dictæ trãslationis ſub poteſtate dicti Caroli, & etiam petendi & exigendi à Regibus & Principibus Regnorum, prouinciarum, & terrarum huiuſmodi ſubiectionẽ Imperatori debitam: ita quod ſicut olim populus Romanus ius & poteſtatẽ transtulit in Imperatorẽ, vt patet *ff. de orig. leg. 2. §. ſed & quod Principi. ff. de conſtit. Princip. leg. 1.* Et poſtmodum, ex diuiſione ipſius Imperii, quæ fuit per Carolum Magnum, Aquiſgrani ſolenniter congregatis omnibus proceribus totius Regni, Ludouicum filium ſuum Aquitaniæ Regem cunctorum conſilio ſibi totius Regni & Imperialis nominis hæreditatem ſub anno Domini 800. conſtituit. Impoſitoq; capiti eius diademate Imperatorẽ & Auguſtum appellari iuſſit. Richardum vero nepotem ſuum filium Pipini filii ſui Italiæ præfecit & appellari iuſſit. Poſt hoc idem Ludouicus, qui Pius eſt cognominatus, mortuo patre ſuo generalem conuentum Aquiſgrani ſub Anno Domini 817. habens, filium ſuum primogenitum Lotharium nominis atque imperii ſui conſtituit, & cæteros Reges appellatos, vnum Aquitaniæ, ſcilicet Pipinum, alterum Bauariæ, ſcilicet Ludouicum præfecit. Ex quo ex huiuſmodi translatione ſemper remanſit poteſtas Imperialis apud Frãcos. Imo, primo habuerunt nomen Imperatoris, cum dicto Ludouico fuerit impoſitum diadema, & Imperator & Auguſtus ex iuſſu Caroli Magni vocatus fuerit. Et licet poſtmodum anno Domini 84. orta fuerit guerra inter tres fratres, videlicet Ludouicum, Carolum & Lotharium, poſt bellum inter eos habitum, anno præcedenti apud pagum Antiſſiodoreum, in loco, qui dicitur *Fontaines*, in quo à neutra parte fuit triumphatum, ſecundum Euſebium, & Imperium remanſerit apud Lotharium, qui appellatus fuit Imperator: tamen poteſtas Imperialis etiam remanſit apud Carolum, qui habuit Regnum occidentale Francorum, à Britannico mari, vſque ad Moſam fluuium, & vocatus fuit Rex Galliæ: Sed tamen cum poteſtate Imperiali in ſuo Regno, quam ſemper vſq; nunc exercuit, & adhuc exercet, faciendo ea omnia, quæ Imperator in ſuo imperio. Ex quo etiam poteſt dici, quod præſcriptio tanti temporis, cuius initii memoria non extat, in contrarium ei prodeſt. Dicit tamen Bald. *in tit. de prohib. feudi aliena. per Federic. §. fin. col. pen. in fin.* quod licet dictus Rex Franciæ ſit ſuper omnes Reges, & quo ad ſubditos ſuos ſit in Regno tãquam corporalis Deus, non tamen, vt dicit, eſt alter Imperator.

Sed quia tamen poſtmodum ab Eccleſia Romana maior dignitas reputatur dignitas Imperatoris, & propter approbationẽ, quam fecit Eccleſia Romana de imperio, illud trãſferendo de Francis, ſeu Gallis in Germanos, in perſonam Othonis: de quo legitur, *in ca. ſynodo. 64. diſtinctio.* quam Regum, in omnibus locis indifferenter: extra Regnum Franciæ ſemper Imperator ſedet à dextris & Rex Franciæ à ſiniſtris, & ſic præcedit Regem Francię propter autoritatem & præeminentiam, quam habet ab Eccleſia, ex vnctione & coronatione, quam recipit ab Eccleſia Romana, vt dictum eſt, & habetur *in c. per venerabilem. extra de elect.* & notatur in pluribus locis. De huiuſmodi translatione eſt magna altercatio. Sed cum non ſit magnæ vtilitatis,

tis, & ſit iam hæc pars ſatis onerata, me remitto ad tractatum Ioan. le Cyrier *de primogenitura, in 12. q. ſecundi libri. vbi per 7. aut 8. col.*

Vigeſimanona conſideratio. An etiam, ſi electus in Imperatorem nõdum ſit coronatus, qui ante coronationem dicitur tantum Rex Romanorum, præcedere debeat Regem Franciæ. Hæc quæſtio fuit hoc anno Domini 1521. in menſe Septembri in oppido Caleti, vbi fuerunt ambaſciatores & legati Caroli Illuſtriſſimi electi in Imperatorem & Regis Hiſpanorum: inter quos erat nobilis & præſtantiſſimus vir Dominus Mercurinus Cancellarius electi in Imperatorem, & legati Franciſci Chriſtianiſſimi Regis Franciæ: Inter quos erat Nobilis & excellentiſſimus vir dominus Antonius de Prato, Cancellarius Regis Franciæ: inter quos fuit quæſtio de præcedentia. Mouebatur prædictus Antonius ea ratione; quia prædictus Carolus licet fuiſſet electus in Imperatorem, non tamen erat adhuc vnctus & coronatus, & ſic factus erat Rex Romanorum, qui tanquam Rex Romanorum non vngitur, nec coronatur ab Eccleſia: & etiam licet eſſet Rex Hiſpaniæ; tamen, quia non vngitur, ideo dictus Cancellarius Franciæ debuit præcedere Cancellarium prædicti electi in Imperatorem: eo, quia Rex Franciæ erat vnctus & coronatus, prædictus vero electus in Imperatorem, & Rex Hiſpanorum non erat vnctus, nec coronatus.

Ex parte vero dicti domini Mercurini Cãcellarii electi in Imperatorem, multa in contrarium dicebantur, & quod prædictus electus erat vnctus & coronatus ab Archiepiſcopo Colonienſ. ad quẽ pertinet eidẽ Regi primam vnctionem & coronationem impendere, prout tenet Innoc. *in c. venerabilem. extra de elect.* dicam plenius.

Deciſio huius controuerſię pendet ex dubio ſequenti, videlicet: Nunquid electus in Regem ſeu in Imperatorem à Principibus habentibus poteſtatem eligendi, vel à maiori parte poſſit ſtatim ex ipſa electione licite nomen Regis aſſumere, ac bona Regni & Imperii, tanquam habens eandem poteſtatem, quam Imperator in Italia, & in aliis prouinciis Regno & Imperio ſubiectis adminiſtrare.

Ad iſtud dubium videtur primo dicendum, quod electus in Imperatorem non poteſt ſibi aſſumere nomen Regis, niſi per approbationem ſuam ab Eccleſia factam, quod ſic probatur: Examinatio perſonæ electi in Regem Romanorum, pertinet ad Eccleſiam Romanam. *ca. venerabilem, §. verum. extra de elect. clem. Romani. verſic. præfatis itaque. de iureiur.* Et non ſolum examinatio, imo approbatio & nominatio, vt dicit ibi text. Quæ quidem examinatio non videtur fieri ad alium finem, niſi vt examinata prius perſona ipſius, vel ſaltem perſona eiuſdem electi, approbetur, vt ſic ex tali approbatione demum poſſit, ſicut in electis ad dignitates Eccleſiaſticas regulariter obſeruatur, vt patet *in ca. noſti. extra de elect. & in cap. qualiter. eodem tit. & c. auaritia. eod. tit. lib. 6.* Ergo videtur, quod approbatio electi in Regem Romanorum, etiamſi ſit electus à Principibus in concordia, peti debet ab Eccleſia Romana, antequam adminiſtret, nec nomen Imperatoris aſſumere, vt dicit *gl. in d. clem. Romani. in verb. futurus. ibi; Ego enim.* quem ad hoc alleg. Felin. *in c. eam te. in 2. col. extra de reſcript.* vbi ample ponitur materia de electo, quam poteſtatem habeat ante conſecrationem, ſeu confirmationem.

Secundo, ſic: Si Rex Romanorum ex electione concordi vel à maiori parte Principum electorũ facta poſſet ſtatim adminiſtrare iura & bona Regni imperii; ergo vnctio & coronatio, quę Regi Romanorum Aquiſgrani per Archiepiſcopum Colonienſ. & vnctio & coronatio per Archiepiſcopum Mediolanen. in villa Modinen. ſecundario eidem ante vnctionem & coronationem Imperialem conſueuerunt impendi, vt etiam notat. per Ioan. Andr. *in d. clem. Romani.* viderentur ſuperfluæ & inanes, & de nihilo viderentur ſeruire, quod eſt abſurdum & inconueniẽs, cum tales vnctiones & coronationes non videntur eſſe ſine rationabili cauſa inductæ.

Tertio

Tertio ſic: Rex Roman. non habet eandem poteſtatem, quam Imperator, qui non dicitur Imperator, niſi poſt vnctionē & coronationem: cum vt habemus *in l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcript. in fin.* vbi Imperator non concedit priuilegium ante infulas imperiales ſuſceptas: Per quarum ſuſceptionē intelligimus coronationem Imperialem: & ſic videtur, quod Rex Romanorum non habet eandem poteſtatem, quam poſtea factus Imperator. & facit text. *in l. athleta. ff. de excuſat. tut.* quem ad hoc allegat Barba. *in c. eam te. in 2. col. extra de reſcript.*

Quarto faciunt tex. *in ca. in nomine Domini. ver. eligatur autem. ibi: & futurus. 23. diſt. & in c. venerabilem. §. verum. ibi: eligendum in Regem, vel Imperatorem poſtmodum promouendum. extra de de elect. & in cle. Romani. ver. priuſquam de iureiur.* vbi dicitur: *Ego enim Rex Romanorum, futurus Imperator.* Ex quibus omnibus patet, quod primo quis efficitur Rex, & poſtmodum futuro tempore Imperator, & ſic Rex nō videtur habere eandem poteſtatem, quam Imperator: cum Rex prius exiſtens poſtmodum promoueatur in Imperatorem, vt ſic aliquid importet plus promotio in Imperatorem, quam in Regem.

Quinto ſic probatur: Nam nihil operatur antequam ſit. *leg. 1. ff. de collat. bonor. §. ſi impuberi.* vbi dicit, præmatura eſt enim collationis ſpecies, cū adhuc viuatis, cuius de bonis quarta debetur. *leg. 1. §. ex hoc reſcripto. ff. de ventre inſpic. leg. quoties. ff. de nouatio.* Sed Imperator in ſua coronatione dicitur oriri, & ſic incipere eſſe. *l. omnes. C. de feriis. ibi; vel ortus imperij protulerunt. & ibi gl. quæ exponit: id eſt, coronatus.* ergo ante hoc dicit Ioan. Andr. *in data libri. 6.* in gl. quæ incipit, *ſcire debes.* Et tribus coronis coronari debet, vt notatur per eum *in clem. Romani. elect.* & dixi ſupra.

Sexto probatur ſic: Furtiuus eſt omnis actus & illicitus, qui exercetur in re præter voluntatem domini vel cuſtodis, etiamſi exerceatur per eum, cui traditio fieri debet. *l. ſi ex ſtipulatione, ff. de acquirend. poſſeſſ. l. nec ex vera. Cod. de quadrien. præſcript.* ſed per Chriſtum B. Petro & ſucceſſoribus tradita ſunt vtriuſque Regni gubernacula, cœleſtis, ſcilicet, & terreni. *22. diſtinctio. c. omnes. 15. quæſtio. 6. c. alius. & c. nos ſanctorum. & c. iuratos. 1. quæſtio. 4. c. quia prælatus. in princip. & c. Apoſtolicæ. de re iud. in 6.* Quicunque ergo ſine voluntate ſucceſſoris beati Petri terreni Regni gubernaculum aſſumit, rem licitam facit. quod optime probat Innocentius per rationes, *in capit. licet ex ſuſcepto. de foro. compet.* & probatur *in dict. cap. Venerabilem. extra qui filii ſint legit.* quod etiam probatur *Pſalm.* 135. vbi dicitur: *Qui fecit luminaria magna, Solem in poteſtatem diei, Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis.* in quo tranſſumptiue ſignificatur Sacerdotium & Imperium, vt per ſolem ſacerdotium ſignificetur, per lunam imperium demonſtretur. *cap. ſolitæ. extra de maior. & obed.* Luna autem non lucet, niſi per influentiam Solis; ergo nec Imperator niſi per influentiam à Papa. & cum hoc bene facit, *d. l. bene à Zenone. ſupra in quarto fundamento.* allegata in fin. dum dicit; *Imperiales ſuſcepimus infulas.* vt dicatur infula, quaſi influa ſiue influentia, de quibus infulis habetur *in l. ſi. C. de Iudæis. & in auth. ſi vero. C. vt omnes iud. tam ciuil. quam milit. in princ.*

Septimo probatur ſic: Nullum imperfectum operatur perfecte, alias perfectum ab imperfecto non dignoſceretur. *l. ædificia. §. perfectiſſime. ff. de ædil. edict.* Perfectum autem non eſt, cui aliqua particula deficit. *l. cum Syllanianum. C. ad Syllan.* Probat Philoſophus. 5. *Metaphyſ. c. de perfecto.* & hoc etiam probat lex, dicens, neque balneum, aut theatrum feciſſe intelligitur, qui ei propriam formam, quæ ex conſummatione contingit, non dederit. *l. ſi is qui quadringenta. §. quadam. ff. ad leg. Falcid.* Hinc dicit Dom. meus Iaſ. *in l. ſi pro fundo. & in l. ſub prætextu, 2. & in 2. colum. C. de tranſact.* quod imperfectum & nullum idem ſunt. ſed conſtat, quod ante approbationem, vnctionem & coronationem aliqua pars imperiali dignitati deficit, alioquin eſſet ſuperflua: quod nemo ſanæ mentis probabit, vt *ſi ita quis ſtipulanti. ff. de euict. l. poſthum. ff. de capti. & poſtlim. reuer.* ergo non eſt perfecta, & ſic non poteſt perfecte imperialia operari, quod poſſet, ſi ea, quæ ſunt iuriſdictionis, libere

exercere poſſet; cum tota ſua poteſtas in hoc conſiſtat.

Octauo probatur ſic: Quoties ſunt duo gradus ſucceſſiui adinuicem ordinati: exiſtens in vltimo non debet attingere ea, quæ ſunt primi, ſicut Diaconus ea, quæ ſunt Epiſcopi, vel presbyteri. *c. Diaconus. & c. ſeq. 93. diſtin.* vni commiſſum alius ſurripiat. *l. conſulta diualia. C. de teſtam.* Et in electo in Imperatorem eſt conſiderare duos gradus. Vnum inquantum eſt Rex; alterum, inquantum promouendus eſt Imperator, vt *d. c. venerabilem. de elect.* & clarius *in d. c. in nomine domini. 23. diſt. ibi: dilectiſſimi filii noſtri habeant.* exiſtens ergo in primo gradu, ſcilicet Regis, non vſurpabit quæ ſunt ſecundi, ſcilicet Imperii.

Nono probatur ſic: Præceps & præmature vtitur quis gladio ante efficacem commiſſionem eiuſdem. *l. obſeruare. §. fi. ff. de offic. proconſ.* arg. *leg. 1. de exec. rei iudic.* & quis adminiſtrationi imprudenter ſe immiſcet ante adminiſtrationem decretam. *l. fi. C. arbitr. tutelæ. & in Authen. vt hi qui oblig. habere perhib. res minor.* ſed ſic eſt, quod vterque gladius eſt apud Eccleſiam, quod notatur per verba Apoſtolorum, in quorum perſona Eccleſia deſignatur: Ecce duo gladii hic, ſcilicet in Eccleſia: Et Chriſtus dicit non ſuperflua eſſe, ſed dicit, ſufficit: & ideo cum Petrus gladium exercuit, nequaquam vt abiiceret iuſſit, ſed vt in vaginam conuerteret, quaſi exercitium prohibens, non imperium auferens. Exercitium autem Imperatori committitur in approbatione, vnctione & coronatione. arg. *ff. de milit. teſta. l. ex eo. & l. ſi Titius & in Authen. de defenſ. ciuit. §. interim. coll. 3.* ergo ante hanc commiſſionem adminiſtrare non poteſt.

Decima probatur: Electus ad militiam non prius miles eſt, quam ſtigmata receperit, & in numero militum ſit deſcriptus. *l. ex eo & l. ſi Titius. ff. de teſtam. milit. l. 1. ſtigmata. C. de fabricenſib. lib. 12.* Sic etiam Imperator licet ſit in Imperatorem electus, donec habeat ſtigmata & inſignia Imperatoris, nõ debet dici Imperator.

Vndecimo: Nam cum poſt eius electionem requiratur confirmatio Papæ, & ingreſſus officii per coronationem, *iuribus ſupra alleg.* Sequitur, quod ante non habet plenariam poteſtatem; ergo non poteſt officium in inuitum exercere. *l. Publius. ff. de cond. & de mon. in Auth. de conſulib. ca. hac autem. coll. 4. & in Auth. de defenſ. ciuit. §. interim. & leg. poſt duos. C. de aduo. diuer. iud. & ca. pen. extra de tranſlat. prel.*

Duodecimo: Cum, vt ante dictum eſt, ante confirmationem, conſecrationem & vnctionem, non dicatur Imperator, ſed tantum Rex Romanorum; ergo poteſtatem Imperatoris habere non debet: cum carentia nomine carere debent & effectu. *l. à nullo. C. de ſeruis.* & iſta tria vltima motiua facit Saly. *in d. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript.*

Contrariam tamen opinionem, ſcil. quod ſtatim electione facta poſſit adminiſtrare, tenent Bart. Bald. poſt gloſſ. & Cyn. *in d. l. bene à Zenone.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum. in verb. Regibus.* & idem Bar. *in l. ex eo. ff. de teſt. mil. & in leg. ſed & reprobari. in princip. de excuſ. tuto. & in prima conſtitutione Digeſtorum, in fin. princip.* gloſſ. *in c. legimus. 94. diſtin.* Innoc. *in c. cum Ferra. extra de conſtit.* Collectan. *in c. noſti. in fi. & ibi in apoſtillis. in ver. ſic nec Imperat. extra de poſtulat. præla.* Pan. *in c. venerabilem. extra de elect.* Felin. *in c. cum te. col. 2. verſi. ſimiliter. extra de reſcr.* Oldr. *conſil. 168. & conſil. 199.* Albe. de Roſa. & Saly. *in d. l. bene à Zenone.* qui mouentur rationibus ſeqq.

Primo, Quia ſicut matrimonium mutuo conſenſu perficitur. *ff. de reg. iur. leg. nuptias. cum ſimilib.* ita mutuo conſenſu eligentium, & electi acceptantis, debet dici eſſe perfectum, & eſt ſimilitudo bona: Quia ſicut maritus vxorem tenetur defendere, vt *Inſtit. de iniuriis. § patitur.* Ita & Imperator Rempublicam in vniuerſo, & in particulari, vt *in dict. leg. bene à Zenone. & Cod. de nouo Codice componen. in princip.* Sed videtur, quod iſta ſimilitudo non ſit bona, cum, vt dicit Rofredus Beneuentanus *in libellis iuris Canonici, ſub titulo de ſponſalibus in 1. cap.* Sicut matrimonium per ſponſalia initiatur, per verba de præſenti completur, & per copulam carnalem conſummatur: Ita matrimonium

monium per electionem poſt conſenſum initiatur, in confirmatione ratificatur, & in conſecratione conſummatur. *leg. licet. & cap. inter corporalia. extra de tranſlat. prelat.* & etiam dicit Lucas de Pen. *in leg. mulier, in princ. Cod. de incolis. lib.* 10. quod matrimonium tantum dicitur inchoari per ſponſalia, & conſummari per copulam carnalem, allegat iura allegata.

Ex quo mihi videtur dicendum, quod iſta ſimilitudo non eſt ſufficiens ad æquiparandum vnum ad aliud. Ita quod ſit verum argumentum, cum etiamſi ſimilitudo eſſet vera, quod non tantum concludit identitatem, nec habet eandem rationem: & ideo non valet argumentum. Panor. *in cap. quoniam frequenter. §. fin. in pen. col. extra vt lit. non conte.* quaſi ſimilitudo nõ ſit commoda, in ratione nihil operatur, vt dicit idem Panor. *in cap. cum dilectus. in 3. col. extra de ordine cogni.* & ideo cum hic ſit alia ratio in matrimonio carnali; eo, quia ſolus conſenſus facit matrimonium, nõ concubitus, vt dictum eſt, & nihil vltra requiritur ad perfectionem, non eſt hoc caſu arguẽdum ad hunc caſum: cum ſola electio etiam cum conſenſu illius non faciat eum Imperatorem, imo requiritur conſecratio, vnctio & coronatio, *iuribus ſupra allegatis*; igitur, &c.

Secunda ratio Salycet. & aliorum pro hac opin. eſt talis: Quoniam, vt dicit, eiuſdem virtutis & poteſtatis debet eſſe electio facta à Principibus Alemaniæ; cuius poteſtatis & effectus erat electio facta à populo Romano. Cum ſubrogatum ſapiat ſeu aſſumat naturam ſubrogati. *leg. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionib. l. 1. §. hac actio. ff. ſi quis liber eſſe iuſſ.* Sed electio olim facta populo Rom. acceptatione ſecuta, erat tantę poteſtatis, quod omnem iuriſdictionem transferebat in principem ſeu Imperatorem. *l. 2. §. nouiſſime. ff. de orig. iur. & §. initio.* & poſtea in Imperatorem. *leg. 2. §. Cum enim. Cod. de veteri iure enucl. & leg. 1. ff. de conſtit. Princip.* ergo & electio facta à per illos Principes Alemaniæ ſubrogata loco populi Romani. *cap. venerabilem. de elect.* idem debet operari, & ſic ſequitur, quod virtute ſuæ electionis præeſt legi, vt *ff. de legib. leg. Princeps. & C. de legib. l. digna vox.* Et per conſequens habet poteſtatem beneficia & priuilegia concedendi, & contra iura diſpenſandi.

Iſtud argumentum non militat hoc caſu. Cum licet ſit verum, quod ex electione facta per populum Romanum omnis iuriſdictio, & poteſtas, quæ erat penes populum Rom. fuerit translata in electum; nõ tamen fuit translatum Imperium in eum; cum tunc nondum eſſet Imperium ſaltem ſpecialiter aut ſpecifice, ſed erat ſolum poteſtas, quæ fuit translata in Conſules, Reges & Dictatores. Qui non fuerunt Imperatores, nec iura Imperii habuerunt: Niſi quia tanquam habens adminiſtrationem Regalem etiam dici poteſt Imperator. 2. *Reg.* 8. *cap. Ibi; Iura Regis, qui imperaturus eſt vobis.* vt ſupra dixi. Et ſolum Imperium habuit initium à Deo, ex quo poteſtas Imperii aſſumi debet ab eius Vicario; cum eidem omnis poteſtas data fuerit, vt habetur *Matth. 28. cap.* Data eſt ei poteſtas in cœlo & in terra.

Et etiam illa poteſtas, quæ erat in populo Rom. non eſt in electoribus, cum iuriſdictio integralis eſſet penes populum, *iuribus ſupra allegatis*; non ſic in electoribus, qui nullam iuriſdictionem, nec poteſtatem Imperii habent, ſed ſolum facultatem eligendi. *dict. cap. per venerabilem. & c. Romani ſupr. alleg.* Et etiam; quia dicta poteſtas, quæ data fuit per populum Roman. non poteſt extendere effectum ſuum extra iuriſdictionem populi Rom. & quam tunc habebat; cum extra territorium ius dicenti impune non pareatur. *leg. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Et ideo licet Electores habeant illam poteſtatem, quam habebat populus, non poteſt attẽdi, niſi quo ad regnum Romanorum; ex quo, vt videmus, per illam electionem dicitur ſolum Rex Romanorum: cum vt dicit tex. *in locis ſupra allegatis*, & poſtmodum ſit futurus Imperator, ſcilicet per coronationem, vnctionem & conſecrationem, vt dicunt text. iuris Canonici. & text. iuris ciuilis, ſcilicet *dict. l. bene à Zenone. in fin. ibi: ex eo tempore valitura, quod nutu diuino*

Digitized by Google

Imperiales ſuſcepimus inſulas. Et etiam, vt conſtat *ex iuribus ſupra allegatis*, Electio, quæ fit ſimpliciter ſubrogata in locum alterius electionis, quæ fuit facta per populum, cum in hac ſint additæ aliæ ſolennitates, & fuerit alio modo limitata, & qualificata: Et ideo cum ſuis limitationibus debet procedere, vt ſcilicet per electionem tantum fiat Rex Romanorum, & poſtmodum per coronationem, vnctionem & conſecrationem futurus Imperator.

Tertio arguit Salycetus ſic: Negari non poteſt, quin ante coronationem Rex Romanorum appelletur, & vt dicit vere *dict. cap. venerabilem. de elect. & in c. in nomine Domini. 23. diſtinc.* & ſi ſic, quod Præpoſitus eſt ad regendum Romanos, & rempublicam Romanorum, vt *in Authen. vt præpon. nomen Imperat. in verſicu. mox autore Deo, &c. collat. 5.* Ergo omnem poteſtatẽ, quam Reges Romani habebant, habet, & quæ illi facere poterãt, poteſt *d. §. initio.* igitur, &c.

Ad hoc eſt clara reſponſio, quod Salycetus ſatis fatetur, quod non eſt Imperator, ſed ſolum Rex Rom. ergo paruam habet poteſtatem: cum Reges Romanorum ſint exacti, ita quod nulla poteſtas penes eos remanſerit, *l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur.* Et etiam; quia regnum Romanorũ eſt hodie penes alium, ſcil. penes ſummum Pontif. per donationem factam per Conſtantinum: igitur nullam iuriſdictionem habet, & ſi habet, dicitur tantum habere habitu, & non exercitium: quod idem eſt ac ſi nullam iuriſdictionem haberet, vt in ſimili videtur tenere Barb. *in cap. nouit. in 3. notabili. extra de iudic.* Imo, ſi fuerit exactum nomen Regum, fieri potuit, cum etiam nomen Imperatoris poſſit per populum tolli. Quoniam, vt dicit Guil. de Gugn. & ibi Bar. qui eum refert, *in leg. non ambigitur. ff. de legib.* poſſet hodie adhuc degradare Imperatorem, & eidem tollere poteſtatem regiam: de quo dicto, an ſit verum, vide Barb. *in d. ca. nouit. in 3. colum. in 2. notab. extra de iudic.*

Quarto arguit idem Salyc. ſic. Hoc eſt in Papa, quod ex ſola electione, acceptatione ſecuta, omnem habeat iuriſdictionem. *extra de elect. c. licet de vitanda. 23. diſtinctio. c. in nomine Domini.* ergo & idem in Imperatore. Cum vtrunq;, ſcil. Sacerdotium & Imperium Deus de cœlo conſtituerit, vt *in Auth. quomodo oporteat Epiſcopos, in princ. collatio. 3. de fid. inſtrum. §. 1. col. 6.* Nec Imperator vllum ſuperiorem cognoſcit, ſicut nec Papa.

Ad hoc etiam eſt facilis reſponſio. Quod cum Imperator ſe ſubiecerit iuriſdictioni ſummi Pontificis, in hoc, quod teneatur ab eo conſecrari, vngi, & coronari; vt dixi ſupra; quod Papa eſt ei ſuperior, & ſi non in temporalibus, niſi habitu, ſaltem in ſpiritualibus: Cuius etiam Imperator eſt protector quo ad defenſionem, cum adiuuare debeat Papam in conſeruatione ſuæ iuriſdictionis, notatur per Barb. *in dict. ca. in 2. notabili. extra de foro compet.* & cum acceptat Electionem de ſe factam per Principes Alemaniæ, cum fiat autoritate ſummi Pontificis & ex eius diſpoſitione, videtur ſuam autoritatem approbare: Et ideo ſi illam approbet in vno, non in alio reprobare poteſt. Cum, quod approbo, non reprobo. Ex quo ergo. Cum in conſtitutione facta per ſummum Pontificem ſit expreſſe cautum & ſtatutum, quod ex electione fiat Rex Romanorum, & poſtmodum Imperator per vnctionem, coronationem & conſecrationem: ſequitur, quod Papa in hoc eſt eo ſuperior, & ſic non eſt bona argumentatio de vno ad alium. Et licet multi teneant, ex pluribus rationibus, quod licet Imperator quãdoq; requiſierit tales vnctiones, & coronationes, & conſecrationes; quod tamen non tenetur illas petere & accipere neceſſario. videtur tamen dicendũ contrarium: cum, qui aſſumit ius aliquod in vim alicuius iuris, debet illud in totum approbare, nec poteſt in eo, in quo ius aſſumit, approbare, & in alio reprobare; quoniam cum, vt dicit tex. *in cap. venerabilem. de elect. & in clem. Romani. de iureiur.* Principes Alemaniæ habent poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem promouendum: videtur, quod non poſſunt illum eligere, niſi ſub illa conditione, & qualitate eidẽ data. Quoniam vnum appro-

approbando, ſcilicet actum Electionis, aliud reprobare non poſſunt, ſcilicet qualitatem vel conditionem, vt ſatis facit tex. *in l. in cauſa. ff. de procurat. & l. Aurelius. §. idem quæſit. vbi Barthol. ff. de liber. leg.* vbi dicit, quod quis nõ poteſt approbare pro parte ſcripturam, & illam pro parte reprobare. Et infinita ad hoc per Felyn. *in c. venerabilis. in 6. colum. verſic. limitat. 2. extra, de except. & in c. Capitulum. in 11. colum. extra de reſcr.* per Alex. *in conſ. 88. in 1. vol.*

TRigeſima conſideratio. Rex Franciæ in ſuo Regno Imperator dicitur, ſic dicit Bal. *in l. exemplo. C. de probat.* & eſt tãquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis, vt dicit Bald. *in tit. de feudi alienat. per Federic. in vlt. colum.* Sicque corporalis Deus in Regno ſuo. Bald. *in Auth. hoc amplius. verſ. quæro, an filius Regis. C. de fideicommiſſ.* qui lege intellectus regitur, & eſt apud nos polus antarcticus. Bal. *in conſ. 416. in 1. par.* in temporalibus, nullum ſuperiorem recognoſcens. *c. per venerabilem, extra qui filii ſint legit.*

Et licet Bonifacius XIII. per ſuam conſtitutionem miſſam Philippo Pulchro Regi Francorum, declarauerit Regnum Francorum eidem ſubeſſe in temporalibus: Tamen Clemens V. eius ſucceſſor eam reuocauit, prout liquet in *Extrauag. meruit.* de qua per Ioan. de Monthelono conciuem & contemporaneum noſtrum, *in ſuo Promptuario iuris, in verb. Gallus, in his verbis; Vel quis dedit Gallo intelligentiam.* Quæ verba adaptat ad Regem noſtrum Chriſtianiſſimum, ponens illam extrauagantem in his verbis: *Meruit, chariſſimi, filii noſtri Philippi Regis Francorum illuſtris ſynceræ affectionis ad nos, & Eccleſiam Romanam integritas, & progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt: Meruit inſuper regnicolarum puritas ac deuotionis ſynceritas, vt tam Regem, quam regnũ fauore beneuolo proſequamur.* Hinc eſt, quod nos Regi & Regno per diffinitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quę incipit: *Vnam ſanctam*, de qua ſupra, omnes integræ ſubeſſe Apoſtolicæ ſedi declaratur, nullum volumus vel intendimus præiudicium generari, nec quod per illam Rex, Regnum & Regnicolæ prælibati amplius Eccleſiæ ſint ſubiecti Romanæ quam antea exiſtebant: ſed omnia intelligantur eſſe in eo ſtatu, in quo erant ante diffinitionem præfatam, tam quãtum ad Eccleſiam, quam etiam ad Regem, Regnum & Regnicolas ſuperius nominatos. Ita dicit tex. *in d. extrauaganti Clem. de priuilegiis*, habens immediate Regnum à Deo: cũ oleo ſancto vngatur ſuper omnes Chriſtianorũ Reges, coronam libertatis & gloriæ obtinet. Ita quod ſuper vexilla prima inuictiſſimi Regis Francorum nemo præſumere debeat honorem. Bal. *in tit. de prohib. feud. alien. per Federic. in vſibus feud. & in conſil. 1. 1. volum.* Cuius vmbra totus mundus regitur. Bal. *in c. 1. de renunciat.* ſupremam iuriſdictionem in ſuo Regno habens. Franc. Curt. *in conſ. 49 col. 33. & 34. ibi; nono oſtenditur.* Ant. Corſet. *in apoſtillis ad Pau. in c. quæ Eccleſiarum. in 2. col. extra de conſtit.* Ita quod etiam Prelati non poſſunt confirmari, niſi ab eo laudẽtur & inueſtiantur. *c. Adrianus. le primier. 63. diſt.* Nec bona temporalia Clericorum aliis legibus & conſtitutionibus decidi & determinari, ſeu ſubiici, quam ſuis ordinationibus & conſtitutionibus. Bal. *in c. cum veniſſent. de eo, qui mittit in poſſeſſ. cauſa rei ſeru.* Habens eandem poteſtatem & maiorem in ſuo Regno, quã Imperator in Imperio. Card. Alex. *in c. 1. quæ ſint regal. in vſib. feud.* Hinc Monarcha in ſuo regno dicitur. Soz. *conſ. ſuo 77. in 1. col. & conſ. ſuo 175. in 2. col.* Qui etiam inter cæteros excellentiſſimus dicitur. *cap. excellentiſſimus. 10. q. 3.* & etiam glorioſiſſimus nuncupatur. *c. hoc quippe. 3. q. 6.* Et dixi de aliquibus ex prædictis *in conſuet. noſtris ducatus Burgund. in tit. Des ſucceſſions des Baſtardz. §. 3. in gloſſ. ab inteſta. verſ. nunquid autem.* Et etiam magnificus dicitur, *c. nouit. de offic. deleg.* & illuſtris, *c. nouit. de iudic.* Et qui etiam Chriſtianiſſimus dicitur, vt habetur in extranag. Ioh. XXII. quæ incipit: *prodiens.* cuius nominis magna eſt dignitas promiſſa à Propheta. *Eſa. 62.* vbi dicitur: *Vocabitur nomine nouo, quo Dominus vocauit eũ, & eius corona gloria in nomine Domini, & diadema regni in nomine Domini Dei tui.* De quo Ignatius *Epiſt. 2. in libris Dionyſii ad Magneſianũ ex Smyrnia.* Ita quod nemo alius habet ita pulchrũ nomẽ in iure

Digitized by Google

iure ad inſtar Iuſtiniani Imperatoris, qui etiam Chriſtianiſſimus dictus fuit, vt in *Epiſt. inter claras. C. de ſumma trin. & fide cathol.* Qui eſt ſuper omnes Reges. Bald. *in tit. de probib. ſeu. alien. per Federic. §. fin. in pen. col.* & aliquos ex his titulis ponit Iac. Bonaudi *in ſuo Panegyrico impreſſo vna cum opere Io. de Terra rubea, vulgo, vinea Eccleſia, nuncupato, in 9. & 10. col.* vbi ponit priuilegia Regis Franciæ, & etiam *in 13. colum.* dicit, quod licet non ſit ex Alemania, eligi tamen poteſt in Imperatorem.

Et dicit S. Tho. *in 4. ſententiarum, diſt. 19. art. 3. in ſolutione vltimi argumenti*, quod orans pro rege Franciæ habet centum dies indulgentiarum conceſſarum à Clemente, & decem ab Inno. IV. Ex quo laudandum eſt hoc: cum ita dicebat eſſe faciendum *Baruch. 1. ibi: Et orate pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filii eius, vt ſint dies eorũ, ſicut dies cœli ſuper terra, &c.*

Habet multa iura & ſingularia priuilegia, quæ non habent alii Principes: de quibus plene per Io. Ferauldum *in ſuo tract. de iuribus & priuilegiis Regni Francorum.* quæ conſiſtunt in parte ex ſacra vnctione cœlitus demiſſa, Ex aurea flamma, quæ eſt vexillus Regis, Ex apertis miraculis, quæ Reges Franciæ faciunt etiam ipſis viuentibus ſanando infirmos, ex illa infirmitate, qua miraculoſe tres Reges, qui adorauerunt Chriſtum, ſanant in locis, vbi venerantur: Et dixi *in conſuetud. noſtris ducatus Burgun. in proœmio. in verb. Du ſainct empire.* & per Ioan. de Selua *in ſuo tract. de benefic. in 2. par. in 22. q. 2.* vbi ſcribit decem priuilegia regi Franciæ conceſſa, & ampliſſime de priuilegiis regis Franciæ, ipſi ſoli ſpecialiter conceſſis. Et quæ ſolus facere poteſt, ſcribit Iacobus Bonandi *in ſuo Panegyrico impreſſo, vna cum opere Ioan. de Terra rubea.* vbi inter alia *in 18. col.* dicit, quod præcedit omnes alios Reges Chriſtianos.

Ideo non debet ſequi Imperatorem, tanquam non eidem ſubditus: imo ſi conuenirent ſimul, ambo lateraliter pergerent, ſecũdum quod recitat alias audiuiſſe ita fuiſſe factum Guido Papæ *deciſ. ſua. 239.* & prout refert Gaguinus *lib. 10. c. 2.* de Carolo Romanorum Imperatore, & Corolo V. Francorum Rege ſimul tranſeuntibus, qui lateraliter per portam tranſiuerunt ſimul: Dicit tamen Gaguinus *in loco ſupra allegato*, quod rex Romanorum tunc à dextris ſedebat, & deambulabat: Rex vero Franciæ à ſiniſtris; ſed ſic eſt, quod qui ſedet à dextris, eſt in digniori loco, vt infra dicam. Igitur videtur, quod Imperator in digniori loco.

Sed ad hoc poteſt dici, quod de duobus contendentibus de paritate, qui prætendit maioritatem, non eſt magnum inconueniẽs, ſi ſimul deambulando detur dextra prætendenti maioritatem per illum, qui prætendit ſe eſſe æqualem: Et ideo; quia non ſolum Imperator prætendit æqualitatem cũ rege Franciæ, imo maioritatem: & rex Franciæ prætendit cum eo æqualitatem poteſtatis in ſuo Regno: Ideo nimirum ſi permittit, quod illi detur dextra ſimul deambulando.

Et aduerte etiam, quod Imperator Sigiſmundus aſſiſtens in Parlamento Pariſienſi, anno domini 1415. die. 15. menſis Ianuarii curia tacente, creauit militem, quod ægre tulit Rex, & eius magnum concilium, ſub ſilentio tamen præteriit, vt refert Enguerranus de Mõſtrelet *in ſuis Chron. vol. 1. c. 155.* Sed tamẽ ſi ratione, cum prædicta non arguant ſuperioritatem, nec præeminentiam, vltra poteſtatem regiam. Cum etiam vnus ex parib. Franciæ ſi ibi tunc adſtitiſſet in abſentia Regis creare militem potuiſſet: cum creatio militis nõ importet collationem dignitatis; quia militia non eſt dignitas, vt notatur per dom. meum Iaſ. *in l. fin. C. de teſtam. milit.* & dixi infra *in 9. part in 16. conſid.* vbi dixi, quod militia nõ eſt dignitas, imo miles poteſt alium militem facere, vt dicit Bart. *in l. 1. in 10. col. ver. 4. infertur. ibi: ſed circa prædicta. C. de dignit. lib. 12.* & vide Corſet. *in tract. de poteſtate regia. q. 80.*

TRigeſima prima cõſideratio. Rex Frãciæ tãquã Imperator in ſuo Regno ſolus in temporalibus omnibus, tam laicis, quam clericis præeſſe debet. not. per Innoc. *in c. nouerunt. de ſenten. excommun.* Et ibi bene dicit Panorm. *in c. cum verum. in fine. de foro comp.* quod Rex præfertur & præſidet quibuſcunq; prælatis

Digitized by Google

laris feuda tenentibus ab eo, maxime Rex noſter Franciæ, eo, quod oleo ſancto vnctus eſt, cœlitus demiſſo in perſona Clodouei regis Francorum primi Chriſtiani, medio Clotildis eius vxoris, filiæ Regis Burgun. Imo in eo habet locũ *c. ſolita. de maior. & obed.* de quo murmurant plures contra Principes huius ſeculi præcedentes Epiſcopos & Cardinales ab eis feuda tenentes.

Et ſic eſt concluſio veriſſima, quod in ſuo regno omnes quoſcunque præcedit. Imo etiam extra regnum in loco indifferẽti omnes, quoſcunque huius mundi reges Chriſtianos præcedit, cum primus nominetur inter reges Chriſtianos enumeratos per doctores, vt per Alberic. *in rubr. de ſtatu homin.* Anton. Corſet. *in tract. de poteſtate regia, q.21.22.* Boerium *in ſuo tract. de authoritate & praeminentia ſacri magni Concilii. in 1. part.* & dicit Bald. *in §. fin. penul. col. de prohibit. feu. alien. per Federic.* quod eſt ſuper omnes reges. Et ita habetur in obſeruantia Romæ, & ita fuit alias dictum per multos ſummos Pontifices, quod legati regis Franciæ præcedere debeant omnes & quoſcunque alios legatos aliorum regum, etiam ſi ſint legati regis Hiſpaniæ, qui Catholicus dicitur; & merito; cum reges Franciæ Chriſtianiſſimi dicantur ad inſtar Imperatoris, qui ſic dicitur, *Epiſtola inter claras. C. de ſumma Trinit. & can. Eccleſia mea. 97 diſtinct.* Imo etiam ſanctiſſimus dicitur *l.3. ff. de natalib. reſtituend.* Et hoc ex multis ſeruitiis ſedi Apoſtolicæ impenſis, vt habetur in pluribus & diuerſis locis per Gaguinum. quæ potius laborioſum eſſet inuenire, quam ſubtile.

Et licet Reges Franciæ fuerint inuictiſſimi pugiles pro Eccleſia Dei, Eccleſiæ Chriſti, & libertatum veri zelatores: tamen inter cæteros fuerunt duo.

Primus, tempore Stephani Papæ, fuit Pipinus, contra Gayſitum Aquitaniæ Ducem, ſacerdotum prouentus ſibi vſurpantem, & contra Aſtulphum Lõgobardorum Regem: quem cum ſuo exercitu fudit, & dominia per eum occupata in Italia Eccleſiæ Rom. cuius erant, reſtituit, illiusque tyrannidem deleuit. Et de eo etiam fuerat prophetizatum per Ioan. *in Apoc. 14. c. vltra medium, ibi; Et ecce nubem candentem*, per quam ſecundum Lyram ibi intelligitur regnum Franciæ, moribus & fide præ cæteris candidatum, & ſuper Pipinum Franciæ regem habentem in capite ſuo coronam auream; cum reges Franciæ corona aurea coronentur. Et in manu ſua, id eſt, poteſtate ſua falcem acutam, id eſt, exercitum ſumme bellicoſum, per quam Pipinus multas magnas habuit victorias, maxime pro Eccleſia Roma. contra dictum Aſtulphum regem graui tributo Romanos prementem. Et etiam Bononiam & Romandiolam Eccleſiæ Romanæ dedit, vt refert Spec. *in tit. de reſcript. præſentat. 9. ver. item quia obtentum, & inſequendo tex. Apocal.* de quo ſupra. Et alius Angelus, ſcilicet Papa Stephanus, exiuit de templo, ſc. Rom. Eccleſia, clamans voce magna, id eſt, deprecans ex magno affectu. ad ſedentem ſuper nubem, id eſt, ſuper Pipinum Regem: mitte falcem tuam, & mete, ſcilicet, dirigendo tui exercitus potentiam contra Aſtulphum tyrannizantem; quia venit hora, vt metatur, id eſt, vt eius tyrannis per tuam potentiam tollatur; quoniam aruit meſſis, id eſt, ipſe Aſtulphus, & exercitus obdurati ſunt in iniquitate, & miſit, qui ſedebat ſuper nubem, falcem ſuam in terra. Quoniam Pipinus valida manu intrauit, & meſſuit terram; quia contra Aſtulphum viriliter pugnauit: & beato Petro reddere compulit quæcunque ſui iuris erant. Hoc ita interpretatus eſt dictum Apocalypſeos Nicol. de Lyra *in d. 14. cap.* Et de retributione Pipini ponit Gaguin. *in ſuis Chron. lib. 3. cap. 4.* quoniam Stephanus eidem, & ſui poſteritati benedixit, & eum, qui temeritate aliqua aduerſus Francos bella moueret, communione Chriſtiana interdixit.

Alius vero Carolus Magnus Rex, in numerum Sanctorum relatus, qui Eccleſiam auxit, Adrianum & Leonem IV. ſummos Pontifices ab omni tributo, & moleſtia liberauit *c. Adrian. & c. in ſynodo 63. diſt.* Imperator factus eſt; eo, quia Imperiũ primo de Græcia in Francos tranſlatum fuit, & deinde in Germanos: vbi adhuc, ſecundum gloſſ. *in c. ego*

Ludouicus.

Digitized by Google

Ludouicus in fin. 64. *diſt.* & refert Arch. Flo. *in ſua ſum. in* 3. *par. tit.* 22. §. 14. & iuxta dictum Alex. maluit ſe diſciplinis antecellere, quam opulentiis. Et quem etiam Ioh. *in Apoc.* 14. *c.* Eccleſiam liberaturum præuidit, dum dicit: *Et alius Angelus, ſ.* Carolus Magnus, exiuit de templo, ſ. Nouiomenſi, in quo fuit coronatus, habẽs & ipſe falcem acutam, id eſt, exercitum fortem; imo exercitu patris ſui Pipini fortiorem. Et alius Angelus, ſ. Papa Adrianus, exiuit de altari, ad quod præmiſſa celebratione, vt vellet Deus Eccleſiam protegere, venerat, & clamauit voce magna, id eſt, affectu magno deprecans Carolum, vt ei ferret auxilium. Mitte falcem tuam acutam, i. exercitus tui potentiam, & vindemia Botros, i. Longobardos, eorum auferendo potentiam; quoniam maturæ ſunt vuæ eius, id eſt, Lõgobardi ſunt deſtructione digni. Et miſit Angelus, ſ. Carolus Magnus, falcem ſuam, i. exercitus potentiam, & vindemiauit vineam terræ, ſ. auferendo potentiam Longobar. de terra Italiæ. Et miſit in lacum iræ Dei magnum; quoniam Deſiderium regem deduxit captiuum. Et calcatus eſt locus extra ciuitatem; quia regem cum vxore demiſit in exilium extra terram ſuam. Et exiuit ſanguis de corpore occiſorum, ſ. ex multa Longobar. occiſione, quæ terribilis fuit vſque ad fræna: quia ex ſanguine occiſorum fræni militum Caroli fuerunt rubricati, vt in talibus bellis fieri ſolet, per ſtadia mille ſexcenta. Nam fama huius victoriæ Caroli fuit longe lateque diffuſa per quatuor orbis partes, vt ait de Lyra *in d. c.* 14. licet gl. *in c. vener. de elect.* videatur quodammodo diſſonare ab huiuſmodi declaratione, qua dicitur, imperium fuiſſe translatum de Græcis in Francos; quia videtur dicere, quod translatum fuit de Græcis in Germanos: ſed illud reprehendit Zabar. Cum Carolus fuerit Rex Franciæ, & fuit Imperator ipſe, & eius ſucceſſores reges Francorum per annos centum tres, & amplius vſque ad Aſtulphum: Cuius tempore, cum Eccleſia oppugnaretur à Berrengario tyranno, nec Aſtulphus ſuccurreret, in ſubſidiũ vocauit Othonem Ducem Saxoniæ, qui ei ſuccurrit, & ob id per Leonem Papam VIII. conſtitutus fuit Imperator, & deinde remanſit Imperiũ apud Germanos: Sed vt dicit, primo fuit translatum de Græcis in Francos, in perſonam Caroli, qui dicebatur Magnus, de cuius ſtatura vide Vincen. *in ſuo Spec. Hiſtoriali, lib.* 15. *c.* 1. & de eius moribus & actibus *eodem lib. in ca. ſeq.* & per Gag. *in ſuis Chro. lib.* 4. *c.* 1. vbi plene. Qui etiam feruore fidei Chriſtianæ plurima templa extruxit, & quæ dirupta recognouit, mandauit per locorum ſacerdotes reſtitui atque reſtaurari.

Quorum duorum exemplum imitati omnes fere Francorum reges, qui ſecuti ſunt, magnis atque excellentiſſimis factis dignitatem fidei Chriſtianæ, & religionis eiuſdem conſeruarunt, atque ampliauerunt: De quibus ample per Io. Ferrault *in ſuo tract. de iurib. regni Franciæ,* quos plus laborioſum eſt diſcutere, quam ſubtile.

Cum hic Carolus Magnus tantæ amplitudinis & integritatis vir fuerit, vt poſtea neminem parem, nedum ſuperiorem Gallia habuerit: Inter alios mihi viſum fuit, illum non fuiſſe ſilentio prætereundum. Ex quibus ſimul collectis poteſt indubitanter dici, quod Rex Franciæ propter eius claritatem, & ſynceram fidei deuotionem inter omnes Reges mundi eſt præferendus. Eo etiam, quia Regnum Franciæ vnica Eccleſia vniuerſalis fuit, & eſt: de quo vaticinatum eſt *Eſai.* 5. Vnica facta eſt dilecto meo in cornu filio olei: & ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea; & plantauit vineam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea. De quo Ioan. de Terra rubea *in ſuo tract. ſupra mentionato,* & ſecundum Lyram, intelligitur regnũ Franciæ eſſe nubem candidam, quam præuidit Ioh. *in Apoc.* 14. cum ſit moribus, & fide præ cæteris candidatum ac relucens. Et poteſt etiam dici ciuitas illa, quam præuidit Io. *in Apoc.* 21. *c.* vbi ait: *Et vidi ſanctam ciuitatem nouam deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, & audiui vocem magnã de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.*

Et etiam;

Digitized by Google

Et etiam; quia regnum Franciæ ſuper cæteros obtinet, quod ſuper reges iuſtitiam adminiſtrauerunt, & eam dilexerunt, & iniquitatem odio habuerunt, in fugando & eiiciẽdo Iudæos, & ſectas Iudæorum, & hæreticorum. Ideo vnxit eos Deus, præ conſortibus eorum, ex quo inter cæteros Reges huius ſeculi prædominantur. Quoniam Chriſtianiſſimus Rex Francorum inter cæteros quoſcunq; Reges, oleo ſancto cœlitus demiſſo, in coronatione Regis Clodouei, primi Chriſtiani Regum Francorum, ad inſtigationem Clotildis, eius vxoris, filiæ Regis Burgundorum inungitur, vt habetur in vita B. Remigii. Cui in Baptiſmo Clodouei, fuit cœlitus demiſſa phiala, quę dicitur ampulla, plena oleo ſancto per columbam. Ex quo adhuc hodie reges Franciæ vnguntur, & ſacrãtur in coronatione, vt refert Guag. *in ſuis chron. lib. 1.* quæ adhuc eſt, in Abbatia ſancti Remigii, in ciuitate Rhemenſi. Et in qua ſolum apparet oleũ tempore, quo ſunt coronandi reges Franciæ: Quo tempore oleum, & non alio tempore, apparet; vt eſt notorium in tota Gallia, & ſic licet ſint alii reges, qui vngantur; non tamen oleo cœlitus demiſſo, vt eſt rex Franciæ, ideo præ cæteris præferendus eſt.

Et aduerte quod ſunt tantum quatuor reges, qui vnguntur, ſcilicet, Ieroſolymitanus, Francorum, Anglorum, & Siculorum, vt habetur *in libro cenſuali Rom. Eccl.* ſecundum Alber. de Roſ. *ſuper gloſſ. rubr. ff. de ſtat. homin.* Alii autem non, niſi ex priuilegio, vel conſuetudine, hoc ius habent. per Hoſt. & Goff. *in ſum. de ſacra vnctio.* Arch, tamen *in c. quoniã. 10. diſtin.* dicit. Quod olim & hodie Principes vngebantur, & vnguntur, per notata *in d. cap. 1. de ſacra vnct.* Aluar. tamen. *in c. 1. in tit. quis dicatur Dux, Marchio, Comes. in 10. colum. ver. qui Reges vngantur, & qui non. in vſibus feud.* dicit, Imperator vngitur, & coronatur tribus coronis, & cæteri quatuor Reges ſupra nominati, ſcilicet, Ieroſolymitanus, Francorum, Anglorum, & Siculorum, de quibus fit mentio in iure in pluribus locis maxime de Rege Francorum, in locis ante allegatis. De Rege vero Angliæ, *in ca. nouit. de iud. & in cap. non eſt. extra de ſponſal.* vbi etiam fit mentio de Rege Britanniæ.

Cæteri vero nec vnguntur, nec coronantur. Qui quidem ſunt Caſtellæ ſiue Hiſpaniæ, qui hodie catholicus nominatur: de quo fit mentio in iure *in ca. quanto. de iureiur.* rex Legionis, Portugaliæ, Aragonum, Nauarræ. De quibus etiam fit mentio *in cap. ad noſtram. de iureiur. & in d. cap. quantō.* de Rege Vinceſtriæ in ſubſcriptione. *cap. 1. de probatio.* rex Daciæ, Bohemiæ, rex Armeniæ, rex Cordubæ, rex Cypri, rex Conarchię, rex Numianiæ, rex Vichoniæ, rex Catholicus, rex Nauarchiæ, rex Colen. rex Mamiæ, rex Vologamæ, rex Maioricarum, rex Minoricarum, rex Poloniæ, rex Scotiæ. Et omnes ſupradictos nominat Anton. Corſe. *in tract. ſuo de poteſtate Regia. 14. q.* & de Rege Scotiæ fit mentio *in c. clariſſimus. de conuerſ. coniug. & in c. venerabilem. de elect.* de rege Vngariæ habetur *in c. licet. & in c. non eſt dicendum. de voto, & voti redempt. & in c. intellecto. de iureiur. & in c. 1. de ſacra vnction.* de Rege Gothorum 17. *diſt. c. conſilia. § hinc etiam.* de Rege Apuliæ & Siciliæ, habetur *in c. veritatis. de iureiuran.* De Rege Scotię habetur *in c. inter alia. extra de immun. Eccleſ.* & hæc dicit Iacob. Aluar. *in loco hic ante alleg.*

Aduerte tamen; quia fuerunt alia regna, vt regnum Burgundionum, vt refert Guag. *in ſuis chron. lib. 1.* cum dicit Clodoueum regẽ deſponſaſſe Clotildem neptem Gondebaldi regis Burgundorum. & de his fit mentio in iure, *in l. Luſitaniam. ff. de cenſib. in canon. ſic gens Anglorum. 56. diſtin. & in c. volumus. 11. q. 1,* & Iac. Bergo. *in ſuo ſupplem. lib. 8.* vbi ponit initium regni Burgund. quod fuit in anno Domini poſt Chriſtum 35. & etiam *lib. 9.* ponit finem, qui fuit poſt Chriſtum anno Domini 488.

Et etiam eſt regnum Iuetoti. de quo fit mentio per Guag. *in ſuis chron. lib. 2.* vbi ait: Fuit inter familiariſſim. Clotarii aulicos, Galtherus Iuetotus Caletus, agri Rhotomagen. apprime nobilis, & qui regii cubicularii primus cultor eſſet. Hic, pro ſua integritate de Clotario cum melius meliuſq; in dies promereretur, reliqui aulici inuident, deprauantes quodlibet ab eo geſtum: nec deſiſtunt donec

irritatum illi Clotarium peſſimis ſuſurris efficiunt. Quamobrem iurat Rex ſe hominem necaturum: percepta Clotarii indignatione Galtherus pugnator illuſtris cedere Regi irato conſtituit. Igitur derelicta Francia in militiam aduerſus religionis catholicæ inimicos pergit, vbi decem annos multis proſpere geſtis rebus ratus Clotarium ſimul cum tempore mitiorem effectum, Romam in primis ad Agapitum Pontificem ſe contulit, à quo ad Clotarium literis impetratis ad eum Sueſſione agentem, ſe protinus confert Veneris die, quæ Paraſceue dicitur, cogitans religioſam Chriſtianis diem ad pietatem ſibi profuturam. Verum literis Pontificis exceptis, cum Galtherum Clotarius agnouit, veteri ira tanquam recenti liuore percitus, rapto à proximo ſibi equite gladio, hominem ſtatim interemit. Tam indignam inſignis atque innocentis hominis necem, religioſo loco & die, ad Chriſti paſſionem recolendam celebri Pontifex inæquanimiter ferens, confeſtim Clotarium reprehendit, monetque iniquiſſimi facinoris rationem habere, ſe alioquin excommunicationis ſententiam ſubiturum. Agapiti monita reueritus rex, capto cum prudentibus conſilio, Galtheri hæredes, & qui Iuetotum deinceps poſſiderent, ab omni Francorum Regum ditione, atque fide liberauit, liberosque prorſus fore, ſuo ſyngrapho, & regni ſceptris cõfirmat. Ex quo factum eſt, vt eius pagi & terræ poſſeſſor, regem ſe Iuetoti hactenus ſine controuerſia nominaret. Id autem anno *Chriſtianæ gratiæ* 536. geſtum eſſe, indubia fide inuenio. Hæc Guag. *in loco ante allegato.*

Aliud etiam ante fuit regnum Perſarum, de quo ſupra dicti nullam faciunt mentionem: de quo fit mentio *in l. mercatores. Cod. de commerc. & mercat.* Sed iſtud regnum non eſt de his, quæ ſunt ſub regiſtro Romanæ Curiæ, quod tamen aliquando fuit Regnum Burgun. cum Burgundii fuerint Chriſtiani ante Gallos, & Francos, per multos annos & vltra, cum Galli effecti fuerint Chriſtiani, anno Domini 479. poſt Chriſtum, vt conſtat ex Iac. Bergomen. *lib.* 9. quando ponit tempus, quo baptizatus fuit Clodoueus poſt Chriſtum, qui effectus fuit Chriſtianus medio & hortatu Clotildis eius vxoris, filiæ Childerici Regis Burgundorum, vt dicit ibi Iacob. Bergomenſis. Et de dicto regno Perſarum, & pluribus aliis vide Iaco. Bonaudi *in ſuo Panegyrico.* 19. *col. vſque ad* 26.

Et, vt plenius declarentur excellentię, claritates, & præeminentiæ Regis Francorum qui omnes alios antecellit, inſequendo doctrinam Ioan. Ludo. Viuald. *in ſuo opere regali, in tract. de laudibus, ac triumphis trium liliorum Franciæ.* & G. Benedict. *in ſua rep. cap. Raynut. in verſic. duas habens vxores. à numer.* 79. *vſque ad numer.* 126. *de teſtam.* Et recitat Engueranus de Monſtrellet, quod anno Domini 1420. cum Rex Franciæ, & Rex Angliæ ſimul intrarent Pariſienſem ciuitatem, Rex Franciæ equitabat à dextris, & primus oſculatus eſt reliquias ſanctorum. Et vide per eundem *in* 1. *volum. Chronic. eiuſdem cap.* 232. *in prin.* Dico, quod claritas, nobilitas, & excellẽtia Regum Franciæ, ex multis ſuper omnes alios Reges perpendi, & cognoſci poteſt, vltra ſuperius dicta, maxime ex ſcuto cœlitus demiſſo, in quo plura comprehenduntur: Quoniam perſeuerante vſq; ad hanc ætatem fama, vulgo dicitur: Quod olim Reges Franciæ, pro ſcuto, tribus buffonibus vtebantur; quod tamen nõ erat ſine myſterio: & hoc credo fuiſſe; eo, quia ſicut de natura buffonis eſt, in quacunq; parte terræ ſit, ſemper ſe collocare in meliori, & pinguiori loco: Ideo, cum Rex Franciæ ex vniuerſali mundo meliorem, pinguiorem, & vtiliorem terrã teneat, & habeat, ideo, inſequendo naturam buffonis, pro armis aſſumſerant reges Francię ante Chriſtianitatem, tres buffones, habendo reſpectum ad ea, quæ magis naturaliter conformabantur circa eius naturam, in aliquibus. Nunc vero, tempore Chriſtianitatis, & à tempore quo Reges Franciæ effecti fuerunt Chriſtiani, mutata eſt natura; quia inſequendum eſt id, quod tendit ad finem, & effectum illius Chriſtianitatis, cuius nomen, fidem, & protectionem aſſumpſit: quod Deus aduertens, & volens illi prouidere ſecundum quod decens

Digitized by Google

cens erat, poſtquam Clodoueus Chriſtianus effectus fuit, demiſſum fuit è cœlo ſcutum id, quod Reges Franciæ nunc geſtant, continens tria lilia aurea, quibus ſubeſt cœli ſereni color, quem aſuri Franci dicunt: in quo ſunt quatuor conſideranda:

Primo, quòd in ſcuto lilia depinguntur.

Secundo, quòd depinguntur aurea.

Tertio, quòd in numero ternario.

Quarto, quòd in campo coloris ſapphiri extenduntur.

Quo ad primum dicendum eſt, quod lilia fuerunt à ſuperis multiplici ratione Regibus Franciæ data.

Primo; quia ſicut lilium plerunque de ſpinis oritur, inter ſpinas moratur; & quanto magis ſpinis pungitur, tanto vehementius odor eius ſentitur: ſic Francorum Reges, licet à ſpinis, & infidelibus originem duxerunt, vſque ad tempora præfati Clodouei, qui quatuor Reges prædeceſſores habuit infideles, videlicet Pharamundum, Clodionem, Meroneum, & Childericum dicti Clodouei patrem; nihilominus, poſtquam nomen Chriſti Francis innotuit, tam reuerentem candorem, & odorem, illibatæ fidei retinuerunt, vt nil eis dulcius, nil clarius, quam gloriam Chriſtianæ gentis extollere.

Secundo; quia lilium plantam habet rectam, quæ ad vnam partem non inclinat, nec ad aliam, ſed recto tramite tendit ad alta. In quo rectitudo bonorum operum figuratur, iuxta illud: Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante dominum. Sic rex animi magnitudinem habere debet, cum nihil honorabilius exiſtat in regia maieſtate, quam rectitudo voluntatis; ſicut per oppoſitum nihil execrabilius in eo, quam ſimulatio, aut duplicitas, vt ſupra dixi *in princip. huius partis*. Ideo priſtini Francorum Reges, duplicitatis vitia nimium horrentes, ſemper cum animi rectitudine ac cordis integritate, ſe ipſos Eccleſiæ obſequio præbuerunt: ſicut Pipinus pro Stephano antiſtite contra Aſtulphum, & Carolus Magnus pro Adriano cõtra Deſiderium Longobardorum Regem, vt ſupra dixi hac cõſideratione, vbi de his duobus Regibus dixi.

Tertio; quia inter lilia quieſcere, & conuerſari Chriſtus plurimum delectatur. Vnde in Canticis canticorum, lilium ipſe, qui Sapientia diuina eſt, ſe nominat. *Ego*, (inquit) *flos campi, & lilium conuallium*, ita quod Spiritus ſanctus in perſona Eccleſiæ *Canticorum 2.* ait, *Dilectus meus*, ſcilicet Chriſtus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia. Et iterum: *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, vt ibi paſcatur, & lilia colligat.* Amat enim valde Chriſtus, & delectatur liliis, id eſt, perſonis puris, & mundis à peccato: quia cum ſit ſumma puritas, & mentes puras diligit: ſic Reges Chriſtianiſſimi, ſemper delectati fuerunt liliis, id eſt, ſecum habere, & amare perſonas doctas, & puras, & mundas ab omni peccato, & vitio, veritatem ſequentes.

Quarto; quia lilium ſui natura, teſte Plin. *lib. 21. c. 5.* eſt nobiliſſimum, quo nulla florum excelſitas maior. Cuius flos languido ſemper collo, quaſi inclinans, & non ſufficiens capitis oneri, fragrat odore acutiſſimo.

Et etiam Chriſtus, ſedens à dextris virtutis Dei in excelſis, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra: Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit, vt Apoſt. *ad Heb.* 1. Qui tanquam fons humilitatis, cœlos inclinauit, deſcẽdens in vtero Virginis; humiliauitq; ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, teſte Apoſto. *ad Philip.* 1. & tandem inclinato capite tradidit ſpiritum, *Iohan.* 19. Cuius fragrantia, aliis eſt odor vitæ in vitam, aliis vero, odor mortis in mortem.

Sic Rex Franciæ, cum ſit Chriſtus, ſcilicet, oleo ſacro diuinitus emiſſo, vnctus, & ſacratus, omnibuſque celſior, atq; maior, ex quo vocatur Chriſtianiſſimus, ſicut lilium in ſe habere debet humilitatem ad audiendum ſingula, caput inclinatũ, nihil de ſeipſo præſumens, & odoris ſuauitatem, per bona & ſancta opera, ex quibus bona reſultat fama in ſuauitatem odoris, & non exemplum cuiuſquam ſceleris. Quia candidum & nitidum ſemper ſtat liliũ. Vnde legitur *Exod.* 25. Quod

in candelabro tabernaculi erant lilia ex ipſo pendentia, denotans candelabrum Franciæ, ſcilicet, regem habere debere cogitata verba & opera pura, candida, tanquam lilia: quoniam virtutes ſunt & candidę,& lucidæ,peccata vero,& vitia nigra ſunt,& obſcura.

Quinto, lilia in ſcuto Regis noſtri Chriſtianiſſimi ſunt appoſita; quia lilium multas habet virtutes. Nam, virtute ſuæ naturæ radix eius,ſecundum Phyſicos, valet cõtra duritiem ſplenis,& neruorum,maxime ſub prunis cocta, & cum oleo roſeo trita, vſturas ſanat,& vulnera cicatrizat, & confert aduſtioni aquæ calidæ,cum ſit exiccatiua,mollitiua, abſterſiua & conſolidatiua. Valetq; lilium inciſionibus neruorum,& ſplenis apoſtemata maturat, & vt omnes teſtantur, lilium tumores reſoluit, vlcera abſtergit, dolores mitigat,venena depellit, puncturis confert, & ſuccus eius cum melle decoctus, veteribus vlceribus medetur. Sic Rex noſter Chriſtianiſſ.(quaſi virtute leuitatis liliorum prouocatus) vltra modum horrere debet tumorẽ arrogantiæ,diſcordiæ, iactantiæ, inanis gloriæ. Apoſtemata luxuriæ purgare, vſturas auaritiæ,& venena inuidiæ ſanare. Et tãdẽ omnes morbidas Reipublicæ ægritudines, contractione,&(cum opus fuerit) punitione malorum, ſalubriter curare. Et inſuper, totum ſe conferat ad regias virtutes, ad pietatem,clementiam, miſericordiam, manſuetudinem, humilitatem, modeſtiam, dilectionem, & beneuolentiam: quæ precioſa ſunt monilia Regiæ maieſtatis, vt ſupra *hac parte in 6.conſid.* dictum eſt. Et quemadmodum lilium (vt dixi) cum oleo roſeo tritum, vſturas ſanat; ita miſit Deus lilium cum oleo, vt dictum eſt,ad denotandum Reges Francię habere poteſtatem ſanãdi vſturas,prout faciunt: Quoniam, vt videmus notorie, ipſi ſanant quãdã vſturas, quæ in vulgari noſtro dicũtur les eſcruelles,vel alias morbus Regius.

Sexto, vt dicunt dicti Ioan. Lud. Viuald. & G. Benedict. *in locis ante allegat.* in ſcuto dicti Regis ſunt lilia; quia lilii oleum eſt reſolutiuum,& aperitiuum: conuenit etiam in dolori capitis, & deſtillatum in aurem, ſedat eius dolorem. Sic Rex Chriſtianiſſ. in aperto eſſe debet,& copiam ſui facere, aures apertas ſemper habere, & ſingulos audire, vt de omnibus informetur, & ſingulos prouidere poſſit. Ne aſſiſtentes eidem, faciliter eum decipiant, propriis commodis inhiantes in Reipub. deſtructionem. Et etiam ſi non audiatur populus, videtur ei fieri iniuria, & miſſorum officialium authoritas vileſceret. Vnde Imperator *in l.2. C.de off.vic.* Relationes (inquit) omnium, præiertim officiariorum libenter audimus,ne adminiſtratorum decreſcere videatur authoritas, ſi eorum conſulta veluti prophanorum preces à noſtris aditis repellamus. Hodie tamen multi Principes ſuſurronibus, & detrectatoribus aures præbent, ab eiſque domeſticis ſuis tenentur incluſi,& excæcati, vt nihil veritatis,& eorum, quæ praue gerũtur, ſciant,& ipſi interim bona hauriant, & ſubſtantiam,& interdum perſonas ſubditorum perdant: quod alias contigit in hoc Regno Franciæ, tempore Theodo. Regis Franciæ, vt refert Guag. *lib.3.c.4.de Francorum geſtis.*

Septimo, Lilia in ſcuto Regis figurantur; quia lilium, ſua virtute ſaniem & immunditiam purgat. Quo demõſtratur, quod ad Regẽ pertinet immunditias & labes hæreſeum & ſaniem hæreticorum, ac peruerſa infidelium dogmata ab eccleſia Dei diligenter abſtergere & repellere. Quia hæreſis, fundamẽtum omnium bonorum ſubuertit, & plus cæteris peccatis nocet Eccleſiæ Dei. Eſtque omniũ peccatorũ grauiſſimum, vt ait Thom. *4.ſent.diſt.13.quaſt.22.per tot.* facit tex. *in l. Manichaos.& in Auth.Gazaros.C.de haret.* Et inde eſt, quod hæretica prauitas appellatur. Huius zelo accenſus fuit Carolus Magnus, qui Barbaras gentes, Saxones, Hiſpanos, Longobardos, cæteroſque populos, qui falſos ritus ſequebantur, in poteſtatem ſubegit.

Et etiam Philippus tertius Francorum Rex, qui Petro Aragonum Regi bellum intulit, eo quod variis erroribus fauerat: vt refert Guil. Benedict. *in loco ante citato, num.83.*

Octauo, Francorum Regi lilia data ſunt; [illegible] ſuæ naturæ virtute, morſum ſerpentis,

pentis,& ſimiliter eius folia, vexationem ſerpentum curant,eiuſque radices,vt Plin.atteſtatur *d. lib.*21.*c.*19. valent contra ſerpentum ictus. Et ſecundum Auicen. Lilium confert puncturæ vermium venenoſorum, atq; ſcorpionis. Præterea ſemen eius, (vt inquit Dioſcor.) potui datum, ad ſerpentum morſus facit. Ideo, vt enarrat G.Benedicti, Reges Francorum ter religionem Christianam à morſu Mahometi, ſerpentis veneroſi, ſanauerunt, & reſtaurauerunt, & his temporibus videmus noſtram fidem & religionem Christianam, ſanatam eſſe à morſu peſtiferi ſerpentis Lutheri, qui infinitas hæreſes in fide Christiana ſeminauit,quæ fuerunt extirpatę à Rege noſtro Franciſco Chriſtianiſſ.qui non ceſſat inſudare, vt Clemens ſummus Pontifex à ſua ſede eiectus reſtituatur, quem Carolus Borbonius dux exercitus Caroli Auſtriaci electi in Imperatorem, in vrbe obſederat hoc anno Domini 1527.die 6.Maii. In qua obſidione, ipſe Carolus Borbonius interſectus fuit: quia Deus iniuſtas ſemper vlciſcitur iras. Ipſa vero Roma, ab Hiſpanis, & Alemanis tunc depopulata fuit,& ipſe Clemens captiuus extitit, cum maximo dolore Chriſtianitatis, maxime Gallicanæ, quod Rex noſter Chriſtianiſſimus ægre ferens, mortuus, pia deuotione, & pro honore ſanctæ ſedis Apoſtol. (quam ſemper Reges Franciæ venerati ſunt, & defenſarunt) aduerſus illius hoſtes, miſit copioſum exercitum Francorum in Italiam, vt ſummus Pontifex in ſua ſede reponeretur,expellerenturque dicti hoſtes ab vrbe (in qua captinabatur Papa) & à tota Romania ſaltem terris ſedi Apoſtolicæ ſubditis.

Secundo, in ſcuto Regis, lilia figurantur aurea, & non argentea, vel alterius metalli, quibus denotantur octo pulchra documenta ipſis legibus neceſſaria, propter octo ſingulares naturas,& effectus auri,quod eſt metallum excellentius omnibus aliis, vt infra dicam *in vlt.part.in* 15.*conſider.* Et ad iſtud propoſitum videatur G. Benedicti.*in d. loco, num.* 100.*vſque ad num.*107. Vbi dicit, quod primo aurum eſt coloris optimi,& puritatem quandam ac fulgorem eximium præ cæteris metallis habet, & inde dicitur aurum ab aura, id eſt,ſplendore, vt ait Iſid.*lib. etymologiarum*,16.*c.*17. quod repercuſſo aere plus fulgeat. Naturale enim eſt,vt ſplendor metallorum plus fulgeat luce alia repercuſſus. Vel à ſimilitudine coloris auroræ,nomẽ traxiſſe putant. Et aurum in corporib. eſt ſicut Sol inter ſtellas. Sol autem dicitur dominus ſtellarum, & lumen earum. vt dixi infra *in vlt.part. in* 8.*conſid.* Sic aurum eſt Rex corporalium rerum, & menſura omnium. Ex hoc auro prouocatur Rex Chriſtianiſſ.ad ſapientiam acquirẽdam, quæ auro purior eſt, & ſplendidior. Imo omne aurum in comparatione illius, arena eſt exigua, & tãquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. *Sap.*7. Comparatur enim auro ſapientia, ratione puritatis & ſplẽdoris, reſpectu æterni iudicis. vt dicit ibi G. Benedict.& Cælius *lib. ant. lect.*4.*c.*24. Et aurum pro viris ſanctitatis claritate fulgentibus accipitur, vt *in c. multi. in ſi. de pœnit. diſtinct.* 2. & pro ſapientia, vt *in c. principium. loco prealleg.* Quæ ſapientia eſt Regi neceſſaria, vt hic ante ſcripſi *in* 10. *conſiderat.* quæ viguit in multis Regibus Franciæ, vt ibi declarat G. Bened.

Secundo, Aurum habet proprietatẽm lætificandi, quam non habet aurum per alchimiam ſophiſticatum,ſecundum Thom. Vnde limitatura auri, vt dicit Auicenna, ingreditur medicinas melancholiæ, & alopeciæ. Et cõfert doloribus cordis, ac tremori ipſius. Nec non timori animæ, & data cum ſucco boraginis,auxiliatur ſyncopizãtibus. Ex quo inſtruitur Rex Chriſtianiſſimus, quod gaudens ſit & lætus; quia animi lætitia interdum dolores corporis mitigat. Triſtitia vero humanæ vitæ æmula eſt, & paſſio mortifera: iuxta illud Prouerb.17. *Animus gaudens, floridam ætatem facit, ſpiritus triſtis deſiccat oſſa.*

Tertio; Quia verum aurum ponderoſitatem habet, & ſoliditatem: Ideo dicit Arnal. de Villanoua *in lib. de vino.* Vinum extinctionis auri ſua ſoliditate confortat. Et *in lib. de natura rerum*, dicitur, quod in duplo ponderoſius eſt argento, ære, aut ſtanno, habetque ex ſua ſoliditate puritatem,& generoſitatem ſuper omnia metalla : ideo eſt precioſius, durabilius,

rabilius, tractabilius, omni tempore fulgens, recreans viſum, & cęteros ſenſus. Ex quo Regi Franciæ datur ſalubre documentum, vt tanquam aureus ſit ſolidus, maturus, ſecretus & grauis in diſcutiendis rerum cauſis, ne leuitate, aut furore ductus, feratur in præceps.

Quarto; Quia aurum ſecundum Phyſicos temperatius eſt omni metallo; vnde virtutes habet mirabiles confortandi cor, ſtomachum, & cæteros ſenſus, vt dicit Arnal. de Villanoua, *in loco hic ante citato*. Non quod incorporetur, aut membra nutriat, ſed quia alternatiua virtute corpus immutat: & ideo confortat; quia aſperitate ſua detergit ſuperflua. Licet enim aurum calidæ ſit naturæ, vt Medici dicunt, tamen eius caliditas eſt modici exceſſus, ob quod nō locatur in gradu, licet alii locent. Sic Rex Chriſtianiſſimus quaſi aurum erit temperatus, calidus quidem per amorem charitatis & dilectionis erga ſubditos, exemplo Moyſis, qui Exod. 32. *Aut* (inquit) *dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Similiter Apoſtolus ad Romanos 11. loquens: *Optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis.* Et hic ſincerus amor erga ſubditos multum profuit Romanis, vt hic ante *in 14. conſideratione* ſcripſi. Et præ oculis debent illud habere Principes: quoniam, vt ait Seneca: *Si vis amari, ama.* quia ita decet viuere Principem, vt à ſubditis diligatur, & ſic ſuos diligat, vt pro ipſis etiam mori non timeat. Sicut Codrus Athenienſium Rex pro victoria populi ſui ſeipſum morti tradidit, vt recitat Valer. Max. *lib. 5. tit. de pietate erga patriam.* Sic etiam Chriſtus pro ſalute populi ſui occiſus fuit, & paſſus eſt, vt habetur 1. *Petri* 2. vnde Princeps ita agendo, à ſuis mirum in modum diligitur.

Nam Dux, vt dicere ſolebat Cæſar, qui non laborat, vt militibus charus ſit, milites amare neſcit. Legitur de Alexandro Magno, qui videns militem Macedonem præ nimia ſenectute frigore ſtupefactū, de ſede ſublimi deſcendit, & ſuis manibus eum in ſedem poſuit, & eo modo fecit, vt à ſuis diligeretur. Alias Princeps, qui à ſuis non diligitur, tanquam tyrannus damnatur, nec ſecuritate vbi eſt fruetur. Sicut de Dionyſio tyranno legitur. Cui cum corpus ſuum iuberet à multis militibus cuſtodiri, Plato dixit, quod, inquit, malum feciſti, vt à tot militibus cuſtodiri habeas? Quapropter dicit Claudia.

Non ſic excubiæ, non circumſtantia tela,
Quem tutatur amor.

Hoc eſt, qui amatur, non indiget cuſtodia. Ob id dicere ſolebat Traianus Romanorum Imperator: Talem priuatis Imperatorem eſſe oportet, quales priuatos ſibi optat habere. Hæc inter cætera fecit nedum viros, ſed & fœminas gloria pollere, regniſque potiri, vt de Amazonibus, *lib. 3. de geſtis antiquis*, refert Diodor. dicens, eas omnium ſubditorum beneuolentia iuſto æquoque imperio adeptas. Quibus ſententiis datur intelligi, quod tota paſtoralis cura, amore verę dilectionis ornari debet. Cui vigilantia incumbit ad ſubditorum vtilitatem, & conſolationem, iuxta illud Ouid.

Regia, crede mihi, res eſt ſuccurrere lapſis.

Regum profecto eſt, omnibus prodeſſe, nulli nocere: quod in beluis clare monſtratur: Quoniam ſic viuunt apes, quod rege miſſo, totum dilabitur examen. Et cum ſint animalia iracundiſſima, ac pro corporis captu pugnaciſſima, quæ aculeos in vulnere relinquunt: Rex tamen apum aculeo caret, aut ſaltem eo non vtitur, teſte Plinio, *lib. 9. cap. 16*. Nec voluit illum natura ſæuum eſſe, à quo telum detraxit, ſed maieſtate armatum: quod Regibus & Principibus dignum exemplum eſt, vt & ipſi ab exiguis animalibus diſcant turbas populorum, ſine aculeo ſeueritatis in debitum finem dirigere, & tunc velut aurea lilia, aureæ veræ charitatis erunt radiantes.

Quinto, vt ait idem G. Benedict. poſt Io. Lud. Viualdum, Aurum ſub malleo non reſiſtit, vt ferrum: nec frangitur, vt vas terreum: nec reſonat, vt cymbalum: ſed ſi malleo percutiatur, cedit, & in omnem partem dilatatur. Et ſic *in lib. de rer. natura* dicitur, licet aurum ſit gratioſiſſimum ſuper omnia metalla, nihilominus eſt maxime ductibile, & tractabile. Ex quo plura documenta Regi Chriſtianiſ-

ſtianiſſ. oſtendunt, patientiæ, hilaritatis, conſtantiæ & fortitudinis, quæ debent vigere in principe, vt hic ante de pluribus huiuſmodi qualitatibus dictum eſt.

Sexto; quia verum aurum diutius, & durabilius in ſua operatione permanet, quam aurum ſophiſticatum, teſte beato Tho. Quoniam aurum ſophiſticatum non habet aliquas virtutes, de quibus hic ante: vt dicit Arnal. de Villanoua *in loco ſupra alleg.* & vt ait G. Bened. Aurum cunctis corporibus nobilius eſt, rex eorũ ac dominus. Quia nec terra, nec aqua, nec aere, nec igne corrumpitur, aut minuitur, ſed ignis rectificat illud, & humectat, nec id comburunt ſulphura, quæ alia comburunt corpora. Natura quippe eius, & complexio recta eſt. Ita quod in eo non eſt additio, neq; diminutio. Et iterum: Aurum in igne poſitum, non comburitur, ſed probatur & purgatur. Nec aurum rubigo vlla, nec ærugo, eius bonitatem conſumit, ponduſue minuit. Ex cuius auri proprietate animari debet Rex Chriſtianus ad perſeuerantiam diuinæ legis. Quia hæc virtus ſola, ſcilicet, perſeuerantia, meretur coronam, eſtq; vnica æterni Regis filia, ac cunctarum virtutum finis, ſine qua Deum nemo videbit. Natura enim (teſte Val. *lib. 3. tit. de conſtantia. in prin.*) ſic comparatum eſt, vt quiſquis ſe aliquid ordine ac recte mente complexum confidit, vel iam geſtum, ſi obtrectetur, acriter tueatur, vel nondum editum ſi interpelletur, ſine vlla cunctatione ad effectum perducat, profecto in vanum bonum agitur, ſecundum Greg. *in moralibus*, ſi ante vitæ terminum deſeratur. Et fruſtra velociter currit, qui priuſquam ad metas venerit, deficit: vt reperitur *in c. in caſſum de pœn. diſt.* 3. Tolle perſeuerantiam ait Bern. nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo: Deniq; non qui inceperit, ſed qui vſq; in finem perſeuerauerit, hic ſaluus erit: vt habetur *Matth.* 10. & 24. & recitatur *in c. non reuertebantur. c. notandum. & c. Apoſt. de pœn. diſt.* 2. Quemadmodum inclyti Francorum Reges Cath. nunquam in fide defecerunt, vnde Chriſtianiſſimi nuncupantur.

Septimo; Verum aurum cæteris metallis eſt pretioſius, virtutem habens conſeruatiuam, nec vnquam putreſcit, ſed putrida reſoluit, & corrigit adeo, quod ſecundum Auicennam, cauterium melius, & velocius ſanabile, quod fit ex auro, nec vulnus ex auro factum corrumpitur in tumores; Imo vſturæ factæ ex aureo inſtrumento, meliores ſunt, quam ex alio metallo; quia non cauterizantur, nec eriſipilantur. At dicit Arnal. de Villenoua *in dict. tract. de vino, cap. incip. vinum extinctionis, &c.* Quod ſciſſura, facta cum eo, non tumeſcit, & propter ſuam perennitatem eſt quaſi ſtella cœli; quoniam ipſum eſt impaſſabile. Et, vt ibi ait, aurum eſt res arcana perfectiſſima, temperamento æquali compoſitum, mirabili proportione elementarium virtutum, cui de compoſitis non eſt ſimile, & iuuentutem conſeruat, & virtutes mineralium perſeuerare facit in earum operationibus. Et multi modernorum (*eodem teſte*) de nobilioribus, maxime Prælatis, faciunt bullire petias auri in coquina eorum. Et alii recipiunt in pannellis, cum electuariis, & alii in limatura, ſicut in confectione, quæ dicitur diacameron, in quam intrat vtraque auri ſcilicet, & argenti limatura. Et quidam vtuntur tenendo fruſtum auri in ore, & ſaliuam deglutiendo. Et quidem alii conuertunt in aquam potabilem, & faciunt aurum potabile, & ſufficit modica quantitas in vice, & in anno, & eſt conſeruatiuum ſanitatis, & prolongatiuum vitæ. Et ex hac dignitate auri incitatur Rex Chriſtianiſſ. ad veram humilitatem, quæ virtus eſt aurea, ceterarum virtutum conſeruatiua, teſte Hieronym. *in Epiſt. ad Celantiam*, vbi, *humilitas*, inquit, *eſt præcipua conſeruatrix, & quaſi quidam cuſtos virtutũ omnium.* Nihilq; ita eſt, quod nos homines gratos eſſe Deo faciat, quam ſi vitæ merito magni humilitate infimi ſimus. Et Iſido. *lib. 3. cap.* 49. Qui recte vtitur regni poteſtate, ita ſe præſtare omnibus debet, vt quanto magis honoris celſitudine claret, tanto ſemetipſum mente humiliet: Quoniam fundamentum gloriæ eſt humilitas, *vt in prima parte, in* 52. *conſiderat.* ſcripſi. Et hoc patet exem-

Digitized by Google

exemplo Dauid, qui de ſuis meritis non tumuit, ſed humiliter ſe deiiciens dicit: *Vilis incedam, & vilior apparebo ante Deum.*

Octauo & vltimo, aureis liliis ideo decoratur ſcutum Regis Franciæ; quia verum aurum fiſtulas & hæmorrhoidas ſanat, vlcera putrida, & tetri odoris emendat, corporique humano maxime congruit. Ita, quod in cibo ſumptum, iuuat multum, ac vinum, in quo extinctæ fuerunt laminæ aureæ candentes, ſplenecticos iuuat, vt hic ante dixi ex dictis Arnal. de Villanoua. Hæc profecto virtus medicinalis auri prouocat regem Chriſtianiſſ. ad iuſtitiæ amplexum, quæ virtus ſola magna eſt, & mater omnium, quos magnos facit. Eſt enim iuſtitia virtus confortatiua, & corroboratiua, quæ ſui ſpendore Reges, & regias ſedes magnificat. Quibus dictum eſt, *Sapien.1. Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.* Vnde Hieron. inquit: *Iuſtitia, quaſi aurea virtus, curatiua eſt morbidarum agritudinum: quia puniendo tollit ſcelera, & peccata, atque putridas carnes, & ſcabroſas curando abradit.* Et quomodo ex iuſtitia Principes laudantur, dixi hic ante *in quinta conſider.* Faciunt quæ dicit G. Benedict. *in loco hic ante dicto:* vbi ait, quod Rex Francorum de ſeipſo & aliis, ita fecit, & dilexit ſuper iuſtitiam, & odit iniquitatem, vnxit eum Deus oleo lætitiæ, præ conſortibus ſuis. Ad quorum differentiam nomen Chriſtianiſſimum adeptus: Ita, quod propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, deduxit eum mirabiliter dextra ſua. Cuius ſedes in ſeculum ſeculi virga directionis, virga regni ſui, *Pſalm.44.* dixi *in antedicta conſid.*

Tertio, principaliter in ſcuto Francorum Regum aurea lilia in ternario numero, & nō maiori, nec minori figurantur. Habet enim hic numerus rationem totalitatis: puta principium, medium & finem. Nam ſecundum Chronicas etiam gentiles in eorum cultu diuino vtebātur numero ternario, ad ſacrificationes Deorum, *vt habetur lib.1. de cœlo & mundo.* ſuper quo B. Thom. in commentar. *Sicut* (inquit) *natura perficit omnia in ternario numero, ita gentiles, qui diuinum instituerunt cultum, volentes Deo tribuere omne, quod perfectum eſt, attribuunt ei ternarium numerum, in ſacrificiis & laudibus ipſorum.* Legimus præterea in ſcripturis ſanctis, Numerum ternarium, multipliciter conſecratum, eo quod opera mirabiliora Dei in eo facta & ordinata ſunt. Vnde, ſi myſterio trium liliorum Regis Chriſtianiſſ. explorare quis conetur; tanto magis exuberabit ratio diſſerendi, quanto plura myſteria in ternario numero eluceſcunt.

In primis ergo redolentia lilia, quæ in ſcuto Regis figurantur, odoramenta catholicæ fidei in beatiſſima trinitate afferunt, ſcilicet, quod patri in diuinis attribuitur potentia, filio ſapientia, & ſpiritui ſancto clementia. Quæ tria attributa, ſicut ſanctiſſimam trinitatem ornant; ita regiam maieſtatem magnificant. Quæ ſacratiſſimæ trinitati debet pro viribus conformari, ſcilicet, vt ſit rex primo clatus potentia patris, ad tyrannos debellandum, & barbaras gentes ac Turcorum perfidiam extinguendum. Secundo, conuenit, vt ornatus exiſtat ſapientia filii, in diſcutiendis rerum cauſis. Tertio, quod ſit clementia plenus, quæ quanto in eo maior fuerit, tanto in conſpectu Dei, & hominum mirabilior & gratior apparebit.

Secundo, vt ait G. Benedict. principaliter tria lilia, quæ in ſcuto Regis figurantur, tres ſubſtantias in perſona Chriſti denotant. Sicut enim in diuinis eſt trinitas perſonarum, in eſſentiæ vnitate: Ita in Chriſti perſona eſt trinitas eſſentiarum ſeu naturarum in vnitate perſonæ, deitas, ſcilicet, anima, & caro: & ſicut in diuinis per diuerſas perſonas non diſtinguitur eſſentia: ſic in Chriſto per diuerſas naturas non diſtinguitur perſona. Pariter tria lilia, tres Chriſti natiuitates oſtendunt. Prima dicitur, quia æternaliter naſcitur ex patre; ſecunda, quia naſcitur temporaliter ex matre; tertia, quia in mente naſcitur ſpiritualiter, licet iſta bene conueniant Chriſto; tamen nihil faciunt ad propoſitum, ad denotandum aliquid in rege ex eius natiuitate. Sed dici poſſet, quod ſicut hæc trinitas eſſentiarum eſt in Chriſto; ita trinitas præceptorum iuris, debet eſſe in Principe, pro iuſtitiæ admini-

Digitized by Google

adminiſtratione,& complemento,prout tria iuris ſunt præcepta, ſcilicet honeſte viuere, alterum non lædere, & ius ſuum vnicuique tribuere. Quæ omnia debent eſſe in Principe,de quibus *in vlt.part.in 36.conſi.*dixi. Aut aliter,per illa tria lilia,ſignificatur, ſcilicet per medium,fides Chriſtiana, per dextrum, clericatus,& per ſiniſtrum,militia.

Tertio, tria lilia, tres potentias animæ rationalis, quæ ad imaginem Dei creata eſt, *l.ſi quis metallum. C. de pœnis.* patenter oſtendunt. Nam ſicut Deus eſt vnus in eſſentia, & Trinus in perſonis: Sic etiam anima rationalis eſt vna in eſſentia,& trina in potentia. Quia habet in ſe memoriam, intellectum & volũtatem. Memoria quidẽ repræſentat patrem, intelligẽtia filium, & voluntas Spiritum ſanctum. Sed hæc in nihilo adaptari poſſunt armis Regis, ſed attribui deberent tribus modis regendi Rempub. qui debent eſſe in Rege noſtro, vt vere ſunt in ipſo & in eius regno: de quibus infra *in vlt.par.in 55.conſid.*ſcripſi,& quis illorum ſit excellentior.

Quarto,tria lilia in ſcuto Regis poſita,tres angelorum hierarchias ſignificant, in quarũ ſingulis tres ordines inueniuntur: de quibus ante *in 3.part.*& per Iſido. *lib. 7.Etymo.c.5.& in lib.de ſum.bono,cap.12.*

Quinto, tria lilia in ſcuto Regis depicta, tres virtutes Theologales,fidẽ ſcilicet,ſpem, & charitatem ſignificant, quæ tres virtutes debent eſſe in Principe. & aliæ virtutes ex his denotantur in Principe:de quibus per G. Bened.*in loco ſuo ſupra ſæpe allegat.*

Sexto,vt dicit,tria lilia in ipſo ſcuto Regis ordinata, ad tria opera veræ pœnitentiæ nos ire compellunt, videlicet, ad contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem ; ſed cum parum quadrent,non inſiſto.

Septimo, vt ait Benedict.tria lilia Regem Chriſtianiſſ.ad tria ſalutifera concilia,in quibus conſiſtit omnis perfectio Chriſtianæ religionis excitant,vt ibi per eum.

Octauo, tria lilia in ſcuto Regis diuinitus ordinata, tres denotant vnitates, quæ neceſſario requiruntur ad conſeruandam veræ Chriſtianæ religionis dignitatem : de quibus Apoſt.*ad Ephеſ.*4. Vnus Dominus,vna fides,vnum Baptiſma. Hæc tria ſunt,quæ verum perhibent teſtimonium de excellentia fidei Catholicæ,vnde ſunt laudabilia omnia Catholicæ fidei opera, quæ Rex explere debet, pro ſuæ dignitatis ac totius religionis Chriſtianorum ſalute, nullum maius, nullũ honorabilius,nullum denique gratius, Deo offerri poteſt,quam Barbaras gentes,& Turcorum perfidiam,cęterosq; populos,qui falſos ritus ac Deos colunt alienos, expurgare, atque in frena ſubmittere, ſub Chriſti fide, prout talia ſancta exercitia apud Francorum Reges ſemper floruerunt. Ex hoc ternario numero ampliſſime laudantur inſignia Regis Franciæ per Ioannem Ludou. Viualdum *in traduct.de triumphis ac laude trium liliorũ Franciæ.* vbi laudat numerum ternarium in pluribus,& aliquid ſcripſi infra *in vltim.part.in 37. conſideratione.*

Quarto, principaliter & vltimo, lilia aurea ponuntur in ſcuto regis Chriſtianiſſ. ſapphirino,id eſt,colore ſapphiri (qui ſimilis eſt ſereno cœlo)cõuenientiſſime depicta, multiplici ratione.

Primo ; quia cum rex ſit Paranymphus Eccleſiæ Chriſti,cuius officium eſt & ſemper fuit à tempore Clodouei I. inter Francorum reges Chriſtiani adaugere cultum diuinum, ac gloriam Chriſtianæ religionis extollere & magnificare : decentiſſimum fuit inſignia maieſtatis ſuę ſereno cœlo ſimilia fore,vt ſicut ipſe Chriſtus(qui eſt rex Regum & dominus dominantium. *Apoc.* 19. quodammodo pro ſcuto habet cœlũ ſidereũ miro ac vario aſtrorum fulgore decoratũ, ſic rex Francorũ Chriſtianiſſ. pro gloria Chriſti ſcutum gerit nobiliſſimum, in quo aurea lilia colore ſapphiri,quaſi aſtra in ſereno cœlo affixa, fulgere videntur,vt etiam ex cœli altitudine intelligatur, quanta ſit ſuæ dignitatis ſublimitas, tãta eſt autẽ altitudo cœli, quod à mortali homine,non poteſt menſurari, vt habetur *Eccle.* 1. Altitudinem terræ & profundum abyſſi, quis dimẽſus eſt? quaſi dicat,nullus. Et ideo ſicut cœlum ſituatũ eſt in loco eminentiori, atque inter omnia corpora, altius eleuatum,

Digitized by Google

Ita etiam, vt habetur, *Eſa.* 54. promiſſum eſt illi, quod eſſet fundatus in ſapphiris, tanquam pater Chriſtianitatis. Cum etiam idem Propheta, vbi ſupra loquẽs in perſona Chriſti dixerit: *Ecce, ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris*, hoc eſt, te Chriſtum, & Eccleſiam tuam, & filios tuos, & Eccleſiæ tuæ protectores, prout eſt inter alios Rex Chriſtianiſſ. qui tanquam filius Chriſti, & pater Chriſtianitatis, habet arma ſua fundata in ſapphiris. Sic rex Chriſtianiſſimus inter omnes ſeculi huius reges Chriſtianæ religionis, dignitate, potentia, diuitiis ac nobilitate eſt ſublimior, atque admirabilior, & ad ſuſtinendam Eccleſiam potentior, & pronior.

Secundo, vt inquit G. Benedict. Campus ſcuti regni nedum cœlo, ſed etiam ſapphiro lapidi in colore aſſimilatur rationib. ſequen. Quia ſapphirus colore videtur trahere Regem ad cœleſtia deſideria, per rectam fidem, cum nihil ſit, quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe. Nam dicit Greg. *lib.* 18. *mortal. cap.* 8. Sapphirum tenere ſimilitudinem coloris aerei, per quod deſignat appetitum languentis animæ tendentis ad cœleſtia. Vnde dicit Heſimandus; quia Sapphirus cœlo ſereno ſimilis eſt, caſte portari vult, gemmaque gemmarum, & lapis ſanctus dicitur. Ideo *in lib. de Natura rerum*, dicitur: Qui ſapphirum portat expedit, vt ſummo ſtudio caſtitatem ſeruet: quoniam hic lapis tãto dicitur precioſior & melior, quanto colori cœleſti eſt ſimilior. Sic Rex Chriſtianiſſ. tanto magis erit Deo & Angelis gratior & charior, quanto magis in contemplatione rerum diuinarum fuerit ſublimior. Et ſic; quantumcunque excellat in dignitate, potentia, diuitiis, vel abundantia temporalium, nihilominus fœlicitate proſperarum rerum huius ſeculi, non debet corrumpi, aut deprauari, ſed magis ac magis oculos mentis conuertere ad altiora deſideria, ad veros honores, ad ſecuras diuitias, ad cœleſtes theſauros, ad delectationes æternas: ex quo infert ibi G. Bened. quod rex ſuam regiam dignitatem in Chriſto rege, quem in ſpeculo limpidiſſimo contemplari debet, vt quod in ſe prauum deprehenderit, corrigat, quod rectum, teneat, quod deforme, componat, quod pulchrum, ſeruet, quod ſanum, excolat, quod infirmum, aſſidua meditatione corroboret, præcepta diuinæ legis efficaciter impleat, & quid ſibi cauẽdum, quidve ſectandum ſit, agnoſcat. Decens quippe eſt, vt rex ſe totum in vita & moribus componat: Quia, quanto mirabilius præ cunctis regibus vniuerſi orbis excedit honoris dignitate: Ita cõuenit, vt cæteros tranſcendat mentis ſublimitate, & totus ſidereus fulgeat maieſtate, & ſubdit ibi G. Bened. pulchra notatu digna de excellentia ſapphiri, de qua infra *in vlt. part. in* 90. *conſid.* dixi.

Tertio, tria lilia in campo ſapphirino, aurea depinguntur. Quia ſapphirus, animum hominis pium & deuotum efficit ad Deum, atque in bonis firmat, & pacem conciliat; Ita vt inter omnes lapides precioſos dicitur lapis ſanctus; quia ad ſanctitatem, & deuotionem hominem diſponit. Ob id legitur, *Exod.* 28. *&* 29. Quod Moyſes ad præceptum Domini veſtem ſanctam fecit Aaron ſummo ſacerdoti in gloriam & decorem, in qua inter diuerſos lapides precioſos ſapphirus connumeratur. Sic Ieremias *Threnor.* 4. Deſtructionem Ieruſalem, ruinam templi, & ſacerdotum recogitans, eorum pulchritudinem aſſimilauit ſapphiro, dicens: *Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores.* Conuenit itaq; vt maieſtas regia ſit tota ſiderea, & ſapphirina per reuerentiam & beneuolentiam ad omnia, quæ diuinum cultum concernunt, vt, ſicut in dignitate & potentia cæteris eſt eminentior, ita expedit, vt in amore rerum diuinarum, ſit amicabilior, & conformior, ſicut eius fuerunt prædeceſſores, hæc Benedicti vbi ſupra.

Quarto, Sapphirus ſecundum Arnal. corpus humanum vegetat, ac membra integra conſeruat, curat dolorem frontis, & ſudorem reſtringit, corpora præbet integra, bonique coloris, torſiones ventris tollit, & omnia vlcera cum lacte ſanat. Præterea *in lib. de natu-*

de natura rerum, & de ortu ſanitatis, dicitur, *in tract. de lapidib. cap.* 109. quod ſapphirus morbum illum horribilem, *noli me tangere*, appellatum, fugat. Ex quo inſtruitur Rex Chriſtianiſſ. vt vigilans ſit, & ſolicitus, ad corpus myſticum, id eſt, Eccleſiam, protegendum. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, quæ ſecundum Apoſt. *ad Romanos* 12. non eundem actum habent; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto; huius autem corporis membra tenetur Rex vegetare, ac cuſtodire, ne à lupis voracibus dilacerentur, & ne morbida ægritudine putreſcant, ac pauperibus beneficia, ſuffragia, ac eleemoſynas largiri, quibus recreatur, tanquam membra corpus conſeruat & recreat. Sic conuenit, vt Rex, qui tria lilia in ſapphiri colore extendit, membra corporis myſtici dirigat & cuſtodiat, ne deuios ſequantur effectus. Hoc etiam Benedictus.

Quinto (vt idem ait) Sapphirus eſt gemma precioſa ſereno cœlo ſimilis, quæ percuſſa à radiis ſolaribus ardentem emittit fulgorem. Præterea dicit Iſido. *lib. Etymolog.* 16. *cap.* 9. quod ſapphirus pulueres habet aut eos ſparſos. Ex quo hortatur regia maieſtas, vt ſolicita ſit gratias Deo reddere in tanto cumulo beneficiorum: quia, quanto plura à ſole iuſtitiæ Chriſto ſuſcepit beneficia; tanto magis ardentia deſideria refundere debet in Chriſtum, à quo procedunt. Et è conuerſo, tanto grauius de ingratitudine iudicabitur omnis homo; quanto magis multiplicatis beneficiis, ingratus probabitur extitiſſe, iuxta illud Chryſoſt. *Quanto maiora beneficia ſunt hominibus conſtituta; tanto grauiora peccantibus parantur iudicia.*

Sexto, Sapphirus eſt gemma valde delectabilis, læta, & pulchra. vnde Lapidarius ait:

Sapphiri ſpecies digitis aptiſſima regum,
Egregia & fulgens, puroque ſimillima cœlo,
Vilior eſt nullo virtutibus atque decore.
Hic & Syrtites lapis eſt pleriſque vocatus,
Qui circa Syrtes Lybicis permixtus arenis,
Fluctibus expulſus feruente freto reperitur.
Ille ſed optimus eſt, quem tellus Medica gignit.
Qui tamen aſſeritur nunquã tranſmittere viſum,
Quæ natura parens tanto ditauit honore,
Vt ſacra & merito gemmarum gemma vocetur.
Et qui portat eum, non vlla fraude necatur.
Inuidiam ſuperat, nullo terrore mouetur.
Hic lapis, vt perhibent, educit carcere vinctos:
Obſtructaſque fores, ac vincula tacta reſoluit.
Fertur & ad pacem bonus eſſe conciliandam.

Ex quo inſtruitur Rex Chriſtianiſſimus vt delectabiliter, & cum gaudio, pulchritudinem ac decentiam Chriſtianæ religionis conſeruare velit. Quod & faciunt Reges noſtri, & qui in cunctis locis habent iudices ad punienda peccata, maxime blaſphemias, quod & facere debent, alias non dicentur veri reges. vt ſcribit G. Benedicti *in loco ſæpe allegato.*

Septimo, in colore Sapphiri extenduntur aurea lilia; quia Sapphirus ſuo valore & precio vires acuit Regis Chriſtianiſſimi ad cogitandum ſumptuoſitatem cœleſtium ædificiorum. Nam, teſte Iſidor. vbi ſupra, Sapphirus inter gemmas purpureas computatur, habet pariter exceſſum valoris inter lapides precioſos, ob quod ſanctiſſimus Tobias ſpiritu eleuatus videns excellentiã cœleſtis patriæ dicit, portas eius eſſe ex ſapphiro cõſtructas: vt ſcribitur *Tobiæ* 13. Pariter Ioan. *Apocal.* 21. ait, fundamenta muri ſupernæ ciuitatis eſſe ex lapidibus precioſis, inter quos ſapphirus erat ſecundum fundamentum. Ex quo inſtruitur Rex totus ſapphireus, vt omnino inclinetur, & ſit memor cœleſtis patriæ, & excellentiſſimorum ædificiorum ſupernæ ciuitatis, & ſanctæ Ieruſalem, de qua ſcriptum eſt per Prophetam, *Pſalm.* 86. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Et ſequitur: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.

Octauo & vltimo, ſcutum Regis Chriſtianiſſ. in ſapphiri colore figuratur, Quia ſapphirus ſua ſignificatione eum incitat ad cogitandum nõ tãtum ædificia ſupernæ ciuitatis, ſed etiam præeminentiam gloriæ æternæ. Nec ſolum ſapphirus ſignificat gloriam æternam, verum ſuo colore animum hominis ad cœleſtia gaudia inclinat. Ratio eſt (teſte eodem G. Benedicti,) Quia cum omne ſimile naturaliter appetat ſuum ſimile, & ſapphirus

inter omnes gemmas ſimilis ſit ſereno cœlo: vnde Rex ſapphiro non conueniret, niſi ad cœleſtia inclinaret, ac ſuperna appeteret. Sapphirus etiam in ſacra ſcriptura æternam gloriam ſignificare videtur: vt habetur *Exod.* 24. vbi Moyſes, Aaron, Nadab, Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael, Deum viderunt, ſub cuius pedibus erat quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt. Pariter *Ezech.* 10. *cap.* legitur, quod ſpecies gloriæ Domi. ſuper Cherubin erat quaſi lapidis ſapphiri: Quæ verba, quomodo intelligantur, ſcribit in dicto loco G. Bened.

Ex quibus tantum concludit: Inſignia Regum Franciæ eſſe excellentiora aliis, cum in eis ſunt duo colores nobiliores, Aureus, ſcilicet & Azureus: De quibus dixi ante *in 1. part. in 54. & 55. concluſ.* 38. Et de laude Sapphiri aliquid ſcripſi infra *vltim. part. in 92. conſideratio.*

Non mirum ergo, ſi Reges Franciæ plura priuilegia habeant vltra alios Reges, de quibus ante dixi: & quæ etiam ſcribit Iacob. Bonaudi *in ſuo panegyrico poſito poſt tracta. Iohan. de Terra rubea*, contra rebelles ſuorum Regum.

Trigeſimaſecunda conſideratio. Quilibet Rex ſeu Princeps in ſuo regno in culmine ſedere debet, cum Princeps ſit regni dominus *l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact.* & regale culmen appellatur *l. bene à Zenone. Cod. de quadri. præſcript. c. Principes ſeculi. 23. quæſtio. 5.* & culmen appellatur locus altus ſuper omnes gentes ad curiam ſuam conuocatus, regnum & terras repræſentantes. & dicitur præcipuũ, *l. pen. ibi; Vt enim imperialis fortuna omnes ſupereminet alias; ita oportet Principales liberalitates culmen habere præcipuum. C. de bon. quæ lib.* Vel Principale dicitur. *l. 3. §. ſin autem. Cod. de iure domi. impetr.* quod dicitur cathedra exiſtens in altiori loco; ſicut ædificia domus dicuntur culmina, quod culmis teguntur: & in dicto culmine, id eſt, altitudine, ſedet Rex ſupra cathedram, quæ eſt alta vel excelſa ſedes, ſecundum gloſſ. *in clem. dudum de ſepult.* Vel in ſolio ſedere debet, hoc eſt armario ex vno ligno facto, in quo Reges ob corporis ſui tutelam ſedebant, *extra de elect. c. quorundã. in princ.* *& ibi per Arch.* Et dicitur thronus Græce, quod Latini ſolium dicũt. De quo habetur *Gen.* 41. *ibi: Vno enim ſolio regis te præcedam.* Et eſt etiam ſedes Romani Pont. tanquam excelſa. *c. fundamenta. §. ne autem. in fin. de elect. in 6.* & gloſſa *in dict. clemen. dudum.* facit differentiam inter ſolium, cathedram & tribunal. & ponit hunc verſum:

Rex ſolium, doctor cathedram, iudexque tribunal
Poſſidet, ac ſedem præſul prætorq; curule.

Et iſta ſedes dicitur ſedes honoris & iuſtitiæ: de qua *in c. multi. 40. diſtinct.* Et rex & dominus præexcellẽs in ſolio alto ſuper omnes Principes ſedere debet: cum ſcriptum ſit *Prouerb.* 20. Rex, qui ſedet in ſolio iudicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo. & *1. Reg. 2. ibi: Et ſolium gloriæ teneat.* & 3. *Reg.* 1. Viuat Rex Salomon, & ſedebit ſuper ſolium. & *Eſa.* 9. Super ſolium Dauid, & ſuper regnum Principis terræ, ſurrexerunt de ſolio. Et *Iob.* 36. & Reges in ſolio collocat in perpetuum, & illic eriguntur. & in pleriſque aliis locis probari poſſet. & habetur 1. *Reg.* 10. vbi de Saule Rege loquitur: Stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerſo populo ab humero & ſurſum. Et Princeps dicitur quaſi primum locum capiens, ſecundum gloſſam *in c. fundamenta. §. proinde. de elect. lib. 6.* & Lucas de Penna *in rubr. C. de Princip. agent. in reb. lib. 12.* vbi ample ponit, quis proprie ſit Princeps.

Et vt deueniamus ad practicam & ordinem conſuetum ſedendi, qui multum attendendus eſt in hoc, cum conſuetudo in hoc multum attendatur. Bald. *in cap. 1. §. Marchio. in tit. qui feud. dare poſſ.* vidẽdum eſt, quod ſunt aliquæ congregationes in Francia quæ fiunt ordinarie, vt eſt coronatio regis, & in iſta coronatione eſt datus certus ordo, quo ad illos, qui intereſſe debent in ipſa coronatione, qui eſt talis, videlicet quod duodecim pares Frãciæ præcedunt omnes alios Principes regni: de quibus infra 43. *conſiderat.* licet videatur de primogenito Regis, quod omnes quoſcunq; præcedere debeat; quod intelligerem eſſe verum in aliis actibus, quam in coronatione: Quoniam eſt dubiũ, quod tunc non habeatur pro primogenito regni, tanquam natus antequam

Digitized by Google

antequam eſſet Rex. De eo etiam dicam infra *in* 41.*conſiderat.* & de aliis, quos ponam infra in ſuo ordine, ſecundum quod debent ſedere in dicta conuocatione, faciendo diſtinctionem, ſuis locis de aliis congregationibus extra illam, in quibus ſeruandus eſt alius ordo, prout infra dicetur.

TRigeſimatertia conſideratio erit proſequendo materiam & non excedendo terminos honoris Regis, cum ab eo procedant omnes dignitates temporales. vt not. Bart.& Ioan.de Pla. *in l.1.de dig.lib.*12.*C.* idem Ioannes de Pla. *in l.1.in fin.C.de ſiletiariis.lib.*12. Alua.*in c.1.in princ.de feudo Marchiæ.* qui allegat text.*in l.ſacrileg.C.de diuerſ.reſcript.* Merito debet illis præeſſe, & ab illis honorari: Imo ꝙ plus eſt adorari, non tamen adoratione, quæ Deo debetur, ſed Regia ſubiectione debet ſalutari, vt probat tex. *in l.1.C.de ſilen.lib.*12.*ibi: Vt tam in adoranda noſtra ſerenitate.* & ibi gloſſ. quam ſequitur Ioan. de Plat. *in l. primicerium. C.de fabric.lib.*10.& Luc.de Pen.*in l.euict.per illum text.C.de curſu publ.lib.*12. vbi dicit, quod ipſe mereretur venerari, adorari, coli, ſibi ſupplicari, & gratiarum impendi munera, facit text.*in l.ſi quis ſeruum.ibi; noſtram purpuram adorantes.C.qui milit.non poſſ.lib.*12.& ideo dicit Io. de Plat.*in d.l.* 1. *C.de ſilentiar.eod.lib.* quod nullus debet genuflecti coram alio, quam coram Principe vel maieſtate Regia. Et ideo errat quidam Car. Dehyer Anglus, qui tanta elatione vtitur, quod ſuos domeſticos & famulos patitur talia, aut, quod deterius, cogit eidem miniſtrando etiam in cibariis deferendis, & aliis actibus domeſticis & familiaribus; imo etiam nobiles patriæ genuflecti, prout communiter dicitur. quod ridiculoſum dici debet, cũ non ſit nec Papa, nec Rex: Imo quod plus eſt (vt communiter fertur) non eſt nobilis origine, ex quo deberet contentari honore ſibi debito, non aſſumere honorem debitum regibus ſecularibus, Imperatori, aut Papæ.

Et vt dicit idem de Platea, tantus honor debetur Papæ, quod in pede oſculatur, vt dicit gl.*in l.1.C.de domeſt.lib.*12. & ibi dicit, quod etiã Imperator oſculatur in pede, ſicut Papa.

Imo etiam, quod plus eſt, quilibet nõ admittitur ad ſalutandum Principem, vt dicit gloſſ.*in l.1.C.de veteranis.*& Ioan.de Plat.*in d.l.* 1.*Cod. de ſilen. & in l.* 1. *Cod. de domeſt. & protect. lib.*12.

Et coram eo eſt eundum, & illi eſt obuiam eundum, cum barba tonſa & veſte pulcherrima, prout habetur 2.*Regum* 9.*cap.* Illique eſt honor deferendus in introitu ciuitatis, in ſalutatione, quæ non debet fieri ſine munere, ad inſtar Regis Parthorum, qui ſalutari non poterat ſine munere, vt refert Petr. Candidus *in proœm. Appiani Alexandr. in principio de bellis.*

Imo etiam reuerentia debetur Principi, per quoſlibet viros Eccleſiaſt. vt dicit text. *in c.Rex.*23.*quæſt.*5.*& c.ſi apud.*pro quo 1.*Pet.*2.vbi dicitur, Regem honorificate.

TRigeſimaquarta conſideratio. Principi obtemperandum eſt, cum generale ſit pactũ ſocietatis humanæ obtemperare Principibus, quæ contra mores. 8.*diſtin. in ſua ſum.* 44.*diſtinct. c.quid culpatur.* 23.*quæſtio.*1. & dicit Hieron. Principibus, & Poteſtatibus fidem & reuerentiam ſeruari oportet, quam qui nõ exhibuerit, ad Deum præmia habere non poterit.22.*quæſt.*5.*c. Reg. c. ſicut apud Card.* facit quod not.*in l.fin.C.de exact.tribut.lib.*10. Et dicit Apoſt.*ad Tit.*4. Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe. & *ad Roman.*12. Omnis creatura Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, qui autem reſiſtit Poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Facit quod habetur vbi dicit textus: *O viri num precellunt homines, qui terram & mare obtinet, & omnia quæ in eis ſunt? Rex autem ſuper omnia precellit, & dominatur eorum, & omne quodcunque dixerit illis, faciunt.* Et ſequitur: *Et omnis plebs & virtutes eum audiant.* Imo etiam ſacerdotes primi & ſecundi ordinis eidem obediunt, cum eis præcipere poteſt Princeps, vt habetur 4.*Reg.*23. *ibi; Et precepit Rex Elchiæ Pontifici & ſacerdotibus ſecundi ordinis.* Imo Principes ſacerdotes conſtituebant iure diuino, prout habetur Exod.28. de Moyſe Hebræorum Duce, qui conſtituit Aaron fratrem ſuum ſacerdotem: & de Iuda

Digitized by Google

Macchab. Duce, qui elegit ſacerdotes, qui purgarēt ſancta, 1.*Macchab*.4.Immo prælatus electus& cōfirmatus nō poteſt adminiſtrare, donec perlectis. 63.*diſt.* & *in c. Abbates*.18.*quæſtio*.2.& per Compoſtell. *in c.quod ſicut. de elect. colu.antepen.verſ. Principi præſentari.* prout recitat Henricus *in c.nobis. de iure patron.* Et ita obſeruatur in Francia & in Hiſpania, vt dicit Io. Lupus *in repet. rub. de donat. inter vir.* & *vxor. in princ.in tertia prauidentia.* Princeps tamen debet honorare Epiſcopum. dixi ſupra *in* 4.*par. in* 28.*conſideratione.*

TRigeſimaquinta conſideratio. Pro Rege etiam orandum eſt, exemplò *Baruch*. 1.*cap.* qui dicit eſſe orandum pro rege Nabuchodonoſor, & Balthaſar eius filio. & maxime pro rege Franciç. Cum etiam orantes pro eo lucrentur centum & decem dies indulgentiarum.dixi ante. Imo in tantum eſt honorandus Princeps, quod pro conſeruatione ſui honoris toleratur iniquitas; & præferendus eſt honor Principis commodo publico, vt dicit Luc.de Pen. *in l.fi.in*.8.& 9.*col.C.de loc.præd.ciuit.lib*.11.& *in d.l.in* 6.*col.* ponit quædam de poteſtate eius mirabil. ex quo multum honorandus eſt.

Quæ autem ſint iura Regis, & cuiuslibet alterius ſupremi Principis eſſet hic inſerendum, vt magis cognoſceretur præeminentia illorum: ſed videri poteſt *in tit.quæ ſint regal. in vſib. feud.* & per Iacob.de ſancto Georgio *in tractat. feudor. verb. Princeps.* & de quibus plene ante *in* 24.*conſideratione.*

Quid autem dicemus de iuribus Regis? de quibus habetur, 1. *Reg.* 8. *cap.* cum dixerit Deus per vocem Samuelis populo Iura Regis, qui imperaturus eſt in eis, quod erit tale: Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum: & conſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum ſuorum: Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque veſtros & vineas & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis, ſed & ſegetes veſtras & vinearum reditus addecimabit.

Notandum eſt aliud verbum, *addecimabit*, quod eſt ibi dupliciter poſitum: quoniam ex hoc videtur, quod Rex habeat ius decimandi, & ſic, quod etiam non videntur peccare Nobiles Franciæ, qui dicunt ſe habere decimas infeudatas à Rege: cum ſi Rex habeat poteſtatem addecimandi; ergo etiam illas dare in feudum.

Dicemus ſolum, quod talia ibi ſpecificata non ſunt iura Regis ex diuina inſtitutione introducta, ſed magis per Prophetam pronunciata ex eorum tyrannica vſurpatione. Qui poſtquam Reges ſunt, ius iniquum conſtituunt, in tyrannidem degenerantes, ſubditos opprimentes, & ſine cauſa deprædantes, ſecundum Andream de Iſern. *in proœm. feud.* & *in titul. de Capit. qui curiam vend. in vſibus feudorum.*

Et ne tranſcendam materiam noſtram, relinquo nunc deprædationes & exactiones Principum, forte alibi dicam: ſed etiam ibi dicit, quod talia poſſunt eſſe Iura Regis ex diuina inſtitutione, quando Rex eſt in extrema neceſſitate poſitus, quod etiam non ſoſolum illa, ſed maiora faceret, & maiores actiones. Et ſolum in præſentiarum ſufficit mihi, quod G. Benedict. doct. Gallus, illa præuidit, & multum bene deſcripſit *in ſua ſolenni repet. cap. Raynutius, de teſtam. in ver. condidit, le premier.* incipiendo in medio illius vſque ad finem ampliſſime: ad quem ſemper de his eſt recurrendum.

Et etiā eſt aduertendum ad illum textum, ibi hoc verbo; *Ius regis qui imperaturus eſt in eis.* Quod quilibet Rex poteſt dici Imperator, per illum tex. *qui hoc verbo vtitur in Rege.*

Et vt ſemel finiam, à Principe, tanquam à capite in omnes inferiores honorum & Poteſtatum munera diffunduntur. 19. *diſtinct. c. ita dominus. c. fundamenta.* §.1. *de elect.* in tantum, quod lex animata in terris dicitur. tex. eſt *in Authent. de conſulib. in fi.* & *in Auth. quib. mod. natur. effic. legit.* §. *igitur licentia* gloſſ. *in l.* & *quia. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Dixi *in conſuetudinibus noſtris ducatus Burgund. in tit. des iuſtices.* §.5 *in gloſſ.*

S'il

S il n'à grace.in princip.ibi; hic eſt ergo: & ſupra in princip.52.conſider. Et quicquid ſtatuit aut ſententiam dando decreuit, pro lege ſeruatur. *§. ſed & quod Principi. Inſtitut. de iure natur. gent. & ciuil.* Ipſe enim ſicut eſt ſolus legibus ſolutus, ſolus legem concedere poteſt. *l. Princeps. ff. de legibus.* Et pro diſpenſatione habetur, quod probatur Principem voluiſſe. *c. cum noſtris. de conceſſ. præbend.* maxime, vbi ei exponitur defectus, quem videt ex expoſitione, *l. quidam conſulebat. & ibi Alexand. & alii. ff. de re iud. l. Vlp. ff. de excuſ. tut.* Et ſanctio Principis nihil habet imperfectum. *l. fina. C. qui mil. non poſſ. l. 12. l. fina. C. de his. quib. vt indign.* Nemo enim poteſt ei dicere, Cur ita facis? Bald. *in proœm. feud. in 12. colum.* Et iſto dicto ſæpius aduocati in palatiis vtuntur: quod dictum eſt Spec. *in tit. de legato. § nunc oſtendendum. verſ. 89.* per text. *in cap. quamuis. de pœnit. diſtinct. 3. ibi; quis tamen audet dicere Deo; cur huic parcis?* & gl. ibi, *in verb. Deo.* Dicit idem in Papa. & ideo idem dicendum in quolibet Principe ſupremo, cum ſit Deus in terris. Bald. *in Authen. hoc amplius. verſ. quæro, an filii Regis. C. de fideicommiſſ.* & dicit Bald. *in c. Eccleſia ſancta Maria. in princip. col. vt lite penden.* Quod cum Princeps ſit cauſa cauſarum, non eſt de eius poteſtate inquirendum, cum primæ cauſæ nulla ſit cauſa. Cum id, quod primum eſt, ante ſe aliud habere non poteſt. Hæc & plura alia vide quæ dicit domi. meus Iaſon *in l. reſcripta. in 1. colum. C. de precib. Imper. offer. & in leg. 1. ff. de conſtit. Princip.* vbi ponit quædam, quæ ſolus poteſt Princeps, ita quod Principis verbis eiuſque narrationi, ſuper rebus per ſe, vel in ſua præſentia geſtis creditur: Etiamſi ſolus teſtificetur, per *cap. cum à nobis. de teſtib.* & quod in his quoque, quæ ante principatum ſe præſente geſta ſint, locum habet gloſſ. ſingularis *in cap. 1. in verbo. ſtatuit. de renunciatio. lib. 6.* gloſſ. *in cap. Apoſtolicæ. in verbo, promiſiſſent. de re iudic. libr. 6.* Dicit enim Andre. de Iſern. *in cap. fin. in titul. quo temp. miles. in vſib. feuder.* quod late examinat ibi Præpoſ. quod Princeps in re propria teſtificari non poteſt. Nulla etiam iuris ſolennitate Princeps aſtringitur. *l. apud eum. in fin. ff. de manumiſſ.* Imo ſola præſentia Principis ſolennitates iuris ſupplet, actumque, qui defectu ſolennium nullus eſt, inſtaurat & reponit. *leg. adopt. ff. de adopt. l. 2. ff. de rebus eorum.* gloſſ. poſt text. *in Authent. vt non fiat pignoratio. collat. 5.* facit *l. ſancimus. §. exceptis cum Authent. ibi poſita. C. de donat.* Bald. *in l. omnium. C. de teſtam.* Ad hæc Princeps iudiciorum ordinem obſeruare non tenetur. Sola enim veritatis inueſtigatio coram eo fit, qua cognita diffinit etiam, ſi iudicialis ordo vel ſit peruerſus vel prorſus omiſſus: cauſæ tamen cognitio exigitur. Ita Bald. *in l. fin. Cod. de legibus.* Idem *in cap. 1. § fin. de noua forma fidelit. ad finem. in vſibus feudor.* & eſt text. *in cap. ad petitionem. in fin. de accuſat.* Et ideo illud, quod dicit Paulus de Caſtr. *in l. ſi teſtament. C. de teſtam.* quod princeps ſine cauſæ cognitione concedere poſſit, non eſt intelligendum in his, quibus litis diffinitio expectatur. Princeps etiam crimen non ſolum indulget, ſed etiam abolet. Andre. de Iſern. *in titul. quæ ſit prima cauſa. §. præterea. in vſibus feudor.* Remittit infamiam, & ad honores priſtinos omnino reſtituit. *l. 1. § deinde. le ſecond. ff. de poſtul. l. fin. Cod. de ſen. paſſis.* Remanet tamen cicatrix *arg. c. ventum. 1. q. 1. c. illud. 50. diſtin. arg. l. omnes iudices. Cod. de decur. lib. 10.* Largiendo magiſtratum, dignitatem donando. Imo & tolerando in honoribus incapacitatis maculam abſtergit, remouet impedimentum. *l. imperiales. § nam omni macula. C. de nupt. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. d. l. Quidā conſulebant. ff. de re iud.* Imo etiam princeps pœnā meritam ſola volūtate remittit. *l. 1. C. de deſert. lib. 12.* de innocentia etiam damnati ſine appellatione cognoſcit. *l. 1. in fin. ff. de quæſt.* Alia Principi reſeruata ponuntur per Bald. *in dict. leg. reſcripta. & in leg. 1. Cod. de iure aureor. annul.* & de multis caſibus & ſpecialibus Principi competentibus dixi ſupra *iſta part. 24. conſider.* vbi iam quædam ex antedictis poſuit.

TRigeſimaſexta conſideratio erit. Et licet ſubiecerit principi Deus leges, an etiam non obligetur ex contractu, ita quod Deus etiam eidem ſubiecerit contractuum vincula, qui iuris gentium ſunt, in naturalique ratione conſiſtunt: & quod eſt communis

Digitized by Google

munis omnium Iuriſperitorum doctrina, *in l. Princeps.ff.de legib.* Cyn. Bald. & Doct. *in l. digna vox. C. de legib. & in c.1. de prob.* vbi Doct. Canonici, qui ita communiter tenent. D. meus Iaſ. *in l. ſi ciuitates. in 3 colum. ff. ſi cert. petat. & in l.1. ff. de pact.* Alexan. *in conſ.101. in 2. colum. in 1. volum.* & idem Iaſ. *in l.1. ff. de conſtit. Princ. & in l. ſi teſtamentum. C. de teſtam.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum. in 21. colum. conſtit.* Barb. *in conſil.1. in 4. colum. in 1. volum.* in 43. tamen colum. dicit caſum eſſe, vbi poteſt reſilire à contractu: & etiam alium ponit Iacobinus de ſancto Georgio *in ſuo tract. feud. in prin.* videlicet, quod poſſit reuocare feudum inuito vaſallo, alleg. Bal. qui hoc nõ dicit, nec etiam hoc placet Vdalrico Zaſio *in repet. l.2. §. eodem tempore. in gloſſ. ratum eſſet. ff. de orig. iur.* vbi plura ex prædictis dicit. & ibi dicit, quod licet abſoluta poteſtate legibus non ligetur, ea tamen poteſtate abuti non debet. dixi alibi.

Trigeſimaſeptima conſideratio. Videtur, quod Rex Hiſpaniæ ſit omnibus aliis Regibus præferendus, cum plura habeat regna ſub ſe, & plures coronas: quoniam Rex eſt Aragonum, Caſtellæ, Legionis, Rex Granatæ, Rex Maioricarum, Rex Cordubæ, & etiam Catholicus dicitur, Rex Galliciæ, Rex Andeloſiæ. Et ſic dicitur habere ſeptem aut octo Regna, & ſic ſeptem coronas: ex quo videtur, quod ratione multiplicationis coronarum debeat cæteris Regibus præferri: Sicut videmus, quod ille, qui Marchio & Comes, præfertur Marchioni: cum duo vincula ſint fortiora vno. Bald. *in l. ſed milites, in princ. ff. de excuſat. tutor.* vt etiam in ſimili dicitur de doctore in vtroque iure, qui præcedit doctorem in vno tantum: ſecundum Bald. *in dicto loco:* & dicam infra *in 10. part.* & faciũt quæ ſupra dixi *in hac parte, in 27. conſider. in fin. incip. Imperator inter omnes Principes.* vbi dixi, quod magis honorandus eſt Imperator, cum tres coronas habeat, quam alii Reges, qui de per ſe non habent niſi vnam. *& in 19. conſider.* cuius initium eſt, *docet Bald.*

Et etiam qui pluribus præeſt dicitur maior, vt dixi ſupra *in 1. par. & in 4. par. in 51. conſider. ver. 8.* vbi allegat gloſſ. *in Authen. conſtitutio quæ de dignitatibus. §. generaliter.* quæ dicit, *non nobiliorem propter ſubiectos.* Et habetur Prouer. *cap. 14. in fine.* In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis.

Trigeſimaoctaua conſideratio, erit de Rege Angliæ: Eo etiam; quia eſt etiam Monarcha in ſuo regno, & ab eius ſententia non appellatur; quia præfectus eſt multorum Prælatorum ſui Regni, vt *ff. de offic. prætor. l.1. prout* Bald. *in c. cum veniſſent. 2. colum. extra, de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſeruan.* Refert & ſequitur Felin. *in cap. cauſam, quæ. in 20. colum. fin. extra, de reſcrip.* & per Ioan. Lupi *in repet. rub. de don. inter vir. & vxor.* qui licet videretur præferendus Regi Hiſpaniæ; quia vngitur, vt ſupra dictum eſt; tamen Rex Hiſpaniæ præfertur, vt ante dictum eſt. De aliis vero Regibus Chriſtianis dic eos eſſe collocandos ſecundum numerum poſitũ in Martiniana: de quo fit mentio per Alber. de Roſat. *in rub. de ſtatu homin.* & dixi ſupra *in plurib. locis.* Et de excellentia plurium regnorum vide infra *in 12. par. in conſid. 56.*

Trigeſimanona conſideratio. Quoniam mulieres radiis maritorum coruſcantur & honorantur *l. fœminæ. ff. de ſenator. in Auth. de conſulibus. §. hac itaque. collat. 4.* facit *l. fin. in princ. C. de incolis lib. 10.*

Ideo Regina Franciæ, tanquam excellens inter omnes, tanquam dilecta illi, qui paſcitur inter lilia, cæteros quoſcunq; huius Regni poſt Regem præcedere debet, cum etiam vltra quoſcunque ratione dignitatis coronam portet, quam nemo alius in regno, prẹter regem, portare aut deferre poteſt: imo Regina appellatur. *c. dilecti, de arbitris. & in ſubſcriptione. c. cum deuotiſſimum. 12. quæſt. 2.* Et eadem priuilegia, quæ habet Imperator, habet & Auguſta: vt eſt text. *in l. Princeps. ff. de legibus. & in l. cubicularios. C. de præpoſ. ſacri cubic. lib. 12.* vbi Lucas de Penna.

Et licet vxor ſedere debeat à ſiniſtris, vt habetur *Pſalm. 127.* Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Regina in hoc priuilegiatur; quia ſedere debet à dextris, vt habetur, *Pſalm. 44.* Aſtitit Regina à dextris tuis

Digitized by Google

tuis in veſtitu deaurato, &c. Et dicit text. *in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip.* quod Auguſta vtitur eadem prærogatiua, qua vtitur Imperator. facit *l. fiſcus. in fin. cum l. ſeq. ff. de iure fiſci.* & plene per Luc. de Penn. *in l. 3. Cod. de præpoſ. ſacri cubi. lib. 12.* vbi dicit, quod etiam miniſtri Auguſtæ eodem, quo & miniſtri Principis priuilegio gaudent. Auguſta tamen non gaudet omnibus priuilegiis imperialibus, ſed his, quæ nullum præiudicium parant, aut modicum, & tribuitur ei etiam priuilegium in non præſtandis vectigalibus. *l. licitatio. §. fiſcus. ff. de public.* & tribuuntur ei priuilegia, quæ conueniunt mulieri, ſed non omnia. Vnde non poteſt condere legem, & ſimilia, quæ tributa ſunt principi ſolum inſpecta eius dignitate. Et faciunt prædicta ad quæſtionem, de qua ibi per Lucam, an ſi regina lædatur, poſſit in integrum reſtitui, vt princeps. Faciunt etiam ad prædicta, quod gratiæ, quæ dantur per reginam in regno in quolibet ſuo iucundo aduentu ſunt validæ; cum habeat eadem priuilegia, quæ & rex: quod ius habet ex conſuetudine in Francia, de qua dixi *in conſuet. noſtris duca. Burgun. tit. Des iuſtices. §. 5. in gl. du Prince.*

Aduerte, quod ſi regina ſit filia Ducis aut Comitis; tamen dicitur regina propter dignitatem mariti, & ſi ſit filia Regis maioris præeminentiæ, retinet illam dignitatem, quam habet à patre. Iacob. Rebuffi & alii *in l. 1. C. de dign. lib. 12.* vide ſupra *in 2. part. in 4. conſiderat.* Ex quo cum nobiliſſ. domina Claudia de Francia, regina Franciæ, ſit filia Regis Ludouici XII. & nunc vxor Chriſtianiſſ. Regis Franciſci primi, debet præcedere dominam Loyſiam de Sabaudia matrem prædicti Franciſc. primi, cum tantum ex quacunque parte non ſit dicta Loyſia niſi Duciſſa, & ita vidi obſeruari hoc anno Domini 1521. in hac ciuitate Heduenſ. quoniam ſemper regina præcedebat matrem, & ponebatur in digniori & altiori loco; & eam ſequebatur mater, licet ſit maximæ autoritatis apud filium, & maioris autoritatis, quam legatur fuiſſe quandoq; aliqua mater apud filium: Imo etiam excedit autoritatem Veturiæ apud Coriolanum eius filium, de qua *infra in ſeq. conſid.*

QVadrageſima conſideratio. Mater regis videtur eſſe cunctis aliis præferenda: cum habetur 3. *Reg. 2. cap.* poſitus eſt thronus matris iuxta thronum regis. prout allegat. Ant. Flor. *in part. ſuæ ſummæ, in tit. 15. cap. 20.* vbi ponuntur gratiæ priuilegiorum beatæ Mariæ §. 15. & dicit tex. in dicto loco, quod rex Salomon fuit in occurſum matris ſuæ venientis ad eum adorauitque eam, & fecit poni thronum ad dextram ſuam: quod credo verum, ſi regina non adeſſet, quia ſi eſſet præſens, ſederet ad dextram, vt ante dictum eſt *in præcedenti conſideratione.* & ita videmus obſeruari.

Imo etiam eſt tex. *in c. 4. Eſdræ 3.* quod concubina regis ſedebat ad dextram ſuam: ſed ille textus non eſt ibi, niſi ad denotandum fortitudinem facti mulierum, & non locum eidem debitum, niſi dicatur, quod illo tempore concubinatus erat permiſſus: non aliter inſiſto.

Et dicit Spec. *in tit. de teſte. §. 3. verſic. illud quoq;*, quod licet matris non ſit eadem poteſtas, quæ eſt patris, tamen eadem eſſe debet reuerentia, honor & pietas. Et ideo habetur *Exod. 20. & Deut. 3.* Honora patrē & matrem, ſi vis longæuus eſſe ſuper terram. Filii tamen debent eſſe ſubditi matri, ſicut habetur exemplum de Chriſto, *Luc. 2.* Et erat ſubditus illis. Habemus & tertio exēplum de Coriolano, qui tantum honorauit matrem, quod Romanos & patriam liberauit precibus matris: de qua per Valeriū *in lib. 5. in rub. de pietate erga parentes.* Et de his tribus exemplis vide Bergo. de Buſtis *in 2. par. ſui Roſar. in ſerm. 20. in 1. part. littera M.* & vide *Prou. 1.* vbi dicitur: Et ne dimittas legem matris tuę, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

Cleobis & Byton fratres multum matrem honorauerunt, etiam in morte, qui vt ſacerdos eam inſequens ad ſacrificium curru veheretur, colla dedere iugo loco equorum, vt Argias equo aſcenderet. refert Cicero, *libr. 1. Tuſcul. quæſt.* Claudianus etiam ſic inquit:

Si vetus Argolices illuſtrat gloria fratres,
Qui ſua materno colla dedere iugo.

Videmus tamen in multis, quod non eſt bonum, ſemper credere matri: Et ideo, vt refert Guaguin. *lib. ſuo* 10. vbi loquitur de Rege Ludou. XI. in ſuo teſtamento ordinauit Carolo VIII. eius filio, ne matri ſuæ crederet: non aliter inſiſto, dicam infra.

Et etiam habetur de Heliogabalo, cuius mater tanta veneratione fuit, quod vix credi poſſet: prout habetur per Philipp. Berg. *lib.* 8. *in verb. Marcus Aurelius. & in verb. Semiamira.*

QVadrageſimaprima conſideratio. Poſt Regem & Reginam in regno præfertur primogenitus eius filius, qui habet dignitatem ratione primogenituræ, ex quo ſedet à dextris, ſecundum gloſſ. *in c. quam ſit. 7. quæſt. 1. & in l. decernimus. C. de ſacroſan. Eccl.* vbi Bald. dicit, quod primogenitus Regis ſedet à dextris Regis. Et qui ſedet ad dextram manum ſuperioris, dicitur magis honorari ſedente ad ſiniſtram: vt ante dixi *in 1. part. in 11. conſiderat.* Et in Regno Franciæ dicitur Delphinus; eo, quia Delphinatum habet pro ſuo ſtatu, etiã viuente Rege: Imo etiam viuente Rege poteſt dici Rex. per text. & ibi gloſſ. *in capit. fin. 24. quæſt.* 1. & habetur *de pace Conſtantiæ, in proœmio. & in c. Adrianus. 63. diſtinct.* & Bald. *in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum.* per Luc. de Penn. *in rubr. de auro coronario. in rubric. de comitibus conſiſto. lib.* 12. Cardinal. Alexand. *in capit. 1. quis dicatur Dux, Marchio, &c. in vſib. feudor.* Iacobinus de Sanct. Georg. *in tract. ſuo feudorum, in verbo, Comites.* & per Oldr. *conſ.* 94 *incip. eleganter circa negotium.* Cum etiam, vt habetur 4. *Reg.* 15. *cap.* Azaria Rege impedito, Ioathan eius filius quamdiu pater eius vixerit, Regnum gubernabit, licet minor eſſet: cum poſtea mortuo patre Rex effectus eſſet ſolum 25. annorum. Et hoc ſatis patet ex hoc, quod Chriſtus 12. annorum exiſtens, dicit *Luc. 2. cap. in fin.* Neſcitis quia in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe?

Et quod dignitas, tenet gloſſ. *in c. quoniam periculoſum. 7. quæſt.* 1. & prima dignitas poſt paternam, ita quod filius regis primogenitus habet primam dignitatem, licet primogenituræ poſt patrem Regem, ſecundũ Bal. *in l. ex hoc iure. verſ. ſexto quæritur, ff. de iuſtit. & iur.* Et ad dextram Regis ſedere debet, ſecundum Bald. *in l. decernimus. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* pro quo eſt textus de Chriſto filio Dei in Symbolo, qui ſedet ad dextram patris, & etiam habetur *Geneſ. 25. c. & Gen. 21.* notatur per Lucam de Pen. *in l. tyrones. C. de tyronib. lib. 12. & Pſal.* 109. vbi dicit dominus, ſcilicet, Deus pater, domino meo, ſcilicet Chriſto eius filio: ſede à dextris meis tanquam primogenitus. *Matt. 1. c. in fin.* vbi Ieſus Chriſtus vocatur primogenitus; eo, quia primogenitus ſanctificatus fuit, vt habetur *Exod.* 13. Sanctifica mihi omnem primogenitum, quod aperuit vuluam in filiis Iſrael. & *Luc.* 2. habetur, quod omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum domino vocabitur.

Et iſtud etiam certum eſt in Regno Franciæ apud nos, quod primogenitus filius in Regno præfertur quibuſcunque ſuis fratribus, & omnibus aliis Principibus Regni: & hodie in Francia habet dignitatem annexam cum primogenitura, quæ dicitur Delphinatus. Et Delphinus vocatur, & ex communi vſu loquendi in Francia, vocatur dominus ſine cauda, ſeu ſine adiunctione. Secus autem de fratre regis primogenito quoad alios, ſecundo tamen genito quo ad regem, vt infra dicam.

Et licet hic caderet materia ad materiam primogenituræ examinandam; quia tamen iam ſatis eſt examinata per Martinũ de Cazariis, quam per plurimos alios, maxime per quendam nouitium le Cyrier, qui plures alios cumulauit nihil de ſuo addendo: ſed ſolum dicta aliorum in vno cumulando, ſe plumis alienis veſtiendo, prout ipſe de aliis dicit: ex quo de aliis ſilere debebat, cum hoc morbo laboret, vt videri poteſt per expertos in arte: & turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum. Et cum de aliis iudicat, in ſe fert ſententiam. Vnde Lact. *lib.* 4. Antequàm mores aliorum corrigas, tuos corrige.

QVadrageſimaſecunda conſideratio erit, An ſicut primogenitus præfertur, ita etiam filius primogeniti præferatur ſecundogeni-

Digitized by Google

genito? & ſic ſumus in caſu in Gallia, in quo nepos præcedit auunculum, quæ eſt quæſtio magna, & ardua: quæ alias fuit deciſa iudicio gladiatorio, & alias aliter fuit obſeruatum in Francia.

Et quoniam materia ſe offert, reperio in hoc dubio tres fuiſſe opiniones.

Prima fuit opinio Ioan. Andr. *in additio. ad Specul. ſuper rubr. de feudis. col.* 5. & Oldr. *in conſilio ſuo* 223. *incip. iſta ſunt allegationes.* vbi ponuntur eadem fundamenta, quæ ponuntur per Io. And. Et ſic credo, quod prima opinio fuerit Oldradi, cum additiones Ioannis Andreę ad Speculum ſint de verbo ad verbum in ſuis locis in conſ. Oldradi. Et in hanc opinionem inclinat Bald. *in l. liberti. verſic. ſed hic quæritur, ſi filius. Cod. de oper. libert.* vbi dicit ita fuiſſe determinatum illis diebus in regno Angliæ. Idem tenet Cynus *in l. imperialis. Cod. de nuptiis.* idem tenet Petr. de Anchar. Card. Zabar. & Panor. *in cap. licet. de voto.* Idem tenet Bald. *in l. cum in antiquioribus. C. de iure deliber.* motus decem rationibus. Et vbi dicit hanc opin. inualuiſſe in maximis Regnis Francorum, & Angliæ. idem Bald. *in l. ex hoc iure. in* 6. *quæſt. ff. de iuſt. & iur.* vbi etiam narrat, ita fuiſſe obſeruatum in Regno Angliæ. in quo propter nepotem ex primogenito fuit excluſus ſecundogenitus Princeps de Gaules: ſubiungens ibidem; ita ſæpe iudicatum fuiſſe per inclytum Regem Francorum. Idem Bald. *in l. ſi viua. Cod. de bõnis mat.* Paul. de Caſtr. *in l. maximum vitium. Cod. de liberis præterit. & in l. is poteſt. ff. de acquir. hær.* Alber. de Roſate *in proœm. Digeſtorum.* idem Paul. de Caſt. *in conſi.* 161. *incip. in præſenti cauſa.* Idem tenet Panor. *in cõſil. ſuo* 85. *incip. in præſenti quæſt. in* 1. *par. & in conſi.* 3. *in* 2. *par.* idem tenet Fran. Aret. *in conſi. ſuo* 164. *in c. diligenter, & mature diſcuſſis in deciſione ſecundi dubii.* idem tenet Barb. *conſi.* 11. *incip. ſapienter ſcribitur. in* 13. *col. in* 2. *vol.* Idem tenet Nicolaus de Vbaldis *in tract. de ſuc. ab inteſt.* 26. *col.* Ita etiam tenent Iacob. & Aluarotus, & Præpoſitus Mediol. *in cap.* 1. *in fin. de feudo Marchiæ. in vſib. feudor.* Idem tenet Petr. de Anch. *conſi.* 78. *in cap dicti facti narratio. & in conſil.* 82. Fel. *in* 2. *prudentiam. de off. deleg. & in c. auditis in* 6. *col. extra de præſcriptio.* Idem tenet Io. Fabr. *in* §. *cum filius. ver. ſed quid dices. Inſt. de hære. quæ ab inteſt. deciſ. Capellæ Tholoſanæ* 433. Io. de Anania *in conſil.* 89. Romanus *conſi.* 29. Socinus *in conſi. ſuo* 252. *in* 14. *col. ver. ad ſeptimam. in* 2. *vol.* Et tenet pro hac parte Iacobinus de S. Georgio *in tract. ſuo feudor. in princ. in verb. quid ſi Rex. col.* 2. *ver. ſed pone, &c. verſic. Sed pone deceſſit Rex.* &, vt dicit dominus meus Iaſ. *in leg. maximum vitium. C. de liber. præterit.* Quod Otho Imperator, ſupra Rhenum apud Treuerim exiſtens cum Baronibus, dum hęc quæſtio de facto accidiſſet inter patruum, & nepotem, voluit eam decidi iudicio gladiatorio, in quo nepos vicit: Quod cum exiſtimaretur iudicio Dei proceſſiſſe, ordinatum fuit, vt abinde in antea nepos præferretur. Prædictam etiam opinionem tenere videtur Nicolaus Boerii *in commentariis conſuetudinum ſeptena Bituricen. in tit. de teſtamentis.* §. 2. Hanc etiam opinionem videtur tenere domin. Ioan. de Montel. conciuis, & contemporaneus noſter *in ſuo Promptuario iuris, in verbo, primogenitus.* vbi dicit hanc opinionẽ pro nepote eſſe æquiorem, & melioribus rationibus comprobatam. Hãc eandem tenet Luc. de Pen. *in l.* 3. *C. de tyro. lib.* 12. *& in l.* 1. *C. de priuileg. eorum qui in ſacro palatio militant. lib.* 12. Io. Bertachin. *in ſuo repertorio, in verbo, nepos verſ. nepos Regis.* Et Miles *in ſuo repertorio, in verbo, filius. verſ. filius primogenitus.* Hanc etiam opinionem ſeruauit Lycurgus Lacedæmoniorum princeps ac Legislator æquiſſimus contra ſeipſum, qui ſecundogenitus erat: qui pro ſuo nepote ex fratre primogenito practicauit decidendo, vt refert Philipp. Bergom. *in ſuo ſupplemento Chronic. lib.* 4.

Et hæc quæſtio fuit etiam noſtris temporibus de Comitatu Niuernenſi inter vxorem dominam de Oruallo, filiam ſecundogenitam Comitis Niuernenſis, & filios primogenitæ dicti Comitis, & vxoris domini Giberti de Cleues, quæ longo tempore durauit: Fuit tamen in curia parlamenti Pariſien. terminata pro nepotibus, vt refert Boeri. *in loco ſupra allegato.*

Secunda opinio fuit pro patruo contra ne-

Digitized by Google

potem, quam tenent Cyn. & Richardus Malumb. *in l. ſi viua matre. per illum text. C. de bonis mat.* & Bald. more ſolito ſibi contrarius *in l. ſi tutela. §. ſi duo ff. de legit. tut.* & Bartol. *in authen. poſt fratres. & ibi Alexand. in additio. C. de legit. hæred.* Andr. de Iſern. *in cap. 1. §. præterea. in 2. colu. de prohib. feudi alienat. per Federic. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. & in capit. 1. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis.* Imo. & Geminia. *in cap. grandi. de ſupplen. negligen. prælato.* Cumanus *in l. cum ita. §. ſin. ff. de legat. 2.* Franciſcus de Aretio *in conſil. 103. incip. diligenter, & mature diſcuſſis.* Archidiac. *in c. fin. 24. quæſt. 1.* Sal. *in l. ſi viua matre.* M. Lauden. *in tractat. de primogenitura* Alexand. *in conſil. 129. in 5. volum.* & idem Alexand. *conſil. 125. in 1. volum.* & idem Alexand. *in conſil. 4. in 4. volum. in cap. ponderatis verbis teſtamenti.* vbi dicit, quod ſemper ſecutus eſt hanc opin. tanquam melioribus rationibus probatam, & communẽ. Et pro ea iudicauit Eccleſia, vt *in clem. paſtoralis. de re iud.* licet Bald. *in l. liberti. C. de operis lib.* dicat, quod Papa fuit in hoc partialis. Vnde refert, quod licet tunc fuerit pro rege Roberto iudicatum; tamen ipſe Rex Robertus cum ſimilis cauſa fuiſſet ſibi commiſſa in ciuitate Auinionen. iudicauit pro nepote contra patruum, vt etiam referunt Paul. & Dom. meus Iaſ. *in d. l. maximum vitium.* Hanc etiam opin. pro patruo tenuit Oldrad. ſibi contrarius contra morem ſuum, *in conſil. 99. in cap. circa negotium.* Ioan. Fab. *in § cæterum. Inſt. de legit. agna. ſucceſſ.* Luc. de Penna *in l. nepotes. col. 1. cum ſeq. C. qui numero liber.* & plenius *in l. 1. C. de priuileg. eorum qui in ſacro palatio militant. & in l. 1. C. de tyronibus, lib. 12. & in l. ſi quis. colu. 1. ver. & faciunt. C. de profeſſ. & medicis. lib. 10.* Ita etiam conſuluit Petrus de Anchar. pro hac part. *in conſi. 68.* Ant. de But. *in conſi. 47.*

Fuit etiam iudicatum pro patruo contra nepotem in regno Caſtellæ, cum de ipſo eſſet quæſtio inter ſecundogenitum, & nepotem ex primogenito. In Regno etiam Franciæ: Et imperio poſt Carolum Magnum ſucceſſit Ludouicus ſecundogenitus excluſo Bertrando filio Pipini primogeniti: vt refert Guaguinus *lib. 4. cap. 2.* & habetur *in mari hiſtoriarum.* Sed non mirum; quoniam etiam videmus, quandoq; in regno ſecundogenitum expuliſſe primogenitum, vt refert Guagui. *lib. 2. ſuorum chronic.* de Gondoaldo ſecundogenito Franciæ, qui Gotranum eius fratrem primogenitum expulit.

Tertia fuit opinio Bald. *in l. vt inteſtato. Cod. de ſuis & leg. hæred.* Quæ videtur eſſe concordatiua duarum præcedentium, qui ſic diſtinguit: Quod aut patruus & ſic filius ſecundogenitus eſt natus ante nepotem, id eſt, ante filium primogeniti, & ſuccedit tunc filius ſecundogenitus, non autem nepos primogenito filio: Aut nepos ex filio primogenito naſcitur ante filium ſecundogenitũ patruum ſuum, quod eſſe poteſt quandoque; & tunc ſi conſuetudo eſt per hæc verba, & filius primogenitus ſuccedat, præfertur patruus, & ſic filius ſecundogenitus. Aut verba conſuetudinis non dicunt, quod filius primogenitus, ſed dicunt ſimpliciter, quod primogenitus ſuccedat, & præfertur nepos ex filio primogenito præmortuo nõ iure alicuius tranſmiſſionis: Quia filius, qui deceſſit viuo patre ſuo, nihil tranſmittere potuit ad filium ſuum, cum quaſi caduca non tranſmittantur, nec incerta. *l. vnica. §. pro ſecundo. & §. ſin autem ſub conditione. C. de cad. tol.* Si autem non appareat de verbis; tunc natura plus influit in filio, quam in nepote, & ita ſeruatum in rege Roberto ſecundum Bald. *in loco ſupra alleg.* qui dicit hanc ſuam diſtinctionem conſuetudinis: Et ſecundum hanc refert Alexand. *in conſi. 4. in 4. volum.* ſemper ſe conſuluiſſe. Quid in hoc ſit dicendum, vide Benedicti *in ſua repet. cap. Raynut. in verb. in eodem teſtamento relinquens. à numer. 188. vſque ad numerum 199. de teſtib.* vbi ponit prædictas tres opiniones.

De iure primogenituræ, & quæ priuilegia competãt primogenito me remitto ad Martinum de Cazariis dictum Laudẽſem, *in tractat. ſuo de primogenitura:* quem poſtea quidam nouitius le Cirier, aſſumpſit *in tract. ſuo de primogenitura.* quem allegaui *in fin. præceden. conſiderat.* & etiam vide Ioan. de Terra rubea *in tractat. de vinea Eccleſiæ, in 1. tract. art. 2. 3. & 4.* vbi ample.

Qua-

Digitized by Google

QVadrageſimatertia conſideratio. Licet conſuetudo ſedendi quo ad Nobiles & Principes iuxta Regem attendi debeat, vt dicit Bald. *in c.1.§ Marchio. in tit. de his qui feud. dare poſſ. in vſib. feudor.* & generalis conſuetudo in hoc attendatur, vt etiam tenet Felin. *in cap. ſtatuimus. extra de maior. & obedien.* &, vt dicit, Iſte honor appellatur priuilegium: tamen ſunt alii Principes & Nobiles in Gallia & Francia, qui non ſolum attendunt conſuetudinem, imo etiam prętendunt prima loca eiſdem deberi ex præeminentia & ratione officiorum, ſeu dignitatum. Ita, quod etiamſi non ſint Principes ratione officiorum, prætendunt præcedentiam ante Principes, vt infra dicetur in pluribus dignitatibus Regni Franciæ, quas primo diſcutiendo dico omnes pares Franciæ eſſe cæteris Principibus Regni præferendos. Cum, vt ait Guag. *lib. 4. cap. 1. ſuorum Chronic.* Carolus fidei Chriſtianæ charitate adductus exercitum in Hiſpaniam duxit: prius tamen quam expeditionem produceret. Rem tanto Principe ordinat. Ex omni præcipua Francorum nobilitate duodecim ſelegit, quos ſecum in militia produceret, eos Pares appellans; quia ſcilicet æquali inter ſe dignitate Regi conſtantes perpetuo eſſent, neque cuiuſquam niſi Parlamenti tantum ſenatus iudicio obnoxii tenerentur, qui conſeruandis item, coronandiſque Regibus adeſſent, & fuerunt tunc inſtituti in Francia duodecim, ad inſtar duodecim Apoſtolorum, quos Chriſtus in fidei propagationem, conſeruationem, & perpetuam confirmationem, nec non ad iudicandum duodecim tribus Iſrael elegerat, ſecundum Apoſtolum *ad Epheſ. 1. ibi; Benedictus Deus & pater, &c.* Vel inſtar Arualium ſacerdotum, quos Romulus primus inſtituit, ſeque duodecimum fratrem appellauit inter illos, vt ait Plinius *lib. 18. cap. 2.* Inter quos erāt ſex Eccleſiaſtici, & ſex laici: & ex Eccleſiaſticis tres Duces, videlicet Archiepiſcopus Remenſis, Epiſcopus Lugdunenſis, & Epiſcopus Lingonenſis; & tres Comites, ſcilicet Epiſcopus Bellouacus, Nouiomen. & Cathalaunenſis: & ſic etiam ex laicis tres Duces, ſcilicet Burgundiæ, Normaniæ, & Aquitaniæ Duces. & tres Comites, videlicet Flandrenſis, Tholoſanus, & Campanus. Hodie vero omnes Ducatus & Comitatus laicorum ſunt vniti coronæ, præter Comitatum Flandrēſem, qui eſt in manibus Caroli nunc Regis Hiſpaniæ, & Imperatoris Romani. Guag. tamen in dicto loco, dicit hanc parium inſtitutionem proceſſiſſe ab Arthuro Anglorum Rege, vt quidam aſſerunt: ſed dicit hoc non eſſe verum. Hi enim iudicant de cauſa domini, & quantum adhoc ſunt ſuperiores: vt eſt tex. *in cap. 1. de cauſa feu. apud pares termin. & d. l. Corradi. circa prin. de prohib. alienatio. per Feder. §. præterea.* ita tenet & refert Old. *in conſil. ſuo 128. in colum. 2.*

Qui autem dicantur Pares curiæ, Panor. Ant. de But. & Barbat. *in c cæterum. de iudic.* dicunt, quod Pares ſunt, qui habent conſimilia feuda: vel etiam dicit Alexan. *in conſil. ſuo 79. in 2. colum. in volum.* quod Pares dicuntur ſimiles vaſalli ab eodem domino ſine fidelitatis iuramento feudum tenentes. *cap. 1. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſal. lis oriatur. & de controuerſ. feudi apud pares termin. cap. 1. & §. præterea. de prohib. feu. alien. per Feder. in vſib. feudor.* Et iſti cognoſcunt de materia feudali, notatur *in locis præalleg.* & per Panorm. *in conſil. 82. incip. conditoris omnium. in 1. colum.* & Oldr. *in conſil. 272. incip. reuerendiſſime pater.* Aretin. *conſil. 14.* & eundem Alex. *in conſil. ſuo. in 1. & 5. volum.* & Pares curiæ habent iuriſdictionem ordinariam de iure, vt dicunt Ant. de Butr. Pan. & Barb. *in c. cæterum. extra de iudic.*

Hodie vero in Francia pares Franciæ ſunt de Parlamento Pariſienſi, poſſunt aſſiſtere, imo præcedunt omnes alios conſiliarios in ſedendo & deambulando.

Et hodie loco Ducis Burgund. eſt Alenconienſis, loco Ducis Aquitaniæ, Dux Barbonii, loco Ducis Normaniæ, Dux Vandenſini, loco Comitis Tholoſani, & loco Comitis Campaniæ, Comes Niuernenſis: Qui quidem in locum aliorum fuerunt ſubrogati in coronatione Regis Ludouici XII.

Eſſet tamen dubium, an præcedere debeant pręſidentes in Parlamento, & Cancellarium

Digitized by Google

larium in conſilio Regis: ſed videmus, quod non in loco Parlamenti, & in auditorio, in aliis autem locis in deambulando vidi eis deferri, & per Cancellarium, & præſidentem in Parlamento Pariſienſi; ſed credo hoc eſſe propter excellentiam Ducatuum, aut Comitatuum; quia, vt plurimum ſunt de ſanguine Regali, & dicam latius infra.

QVadrageſimaquarta conſideratio. Inter alias dignitates mundi temporales poſt Reges reperio ſolum vnam, quæ dicitur Archiducalis, & eſt dignitas Archiducatus Auſtriæ. Et quia de ea in ſpecie non reperio tactum, dico, eam præferendam omnibus Ducibus. Sicut Archiepiſcopi præferuntur Epiſcopis, arguendo ex aſſumptione huius vocabuli Archiepiſcopalis ad Epiſcopalem. Nam ſicut Archiepiſcopus dicitur ab archos, id eſt, princeps, quaſi Princeps Epiſcoporum, 22. *diſt. c. cleros. & 8. diſt. per totum.* Et facit gl. *in rubr. de Comit. & Archiatris. lib.* 12. quæ dicitur ab archos, id eſt, princeps. Ideo videtur, quod ſicut Duces debent poni, & ſedere poſt Reges, ideo etiam; quia anteponuntur Archiepiſcopi Epiſcopis, vt ſupra *præcedenti conſider.* 20. ideo etiam Archidux, omnes Duces præcedere debet.

Audiui aliquos dicentes, quod iſtud nomen, Archidux, in Alemania tantum vſitatur, & eſt ex conſuetudine introductum inter plures fratres, qui ſunt filii vnius Ducis. Quoniam poſt mortem patris primogenitus habet maiorem partem, & inter eos vocatur Archidux, id eſt, primus Dux fratrum habentium ius in Ducatu patris, in quo ſuccedunt, & eſt nomen prioris dignitatis, ſeu primogenituræ Ducum: ſicut in Gallia habens maiorem dignitatẽ filiorum Regis, dicitur Delphinus, nihil aliud legi. Ideo non inſiſto, cum de iſta dignitate vltra Duces, nulla fiat mentio in iure, & ideo iſte præferendus eſt aliis ſuis fratribus aut Ducibus, qui omnes ſunt Duces, ſed quilibet habet ſuam portionem: Sed inter alios non video, quid aſſumptio huiuſmodi nominis inter eos faciat, niſi quod iſte præcedat alios Duces, ſicut Archiepiſcopi præcedunt Epiſcopos.

QVadrageſimaquinta conſideratio. Dux Burg. in coronatione Regis, & in loco, vbi Principes regni congregantur, quoſcunque alios Principes & Duces præcedit, & primum locum iuxta Regem habere debet tanquam primus par, & parium Franciæ decanus ſit, vt ait Guaguinus *lib. 9. c. 1.* de his verbis: *Rege conſecrato cum ad conuiuii locum ventum eſt; id enim in ædibus Archiepiſcopi apparatum erat, Principibus incidit de ſeſſione, ordine atque prælatione controuerſia. Nam Andegauus ætate grandior, Philippo anteire contendebat, Philippus parem, & parium decanum ſe eſſe, atque propterea primam ſibi poſt regem deberi ſedem argumentabatur.* Eam litem conſultatione Procerum habita Rex negatiue diremit, & Philippo recubitum primum quatenus ad præſens negotium attinebat, decernit: quare offenſus Andeganus Regi, proximum nihilominus locum vſurpat. At Philippus nihil cunctatus medius inter Regem Andegauumq; inſilit, recubuitque: quo vel facto vel audaci temeritate audacis cognomen adeptus eſt.

Et, vt refert Philip. *Berg. lib.* 8. Dux Burgũdiæ cæteros Duces Chriſtianos antecellit, & primum locum poſt Reges obtinere debet: his verbis Burgundionum prouincia in Francorum ceſſit ditionem: hos autem Reges conſtat per multa tempora regnaſſe in Celtica Gallia, vbi fuerant hæ ciuitates, Sononis, Lugdunum, & Vienna: Hi populi aliquando Hedui, quandoque Burgundiones, & interdum Sequani ſunt appellati: hodie vero regia dignitate omiſſa, Ducatus titulum tantummodo retinent. Quorum Dux cæteros Principes Chriſtianos atque Duces præcedit: &, vt dicit Alex. *in conſil. ſuo* 235. *in vol.* eſt magnus Princeps in ſuo territorio.

Et cum controuerſia fuiſſet in conſilio Baſilienſi, de ſeſſionis ordine atque prælatione, inter Ducem Burgundiæ, & Electores Imperii, primum locũ ante Ducem Burgundię, ſeu eius ambaſiatores ſibi deberi prætendentes, pluribus de cauſis hinc per dictos ambaſiatores allegatis fuit per concilium generale dictum, & pronuntiatum, ambaſiatores Ducis Philippi Burgundiæ, debere præcedere

Electores

Electores Imperii, ratione Ducatus Burgundiæ. Ex eo maxime; quia erat primus par regni Franciæ, & de familia Regum Frãcorum ex parte patris; & Imperatoris, & Ducis Bauariæ, ex parte matris. Et etiam quia plura fecerat pro Eccleſia Romana, quam Electores Imperii, & denique, quia Electores habent ſolum nomen officii, Dux autem Burgundiæ, nomen dignitatis; & fuit dictum, quod eſſet primus poſt Reges.

Et doctores, vt plurimum de eo mentionem facientes, nominãt eum Illuſtriſſimum, vt habetur per Alexand. *in conſil. ſuo 6. in 4. vol.* Et licet videatur, quod Duces ſint tantum ſpectabiles, vt videntur tenere Doctores *in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict.* & Specul. *in tit. de iuriſd. omn. iud. ver. medit.* tamen quo ad nos, Duces in Gallia ſunt illuſtres, cum ſint perpetui, & non temporarii, vt tenet Purpur. *in d. l. 1. in 26. colum.*

QVadrageſimaſexta cõſideratio. Omnes etiam alii Duces ſemper ſunt præferendi Comitibus, ex quo ex ordine literæ eſt prior Dux; ideo maior, vt habetur *in rub. quis dicatur Dux, Marchio. Comes. cap. fundamenta. de elect. in 6. c. clericis. de immun. eccleſ. in 6.*

Quis dicatur Dux, vide *in commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducatus Burgundiæ, in proœm. in verſ. Duc.*

Et aduerte, quod licet quis ſit Dux, tantum præfertur Comiti, & Marchioni, licet habeat duas maiores dignitates; eo, quia nulla de per ſe ſufficit ad præcedendum alium, vt tenet Lud. Rom. *in conſilio ſuo 334. incip. quo ad primum. ver. quo ad ſecundum eo.* quia vbi in aliquo cõcurrit duplex dignitas, quia eſt Dux, & Comes, vel Dux, & Marchio, attenditur maior dignitas, & ab eo denominantur, ſecundum Innocentium *in cap. ſolitæ. de maio. & obed.* dominus meus Iaſon *in leg. Imperium. in 3. colum. ff. de iuriſd. omn. iud.* & melius *in leg. 1. in 5. volum. ff. de verb. obl.* quia à maiori, & digniori fit denominatio. *l. quæritur. ff. de ſtat. hom. & l. cum ex aliqua. ff. de acquir. rerum domin.* dicam infra.

Et inueni quendam ordinem Ducum & Comitum in Gallia, qui antiquitus intererãt ſeu intereſſe debebant in coronatiõe regis, inter quos primo ſunt duodecim pares Franciæ, de quibus ſupra dixi *in 44. conſid.* qui ſunt ſex Duces, & ſex Comites: vltra illos erant Duces vndecim, & quatuordecim Comites. Duces vero erant ſequentes:

Dux Britanniæ.	*Dux Aurelianenſis.*
Dux Borbonii.	*Dux Narbonæ.*
Dux Andegauenſis.	*Dux Bituricenſis.*
Dux Aluerniæ.	*Dux Turonenſis.*
Dux de Valeſio.	*Dux Nemortii.*
Dux Alenconienſis.	

Hodie vero ex iſtis 11. ſunt 7. Ducatus in manibus Regis, videlicet Ducatus Britanniæ, Aurelianen. Narbonen. Andegauen. Bituric. Turonen. & de Valeſio: Sed dedit Ducatum Aurelian. in appanagium primo filio ſuo, & ſecundo dedit Ducatum Andegauen. eius matri, & tertio dedit Ducatum Bituric. dominæ Margaretæ ſorori eius & vxori Ducis Alencon. Alios autem Ducatus tenent videlicet Carolus de Borbonio Ducatus Borboni, & Aluerniæ, quos prætendit Ludouica de Sabaudia mater Chriſtianiſſimi Regis noſtri tanquam proxima Suzannę de Borbonio mortuo abſque liberis, quæ fuerat vxor dicti Caroli, & ſunt in proceſſu ipſa, & præfatus Carolus in Parlamento Pariſienſi. Et ex aduerſo multa per dictum Carolum proponũtur, videlicet, quod ipſe eſt de domo de Borbonio, & maſculus ex maſculo, & eſt Ducatus, in quo fœminæ non ſuccedunt. Dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducatus Burgundiæ, in titul. des fiedz. §. quinto. verſic. quid de Ducatu Borbonii.* Ideo non inſiſto; quia non eſt materia præſentis ſpeculationis. Et etiam; quia hoc anno 1527. 6. Maii deceſſit ab humanis, & fuit interfectus in obſidione contra Romam, quæ crudeliter fuit obſeſſa & deſtructa ab Hiſpanis & Alemanis, Carolo de Borbonio Duce exercitus pro Carolo Auſtriaco Rege Hiſpanorum, & electo in Imperatorem, quod vertit in deſolationem Chriſtianitatis, ex quo quæſtio eſt deciſa. Et Carolus de Alenconio tenebat Ducatum Alencon. qui præcedebat omnes: tum quia de ſanguine Regali, & proximior: tum quia

quia honoratur à principe eo, qui ſororem eius germanam deſponſauit, ſed ab humanis deceſſit anno Domini 1524. Ducatum vero Nemortii tenet domina Maria de Sabaudia, amita regis per donationem eidem factam per regem.

Comites vero qui tunc intereſſe debebãt, aut interant in dicta coronatione, erant ſequentes:

Comes D'arthois. | *Comes de Vermendoys.*
Comes de Guyſe. | *Comes de Sanlis.*
Comes Cortonenſis. | *Comes Montis fortis.*
Dampmarin. | *Comes de Bellomonte.*
Comes Melunenſis. | *Comes du Perche.*
Comes Blexenſis. | *Comes Dreuxenſis.*
Comes Deſtampes. | *Comes de Dunois.*

Et iſti omnes Comites tenent prædictos Comitatus à Rege in feudum, & Rex tenet hodie multos Comitatus ex illis.

Plures ſunt alii Comites ſub Ducatibus ſupradictis, videlicet ſub Duce Burgundiæ ſequentes:

Comes Niuernenſis. *Comes Kadrellenſis.*
Comes de Charny.

Sub Ducatu Aquitaniæ ſequentes:

Comes Pictauenſis. *Comes de Rodarz.*
Comes Armigniaci. *Comes de la Marche.*
Comes de Perdriac.

Comes Angoliſmenſis: qui fuit effectus Ducatus tempore patris Regis noſtri Franciſci nunc regnantis.

Comes de Perigourt. *Comes de Vaniadourt.*
Comes de Benon.

Sub Ducatu vero Normeniæ nulli ſubſunt Comites.

Sub Ducatu vero Narbonæ ſequentes:

Comes de Rouiſsillon. *Comes de Niſmes.*
Comes de Caſtres. *Comes de Leon.*
Comes de Carceſſone.

Sub Ducatu Britanniæ ſequentes:

Comes de Pontyeure. *Comes de Nantes.*
Comes de Pareuel.

Nulli ſunt Comitatus ſub Ducatu Aurelianenſi.

Sub Ducatu Auerniæ ſunt Comitatus ſequentes:

Comes Claromontenſis. *Comes de Boys.*
Comes de Montpenſier.

Sub Ducatu Borbonii ſunt Comitatus ſequentes:

Comes Foreſi.
Comes Claremontenenſis Beais voyſin.

Nulli ſunt Comitatus ſub Ducatu Turonenſi.

Sub Ducatu vero de Bery ſunt ſequentes:

Comes de Vendomy. *Comes de Blaſmont.*
Comes de Vigny, ſeu de Ligny.

Sub Ducatu Andegauen. ſunt Comitatus ſequentes:

Comes dum Mainnu. *Comes Vendomi.*
Comes de Beaufort. *Comes de Laual.*

Nulli etiam ſunt Comitatus ſub Ducatu de Valeſio.

Nec etiam ſub Ducatu Nemortii.

Sub Comite vero Campaniæ, ſunt ſequẽtes Comites, qui tenent in feudum à dicto Comitatu, quem tenet Rex in manibus ſuis, videlicet:

Comes Barry. *Comet Altiſsidoren.*
Comes de Tonarre. *Comes Porcienſis.*
Comes de Brianne. *Comes de grane pre.*
Comes Rutbelen. *Comes de Malle.*
Comes de vertum. *Comes Vinne.*
Comes de Buſſy. *Comes de Brye.*
Comes de Loigny.

Et aduertendum eſt, quod hic Comitatus potius deberet dici Ducatus, quam Comitatus: Quoniam ſub ſe habet decem, & vltra Comitatus. Sicut enim Rex debet habere ſub ſe decem Duces, ita Dux debet habere decem Comites, ſeu Marchiones: & Comes ſeu Marchio decem Barones: & Baro decem feudatarios.

Sub Comitatu vero Tholoſę, qui eſt vnus è tribus Comitibus parium Franciæ, ſunt Comitatus ſequentes:

Comes de Frouez. *Comes de Commines.*
Comes de Bigore. *Comes de Luſtrac.*
Comes de Laſſe. *Comes de Guercy.*

Nulli vero ſunt Comites ſub Comite Flãdriæ, qui eſt vnus de paribus Franciæ. Imo eſt primus inter Comites, vt dixi *in commentariis ſuper conſuetudin. Ducatus Burgund. in tit. de feudis. §. 5. ver. quantum ad Comitatus eſt conſiderandum.*

Sub

Sub Comite D'arthoys ſunt ſequentes:

Comes de Ponthieu. *Comes ſancti Pauli.*

Comes de Guynes. *Comes Bononiæ.*

Comes de Faulcomberge.

Et ordo ſupradictus alias fuit obſeruatus in Francia in coronatione Regis Franciæ inter Principes Franciæ, licet ſint alii officiarii, qui etiam debent intereſſe, & habere locum in loco, vbi ſedet Rex videlicet in cadaphali, in quo ſunt multi gradus, quod quidem cadaphale eſt ad modũ throni lignei, vt habetur de ſimili *Eſdræ c. vlt.* Stetit Eſdras, ſacerdos, & lector legis ſuper ligneum tribunal, & ſoliũ regium ſtat in loco ſuperiori, in quo collocatur paratum more Regum Francorum. Altitudo enim ſedis ſignificat præcellentiam dignitatis, ſecundum Bald. *in conſi. 385. incip. Archid. habet. &c. vol. 1.*

In congregatione vero generali triũ Statuum totius regni Franciæ Turonis celebrata, alius fuit ordo obſeruatus, & obſeruatur, qui eſt talis;

Primo in ſuperiori loco poſt regem erant Cardinales.

In ſecundo principes, & illi, qui de ſanguine, ſeu proſapia regali ſunt, & cum eis Conneſtabilis.

In tertio Pares Franciæ Eccleſiaſtici.

In quarto Prelati ſecundum ordinẽ promotionis.

In quinto capita quatuor ordinum principalium.

In ſexto quatuor principales officiarii, & milites ordinis: de quibus infra dicam; ideo aliter non inſiſto.

In oppoſitum Prælatorum erant multi Comites, & magnates, videlicet:

Comes de Candalles, & de Benandes.

Comes de Ponthyeure.

Dominus de Latremolle. *Comes de Benon.*

Dominus de Pons *Comes de Sanxerro.*

Comes de Roſſy *Comes de Brayne.*

Dominus de Leſtrac, & Comes.

Dominus de Maleurier.

Dominus de Caſtillon Comes de la Vaur.

Franciſcus dominus de Luxenbourg Comes de Martigny.

Dominus Vicecomes de Polignac.

D. de Clermõt de Lodeue Vicecomes de Nebuoſan.

Dominus vicedominus de Chartres.

Comes de loigny. *Vicecomes de Thuranis.*

Vicecomes de Comaet dominus de Trignac.

Dominus de Montmorency primus baro Franciæ.

Dominus des granges filius Comitis de vantãdor.

Dominus de Stouteuille.

Dominus de Crony.

D. Diury præpoſitus Pariſi. & ſic de ſingulis. Et in hoc loco ponuntur, & poni debẽt omnes Comites, Vicecomites, & Magnates, ſeu Barones, qui non ſunt neq; de paribus Franciæ, neq; de principibus & ſanguine regali.

Poſt eos fuerunt collocati conſiliarii magni conſilii regis: Et in hoc non eſt ſine dubio, an debeant præcedere quatuor generales ſeu magnum Theſaurarium regni, dicam infra.

Poſt eos gentes financiarum. Poſt omnes prædictos fuerunt duo ſcamna Nobilium: primum ſcilicet, & ſecundum. & ibi nullus fuit datus ordo inter omnes propter multiplicitatem & multitudinem eorum.

Et hæc omnia habentur in quodam paruo volũmine, vulgo nuncupato, *les trois eſtatz tenuz à Tours.* Vbi etiam ordo ciuitatum, & patriarum ibi conuocatarum ponitur: & poſt ciuitatem Pariſienſem ponuntur electi, & delegati Ducatus Burgundiæ, tanquam exiſtentes de primo pari Franciæ, & Decano parium: in quibus fuerunt comprehenſi Hedurenſes & aliæ patriæ de Ducatu Burgundiæ exiſtentes.

Alios autem videre potes tu ipſe, quo ordine ibi poſiti fuerint, & vocati: Et ibi ponũtur illi de Comitatu Burgun. Eo, quia tunc erant ſubditi Regi Franciæ: Imo adhuc non eſt ſine dubio, an ſint ſub regno, eo quia ſunt de feudo Ducatus Burgun. cum ita ſit, quod anno Domi. 1307. Philippus Comes Pictau. filius ſecundogenitus Philippi le bel Regis Franciæ ratione Ioannæ primogenitæ Othelini Comitis Comitatus Burgun. præſtitit fidem, & homagium Roberto Duci Burgun. pro terris, quæ tenebat in Comitatu Burgun. Cauſam dictæ Ioannæ ſuæ vxoris: & multa alia dici poſſent pro fundamento, & comprobatione huius dicti, quæ forte alio loco dicentur: ſed nunc de his taceo: cum præſcri-

ptio tanti temporis,cuius initii memoria non extat in contrarium, poſſet ad prædicta obiici.

QVadrageſimaſeptima conſideratio. Videtur etiam dicendum, quod Marchio Comitem præcedere debet, *arg. literæ in rubr. quis dicatur Dux,Marchio,Comes,in vſibus feud.* & vt dicit Bal. *in c.1.de feudo Marchiæ.* eſt dignitas Regalis. & habetur *in commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus ducatus Burgun. in proœmio.in ver. mar.quis.*& vide Iaco.de S.Georg. *in ſuo tract. ſeu in ver. Marchio in Italia.* domin.meus Iaſon *in l.5.in pr.col.ff.de verb.ob.*dicit,quod Marchiones perpetui æquiparantur Imperatori in ſuo Marchionatu. & dicit Bald. *in l. donationes.C. de donat.inter vir.& vxor.* quod ſunt multi Duces, & Marchiones, qui in eorum territorio nõ magis ligantur legibus, quam Imperator; & ideo tales debent dici illuſtres.Et de Marchione Mantuæ,& Ferrariæ,vide Bald.*in conſil.195.lib.2.* vbi vocat eos illuſtres, & Sozin. vocat illuſtriſſimos.*in conſil.66.lib.3.col.6.*quoniam, vt dicit Bal. *in conſi. 359. li.3.* Imperium non eſt eis commiſſum, ſed in eos translatũ. vide Purpur. *in l.1.in 29.col.ff.de off.eius cui man. eſt iuriſdictio.* Conſuetudo tamen Franciæ ſe habet,quod Comes præcedit Marchionem, maxime quãdo ſunt de Comitibus, qui ſunt pares Franciæ,aut qui ſunt de ſanguine regali.Cum ſanguis regalis ſemper cæteris præferatur,vt dictum eſt ſupra *in 32.conſid.* Cum omnes dignitates à Principe tanquam à fonte defluant, vt dicit Bal. *in c.1.in prin. quis dicatur Dux,Marchio,Comes.*Ex quo ergo ſemper iura ſanguinis,& naturalia ſunt fortiora accidentalibus,dicendum eſt,quod Comites ex ſanguine regali ſunt cæteris præferendi: & hæc conſuetudo eſt etiam in Alemania, vbi Comites præcedunt Marchionem. In Italia vero,Marchiones præcedunt Comites, vt dicit Lucas de Penna *in rub.de Comitib.conſiſtorianis, lib.12.C.* Vbi ample ponit, quis dicatur Comes, de quo ſtatim dicam: dicit tamen ibi, quod in diuina ſcriptura maior erat dignitas Comitatus: Nã is, qui erat Princeps militiæ, dicebatur Comes Regis,*2.Reg.c.20.* Ecce,qui voluit eſſe pro Ioab Comes Dauid. Vnde Ioab Princeps & Dux nominatus eſt. *1.Paral. c.11.* Cuius ſucceſſor Comes dictus, *d.c.20.* Hodie autẽ, ſeu propter perſonas indignas, quæ ad dignitatem hanc indifferenter aſpirant,ſeu,propter multitudinem excreſcentẽ, ad vtilitatem hæc dignitas eſt redacta in Italia,ſed non in Francia & Germania: vbi pauci ſunt,& in competenti numero,& ideo ſuo gaudent ibi honore. In Italia vero hæ dignitates multitudine effuſæ, honeſtate propria muniuntur,*arg.tex.in Auth.de referendar.in prin.* De quibus Lucas *in dicto loco.*Et cum Comites ſint perpetui, apud nos ſunt illuſtres, vt per plura tenet Purpur. *in l.1.ff. de offic.eius cui man. eſt iuriſdict.in 28.col.* & vide quæ dixi infra *in 8. par.in 15.conſider.*

QVadrageſimaoctaua conſideratio. Ille, qui eſt Marchio, & Comes ſimul, præfertur ei, qui eſt Marchio tantum: vt notat Bald.*in l.ſed & milites.in prin.ff.de excu.tut.* quia duo vincula fortius vinciunt vno *Inſti.de tutel. in prin.* vt in ſimili dicitur de doctore in vtroque iure, qui præcedit doctorem in vno tantum,ſecundum Bald. *in d.loco.* & Alex.*in Apoſtil.ad Bar.ff.de obſeq.praſt.* dom. meus Iaſ. *in l. cohæredi.§.qui diſcretas.ff.de vul.& pup.*

QVadrageſimanona conſideratio. Dux, Marchio,aut Comes, expulſus à Ducatu,Marchionatu vel Comitatu retinet dignitatem, ita, quod ſedere debet in loco Ducũ, Marchionũ vel Comitum.Bal.& Card. Alex. *in c.1.quis dicatur Dux,Marchio,Comes.*Quoniã, ex quo inueſtiti fuerũt de Ducatu, Marchionatu,vel Comitatu,retinẽt dignitatẽ,vt tenet Iac.de S.Georgio *in tract. feudor.in verb. Comes.* Facit text.*in c.Nabuchodo.23.q.4.ibi: Regnũ,quod perdiderat,rurſus accipit.*& facit *cle.1.de for.com.*

QVinquageſima conſideratio. Comites Palatini, vel Comites ſacri Palatii, qui creantur à Principe ad legitimandum & ad creandum Tabelliones, licet non ſint proprie Comites,cum non habeant territorium. ſic dicunt Bald. & Card. Alex. *in d.c.1.quis dicatur Dux,Marchio,Comes.* Tamen,quia habẽt voluntariam iuriſdictionem & dignitatem, præferuntur quibuſcunque aliis non habentibus Comitatum cum territorio, vt tenet

Iac.de

Iac. de S. Georg. *in d. tract. feudorum. in verb. Comes.* de his & abuſibus etiam in Io. de Terrarubea *in proœmio. in gl. ſepiuit.*

QVinquageſimaprima conſideratio. Comes qui habet dignitatem Comitatus à iure, & non à Principe, vt eſt doctor, qui legit viginti annis *ſecundum gl. in l. 1. Cod. de profeſſ. qui in Vrbe Conſtantinopol. lib. 12.* Card. *in d. c. 1.* Bar. *in l. Alexandrinis. C. de decurio. li. 10.* & *in l. 1. in 3. q. Cod. de dignitatib. lib. 12. & in 1. conſtitutione Codicis.* præcedi aut præcedere debet milites & Barones: cum pari paſſu ambulẽt lex mortua, & lex viua. Cum ergo Comes ſine territorio à lege viua, videlicet à Principe creatus, præcedere debeat alios non Comites; ſic etiam Comes à lege mortua creatus.

QVinquageſimaſecunda conſideratio. Comes non recognoſcens ſuperiorem æquiparatur Principi: ſi vero ſuperiorem recognoſcat, æquiparatur præſidi, vt dicit do. meus Iaſon *in l. ſtipulationem. in 5. col. ff. de verb. oblig.* vbi etiam Edicta eorum, & ſtatuta ſunt ius prætorium, & nõ ciuile, quando maxime ſuperiorẽ recognoſcũt: ſecus ſi ſuperiorẽ nõ recognoſcunt; quia tũc ſunt ius ciuile, vt ibi.

QVinquageſimatertia conſideratio. Comes eſt nomen dignitatis, quando profertur ſimpliciter, qui nunquam debet ornamento carere. Nam inornati moribus & virtutibus nedum à comitatiua Principis debent arceri, ſed etiam nequeunt iuxta eius palatium habitare. *l. quicunque. Cod. de operibus pub.* Ad idem *de conſe. diſt. 5. c. fucare.* Vnde ſicut indecorum moribus non decet pallio decorari, vt *100. d. c. contra morem.* Ita non decet Comitatus titulo inſigniri: abſque virtutibus enim Comes, ſicut & Rex, eo deformior, quo illuſtrior patet. Nunquid poteſt abſcondi ciuitas ſupra montem poſita, deſolatio, aut latere, fumus extinctæ lucernæ ſuper cãdelabrum? Simia in tecto, rex fatuus in ſolio ſedens: vt ait Bern. *de conſider. lib. 2.* Et indignum ad honores promoueri, nihil aliud eſt, quam decipere. *61. d. c. quid proderit.* hoc dicit Luc. de Pen. *in rub. C. de Comitib. conſiſtor. lib. 12.* Sed quandoque eſt nomen officii tantum, vt quando profertur ſub iſtis nominibus comes largitionum, comes domorum, comes horreorum, comes laborum, comes conſiſtorianus, comes ſcholarum, comes palatii: de quibus infra dicam *in parte ſequen.* vbi ponam de officiariis Principum.

QVinquageſimaquarta conſideratio. Licet hic ante locuti fuerimus de Principibus ſub nomine generali; eſt tamen adhuc alia dignitas, quæ ſuo ſpeciali nomine dicitur Principatus, vt dicit Iacobinus de S. Georg. *in ſuo tract. feudorum. in verb. Princeps Pedemontium.* vbi dicit Ducem Sabaudiæ eſſe Principem Pedemontium: & ibi ponit exemplum de Principe Achaiæ & Pedemontium. Sunt multi in Gallia, qui habent hanc dignitatem, vt eſt Princeps Oriengiæ, Princeps de Thalmont, Princeps de la Rocheſuryon, & ſic de ſingulis. Et iſti ex communi obſeruantia ponuntur inter Principes, ſed tamen communiter eos præcedunt: licet Iacobinus ibi ponit Principatum ante Comitatum, indiſcriminatim tamen præcedunt Barones, vt infra dictum eſt *in 8. part. in 15. conſider.* Et Iac. de S. Georg. *in d. loco.* quid veniat appellatione Principis, & quot modis ſumatur, & de ſpecialitatibus Principum ponit vſque ad *66.* ſpecialitates, quæ ſunt in Principibus ratione Principatus, ex quibus in hoc cognoſcitur excellẽtia Principum in multis vltra alias priuatas perſonas, de quibus hic ante *in 23. conſider.*

Aduerte tamen, quia, vt dicit Io. de Imo. *in rub. ff. de verb. oblig. in verſ. 7. no. dicit,* quod Imperator intelligit Principatum eſſe dignitatem poſt dignitatem Regiam, facit illud *Exod. 22.* non maledices populo tuo, de quo vide Iac. Bonaudi *in gloſ. in verb. ſepiuit. in proœ.* Io. de Terraru. *in lib. intitulato, Vinea Eccle.*

QVinquageſimaquinta conſideratio. Eſt adhuc alia dignitas. Puta quandoque, vt videmus, ſunt, qui dicuntur Vicecomites, & dicit Spec. *in d. c. de Vicecomite,* quod Vicecomes eſt is, cui dominus caſtri committit vices ſuas, ſeu executionem iuriſdictionis in caſtro: & ibi ponit, quomodo ſit conſtituendus Vicecomes: apud nos tamen Vicecomes non eſt nomen officij, prout vult, & in-

tendit Spe. ſed eſt nomen dignitatis, quæ eſt quodammodo maior dignitate Baroniæ, ſed minor dignitate Comitatus, & quaſi ſit apud nos minor, quam Comes, ſed maior quam ſit Baro: & ſunt plures apud nos, vt erat dominus gubernator Burg. qui dicebatur Vicecomes de Thouars, Vicecomes de Thuraynes, & Vicecomes de Comber. Apud nos etiam habemus maiorem Diuion. qui dicitur Vicecomes, ſed hunc credo potius habere nomen officii, quam dignitatis: Cum ex quo Diuio fuit olim tantum caſtrum, nunc eſt oppidum, & ex quo eſt maior illius caſtri Diuionen. dicitur habere cuſtodiam illius, ex quo dicitur Vicecomes ratione cuſtodiæ illius caſtri, denotat tamen aliquam maioritatem & præeminentiam inter maiores ciuitatum eſſe in illo plus, quam in aliis. Ex quo etiam alios præcedit, quod facere non deberet, ex quo alii maiores ſunt defenſores ciuitatum, & ſunt officiarii ciuitatum, & ipſe eſt tantum officiarius caſtri ſeu oppidi: eo, quia officiarii maiores ciuitatis præferuntur aliis officiariis minoris ciuitatis, vt dicit Decius *in c. clerici. in 6. col. extra de iudic.* dicam alibi.

Fuit alias quæſtio inter Vicecomitem de Talardo & Marchionem de Tranſio in prouincia Prouinciç, qui olim erat Baro tantum, & fuit creatus Marchio à Rege Ludouico XII. Et dicebat dictus Vicecomes, quod non poterat creari dictus Marchio; quoniam ante erat Baro in præiudicium ſui, qui præcedere debebat eum, licet eſſet nouiter creatus Marchio: Sed cum omnes dignitates à Principe procedant, cum dignus honore ſit, quem princeps vult honorari, dixi ample alibi. Imo potuit de Barone facere Marchionem, qui cum Marchio ſit, præcedere debet Vicecomitem: & ita fuit dictum per arreſtum Parlamenti Aquen. anno Domini 1511. vt refert Iac. Bonaudi *in gl. in verbo, ſepiuit. in proœmio Io. de Terrarubea. in tra. intitulato, vinea Eccleſia.*

QVinquageſimaſexta conſideratio. Alii autem inferiores, vt ſunt Barones, cum non habeant omnimodam poteſtatem Principis, tantum inter nobiles computantur: præcedunt tamen quo ad nos ſimplices Nobiles; eo, quia ratione Baroniæ habent vaſſallos, ex quo magis honorantur, imo dicuntur habere maieſtatem, ita, vt eorum ſubiecti in eos conſpirantes dicantur crimine læſæ maieſtatis teneri. Io. Fabri *in Proœmio Inſtitutionũ, in princ. ſuper verbo, maieſtatem.* Poſt Azonẽ in ſumma videtur tenere, quod nõ, ſed Ægidius de Bellamera *in conſ. 15. in verb. iuxta quod ad propoſitum,* videtur tenere, quod ſic, *c. ſi quis. 2. q. 1. &c. & in primis. & 5. q. 3. c. 3.* & ita videtur tenere Archid. *in c. fœlicis. de pœnis. in 6.* quem ibi allegat Ægidius. Et qui habet caput Baroniæ magis eſt honorandus, cum videatur, quod ille ſolus non alii habentes partẽ in Baronia, debeat reputari. *arg. l. peculium. §. quadrigæ. ff. de leg. 3. l. cum quidam. ff. de fun. inſtr. & l. quaſitum. §. ſi quis. & ff. de officio proconſ. & in l. ſi aliquam. in princ. & ff. de re milit. l. qui commoratus. §. arena.* & quod notatur *in l. cum diuerſis. ff. de relig. & ſumpt. funer.* vbi habetur, quod vbi eſt caput, cenſetur eſſe totum; licet in contrarium videatur facere tex. *in l. 2. ibi; aliquid ordinare. C. vt dignitat. ordo ſeruetur.* & ibi Ioan. de Plat. Sed de intellectu illius legis, quomodo ſcholares eam intellexerunt, videatur ſupra *in 4. parte, in 32. conſiderat.* Et Baro habens iura Imperialia, æquiparatur Comitibus, licet Comitatus & Baronia differant: quia Comes cæteris paribus præfertur Baroni, vt tradit Curt. iun. *in tract. feudor. in 2. part. col. 28. verſ. ſed quia gloſ.* per tex. *in c. fundamenta. de elect. in 6.* vide Purpurat. *in l. 1. in 39. colum. ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſdict.* Et in ſupraſcriptione tex. *in c. grandi. de ſuppl. neglig. prælat. in 6.* præponit Barones Comitibus. Ideo videtur, quod eſſent maiores: dic tamen, quod Baro præcedit militem, vt *in c. venerabilis. de confirm. vtili vel inutil.* dicam infra *in 8. parte.*

Quintæ partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.

Digitized by Google

SEXTA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS, EST DE OFFICIARIIS PRINCIPVM.

Et habet triginta & octo Conſiderationes.

OFficiarii namque Principum ſunt in quadruplici doctrina: Quidam ſunt circa perſonam Principis. Quidam etiam circa ærarium Principis, & de his omnibus in hac parte dicebatur. Quidam vero circa iuſtitiam adminiſtrandam: & de his dicebatur in ſequenti parte. Quidam vero circa militiam: de his infra *in 9. par.* ducturus ſum. Et in his comprehenduntur omnia officia Principum.

PRima conſideratio erit pro introductione & intelligentia materiæ huiuſce ſextæ partis & ſequentiũ, de præpoſitione, *l. 2. C. vt dignat. ordo ſeruetur. lib. 12.* quæ eſt talis: omnes, priuilegia dignitatum hoc ordine ſeruanda eſſe, cognoſcant, Vt primo loco habeantur hi, qui in actu poſiti illuſtres peregerint adminiſtrationes. Secundo, veniant vacantes, qui præſentes in comitatu illuſtris dignitatis cingulum meruerint. Tertium vero ordinem eorum proſpicimus, quibus abſentibus cingulum illuſtris mittitur dignitatis. Quartum honorarium, qui præſentes, à noſtro numine, ſine cingulo, codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti ſunt. Quintum eorũ, quibus abſentibus, ſimiliter ſine cingulo, mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. Sed adminiſtratores quidem etiam comites rei priuatæ omnibus vacantibus honorariis anteponi cenſemus. Vacantes autem poſt adminiſtratores venientes, non omnes iam omnibus honorariis credimus præponendos: ſed eos vacantes illis honorariis, qui ſimilem adepti ſunt dignitatem, vt præfectus prætorio, non quæſtorius, præfecto quæſtorio præponatur, parique modo quæſtorius quæſtorio. Non vacans comes theſaurorum, vel comes rei priuatæ, honorario quæſtorio vel magiſtro officiorum præferatur. Et inter adminiſtratores illos, etiam numerari decernimus, quibus illuſtribus, in ſacro noſtro conſiſtorio cunctis aliquid ordinariæ dignitatis, vel ante commiſimus, vel poſtea committemus peragedum. Verbi gratia: Si vacantium magiſtro militum, belli cura committitur. Cur enim aut vir magnificus germanus Magiſter militum vacans appellatur, cui bellum contra hoſtes mandauimus. Aut cum excellentiſſimus Propentadius non egiſſe dicitur præfecturam, cuius illuſtribus cunctis diſpoſitionibus vice prætorianæ præfecturæ miles in expeditione copia commeatum abundauit?

Ex qua lege collige principaliter, quod ſunt tres principales ordines dignitatum officiorum, ſcilicet, adminiſtrantium, vacantium, & honorariorum: Inter quos ordines, Adminiſtrantes præferuntur omnibus, Vacantes vero præferuntur Honorariis in ſimili dignitate, non in dignitate diſpari. Et inter adminiſtrantes computantur non ſolum ii, quibus à Principe committitur dignitas

cum adminiſtratione, ſed etiam illi, qui cum eſſent vacantes, iterato vocantur ad adminiſtrationem per ſe, vel vice alterius. Et in effectu, hoc continet tota illa lex, quæ licet faciat quinque gradus; tamen gl. ibi in verbo, vacantibus, reducit ad tria membra, ſcilicet Adminiſtrantium, Vacantium & Honorariorum: quorum duo membra, ſcilicet, Vacantium & Honorariorum ſubdiuiduntur inter præſentes & abſentes.

SEcunda conſideratio ex d.l. eſt, quod licet tex. in prædicta lege cõnumeret iſtos tres ordines ſolum in illuſtri dignitate; tamen etiam idem ordo maioritatis, habet locum in qualibet dignitate, & in omnibus aliis dignitatibus, vt dicit Io. de Pla. *in d. l. omnes.* & etiam in omnibus poſitis per eum *in l. fi. C. de decurio. lib.* 10. Et vt dicit, etiam effectus iſtorum ordinum eſt, vt ſit inter eos prior ſedes, locus conſpectior, decernendi, loquendiq; facultas, vt *in l. 2. in fin. C. de praefe. prat.* & aliæ prælationes, de quibus per eum *in l. 1. C. de prapoſ. ſacri cubic.* & de omnibus dixi in prima parte.

TErtia conſideratio ex d.l. etiam infertur, quod maior honor Adminiſtrantibus, Vacantibus & Honorariis præſentibus, quã abſentibus, debetur. Et dignitas collata præſenti, eſt honorabilior & prælatior ea, quæ confertur abſenti ſiue vtraque ſit dignitas cum adminiſtratione, Vt quia vnus adminiſtrat Romæ, alius in prouincia. Nam præfertur adminiſtrans Romæ, propter excellentiam ciuitatis. Ideo præfectus vrbis, ſeu ciuitatis, eſt in maiori dignitate: quia illuſtris, vt notatur *in rubric. ff. de officio præfecti vrbis.* quam alii præfecti alibi adminiſtrantes, qui ſunt ſpectabiles, vt dictum eſt per Ioan. de Platea *in leg. fin. Cod. de decur. lib.* 10. & facit *l. 1. Cod. de ſilentiar. lib. 12. & l. vnica. Cod. de prapoſ. labor. lib. 12.* Siue vtraque ſit dignitas honoraria ſine adminiſtratione; quia præfertur dignitas collata in præſentem, dignitati collatæ in abſentem: Siue vtraque fuerit ad poſtulationem: Siue vtraque, motu proprio Principis. Et hoc facit præſentia Principis, qui actum extollit, *argum. l. omnium. Cod. de teſtam. & de ſilentiar. l. 1. Cod. eo. lib.* Ex quo dicit Ioan. de Plat. *in d. l. omnes.* quæ eſt *l. 2. C. vt dignitat. ordo ſeruet.* quod maioris eſt honoris Electio, facta præſente Cancellario Principis, quam ſi mittatur ſibi ad domum. *arg. d. ll. & iurium ſupra allegatorum.* & dixi *in 16. conſider. quartæ partis.* & forte etiam infra dicam. Quia hæc poſſunt adaptari ad omnia officia eiuſdem ſtatus, in hoc, quod prouiſus, præſentialiter eſt maior, quam in ſua abſentia, data paritate in reliquis.

QVarta conſideratio ex prædicta lege, quod inter Vacantes, illi, qui priori tempore vacauerunt, præferuntur. *l. fi. Cod. de priuil. eorum, qui in ſacro palatio milit. lib.* 12. ita dicit Ioan. de Platea *in d. l. 2. C. vt dignit. ordo, &c.* &, vt dicit, Vacantes ſunt in duplici genere: Quidam, qui depoſuerũt dignitatem & adminiſtrationem, vt puta dici poteſt de illis, qui certa habebant officia, & illis renunciauerunt, ſeu illa reſignauerunt. Vel quia aliquo tempore fuerunt officiarii, alicuius loci, ſeu vrbis, vbi non ſunt amplius talia officia: Vt de illis, qui fuerunt conſiliarii in ſenatu Mediolanenſi ſub Rege Franciæ, & nunc quia ipſe Rex non tenet Ducatum Mediolani, non amplius ſunt conſiliarii.

Quidam vero, quibus eſt data, vel miſſa dignitas, ſed nondum habent adminiſtrationem: Puta, quia quis eſt creatus conſiliarius ad primam Vacaturam, vel creatus Secretarius, vel magiſter hoſpitii, ſeu domus, ad primam Vacaturam, & iſti ſunt Vacantes, qui inter eos præferuntur, ſecundum proprietatem temporis Vacationis, ſed ex quo habent adminiſtrationem, ſemper præferuntur.

QVinta conſideratio ex ante d. l. quod ſemper habens adminiſtrationem, præfertur Honorario, etiam in diſpari dignitate: ſecus autem in Vacante; quia Vacans eiuſdem dignitatis præfertur Honorario, ſed enim præfertur maioris dignitatis Honorario: quoniam procurator fiſci, qui dicitur comes theſaurorum vel procurator Cæſaris, id eſt omnis rei priuatæ, non præfertur Honorario quæſtorio, vel ex magiſtro officiorum ſcilicet, Honorario, qui habe

habet dignitatem magiſtri officiorum ſine adminiſtratione: Non enim habet locum prælatio; quia ſunt diſſimilis qualitatis. Ita dicit Ioan. de Platea *in d. l. 2. §. fin. 2. col. C. vt dignitat. ordo ſeruetur.* vbi dicit, quod Honoraria dignitas, tanquam extraordinaria, non impedit, quin poſſit quis acceptare aliud officium, ſtante ſtatuto, quod quis nõ poſſit habere duo officia: quod etiam eſt de iure hac parte, *C. de prox. ſacr. ſcrin.* & ibi Io. de Platea, *lib. 12.*

Honorarii enim ſunt apud nos, qui tantum habent nomen officii & dignitatis, & non adminiſtrationem, nec ſalaria aſſueta, vt ſunt plures magiſtri Requeſtorum domus Regis, qui dignitatẽ illam honorariam tantum habent; ſed tamen adhuc licet non habeant adminiſtrationem; tamen debẽt præferri omnibus aliis inferioribus dignitates inferiores, & minores, habentibus. Et ideo dixi in caſu emergenti, tales debere præcedere omnes aduocatos ſimplices, & ſi talis cum hoc eſſet aduocatus Regius, præferẽdus eſſet cæteris aduocatis regiis, & ſi locumtenens, cæteris locumtenẽtibus. Ego autem alias tales literas obtinui à Chriſtianiſſimo rege Ludouico XII. ſub domino Guidone de Rupeforti Cancellario Franciæ digniſſimo & meritiſſimo in regreſſu meo ab Italia, qui ſua beneuolentia voluit me promoueri facere in conſiliarium magni conſilii Regis, & mihi iniunxerat, vt redirem ad patriam ad præparandum & diſponendum de negociis meis, vt infra duos menſes redirem ad curiam cum libris: Sed ſtatim infra menſem deceſſit ab humanis, nec amplius proſecutus ſum quoduis officium, ſed me ad hanc noſtram ciuitatem Heduenſ. retraxi, & vt ſcribere & componere poſſem commentaria ſuper conſuet. ducatus Burgun. (quod & factum eſt Deo autore) & plura alia, quæ tandem in lucem mittentur. Verum, cum Chriſtianiſſimus Rex Franciſcus, hanc ciuitatem Heduen. primo ingreſſus fuiſſet, & orationem nomine ciuitatis habui, & habita oratione me alloqui fecit per R. d. Archiepiſcopum Senonen. & Epiſcopum Siluanectẽn. qui mihi parte regia iniunxerunt, vt ſequerer eius magnum conſilium; eo, quia intendebat ipſe Rex, & volebat me eſſe conſiliarium in dicto conſilio: quod recuſaui, ex quo tale conſilium nõ eſt firmum, nec ſtabile, ſed potius curſorium, ſeu deambulatorium; quia ſemper vadit & currit cũm curia principis: & iſtud me traxiſſet à volutione librorum, & compoſitione aliquorum tractatuum, quos iam inceperam. Nec à tempore, quo deceſſit dictus dominus Guido, intentionis meæ fuit vſq; nunc, habere aliquod officium, quod me retrahere, ſeu auocare potuiſſet à ſtudio, prout nec proſecutus ſum, licet ſtimulatus fuerim à multis: forte cum ero quinquagenarius, proſequar aliquod, ſi videro, eſſe mihi vtile, & facilis proſecutionis. Si videro, non poſſe ad id perueniri, niſi eo modo, quo hodie peruenitur, ſcilicet cum pecunia, ſtabo cum opinione Labeonis. de qua *in l. 2. §. poſt hunc. ver. ex his. ff. de orig. iuris.*

Sexta conſideratio erit alia, quod officiariorum exiſtentium circa perſonam Principis, & ſic officiariorum palatii ſeu hoſpitii Domus regalis, quidam ſunt, qui habent cogitare de epulis dicti palatii, qui & præpoſiti & tribuni ſcholarum de iure vocantur: vt *in l. vnic. C. de comitibus ſcholar. lib. 12.* Et hoc, per quandam ſimilitudinem. Quia ſicut ſcholaris in ſtudio addiſcit & ſtudet; ſic ſtudium iſtius parare epulas Regales ſeu Imperiales: vnde huiuſmodi paratores dapum regiarum tribuni ac præpoſiti ſcholarum dicti ſunt de iure, de his dicam infra in ſuo loco.

Sunt etiam quidam in dicto palatio, qui Comites ſacri ſtabuli dicuntur, vt *in d. l. vnic.* quia ſtabulum Regale aut Imperiale cuſtodiunt, & prouident in victu equorum, & de talibus curam habent. Et iſte apud nos vocatur grandis ſcutifer. dicam infra *in 10. conſid.*

Reperiuntur etiam alii, qui Comites curæ palatii dicuntur, id eſt, qui curant de ornatu, ſcilicet cultricis, linteaminibus & vtenſilibus Domus Imperialis ſeu Regalis, & prædicti omnes habent diuerſos ordines inter

ter ſe. Quia nonnulli ſunt in primo ordine, id eſt, maius & nobilius ſeu primatum habent officium: vt eſt inter cambellanos Regios primus cambellanus, qui in Gallia hodie eſt dominus Ludouicus de la Tremolle, gubernator Burgundiæ pro Rege Franciæ. Alii ſunt in ſecundo ordine, alii in tertio, & alii conſequenter in quarto, & ſic de ſingulis,& quod omnes alii à primo ſunt æquales, niſi quod qui prior eſt promotus ad tale officium,prior eſt in ordine,& ſic de aliis.

Et generaliter, in quolibet ordine & ſtatu officiariorum Principis eſt vnus, qui eſt præpoſitus ordinis de ordine ſuo. Et prouidet etiam, vt quilibet de tali ordine diligenter,probe,& bene faciat,quod ordini ſuo incumbit.Ita dicit Iacob. Rebuff. *in d.l. vnica.C. de comitib.& tribunis ſcholar.lib.12.*

Sunt etiam quidam,qui prouident de medicinis, vt ſunt medici: de ordine quorum infra dicetur.

SEptima conſideratio. Veniendo ad praxin noſtram, quam hodie habemus in Gallia, & qua vtuntur Curialiſtæ & Aulici, eſt, quod inter omnia officia domeſtica palatii ſeu hoſpitii domus Regalis, maius officium, & dignius inter omnia, eſt officium magni magiſtri,qui in vulgari noſtro dicitur, *le grãt maiſtre*,& in Sicilia dicitur *magnus Seneſcallus*,& in Aragonia *maior domus*,prout dicit Luc.de Pen.*in d.l.vnica.C.de comitib.& tribunis ſcholar.* Et ita etiam tenet Nicol. Boerii *in ſuo tract. de præeminentia ſacr. magni concilii*: quando ponit ordinem ſedendi in regno: Sed vt mihi videtur,cum eſſet Curialiſta & aulicus; eo, quia erat conſiliarius in magno conſilio Regis Franciæ, non bene intellexit ſtatum illius: cum in palatio regis officium magni magiſtri ſit aliud à magno Seneſcallo, & illa duo officia ſint penitus diſtincta, & diuerſa, & de vtroque dicetur infra. Dominus vero Guil.Budæus,qui toto tempore vitæ ſuæ fuit aulicus regis, & nunc magiſter requeſtarum hoſpitii regis ordinarius, videtur hunc appellare pincernam maximum: cum dicat *in leg. vlt. ff. de ſenatorib.* in ſuis annotationibus, quod primores regiæ dignitatis miniſtrales, ſunt Cancellarius,magiſter equitum, camerarius,& pincerna maximus, quod credo fore officium huius magni magiſtri, ſecundum mentem ipſius domini Budæi; cum ſit talis de primoribus, & non poteſt ſub aliis vocabulis comprehendi: quod tamen bona venia dixerim, non mihi videtur ita eſſe; cum ſit alius, qui dicatur pincerna maximus, de quo etiam infra patebit.

Sed, quantum ad huiuſmodi officium magni magiſtri, poteſt & debet dici, magnæ autoritatis & præeminentiæ, honoris atque excellentiæ inter alia officia: cum hoc nomine appelletur, & ei addatur magnus, ad maiorem expreſſionem & denotationem magiſterii; eo,quia decens eſt nomen,eſſe conſonans rei, *vulgato.* §. *eſt & aliud. Inſtitu. de donat.* & eſt bona argumentatio in iure ab Etymologia ſeu ſignificatione vocabuli. *Inſtit. de tutelis.* §. 1. *& in* §. *tutores. & Inſtit. de teſtam.in princip.*& notatur *in cap. 2. in princip. extra de teſtem.* & ita habetur text. *in leg. agere.* §. *fin. ff. de verbo.ſignific.* Vbi tributum à tribuendo,& donando.*l.inter donum.ff.de verbo.ſignific.*& iudex, quaſi ius dicens.*capit.forus.* §. *iudex. extra de verbo.ſignific.*& ſimiliter de verbo poſſeſſio, quaſi pedum poſitio.*l.1.in princ. ff. de acquiren. poſſeſſ.* & ſimiliter in mutuo, quaſi de meo tuum. *l.2.*§.*appellata.ff.ſi cer.pet.*in verbo,excommunicatio,dicitur quaſi extra communio,vt notatur *in capit.placet. de ſent.excom.extra.* vt de pluribus aliis ſimiliter dici poſſet.Sed ad propoſitum noſtrum dicitur; quia maior eſt in ſtatione: *ſteryon* Græce, *ſtatio* latine dicitur, ſecundum Papin. Et dicitur is, cui totius rei gubernatio eſt commiſſa. *l.1.*§.*1.ff. de exercit.l. item magiſtri. ff. de pactis.leg. actor.ff. rem ratam hab.* Vel magiſter dicitur à monendo vel monſtrando,quod alios monere & eis monſtrare quid acturi ſint, debeat. Et etiam magiſter militiæ, dicitur princeps militum. *2. Reg.19.cap.* De quo verbo *magiſter*,ponit Hoſtien. *in ſumma de magiſtris.* §. 1. Ioan. And.*in clem. in clem. 2. eod.tit. de magiſtris.* Nec huiuſmodi nominatio alicui debet eſſe moleſta; cum Chriſtus, vt à ſuis diſcipulis ſic vocaretur, *Ioan.13.* acceptauerit: *Vos vocatis me magiſter &*

Digitized by Google

ſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. Quibus enim præcipua omnium rerum incumbit cura, & qui magis, quam cæteri diligentiam, & ſolicitudinem in rebus, quibus præſunt habent, hi magiſtri appellentur: Quinetiam ipſi magiſtratus, per deriuationem, à magiſtris cognominantur. *leg. quibus. ff. de verb. ſign.* Idcirco magiſtri, & Iudices eodem præcepti ordine ponuntur, *Deuteron.16.* Iudices & magiſtros conſtitues, in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio. & dixi infra, *in nona part. in 4. conſid. ver. prædicti.* Et hic magiſter, de quo hic, dicitur Comes illuſtris. *l. 3. C. de curſu publico. lib. 12.* vbi iam conſtat, quod præeſt curſoribus publicis quos vulgo *poſtas* dicimus.

Item præeſt translationi ſeu euectioni armorum *l. 1. C. de fabricenſib. lib. 11.* Et ipſi fabricenſes eidem ſubſunt. *leg. pen. & vlt. C. eod. de fabricenſib. in duabus gloſſis.* vbi Imperator vocat Magiſtrum officiorum, *ſublimen.* Item etiam ad eum ſpectat curare ne arma fiant à priuato, neque vendantur, ne reponantur alibi, quam in publicis armamentariis, vt *in Auth. de armis, in ſubſcriptione. & in fine, & per totum. collat. 6.* Et, vt dicit Luc. de Penn. *in leg. 1. Cod. de caſtrenſianis. lib. 12.* Hoc eſt officium, de quo ſæpius in legibus Codicis fit mentio. Caſſiodorus *6. variarum Epiſtolarum* in formula ipſius officii ſic deſcribit; cuius verba hic inſerere volui, prout etiam inſeruit ipſe Lucas modo ſeq. Reuerendum honorem ſibi aſſumit, quiſquis Magiſtri nomen acceperit. quia hoc vocabulum ſemper de peritia venit, & in nomine cognoſcitur, quid ſit de moribus æſtimandum. Ad eum nimirum pertinet palatii diſciplina. Ipſe inſolentium ſcholarium mores procelloſos moderationis ſuæ terminis proſpere diſſerenat: tam multi ordines ſine aliqua confuſione componuntur, & ipſe ſuſtinet omnium quod habet tutela diſcretum.

Sic nominis ſui grauitate perfunctus ornat actibus Principatum: per eum ſenator veniens noſtris præſentatur obtuitibus amouet trepidum, componit loquentem.

Sua quin etiã verba ſolet inſerere, vt nos decenter omnia debeamus audire, aſpectus Regii haud irritus collocutionis noſtræ glorioſus donator: aulici conſiſtorii quaſi quidam lucifer. Nam ſicut ille diem venturum promittit; ſic iſte deſiderantibus vultum noſtræ ſerenitatis attribuit: Cauſarum præterea maximum pondus in eius audientiæ finibus, maxima ſecuritate reponitur. Veredorum quin etiam opportunam velocitatem, quorum ſtatus ſemper in curſu eſt, diligentiæ ſuæ diſtrictione cuſtodit: vt ſolicitudines noſtras, quas conſilio iuuat, beneficio celeritatis expediat.

Per eum exteris gentibus ad laudem Reipublicæ noſtræ celſitudinis ordinatur humanitas, & nolentes redemit, quos mœrentes exceperit.

Per eum quippe nobis legatorum quamuis feſtinantium, pronunciatur aduentus.

Per eum nominis noſtri deſtinatur euectio, & iſti principaliter creditur, quod tam neceſſarium eſſe ſentitur. His etiam laboribus æſtimatis poteſtatem maximam huic decreuit antiquitas; vt nemo ludicum per prouincias faſces aſſumeret, niſi & hoc ipſe fieri decreuiſſet. Subdit eius arbitrio aliena iudicia, vt ad ipſum rediret, quod alteri viſus eſt præſtitiſſe; moleſtias quidem non habet exigenda, ſed late bono fruitur poteſtatis adeptæ. Credo, quod ex diuerſis titulis defloraretur dignitas ob leuamen Principis inſtituta.

Per æquatores etiam victualium rerum in vrbe Regia propria voluntate conſtituit, & tam neceſſe rei iudicem facit. Ipſe enim gaudium populis: Ipſe noſtris temporibus præſtat ornatum, quando tales viros copiæ publicæ præficit, vt plebs querula ſeditionem habere non debeat ſatiata.

Officium vero eius tanta ingenii prærogatiua decoratur, vt militiæ perfunctus muneribus ornetur nomine principatus, miroq; modo inter prætorianas cohortes, & vrbanæ præfecturæ milites videatur inueniſſe primatum, à quibus ſibi humile ſoluebatur obſequium. Sic in fauore magni honoris iuſtitia quædam à legibus venit dum alienis excubiis præponitur, quod alibi militaſſe declara-

claratur. Adiutor etiã Magiſtri noſtris obtuitibus præſentatur, vt vicaria ſorte beneficii, nos eligamus eius præſidium, qui nobis præſtat fidele ſolatium. Hanc igitur dignitatem tot titulis decoratam, tot inſignibus opulentam per indictionem illam gubernandam tibi congrua grauitate committimus: Vt per omnia, quæ geſſeris, qua nihil moribus reſiduum relinquitur, ſi (quod abſit) à tanta maturitate peccetur. Hæc ſunt verba ipſius Caſſiodori, loco quo ſupra. Quem Caſſiodorum in dictis Epiſtolis, minime inuenire potui, licet eum perquirere fecerim apud bibliopolas, in vniuerſitatibus & aliis locis huius Regni: Sed vt dictum eſt, verba ſupraſcripta ſunt relata per Luc. de Pen. *in d. l. 3.* quæ incipit: *hi qui. Cod. de Caſtrenſ. lib.* 12. per quæ clare cognoſcitur, quale ſit & fuerit huiuſmodi officium, & cuius dignitatis, honoris & præeminentiæ fuerit tempore Caſſiodori.

Iſtud vero officium alias fuit tantæ autoritatis, & præeminentiæ in Francia, quod omnia tanquam rex expediebat talis Magiſter ſub nomine Regis. Hodie vero non eſt eius autoritas tam magna, nec excellens: Quoniam in omnibus quæ tangunt iuſtitiam (ſaltem quoad non aulicos) & in multis ſupradictis non ſe intromittit, ſed ſolum Cancellarius, de quo dicam *in ſequen. part.* Eius tamen autoritas adhuc hodie circa ea, quæ concernunt hoſpitium Regis, & etiam circa prouiſionem Regni in prouidendo militibus, eſt ſatis ampla: licet proprie eius autoritas concernat principaliter adminiſtrationem, & ſuperintelligentiam officiariorum hoſpitii Regis. Et maxime illorum, qui prouident circa epulas, & eſt proprie officium Magiſtri officiorum: de quo habetur *rub. de officio Magiſtri officiorum.* C. & proprie cognoſcit de cauſis officiariorum Principis etiam cubiculariorum, vt eſt text. *in l. cubicularios. C. de præpoſ. ſacri cubic. lib.* 12. & ſub eius cognitione & punitione ſunt omnes officiarii hoſpitii Regis, vt dicit Iacob. Rebuffi, *in rub. de quæſtorib. lib.* 13. C. vbi dicit eos eſſe illuſtres. *l. eos. Cod. de principib. agent. in rebus, eod. lib.*

Et etiam cognoſcit de cauſis Principum agentium in rebus, & ipſorum agentium in rebus. *l. ex eo. C. de agentib. in rebus, lib.* 12. & ibi Iac. Rebuffi, qui dicit hoc eſſe verum etiam de cauſis criminalibus, licet videatur eſſe text. *in l. 1. Cod. de princip. agent. in rebus. eod. lib.* & ibi idem Rebuffi, quod Princeps agentium in rebus, cognoſcit de cauſis agentium in rebus: ſed ipſe Rebuffi ibi dicit, quod eſt verũ, quando ſunt centenarii aut ducentenarii. De aliis vero, qui ſunt centenarii, aut ducentenarii, cognoſcit Magiſter officiorum, vt ibi per eum dicam latius infra.

Cognoſcit etiam de cauſis fabricenſium, vt ſupra dixi *l. penult.* quæ incipit *eos. C. de fabricenſib. lib.* 11. ſimiliter de cauſis ſilentiariorum. *l. ne aduerſa. Cod. de ſilentiar. lib.* 12. Item de Caſtrenſianis *l. 3. & 4. C. de Caſtren. lib.* 12. Item de decanis, *eod. lib.* vt declarat Io. de Platea *in rub. C. de quæſtorib. & Magiſtris officior. lib. eod.* 12. vbi quæſtores, Magiſtri officiorum, & Comites ſacrarum largitionum, & rei priuatæ æquiparantur, & ſunt illuſtres.

Octaua conſideratio. Videtur, quod poſt iſtum magnum Magiſtrum ſit præpoſitus ſacri cubiculi, qui dicitur *magnus Seneſcallus* ſecundum vulgare Gallorum, vt dicit Luc. de Pen. *in rub. C. de prepoſitis ſacri cubiculi, & de omnib. cubicular. & priuil. eorum, lib.* 12. vbi dicit, quod poſt debilitatum Imperium cuncta propria vocabula ſunt deleta.

Et licet iſtorum & ſimilium hodie nullus ſit vſus, notitia tamen, vt dicit, eſt neceſſaria. *c. fuerunt. § paulatim. 7. diſt.* & illum vocat Mareſcallum Io. de Platea *in d. rub.* ſed errat quo ad nos; quia Mareſcalli in Gallia ſunt alii, vt dicam alibi.

Sed quia apud nos alludendo vocabulo videtur, quod ſint Cambellani, id eſt, cuſtodes vel fabricatores lecti, qui habent ſub ſe plures, vt ſunt illi, qui vocantur *les chambriers, ou varletz de chambre.* vel etiam aulę, vel cameræ, vbi cubat Princeps, dicuntur cuſtodes cameræ, quæ debet eſſe ſancta, id eſt immaculata, & ad cuius cuſtodiam boni, probi, & electi ſunt cubicularii aſſumendi. *l. quicunq;. C. de ope. publ.* & vt dicit Iac. Rebuffi, *in dict. rub. de*

prepoſ.

Digitized by Google

præpoſ.ſacri cubiculi. alleg. per Odofredum, iſti præpoſito ſacri cubiculi Imperatoris ęquiparari poteſt magnus Cambellanus Regis Frāciæ, vocatus, *le grand Chabellam*, qui præeſt cubiculo, hoc eſt cameræ Regiæ. Aliis autem cubiculariis, de quibus loquitur ille titulus, in illa particula, ibi: *& de omnibus particularius*, æquiparantur alii Cambellani regis, qui ſunt ſub magno ſeu primo Cambellano: & hunc honorem communiter volunt habere Seneſcalli & alii officiarii Regii maiores laici, qui hoc ſibi reputant ad magnum honoré, quando ſunt Cambellani Regis, & non immerito, vt ſtatim videbitur. Hic vero tempore Conſtantini dicebatur paracœmomenus cubilis, vel præfectus cubilis, id eſt, curam habens cubilis imperialis, & hic præfectus cubiculi apud nos dici poteſt primus Cambellanus. Vidi etiā arreſta Parlamenti Franciæ, vbi fit mentio de domino Ludouico de Trimollia, qui erat primus cambellanus, & vocatur ibi Protocambellanus. Olim etiam talis erat ſubditus paracœmomeno, id eſt, magno Seneſcallo, præerat tamen omnibus cubiculariis, hoc eſt, qui in cubiculo adminiſtrabant: & hic præpoſitus ſacri cubiculi, id eſt, magnus Seneſcallus, ſecundum Lucam de Penna, vbi ſupra, æquiparatur in dignitate, immunitate, vel honore; non tamen excellentia vel poteſtate, præfecto prætorio, id eſt, cancellario, vel melius præſidenti. Cum nullus præter Conneſtabilem Cācellario ſit æquiparandus vel præfecto vrbis, qui poteſt dici præpoſitus Pariſienſis, vel Magiſtro militum, qui poteſt dici Mareſcallus, vel verus Capitaneus: & æqualis honor eſt ſeruandus in ſedendo iuxta Principem & ſedibus collocādis, vt qui prædictorū prius promotus ad officium reperitur, primum locum obtineat in ſedendo. Ita eſt text. cum notatis per gloſſ. doctor. & maxime per Lucam de Penna *in d.l.1.C de præpoſ.ſacri cubiculi.*

NOna cōſideratio erit in hoc. Quoniam, vt dicit Lucas de Penna, *in rubr. C. de præpoſ. ſacri cubicul. lib. 12.* in cubiculo Principis quidam magnificentiſſimus gerebat officium, qui chartularius vocabatur: & huius forte inter cætera erat officium, vt codicilli, id eſt, literæ commiſſionis officiorum, quæ diuerſis magiſtratibus mandabantur, & quæ erant ſubſcribendæ manu ſeu chirographo Principis, per eum expedirentur: & hi erant maiores primicerio, vt dicit Lucas de Penna *in dict. rubr. C. de præpoſ. ſacri cubic. lib. 12.* Et hi ſecundum eundem hodie ſecretarii (vel elegātius à ſecretis, hoc eſt, cui ſecreta committuntur) dicuntur: Quia ſecretiora, quæ vel nullis vel paucis communicantur, ſcribunt, dictant, & explicant, quæ ſcilicet Princeps ſecreto, puta in cubiculo (quod vulgo dicimus *le cabinet*) iubet, ordinat, & diſponit: libelloſque, puta epiſtolas, & petitiones ſecrete Principi legunt & explicant: & hodie apud nos dicuntur, *les ſecretaires des commendemens*: & ſunt quatuor ordinarii, ſcil. dom. Robertet, Gedoyn de Neufville, & Doruet: Sed inter omnes ſemper fuit & eſt præcipuus, & maximæ autoritatis apud reges Franciæ ipſe dominus Robertet. Et hi ſunt maiores omnibus aliis ſecretariis Regiis, & omnibus præferendi. Et iſti ſunt de magna camera, ſeu de magno laterculo: de quibus facit mentionem Pet. Cotereau *in ſuo ſchedulari magiſtratuum ciuilium, tit. de quæſtore.* Alii auté ſunt, qui ſunt de parua, & ſunt clariſſimi, qui vero de magna ſpectabiles, & Magiſtri ſacrorum ſcriniorum dici poſſunt. *l. vnica. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. & toto tit. de proxi. ſacror. ſcrin. lib. 12. C.* de quibus infra dicam, vbi forte ſtatum conſiſtorii Principis deſcripturus ſum.

DEcima conſideratio. In palatio ſeu hoſpitio Principis eſt alius officiarius, qui comes ſacri ſtabuli (vt iam ſupra in hac parte, *in 6. conſider.* dictum eſt) vocatur, & apud nos magnus ſcutifer dicitur: Hic vero plures ſub ſe habet, quorum eſt præfectus, qui dicti ſunt ſtratores, hoc eſt, qui præſunt equis ferrandis, & ſellis, & frænis, de quibus habetur titulus *de ſtratoribus. lib. 12. Cod.* Et eundem comitem ſacri ſtabuli appellat text. & ibi Iacob. Rebuffi *in d. l. vnica. Cod. de comitib. & tribun. ſcholar. eod. lib. 12.* Et inter illos ſtratores eſt primus, ſecundus & tertius ordo, ſecundum quod Principi placet in ſuo ſta-

tu ordinare. Apud nos vero tales dicuntur *Eſcuyrs de ſcuerie.* Et talis dicitur vnus ex primoribus Regiæ maieſtatis officiariis, quem Budæus *in ſuis annotationib. in l. fin. de ſenatoribus. ff.* Magiſtrum equitum vocat.

Et de ordine iſtorum, & eorum præeminentia ſeu autoritate videri poteſt in breuiario Principis, ſeu in quodam libello, qui dicitur *Status Franciæ*, qui fit ſingulis annis: & in eo apponuntur & deſcribuntur ſeriatim omnia nomina officiariorum, ſub quibus ſubſunt, taxa eorum ſtipẽdiariorum, qui tenentur facere, & eorum incumbat officio, & quomodo, & in quibus, & per quæ, & quod tempora deſeruire: quem forte ſuccinƈte alibi ponam eidem adaptando & conferendo officia antiqua, de quibus in iure fit mentio.

VNdecima conſideratio. Alii reperiuntur officiarii hoſpitii Principis, qui dicuntur domeſtici & commenſales, ſeu protectores & cuſtodes perſonæ Principis: quorum quidam ſunt, qui eum ſequuntur, quidam vero, qui eum præcedunt, quidam qui eum de nocte cuſtodiunt. Et tales protectores dicuntur etiam agentes in rebus, & habẽt quilibet eorum vnum præpoſitum, qui Princeps agentium in rebus nuncupatur. Et ſunt centenarii, aut ducentenarii, vt ſunt in curia Chriſtianiſſimi Regis Franciæ illi milites, qui dicuntur vulgo *Les cent gentilz hommes de cheux le roy.* qui habent capitaneum, qui poteſt dici primicerius, ſeu Princeps agentium in rebus. Et illi etiam ſagittarii equeſtres, qui hippotoxatæ dicuntur ſeu forte pilati, dicti *Les deux centz archiers*, qui etiam habent capitaneum, quem primipilo forte non indecenter comparemus.

Sunt & alii protectores ſeu cuſtodes corporis Principis, qui vulgari noſtro dicuntur *La garde du roy* (vt ſunt communiter quidam Heluetii) & proprie eos ſtipatores, laterones, & ſomatophylacas dicemus, & gerunt haſtile, quod alabardam vocant. Et tales ſalutatione prius facta, poteſtatem oſculandi habebant Vicarios præfecti, id eſt, locumtenẽtes capitanei ianuæ Principis, vt dicit text. *in l. 1. C. de domeſt. & protector. lib. 12.*

Et hic aduerte; quia Princeps dicitur adorari. Alii vero ſalutari. gl. fin. *in l. 1. Cod. de ſilentiar. eod. lib.* & quod Princeps dicatur adorari, text. *in l. vnica. Cod. de comitib. & tribunis ſcholar. illo eo. lib.* licet ibi gl. verbum *adorãdi*, exponat, id eſt, ſalutandi, ſic *in l. ſancimus. C. de conſulib. C. eod. lib.* & *in l. 2. ibi: aeternitatem noſtram adoraturus. C. de fabricenſib. lib. 11.* ſed etiam ibi gloſſ. dicit, quod eſt improprie, cum ſolus Deus adoratur; Imperator vero ſeu Princeps cum reuerentia aditur & honorari debet. Et quod ſolus Deus eſt adorandus, & ſoli ſibi ſacrificium eſt offerendum, dicit Inn. *in c. 2. de celeb. miſſ.* De ſalutatione dictum eſt *in 1. part.* & plene *in praeced. part. in 32. conſid. incip. proſequẽdo materiam, &c. & infra iſta part. in 22. conſider. 11.* Et quod alii à Principe dicentur ſalutari aut reuereri, text. eſt *in l. 2. & 5. Cod. de proximis ſacror. ſcrin. eod. lib.*

DVodecima conſideratio. In Palatio ſeu Regia Principis ſunt & alii, qui de perſona eius curant, vt ſunt medici, & ſunt in hoc officio tres ordinarii; primus videlicet, ſecundus & tertius: Et quilibet ordo habet vnum præcipuum etiam ſummum medicum & ſuperiorem, qui vocatur Princeps medicorum, & tales vocantur archiatri, vt *in l. medicos. in princip. Cod. de profeſſ. & medicis. lib. 12.*

Et tales habent tantam dignitatem, quantam habent Duces & Vicarii Principis, qui adminiſtrauerunt, qui apud nos dicuntur gubernatores patriarum, vt dicit Iohan. de Platea *in rub. C. de comitib. & archiatris ſacri palatii. lib. 12.* vbi etiam dicit poſt Bartol. quod medici principum, qui meruerunt eſſe in primo ordine medicorum, nobilitantur, vt efficiantur Palatini Comites. Et ſunt in dignitate ſpectabili: & ibi ſunt tres dignitates, ſcilicet Archiatrorum, id eſt, medicorum Principis, Vicariorum, & Ducum, quæ adæquantur. Et nõ eſt doctrina, niſi in prioritate temporis, vt dicit ibi text. Iac. Rebuff. & Ioh. de Plat. & Luc. de Penna.

DEcimatertia conſideratio. Alii ſunt Archiatri, qui dicuntur oſtiarii palatii, ſeu hoſpitii Principis. Et Archiatrus eſt Princeps eorum

Digitized by Google

eorum, quaſi Princeps atrii Principis. Et Atrienſis, hoc eſt, ianitor ſeu oſtiarius, aut is, cui credebatur cura atrii, id eſt, primæ partis domus, cum de atriis intramus domum. Vnde Victr. *lib. 6.* In vrbe atria proxima ianuis eſſe debent. Vnde in Euang. dicitur: *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſsidet.*

Et iſte archiatrus eſt in magna dignitate; cum æquipararetur Vicario, & Duci, vt *in l. 1. C. de Comitib. & Archiatr. ſacri palatii. lib. 12.* & ita exponit Luc. de Pen. *in d. rub.* vbi dicit, quod in Regno magni viri conſueuerunt officium pro magno munere gerendum ſuſcipere. Hodie vero deficiente iuſtitia, huius, ſicut & cæterorũ, claritas eſt deleta: ſed qu cq id dicat, hoc poteſt eſſe in regno Siciliæ, & Neapolitano, de quo ibi intendit loqui, cum ibi tum reſideret. Sed in regno Franciæ eſt in magno honore, & ſolet concedi nobilibus, & his, quos Princeps fauore & beneuolentia proſequitur.

Idem tamen Luc. de Penna *in rub. C. de Comitib. conſiſtorianis. in fin. lib. 12.* dicit, quod magiſtri oſtiarii in curia Regis ſunt Comites cõſiſtoriani. Cuius officium eſt conuocare ad præceptum Principis, vel quæſtoris Iuriſperitos, aut alios, illosque cum neceſſe eſſet introducere in conſiſtorium Principis: Et hic poſt quæſtorem, & Magiſtrum officiorum præerat in conſilio Principis: & hic dicitur *Comes conſiſtorianus.*

Dicit enim Pyrrhus *in lib. 1. de magiſtratibus Roman.* quod Comites conſiſtoriani ſunt, qui Principis conſiſtorium & tribunal comitantur. Hique ſunt illuſtres, cuiuſmodi ſacri conſiſt. Regii, qui Regem aut ipſum conſiſtoriũ, cui præeſt Cancellarius, ſequuntur. Sed credo illud eſſe generaliter ad omnes: ſed ſpecialiter Comes conſiſtorianus dicitur ille, qui habet curam, & gerit officium conuocãdi ad præceptum Principis omnes de concilio & conſiſtorio eiuſdem. Dicit vlterius Pyrrhus, quod admiſſionales ſunt, quos hoſtiarios Galli vocant. Alii Archiatros dicunt ab atrio cuſtodiendo, nonnulli atrienſes, vt dictum eſt. Conſiſtoriani vero Ambroſio dicuntur, qui ſenatorii ordinis, vel ampliſſimi ſunt, qui ad principale conſilium eligebantur.

Decimaquarta conſideratio. In domo Principis ſunt plures Comites, qui ſemper Principem comitantur. Cum Comes à comitando, vel ſequendo dominũ dictus ſit, *l. item apud. §. comitem. ff. de iniu. l. 1. § fin. ff. de extraord. criminib.* Et habent officia in domo Principis, & quia dicuntur cum adiectione oneris, ſunt nomina officiorum tantum. Secus, quando cum adiectione patriæ aut prouinciæ; quoniam tunc ſunt nomina dignitatis, vt ſupra *in præceden. parte* plures nominaui *in 46. conſid.* Sunt etiam quandoque ſine comitatu, *vt in Auth. vt ab illuſtribus, & qui ſuper eã dignitatem ſunt, &c. in princ. iuncta gloſſ. ibi in verbo, comites, col. 5.*

Et in hac parte dixi ſupra, eſt Comes ſacri ſtabuli, de quo *in 10. conſid.* etiã Comes ſcholarum, vt *in 6. conſid.* Sunt tamen alii Comites: primo Comes largitionum, & eſt, vt Pyrrhus *in ſuo tract. de rogatis, ſeu palatinis, lib. 1.* qui largitiones Principis in comitatu faciebat: quis autem hodie fungatur huiuſcemodi officio, forte ſcribam infra, vbi officia deputata circa ærarium Principis enumerantur; & eſt proprie theſaurarius ſecretus Principis, qui dicitur, *Le teſorier des menuz plaiſirs.* Vel forte crumenarius (quem argentarium vocant) qui etiam forte rationarius, id eſt, accepti, expenſique librum conficit, aut eleemoſynarius Principis, de quo ſtatim dicam. Nam dona facit, & liberalitates exercet Princeps, vt *in l. vnica. C. ſi liberal. imper. ſocius ſine herede deceſſ. lib. 10.* Et liberalitas ſeu munificentia eſt proprium Regis, & ex ea plurimum laudatur, vt dixi *in præcedent. part. in 8. conſul.*

Et eſt Comes domorum, qui teſte Pyrrho, vbi ſupra eſt, qui præfecturam in domeſticos Principis habebat ſecundum Iuſtinian. Forte dici poſſet hodie præpoſitus domus Principis (qui vocatur vulgo, *le prouoſt de l'hoſtel*) cum habeat iuriſdictionem, & præfecturam in domeſticos ipſius. Qui etiam videtur habere officium Irenarchæ, cum habeat cognitionem cauſarum criminalium, & pacem pro-

curet inter domeſticos & aulicos Principis: Imo in omni curiales facinoroſos animaduertit, quod videtur eſſe officium Irenarchæ, vt *in l. vnica. C. de Irenarchis, lib.* 10. Et ab iſto hodie deputantur in prouinciis Irenarchæ, ſeu liminarchæ, hoc eſt, præpoſiti mareſchallorum.

De aliis vero Comitibus ſuis locis dicetur: maxime de comite ſtabuli, qui erat primus inter omnes, & omnibus præerat: loco huius hodie eſt Conneſtabilis, ſed erratur in vocabulo; quia deberet dici (vt aliqui volunt) comes ſtabilis.

Et licet multa ſint officia in curia ſeu palatio Regis noſtri, quę ad iſtos comites adaptari poſſent, quæ in manibus habere non potui, licet multos aulicos & palatinos rogauerim, vt ad me deſtinarent ſtatũ in curia Chriſtianiſſ. Francorum Regis, vt omnia officia dictæ curiæ adaptare ſatagerem officiis antiquis & in iure deſcriptis; Sed cum ad me non deuenerint, aliter non inſiſtam, niſi in iure, & antiquis ſcriptis reperiri poſſint, & quæ vſitata fuerint, in aliis me remittendo ad Pyrrhum, ad Feneſtellam, & Pompon. Lætum.

Aduerte etiam, quod olim breuis fiebat, qui continebat ſigillatim officia miniſterio Principis deputata, vt ait text. *in l. fi. in princip. C. de Caſtrenſ. & miniſter. lib.* 12. Sed etiam hunc breuem (qui continebat numerum officiatiorum) non habemus, vt dicit *ibi gloſſ.* 1.

Quæ enim in nouiſſimis tribus libris Codicis leguntur, nihil fere antiquitatis redolent, vt ait Budæus: à Græcis enim ſumpta ſunt, & ob id magna ex parte non intelliguntur, authorum eius temporis penuria.

Si velis videre breuem ſtatum Regis Salomonis, habetur compendioſe 3. *Reg.* 4. *c.* vbi ſic dicitur: *Erat autem Rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael.* & principes & præfecti ipſius Salomonis nominatim ibi deſcribuntur, & multi alii eiuſdem officiales.

Primo nominantur tres, quos pro ſcribis habuit, quos dicimus à ſecretis.

Secundo, vnus nuncupatur, qui à commentariis dicitur, & forte talis commentaria componebat: loco cuius ſubrogatus videtur in Francia cancellarius.

Tertio, vnus ſolus, qui ſuper exercitum dominabatur, vt hodie apud nos eſt Conneſtabilis Franciæ.

Quarto, tres erant ſuper eos, qui aſsidebant Regi, & forte hodie loco iſtorum ſunt electi ſecreti, aut ſtricti conſi. Regis.

Quinto, vnus erat amicus Regis.

Sexto, vnus nuncupatur, qui erat Præpoſitus domus.

Septimo, vnus erat ſuper tributa, quem voco generalem finantiarum ſeu magnum theſaurarium.

Octauo, duodecim præfectos habebat ſuper omnem Iſrael, quorum nomina ibi deſcribuntur, & quibus regionibus præerant: & hi præbebant annonam regi, & domui eius. Per ſingulos enim menſes in anno ſinguli neceſſaria miniſtrabant. Non temere forte crediderim à Carolo Magno, Francorum Rege, iſtorum duodecim præfectorum olim fuiſſe inſtitutos duodecim pares Franciæ.

Ibi etiam de expenſis ſeu ſumptibus, & cibis menſæ ipſius Salomonis, dum ſcribitur: *Erat autem cibus Salomonis per ſingulos dies triginta cori ſimilæ* (hoc eſt, farinæ albæ, ſeu floris farinæ triticeæ) *& ſexaginta cori farinæ* (quæ erat ex omnibus frugibus, & leguminibus. Corus vero medimnos Atticos 41. capiebat. Medimnus vero ſex modios continet.) *Item decem boues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum atq; bubalorum & auium altilium. Item habebat quadraginta millia præſepia equorum currilium, & duodecim millia equeſtrium, nutriebantq; eos ſupradicti Regis præfecti, ſed & neceſſaria menſæ ipſius Regis cum ingenti cura præbebant in tẽpore ſuo.*

Et de officiariis diuerſorum ordinum tam Pontificialis dignitatis, quam Imperialis fit mentio *in c. Conſtantinus. 96. diſt.* & ibi videtur, quod militiæ clericalis officia ſint adinuenta inſtar ſecularis.

Sed lõge ante Salomonem, cum iam ſexaginta anni, & vltra lapſi erant, cum regnare ince-

inceperit Salomon, Samuel ſanctiſſ. Domini Propheta Hebræorum magnus Pontifex & Iudex, Leges ſeu Iura regni Hebræorum iuſſu Domini dederat Sauli in regem Hebræorũ aſſumpto,quę deſcripta erãt in libro, vt habetur 1.*Reg.* 8. *&* 10.*c. in fi.* vbi ſatis elici poteſt de ſtatu Regis Saulis: de quo *in præcedenti part. in conſiderat. de priuileg. Principum,verſ.* 162.

Decimaquinta conſideratio. Aliud eſt officium domeſticum Principis, quod dicitur Comes horreorum, piſtrini Principis curator. De quo facit mentionem Pyrrhus *in ſuo tract. de togatis & palatinis.*

Et hic habet ſub ſe mãcipia quædam purgandis horreis adſcripta, coquendoque pani Principis. Et hic poteſt eſſe præfectus annonæ, ſeu tribunus.

Decimaſexta conſideratio. Eſt & aliud officium domeſticum Principis, quod dicitur officium Comitis ſacri palatii ſecundum Luc. de Penna, vt infra dicetur. Sed ſecundum Pomponium Lætum dicitur officiũ præfecti fabrorum; quoniam vt ait, ſunt artifices, qui caſtra ſequuntur, vt fabris lignariis, ferrariisque præſint. Et is Magiſtratus eligebatur idoneus, & qui caſtris ſciret bene prouidere, præſertim, qui in vrbium expugnatione cuniculos ſubterraneos faceret, atque id genus alia, vt Mamurra eques Romanus fuit præfectus fabrorum C. Cæſaris in Gallia: qui (teſte Polydoro *de inuent. rerum. lib.* 4. *cap.* 8.) fuit primus, qui parietes domus cruſta marmoris operuit. Et de huiuſmodi officio forte latius infra dicetur 19.*part.* Et talis proprie apud nos dici poſſet Magiſter operum.

Dicit tamen Lucas de Penna *in l. vnica. C. de comitibus & tribunis ſcholar. lib.* 12. quod comes ſacri palatii erat præpoſitus cuſtodiæ conſeruationi, & ornamento imperialis palatii. Erat autem architector peritiſſimus omnium, ante pedes regios primus incedens, auream virgam ferens in manu. hic peruigili cura vigilabat circa decorem palatii, vt antiquum nitorem in priſtinum conuerteret, & noua ſimilia antiquitate produceret.

Crederem autem potius, quod talis præfectus fabrorum ſeu operum eſſet ſub comite, qui habet curam ſacri palatii. Cum hic comes curæ ſacri palatii ſit de primoribus, & æquiparetur comiti, & tribuni ſcholarum, etiam comiti ſacri ſtabuli, vt eſt tex. *in d. l. vnica.* Et ſit in maxima dignitate, in qua nõ eſt præfectus fabrorum; licet ad ſimilitudinem huius in palatio Pariſienſi in menſa marmorea eſt adhuc iuriſdictio magiſtri operum, ſeu latomorum, qui cognoſcere habet de operibus & ædificiis factis pro Principe, & poteſt ille Magiſter latomorum adaptari huic præfecto fabrorum. Et quod tales magiſtratus habeant iuriſdictionem ſuper prædictis, corroboro ſic. De iure enim Magiſtri militum habent iuriſdictionem inter ſuos milites. Caſus eſt *in l. magiſteriæ poteſtati inter militares viros. C. de iuriſdict. omnium iudic.* Secundo ſic, ratione profeſſionis vel negotiationis, quæ ſubiicitur iuriſdictioni illius, qui præeſt talibus, & de his quæ pertinẽt ad eius artem, ſeu curam. *l. fina. in princip.* vbi eſt propria officina. *C. eod.* Hodie tamen de conſuetudine regni Franciæ centum milites Regis, de quibus ſupra dixi *in iſta part. in* 11. *conſiderat.* litigant coram dominis requeſtarum in Parlamento Pariſienſi, prout & alii domeſtici Principis, ſi velint, & hoc virtute literarum Regiarum ab eis impetratarum, quas *Committimus* vocamus.

Decimaſeptima conſideratio. De aliis officiariis Principis tractat, qui ſunt omnibus, & ipſi ſcil. Principi, & aliis quibuſcunque magiſtratibus neceſſarii, & ſunt ærarii, qui ærarium Principis adminiſtrare habet, & in recipiendo, & in diſtribuendo. Et tales inter cæteros ſunt laudãdi, & retroactis temporibus, & de iure, & de facto fuerunt laudati & honorati. Et acceperunt nomen ab ære, hoc eſt, pecunia: Quoniam olim æs fuit in precio magis, aurumque iacebat, vt ait Lucret. Nunc, verſa vice, iacet æs, aurum ſummo ſucceſſit honore. Et primo ex ære pecunia ſignata fuit. Vnde Ouid. in Faſtis:

Aera dabant olim melius, nunc nomen in auro eſt,
Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ.

Aduerte, quod in hoc ærario plures ſunt officia-

officiales. Sunt enim primo generales, ſecundo magiſtri computorum, tertio theſaurarii, quarto receptores. Sed quomodo hi poſſint ad officia (olim in iure ſcripta) adaptari, videndum eſt. In primis apud nos in Francia quatuor ſunt generales Finantiarum, ſcilicet generalis Franciæ, Normanniæ, Britanniæ, & Linguæ Occitanæ. Hic etiam prius præmitto, quod apud nos Principes ſingulis annis faciunt breuiarium, in quo deſcribunt ſtatum eorum generalem, & in illo ſtatuunt tam de ærarii pecunia, quam de fiſcali, quod eo anno fieri velint: quam ſummam inſtrumento miniſterioq; omni Aulico ferri placeat, quã argentariam nunc, & officiales domeſticos vocant. Quam etiam rei militari attribui (quum teſte Plauto, belli neruus ſit pecunia) quam ſtipendiis: Quoniam & officiariis, & militibus ſtipendia ſunt neceſſaria. Ideo habetur *Luc.* 3. Neminem concutiatis, eſtote cõtenti ſtipendiis veſtris. Quam liberalitatibus, quam venatico apparatui, quam auitio, equitioque, id eſt, falconariæ ſcutarioque, vt verbis noſtris vtar. Quibus etiam vſus eſt ille elegans vir dominus Guilielmus Budæus *in ſuis annotationibus in Pandectas, ſuper l. vltic. ff. de offic. quæſtor.* ſed ad rem redeo. Quam deniq; in euẽtus varios, & ad incerta rerum caſuumque (quo nomine præfecti ærarii immanes ſummas ſuæ poteſtatis faciunt) in legationes dimittendas, admittendasque, atque etiam in lautitiam deſtinati, hoc eſt, munera & xenia, quæ legatis exterarum gentium donantur. In eo etiam breuiario, Princeps anniuerſaria conſtitutione ſtipendia quædam augeri, quædam circumcidi, quædam eradi iubet. Ex quo velut Archetypo quini quotannis veluti traduces ducuntur. Quorum vnum præfecti fiſci communem inter ſe ſumunt, & ſunt theſaurarii: Reliquos præfecti ærarii (& ſunt generales finantiarum) habent ſuum quiſque cum ſuo tribuno ærario (hoc eſt, receptore generali) communem. Ex quibus rurſus ſecundaria quædam breuiaria coactoribus prouinciæ ſuæ, hoc eſt, receptoribus particularibus faciunt, in quibus attributas prouinciæ ſuæ pecunias variis nominibus exponunt & erogant. Nomina intellige capita breuiarii, hoc eſt, rationis argentariæ, tituli que earum rerum, & huiuſmodi, quas ſupra enumerauimus, quibus expenſę pecuniæ feruntur.

Ex his autem velut ſubbreuiariis fiunt rurſus, quæ pyctacia breuiaque dicuntur, & breues vulgo *borderellos* appellant, id eſt, commentariolos ſummam rerum continentes, de quo exempla ſunt *in l. actuarii. l. excellentia. & l. iubemus. 2. in fin. C. de erogat. milit. annona. lib.* 12. Attributæ autem pecuniæ (teſte Budæo) ab antiquis dicebantur, quas nunc aſſignationes dicimus. Tributum dictum eſt à tribubus, quod ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Ab hoc, ea, quæ aſſignata erat, attributum dictum. Ab eo vero, quibus attributa erat pecunia, vt militi reddant tribuni, ærarii dicti ſunt. Id quod attributum erat æs militare dictum. Tribuni igitur ærarii ſecundum Aſconium ea officia gerebãt, quæ nunc generales receptores obeũt, exequuntur attributam pecuniam quæſtoribus prouincialibus (pro quibus hodie habemus theſaurarios bellicos) adnumerantes ex ærario promptam. Tamen ſecund. Varro *lib. 1. de lingua Latina, in fi.* Tribuni ærarij dicti erant, qui militibus ipſis protinus adnumerabant, qui nunc theſaurarii ſunt bellorum. Nec immerito forte hic officiales ærarii inter domeſticos, & palatinos Principis annumerantur. Cum ſint officiales generales ad omnem ſtatum Principis, tam ſui ipſius ſuorum officiariorum domeſticorum, quam iuſtitiariorum, & rei militaris. Ideo de his in hac parte fit mẽtio, etiam generales recte apud nos dicuntur, cum eorum officium, ſcilic. illorum, qui ſunt digniores in ærarii adminiſtratione habeant officium generale ad omnes circa Remp. verſantes.

Nunc ergo ad hos deueniamus, qui quandoque dicti ſunt quæſtores ſeu præfecti ærarii (vt dicunt Budęus & Pyrrhus) & tales ſunt illuſtres, vt voluit Purpur. *in l. 1. col. 13. ibi: illud autem recipi poteſt. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd.* Ideo digni ſunt magno honore, & tales præferri

Digitized by Google

ferri deberent omnibus domeſticis & palatinis, poſt quatuor primores Domus Regiæ, de quibus ante dixi. Non tamen præferuntur Cancellario, & Præſidentibus in Parlamento, in congregatione generali, nec Magiſtris requeſtrarum & conſiliariis, vt dicit Boerius *in tract. Ioan. Montaigne, de autoritate magni Concilii*: vbi vide modum ſedendi in conſiſtorio Chriſtianiſſimi Francorum Regis. Imo dicit idem Io. *in d. tractat. in 2. ratione*, quod tales quæſtores ex plebeis & ignobilibus eligebantur. *l. 2. §. deinde cum ærarium. ff. de orig. iur. & l. vnic. ff. de offic. quæſtor. & ibi gloſ. in ver. plebeios.* vbi gloſ. tria genera quæſtorum declarat. & etiam gl. *in proœm. Inſtitutionum. §. cumque hoc. in verb. ex quæſtori.* ſed videretur dicendum per gloſ. *in d. l. vnica.* Quod tales quæſtores ſint tantum ſpectabiles, vel clariſſimi, illuſtres tamē nominantur, per tex. *in l. 2. C. de offic. quæſto.* & Ioan. Montaigne, vbi ſupra dicit, quod ſufficit, vt ſint humilioris ordinis: quibus non aſſentit Purpur. *in l. 1. num. 43. cum quinque ſequent. in 25. conſider. incip. cum vt.* Sed cum Budæus & Pyrrhus tales quæſtores dicant eos eſſe, quos magiſtros ſeu dominos computorum vocamus: Ideo eos inſequendo videretur dicendum, quod tales generales finantiarum ſint illi, qui præfecto ærarii computantur. de quo fit mentio *in l. ſenatus. ff. de iure fiſci.* & per Pyrrhum plene *in libro de quæſtoriis magiſtratib.* vbi dicit, quod talis quæſtor magni honoris gradus erat.

Iacobus Rebuffi *in l. præcepit. & in l. 1. C. de canone largit. tit. lib.* 10. videtur tales adminiſtratores ærarii alio nomine vocare; quoniam eos nominat Comites. Nam (vt ait) Princeps duo habebat patrimonia, & ad gubernationem iſtorum præponebantur duo Comites, ſcilicet, Comes ſacrarum largitionum, & Comes rerum priuatarum, & habebant idem priuilegium, *vt in l. vlt. C. de Palatinis ſacrar. largit. lib.* 11. Nam quilibet erat illuſtris, & de Comite rerum priuatarum probatur *in l. vnica. C. de offic. comitis rerum priuat. iuncta l. fina. ante fina. C. de aſſeſſ.* Probatur de comite ſacrarum largitionum, *l. ſiue ex prætoriano. C. de execut. & exact. lib. 11. & l. 2. § ideo. C. de nouo codice compon. & l. vnica. C. de offic. comit. ſacrar. largit. & l. viros deuotos. C. de palatinis ſacrarum largit. & rerum priuat. eodem lib.* 12. Vnde officium comitis rerum priuatarum erat, vt gubernaret res fiſcales, quæ appropriabantur ad commodum Principis, nec conuertebantur in vtilitatem publicam. de quo Lucas de Penna *in l. 3.* quæ incipit, *ſi quando. C. de bonis vacantib. lib. 10. & in l. 2. de petit. bonor. ſublatis. C. eo. lib.* vbi refert ea, quæ pertinebant ad eius officiū. Et iſte conſtituebat procuratorem Cæſaris, qui ſibi reddebat computum. *l. penult. C. de iure fiſci. lib.* 10. & licet gloſſ. *in d. l. vnic. C. de offic comitis rerum priuat.* vocauerit iſtum comitem procuratorem Cæſaris; tamen contrarium eſt verum. vt notatur *in dicta l. penult. C. de iure fiſci. & in l. ſi quis in tractat. C. de bonis proſcript. & in l. ſi quando. C. de bonis vacantib. eodem lib. decimo.*

Officium vero comitis ſacrarum largitionum erat colligere tributum, & applicabatur in theſauraria, ſeu fiſco, ex quo ſoluebātur ſtipendia militaria (vt paulo ante dictum eſt) nec conuertebantur in vtilitatem Principis; tamen iſti comites habebant diuerſa officia. vt probatur *in l. in prouinciis. C. de numerariis & actuariis. lib.* 12. Etiam iſte comes ſacrarum largitionum habebat ſpecialem poteſtatem, & cuſtodiam ipſius theſauri. Et reddebat rationem præfecto prætorio, vt *in Auth. de collat. § eos autem. collatio. 9. & l. fi. in fin. Cod. de exact. trib. lib.* 10. Et omnes collatores, & exactores reddebāt ſibi computum; Et ipſe præfecto prætorio, vt dixi. Ex quo videtur dicendum, quod generales prædicti æquiparari poſſunt dictis comitibus; quia nō reddunt alicui computum, nec ſubiiciuntur, niſi præfecto prætorio, hoc eſt, Cancellario. Licet videantur aliqui dicere, quod tales ſint theſaurarii Franciæ, ſed potius credēdum eſt, quod tales generales magis adaptari poſſint ipſis comitibus, vt poſſint dici illuſtres; cum ſint in maximo honore, & ſemper fuerint magis, quam theſaurarii, & receptores, qui ſubſunt eis, & tenentur reddere computum eiſdem. Et hæc dixi ad ſuſtentationem opinionis Purpurati, in hoc, quod dicit ipſos generales,

Digitized by Google

rales, eſſe illuſtres, in quo multum extolluntur. Cum officium eorum in extraordinariis pecuniis, & ſubſidiis quærendis & conſeruandis verſetur.

Vnde & de quæſtoribus ſentit G. Benedicti *in ſua rep. c. Ray. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam num. 59. de teſtam.* vbi ita ait: Quæſtores ſunt generales, & receptores talliarum, quas Rex annis ſingulis indicit, pro neceſſitatibus Regno occurrentibus, ſecundum maius & minus pro modo neceſſitatum, quæ talliæ leuantur à non priuilegiatis pro valore rerum & bonorum ruralium, quas quiſque plebeius habet & poſſidet: & ibi ponit, quomodo talliæ, ſeu collectæ dictorum ſubſidiorum indicuntur, leuantur & exiguntur, & per quos ſaltem in patria Tholoſana.

Aduerte pro intellectu prædictorũ; quia, vt refert Budæ. *in d. l. vni. ff. de offic. quæſt.* & Pyrrhus *in loco ante alleg.* tria penſitationum genera, ſeu ſolutionum fuerunt apud antiquos.

Primum dicitur Canon, & eſt hodie id, quod domaniũ dicitur. Exemplificat Budęus in portoriis, vectigalibus, & huiuſmodi.

Secundum dicitur oblatio, & eſt id, quod nunc *auxilia* dicimus, *Aydes* in vulgari: vt Octauiani heminatim, hoc eſt, per menſuras diuenditi, & viceſima eius, quod cupatim culeatimq; venit reliquarum mercium, quæque à ſolidariis negociatoribus venduntur (quos *groſſarios* appellant) quæque à minutariis & venditoribus, qui & propolæ dicuntur, hoc eſt, nõ ſua vendentes, ſed à negotiatoribus præempta, vt poſtea pluris vendant.

Tertium eſt Indictio (quam talliam vocamus) antiqui collationem vocabãt: & Cicero collectam dicit. Et in adminiſtratione iſtarum penſitationũ eſt differentia, teſte G. Benedicti *in loco ſupra alleg.* quoniam theſaurarii adminiſtrant domanium, quod eſt ordinarium, generales vero talliam, quę dicitur munus extraordinarium, vt ſtatim dicam.

Et iſti generales habẽt iuriſdictionẽ in palatio Pariſienſi, in quo ſunt duo pręſidentes, octo conſiliarii, aduocatus, procurator, graffarius, & duo apparitores. Et ab eis non appellatur. Et appellationes emiſſæ à ſentẽtiis, & iuriſdictionibus electorum, & grenetariorum deuoluuntur ad eorum iuriſdictionẽ, & curam, qui quidem electi cognoſcunt de auxiliis, ſeu ſubſidiis, & genetarii, ſed magis granarii, vel horrearii de gabellis ſalis.

Decimaoctaua conſideratio. Ad theſaurarios ſe offert relinquendo Magiſtros computorum in parte ſequente, cum ſint officiarii iuſtitiæ. Hi theſaurarii (qui ſunt quatuor generales in Frãcia) præfecti fiſci vocari poſſunt, autore Budæo *in l. vnic. ff. de offi. quæſto.* & tales etiã poſſunt dici illuſtres, vt ait Purp. *in l. 1. col. 3. ff. de off. eius, cui manda. eſt iuriſdict.* per text. quem dicit ad hoc facere *in l. fin. Cod. vbi ſenat. vel clariſſimi. in princ. ibi: cui ſacros noſtri nominis theſauros, aut res priuatas noſtræ pietatis, vel ſereniſſimæ Auguſtæ noſtræ coniugis gubernandas iniunxit noſtra ſerenitas.* Et ibi facit differentiam inter generales & particulares, de quibus infra. Videretur tamen dicendum ex rationibus deductis in præcedenti conſiderat. de generalib. quod ſunt tantum ſpectabiles, & ſufficit, quod tales ſint: cum etiam Magiſtri militum (qui vocantur mareſchalli Franciæ, aut capitanei) ſunt tantum ſpectabiles, vt dicit Spec. *in tit. de iuriſd. omn. iud. verſ. medii.* & dicam infra *in 9. part. in 10. conſid.*

Guillelmus Benedicti *in ſua repet. c. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam num. 506. vſque ad num. 509. de teſtam.* ponit originem iſtorum theſaurariorum, ſeu quæſtorum, vbi dicit, quod huiuſmodi quæſtores, ſeu theſaurarii à populo Romano originem ſeu ortum habuerunt in principio naſcentis ciuitatis. Cum ærarium populi actum eſſe cœpiſſet, in quo pecuniæ publicæ reponebantur: quia vt eſſent, qui ærarii theſauro præeſſent, conſtituti fuerunt quæſtores, qui pecuniæ præſiderent, & dicti ſunt ab eo, quod inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſa creati erant. Verba ſunt *l. 2. §. iiſdem temporib. ibi: deinde cum ærarium, &c. ff. de orig. iur.* ob quod dicit text. *in d. l. vnic. ff. de offi. quæſto.* quod origo quæſtoribus creãdis antiquiſſima eſt, & pene ante omnes magiſtratus: Habuerunt enim Romulus conditor vrbis, & Numa Pompilius binos

binos quæſtores, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio, hoc eſt, conſenſu & electione crearunt. Et in hoc videtur G. Benedicti, quaſi præferre iſtos theſaurarios ſupradictis generalibus, & in Francia ſunt quatuor principales, qui de cauſis inter fiſcum, & priuatos cum præſidibus, id eſt, ſeneſcallis aut balliuis cognoſcunt, *l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum reſtitut. poſt.* Et hoc fit Tholoſæ, teſte eodem Guil. Benedict. vbi ſimul cognoſcunt: Et horum officium eſt (vt dicit) quęrere & exigere omnia, quæ domanii Regis, & de patrimonio, ſeu de menſa ſunt. Et debent diſcurrere prouincias, vt viſitare domanium, illud conſeruando, & ſi iuſte fieri poſſet, augendo, & occupatum ac perditum recuperando auxilio præſidum, vbi de reditu vigintiquinque librarum Turonenſium. & infra quæſtio fiet. Si autem de maiori ſumma augeretur, curiæ Parlamenti, in cuius reſſorto eſt, cognitio pertinet. Et tamen, vt dicit, officium generalium in pecuniis extraordinariis, & ſubſidiis quærendis verſatur, vt etiam dictum eſt in præcedenti conſideratione. Dicti etiam theſaurarii in hoc videntur laudandi, cum adminiſtratio eorum verſetur circa ordinarium munus, generalium vero circa extraordinarium.

DEcimanona conſideratio. Generales receptores Fráciæ tribunis ærarii comparari dicunt Budæus & Pyrrhus. Qui vero dicuntur tribuni ærarii, dictum eſt ſupra *iſta part. in 17. conſid.* vbi dixi poſt prædictos, quod ea munera obibant, quæ nunc generales receptores obeunt, aſſignatam pecuniam theſaurariis bellicis adnumerantes ex ærario promptam. Sed teſte Varrone, hi erant, qui militibus ipſis protinus, hoc eſt omnino, vel longe à finibus adnumerabãt, qui hodie theſaurarii bellici vulgo dicti ſunt, *Les teſoriers des guerres.* Nam his attribuitur pecunia, quam militibus reddunt pro ſtipendiis.

Tribuni non tam ærarii, quam (vt appellantur) ærati, Æratos tribunos Cicero pro obæratis dixit, id eſt, ære alieno obrutis & implicitis. Gallia vero memoria noſtra (vt ait Budæus) alterius genere æratos, huiuſmodi tribunos, omneſque argẽtariam factitantes, hoc eſt, pecunias numerantes, ſemper habuit, id eſt, bene numeratos. Refert tamen Nicolaus Boerii *in ſuo commento ſuper conſuet. ſeptena Bituricenſ. tit. de conſuetud. matrimon. §. 5.* Quod clerici finantiarum ab initio magnam faciunt pragam, ſeu bragam, & per exteriora apparent diuites, ſed in fine mittantur, & in exilium mittuntur, vt ait factum fuiſſe tempore Lud. XII. Francorum Regis. Sed peius eſt hoc an. 1527. die 9. Aug. Quidam generalis Franciæ detentus incarceratus Pariſiis in arce, quæ vulgo *Baſtilla* dicitur, fuit condemnatus per iudices commiſſos à domino noſtro Rege, vt in patibulo Montisfalconis ſuſpenderetur, & ſtrangularetur (quod & factũ fuit die lunæ, 12. eiuſdem menſis ſequente) omnia bona ſua confiſcando: & in dicta ſententia continetur, quod dicti iudices declarauerunt dictum generale aſtrictum, & conuictum de furtis, falſitatibus, abuſibus, interuerſionib⁹, hoc eſt, callidis ſurreptionibus, & malis adminiſtrationibus finantiarum Regis mentionatis in proceſſu, & priuatum ab omni honore & ſtatu, pro reparatione dictorum criminum & delictorum: ordinantes inſuper ſummam tercentorum millium Pariſienſium, ſuper dictis bonis & confiſcationibus accipi pro reſtitutione ſummarum & partium male captarum per dictum generalem ſuper finantiis Regis, & aliis damnis, & intereſſe in eis factis, dictam ſummam adiudicantes Regi pro reſtitutione prędictorum.

Iſtud vero deinceps cedat aliis in exemplum, vt ſint inculpati, nulliusq; culpæ notatione digni. Inculpabiliter enim teſte Caſſiodoro neceſſe eſt, viuat, etiam qui ſolam ſui præſentiam nouit Principibus offerendam. Quomodo tamen parcendum ſit honori, & verecundiæ Domus Regiæ, & his, qui pro domo & parentibus Regiis laborarunt, vide per G. Benedicti *in repet. c. Raynut. in verb. & vxor. nomine Adelaſiam. num. 8. c. 8. extra, de teſtam.* Allego pro hoc tex. *in c. ſed & quod Principi, ad finem, ibi: nam quod ob meritum. iuncta gl. in ver. ob meritum. quam ſeq. ibi doct. Inſtitut. de iure natur. &c.* & ibi notat Ange. per illum tex. quod iuſta cauſa minuendi, vel remittendi pœnam

alicui delinquenti eſt propter multa ſeruitia, quæ contulit Principi vel Reipublicæ. Plures etiam alii referuntur petenti ob ſupradicta delicta in carceribus Pariſianis, de quorum vita dubitatur, quæ cum vitioſa ſunt, ſtirpitus (vt nulla radix inde remaneat) eruenda ſunt, vt vtar verbis *l.2. C.de petit.bonor.ſublatis,lib.10.* licet hodie talia potius radices effundant, cum eſſent omnino tollenda; quia ex mala radice procedunt. Et huiuſmodi ærarii adminiſtratores, vulgo in Francia porci Regis dicuntur, tanquam vitam in ocio, & ſine ſolicitudine degentes, pro quo benefaciunt ea, quæ dicit Luc. de Penna *in d.l.2.* poſt Polycr. *lib.cap.2.* Hi autem, (vt ait) in republica ventris & inteſtinorum Imaginem ferunt: qui, ſi immenſa auiditate rapta congeſſerint, & congeſta tenacius reſeruauerint, innumerabiles, & incurabiles morbos corpori Reipublicæ generant, & vitio eorum totius corporis ruina imminet. Et ſecundum Hippocratem, craſſa & obeſa corpora, cum creſcendi modum impleuerint, neceſſariam eſſe ſanguinis diminutionem, & niſi fiat, in paralyſin, & plurium genera morborum peſſima erumpere. vt refert tex. *in c. ne tales. de conſecr. diſtin.5.* Vnde non ſine cauſa omnium talium & ſimiliũ raptorũ, Hæres, in præſenti ſeculo eſt fiſcus, qui eos bonis alienis impinguatos minuit: quod fieri neceſſe eſt, ne æternaliter pereant, ſaltem expediens eſt, vt quod vi, vel alias iniuſte perdidit proximus capiat fiſcus. Cuius omnia digerendi, & rapta deuorandi, eſt capax ſtomachus, vt ait Guil. Benedicti *in ſua repet. c.Raynut.in verb. & vxorem nomine Adelaſiam.nu.*938. & ibi vide *num.præcedenti*, quomodo exclamat contra cupiditatem Gallorum, maxime contra collectores, cuſtodes ſeu gardiatores portuum, & pedagiorum, quos, coriatores, ne dicam tortores, vocat. Et per eundem *in d.c.in verb.condidit primo, circa fi.* contra oppreſſores huiuſmodi, & eos, qui ad opprimendum iniquis vectigalibus populum auctores extiterunt.

VIgeſima conſideratio. Etiam inter tales adminiſtratores, ærarii fiſcalium pecuniarum Principis, ſunt multi inferiores, qui reſpondent ſupradictis, & magiſtris computorum, vt ſunt apud nos receptores particulares, balliuatuum, ſeu ſeneſcalliarum, hos Pyrrhus & Budæus vocant coactores, & coactio argentaria pro ipſo munere cogendi pecunias, quam nunc receptam vocant, de quibus *in ſequenti par.in 35.conſid.*

Et pecuniæ collectæ per eoſdem, ad præpoſitos Theſaurorum, ſeu generales receptores deferri debent. *l.diu.C.de ſuſceptorib.lib.*10. Et ipſi receptores particulares, ſingulis annis rationem de ſuſceptis reddere debent. text. *in l.neminem. C.eo.titu.de ſuſceptorib.* & hoc fit apud nos, coram præſidente, & magiſtris computorum Diuione denariorũ, receptam ordinariam concernentibus.

Item theſaurarii, ſub ſe habent clericos, qui actores, ſeu procuratores dici poſſunt: Nam, procurant executiones fieri contra inferiores receptores prouinciarum, pro pecuniis per eos debitis. pro quo facit *l.ſiue.Cod de execut.& exact. lib.12. & l. miſſi opinatores.Cod.de exact.tribut.lib.*10. Exactores particulares theſaurariis reddere rationem tenẽtur, de omni pecunia per eos percepta, & collecta, vt *in l.1. C.de canone largit.titul.li.*10. Et omnes ſupradicti, tam quatuor Theſaurii, quam quatuor generales, tenentur annis ſingulis reddere Regi computa, & rationes de receptis, & adminiſtratis, ſeu his, qui eo deputati ſunt vt dicit G.Bened. *in rep c.Rayn.in verb. & vxorem nomine Adelaſiam.num.*410. *extra de teſtam.*

VIgeſimaprima conſideratio. Sunt & inter prædictos adminiſtratores ærarii, quidam obſeruatores: quos hodie contrarotulatores dicunt. Quos dicunt Budæus & Pyrrhus, comparandos eſſe Antigraphæis, hoc eſt, quod acta prædictorũ antigraphant, hoc eſt, contraſcribant. Et tales etiam cuſtodes appellantur, ſecundum Ciceronem teſte Budæo, *in l. vnica. ff. de officio quæſto.* Allegans etiam Vlpianum *in l. 3.§.1.in fin.ibi: dati ſunt enim quaſi obſeruatores actus eius & cuſtodes. ff. de adminiſtrat. & peric. tutor.* De Antigrapho ait Ariſt. *in politicis.* Ne interuertantur pecuniæ publicæ, inſtitui oportet, vt palam omnibus ciuibus tradantur. Antigraphaq; earum fiant

fiant per fratrias, & tribus ſingulas, id eſt, fratriatim, tributimq́;, quod collegialiter dicimus.

Et iſti habent officia, & adminiſtrationẽ, & ſic dignitatem, ſed non ſunt in tam magna dignitate, quam præcedentes. Cum eis ſubſint, & omnes eiſdem generalibus & theſaurariis, ſeu receptoribus generalibus ſubſunt.

Supradictorum adminiſtratorum munera nunc diuerſiſſima ſunt, quam olim fuerunt. Erat enim teſte Budæo alia prorſus ratio apud eos ærarii adminiſtrandi, atq; nunc apud nos. Pecunia enim publica vno in loco condita erat, quod ærarium dicebatur. (de quo alibi dixi) quam tribuni ærarii cum opus erat, promebant. Nunc autem priuatim aſſeruatur, priuatimque eius ratio conſtat. Quo fit vt ærarium noſtrum, diſperſum in poteſtatem ſit paucorum: cæterum Imperatores exercituum ex prouinciis decedentes, rationes ſuas ad ærarium referebant, id eſt, computos reddebant, vt nunc loquimur, hęc Budæus *in l. vnica. ff. de offi. quaſt.*

VIgeſimaſecunda conſideratio. Quia in hac parte potiſſimũ de officiariis principum, qui curiam Principis ſequuntur, vt eidem in ſuo, & pro debito officii obſequantur. Vnde curiales dicti ſunt, Ex quo, cum cura eſſe debent: Ideo pro merito obſequii aliqua in quibus honorantur, & priuilegiantur ipſi Curiales non incongrue hic inſerere curaui. Et quæ pleriſq; in locis iuris, reſperſa erant, in vnum coegi, vt ſtudio & labori parcatur.

In primis Curiales in hoc honorantur, quod adorare poſſunt, & ſalutare Principem, etiam ſine munere, quod tamen aliis non permittitur. Nam nemo adire poteſt Principem, nec ipſum ſalutare abſq; dono, inſtar regis Parthorum. & refert Petrus Candidus *in proœmio Appiani Alexand. in pri. de bellis ciuilibus.* Dixi *in commen. noſtro ſuper conſuet. ducatus Burgun, tit. des iuſtices, §. 4. ad initium, ver. Additio item etiam, &c.*

Tamen Curialiſtæ poſſunt quandocunq; adorare principem, & ſalutare, vt de pluribus ante dixi ſuis locis: & habetur *in l. 1. C. de ſilentiar. lib.* 12. Et ibi Iacobus Rebuffi, dicens, quod Princeps adoratur, cæteri autem ſalutantur. Et non debet quis genu flectere, niſi coram principe: & à quibus ſalutetur, vide *in l. 1. C. de veteranis, lib.* 12. Et ſola regia maieſtas adorari debet. Cæteri vero, vt Barones, & alii ſalutari debent, vt ibi inquit Rebuf. & dixi ſupra ample *in 5. part. 33. conſideratione, incip. proſequendo materiam, &c. Et in 1. part. in 26. conſideratione. incip. Quis dicitur honorari in ſalutatione. Et in 34. conſideratione, incip. Honor etiam in adeundo. Et iſta eadem part. in 11. conſideratione,* cuius initium eſt: *Alii reperiuntur officiarii.* Et quod curiales ſine munerum exhibitione lętentur honore curiæ, videtur tex. iuncta glo. *in verbo, functione, in l. Cod. de ſilent. lib.* 12.

VIgeſimatertia conſideratio. Honorantur curiales in hoc, quod quamuis priuatis non liceat deferre veſtes oloberas, aureas, paragaydas, hoc eſt brocatas ſericas, & murice tinctas: cum tales ſint veſtes Principum. *l. 2. 3. & 4. C. de veſtib. oloberis, lib.* 10. In curialibus Principi miniſtrantibus (vt ornatiores fiant coram Principe) licitum eſt, & permittitur tales veſtes ferre, vt dicit Ioan. de Plat. *in d. l. 2.* Poteſt tamen Princeps eis auferre cum recedunt, vt ait Luc. de Pen. *in d. l. 2.* & dixi infra *in vlt. par. in 95. conſid.*

VIgeſimaquarta conſideratio. In hoc etiam honorantur curiales, quod illegitimus ſeu naturalis, per traditionem, ſeu oblationem Curiæ à patre factam (hoc eſt, ſi fuit curialis) legitimatur, & legitimus efficitur. tex. *eſt in l. communionum, & l. ſi quis. C. de natural. lib. in Auth. quibus modis natur. effic. ſui. §. 1. & §. ſi quis igitur. & §. & quoniam. & §. filium. vſq; ad §. trib. coll. 7. in Auth. de monachis. §. ſi vero relinquens. coll. 1. §. vlt. & ibi notatur in verbo, curia, Inſtit. de nupt. in c. per tuas. & ibi gloſſ. in verbo, filium, & per doct. extra qui fil. ſint legit. in leg. fin. & ibi not.* Luc. de Pen. *col. 4 C. de his qui ſponte munera publica, lib. 10.* & per eundem *in l. ſi cohortalis. col. 4. de cohortalib. lib. 12.* Et tales ſuccedũt parentibus ex teſtamento, & ab inteſtato. *l. quoniam deſideria. C. de naturalib. lib.* Sed quoniam, vt dixit Ang. *in §. 1. in Auth. quib. mod. natural.*

Digitized by Google

tural. effic. legit. collat. 6. hodie talis legitimatio non eſt in vſu, non aliter inſiſto. Sed vide ea, quæ dixi *in commento noſtro ſuper conſuetudinib. ducat. Burgund. tit. des ſucceßions des baſtardz.* §. 3. *in gloſſ. ab inteſtat. verſ. ſecundus modus*, vbi modi legitimandi deſcribuntur.

Vigeſimaquinta conſideratio. Curiales in hoc priuilegiantur, quod prædia eorum non poſſunt alienari ſine ſolennitate, de qua *in fin. C. de prædiis decur. ſeu curial. lib.* 10. Et iſtud eſt in fauorem ipſorum curialium, vt, Reſpublica habeat diuites Curiales, vt *in l.* 2. *illius*, & in tantum in hoc priuilegiatur res curialium, quantum res minorum & Eccleſiæ: & in hoc pari paſſu ambulant, vt notatur per Purpur. *in l. mandata. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* Et aduerte in hoc ſingulare, quod, quando petitur interponi decretum iudicis in talibus alienationibus, debent cauſæ ſigillatim exprimi, nec ſufficeret generalis expreſſio cauſæ, Vt ſi dicatur, vendo propter æs alienũ exoluendum, ſed oportet ſingulariter, & ſigillatim exprimi cauſas, hoc eſt, vt nominentur creditores, & quantum cuilibet debetur, vt habetur *in l.* 1. *C. de prædiis curial. lib.* 10. & ibi Iacob. Rebuf. dicit idem obſeruandum in rebus minorum, & Eccleſiarum vendendis. allegat *l. magis puto.* §. *ſi as. ff. de reb. eorum.* Facit ad hoc *l. ſi quis mihi bona.* §. *iuſſum. verſ. ſed vt cum. ff. de acquir. hæred.*

Vigeſimaſexta conſideratio. Curiales Principis in hoc honorantur vltra alios, quod debẽt habere pro legitima ſua nouem vncias, licet alii filii non habeant, niſi trientem, vel ſemiſſem, *in Auth. de triente & ſemiſſe.* §. 1. *col.* 3. Quod bene notare debent Corteſani Principis, vt dicit Matt. Laud. *in tract. de off. dominorum. artic.* 34. vbi tamen dicit hoc eſſe verum in legitimis. Et non in naturalibus legitimatis, ſecundum Ioan. But. & notant moderni *in Auth. nouißima. C. de inoffic. teſtam.*

Vigeſimaſeptima conſideratio. Curiales etiam in hoc honorantur, & ſequentes curiam Principis, quod ignobiles efficiuntur nobiles, & conſequenter nobilitantur, aſſiſtendo ſeruitio & obſequio Principi: vt dicit Ang. *in* §. *fin. col.* 1. *Inſt. de exceptio. per text. ibi l. vnica. C. de mand. Princip.* & dom. meus Iaſ. poſt eum *in l. omnium, in primo notabili. C. de teſtam.* Purpuratus *in l.* 1. *col.* 18. *de offi. eius cui mandata eſt iuriſdictio.* Dixi in 8. *par. in* 19. *conſid.* vbi dicitur, quod adhærentes lateri Principis & eidem, in officio quocunque minimo nobilitantur. Pro iſto dicto Ang. *in d. l. omnium* allegat l. quam dicit notabilem *in l. vnica. C. de præpoſ. labor. lib.* 12. dicit text. *Nam & immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat.*

Vigeſimaoctaua conſideratio. Etiam curiales, & famulantes Principi conſequuntur dignitatem, in quocunque ſeruitio ſint deputati, etiam ſi ſit cocus Principis, vt dicit Barbatia *in tract. de præſtãtia Cardinalium. q.* 1. *col.* 22. dixi in 8. *par. in* 7. *conſi. in* 11. *par. in* 35. *conſi.* vbi conſtat omnes Artifices Principum præferri cæteris, & gaudent multis immunitatibus, quibus carent alii Artifices, *per l.* 2. *C. de excuſatio. artific. lib.* 10. & vide quæ ſupra relata ſunt *in* 1. *par. in* 61. *conſid.* cuius initium eſt, *cum ergo ex virtute, &c.*

Vigeſimanona conſideratio. Illuſtriores dicuntur Curiales, qui ſeruiunt Principi reſpectu aliorum etiam illuſtrium, qui nõ reſident in curia, vt probat Barbatia *in conſil. ſuo* 57. *incip. præclare ſcribitur apud Iob. col.* 8. *in* 2. *vol.* Quod præferuntur in eadem dignitate conſtituti illi, qui ſunt in curia, & qui ſeruiunt, & aſſiſtunt Principi, per text. *in l.* 1. *verſ. quos lateris noſtri decus illuſtrat. Cod. de præpoſ. labor. lib.* 12. vbi omnis ordo recipit ſplendorem à Principe, ſed non æqualiter: Quia non ita reſplendet ille, qui abeſt à curia & latere Principis, ſicut ille qui eſt in præſentia Principis. *tex. eſt ibi.* Et facit, quod dicit Bal. *in rubr. ff. de officio proconſ.* vbi inquit, quod Principis præſentia ſeu Papæ, Cardinales illuſtrat. allegat d. l. 1. dixi ſupra *in* 4. *part. in* 16. *conſideratione.* cuius initium eſt: *Cardinales manẽtes, &c.* Adducit Barbatia *in d. conſilio* rationem, text. *in l. bene à Zenone. ad finem. C. de quadriennii præſcriptio. ibi: Quia enim ſuis conſiliis ſuiſque laboribus pro toto orbe terrarum, die noctuque laborant, quare non habeant dignam ſua prærogatiua fortunam?* vbi eſt tex. mirabilis, quod illi, qui ſunt in ſeruitio Principis, debent eſſe præmiati. Et licet

textus loquatur in Imperatore; tamen quia ratio generalis eſt diſpoſitio, diſpoſitum ampliatur ad amplitudinẽ rationis legis, vt voluit gl. *in verbo, factum. in c. 1. de elect. in 6.* probatur *in l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3. & in l. cum pater. §. dulciſſimus. ff. de leg. 2.*

Faciunt ad præcedentia, quæ dicit Angel. *in l. 1. ff. de teſtament. milit.* quod doctor, qui eſt ad latus Principis præfertur militi. Ita recenſet Purpuratus, *in l. 2. colum. 18. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſd.* Pars enim corporis Principis familiaris eius ſeu curiales eſſe cenſentur. text. *in l. quiſquis. in princip. C. ad leg. Iul. maieſtatis.* canonizata *in c. ſi quis, circa principium. 6. quaſt. 1.* & recitatur per gloſſ. *in verb. cum familiares. in cap. cum dilectus. extra de clericis non reſid.*

TRigeſima conſideratio. Curiales in hoc priuilegiantur, quod non poſſunt conueniri coram iudice ordinario loci, vbi habent domicilium: ſed debent conueniri in curia, & ibi cauſæ eorum tractari debẽt. Maxime pro negotiis curialibus coram magiſtro officior, aut magno præpoſito domus Principis, de quibus ſupra in hac parte dictũ eſt. In aliis vero cauſis, non concernentibus eorum ſtatum curialẽ, ſed negotia priuata, ſeu particularia, & ſuarum rerum, habẽt in Gallia omnes curiales Iudices eorum deſtinatos, qui Pariſiis in Palatio habent cameram iudiciariam (quæ dicitur camera requeſtarum) & iſtud impetrant à Principe curiales in vim quarundam literarum Regiarum (quæ vocantur *literæ de committimus*) in vim quarum cauſæ ipſorum curialium committuntur, deputantur, aſſignantur talibus iudicibus, pro earum deciſionibus. Et ſunt pars dominorum de Parlamento habentes cameram ſeparatam. Ab his tamen ad curiam magnam appellatur, vt dicit G. Benedicti *in ſua repe. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, in ſecunda deciſ. nu. 480. in fine de teſtam.*

Et prædicta ſatis probantur, *in l. fin. C. vbi cauſa fiſcal. vel diuinæ domus, hominumque eius agantur.* vbi etiam coloni Principis conueniuntur in ciuili negotio coram præpoſito ſacri cubiculi, (qui hodie apud nos vocatur cambellanus) vt ſupra *iſta eadem par. in 8. conſider.* cuius initium eſt: *videtur, quod poſt iſtum, &c. dixi.*

Etiam facit extrauagans Eugenii IV. incipiens, *diuina.* & textus concordatorum in titulo de appellationib. quo ad curiales ſummi Pontificis, qui alibi quam in ipſius curia conueniri non poſſunt. Et, vt dicit commentator regularũ cancellariæ, ſuper regula ſexta, Capellanus honoris Papæ, eſt exemptus ab ordinario, etiam ſi non exerceat actu officium ſuum: pro quo allegat gl. *in verbo videatur. in Auth. vt ordinaria præfectura, &c. col. 5.* & ibi idem commentator dicit idem eſſe in cubiculario.

TRigeſimaprima conſideratio. Curiales in hoc pariter honorantur, & priuilegiantur; quoniam excuſantur à tutela. tex. *in l. iuriſperitos. ibi, cum dicit in conſilium Principum aſſumptos. & ibi: quoniam circa latus eorum agerent, & honor delatus finem certi temporis ac loci nõ haberet. ff. de excuſ. tut.* concordat *l. fi. ibi: circa latus noſtrum militantes. C. eod. tit.* Dixi *in proxima ſeq. par. in 3. conſider. verſi. addo alium effectum, &c.* concordat etiam tex. *in l. verũ. §. ex facto. ibi: vel hi, qui circa Principem ſunt occupati, vt in conſiliarii Menandri perſona eſt indultum. ff. de minorib.*

TRigeſimaſecunda conſideratio. Curiales & Domeſtici Principum excuſantur ab hoſpitiis militum, ſeu exempti ſunt ab onere hoſpitandi milites, tex. *in l. decurionib. ibi: domus quoq; C. de ſilentiar. & decur. eorum, lib. 12.* Et licet ibi tantum videatur loqui de ſilentiariis (hoc eſt, qui excubias faciebant in palatio Principis, apud nos vulgo dicti, *les archies de guet*) Idem tamen dicendum de aliis, vbi eadem ratio militat. facit etiam text. *in l. in ſacris. C. de proximis ſacror. ſcrinior. & in l. 2. C. de præpoſ. ſacri cubiculi, eod. lib. 12. & l. Archiatros.* quæ medicos ſacri palatii moleſtia hoſpitali liberaret.) *C. de metat. & epidem. lib. 12.* & in *l. pen. illius tit.* plures enumerantur. vt Conſulares, & patritii, conſules, præfectorii, Magiſtri militum, Magiſtri officiorum, vel quæſtores, Comites domeſticorum, & protectorum, & ſacrarum largitionum, & priuatarum largitionum, & Primicerius Notario-

Notariorum, iſtam habentes immunitatem, diuerſo tamen modo. Nam aliqui habent tres domos, quidam duas, quidam vnam: Tantum immunes à prædicto onere. Similiter Tribuni ex primicerio, illa potiuntur libertate, vt *in l. fi. illius tit.* Plures etiam alii excuſantur, vt Doctores legum, & Comites, vt dixi *in commento noſtro ſuper conſuetudinib. ducatus Burgundiæ, tit. des iuſtices. §. 4. in glo. 1. verſi. ſed quæritur, cum verſ. ſeq.*

Trigeſimatertia conſideratio. Curiales in hoc honorantur: Cum, vt communiter videmus in Gallia, & apud vos excuſantur à talliis & collectis exactionibus & impoſitionibus Principum, & donis aut aliis muneribus extraordinariis, quæ fiunt, & cõceduntur Principi & regi, vt apud nos fit in ſenagiis: quoniam cõmuniter in literis Regiis triplici ſtatui huius patriæ directis dicitur, quod ab his ſint reſeruati & exempti Nobiles origine nobiliter viuentes, & officiarii domeſtici Principis.

Sed, an iſta exemptio, ſeu immunitas, ei competat ex priuilegio vel de iure, vel ex generali conſuetudine. Quantum ad nobiles, dixi infra *in 8 par. in 48. conſideratione,* cuius initium eſt, *nobilitas in hoc honoratur.*

Quantum vero ad huiuſmodi officiarios, de iure plures excuſantur à prædictis ratione dignitatis aut officii, vt *in tit. de excuſat. muner. lib. 10. C.* vt *in l. maximorum illius tit.* enumerantur ſuper illuſtres Comites Conſiſtorii, Notarii, Cubicularii, & excubicularii. Item *in l. fi.* Illuſtres comprehenduntur. Item *in l. eos.* omnes Comites, vt præſiduum, proconſulum, & procuratorum Cæſaris & magiſtri ſcriniorum, memoriæ, & ſacrarum epiſtolarum vel libellorum, & qui ſignabant reſponſa Imperatoris. Item *in l. certis.* protectores & præpoſiti laborum. Item *in l. negotiantes*, Purpurarii, & veſtiarii, qui quidem omnes habent immunitatem à muneribus ciuilibus & extraordinariis, vt *in d. l.* patet, & non ſolum habent illam prærogatiuam, quam diu principi ſeruiant, ſed quam diu vixerint. *l. eam legem. C. eo. tit.* & de pluribus habemus tit. particulares, de quibus fit mentio de eorundem immunitatibus, vt *in l. 1. & 2. C. de primicer. lib. 12. l. in ſacris. 2. & l. iubemus. C. de proximis ſacror. ſcrinior. & l. 2. C. de priuileg. eorum, qui in ſacro palatio milit. l. 2. C. de præpoſ. ſacri cubic. & de omnibus cubicul. l. 1. C. de palatinis ſacrar. largit.* & idem dicendum in aliis, vbi eadem ratio militat. tex. *in l. fin. C. eod. tit. lib.* 12. & dicit Imperator, *in l. vnica. C. de præpoſ. labor. lib. 12.* Nam & immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat.

Et cum ſenatores excuſentur, vt *l. 4. C. de dignit. lib. 12.* ideo à fortiori curiales & familiares Principum. Nec ex eo eorum conditio deterior fieri debet, cum circa principem ſe obſequiales exhibent vniuerſis. text. *in l. cum dilectus, & ibi gl. fi. ext. de cler. non reſid.*

Facit; quia docentes in vrbe Romana (quæ eſt communis patria: ſicut & curia regia) non minus priuilegiantur, quam docentes in propria patria. tex. *in l. ſed & reprobari. §. penul. ff. de excuſat. tutor.* vbi dicit textus: Quoniam communi opinata & exiſtente patria Regia vrbe decenter vtiq;, tanquam in propria patria vtilem ſeipſum tribuens & exhibens, vel immunitate fruetur. Ratio; quia officium nemini debet eſſe damnoſum, nec ad compendium. *l. videlicet. ff. ex quibus cauſis maiores. ca. peruenit. extra de fideiuſ. & l. ſi ſeruus communis. ff. de furtis.* Facit etiam; quia curiales (vt forenſes & peregrini) mereri poſſunt indulgentias in anno Iubilæi: vt *in extrauagan. Bonifacii VIII. incip. Antiquorum, de pœnitent. & remiſſ.*

Trigeſimaquarta conſideratio. Etiam curiales ſunt exempti à vectigalibus, & pædagiis, quæ imponuntur pro rebus eorum vehendis & tranſportandis ad curiam, aut ſequendo curiam. *l. iubemus. C. de prox. ſacror. ſcrinior. lib. 12. C. de ſilentiar. & decur. eorum, eodem lib.* ſic & ſenatores, *l. 4. C. de dignit. eodem lib.*

Iſtud optime probari poteſt, pro omnibus ex generali conſuetudine, quæ in hoc obſeruatur in toto regno, & quæ in talibus eſt obſeruanda, vt dicit tex. *in l. ſi publicanus. §. fi. ff. de public. & vectig.* & ibi gloſſ. *in verbo, municipum, in d. l. in §. de reb.* enumerat plures caſus, in qui-

Digitized by Google

in quibus quis excuſatur à ſolutione gabellarum & vectigalium, quod Io. de Imol. dicit eſſe intelligendum in quatuor, ſcil. quod in talibus quis excuſetur, aut ratione rei, aut ratione perſonæ, aut ratione priuilegii, aut ratione conſuetudinis: pro quo facit *l. maximarum. circa initium. C. de excuſat. muner. lib. 10.* & crederem tales curiales eſſe exemptos tam ratione priuilegii, quam perſonæ & conſuetudinis præſcriptionis, cum liberatio à vectigalibus, ſeu non præſtatio præſcribi poſſit. text. *in l. licitatio §. earum. ff. de publican.* Et conſuetudo pro immunitate conſequenda, inſpici debet, textus *in l. negotiantes. ibi, ſecundum veterem conſuetudinem & in l. maximarum. ibi*; *vetuſto more durante. C. de excuſat. muner. li. 10. l. §. pen.* cuius initium eſt: *ſed ea ibi, vel more. ff. de muner. & honor.*

TRigeſimaquinta conſideratio. Subiecti ad reſidentiam alicuius officii & beneficii, ſi efficiantur curiales, excuſantur ab illa reſidentia, & non obſtante abſentia, ſalaria, & ſtipendia officiorum huiuſmodi percipere debent, *argument. c. cum dilect. extra de clericis non reſid.* Et eſt ratio ſecundum text. Quia familiares circa Principem ſe obſequiales vniuerſis exhibent, vt ſupra *in 2. proxima cõſid.* dixi. Et principi & omnib. proſunt. & qui in ſeruitio & familiaritate Principis ſunt, pro præſentibus habentur, ſecundum gl. vlt. vbi facit *c. de cætero. extra eod. tit.* & ſeruire officio intelliguntur. *in d. c. cum dilectus. c. ad audientiam eo. tit. arg. c. ſcire. 7. q. 1. c. ſimiliter. 16. q. 1. & c. hoc hus placuit. 12. q. 2.* & intellige curiales, hoc eſt, exiſtentes in ſeruitio Principis, vel officiales curiæ trahentes ibi moram ex præſcripto ipſius Principis. Nam ſatis tunc dicuntur abeſſe cauſa Reipub. vt dicit Pan. *in d. c. cum dilectus. ibi, ſed quæritur.* & pro hoc allegat. *l. ſed & ſi per prætorem. in fi. & l. Reipub. ff. ex quibus cauſis maiores.* Et, vt dicit commentator regularum Cancellariæ ſuper *regul. 5.* Illi potiſſime curiales dici debent, per quorum curam & conſilia Reſpub. expeditur, hoc eſt, extollitur, vel vtilis fit, vel Reipub. negotia explicantur. Et curia ſic diffinitur *in commento Valerii, li. 2. de inſtitu. antiquis. in c. vbi de Ente Rege Aſiæ fit mentio.* ſic, quod nihil aliud eſt, niſi fidum pectus & altum Reip. Et quẽadmodum ea, quorum animus noſter conſcius eſt ſecreta in pectore noſtro ſeruantur: ita arcana conſilia Reipub. in pectore curiæ reponi atque ſeruari debent, & ibi vide duo exempla de ſecretis curiæ non reuelandis.

TRigeſimaſexta conſideratio. Curiales laudantur apud Principem qui ſunt pręditi virtutibus, induſtria prouidi, moribus honeſti, in miniſteriis experti. Et tales erant curiales & miniſtri Salomonis. 3. *Reg.* 10. *c.* vbi dicitur: Videns Regina Sabba omnem ſapiẽtiam Salomonis, habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, veſteſque eorum, non habuit vltra ſpiritum. & *Cant. 3. c.* En lectulum Salomonis 60. fortes ambiunt, ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenẽtes gladios, & ad bella fortiſſimi. Et vt tales ſint, debet Princeps ſollicite ſtudere. Secundum enim iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis eſt Rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. *Eccle. 10. in prin.* Et in hoc exaltari debet curia Principis, quod ſemper multæ Nobiles, probatæque perſonæ ſunt aſtantes, vt *in l. omnium. in prin. & ibi not. Ange. C. de teſta.* Et *in §. 1. illius l.* dicit per illum §. quod ideo Princeps habet omnia iura in ſcrinio pectoris, & totam Philoſophiam: Quia in curia ſua ſunt & eſſe debent, prænotabiliores homines mundi, in quacunque facultate. pro quo allegat proœmium C. ſed particularius eſt *in prima conſtitutione. C. in § ideoque, & in ſecunda. in §. ſed cum. ibi. & electis viris. iuncto §. incip. ad iſtum enim laborem.* facit proœmium *Inſtit. in §. cumque.*

TRigeſimaſeptima conſideratio. Si videas ſemel Curialem carentem ſeptem vitiis ſequentibus, laudes eum vſque ad extremũ.

Primo, quòd non ſit ambitioſus dignitatum: Ideò laudabimus Priſcatum Millenum, qui tandiu Imperium ſuſtinuit, quandiu cũ Athenienſibus bellum gerendum fuit. poſtquam vero pax ex victoria facta eſt, depoſuit Imperium, ne vltra quam Reipub. neceſſitas exegerat, dominus ciuium permaneret, vt dicit Valerius *li. 6. c. 5.* Et vltra laudabimus illũ,

Digitized by Google

qui gratias egit, quando conſulatum amiſit, de quo Valer. *li. 4. c. 3.*

Secundo, quod non ſit adulator.

Tertio, quod caueat improbam munerum acceptionem, quæ etiam prudentes excæcat.

Quarto, quod non ſit officiorum, vel cõmodorum venditor.

Quinto, quod non ſit ſimulator exterior amicitiarum, nec fingat ſe amicum, donec veniatur ad amicitiæ experimentum.

Sexto, quod non ſint aſtuti & ſophiſtici machinatores ad calumniandum vel illaqueandum: & ex conſequenti, ad excoriandum, vel ſpoliandum populum, iniquas leges ſtatuendo, vel eis fauendo, peruerſas conſuetudines allegando, vanas vias calumniandi adinueniendo.

Septimo, quod comeſſationibus, & ociis, & vanis ludis non vacent, de die non faciant noctem, nec de nocte diem. Tales enim, qui talia vitia non habent, inſigniter ſunt laudãdi & commendandi, & vſque ad cœlum extollendi: Sed cum pauci tales reperiantur, ideo aliter non inſiſtam, cum etiam ſit vltra intentum noſtri operis, ſed de miſeriis curialiũ, & de his ſeptem vitiis te remitto ad Ioa. Valenſem *in ſua ſumma de regimine vitæ humanæ, ſeu communiloquio par.* 18. *diſt. c.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. vbi ample. & ad Polycrat. *de nugis curialium*, fere *in toto ſuo tract.* potiſſime vide *in li. 5. ca. 10.*

Trigeſimaoctaua conſideratio. Curiales ſeu aulici in hoc priuilegiantur, quod eis facilius parcendum, ſeu mitius agendum eſt, quam aliis. *glo. 1. in fi. in c. quando. 86. diſt. c. ſi vero, infra in initio extra de ſenten. excommun. c. qualis. in fi. 25. diſtinct.* Ideo *teſte G. Bened. in ſua repe. c. Ray. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam in materia ſucceſſionis ab inteſtat. 2. num.* 808. Iſta fuit cauſa, propter quam Ioan. & Paulus, fratres Iuliani Imperatoris primicerii ad fidem conuerſi, non fuerunt publice, ſed in carcere decollati, ad quos Terentianus ad eos decollandos miſſus, *Non* (inquit) *decet vos intra aulam Regiam nutritos vt publice occidamini*: ſicut habetur in eorum legenda. Et ratio videtur, quia tales pro Rege, domo, & parentib. Regis laborare ſolent. Ex quo Abiathar (licet eſſet morte dignus) veniam obtinuit à Salomone, vt ſcribitur 3 *Reg. c. 2 ibi, Abiathar quoque, dixit Rex, vade in agrum tuum & quidem vir mortis es: ſed hodie te non interficiam; quia ſuſtinuiſti laborem in omnibus, quibus laborauit pater meus.* Et pro iſta parte, adduco gloſſ. optimam, *in verb. ob meritum. §. plane. Inſtit. de iure natur.* quæ gloſſa ab omnib. approbatur. Et dicit, quod fit remiſſio pœnæ, quando quis multum ſeruierit Principi, & ſic iuſta cauſa minuendi pœnam alicui delinquenti eſt, propter multa ſeruitia, quæ contulit Principi vel Reipub. Et dixi hic ante *in 19. conſideratione*, incipien. *Generales receptores, &c. verſi: quomodo tamen parcendum, &c.*

Sextæ partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.

SEPTI-

Digitized by Google

SEPTIMA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

OFFICIA IVSTITIÆ ET IVRISDICTIONVM CONTINEBIT: DEPVTATA TAM CIRCA CONSISTORIA &parlamenta, quam Tribunalia ſeu Prætoria, & alias ſedes Regales inferiores. Et fiet de his vna commixtio, ſecundum quod eſt quæſtio de omnibus Officiariis Iuſtitiæ. Sed tamen de Dignioribus primo fiet mentio, & ſecundum eorum dignitates, & prout vnus præcedere debeat alium.

Vnam & quinquaginta Conſiderationes complectens.

GENERALIS eſt hæc prima conſideratio ad omnes dignitates ſeu Magiſtratus. Quoniam alii ſunt maximi, vt ſuperilluſtres, Alii magni, vt illuſtres, Alii medii, vt ſpectabiles, vt probat tex. *in* §. *pen. ibi: & medias habentes adminiſtrationes, quos ſpectabiles vocant in auth. de non alienan aut permut. colla* 2. Alii minimi, vt ſunt clariſſimi.

Et alii infimi, Pro quo facit tex. *in l raptores.* §. *ſin autem primo. ibi: Nec non a'ÿ cuiuslibet ordinis iudices. C. de epiſc. & cler.* vt ſunt defenſores ciuitatum vel locorum, & iudices municipales ſeu pedanei. Et hoc ordine iſtos 5. gradus, ſeu genera magiſtratuum, poſuit Spec. *in tit. de iur. omn. iud. in prin.* Quæ diſtinctio probatur per gl. *in verb. poſt magnificentiſſimos. in Auth. vt ab illuſtribus, & qui ſuper eam dignitatem. &c. 6 penult. col* 5. & per gl. *in verb. illuſtrib.* (quam ibi ſequuntur Auguſt. Aret. & Io. de Plat.) *in* §. *cumque in proœm. Inſtitut.* vbi gl. expreſsè ſpecificat gradum infimorum. Licet ab initio notat, quatuor eſſe ordines dignitatũm: & de his aliquid ſupra dixi *in par. in* 66. *conſid.*

Inprimis tamen ſciendũ eſt, quod omnis poteſtas eſt à ſolo Deo, ſiue iubente, ſiue ſinente: vt ait tex. *in c. quid culpatur.* 23 *q.* 1. Poteſtas namque Dei præcellit omnem hominum poteſtatem, vt *in ca. quæ contra.* 8. *diſtinct.* & qui poteſtati iudiciariæ obſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, tex. *in c. qui reſiſtit.* 11. *q.* 3. Niſi præcipiatur illicitum, quia tunc poteſtas potius eſt condemnanda, vt ibi.

Item, ipſa Poteſtas iudiciaria regendi hunc mundum, eſt duplex, videlicet Pontificális & Regalis, vt eſt tex. *in c. duo ſunt* 96 *diſtinct. & c. Principes.* 23 *q.* 5. & vt dicit Bald. *in c* 1 *quis dicatur Dux, Marchio, &c.* omnes dignitates & iuriſdictiones à Papa & Imperatore deriuantur. Et ad curam principis, magiſtratuum creatio tantum pertinet, tex. *in l vnica. in princ ff. ad leg. Iul. de ambitu.* Dixi ſupra *in* 5. *part. in* 52. *conſid. incipien. quod quilibet. &* 24. *conſid. verſi.* 15 *verſ.* 58. *& verſ.* 72.

Et eius vtriuſque poteſtatis Chriſtus actibus ſuis diſcreuit. *ca. cum ad verum. ead diſtinct.* Vtraque tamen poteſtas, mutuo ſe iuuare tenetur. *d. c. Princeps. & ca. inceſtuoſi. 23. quæſt. 5. cap. 1. & cap. quoniam. & ibi not. in gl. fin. extra de offic. ord.*

Et ſicut excellunt diuina humana, cœleſtia, terrena, & ſpiritus carnem; ſicut Pontificialis poteſtas regalem excellit. text. *in c. ſuſcipitis. 10. diſtinct. c. ſolitæ de maio. & obe. & c. nouit. c. de iudic.* Imperator quippe poteſtati Papæ ſubeſſe debet. *ca. ſi Imperator: & c. ſicut. 67 diſt.* Hæc Luc. de Pen. *in l. 2. Cod. de ſilentiar. lib.* 12. ſed è diuerticulo ad viam redeamus.

Maximi igitur ſunt ſuperilluſtres. Exemplifico ſecundum Specul. vbi ſupra, Vt ſunt, Papa & Imperator, qui ſupra omnes ſunt, *d. c. duo ſunt. 96. diſt. c. in apib. 7. q. 1. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact.* & de iſtis duob. quomodo ſint ſupra omnes alios, dixi ſupra *in 4. & 5. par.* ideo aliter inſiſto. Sed an ſint ſuperilluſtres, & an ſuperilluſtris ſit gradus, an adiectio qualitatis, ſeu dignitatis, ad primum gradum, ample diſputant doctores, maxime Parpu. poſt Deci. & D. meum Iaſ. *in l. prin. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd.* Aliciat. tamen *libr. diſpunctionum, capit. 4.* tenet intrepide, hunc non eſſe gradum, & reprehendit hanc diſtinctionem officiariorum ex pluribus, vbi etiam comprobat illos, quos dicimus, & illuſtres, & ſpectabiles, ſæpe fuiſſe dictos clariſſimos, vt infra *in 17. conſid.* patebit, ex quo non bene ſtat cum hac diſtinctione: Sed ad iſtud vltimum ſatis reſpondet Purpurat. vbi ſupra, *num. 162. & 163.* Spec. *in d. tit.* etiam inter ſuperilluſtres ponit conſules, & Patritios, & Bald. *in d. l. 1.* etiam adnumerat Senatores. Sed quibus hi comparentur, & an inter tales ſint ſituandi, vide Purpuratum *in d. l. 1. verſic. 2. circa ſenatores.* vbi ample de vnoquoque poſt Dom. meum Iaſ. & Decium. Et hæc, de primo gradu, ſcilicet, de ſuperilluſtribus, ſi gradus dici poſſit, in quo non inſiſto, cum ſatis de his per ſupradictos doctores ſcriptum ſit. Et ex his licet non multum vtilibus (vt vtar verbis Lucæ de Pen. *in l. fin. C. de petit. bonor. ſublatis lib. 10.*) tamen; quia delectabilia ſunt, viſum eſt occupare membranas.

Et de ſingulis infra fiet mentio ſuis locis, referendo officia iuſtitiæ, & quos ex magiſtratib. noſtris æquiparare poſſimus antiquis. Verum teſte Purpurato *in d. l. 1. verſi. ſed circa hoc exemplum*, ſi ſimilitudinem per omnia quæramus, vix erit ſimiles inuenire. Vnde dicit Pyrrhus *l. b 2 de magiſtratibus*, quod nunquam eadem omnino huius temporis magiſtratuum cum antiquis comparatio fiat.

Secunda conſideratio ſit de illuſtribus, inter quos primo eſt præfectus prætorio, vt probat text. *in l. præcipimus. §. 1. C. de ap. & in l. de ordinario. C. de offic. præfe. præto. orientis.* etiam tex. *in §. in illo in Authen de appel. & infra quæ colla. 4.* probat eum poſſe dici illuſtriſſimum. Et verum eſt; quia hoc ſuperlatiuum non mutat gradum, ſed quandam maiorem præeminentiam deſignat ad alios, qui illuſtres ſunt ſiue honorarios, ſiue adminiſtrationem habentes. Nam accidentia denominant ſubiectum: not. Bald. *in cap. vnic. §. cæteris quis dicatur Dux. Marchio, &c. in vſib. Feud.* Et iſtius loco hodie ſubrogatur Franciæ Cancellarius, de quo inferius in hac parte dicetur, & de eius excellentia ad omnes alios officiarios Principis.

Secundo inter illuſtres eſt præfectus vrbis, ſecundum do. meũ Iaſ. *in d. l. 1.* cum quo tranſeunt cæteri poſt Spec. *in d. ti. de iuriſd. om. iud. verſ. magni.* pro quo tex. eſt *in l. viros. C. de palatinis ſacrarum largitio lib. 2.* Et huius magiſtratus magnum erat imperium, vt patet *in leg. 1 ff. de officio præfecti vrbis. & in l. 3.* vbi dicitur: *præfectus autem vrbis cunctis, quæ intra vrbem ſunt, antecellat dignitatibus. C. eod.*

Tertio, ſunt Reges & Cardinales, vt ponit pro exemplo do. meus Iaſ. *in d. l. 1.* & poſt eum ibi Purpuratus, vbi ample diſputat, an Rex Francorum ſit illuſtris, aut ſuperilluſtris. dixi de eo *ſupra in 5. part.* De Cardinalibus vero etiam ſuperius tactum eſt *in 4. part.* & etiam de Patriarchis: de quibus etiam faciunt mentionem dicti doct. *in d. l. 1.* & hos ponunt pro

ſexto

Digitized by Google

ſexto exemplo illuſtrium. Item conſiliarii Principum ſunt illuſtres, de quibus etiam & infra videbitur. Et doctores, qui per 20 annos legerunt, vt ibi per Purpurat. de quo infra *in 10. part. in 21 considerat.*

TErtia conſideratio. Quia circa gradum illuſtrium & excellentiam illius dignitatis deuentum eſt, Ideo priuilegia, ſeu effectus illuſtrium, qui ſunt multiplices, hic referre curaui. Et circa eos (ſtudioſe lector aduerte) quia potuerunt tibi honorem afferre coram magnis dominis. Primus eſt; quoniam illuſtres litigantes, debent neceſſario comparere per procuratorem, alias puniuntur in amiſſione cauſæ, textus eſt *in l. penult.* quæ incipit: *quicunque. C. de procurato.* Sed text. *in Auth. vt ab illuſtribus, & qui ſuper eam dignitatem ſunt, &c. coll.* 5. hoc reſtringit ſolum procedere, in magnificentiſſimis illuſtribus, qui different à ſimplicibus illuſtribus. cum illuſtrium multa ſint genera *l. 1. C. vt dign. ordo ſer. lib.* 12. quamuis communiter in omnibus illuſtribus intelligatur, pro quo facit generalis rubr. *d. Auth.* Quod procedit, teſte Purpurato *in d. l. 1. num.* 145. etiam ſi eſſet cauſa talis, in qua pœna corporalis poſſet imponi, ſecundum Salic. *in l. reos. col. mihi.* 6 *C. de accuſatio.* Fel. *in c. cum te. col.* 3. *de re iud.* Marian Sozin. *in c. veniens. col. de accuſ.*

Secundus effectus eſt: Quia illuſtres perſonæ non poſſunt ducere vxorem, ſine confectione dotalium inſtrumentorum. text. in Auth. *vt liceat matri & auiæ. §. quia vero. le premier. collat.* 8. Sed iſtud de iure canonico non eſt neceſſarium (videtur tamen honeſtum, & tutius eſt ita fieri) teſte Purpurato *in l. 1. num. 145. ff. de offic. eius, cui mandat. &c.* qui pro hoc allegat Panor. *in cap. tanta, in princ. qui filii ſint legit.*

Tertius effectus: Quia illuſtres poſſunt per alios legere ſuas ſententias. tex. *in l. 1. C. de ſententiis ex periculo recit.* qui probat hoc verum in omni illuſtri: Imo idem, ſi quis ſolum ſit redactus ad modum illuſtris, & propter dignitatis prærogatiuam, vt in Epiſcopo. tex. eſt *in cap. fin. de re iud. lib.* 6. procedit, etiamſi nullum verbum proferat; cum in alio ſufficeret, quod diceret: *& ita condemno, vel abſoluo.* vt in Poteſtatibus Italiæ, ſecundum Specul. *in tit. de ſententia. §. ſequitur. circa prin.* Bart. *in l. certi iuris. ff. de iudic.* & ita hodie obſeruatur per omnes iudices, ſecundum Ioan. Andr. *in d. c. fin.* & Accurſ. in gloſſ. 1. *in l. fin. C. de ſentent. ex peric. recitan.* Et tres prædictos effectus poſuit do. meus Iaſ. *in l. 1. ſæpè alleg. ff. de offic. eius, &c.*

Quartus: Quia illuſtris non poteſt citari niſi per literas. text. *in l. quoties, in fine. C. de dignitatib. lib.* 12. Felin. *in c. 2. de iudiciis. col.* 14. Ideo non ſufficeret citatio hoc caſu facta per nuncium ſine compromiſſione expreſſa, & in hoc ille text. eſt ſingularis ſecundum Purpuratum *in d. l. 1. num.* 148.

Quintus eſt: Quia ſi datur iuriſdictio alicui Vicario, ſeu officiali, in tali iuriſdictione, non comprehenditur perſona illuſtris. Decius *in d. l. 1. ff. de offic. eius.* alleg. text. *in c. 2. in fin. de offic. vicar. in* 6. (& bene meo iudicio, ſaltem iuncta gloſſ. in 1. *in fin.* quæ docuit allegare text. ſequentem) ſed Purpuratus vbi ſupra dicit, quod ille text. nihil facit, ſed voluit allegare text. *in c. 1. in fin. de offi. ordi. eod. lib.* 6. Qui tamen ſecundum eum non concludit: quia ratio ibi aſſignata, ſcilicet, ob reuerentiam pontificalis officii ſpecialis videtur eſſe in Epiſcopo, qui eo reſpectu videtur tranſcendere illuſtres, etiam ſi non ſit illuſtris, de quo dixi ſupra *in 4. parte.* Et tenendo hunc effectum habere locũ, adducit pro eo ſimilem text. *in c. inquiſitores. de hæret. lib.* 6. & ibi gloſſ. *in ver. expreſſe.* quæ etiam pro iſta parte allegat *c. quia periculoſum. de ſenten. excommun. eod. lib.* Sed talia iura non extenduntur vltra caſus in eis expreſſos, vt voluit Decius *in c. præterea. verſic. quinto limita. de offi. deleg.* quia, vt dicit text. *in c. 2. de offi. deleg. eod. libr.* 6. pontificiali dignitate præditis ob reuerentiam ſacri officii quod exercent. plurimum deferri conuenit, & eos plus aliis honorari decet.

Sextus: Quia illuſtris dignitas liberat à patria poteſtate, vt tenet Barba. *in tractat. de præſtantia Cardinalium in 1. quæſt. prima partis.* pro quo facit text. per totum. *in Authen.*

conſtitutio quæ de dignitatibus. & Epiſcopatus filiũ liberat à patria poteſtate. *collat.6.* Quod an ſit verum, vide per domi. meum Iaſ. *in l. qui ſe patris. col 3. verſi. alios caſus Cod. vnde lib.*

Septimus: Quoniam ſi mulier eſt illuſtris ſpurius filius ei in aliquo non ſuccedit legitimis ſtantibus. tex. *in auth. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia.* Sozin. tamen limitat illum text. *in conſ. 148. inci. memini me.* & ſecundum illud fuit iudicatum per Bal. de Bartholinis, ſcilicet, quando coitus non eſt accuſabilis aut punibilis, de iure ciuili, vt eſt, vt dicit, in ſimplici coitu, quo caſu, vt inquit, ſpurii ſuccedunt patri & matri, & iſtud dicit procedere G Bened. *in ſua repet. c. R. y in verb. & vxorem nomine Adelaſiam num. 698. extra de teſtament.* ſcilicet in caſu iſtius fallentiæ vbi talis mulier eſſet concubina, & in primo caſu vbi eſſet meretrix. Et aduerte ad ea, quæ dicit Sozi. *in l. Gallus. § quod ſi is. ff. de lib. & poſthu.* vbi dicit, quod coitus per vxoratum cum ſoluit, non eſt punibilis nec accuſabilis iure ciuili. & dicit de hoc eſſe caſum *in l. 1. C. de adult.* dicit tamen G Bened vbi ſupra. *nu. 673. 674. & 675.* quod hodie omnis actus fornicarius, & quicunque concubinatus quantumcunque ſimplex & occultus multipliciter de iure ciuili eſt damnatus & prohibitus. Idem etiam tenet Barb. *in cap. per tuas in prin. extra de probat.*

Octauum effectum addit Purpura. *in d. l. 1.* vt dicit vltra omnes ſcribentes: Quoniam, vt dicit, illuſtres iudices poſſunt iudicare ſecundum eorum conſcientiam, iuxta ea, quæ ponit Car. *in l. 1 circa fin. C. vt quæ deſunt aduoc.* vbi dicit, quod Papa iudicare debet ſecundum conſcientiam ſuam, & dixi ſupra *in 5. part. 31. conſi. l. verſi.* 38. Princeps poteſt iudicare, quod inferiores facere non poſſunt: qui præciſe tenentur iudicare ſecundum allegata & probata, text. *in l illicitas. §. veritas ff. de off. præſid.* & ibi D. meus Iaſ *in c. iudic. 3. q. 8.* Et ſi cõſcientiam deponere non poſſunt, cauſam alteri delegare debent, vt tradunt doct. ibi. & Ange. de Clauaſio *in ſumma Angelica, in ver. iudicare. §. 7.* aut alias exonerare à iudicando, vt per Abbat. *in c. paſtoralis. §. quia vero. col. pen. il. extra de off. deleg.* Et ita in dominis de Parlamento ſecundum deciſionem Guidonis Papæ *q. 29.* quod non placet Purpurato *in d. l. 1.* Nec etiam crederem eſſe verum in caſu, vbi reperiri poſſet deciſio iuris in contrarium. Quoniam non poſſunt facere cõtra ius, multo minus iudicare, cum ſecundum iura ſit iudicandum *c. 1 de conſt. & c. paratus ibi percutiat te 23 q. 1. & c. ſummopere 11. q. 3.* Sed in caſu dubio, vbi non eſſet deciſio iuris, ſententia eorum, ſeu arreſtum etiam in conſcientia haberet vim legis. Et vt dicit M. Lauden. *in tract. de Principibus*, quod licet Princeps poſſit iudicare ſecundum veram & iuſtam conſcientiam ſuam; caueat tamen (vt dicit) ne ſua conſcientia ſit male informata, pro quo allegat *c. 1. de re iud lib. 6.*

Nonus eſt; in tutorum forma & excuſatione, quæ ſpeciales reperiuntur in pupillis illuſtribus Romanis, vt *in l. 1. & 2. C. de tutorib. vel curat. illuſtr. vel clar. ſ. perſon.*

Decimus; Quia Princeps ab illuſtribus, vt à præfectis prætorio ſalutatus aſſurgit aliquantulum, vt eſt text. *in l. 1. iuncta gl in ver. proceſ. & C. de ſenten. paſſis.* Ita dicit Felin. eſſe in omnibus illuſtribus, *in rubr. de maio. & obed col. 4.* dicens, quod ex hoc arguitur maior & honor. Quod, an ſit verum, ſcribit Purpuratus *in d. l. 1. num. 162. ff. de off. eius &c.*

Vndecimus; Quia ſi illuſtres ſint in ius vocati, habent ius ſedendi, etiam ſi ſint accuſati, & propriam cauſam defendant, per text. *in l. fin. §. ſedendi, quod ibi Bal. C. vbi ſenatores, &c.* vbi infert ad Epiſcopum accuſatũ, quod tamen aliis non illuſtribus non conceditur. *l. 1 C. de off. ciuil iudic:* & ibi gloſſ *in ver. honorari.* exponit, id eſt, aduocari. quem text. Fel. *in rubr. de maio. & obed. col 4.* nimis extendit ad omnes conſiſtoriales Principis. Et dicit idem Fel. *in rub. de Magiſtr. col. fin.* quod quilibet iudex tenetur doctorem ad ſe venientem inuitare ad ſedendum, allegando *leg. fin. C de aduoc. diuerſ iudic.* Niſi quando eſt hora cauſæ propriæ *d. l. 1 C de off. ciuil. iudic.* vel pro alio cauſam egerit. *l. quiſquis, in fin. C. de poſtulando.* Quod quomodo prædicta intelligantur, explicat Purpurat. *in d. l. 1. num. 167.*

Digitized by Google

167.168.& 169 *ff de off eius,&c.* Et dixi alibi de Epiſcopo & doctore.

Duodecimus; ſtatur iuratoriæ cautioni illuſtrium, tam in cauſis criminalibus, quam ciuilibus, nec aliam dare cogi poſſunt in iudicio text. *eſt in leg quoties in prin. C. de dignit. lib.12.*

Decimus tertius; In pœna corporali magis defertur illuſtri ſeu nobili, quam plebeio. Purpura. dicit hoc probari *in l. properandum. § ſin autem vtraq. C. de iudi.* & dixi *in cōmentariis noſtris ſuper conſue. duc. Burgun. tit. Des droicts & appart. à gens mariez § 20. in gloſ. deſcendere. nu 5 & infra in 8 part. in 33. conſider.*

Alium ſcribit effectum Purpu. illuſtres palatini ſiue officiales Principis, ſi ſint perpetui, poſſunt emere res ſubditorum, allegat pro hoc Alexan. *in l. Principalib. ff. ſi cert. pet.*

Sed ad vltimum effectum, quem pro decimo quinto ponit Purpur. deuenio, in quo dicit, quod illuſtres in hoc priuilegiantur. Quod ſi legati ſint miſſi ex parte illuſtris in aliquam ciuitatem poſſunt expelli hoſpitati in hoſpitio, ſi ſint inferioris cōditionis, vt ſuſcipiantur tales legati. Ita tenet M. Lauden. *in tract. de leg. Princip. c. 2. incip. ſuperuenientibus legatis,* argum. tex. *in l. iubemus. C. de ſacroſan. eccleſ.* Credo quod ſit ſecunda *in § ſcientes ibi ea enim, quæ ad beatiſſima Eccleſia iura pertinent, vel poſthac forte peruenerint, tanquam ipſam ſacroſanct. Eccleſiam & religioſam intacta conuenit venerabiliter cuſtodiri.* Licet alias hoſpitatus non debeat expelli *l. unic. § caupo. & ibi Ange furt. aduer. nautas, caup. ſtabul.*

Addo alium effectum, ſcilicet, quod illuſtres excuſantur à tutela vel cura, etiam iam ſuſcepta. text. eſt *in l ſpadonem. §. ſcire. verſi. ſi antequā ff. de excuſa. tut. & in l. iuriſperitos. in princ ff. eo. & in l verum § ex facto ff. de minoribus.* Corroboro prædicta: Nam propter officium procurator fiſci à tali munere excuſatur. text. *in §. item diuus Inſtit. de excuſa. tut.* Item ſilentiarii Principis *l ſi C eo. & l ſin. C. de ſilent. lib 12.* Item præſides & magiſtratus ciuitatum *l a bl ta. §. 1. & § remittuntur.* Item adminiſtrantes res Principum, Præfectus vigilum, vel annonæ propter magiſtratū excuſantur *l. adminiſtrantes. in prin ff. de excuſ. tut.* Qui tamen ſunt in inferioribus ordinibus; ergo à fortiori, qui in ſuperioribus cōſtituuntur. Item ſacerdotes. tex. *in l. pen in prin. ibi vel qui ſacerdotium ff de vocatio. & excuſ. muner. & ca generaliter. 16. q. 1.* facit; quia iudex ſeu arbiter effectus ſacerdos non cogitur ſententiare, & ſoluitur compromiſſum, ait iureconſultus Paulus *in l. non diſtinguemus. § ſacerdotio. ff de arbitris.* Et ratio ibi aſſignatur, ſcilicet; quia id non tantum honori perſonarum, ſed & maieſtati Dei indulgetur, cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet: Ita dicendum eſt in illuſtribus perſonis, qui maximam dignitatem habent, & nō ceſſant laborare pro maiori Reipublicæ munere, & cōmodo, quam ſi tutela vel cura exempti ſunt. Et, quod deferendum ſit dignitati & perſonæ: text. eſt, & ibi Dd. & gl. *in ver. ſuperioribus in c. paſtoralis. in §. 1 ext. de off. deleg.*

Adde & alium effectum: Quod illuſtres perſonæ ad munera ſordida, & extraordinariæ neceſſitatis damna non tenentur. text. *in l. fin* quæ incipit: *ab illuſtribus C. de excuſationibus muner. lib. 10.*

QVarta conſideratio ſit de mediis, qui ſpectabiles dicuntur: Inter quos primo ponit Spec. tit. *de iuriſdi. om. iudic. ver. medii.* magiſtros militum. *alleg l. 2. C. de off. magiſtr. milit.* De iſto latius infra *in 9 par.* & paulo inferius, vbi de Conneſtabili, qui adaptari poteſt magiſtro militum. Et in quantū iſte Magiſter militum poſſet capi pro Conneſtabili, diceremus illum eſſe illuſtrem, ſecundū quod etiam voluiſſet eſſe, & nominat talem Imperator *in l 1. & 2. C. de off. Magi. milit.* Sed in quantum caperemus Magiſtros militum pro capitaneis guerrarum, videtur dicendum, quod eſſent tantum ſpectabiles, pro quo voluit allegare Spec. *lib. 2. C. de Comitibus rei mil. lib. 12.* licet etiam Purp. *in d. l 1. nu. 252.* vbi de ſpectabilibus exemplificat, videatur quodammodo dubitare dicendo illos poſſe dici etiam illuſtres.

Secundo exemplificat Spec. vbi ſupra de Prætore, qui dicitur ſpectabilis, ſecund. text. *in auth. de app. & infra quæ. § ſimiliq. modo.*

collat.4.& in § preconiz imus. in Auth. de leonibus.coll 3. Item Præfecti vigilum text. *in l. 3 ff. de off. præf. vigi.* Item Proconſul, vt probatur *in præalleg. § ſimil q, modo. & in Auth. de non alien. aut permut. reb. §. hęc omnino. ver. dicimus autem. col* 2. Item Præfectus Auguſtalis. §. *ſupra alleg. & l. vnica. C. de priuatis carcerib.*

Item præfectus Ægypti vicarii, & Duces, text. *in l. raptores § ſin autem primo. C. de Epiſc. & cler.* & de Ducib. etiam tex. eſt *in c. anteriorum § pen. & fin. 2.q.6.*

Item Comes rerum priuatarum, procurator fiſci, & Comes orientis (non tamen Comites Italiæ, & Alemaniæ, quia clariſſimi ſunt) Comites vero Prouincias regentes, vt olim erat Tholoſanus & Prouinciæ, vel Cāpaniæ, ſpectabiles ſunt, vt *præalleg § ſimiliq; modo. & d.c. anteriorum §. ſimiliq, modo.* hæc ſunt exempla ſpectabilium poſita per Spec. vbi ſupra, do. meus Iaſ. & poſt eū Purpuratus *in d. l. 1. ff. de off. eius.* ponit alia exempla, ſc. Epiſcopum, & Archiepiſcopum, de quibus ante dictum eſt.

Item Capitaneus guerræ & ciuitatum. Item Marchiones, & Barones. & ibi Purpur. probat, quod quandoque Duces, Comites, Marchiones & Barones illuſtres dici poſſunt. vide ample per eum, & de quibus ſuis locis dicam.

QVinta conſideratio inſequendo Spec. *in d. tit. de iuri. om. ind. verſ. minimi* de ipſis minimis tractat, qui clariſſimi vocantur. Inter quos primo ponit præſides prouinciarū, pro quo text. *in l. vnic. §. 1. & ibi not. in verbo, rectorib. C. de priuat. carc. & in Auth. de non alienandis aut permut. ad ſi ibi: dicimus autem. col.* 2. melior tex. *in l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum.* Item ciuitatum, & prouinciarum rectores, vt *in l. raptores. §. ſic autē primo. ibi: & viri clariſſimi rectores prouinciarum. C. de Epiſc. & cleric.* do. meus Iaſ. & poſt eum Purpur. *in d. l. 1. ff. de off. eius, &c.* ponunt multa alia exempla de his minimis, de quibus hic nō diſcutiam, ſed ſuis locis in hoc opere dicemus, ne peruertamus ordinē, & intentum noſtrum, eo etiam maxime; quia hoc opus non multum fundatur ſuper huiuſmodi gradibus, ſed potius ſuper dignitatibus, quas gerūt in adminiſtrando ſecundum diuerſa tempora, præcipue cōſtitutionum huiuſmodi officiariorū, & tempora hodierna, ſecundum quæ adminiſtrant in effectu: & inſequendo Alciatum *in l. br. 3. diſpunct. c. 4.* dicam, quod hæ claritates terminorum potius fuerunt datæ ex voluntate Principum, quam ex neceſſitate officii; cum talia non neceſſitent; ex quo in his non multum inſiſtere intēdo. Ponunt tamen D. meus Iaſ. & Purp. *in d. l. iſto gradu abbates* Cōmendatarios, Abbatiſſas, Priores & Prioriſſas, in caſibus, in quibus præſunt monaſterio. Dixi ſupra *4. par.* etiam Procuratorem Cæſaris, iuridicum Alexandriæ, Doctorem, legentē inter ſcholares, Auditores ſacri palatii, Gubernatores & Barones, Memoriales, Propoſitores conſiſtorii Imperialis: Etiam videtur ponere magiſtros ſcriniorum, quos voluit comparare Magiſtris requeſtarum: Sed in vtroq; errat, ideo non inſiſto, ſed latius & clarius infra dicetur; cum de vnoquoque ſuo loco fiet mentio, & pro certo in hoc gradu, & in his multum errauit Purpuratus, ad quæ tamen nolo inſiſtere.

SExta conſideratio erit de infimis: Et ſic de quinto gradu, ſecūdum Spec. quem etiam videtur ſequi do. meus Iaſ. & Purpuratus *in d. l. 1 ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd.* & vt exemplificat Spec. Iſti ſunt defenſores ciuitatū, vel locorum, & magiſtratus municipales, qui non poſſunt cognoſcere vltra ſummam 300. ſolidorū, vt *in Auth. de defenſ. ciuit. §. & iudicare, colla. 3. in Auth. de iudicibus. § audient. col. 6. l. magiſtratib. ff. de iuriſd. om. iudic.* Item pedanei iudices (vt putant) qui nō poſſunt cognoſcere niſi de paruis, & in duobus aureis finire *l. fin. C. de pedaneis iudici. c. et quis. § item cum certa 2.q.6.* Item forte ſecundum eundē Duumuiri *l. fin. C. qui admit. ad bon. poſſeſ. l. dies. §. ſi forte. ff. de damno infecto.* Item rationalis, qui cognoſcit de cauſa libertinitatis, & ſeruitutis, non tamen ingenuitatis *l. pen. Cod. vbi cauſa ſtatus agi deb.*

Et omnes ſupradicti ſunt officiarii iuſtitiæ ordinarii, habentes iuriſdictionem, & ſic dignita-

igitized by Googl

gnitatem: Et de his vide Petrum Cothereau *in ſuo ſchedulari magiſtr. cimilium in tit. de magiſtratibus municip.* Et quicunq; in magiſtratu ſunt, dicuntur eſſe in honore, *l. honor. in prin. ff. de munerib. & honor. c. pen. & fi. 42. diſt.* vt notat Dec. *in cap. vt debitus hon. extra de ap. & in c. licet cauſam in 2. not. extra de probat.* Ideo tales honorandi dicuntur. facit text. *in §. pen. ibi: eo, quod honorare nobis placet dignos. in Auth. de conſ. coll. 4.*

De delegatis vero nihil eſt dictum, ſed inferius in hac parte poſt ordinarios, *in 18. conſider.* cum etiam eis debeatur honor & reuerentia.

SEptima conſideratio. In Francia duo ſunt officia omnibus aliis excellẽtiora, & principaliora, quorum vnum eſt primum, & prius in iuſtitia. Aliud autẽ in re militari pro quo facit tex. *in Auth. de non alienandis aut per mu. ad fin. ibi: ſeruabunt autem eam noſtræ Reipub. Iudices maiores & minores, ciuiles & militares. col. 2. vt à priore & excellentiori incipiamus.* Cum omnes alii ſubſunt eidem iuriſdictione, & iuſtitia, & deinceps ad ſequentes in ordine proſequamur. Fiet initium à Quæſtore, ſeu præfecto prætorio, qui hodie apud nos eſt dignior, maior, & excellentior; quia Cancellarius dicitur, & apud quem eſt omnis poteſtas Præfecti prætor. & Quæſtoris: vt Purp. *in l. 1 num. 93. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd.* vt ſtatim dicetur.

In Gallia vero poſt pares Franciæ coronatione & ſacratione Regis Franciæ duo ſunt, habentes officia, qui præcedunt omnes Principes, & ſemper adſunt ad latus Principis: puta Cancellarius Regni Franciæ, & Conneſtabilis, de quibus cum nunc quadret ad rem, videndum eſt, quis iſtorum ſit præferendus: & in primis de Cancellario, & quale ſit eius officiũ, vt cognoſcatur, in quo eius dignitas & præeminentia conſiſtat.

Cancellarius enim primum à Regia maieſtate in iuſtitia diſtribuenda magiſtratum cancellando dictum obtinet. Et officium eius eſt reſcripta, & priuilegia per Regem cõceſſa, aut concedenda ſigillo regio muniri. ſed apud ſe eſt, quod priuſquam eo muniantur, corrigit & cancellat: de quo Polycrat. in initio ſui libri ita:

Hic eſt (inquit) qui leges Regni cancellat iniquas,
Et mandata pii Principis æqua facit.
Si quid obeſt populo aut legibus eſt inimicũ,
Quicquid obeſt per eum deſinit eſſe nocẽs.

Et talis Cancellarius dicitur Quæſtor, vt habetur *in gl. vniuerſos. C. de diuerſ. reſcript.* ita dicit Luc. de Pen. *in l. neminem. C. de decurio. li. 10.* Et vt dicit G. Bened. *in ſua rep. c. Rayn. in gl. & vxorem nomine Adelaſiam. in 2. deci. ver. habemus pariter in Francia, num.* 485. Adhuc Cancellarius loco quæſtoris in Francia habetur, de quo *in l. præcipimus. C. de appel.* ſecundum gl. ſuper verbo, *quæſtor in l. 2. C. de petit. bonor. ſublatis, lib. 10. & in l. fi. C. de diuer. reſcr.* pro qua gl. eſt tex. *in Auth. vt diuinæ quoque iuſſiones collat. 8.*

Et huius officium quæſtoris erat decretare petitiones, ſicut & Logotheta in Regno, ſecundum ipſum Luc. de Pen. *in d. l. 2. C. de petit. bon. ſublatis.* Quas ſignabat, & in eis ſe ſubſcribebat, vnde archigrammateus, id eſt, ſcribarum Princeps dicitur, vulgo vero Cancellarius vocatur, teſte Calepino *in ſuo Dictionario* quem ſequitur in hoc Beroaldus: & eum etiam nominat auricularium Principis, & hic ad latus Principis ſedere debet, & eſt illuſtris. vt dicit Bal. *in d. l. 2. in 3. notab.*

Hodie tamen Secretarii Regis in ſubleuamen Cancellarii propter multitudinem negotiorum in Cancellaria, & curia Regis affluentium, ſe in talib. ſubſcribunt, facit gl. in *§. cumq; in proœ. Inſtit. ſecundum vnum intellectum.* & Bald *in d. l. 2.* dic duos alios eſſe quæſtores, de quibus ad eum me remitto, cum nihil de his ad rem. Et de præeminentia dignitatis ipſius ſatis patet *in l. 1. ff. de off. præfe. præt.* Eſt enim Principis Vicarius, & præpoſitus adiutorio Principis, ſicut fuit Ioſeph tempore Pharaonis in Ægypto *Geneſ. 41.* Creat præſides, & alios magiſtratus vice Principis, *in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. poſt prin. coll. 2.* Etiam proconſules, & rectores conſulares, *C. de off. præf. præt. Africa. l. 1 §.* De eo itaq;, & de eius autoritate infra latius dicturus

Nnn

ſum : prædicta tamen ſcripſit Lu.de Pen. *in rubr.C.de præfect.prætor.ſiue vrbis,&c.lib.12.*

Budæus vero *in ſuis annot. in tit. de off.præf. præt ff.* dicit hunc Cancellarium dici poſſe præfect.præt. Vel etiam dicit, quod loco dictatoris eſt: & inter alia dicit, quod hodie eius partes primæ ſunt videre, vt nulla Principis conſtitutio, nulla ſanctio, nullum diploma, nullum reſcriptum, nulli codicilli Regii non è republica,atq; etiam dignitate Reipublicæ principaliq; exeant. Cuius cenſuræ aut ſtylo Principum maieſtas acta ſua eximi nunquam voluit: Denique, qui principis præſentis Vicarius, & peregre agente Principe, Interrex quodammodo eſſe cenſetur iure, ac proprie (vt idem Budæus arbitratur) nomophylax.i legum præſidium, iuris aſylum (id quod de Papiniano quondam dictum eſt) motum, inſtitutorumq; ara,æqui boniq; columen appellari poteſt: atque etiam eſſe debet id, quod etiam credere me cogit conſenſus fere hominum, inſtitutumq; quoddam quaſi per manus traditum, caput eum ac verticem iuſtitiæ appellantium.

Antiquiſſimum autem eſſe magiſtratum ex vetuſtis monumentis apparet. Quoniam, vt dicit idem Budæus ibi: comperit an. 1511. Stephanum quendam Cancellarium diplomati ſubſcripſiſſe à Ludouico Rege cognomento Craſſo monachis diui Diony. indulto.

Et, vt dicit, multo antiquius legit diploma Caroli cuiuſdã, in quo hæc verba addita erãt: *Ganzelinus notarius vice Rogerii Archiepiſcopi, ſummiq; Cancellarii recognouit indictione* 8. *an* 28 *regnante Carolo Rege glorioſo.* Videtur autem fuiſſe Carolus ille Magnus an. etiam 1157. Hugonem alterum Cancellarium ſubſcripſiſſe cõperit ipſe Budæus diplomati cuidam, quo Ludouicus, qui Pius cognomento dictitatus eſt, ius Regalium antiſtiti Aurelienſi remiſit, quatenus ad ſupellectilem elegantiorem, & inſtrumentum fundorum Epiſcopalium attinet. Aliumque item Bartholomæum anno 147. eiuſdem generis beneficio principali ſubſcripſiſſe. Et, vt dicit ibi idem Budæus paulo poſt: *Cancellarii nomen apud nos vereor, vt iam conſentaneum tantæ rei eſſe poſſit.* Quæ enim hodie dignatio ac maieſtas huius honoris? tenuis hæc appellatio atq; apud alias gentes proculcata ſignificatũ ſuum ſuſtinere ac perferre non poteſt. Latinum certe nomen non eſt, niſi fortaſſe credimus à Cancellando (quod nec ipſum ſatis latinum eſt) Cancellarium dictum. Atqui ne iis quidem ſeculis, quæ hoc verbum genuerunt ſatis feſtiuum nomen fuit. Cancellarii diploma quoddam legimus Comitis Viromanduani in quo addita hæc verba erant. *Ego Cancellarius ſcripſi ac ſubſcripſi.* Fuit apud alios honoratioris Scribæ nomen, qui Græce archigrammateus dicitur, vt quidam tradiderunt, quaſi Princeps ſcribarum. Apud nos vero iam inde ab initio magnum huic magiſtratui honorẽ habitum eſſe. Præterea, quæ diximus etiã ex eo coniicere poſſumus, quod anno 1225 Guarinus quidam antiſtes Siluanectenſis geſſiſſe eum magiſtratum traditur, vir magni nominis illo ſeculo.

Regnante enim Philippo ſecundo (qui Auguſti cognomentũ meruit, & annos quatuor, & quadraginta imperauit) diu nullus Cancellarius apparuit. In codicillis enim Regiis illis temporibus indultis additum fere legimus vacante cancellaria. Anno autem 1320. conſtitutione Philippina interdictum eſſe comperitur conſiliariis Parlamenti, vt ne ab vrbe abnoctarent duntaxat quominus omnibus conceſſibus Curiæ intereſſent circa commeatum, aut Regium. aut Cancellarii cum Principe curiæ, qui tum ſupremus appellabatur: Nunc vero cum in Curiam ampliſſimam arbitratu ſuo ingredi Cancellario licet, tum vero à Principe Curiæ primo ei loco ceditur, quaſi magiſtratuum omnium antiſtiti. Itaque Cancellariatus ſummum eſt hodie honorum faſtigium, vltra quod nihil ſperare licet homini quidem priuato, & togato, quaſi quoddam ſumma quæq; ambientis animi ſolſtitium. Ab eo iam progreſſus nullus, ſed qui ſe commouerit regredi tantum poteſt.

Proinde hunc, qui norma eſt omnium iura reddentium, qui in omni ferme parte conſti-

Digitized by Google

conſtituendæ Reipublicæ Principis vicem implere aut certe obtinere creditur. Cuius ore facundi Reges moribus noſtris eſſe ſolent. Cuius oculis velut emiſſitiis circumſpicere omnia ac perluſtrare creduntur, nequid vſquam ſubſultet non ſuo loco poſitum. Cuius auribus, vt dicitur, perpurgatis, plenam ac iuſtam operam poſtulatoribus dare didicerunt, Qui caput eſt ſanctioris interiorisque conſilii.

Hunc denique, qui promus & condus clementiæ benignitatiſq; principalis factus eſt, id eſt, qui illius æquitatis officinæ, quam Cancellariam dicimus, liberam adminiſtrationem habet. Qui morum legumq; Regimen perpetuum recepiſſe videtur, quod munus primus omnium Auguſtus Imperator Romanus accepiſſe ſibi delatum, non ipſe accepiſſe dicitur.

Hunc inquam tot nominibus eximium, multiplicis ac variæ prudentiæ fiducia ſubnixum eſſe neceſſe eſt: In hoc vno acumen dialecticorum, ſententias Philoſophorum, verba oratorum, memoriam iuriſconſultorum, ingenium poetarum, pariter omnia verſatile, acre, impigrum, indefeſſum eſſe oportet.

Hunc omnia, quæ ætas iſta capit, complecti & perdiſcere conuenit, quæ modo ad inſtituendum; excolendumque politicũ virum valeant. Huic omnis antiquitatis memoria, & publici iuris autoritas, & regendæ Reipublicæ ratio, quod ſcientia tanquam numeris huius materias, quædam ſubiecta eſſe debent, quaſique in numero condita.

Hunc denique id autoritatis eſſe oportet, cui omnes magiſtratus honorum ſuorum faſces ſubmittere non indignentur. Cæterorum magiſtratuum imperium ſuis ac certis finibus circumſcribitur, ſub huius iure imperioque omnes noſtræ prouinciæ ſunt, vt olim omnes erãt Romanæ ſub cõſulibus. Itaq; domum eius totius Imperii Gallici conciliabulum quoddam, atque adeo oraculum eſſe par eſt, veluti quandam iuris æquitatiſque officinam Eius ianuam ac veſtibulum omni poſtulanti, omnibus horis patere; nulli tamen hiare, id eſt, à nullo quicquam poſcere oportet. Imo vero non claudi veluti perfugium ac portum diſiectis, & legis iuraq; implorantibus, quæ ipſe tuenda ſuſcepit. Aram atque aſylum his, qui contra vim, aut improbitatem ius ſuum obtinere nequeunt.

Hunc denique, qui tantam tam auguſtam perſonam ab optimo Principe impoſitam ſibi ſuſtineat, omnibus numeris grauitatis, conſtantiæ, ſeueritatis, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, integritatis, abſolutum eſſe virum, vndecunque doctum, vndique placentem, omnium denique horarum hominem eſſe oportet. Earumque rerum ſeueritate multis condimentis humanitatis, comitatiſque commitigare. Hunc eum eſſe decet, in quem bonorum ſuorum ſinum natura mira benignitate effuderit, qui magiſtratui, non qui magiſtratu donatus eſſe videatur. Cuius vita cenſura ſit, vt inquit Plinius. Eaque perpetua, ad quam cæteri magiſtratus dirigantur, ad quam hi conuertantur, quibus non tam imperio opus eſt, quam exemplo. Cuius tot tantæque ſint animi dotes, vt cuius eſſe plurimæ maximæque videntur profectitiæ illæ quidem & dominicæ (quas gratias vulgo vocant) non hominum peculiares. Eſt plane vir, qui ex ingenio ſuo ab amœnitatibus vitæ atque omni feſtiuiore victu & conuictu alienus eſſe debet, ſola innocentiæ conſcientia gloriaque virtutis contentus. Hic eſt enim vnus omnium magiſtratus, cuius res in vtramque partem geſtæ minime in tenebris latere, aut quoquo modo abditæ eſſe poſſint; quippe qui in luce occidentis in oculis clariſſimæ omnium prouinciæ, id eſt, Galliæ in auribus tot tantarumque gentium ſit poſitus, id eſt, finitimarum nobis, aut etiam ad quas fama noſtri peruenit. Qui ſi ſe, veluti in medio ampliſſimi Imperii theatro poſitum omnib. conſpicuum eſſe ſecum reputauerit, ad ſpectaculum coeuntibus non modo indigenis, ſed finitimis etiam & vlterioribus, nimirum nullum habitum abſurdum, nullum motum inconcinnum, nullum flexum indecorum

Digitized by Google

reddiderit. Huic porro non modo optimatibus, atque ſibi, id eſt, conſcientiæ, inſeruiendum eſt, & ſibi & muſis cauendum (vt dicitur) ſed etiam populo, & ſcenæ, id eſt, multorum exiſtimationi, quantum per naturam rerum licet. Arduum ſane opus, & alioquin etiam intractabile ſeuerum & popularem eſſe, ſupercilium aduerſus delicta aulicorũ diſtringere, impotentiſſimis cœptis quorundã opibus atq; aulicis factionibus præpotẽtium obſiſtere. Principem ira nonnunquam aut alio vehementiore affectu percitum demitigare, & (vt verbo Ciceronis vtar) molli articulo tractare caute & circumſpecte fortem intrepidum, cum opus eſt ita eſſe, ne fortitudo in neruum erumpat. Poſtremo in comitatu Regio phyſicum animum, integrum ac ſartum (vt dicitur) & tectum ab inſidiis aſſentatorum, ab obreptionibus verſutorum, à formidine potentiorum aulica terricula nõnunquam intentantium conſeruare. Mira enim blandimenta genuit aulici victus ratio, quibus præſtantiſſima etiam virtus ſæpe cõniuere viſa eſt. Hæc Budæus *in loco ſupra deſignato*: ad illius magiſtratus feſtiuitatem, & decorem, ne dicam inſtructionem. Et idem *in tractatu ſuo de aſſe. in fin.* Eſt enim ille magiſtratus (vbi de Cancellario loquitur) inter togatos ſummus, cuius domus (quod nomophylacium dicitur) iuris cuſtodia, legum ac conſtitutionum præſidium, oppreſſorum aſylum, flagitioſorum ſcopulus, æquitatis officina, ara ſupplicum, & iure ſummo lapſorum adminiculum eſſe debet, nullis prope finibus munia eius circumſcribuntur, quaſi vnus ille honor ad ſe ſummam omnium rerum munerumq; trahat, cum Principis vires propemodum adimpleat.

Olim etiam hic Cancellarius Franciæ apud Gallos patricius vocabatur: de quo *in c. 1. de don.* iuxta ſupraſcriptionem: & hæc dignitas liberat quem à patria poteſtate. vt §. 2. *Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſt. ſoluitur.* & *in l. fin. C. de conſulib. lib. 12.*

Inter præclaros & literatos viros hoc officio, vt fertur in Gallia, decoratus & functus eſt Iacobus de Rauenna, qui prius fuerat doctor regens Tholoſanus, ſecundum Barth. *in l. 1. C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt, profer.*

Etiam Pet. de Bellapertica Burgundus doctor regens Aurelian. fuit Franciæ Cancellarius, & vt talis epitaphio adhuc hodie in choro Eccleſiæ cathedralis Pariſiis palam viſitur ſepultus inſigniiſque decoratus.

Fuit etiam Ioannes Fabri, vir vndequaque literatus, & in iure peritiſſimus ac ſummus practicus, Regni Franciæ Cancellarius, vt habetur *in prima Epiſtola ad breuiarium eiuſdem ſuper Cod.* vbi ita ait: *Affirmant prætereà ſummum in Gallia geſſiſſe magiſtratum*, neque ab his diſſentio hoc argumento quod ciuitatum ac populorum locales conſuetudines, quæ plerunque etiam doctiſſimos (vt iura teſtantur) latent viros inter literas atque à Reipub. regimine viuentinotæ fieri non ſoleant: quas tamen ſæpius refricat, ac velut ſibi tritiſſimas enodauit.

Functus eſt etiam hoc officio Emardus, qui fuit Cancellarius Caroli Magni, & ſcripſit Epiſtolas plures ad diuerſos, vitam ipſius Caroli, & hiſtoriam temporum, & de monte Dulphi diœceſis Angoliſmæ Burdegalen. Et flauus fuit, vt habetur *in ſuis Commentariis. in proœ. Inſtit. in verbo, flauus.*

Fuit & ille inter alios præſtantiſſimus, & omnium literarum & doctrinarum expertiſſimus, ſanguineq; nobiliſſimus Guido de Rupeforti etiam Burgundus (poſt fratrem ſuum Guillelmum de Rupeforti) cui nõ fuit ſibi ſimilis. de Guillelmo fit mentio per dictum Guillelm. Benedicti *in dicta ſua repet. cap. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num.* 498. vbi plurimum laudatur. *de teſtament.* Et prædictus Guido etiam laudatur à Io. de Gradibus *in apoſtillis ad Petrum de Rauenna, in alphabeto aureo, ſuper verbo, index.* & accumulatius per Budæum *in tract. ſuo de aſſe. in fin.*

Fuit & tempore ſuo Tribonianus Iuſtiniani Imperatoris Cancellarius, de quo vide Guidonem Papæ *q.* 336. *verſ.* 32. *quaro.* & eſt text. *in l. 1. in fin. ver. ex his ff. de off. quæſt.*

Fuit & Ioſeph, Pharaonis Regis Cancellarius. Nam cũ Pharao, Rex Ægyptius, de periculo

riculo futuræ famis innumeris ſomniis vrgeretur, nec viſionem tantam humanum poſſet reuelare conſilium, Ioſeph, vir beatus, inuentus eſt, qui & futura vera prædiceret, & periclitanti populo prouidentiſſime ſubueniret. Ipſe primus huius dignitatis infulas conſecrauit, ipſe carpentum reuerendus aſcendit ad hoc gloriæ culmen euectus, vt per ſapientiam conferret populis, quod præſtare non poterat poteſtas dominantis. Ab illo namque Patriarcha, & nunc pater appellatur Imperii, vt habetur iudicum *Gen.* 41. & vt habetur, vno tantũ Regni ſolio Rex eum præcedebat, ex quo eſt primus poſt Regem, & ſecundus in ordine: & deponit Lucas de Pen. *in dicta rub de præfectis prætorio lib.* 12.

Fuit & Moyſes Dei Cancellarius, vt habetur *Num.* 12. & Ioſaphat Regis Dauid Cancellarius 2. *Reg.* 8. ſecundum interpretat. Lyræ. de qua per eundem Benedict. *in d. ſua repet. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. nu.* 391. *extra de teſtam.*

Vlpianus fuit Alexandri Cancellarius, & Seneca Neronis, vt refert ipſe Benedi. vbi ſupra. & fuit etiam Cancellarius in Eccleſ. Romana, vt dixi ſupra *in 4. par. in 13. conſ.* Plutar. vero ſcribit Eumenem Cardianum fuiſſe Archigrammatea, hoc eſt, Cancellarium Alexan. Magni. Et Ant. *in 2. part. hiſtoriarum. tit.* 11. *c.* 14. dicit Caſſiodorum fuiſſe Cancellarium Theodorici Regis Italiæ.

Aliquando etiam Cancellarius in iure fuit dictus Præfectus prætorio ſimpliciter ſine adiectione loci, & talis leges condere poteſt, negotia ſine appellatione terminare, poteſtate nulla dignitas eſt æqualis, vbique vice ſacra iudicat, nullus miles de fori ſui authoritate præſcribit, excepto magiſtro militum, de quibus per Luc. de Pen. *in l. duos. C. de ſuſcep. præpoſi. & arcariis. l.* 10. Circa latus Principis ſtat, & in eius comitatu ſemper eſt. *l. præcipimus. § huic. C. de appel.* ibi tamen text. facit differentiam inter præfectum prætorio, & quæſtorem, & primum nominat præfectum prætorio. Et dicit Specul. *in titu. de iuriſdict. omn iudic. verſi. magn.* Quod iſte eſt illuſtris, & præeſt omnibus iudicibus aliis, & excellentior eſt magiſtratibus omnibus aliis, & trina ſpecialitate lætatur. Primo; quia ab eo non appellatur. Secundo; habet poteſtatem condendi legem. Tertio; quia minores contra eius ſententiam non reſtituuntur. *l. vnic. in fi. ff. de officio præfecti præto.* niſi à Principe. *l. in cauſa. & l. ſi ff. de minor.* & talis eſt illuſtris. *§ illo. in Authen. de appel. coll.* 4. qui probat eũ dici poſſe illuſtriſſimum. Et etiam eminentiſſimus appellatur. *l.* 2. *C. de ſent. ex peric. recit.* Et glorioſiſſimus dicitur, *§. fin. in Auth. de non alien. colla.* 2. Et præfecti prætorio dicitur ſublimiſſima ſedes. *l. apertiſſimi. C. de iudic.* Et magnifica ſedes. *l. ſi. vbi ſenato. vel clariſſ.* Et ipſe magnificus appellatur. *l. præcipimus. C. de appel.* Et ad eũ nomine magnificentiæ reſcribit Imperator. *l. ſancimus. la premiere. C. de adno. diuerſ. iudic.* Et alias de eius laude, & excellentia, vide Purpu. *in l.* 1. *in* 11. *col. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* alleg. Budæum, vbi ſupra.

Cuius conſilio & directione vniuerſalia Regni, & ſumme ardua, ſtatum Regni, aut ſi aliquod ſit inter pares vel Principes bella mouentes iurgium, aut Parlamenta de limitibus aut prærogatiuis diſceptent, Rex audit, gubernat, & diſcutit. facit text. *in Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. hæc omnia. coll.* 2.

Hinc Princeps dicit ſe legem facere apud eum. *in Auth. de priuil. dotis muli. hære. non præſtan. §. quia igitur. in fi. coll.* 8.

In omni enim pater eſt, Princeps, & dominus vniuerſæ domus ſuæ, ac Princeps in toto imperio. *Geneſ.* 45. Hæc dicit ipſe Luc. de Pen. *in d. rubr. de præfectis præto. lib.* 12. & per eum amplius *in d. l. duos.* à quo omnia prædicta excerpſit dict. Bened. *in loco ſupra alleg.*

Et hic Cãcellarius omnes alios huius Regni officiarios quicunq; ſint, ſiue ſit in conſilio Regis, ſiue in omnibus aliis Parlamentis præcedit, & primus poſt Regem ſedet, prout dicit idem Bened. & dicit Caſſiod. *li* 6. *variar. quæſtio ſic.* Si honoris alicuius eſt origo laudabilis, bonum initium ſequentibus rebus dare poteſt, præconium tali authoritate præfectura prætoriana gloriatur, qui & mundo prudentiſſimus, & diuinitati probatur acce-

Digitized by Google

ptus. Et ibi ample ponitur per Caſſiod. de poteſtate, authori. dignitate & officio Cancellarii, & qualis eſſe debeat, qui eſt relatus per Luc. de Pen. *in d. l. duos*. vbi etiam ampliſſime per eum.

Sed an Cancellarius Conneſtabilem in actu indifferenti præcedere debeat, licet habeamus titulum expreſſum de præfectis prætorio ſiue vrbis, & magiſtris militum in dignitatibus exæquandis, *lib.* 12. Vbi dignitas præfecturæ prætorianæ, vt eſt Cancellarius & Magiſtri militum, vt ſunt magni Mareſcalli in Francia, qui ſunt ſub Principe militiæ, id eſt, Conneſtabili adæquantur, ita quod prior incedit, qui primo promotus ad officium inuenitur, etiam ipſis depoſitis ab adminiſtratione officii, vt *in l.* 1. *eo. tit.* ergo multo fortius Conneſtabilis dicitur maior. Tamen ipſe Luc. de Pen. doct. celeberrimus *in rub. d. titu.* dicit, quod Pręfectus pretorio cæteris dignitatibus antefertur, & repræſentat reuerentiam Principis, & eſt eius Vicarius. not. *in l.* 1. *C. de off. vicar.* Ex quo ex hac conſidera. poſſumus dicere Cancellarium debere præcedere Conneſtabilem.

Aduerte tamen, quod vbi filius Regis primogenitus eſt, ſedet ad dexteram, & Cancellarius ad ſiniſtram: vt tenet Nicol. Boerii *in tract. Ioa. Montag. de authore magni conſilii, ibi: Nunc condeſcendo ad aliam partem.*

OCtaua conſideratio. Alia tamen ratione dici poſſet Conneſtabilem debere præcedere Cancellarium, & anteferri ex ordine literæ. Qui quidem ordo in talibus facit, vt qui primo nominatur à principe, prior ſit & dignior, dixi ſup. ample *in* 1 *par. in* 17. *conſid.* Quoniam vt habetur 2. *Reg.* 8. Ioab qui fuit Conneſtabilis Dauid, qui dicebatur princeps & præpoſitus militum, fuit primo nominatus à Dauid in creatione, quam Ioſaphat, qui fuit eius Cancellarius, vt ſupra dictum eſt. Et etiam *in l. ſi quando. C. de appel.* Primo vir ſublimiſſimus Magiſter officiorum nominatur, quam vir excellentiſſimus quæſtor, qui dicitur Cancellarius. Et etiam tex. *in l.* 1. *C. de nouo Codice cōp. & in multis aliis locis*, ſemper præponunt arma legibus. Ex quo videtur, quod Conneſtabilis, qui circa arma verſatur, Cancellario præferatur, qui circa iuſtitiam intendit. Et Conneſtabilis nōmen eius eſt, qui militiæ apud Francos primus poſt Regem præficitur.

Et videtur, quod primum creatum à Deo fuit tale officium; eo, quia cum poſt creationem Angelorum prælium factum fuit in cœlo, & Michaeli fuit data poteſtas pugnandi cum angelis eius, quibus fuit præpoſitus tanquam Princeps illius exercitus, vt habetur *Apocal.* 12. Ex quo conſtat, quod cum fuerit Princeps militum, ſeu exercitus, vt dicatur præpoſitus paradiſi, qui dicitur Dux belli, vt dicit gl. *in l.* 3. *in fi ff. de re milit.* Quod idē eſt, quod Conneſtabilis, quod tale officium fuit inſtitutum ante officium Cancellariatus.

Et ſicut arguitur, quod matrimonium eſt dignius cæteris ſacramentis ex tribus. Primo, propter inſtitutorem & authorem: quia Deus fuit author & inſtitutor; & quia fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ, & in paradiſo terreſtri. Alex. *conſ.* 56. *in* 4. *vol.* & dixi *in rubr. Des droicts, & appa ten. à gens mariez, in cōment. noſtris ſuper conſuet. ducat. Burgundiæ.* Sic etiā dicendum eſt de officio Conneſtabilis, quod fuit inſtitutum in paradiſo à Deo, & in ſtatu innocentiæ, quo ad eos qui præliabantur in vim poteſtatis conceſſæ à Deo, vt conſtat ex ſupra deductis. Igitur videretur dicendum, quod Conneſtabilis præcedere deberet omnes, & quoſcunque alios officiales Regni propter excellentiam illius officii, quæ conſiſtit in illis tribus, vt dictum eſt.

Et vt refert Budæus *in ſuis annotatio. ſuper titu. de officio præfecti præto. ff.* in celeberrimo trium ordinum conuentu (quos *ſtatus* dicimus) vidit, & nouit Magiſtrum militū (quem *Conſtabularium* vocat) Principis vbique legatum re quidē militari primo loco inter magiſtratus ſediſſe, proximeque eum Cancellariū. Sed etiam 3. *Reg* 4. *c.* in ſtatu Regis Saul, viri literati, & ſic Cancellarius præfertur in ordine Magiſtro exercitus, ex quo ille ordo non eſt multum attendendus in hoc.

Aduertendum eſt: Quod videtur, quod iſti duo præcedere debent Duces, cum de ſententia

Digitized by Google

tentia Ducum apud tales appellatio ſit terminãda. *leg. ſi quando. C. de appel.* Imo quod plus eſt, dicit Guid. Papæ, quod de ſententia Delphini ad Conneſtabilem, vel Cancellarium appellatur per illum text. vt *in q. ſua 536. ver. 74* Et de inferiori ad ſuperiorem appellatur, imo de pari ad parem non valet appellatio, *c. non putamus. de conſuet. in 6.*

Et de materia, quod de inferiori ad maiorem ſit appellandum, ample per Præpoſitum *in rubr. de appel. in 6. colum* quod an ſit verum de iure ciuili, vide Bald. *in ſua Margarita. in litera S. ibi; ſententia, verſ.* 15. de quo vide *in l. à conſulibus. & in l. præcipimus. C. de appel.* & Anton. Nicellum *in concordan. gloſſ. iuris ciuilis & canonici, in 6. concordan. verſi* 41. & 42.

Et; quia omnia Regna gubernantur tam per iuſtitiã, quam bella & arma bellica, quorum requiritur concurſus, & ita ad inuicem coadunantur, quod vnum eſt ita neceſſariũ, ſicut reliquum, notatur *in proœm. Inſtit.* & dicit text. *in l. 1. C. de Iuſtini Codice cõpon.* Quod ſumma Reipublic. tuitio de ſtirpe duarum rerum, armorum, atq; legum veniens, vimque ſuam exinde muniens, felix Romanorũ genus anteponi nationibus, omnibuſq; dominari tam præteritis effecit temporibus, quam de propitio in æternum efficiet. Iſtorum etenim alter alterius officio ſemper eguit, & tam res militaris legib. in tuto collocata eſt, quam ipſæ leges armorum præſidio ſeruatæ ſunt, & intra ſe eſt per iuſtitiam, ita extra ſe per militiam reprimendo aduerſarios, per militiam præcipuum decus, & ſtabilimentum totius Imperii, quale eſt militaris diſciplinæ tenaciſſimum vinculum, in cuius ſinu ac tutela ſerenus tranquilluſque beatæ pacis ſtatus acquieſcit: vt refert Valerius *lib. 2. tit. de diſciplina militari in prin* Ob quod Mars imperii Romani pater appellatus ibi perhibetur, cum de Lucio Quinto Cincinnato loquitur, cuius militiæ director in præſenti Regno eſt Conneſtabilis, qui ad res bellicas ſecundus poſt Regem eſt, teſte Gaguino ſuorum *Chronic. li. 4 c. vlt.* vt refert G. Bened. prædict. *in ſua repet. ca. Ray. in gl. & vxorem nomine Adelaſiam. de teſtam.* quod vt dicit, ibi olim tribunus Celerum (id eſt, militum, qui celeres equos habẽt) vocatus, de cuius initio, nomine & officio ac poteſtate habemus in *l. 2. § quod ad magiſtratus attinet ff de origi. iur.* vbi habetur, quod fuit creatus tribunus celerum, qui præerat militibus: & primus fuit Iunius Brutus apud Roman. Huius Iunii Tarquinius Superbus, ex cuius cognatione erat, patrem & fratrem interfecit: Iunium vero Brutum (quod ſtultitiã ſimularet) vita donauit, eiq; fatuo (quod ipſe idem Brutus apud Halicarnaſſæum de ſe narrat) magiſtratum dedit, vt præfectus Celerum eſſet, forte ne nullo diceretur honore à cognato Rege affectus. Hic Brutus, cum & ingenio excelleret, & prudens, author erat Regiæ tyrannidis eiiciendæ. hinc *in d. l. 2. §. exactis.* deinde Regibus tribunitia lege Regias leges exoluiſſe dicatur.

Hunc Brutũ tribunum Celerum ibidẽ intelligendũ eſt, vt dicit Vdalricus Zaſius *in d. l. 2. in §. quod ad magiſtratus.* in ſua ſingulari repetitione. In veteri teſtamẽto Princeps militiæ talis vocabatur, vt fuit Holofernes ſub Nabuchodonoſor Aſſyriorum Rege, qui regnabat in Niniue magna, *Iudith. 1 cap.*

Et Nabuzardan ſub Rege Babylonis, etiã Princeps militiæ vocatus eſt, & poſt Regem ſecundus, *Iere. vlt.*

Et ſub Saule primo Iudæorum Rege fuit Abner, 1. *Reg. 17. inſi.* Et ſub Dauide Ioab, vt dictum eſt, 2. *Reg. 2. & 8. c.*

Et ſub Rege Syriæ Naaman, 4. *Reg. 5. c.* Et ſub Salomone Banaias, 2. *Reg. 23.* & prædicta dicit ipſe G. Bened. *in prædicta ſua repeti. cap. Rayn.* vbi ſupra. vbi dicit vltra q̃ habet quatuor Mareſchallos ſub ſe, qui olim Romæ Magiſtri equitum ac peditum, id eſt, militũ, dicebantur: Et de his infra plenius dicam *In 9. parte*, in materia laudis & gloriæ militũ, an ſit officium potius reſpiciens militiam, quam gubernationem domus Regalis.

NOna conſideratio. Inter officiarios iuſtitiæ ſunt præferendi Præfecti prætorio aliorum locorum, vt ſunt Præſidentes Parlamentorum Franciæ, qui ſunt honorandi ſecundum inſtitutionem locorũ, vbi ſunt præſidentes: & iſti dicuntur cum adiectio-

ne locorum Prætorii, vbi ſunt præfecti.

Et quoniam Parlamentum Pariſienſe eſt primum, & primo inſtitutum, ideo Præſidẽtes in illo quibuſcunque aliis ſecundum ordinem illorum præponuntur & anteferuntur: ita quod etiam ex quatuor præſidentibus vltimus præcedere debet primum aliorum Parlamentorum.

Et quod Parlamentum Pariſienſe primo fuerit inſtitutum & erectum, refert Gaguin. *in Chronicis Franciæ, lib. 3. c. fi. prope fin.* vbi ita inquit: *Parlamentum publicum ad iuſtitiam miniſtrandam Conuentum Franciæ vocãt.* Cuius inſtituendi author ab hiſtoriis non traditur. Id enim cuiuſque anni definito tempore loco, quem Rex deſignaſſet, habebatur. Verum; quia hæc generalis ex toto Regno coitio impenſis, & laboribus conuenientes afficiebat, obſeruatum poſtea eſt, vt ex maiorib. ciuitatibus & prouinciis periti iudiciorum, & conſuetudinis homines ad id munus delecti ius cuique prouocationem litiganti dicerent. Quæ inſtitutio cum vaga interdum incertaque commutatis ſedibus eſſet, decreta eſt Parlamento apud Pariſios curia, & ſedes, in qua iudices deſignati ſe iugiter ſiſterẽt perpetui prouocationum definitores. Qui octoginta ſunt annua ex Regis fiſco ſtipendia capientes.

Et hi quidem per quatuor curias diſtributi ſeorſum conſidunt, ſuoſque præſidentes habent. In prima quam Franci *cameram* vocãt, Præſidentes quatuor, & conſiliarii 30. cauſas, & lites audiũt, dilationes, & quæ ad iuris cognitionem attinent, conſtituũt, leuiora quidem & temporanea finientes.

In reliquis ſingulis duabus Cameris 18. inquiſitionibus præſunt, qui enqueſtrarum, id eſt, inquiſitionum conſiliarii dicuntur, quib. præſidentes quatuor præficiuntur.

Horum omnium pars ex clero, parſque ex laicis conſtituitur, ſententias dictãt, quas ſtatutis diebus alter præſidentium in prima Curia palam enunciat: idque arreſtum, id eſt, fixum & firmum vocant, à quo videlicet nemo prouocare poſſit: qui vero reus ſententiã in ſe excipit, librarum 60. Pariſienſium multa afficitur. Si quis tamen in iudicio error admiſſus videbitur, errorem proponendi, & in iudicium eiuſdem Curię deducendi poteſtatem habet: nec prius auditur, quam duplicatam multam depoſuerit.

Quarta Curia eſt eorũ, quos requeſtarum, id eſt ſupplicationũ Palatii Magiſtros vocãt, apud quos cauſa eorum tantum agitur, qui Regis obſequiis deputati, vel priuilegio donati ſunt. Et ab his quidem iudicibus, qui octo ſunt, prouocare ad Parlamentum licet.

At cum in dicendis iudiciis nodus aliquis, & anceps in cauſa difficultas ſurgit: Omniũ Curiarum, & Camerarum conſiliariis cõuenientibus ſententia fertur.

Eius Parlamenti tanta ſemper fuit apud Francos authoritas, vt quæ Rex ipſe de Republ. deque iure, & prouentibus Regni ſtatuerit, ea ſine huius ſenatus decreto non procedant.

Sunt præterea ipſius Parlamenti coiudices dum adeſſe volunt Franci pares, de quib. ſupra *in 5. par. in 43. conſi. incip. licet conſuetudo ſedendi, &c.*

Atque vt huius ſacroſanctę concionis Regem authorem certum ſit, ſic Regia ſingulis quibuſdam annis reſcripta eduntur, quib. ad diui Martini diem feſtum Parlamentum inchoandi iudicibus authoritas datur.

Ad hoc præterea Parlament. ſpectant alii ſupplicationum Magiſtri, qui Regii Hoſpitii peculiari nomine appellantur, qui Regi frequentius aſſiſtunt Cancellariam ſectantes: Et hi poſt primę Curiæ præſidentes omnium primi ſedent. Hæc ſunt verba Gaguin. *in ſuis Chronicis, li. 3. c. fi.* quæ refert de verbo ad verbum G. Benedict. *in ſua repe. c. Ray. in verb & vxorem nomine Adelaſiam. de teſtam.* Vbi dicit; quod ſunt tantum octo Magiſtri requeſtarum Domus Regiæ, prout nec erant tempore ſuo: ſed hoc anno domini 1522. Chriſtianiſſ. Rex noſter Franciſ. addidit, & creauit alios quatuor de nouo.

Et fuit huiuſmodi Parlamentum fundatũ ad inſtar ſenatus Romani à Romulo vrbis cõditore, Tito Liuio 1. *Decad. li. 1.* teſte, inſtituti, in quo erant centum Senatores *l. fi. C. de petitio. ho-*

tio hæredi. notat. *in rub. ff. de ſenat. & l. 1. C. de cadu. tollen.* & vocabantur venerabilis cœtus. *l. leges. C. de legib.* & patres conſcripti. *C. de emendat. Iuſtinia. Codicis, in prin.* & horum poteſtas erat ampliſſima, vt dicit Alb. *in d. l. fi.* & de his Parlamentis fit mentio, *in cap. decet. de immun. Eccleſ. & in c. fundamenta. de electio.* & de eius poteſtate, & præeminentia in iuriſdictione, quod ſit æqualis cum Rege, ita quod Rex ex ſua ordinaria poteſtate nõ poteſt tollere ea, quæ acta ſunt per eius Parlamenta: Imo etiam de plenitudine poteſtatis ordinata, tenuit do. meus Iaſ. in quodam conſilio, quod fecit, quod alias vidi, & legi in ſuo ſtudio, ſed illud non potui habere.

Et poteſtas Senatorum ſeu Conſiliariorũ illius adæquatur Principi, cum in necem eorum machinantes tenentur lege Iulia Maieſtatis. Cum cenſetur pars corporis principis. *l. quiſquis. C. ad leg. Iul. Maieſt.* quod tamen cõtrarium tenet ibi Salic. & Guid. Papæ *quæſt. ſua 344. in fi.* Et rebellantes iniuſte in his, quæ ad eorum officium ſpectant, vt rebelles regni puniuntur, in extrauaganti Henrici: *Quoniam*: & ſicut à ſententia Senatus nõ appellatur. *ff. à quib. appellare non licet. l. 1. l. præfecti. ff. de mino. c. anteriorum. 2. quæſt. 5.* Nec etiã ab arreſto Parlaméti. Spec. *tit. de appell. §. vidẽdũ circa fi.* facit quod notat Bal. *in procœm. ff.* & Pan. *in rub. de appellatio.* Guido Papæ *qu. 50.*

Et tale Parlamentum non poſſet alius habere præter Regem in ſuo regno, vt videtur tenere Bart. *in l. hoc Tyberius Cæſar. ff. de here. inſtit.* & melius *in leg. 2. circa fi. in pen. notab. ibi. hæren. cum tamen illud ſeu Parlamentum.* vbi non eſt aliquis ſuperior, quoniam cognoſcere de appellationibus in vltimo reſſorto, eſt de Regalibus. *c. 1. quæ ſint Regal.*

Et præſidentes in illis dicuntur præfecti prætorio, ſed cum adiunctione, ſicut olim dicebatur præfectus prætorio Africæ. Et tales ſunt in eadem poteſtate, qua ſunt Magiſtri militum, vt dictum eſt ſupra. Et præferuntur omnibus aliis poſt Cancellarium in Francia, qui ſimpliciter dicitur præfectus prætorio.

Et licet hic ante dicatur, quod ſolus Rex poteſt habere Parlamentũ in ſuo regno; vnde ergo iſtud, quod Dux Philippus Burgundiæ, & poſt eum Carolus eius filius, etiã Dux Burgund. habuerunt Parlamenta in ipſo Ducatu Burgund. vt patet ex conſuetudinib. noſtris cõpilatis ab ipſo Duce Philip. in procœm. illarum: & ibi glo. noſtra ponit, quid dicatur Parlamentum, & multa de his, quæ hic ante dicta ſunt.

Sed, cum prædicta ſint de Regalibus, ſcilicet, cognoſcere de appellationibus in vltimo reſſorto, vt notatur *in d. c. quæ ſint regal.* quomodo potuit cognoſcere de talib. Dux Burg. cum ſit vnus ex paribus Franciæ, imo Decanus, & ſic recognoſcit Regem Franciæ in ſuperiorem, ſaltẽ in Ducatu. Niſi dicatur, quod hoc fuerit ex priuilegio regio, ſed videtur, quod hoc non poſſit concedere Rex in ſuo regno: cum quę ſunt de regalibus, alteri committi non poſſunt, nec alteri cõcedi, vt tenet per plura Lucas de Pen. *in l. contra publicam. in 6. col. C. de re milit.* Niſi dicatur, quod Rex de facili reuertitur ad ſuam primæuam naturam. *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſi. idem dicemus. in fi. ff. de pact.* Et ideo, cum olim Burg. fuerit regnum, & ſic iura regalia habens, vt patet in chronicis Philippi Bergomẽſis, *in ſuo ſupplemento chronic. lib. 8. circa princip.* vbi ponit multos Reges fuiſſe in Burgundia, & fuit extinctum regnum & habuit finem. Eo; quia deuenit ad manus Childeberti & Clotarii poſt mortem eorum patris & Clotildis filiæ Regis Burgundiæ eorum matris, à quo tempore amiſit nomen regni.

Sed nõ eſſet ſine dubio, an potuerint ſupprimere illam dignitatem regalem, & deducere eam ad Ducalem: ſuper quo non inſiſto, nec aliud dico, niſi quod ex quo Rex Francię adiuncta ſibi patria potuit ſupprimere illam dignitatem regalem. Ideo etiam, ſi quodammodo exierit extra manus Regis Fráciæ, poſſet ipſe Rex facere & conſentire quod fuerit, & ſit cum illa dignitate quæ antea erat: quia hæ ditiones & diuiſiones principatuum ſunt de iure poſitiuo, quibus poſſunt derogare Principes, & in hoc non eſt dubium.

Et poſt prædictos Præſidentes, præſidẽtes aliorũ Parlam. præſident in ſuis locis tanquã

Digitized by Google

præfecti prætorio: In Parlamento vero Pariſienſi etiam præferuntur conſiliariis illius loci, poſt tamen alios præſidentes, ſecundũ eorum gradum & dignitatem, quę inter primos aliorum Parlamentorum attenditur, ſecundum dignitatẽ Parlamenti illius, in quo præſident, quæ dignitas in hoc conſideratur ſecundum prioritatem inſtitutionis Parlamẽti. Ita quod præſidens Parlamenti Toloſæ, præcederet alios, & ſic deinceps. Et poſtmodum habebitur reſpectus ad alios, ſecundum prioritatem promotionis, aut dignitatis loci, ſecundum conſiderationes ſuperius poſitas, de prioritate loci & promotionis, ſecundum quas prædicta declarari poſſunt.

Poſſet tamen dici, quod ſi fieret vna congregatio generalis omnium præſidẽtium regni, quod præſidentes Burgundiæ alios à Parlamento Pariſienſi præcedere deberent; eo, quia in congregatione Principum Dux Burgundiæ, tanquã primus par Franciæ & Decanus alios præcedit: vt dixi ſupra *in 5. par. in 45. conſid.* Et ibi etiã dixi, q̃ in conſilio ſeu in cõgregatione vniuerſali totius Regni Franciæ, quæ fuit facta Turonis, tempore Caroli octaui Regis Franciæ, gentes trium ſtatuũ Ducatus Burg. habuerunt locũ incontinenti poſt Præpoſitum Pariſien. Et merito etiam cęteris ſint præferendi in Chriſtianitate, quia fuerũt primi, qui fidem Chriſtianam & ſacrũ ſal ſusceperunt; & medio quorum fere tota Gallia ad fidem Chriſti conuerſa eſt. Nec in hoc eiſdem nocere debet prioritas inſtitutionis in aliis; eo, quia ex quo eſt ordo qualitatis, nõ eſt curandum de ordine temporis. *l. 1. C. de conſu. lib. lib 12. & ibi dixi ſupra in prima parte, in 78. conſider.* Etiam facit; quia ſi bene inſpiciatur, alias fuit regnum amplum & bene dilatatũ, vt etiam ſupra dixi *in 5. parte, in 45. conſid.* & ideo in memoriam priſtinæ dignitatis deberent eſſe, & collocari in primo loco & ordine, poſt Parlamentum Pariſienſe, ante Parlamẽta aliarum prouinciarum.

DEcima conſideratio. Poſt tales pręſidentes ſunt præferendi domini locũ tenentes regii, ſeu gubernatores patriarum & prouinciarũ, Qui præcedũt in auditorio, omnes conſiliarios poſt primum præſidentem, & tales Rectores, Legati, Vicarii, Vicereges vocari poſſunt etiam præſides ſecundum Budæũ *in l. ſi in aliquam ff. de off. procon.*

Licet videretur in hoc eſſe dubium, ex quo locumtenenti Regio, ſeu vicegerenti, qui dicitur eſſe apud nos gubernator patriæ, talis honor & reuerentia debeatur, qualis domino. Et ſic videretur, quod ſicut Princeps & Rex noſter præcedit præfectos prætorio etiam in auditorio, quod etiam eius vicegerens ſeu locũtenens, per ea, quę dicit Philip. Frãcus *in c. grandi. in 5. notab. de ſuppl. neglig. Prælat.*

Sed licet tales quandoque dicantur in ſuis literis inſtitutionis, locum tenentes Regii; tamen officium eorum proprie dicitur eſſe officium proconſulis, quod eſt ſupra omnia alia officia poſt præfectum prætorio: cum talis dicatur ſpectabilis, vt habetur *in l. præcepit noſtra ſerenitas. verſi. illud etiam generali. C. de canone largitional. titul. lib* 10. Et tales, qui apud nos locumtenentes Regii in prouinciis ſibi decretis vocãtur. Et horum officium magnũ eſt, & præfecti prætorio vice funguntur in ſibi commiſſis. Nam, ſi præfectum cæteris dignitatibus antefert, Vicarius ex ipſo vicariatus nomine ſe eius trahere iudicat portionẽ, dicit *l. 1. C. de officio vicari* & habetur per Luc. de Penna. *in d. l. præcepit. in d. ẜ. ver. illud.* Et dicit text. *in dict. l.* 1 quod talis repræſentat reuerentiam domini.

Sed videtur, quod ille text. loquatur ſolũ de Vicario præfecto prætorio, prout videtur ſentire Luc. de Pen. *in l. eos qui. C. de comitib. qui prouincias regunt, lib* 12. Ideo ſecus de his, qui ſunt Vicarii Principis; cum tales vna & eadem perſona repeterentur. *c. 1. de off. Vicarii, lib 6.* & hi ordinariam iuriſdictionẽ habent, & cauſas audiunt per querelas ſimplices ſubditorum, & generaliter quæ in principali ſtatuta ſunt, in vicario repetita intelliguntur *l. deffinito ff. de pecul. 93 diſt. cap. vlt.* vbi eſt hoc verbum, *locumtenens.* facit text. *in c. 1. de off. Vicarii in 6.*

Et tales, qui prouincias gubernant ſeu adminiſtrationẽ & gubernationem habent inter comites primi ordinis gaudent priuilegio Vicari-

Digitized by Google

Vicariatus, vt eſt tex. & ibi Luc. de Pen. *in l. 1. C. de comitib. qui prouinc. regunt. li. 12.* Perſonã enim Principis tales repræſentant. *l. etiam eos. ibi: qui imaginem principalis. C. de appellat.* Inde cum tales perſonam Principis repræſentent, debent omnes ei parere & reuerentiam exhibere. text. *in ca. præcipimus. 63. diſt.* & ibi gl. ordinaria. de hoc. *gloſſ. 2. in c. cum olim magiſter. extra de off. deleg.* quæ dicit *per d. c. præcipimus. & per c. primum. 94. diſt.* quod delegatos honorare debemus tanquam ipſum delegantem, vt notat Goffredus *in ſumma, de ma. & obed. §. reuerentia debetur, in fi.* & not. Specul. *in tit. de legato. §. 2. ver. honorãdus autẽ eſt legatus* & probatur *in c. ſane. 2 in prin. extra de off. de leg.* facit totus tit. *de off. eius, qui vicem alterius gerit* & maxime *in dict. ca. præcipimus.* Quia omnis legatus eſt honorandus, & plus, & minus, ſecundum locum illius, cuius legatione fungitur, & vide ante *in 1. parte, in 6. conſid. ver. 6.*

Et ideo, legatus Principis maioris, præcedere debet legatum Principis minoris. licet ipſe, vt priuatus, eſſet inferior. Inde dicitur, quod ſi ſubditum honoro, videor dominum honorare, vt dicunt And. de Barrulo, & Ioan. de Plat. *in l ſi in fin. per illum text. C. de re milit. li. 12.* & Cæpolla *in tractatu ſuo, de Impera. militum eligendo. in verſ. pro imperat. in 3. & 4. col.*

Ideo videtur dicendũ, quod prædicti domini gubernatores ſeu locumtenentes Regii in ſuis prouinciis ſibi deputatis, præcedunt præſidentes, præterquam in ſede iudicandi in auditorio Parlamenti propter rationẽ poſitam infra *in 24. conſideratione* incip. *gerentes magiſtratum.* De poteſtate tamen ſeu autoritate proconſulum, quibus videntur adaptari gubernatores patriarum, videatur Purp. *in l. 1. in 26. coll. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdict.*

VNdecima conſideratio. Poſt hos præſidentes ſunt hodie octo magiſtri requeſtarum, vt dictum eſt ſupra in ſecunda conſideratione proxime poſita, qui regi frequentius aſſiſtunt Cancellariam ſectantes, & hi proprie magiſtri requeſtarum hoſpitii regis vocantur, qui poſt primæ curiæ Parlamenti Pariſienſis præſidentes, omnium primi ſedẽt in ipſa curia Parlamenti, vt G. Benedicti *in rep ſua c. Ray. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. extra de teſtam.*

Hi enim præcedunt omnes conſiliarios totius regni, in quacunque curia Parlamentea aſſiſtant, & in omnibus aſſiſtere poſſunt, tam in curia Parlamentali Pariſienſi, Diuionenſi, Toloſana, Burdegalenſi, Rothomagẽſi, Aquenſi, quam Gratinapolit. Quæ omnes curiæ habent præſidentes, poſt quos aſſiſtunt dicti magiſtri requeſtarum, qui dicuntur referendarii, id eſt, aduocati ſacri palatii: Cum petitiones ſupplicantiũ coram Principe proponant, & referant: vt dicit gloſſ. & Ia. de Beluiſo *in Auth. de referendariis. colla. 3.* & tales magiſtros requeſtarum vocat Ia. Rebuf. *in l. eos. C. de excuſat. muner. lib. 10.* referendarios. Et vide etiam Spec. *in tit. de ſupplicatio. §. 1 poſt princip.* vbi ponit, qui ſint referendarii.

Et non debent eſſe vltra octo, vt dicit tex. *in d. auth.* Ex quo, ex illo textu, fuerunt antiquitus in Gallia ſolum ordinati & inſtituti octo. Nunc vero (vt dixi in præcedenti conſideratione) ſunt nouem. Et licet inhibeatur, ne fiant vltra octo, ſi tamen fiant, deponi nõ debet ſupernumerarius: vt dicit ibi textus & Angelus de Peruſio, & gloſſator ſeu commẽtator *regularum Cancellariæ Iulii Papæ II. in tertia parte.*

Et, vt dicit ibidem text. tales ſunt ſpectabiles, prout eſt præſes prouinciæ (qui apud nos in multis locis dicitur balliuus, & in aliis locis & prouinciis ſeneſcallus) vt eſt gl. *in §. eũq. hoc. in gloſſ in verbo, ex quæſtori. in prœ. Inſtitutio.* Qui licet maius Imperium omnibus poſt Principem habeat, vt dicit text. *in l. præſes prouinciæ maius. ff. de off. præſid. l. ideo ff. de off. proconſu. & leg.* Imo nec quicquam eſt in ſua iuriſdictione, quod non per ipſum expediatur: Tamen prædicti magiſtri requeſtarum, præferuntur illi & præſident ante eum in ſuis iuriſdictionibus. Et hoc eſt; quia, vt dicunt quidam, præſides prouinciæ ſunt ſolum clariſſimi, vt eſt text. *in l. fin. C. de decurio. lib. 10.*

Et obſeruatur in tota Gallia, in quibuſcũque locis ſint, ſi velint tenentes locũ præſidis,

Digitized by Google

id eſt, balliui ſeu ſeneſcalli, expediunt cauſas ſui præſidatus, ſeu balliuatus, aut ſeneſcalliæ: & ita vidi ſæpe fieri per nobilem ac ſapientẽ virum Dominum Dionyſium Poillot, Iuriũ doctorem, & magiſtrum requeſtarũ, quando accedebat ad hanc ciuitatẽ Heduen. cauſa habitandi, & ſuos parentes viſitandi, poſtquã tres menſes in curia ſeruierat, vt moris eſt.

Et tales, poſt longam exercitationem talium officiorum, vocari merentur comites, vt dicit Io. de Platea *in d. l. eos. C. de execu. mune. lib.* 10. *P. & in l. fi. de decur. C. eo. lib.* vbi ipſe Io. de Platea ponit 12. dignitates, quæ liberant quem è decurionatu, curia & patria poteſtate. Inter quas eſt dignitas referendariorum, quorum officium eſt reſponſa principũ peragere & ſignare, vt ibi.

Et tales ſunt exempti ſeu eximuntur à muneribus, ſubſidiis, impoſitionibus ſeu talliis. *d. l. eos.* Io. de Plat. *in locis præallegatis.* Budæus tamen, & poſt eum Pyrrhus *in ſuo tractatu de magiſtrat. Romanis lib.* 1. magiſtros requeſtarũ & proximos ſacrorum ſcriniorum comparauerunt, quod non credo tales eſſe, ſed potius eſſe, les ſacretaires des commandemens, qui ſunt quatuor tantum, tres ordinarii.

Tales autem hodie apud nos habent iuriſdictionem ordinariam, quam tenent ſeorſum à curia, in qua de officiis Regiis cognoſcunt, ab eis tantum appellatur ad Parlamẽtum. Et ita deciſum fuit arreſto, anno dom. 1384. vt refert Aufrerii *in tract. arreſtorum. ca.* 43. & G. Benedicti *proxime dicta repet. in repetition. c. Ray. in glo. & vxorem nomine Adelaſiam. in additio extra de teſtam.*

DVodecima conſideratio. Poſt prædictos præſidentes, & magiſtros requeſtarum ſunt cęteris aliis quibuſcunque officiariis dominis & Principibus præferendi conſiliarii curiæ Parlamenti in ſuo auditorio & curia, cũ diſtinctione ſeu modificatione quadam: videlicet, Quoniam in Parlamento principis ſolent eſſe conſiliarii Eccleſiaſtici & Seculares, vt Eccleſiaſtici à dextris, & ſeculares & laici à ſiniſtris, & quilibet in ſuo loco & ordine ſeſſionis ſecundum ordinem promotionis, vt qui primo promotus ad tale officium, primo ſedeat in ſuo loco & altiori, dixi ſupra in pluribus locis.

Et, quo ad hanc conſiderationem, Quod conſiliarii tales præferantur aliis, patet, Quoniam ſunt ſenatores, & loco ſenatorũ ſunt, vt ſupra dictum eſt *in 9. conſid. huius partis.* Cum ad inſtar ſenatus Romani fuerint inſtituta Parlamenta, in quo ſunt ſenatores ſeu conſiliarii, & tales ſunt propriæ curiæ maximæ, vt Parlamentorum principis: ex quo cum quælibet ciuitas habebat ſenatũ ſuum, vt *in Auth. de natural. lib. in curia deput. in princip.* vt dicit Luc. de Penn. *in rubric. & in l. omnes. la premiere. 3. colum. de decur. Cod. lib.* 10.

Et tales in corpore Reipublicę obtinẽt locum cordis, ex quo Imperator inter ſenatores connumeratur, vt eſt text. *in l. ius ſenatorũ. & ibi Luc. de Penn. C. de dignit. lib.* 12.

Et de corpore Reipublicæ, quomodo regatur, & per quos regi debeat, vide eundem Lucam *in leg. 2. Cod. de apparito. proconſ. & leg. eodem lib* 12.

Et talibus non poſſunt indici munera, per quoſcunque iudices cuiuſcunque autoritatis ſint; Imo ſi quid eis eſt mandandum, hoc ſolum per principem fieri debet. *l. nemo praefectus. C. de dignitat. lib.* 12. Nec bona eorũ contribuere debent in ſumptibus operum publicorum, quæ præſides prouinciarum in ciuitatibus iubent fieri, vel ædificari. *l. quoniam diuerſi iudices. & l. ſenatorum ſubſtantias. C. de dignit.* ex quo male faciebant ciues Diuionẽſes, qui volebant compellere ſenatores ſeu conſiliarios Parlamenti Diuionenſis, ad aliqua munera oppidi Diuionen.

Et ſub his ſenatoribus comprehenduntur Patritii & Conſules vſque ad omnes illuſtres; quia hi ſoli poſſunt dicere ſententiam in ſenatu. *l. fin. § 1. ff. de ſenator.*

Aduerte tamen, quod appellatione populi continentur etiam Senatores. notatur per Innoc. & alios *in c. ſedes. de reſcript.* Et horum magna eſt authoritas, vt *l. humanum, C. de legib. gloſſ. in §. conſtat autem, in verb. ſed & plebiſcita. Inſtit. de iuſtit. & iur.* & hi poſſunt facere legẽ. *l. nõ ambigitur. ff de leg. b. & ſenatuſ.* Notatur per Io. Fabri *in l. fin. C. de ſenator.* Hodie

die tamen cum condere legem ſit vnum de reſeruatis Principi. & ſic ſolus Rex in ſuo regno leges cōponit, ipſi vero conſiliarii bene condunt circa ordinatiua litis, aut reformant ſtylum curiæ, aut addunt.

DEcimatertia conſideratio erit. Quia offendētes tales conſiliarios principis cōmittunt crimen læſæ maieſtatis. *l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.* & vide Guidonem Papæ *q. 344. in fin.* & dixi ſupra *in 9. conſi. huius partis.* Quæritur, ſi dicatur vni ex talibus conſiliariis: Si non eſſet ob reuerentiam officii tui & regis, bene te caſtigarem; dicit ille, non reſpicias Regem; nec cures de officio, ſed defendas te ſi potes, & deponit veſtes & Inſignia Regis. Iſte eum acriter verberauit; num quid in pœnam verberantis ſenatorem aut officiarium regis incidat? Videtur, quod non. *arg. l. quamuis. ff. de in ius voc.* & quia hic videtur ceſſare intereſſe partis, ergo, & regis. *l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* & hanc opinionem tenet G. de Cug. *in d. l. quamuis.*

In contrarium videtur facere *l. 2. §. vſq; adeo. ff. de iniuriis.* Eo, quia ille à ſe abdicare nō potuit officium Regis. *l. legatus ff. de offic. procons. l. fin. C. de defenſ. ciuil* & hanc opin. tenet Iohan. Fabr. *in l. ſeruus. C. de pœnis.* & ita tenui in *commentariis noſtris ſuper conſuetud. ducatus Burgund. in tit. des iuſtices. § ſeptimo, in glo. ſimple reſcouſſe. verſic. 7. conclu.* Hanc quæſtionem examinauit Alberic. *in ſuis ſtatutis, queſt 43.* ſed neſciuit in quam partem inclinaret.

Et ſenatores dicuntur à ſenio, eo, quod ſoli ſenes ad tale officium eligi debent, quorū inſtitutionem Romulus Romanæ vrbis cōditor primo inuenit, vt ſupra dixi *in d. 9. conſid. huiuſce partis.* Et ideo ſapienter dicebat Innocen. & Bald. *in cap. 1. de renun.* quod plus valet vmbra ſenis, quam enſis iuuenis. De quorum ſenium præeminentia vide G. Bened. *in ſua repet. c. Rayn. in verb. adiecta impub. de teſtam.* & dicam latius infra.

Et ideo neſcio, quid dicendum de quibuſdam conſiliarijs noſtri temporis, nouiter inſtitutis & creatis in Parlamentis, quos video ad dignitatem promoueri in ætate xx. aut xxv. ann. mediante pecunia, aut alia vi neſcio quali: Niſi quod difficile ſit, Quæ malo inchoantur principio, vix bono peragantur exitu. Ex quo male omnia gubernentur, non poteſt aliud dici, niſi quod Conſilium iuuenum, Roboam fecit egenum. 3. *Reg.* 12. mihique propono verſiculos morales:

Roma vetus veteres cum te rexere Quirites,
Nec bonus immunis, nec malus vllus erat.
Defunctis patribus ſucceſſit praua iuuentus,
Conſilio cuius præcipitata ruis.

Et quod conſilium ſenum ſit conſilio iuuenum præferendum, & magis laudandum, vide G. Benedicti *in loco hic ante allegato.* Dicta de temporis noſtri gubernaculo taceo; cum omnibus ſint nota, & melius eſt in his tacere, quam male loqui, cum ex plurimis pauca exprimere ſufficiat. Et; quia hic materia ſenum & iuuenum non ſe offert, niſi quodammodo extraordinarie, non aliter inſiſto.

Ex duabus proximis conſiderationibus infero vnum: Quod curia Parlamētalis Franciæ, eſt prima & principalis omnium curiarum; & ſic, ſi per modum curiæ congregatæ & conuocatæ incedat, & in actu, in quo tota curia repræſentatur, præcedet omnes alias curias. Et licet generales Franciæ aut præſidentes in camera computorum videantur eſſe maioris dignitatis, quam conſiliarij, de per ſe, cum ſint primi & præſidentes in eorū curia: Non tamen in congregatione prædictarum Curiarum debent præcedere conſiliarios curiæ Parlamenti: Imo, nec grapharios eiuſdē curiæ, ex quo tota curia tenet primum locum honoris, omnes Curialiſtæ ſeu miniſteriani illam ſequuntur; & ſic præcedunt etiam ipſos præſidentes computorum, qui ſunt de ſecunda curia, & ſic de ſecundo loco honoris: argumento eorum, quæ ſupra deducta ſunt *in 4. parte, in 32. conſi.* vbi dixi, quod canonici Eccleſiæ cathedralis, qui non ſunt in tanta dignitate de per ſe, quantum Abbates, ſi tamen incedant proceſſionaliter in congregatione Eccleſiæ cathedralis & aliarum, præcedunt Abbates, & quæcunque alia collegia, cuiuſcunque præemi-

Digitized by Google

nentiæ, exemptionis, aut priuilegii fuerint; cum ſint primo de loco honoris Ex hoc ergo infertur, quod domini computorum, ſi vellent incedere, æqualiter cum Curia Parlamentali errarent cum vellent attentare id, quod nocuit Lucifero; quia vellent fieri ſimiles Altiſſimo, quod naturæ repugnat. Sed adhuc non eſt ſine dubio, an debeant præcedere præſidem prouinciæ, vt infra *in ſecunda proxima conſider. ſequent.* dicitur. Ex quo ad minus clarum eſt, quod etiam præſidentes computorum de per ſe, non poſſunt præcedere dictos conſiliarios cum conſiliarii ſint illuſtres, prout & Quæſtores: ſed hodie ſint de priori loco honoris, in quo etiam ſecundus eſt maior primo loci honoris ſequent.

Decimaquarta conſideratio. Inter hos conſiliarios; quia ſunt quidam in magno conſilio regis, quod dicitur Conſiſtorium; alii ſunt in Parlamentis, quæ dicuntur tribunalia; eſt magna altercatio de præeminentia iſtorum, videlicet, qui iſtorum ſint præferendi? Et quia Montaigne & Nicolaus Boerii ſatis ſuper hoc inſudauerunt in tractatu, quem fecerunt *de authoritate magni conſilii*, ne dicta eorum tranſportem, & ne etiam volendo plus extollere aliquos ex his, ad dicta eorum me remitto, ex quibus vnuſquiſque cogitare poteſt, & clare decidere, quis illorum ſit præferendus, & in quibus locis.

Decimaquinta conſideratio. Cum, vt ſatis claret, in hac parte fit mentio de ſtatu iuſtitiæ, ſine qua regnum in ſe durare non poteſt: cum vt ait Aug. *libr. 4 de ciuitate Dei.* Quid enim ſunt regna, niſi latrocinia, vbi nō eſt iuſtitia? & qua imperatoriam maieſtatem oportet eſſe armatam & decoratam, vt habetur *in proœmio Inſtitutionum*, & infra latius dicam.

Et neuter iſtorum ſtatuum Iuſtitiæ ſcilicet, & militiæ, ſine pecunia conſiſtere poteſt. Vnde Philippus animam Reipublicæ eſſe dicit pecuniam, (de qua plene *in finali parte, in 54. conſider.*) cum nummus profecto pro his omnibus, quibus homo indiget, fideiubeat, & de publicis pecuniis officiariis iuſtitiæ, ſalaria & militibus ſtipendia, aſſignari debet, de quibus viuunt, ne ſubditos concutiant, aut deprædentur, ſecundum quod dictum *Luc. 3.* Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, ſed eſtote cōtenti ſtipendiis veſtris. Ideo introductus eſt tertius ſtatus in Francia, & in omni parte mundi, qui eſt ſtatus theſaurariorum: qui à quærendis & conſeruandis pro Reipublicæ vtilitate pecuniis, olim Quæſtores nominabantur, vt ſupra *in preced. part. in 18. conſider. incip. ad theſaurario.* Et olim primus honoris gradus; Quæſtoris erat, *vt dicit Cicero in orationibus*, & hodie tales apud nos ſunt generales Franciæ, qui habent ſub ſe theſaurarios, qui tamen omnes ſunt ſub Camera computorum, vt refert Guillel. Benedicti *in repet. capit. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num. 510 extra de teſtam.*

Sed, quoniam hic ſolum intendo facere mentionem de magiſtris computorum (cum tales ſint Iudices officiarii iuſtitiæ) ideo reliquis præmiſſis dicendū videtur, quod præſidentes computorum hodie ſunt ſubrogati loco procuratoris Cæſaris, cuius officium conſiſtit de iure in iudicando *l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum.* & qui cognoſcit de rebus tangentibus, & venditionibus fiſcalibus ſeu de dominio principis, vt habetur *in rubr. vbi cauſæ fiſcales. & in l. final. C. ſi aduerſus fiſcum.* Et iſte dicitur comes rerum priuatarum. *l. ſi quis. & in l. vniuerſi. C. vbi cauſæ fiſcales.* Ex quo textu ſumendum eſt, quod præſes prouinciæ eſt maior præſidente computorum. facit *l. 4. C. de officio præſidis*. imo per illum textum *d. l. procurator.* non habent poteſtatem condemnandi aliquem ad pœnam, quod tamen hodie vſurpant ex poteſtate (vt dicunt) ſibi à rege conceſſa.

Dicunt tamen aliqui, quod cum ſint Illuſtres, vt *l. 2. C. de officio Quæſtoris.* etiam comes rerum priuatarum, vt eſt textus *in d. l. ſi quis.* & præſides prouinciarum tantum clariſſimi, vt ſupra *iſta part. in 5. conſid.* quod debent præferri illis, ſed illi tex. loquuntur tantum de Quæſtoribus, qui dicuntur generales ſitin-

Digitized by Google

finantiarum apud nos, & ſunt illuſtres: ideo tales præferri poſſent præſidibus prouinciarum, ſed non præſidentes computorum, qui tantum dici poſſunt ſpectabiles, vt dixi *in preced. part. in 7. conſid. incip. de aliis officiariis*, ex quo ſunt in loco procuratoris Cæſaris, vt ante dictum eſt.

Et iſte procurator Cæſaris differt à procuratore fiſci: Quia procurator Cæſaris eſt ille, qui adminiſtrat reditus prouenientes ex bonis, quæ princeps habet tanquam bona priuata, vt eſt dominium. Procurator autem fiſci eſt ille, qui adminiſtrat bona Principis, quæ conuertuntur in vſus publicos: vel, vt dicit Paul. de Caſtr. *in l. 1. C. vbi cauſæ fiſcales.* quia officiũ procuratoris Cæſaris eſt, quod conſiſtit in iudicando, *d. l. 2. C. ſi aduerſus fiſcũ.* vt ſunt domini computorum. Nec cõſiſtit in pœnarum impoſitionibus, *l. 1. ff. de off. procur. Cæſaris.* Et iſte eſt, de quo hic ante dictum eſt, qui eſt præſes in camera computorũ, qui aliquãdo officio præſidis vtitur, prout dicit tex. & ibi Salicet. *in l. procurator. C. vbi cauſæ fiſcales.* Procurator vero fiſci agit, & quandoque vocatur curator Reipublicæ. *l. curator C. de modo mulctar.* quandoq; logiſta, id eſt rationalis, *d. l. curator.* & de iſto infra dicetur *in hac part. in 34. conſi.* vbi fit mentio, in quo loco ſedere debeat inter aduocatos.

Etiam de prædictis magiſtris computorũ videatur Bud. *in tit. ff. de off. quæſt.* & illos præfectos ratiociniorum vocat Ia. Rebuff. vocat eos magiſtros ſcriniorũ, vt habetur per eum *in rub. C. de magiſtris ſcriniorum lib. 12.* & dicit eos eſſe ſpectabiles. Pyrrhus vero *in tract. de quæſtoriis magiſtratib.* dicit, quod Imperator eos vocat præſidẽtes ſacris ærariis per tex. *in l. vlt. C. de aduocat. fiſci.* Ab eorum tamen ſententiis appellatur ad Parlamẽtum, ex quo ſunt inferiores dominis de Parlamẽto. Cum non oportet ad cõpares iudices appellationes referri, ſed à minore iudicio in maius tribunal aſcẽdere, vt dicit tex. *in Auth. de appel. & infra quæ tempora. §. illo videlicet. collat.* 4.

Et in iſta camera computorum, ſunt alii officiarii, qui dicuntur tabularii, quibus æquiparantur clerici cameræ computorum (quos audientiarios vocamus) de quibus per Iac. Rebuff. *in l. inſtar. C. de iure fiſci, lib. 10.*

Decima ſexta conſideratio. In ſupremis Curiis, tam conſiſtorialibus, quam Parlamenteis ſunt grapharii, hoc eſt ſcribæ, qui etiam habent dignitatem vltra alios ſedium regalium, & inter hos primi ſunt cum ſpectabiles dici poſſunt, & ſic videtur quod procedere debeant præſides prouinciarum, hoc eſt balliuos & Seneſcallos, quod non eſt dubiũ in loco eorum iuriſdictionis, ſed non in loco iuriſdictionis magiſtratus dictorum Balliuorum, Quoniam ibi quoſcunq; præcedere debent. pro quo *l. 4. ff. de off. præſid.* & infra *hac parte* dicetur, & *in 24. conſid.* vbi dicitur, quod gerentes magiſtratum generaliter in ſuis iuriſdictionibus, cæteris ſunt præferendi. Et, vt dicit Iacob. Rebuff. *in rub. C. de magiſtris ſacr. ſcrin. lib. 12.* ſecundum Bald. & And. de Bernu. magiſtri ſcriniorum ſunt Notarii magnæ curiæ principis, quibus poteſt æquiparari magnus Notarius magnæ curiæ Parlamenti Pariſiis, qui vulgo vocatur grapharius vel Notarius principalis principis. Quod tenet regiſtrum ſeu regeſtum literarum, & tales dicuntur proximi ſacrorum ſcriniorum. Sed pro clariori intelligentia horum graphariorum, ſeu ſcriniorum, ſumenda eſt doctrina Iacobi Rebuff. *in l. 1. C. de proximis ſacr. ſcrin. lib. 12.* vbi dicit, quod tria ſunt ſcrinia, ſiue cameræ, in quibus reponuntur ſcripturæ principem tangentes: in vno ſcrinio, ſeu camera ponuntur epiſtolæ ſeu literæ, quæ per principem aliis mittuntur, ſeu ab aliis mittuntur principi, Et iſtud eſt officium ſecretariorum principis; de quibus ſupra dixi *in part. præced.*

Et licet plures in curia principis ſecretarii inſtruantur; tamen vnus eſt magis ſecretus & continuus principi, qui eſt & reputatur præpoſitus huius ſacri ſcrinii: quia præponitur aliis ſcriniariis, hoc eſt aliis ſecretariis. Etiam vocatur proximus; quia plus ſe approximat & appropinquat principi quam alii ſecretarii: & qui habet principalem cuſtodiam vnius ſcrinii ſeu cameræ, vbi tales ſunt ſcripturæ, & literæ reponuntur, cum talis ſciat arcana & ſecreta principis, vt *l. proximos*,

Digitized by Google

C. de proximis ſacror. ſcrinior. & eſt apud nos hodie & à multis annis, ſcilic. à tempore Caroli VIII. vſque nunc dominus Roberte, qui præeſt & ſemper præfuit in talibus omnibus ſecretariis regni, & merito; cum non fuerit repertus excellentior eo in talibus.

Vel, vt dicit idem Rebuffi. erat aliquis iſtis literis cuſtodiendis præpoſitus per principem ſecundum ſcrinium ſuæ cameræ, vbi tales ſunt ſcripturæ & literæ poſitæ, cum talis ſciat arcana & ſecreta principis. Et dicitur ſcrinium locus, vbi ſolent libri vel chartæ recondi, tanquam cancelli quidam, vt *in l. librorum.* § *libris ff. de leg.* 3. Et ſic cum in palatio ſummo erant duo latercula, puta magnũ & minus, id eſt, duæ cameræ, magna & minor, & iſtud erat minus laterculum, ſeu minor camera, in quo vnicum erat ſcrinium, in quo ſacræ diſpoſitiones recondebantur: hoc eſt, principum legales conſtitutiones, ſeũ ordinationes vna cum codicillis, hoc eſt, literis officiorum imperialium quorumcunque, etiam militarium recondebantur, vt facit text. *in* §. 1. *in Auth. de mandatis Principum. col.* 4. vbi optimus text. Et quod codicilli militarium officiorum ad ſolicitudinem pertineãt Quæſtoris in eodem minori laterculo, vide text. *in l. 1. iuncta l.* 3. *C. de officio Quæſtoris.* Et quod cum legalibus libris codicilli, id eſt, literæ officiorũ debeant obſeruari in ipſo minori laterculo, vide text. *in d.* §. 1 *ibi: vna cum codicillis. in Authent. de mand. Princip.* Quod quidem laterculum, de quo *in illo* §. 1 ſcribitur, erat minus. quod apparet ex *l. 1. C de off. Quæſtoris.* & ſic in illo minori laterculo erãt tantum illa duo ſcrinia, quæ pro vno habebantur, vt dictum eſt. In laterculo vero maiori, erant tria ſcrinia, vt ſtatim dicetur, & in hoc laterculo minori erat vnum, quod erat diſtinctum duobus, vnum pro libris legalibus, alterum pro codicillis: licet, vt videtur tenere Petr. Cothereau *in ſuo ſchedulari magiſtratuum, in tit. de quæſtore palatii, & cancellario Franciæ.* quod non diſtincti eſſent ſcriniarii librorum Principis, & codicillorum, ſed permixti eſſent tantum quatuor ſcriniarii libris & codicillis deſeruientes in ſcribendo, & dictando, & reuoluendo, & excipiendo, ſeu regiſtrando, qui quatuor antiquarii (vt putat idem Cothereau) ſunt, de quibus loquitur text. *in l. hac parte. C. de proximis ſacror. ſcrin. lib.* 12. Mouetur. Nam ibi dicitur, quod quatuor antiquarii ſcriniorum ſeu ſecretariorum memorialium ſegregabantur à generali ſcrinio memoriæ, & ei nõ obſequebãtur, ſed ſpecifice erant iſtorum antiquorũ quatuor ſcriniariorum partes. Et iſti quatuor antiquarii habent permixtum munus ad obſequendum liberas & codicillis, qui quidem antiquarii diſpoſitionum adæquantur noſtris commendatoris ſecretariis, quibus dictatio & tranſcriptio codicillorum ſeu literarum regiarum incumbit. Alii vero ſunt ſecretarii libellarii: Alii memoriales: Alii epiſtolares: de quibus ibi ample per Pet. Cothereau. Sed talis triplicitas apud nos obſeruatur, cum tantum apud principem & in aula ipſius ad illi deſeruiendum ſeu obſequendũ ſint prædicti quatuor antiquarii, qui dicuntur, les ſecretaires des commandemens.

Alii vero, qui obſequuntur, & deſeruiunt tantum conſiſtorio, & ſic Cancellario (qui eſt principalior illius) & in his, quæ concernunt iuriſdictionem ſeu iuſtitiam, nõ in his, quæ concernunt res priuatas principis. Et iſti ſunt de magno laterculo, ſeu magna camera, in qua ſunt tria ſcrinia memoriæ, ſcilicet epiſtolarum & libellorum. Ita probantur *in l. 1. 2. 3. & 4. C. de proximis ſacror. ſcrin.* Et de primo ſcrinio, vbi reponebantur literæ dixi hic ante. de ſecundo vero, vbi reponebantur ſcripturæ libellorum & cognitionum, poteſt poni exemplum, Pariſius in camera Parlamenti, vbi reponuntur tales ſcriptores, qui magiſtri Parlamẽti dicuntur, ſunt ibi plures, ſed ſunt ibi quatuor præſidentes, qui præponuntur aliis Magiſtris Parlamenti, & habent ibi præſidentiam, qui poſſunt appellari vno reſpectu prępoſiti huius ſacri ſcrinii, hoc eſt cameræ Parlamenti, & hoc etiam iure vocantur proximi: quia magis ſe approximant Principi. Sed quia iſtud exemplum non eſt bene conueniens. Ideo aliud ponit magis quadrans, ſcilicet, in graphario Curiæ Parla-

Digitized by Google

Parlamenti, qui præponitur & præeſt omnibus ſcribis illius curiæ, & ſunt tres principales: Vnus, qui dicitur graphарius ciuilis: Alius criminalis: Alius præſentationum. Et ſub eis ſunt alii quatuor, qui in abſentia eorum ſignant, & quilibet illorum principaliũ habet ſuum ſcrinium, ſeu ſuam cameram, quam *burellum* vocant.

Et ibi vocantur Præpoſiti dictæ cameræ, ſeu Magiſtri dicti Burelli, ſeu proximi ſacrorum ſcriniorum, vt dicit Iacobus Rebuff. *in d. loco.*

De tertio vero ſcrinio, in quo ſunt Magiſtri computorum præpoſiti, non hic repeto, cum ante dixerim.

Aliud eſt ſcrinium in palatio regio Pariſiis, ſeu camera, in qua ſunt repoſitæ ſcripturæ tangentes antiquitates, & notabilia facta Regni, quod ſcrinium vocatur camera theſauri: & deſtinatur ibi vnus principalis præpoſitus ſeu præſidens, pro gubernatione ſeu cuſtodia illius cameræ, tenens clauem principalem illius cameræ & proponitur aliis etiam habenti us alias claues illius: & qui etiam proximus vocari poteſt, cum ſe magis appropinquet Regi, quam alii Et tales proximi ſeu præpoſiti ſacrorum ſcriniorum, eiſdem honore & dignitate funguntur, quibus Vicarii principis, & ex eo tempore, quo officium proximatus ſunt adepti. *l. 1. Cod. de prox. ſacror. ſcrinior. lib.* 12. Et iſti poſſunt ſalutare Principem, & ſedere in iudicio cum iudicibus, *l. in ſacris ſcriniis, la prima. de prox. ſacror. ſcrinior. C. eodem lib.*

Et aduerte, quod iſti ſecretarii proprie ſunt adiutores Cancellarii, vt dicit Pet. Cothereau *in ſuo ſchedulari magiſtratuum. c. de adiutor.* Principis, & debent eſſe ſeptem, vt ibi dicit, vt facit text. *in l. comperimus. C. de prox. ſacror. ſcrinior.* Quorum primus inter omnes eſt audientiarius apud nos, qui æquiparari poteſt mello proximo. de quo *in l peculiari. C. de prox. ſacr. ſcrin.* qui dicitur prior illorum, qui erant adiutores quæſtoris.

DEcima ſeptima conſideratio. Poſt principaliores officiarios ſupremarum Curiarum videndum eſt de aliis pluribus iudiciis ordinariis, qui ſunt apud nos. Et primo de præfecto vrbis, qui à quibuſdam adaptatur præpoſito Pariſienſi, & Tholoſano. Dum volunt adaptare Vignerio Tholoſæ, quod non credo: ſed in quantum poſſit præpoſito Pariſienſi, videtur, quod ſit magnæ authoritatis, dignitatis, & excellentiæ, cum præfectus vrbis ſit illuſtris, vt ſupra *iſta parte, in 2. conſideratione* dictum eſt. Ideo etiam præpoſitus Pariſienſis illuſtris eſſe debet per huiuſmodi adaptationem, & tales æquiparantur de iure præfecto prætorio, *l. 1 Cod. de præf. præt. ſiue vrbis, &c. lib* 12. Dicit tamen Purpuratus *in l. 1. num. 56. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd.* quod huius præfecturæ ſimulachrum apud nos non videtur, cuius iuriſdictionem ad prætorem translatam eſſe, author eſt Feneſtella. Capitanei tamen ciuitatum, qui apud nos videntur, quorum tanta non eſt poteſtas, vt tradit Iacobus Rebuffus *in l. 1. colum. 2. in fi. C. de mulierib. in quo loco, &c. lib.* 10. huic præfecto vrbis non ſunt æquiparandi. Ego autem dico, quod huic poſſet æquiparari capitaneus iuſtitiæ Mediolani; cum præfecto prætorio æquiparetur: cum ab eo, prout nec à præfecto prætorio, non appelletur. Et ita vidi tempore, quo aſſiſtebam magnifico Domino Roberto de Pardines capitaneo iuſtitiæ Mediolani, tempore, quo illuſtris Dominus Carolus de Ambaſia erat locum tenens generalis in Italia, pro Chriſtianiſſ. Francorum Rege.

DEcima octaua conſideratio de prætoribus tractat, qui ſunt ſpectabiles, vbi ſupra *iſta part. in 4 conſid.* dixi, & tenent omnes *in l 1 ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd* Sed quibus aptari poſſint incertum eſt, cum tales Prætores poteſtatem haberent legem condendi, ſeu ius, quod honorarium appellabatur. *§. prætorum. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili.* Et in vrbe prætor à præeſſendo nominatur, cui conſulum inſignia conceſſa ſunt, vt tradunt Pomponius Lætus & Feneſtella, *lib. de magiſtratibus c* 19 Et vt Varro ſcribit, prætor dictus; quia iura præiret: quia iura condere, vt iam dixi, & abrogare inſtituta ſolus poterat, & in cauſis ciuilibus crimina-

libuſve ſummum imperium obtinebat, vt tradunt Moderni, maxime Zaſius *in l. 2. §. cumque conſules. ff. de orig. iur.* Ideo dicit Purpuratus *in d. l. 1. numer.* 204. quod Bart. merito eum æquiparat Senatoribus, & præfecto prætorio, *in l. omnes populi.* 4. *q.* 1. *principalis. ff. de inſtit. & iur.* & ideo non videtur, quod omnes alii eſſent ſimiles; cum ſolum ibi loquatur de prætore vrbis, vt dicit D. meus Iaſ. *in d. l.* 1. ex quo male videtur æquiparari Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Epiſcopis, qui non poſſunt eo modo ſtatuere *c. cum inferior extra de maior. & obed.* & hoc, niſi eſſent Vicarii Principis, vel præſcripſiſſent iuriſdictionem, merum & mixtum imperium, & principi reſeruata, vt declarat Aretinus *in l. ſtipulationum aliæ. in princip. colum. penult. ff. de verb. obligat.* quo caſu tales eſſent illuſtres, vt dicit idem Purpuratus *in d. l. 1. num.* 205. vbi facit illam differentiam inter prætorem vrbis, & alios, quam etiam facit Baldus *in l. recept. C. de non numer. pecun.* Et ideo (vt idem Purpuratus *ibi, in ſequent. num.* voluit) difficile videtur reperire inter magiſtratus noſtros, qui æquiparetur huic prætori, quicquid de Poteſtatibus noſtri temporis dicant Baldus & Barbatia *in rubr. Cod. qui admitti.* Maxime; quia nullam habent authoritatem, niſi quatenus eis eſt attributa per ſtatuta, ſeu reſcripta conſtitutionum, vt tradit Bald. *in Authent. caſſa. collat.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quamuis large omnis magiſtratus poſſit dici prætor, vt dicit Bald. *in l. fin. in* 1 *q. C. de adilit. action.* & Decius *in l. vbicunque, per illum text. ff. de regulis iur.* Huic prætori vrbis ita poſſent adaptari præpoſitus Pariſienſis, & Viguerius Tholoſanus ſicut præfecto vrbis: niſi in hoc, quod non habent authoritatem condendi ius; niſi in his quæ reſpiciunt ſtylum iuriſdictionis eorum.

DEcima nona cõſideratio. Præſides prouinciarum per Spec. *in rubr. de iuriſdict. omn. iud. ver. meminimi.* & Bart. *in l.* 1. à quo ibi nemo diſcrepat *ff. de off. eius, cui mandata eſt iuriſdictio.* tantum clariſſimi dicuntur, & in quarto gradu, qui dicitur minorum ponuntur. Et quod præſes prouinciæ ſit clariſſimus, vt eſt text. *in l. 2. in fin. C. de delatoribus. libr.* 10. Et talis etiam eſt rector prouinciæ, bonus text. *in l. memini.* §. 1. *C. de aduoc. diuerſ. iudic.* & qui apud nos dicitur Balliuus & in multis locis Franciæ, ſeneſcallus, qui quidem Rector prouinciæ dicitur clariſſimus, vt eſt text. *in l. vnic. §. ſin autem poſt, C. de raptu virg. &c.* & dixi ſupra *iſta part. in* 5. *conſid.* Nectenuis eſt hic titulus, vt dicit hic Purpuratus *in d. l. 1. nu.* 258. maxime in ſuperlatiuo poſitus. Cum dictio *clarus*, ſi figurate poſita, & pro inſigni atque excellenti accipiatur, cumque denotet, qui veluti fulgore quodam famæ reſplendet, ita vt perinde ſit, ac ſi dicatur excellentiſſimus præſes prouinciæ, & dicitur iudex ordinarius. text. *in l. eos. in princip. C. de modo mulctar. & in l. omnes.* §. 1. *C. de Epiſc. & cler.* Et licet multa iura dicant præſides clariſſimos, per hoc tamen non excludunt, quin eſſe poſſint in ſuperiori gradu. Nam etiam ſenator dicitur clariſſimus, text. *in l. 2. Cod. de his, qui veniam ætatis impetr.* qui tamen in primo gradu ſuperilluſtrium poſitus eſt ſupra *in hac parte, in* 1. *conſideratione, ad fin.* Et præfectus prætorio clariſſimus appellatur. Et pro hoc Purpuratus allegat authent. de Beliſario vicario conſulis *collat.* 3. ſed puto voluiſſe allegare *in Authent. de menſura ordinandorum, in fin. collat.* 3. quem tamen fore illuſtrem, nemo vnquam dubitauit, vt etiam dictum eſt *in hac parte, in* 2. *conſiderat.* & prætor dicitur clariſſimus *in l.* 1. *in princip. C. de tutoribus vel curatoribus illuſtrium, &c.* qui tamen inter ſpectabiles ponitur, vt *in conſideratione præcedente* dixi. Etiam proconſul dicitur clariſſimus, vt *in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cauſis infamia irrog.* & tamen ſpectabilis eſt, & ſuperius *iſta part. in d.* 4. *conſider.* probatur. Similiter Comites dicuntur clariſſimi *in l.* 1. *C. de aduoc. diuerſ. iudic.* & tamen prædictos monſtrauimus eſſe ſpectabiles ſupra *in* 5. *par. in* 47. *conſider. & in ſupradicta* 4. *conſid.* Ideo Alciat. *in l.* 1 *C. de perfectiſſimatus dignit. lib.* 12. *& lib.* 3. *diſpunctionum. cap.* 4. bene ſe reſoluit in his altercationibus, dicens: Non fuiſſe firmas magiſtratibus ipſis dignitates: ſed ſolitas concedi ſecundum merita perſonarum, & con-

& conſiderata plerunque loci, cui præerant, qualitate. Licet non neget, hoc crebrius fuiſſe verum, quod à Doctoribus traditur. Et poſt eum Purpur. *in d.l.1.nu.163.* ſic concludit, quod cum appellatio præſidis generaliſſima ſit, ſic quod largiſſime accipitur pro eo, qui præeſt alicui rei, vt per text. *in l.1.& ibi gl.1.ff.de off.præſid.* Large quando dicitur præſes prouinciæ, & ſic præſes, ſecundum varias poteſtates, diuerſimode poteſt in his magiſtratuum gradibus collocari, ita, vt aliquis reperiri poſſit, quid inter illuſtres connumeretur, vt in præſidibus Parlamentorum, de quibus ſupra *iſta part. in 9. conſi.* Et hoc propter concurrentem (quo ad quædam) authoritatem præfecti prætorio; & quia ſpecialiter Principis eſt conſiliarius, ex quibus illuſtratur. Sed quicquid ſit, præſes prouinciæ maius imperium habet omnibus poſt Principem. text. *in l. præſes prouinciæ*, quæ eſt 3. *ff. de off. præſid.* Etiam quandoq; perfectiſſimatus dignitatem dicitur habere, vt dicit Purpur. *in d. loco. nu. 265. cum tribus ſequentibus.* Et quod præſidis nomen generale ſit, ad omnes magiſtratus prouinciarum Rectores, vide Petrum Cothereau *in ſuo ſchedulari magiſtratuum ciuilium c. de præſidibus prouinciarum.* vbi ample de his. Dicit tamen Budæus *in l. ſi in aliquam. ff. de off. proconſ.* quod Balliui, ſeu Seneſcalli, dicuntur præfecti aut etiam iuridici, & continentur nomine proconſulis, nec præſidis; quia in Gallia non ſunt prouinciæ, ſed prouinciolæ. Item; quia ab his appellatur ad curias Parlamentorum. Sed tuendo communem, videtur, quod vocari poſſint Præſides prouinciæ, nec eſt recipienda multitudo terræ, ſed poteſtas. Item à ſententia præſidis & procóſulis appellatur, *l. 2. & fi. C. de temporib. & reparatio. appellat. & in l. 1. ff. quis & à quo appell.* Et aliquando Prouincia capitur pro territorio, ſiue diſtrictu, vt *in Authent. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oport.* Et aliquando vnus præſidiatus dicitur vna prouincia: Præſes enim erat caput prouinciæ, & ei ſuberant plures ciuitates, vt in omnibus legibus, quæ faciunt mentionem de præſide prouinciæ. Et ſi fuerint facti duo præſides in eadem prouincia, cenſentur duæ prouinciæ *l. ſi eadem. ff. de officio aſſeſſor.* & non capitur hic, vt appellatione prouinciæ veniat Regnum ſeu Regio; vt eſt Francia, Hiſpania, Germania, Italia, & huiuſmodi. De officio præſidis & quod Iudicem oportet habere iuris & æqui notitiam, voluntatem boni, & poteſtatem exequendi: & quod iuramento debet eſſe legibus alligatus, & à ſordibus munerum alienus, vide in Polycratico, *lib. 5. c. 11.*

Vigeſima conſideratio. In patria noſtra ducat. Burgund. habemus & alia officia ſeu magiſtratus, qui dicuntur Iudices Cancellariæ contractuum ducat. Burgund. quibus dicitur præeſſe: qui apud nos dicitur gubernator Cancellariæ contractuum ducatus Burgund. quod eſt officium ordinarium, & cuius iuriſdictio ordinarie exercetur in ciuitatibus & oppidis (in quibus ditiones ſeu præfecturæ balliuorum exercentur) per ſe, ſi velit aut ſuos locumtenentes, & ab eorum ſententiis ad ſupremam curiam appellatur: & de iſto etiam *infra iſta part. in 38 conſid.* dicetur. Sed videndum eſt, quæ ſit eius authoritas, & vtrum ſit æqualis præſidi Prouinciæ, ſeu Balliuo, an vero inferior: & ſi ſint in loco indifferenti, quis iſtorum præcedere debeat. Nam vt videmus, ſua eſt cognitio tantum ad contractus receptos ſub ſigillo Cancellariæ ducat. Burgund. qui habent executioně paratam, ex quo videtur delegatus à Principe ad vniuerſitatem cauſarum. Ex quo ergo eſt delegatus à Principe videtur eſſe maior præſide prouinciæ, & ſic Balliuo, qui eſt ordinarius. Cum delegatus à principe ſit maior quocunque ordinario, vt eſt caſus *in c. ſtuduiſti extra de offic. deleg.* melius prob. at *in ca. paſtoralis. de off. ordin. & in c. ſane quia de offic. deleg.* vt dicit Alex. *in rubric. ff. de off. eius, cui mandat. eſt iuriſd. colum. 1.* & hoc cõmuniter tenetur. Ratio eſt; quia delegatus repræſentat ipſum principem delegantem. *c. ſane, le ſecond. de off. deleg.* Abb. *in cap. decernimus. col. 2. de iudic. extra.* Ideo, eius voluntati ſe conformare debet. *c. ſuper literis. de reſcr.* limitando, vt ibi per Dec. 5. *notab. conſ. 143. col. 2.* Idem

Digitized by Google

tum, ſed tandem ſic diſtinguit: Aut ſunt plures delegati circa idem, & vni mandatur expeditio cauſarum alterius ad candé cauſam, quod omnibus aliis intelligitur denegata. *l. cum prætor. ff. de iud.* Alias nil, vel modicum operaretur tale præceptum. Quod dicit idem, ſi paſtorale preceptum alteri delegatur, vt dicit in pluribus procuratoribus ſucceſſiue cõſtitutis æquiparando mandata ad inuicem, vt dicit gl. *in l. iudicum. ff. de iudic. coniuncta. l. ſi quis cum procuratorio. §. fi. ff de procur. & in c. 1. de procu. lib. 6.*

Quandoque ſunt plures habentes iuriſdictionem vniuerſalem ordinariã, & vna cauſa contenta ſub illa committitur per ſuperiorem vni ex ordinariis; & tunc idem, vt intelligatur delegata aliis, de quo dicit eſſe caſum in terminis. *in d. c. ſtuduiſti extra de offic. deleg.*

Quandoque plures habent iuriſdictioné vniuerſalem, & vnus iuriſdictionem in certa ſpecie cauſarum contenta ſub genere, & deinde ſuperior mandat de illa ſpecie cognitionem fieri per iudicem, habentem in ea ſpecialem commiſſionem; & hoc caſu ſimiliter in omnibus intelligitur delegare, niſi in mãdato aliud exprimatur: & de hoc dicit eſſe text. *in d. l. 1. C. de offi. præfe. vrbis.*

Quandoque contingit, quod plures habent iuriſdictionem ordinariam vniuerſalé, & certum genus cauſarũ indeterminate, vel determinatè, quo ad certum genus perſonarum committitur aliis. Et tunc aut conſtat de intentione: Vtrum voluerit auferre habenti vniuerſalem iuriſdictionem, vel non; & tunc ſtamus ſub certo. Aut vero non conſtat; & tunc commiſſo ſpecialis fit fauore perſonarum, inter quas debet eſſe affectio, aut odio earum, aut fit fauore Reipublicæ, aut dubitatur: Si fauore perſonarum; tunc aut fauor eſt eis, quod intelligatur adempta omnibus aliis iuriſdictio, & intelligitur adempta: dat exemplum. Si monachi vnius monaſterii impetrét à Papa certum determinatum viſitatoré; quia ille ſolus viſitabit, & non alius, ſic intelligitur, quod habetur *in l. quod in rerum. § ſi quis ff. de legat. 1.* & ibi per Iacob. de Arena, vt in fratribus humilitatis de Mediolano. ſic intelligitur, quod habetur *in l. fin. Cod. de apparito. magiſtr. milit. lib. 12.* vbi apparitores eorum habent certos iudices. & non alios. *l. fi. C. de iuriſdict. omn. iud.* Si vero fauor eſt eis habere plures iudices, vt in ſcholaribus; & tunc non intelligitur aliis adẽpta iuriſdictio, vt *in auth. habita. C. ne filius pro patre.*

Si vero eorum iuriſdictio attributa eſt, vt in inquiſitore hæreticorum deputato in aliqua ciuitate; & tunc nihil detrahitur iuriſdictioni ordinarii, vt *in cap. per hoc. de hæret. lib. 6. & in c. ſtatuimus. iunct. gloſſ. Innoc. de off. deleg. eod. lib. 6.* Ita dicit Angel. *in d. leg. teſtamenta omnia. C. de teſtamen.* Si fauore Reipublicæ ſit data aliqua poteſtas, ſeu iuriſdictio in aliqua ſpecie cauſarum fauore Reipublicæ: quoniam non videtur eſſe adempta poteſtas ordinario vniuerſali; eo, quia expedit plures habere potentiam cognoſcendi & determinandi cauſas tam ciuiles, quam criminales, *in Authent. vt differentes iudices. & l. 2. C. vbi de crimine agi oport.* Iſta eſt diſtinctio Angeli *in d. l. teſtamẽta.* Ex qua videtur, quod cum hæc poteſtas ſit tam in fauorem Ducis Burgund. & ſuorum etiam Reipublicæ: & q̃ in conceſſione illius iuriſdictionis nõ eſt expreſſè adempta poteſtas Balliui, qui eſt iudex ordinarius in talibus & ſic in fauorem Reipublicæ: quod talis poteſtas iudicis Cancellariæ non eſt data priuatiue ad iudicem ordinarium, & ſic ad Balliuum; quia ante huiuſmodi conceſſioné etiam cognoſcebat de huiuſmodi executionibus præciſis, ſed tantum accumulatiue, & quod ita de his cognoſcit Balliuus, ſi præueniatur, quam iudex dictæ Cancellariæ: Et ita ſe obſeruat conſuetudo apud nos. Non tamen præſes valet eius iuriſdictionem impedire, vt in ſimili dicitur de defenſoribus ciuitatis. *in Authen. de defenſorib. ciuitatum. §. nulla. collat. 3.*

Et de materia ampliſſime Barbat. *in d. cap. ſtuduiſti. extra de off. deleg.* ad quem vltra alios recurre: *& in c. cum contingat. colum. extra de foro compet.* vbi plures deciſiones & remiſſiones ad hoc allegat, quas videre poteris.

Et quicquid id ſit, concludendũ eſt, quod ſemper Balliuus eſt maior eo, ex quo dictus

gubernator eſt tantũ ordinarius in certo genere cauſarum, & Balliuus maius imperium eo habet in tota prouincia ſibi decreta, & ita eſt in obſeruantia, & allego textum ad prædicta multum clarum, *in l. nihil omnino. C. de palatinis ſacrar. largit.* vbi dicit: *Reuerentia non ſolum ab inferioribus, ſed etiam à maioribus, & in Prouincia degentibus Rectoribus Prouinciarum debetur atque defertur.*

Vigeſimaprima conſideratio. Apud nos etiam ſunt aliæ diuerſę, & penitus diſtinctæ iuriſdictiones à iuriſdictionibus ordinariis Balliuatus, & Cancellariæ contractuum ſupra nominatis, qui etiam habent omnimodam iuriſdictionem in certo genere cauſarũ: vt ſunt gruarii duo in Burgun. Quorum vnus dicitur gruarius Burgundiæ, & habet cognitionem in ſua gruaria in tribus Balliuatib. Diuionenſi, ſcilicet, Auxeti, & Montis. Alter vero eſt Heduenſis, qui cognitionem habet in Balliuatibus Cabilonen. & Cadrelen. Et cognitio ſeu iuriſdictio eorum ſe extendit circa foreſtas, ligna, & nemora Principis, & de forefactis in eis, & etiam circa aquas & flumina: & tales etiam immediate ſubſunt Curiæ ſupremæ. Ita, quod ab eorum ſententiis immediate ad ſupremam curiam appellatur: & cõmuniter ſolent tenere & exercere eorum iuriſdictionem in auditoriis publicis. Sed an tales debeant præferri Balliuo ſemper vſq; nũc non præfuerunt Balliuis, ſed Balliui eos præcedunt, in quibuſcunque congregationibus. Sed ex præcedenti conſideratione cogita, an Balliuus poſſet cognoſcere de forefactis ſeu emẽdis factis in lignis, ſeu nemoribus, & ſtagnis Regiis, cum iſti habeant iuriſdictionem ordinariam in certis rebus, ſeu in certo genere cauſarum. Audiui alias magnum gruarium Franciæ, qui dicitur magnus Magiſter aquarũ & foreſtarum, dicentem, quod iſti gruarii erant ſub eo, ſicut ſunt alii in Francia, & quod volebat conſtituere locumtenentem generalem in Burgũdia, quæ non ſubiiceretur eis, ſed non credo, quod potuiſſet feciſſe, ideo aliter non inſiſto. Et tales gruarii poſſunt dici præfecti lignorum, ſeu foreſtarum & aquarum. Et hac dictione *foreſta* vtitur text. *in ca. cum dilecti. extra de donat.* & ibi gloſſ. 1. exponit, quod foreſta eſt locus, in quo feræ includuntur, & habet quis vſum venandi, ſed hic generalius capitur, etiam ſi in illo nemore nõ eſſet clauſura, dummodo ſint arbores altæ, & vix illa loca carent feris. Sed gruarii vocantur ad ſimilitudinem illorum, qui antiquitus gruarii dicebantur, qui aucupio Principis præerant, hodie qui cuſtodiæ & gubernationi foreſtarum, & aquarum præſunt, & præficiuntur, vt dixi *in Commento noſtro ſuper conſuetudinibus duca. Burgund. tit. Des foreſtz. & riuieres. art. 7. in fin.* Et ſic videntur eſſe præfecti & in dignitate ſeu ordine ſpectabilium, ſecundum quod ſunt communiter alii præfecti, vt dicit Spec. *in rubr. de iuriſd. omn. iud. ad principium. ver. medii.* Sed ſi hoc eſſet verum, videretur, quod præferendi eſſent Balliuis, ſeu præſidibus Prouinciarum, qui videntur eſſe clariſſimi, vt ſæpe ſupra dictum eſt: licet etiam ſpectabiles dici poſſint, ſaltẽ hi, à quibus non appellatur. Nec credo, quod gruarii noſtri ſint ſpectabiles, ſed inferiori gradu collocabantur: verum bene crederem magnum gruarium Franciæ debere præcedere Balliuos, & ſeneſcallos præter Præpoſitum Pariſienſem, qui æquiparatur præfecto vrbis, vt ſupra *hac part. 55. conſideratione.* Et iſte eſt maior omnibus aliis, & habet iuriſdictionem in palatio Pariſienſi in menſa marmorea.

Alia tamen vetuſtiſſima circa huiuſmodi officia, & notanda habet Cælius *lib. antiquarum lectionum 14. cap. 6. in fin.* qui ingenium exercuit in laudabili tantæ materiæ deſcriptione: & ibi ſyluarum præfecturam conſulibus iniungi ſolitam comprobat, & pro hoc primum citat Virg. illud ex Bucolicis:

Si canimus ſyluas, ſyluæ ſint conſule dignæ.

Qua in parte (vt ait ſcientiſſimus poeta) amorem reſpicit veterem, quo conſulibus ſyluarum, & collium iniungebatur cura, ne cõpingendis ſeu fabricandis nauibus materia vnquam deeſſet, quæ ſane prouincia minor dicebatur, vt à maioribus diſtingueretur, quas conſulares dicebant. Proinde in Cæſare Suetonius ab optimatibus datam ſcribit operam, vt Prouinciæ futuris conſulibus minimi nego-

negotii, id eſt, ſyluæ colleſque decernerentur. Apud iureconſultos de prouinciis minoribus mentio eſt, in quibus ſyluarum ſtatuitur cura. Hæc ille. Opinor, quod voluerit intelligere, & allegare rubricam cum duabus eius ll. *de cupreſſis, &c. lib.* 12. *C.* ſed *in l.* 2. intepretes, vt Lucas de Penn. & Ioan. de Plat. ex illis verbis inſertis *in dict. l.* 51. *ibi*: *ſciant abſque permiſſu magnitudinis tuæ arborem præcidendi vel transferendi licentiam denegandam.* referunt ad permiſſionem præfecti prætorio, & non conſulis. Sed hoc non arguit inconcuſſe, quia non conſtat, cui dirigatur illa lex, & ſunt verba ſuppletiua à dictis interpretibus in caſus illius legis poſitione: Et ſi ita eſſet, Foreſtarii noſtri adhuc magis gloriarentur. Et in hac materia libet paululum ſpaciari. Certum eſt, quod ſuper illa *l.* 2. fundatur conſtitutio, ſed ordinatio Regia, qua cauetur, vt de foreſtis Regiis nulli ſit licitum incidere arbores, nõ merchatas ad mercham Regis, nec eas collapſas alibi transferre abſque permiſſione Foreſtariorum ſub certa pœna, vt in ſimili notat ibi Bar. & poſt eum Io. de Pla. pro quo gl. optim. *in ver. ſaluti in l. ſi ſerui veſtri. C. de noxalib. act.* & hoc ex identitate rationis.

Etiam dicitur, quod quædam poſſunt cõcedi per iſtos Foreſtarios, ſeu præfectos ſyluarum, quæ non poſſunt concedi per alios, vt etiam in ſimili ibi notat Io. de Pla. Qui & ibi notat vnam arborem æſtimari ad valorem vnius libræ auri, & multa alia; puta, quãdo quis dicatur incidere arborem, & ſic pœnã incurriſſe, & ſi inciderit tantum partem arboris, & non totam, an incidat in pœnam incidentis arborem: & qui incidit geminam arborem vna copula coniunctam, an puniatur pro vna, vel duab. De quib. quæſt. ad eum; ibi recurre.

VIgeſimaſecunda conſideratio. Idem à ſimili, vt *in præcedenti conſideratione* dicendum eſſet de gruariis, qui tantum cognoſcere poſſunt de ſale, & de pluribus abuſibus & damnis commiſſis circa illud: quoniam tales poſſunt dici præfecti ſalis. Sicut dicitur de præfecto annonæ, & de aliis præfectis, de quibus *in præcedente conſideratione*: aut forte Comites horreorum, & in ſimili vtitur his verbis text. *in leg. vnic. C. de piſtoribus. li.* 11. Sed cum hæc officia non ſint principalia officia præfecti ſalis, ſed ſunt ſolum ſubalterna ſub generalibus Franciæ: quibus data eſt omnimoda cognitio, poteſtas, & iuriſdictio de ſale, tanquam ſit de his, in quibus Rex habet plura alia commoda, indictiones, ſeu gabellas: Ideo tales ſubalterni officiales non ſunt in tanta dignitate, quanta principales: Prout etiam videmus de receptoribus particularibus Prouinciarum, ſeu præfecturarum, qui dicuntur coactores, qui non tanta potiuntur dignitate, quanta & generales, & theſaurarii generales, & receptores generales. de quibus ſupra dictum eſt in *parte præcedenti.*

Quicquid tamen ſit, iſti granatarii habent iuriſdictionem, & cognitionem in delinquẽtes ſuper ſale. Et ab eis appellatur ad ſupremas Curias Parlamentor. prout de Balliuo ſeu præſide Prouinciarum.

Et de his memorat Gagui. *in ſuo compendio ſuper Francorum geſtis. libr.* 4. *cap.* 2. vbi ait: Cum multa & grauia bella inter Philippum Valeſium Francorum Regem, & Eduardum Angliæ Regem mota eſſent: cum Philippo parum pecuniæ ſufficeret, nouam exigendæ pecuniæ formam excogitat, qua ſine cuiuſque conditionis diſcrimine omnes Regnicolæ tenerentur. Sal, quo nemo facile abſtinet, comparari aliunde quam ex publicis, quæ inſtituerat, Promptuariis vetat. Quod autem à mercatoribus, aut emptum hactenus, aut poſthac emendum eſſet: Id ab iis, quos ad id negotium deputaret granatarios, per vices temporum, precio indicto diſtribuendum fore. Id tributi genus, etſi graue multis viſum eſt; ad hanc tamen vſque ætatem penditur, ingenióſum profecto (ait ille) inuentum, quo nemo à tributo liber eſt, & vnde ingens Regibus pecunia quotannis venit.

VIgeſimatertia conſideratio. Idem videtur eſſe dicendũ de Electis Franciæ, qui habent ſuas certas & diſtinctas prouincias in Regno, & cognoſcunt de tributariis,

capitationibus,ſeu collectis,de quibus etiam cognoſcebat,&cognoſcere poterat ante præſes prouinciæ: vt tenet Petrus Cothereau *in ſuo ſchedulari magiſtratuum ciuilium ti.de præſidib.prouinciarum.* Et ibi ſcribit; quomodo nomē *præſes* eſt generale ad omnes magiſtratus,& prouinciarum Rectores. Ex quo videretur dicendum, quod etiam tales iudices particulares habentes cognitionem,& poteſtatem in certo genere cauſarum vltra Balliuos,& Seneſcallos poſſent etiam dici Præſides, quod non eſt dicendum ex ante deductis in precedentibus conſider. Cum talibus non ſit attributa iuriſdictio priuatiue:ſed accumulatiue, ex quo (vt ſæpe dixi) videntur iudices dari ad certum genus cauſarum.

VIgeſimaquarta cōſideratio generalis eſt. In qua dico gerentes magiſtratum in loco ſui magiſtratus, & iuriſdictionis cæteris paribus ratione magiſtratus præferendi ſunt omnibus aliis,& in ſedendo, cum honor deferatur in ſedendo.Bal.*in l.quoties.C.vbi ſenatores,vel clariſſimi.* Iacob. Rebuffi *in l.2.C.de proxim.ſacror.ſcrinior.lib.12.* Et debet Iudex ſeu magiſtratus ſedere in tribunali ſublimiori.*c. Epiſcopus.95.diſt.*Nam quodlibet tribunal habet plures gradus,primum videlicet,& ſupremū, in quo debet ſedere ipſe magiſtratus,ſeu iudex ad ius reddendum.Secundum,& inferiorem,vbi recipiēdi ſunt viri illuſtres, cum perſonaliter coram eo ſuper criminali actione diſceptatur.Tertium,& infimum,qui reliquis altercantibus deputatur, vt patet *in d.l.quoties.§ ſedendi.* vbi eſt text. Et in ſecundo gradu ſeu loco debent ſedere aduocati, ſecundum eorum gradus prærogatiuam. vt infra dicam.facit *l.fin.C de offic.diuer.iud.* Non autem in primo. *l.1.C.de offi.ciuil.iud.* vt ſit delectus aliquis inter eos ſecundum Spec.*tit. de aduocato.§.5.in c.hic dicendum in prin.* Pro quo facit text. *in c.fin.incip.Epiſcopos 17.diſt.* Et quantumcunque quis ſit maximus,& illuſtris, non eſt honor iudicibus ſedere cum eis in tribunali. text.*in Authent.vt ab illuſtribus.§.ſancimus.cum gl.ſſ.in verb.indigne.collat.5.* ita dicit Lucas de Penn. *in rubr Cod. de apparitorib.præfecti vrbis.lib.12.* Et de laude & honore huiuſmodi iudicum ample ſcribit Rodericus *in ſuo ſpec.vitæ humanæ,li.1.c.13.* quod tales ſunt honorandi à cunctis mortalib.Imo etiam apud gentiles plurimum honorabantur, vt ait Val. Quoniam Apollo requiſitus de iuſtis magiſtratibus reſpondit ſe neſcire, vtrum Deorum numero, an hominum aggregari deberent.Adeo enim hoc exercitium apud eos illuſtre fuit, vt illud omni potentatui præferrent. Quod etenim, teſte Cicerone, præclarius digniuſque inter mortales exercitium excogitari poteſt, quam vnum hominem in Republica reperiri, qui communi vtilitati ſeruiat, qui communia pro ſuis, ſua pro communibus habeat, qui velit & ſciat perſonam ciuitatis gerere,dignitatem,decuſque ſuſtinere,&c. vt ibi. Et non ſolum tales honorari debent, imo beati dicuntur, vt habetur *Pſ.105.* Qui faciunt iudicium,& iuſtitiam in omni tempore.Tales enim ob dignitatem ſunt honorandi. *c.vt debitus.in gl.1.extra de appel.*Spec.*in tit.de aduocato.§ 5.in prin.* vbi dicit: quod iudex debet ſedere propter honorem,& aduocatus ſtare. text. *in l quiſquis.in fin.C.de poſtul.* Et idem Specul.*titul.de diſputatio.& alleg.aduocatorum.§ 6 in princip.* Imo iudices ſunt nobiles,& acquirunt nobilitatem ex officio iudicis: intellige tamen de iudicibus Principis, in loco vbi ſunt iudices, vt eſt tex.& ibi Bar. *in l.iudices.C.de dignitatibus.lib.12.* Dixi *in Commento noſtro ſuper conſuetud.duca.Burgund.titul. Des enfans de plusieurs lictz.§.4.in gl.a.verſ.Et ideo etiam & infra latius dicam.*

Aduerte, quod iudicis appellatione venit maior iudex,*in Auth.de iudicibus collat.6.& in Authent. Vt omnes obediant iudi.prouinciarum.collat.5.*Bald.*in leg.1 in 2.lect.in princip.ff. de iuriſd.omn.iud.*& etiam ordinarius, vt *in d. Authent.vt omnes obediant.§.ſi vero alter.* & ibi notat gloſſ.in verbo,*iudex.* Et in tantum honorandus eſt iudex in loco ſuæ iuriſdictionis,quod debet ſedere in cathedra pre omnibus aliis,text.eſt in *Authent.de iudicibus § ſedebant.collat 6.* Imo dicit Ange.ibi coguntur ſedere in cathedra.facit text.*in Auth.vt ab illuſtri.§ ſancimus.colla.1.& in d.l.1.C.de off ciuil.iud.*

Digitized by Google

uil.iud.& d.l.fi.C.de offic.diuerſo.iud.d.l.quiſquis.§ fi.C.de poſtul.& d.l.fi.§.ſedendi. C.vbi ſenatores,&c. Spec.*tit.de ſententia.§.iuxta.verſ.uem eſt nulla ratione modi.*

Et talis ſedes dicitur ſapientiæ & ſcientiæ, ſecundum Hieron. *in tract. de fide & credulitate.* Et ad hoc legitur 2. *Eſdræ* 8.*cap.* quod Eſdra ſtetit ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum & legendum librum legis Moyſis. Et qui bene ſederit ſuper cathedram, honorem accipiet cathedræ; qui verò male ſederit, iniuriam facit cathedræ, text.*in c.multi.* 40.*diſt.*

In tantum eſt etiam honorãdus, quod inter alios debet habere ornamentum in capite ex veluto ſerico, vel alio nobili panno: in circuitu cuius eſt circulus aureus, quod ornamentum proprie dicitur faſciale: dictum faſciale; eo, quia olim faſces erant laniſtæ, id eſt, faſciolæ purpureæ, quibus redimebantur coronæ lauri, quas, qui geſtabant in ſummis faſcibus, id eſt, dignitatibus, & magiſtratibus poſiti dicebantur. Et aliquando dicuntur faſciæ, & non faſces. vt *in l.argumento ff. de auro & arg.leg.* Et tales deponebant iudices finito officio in aduẽtu ſucceſſoris. text.*in Authent.vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §.neceſſitatem. in princ. collat.* 2. Et tales olim iudices faſciati præerant omnibus aliis, quorum pręſentia terrorem omnibus inducebat. Hodie vero apud nos, & in Parlamento Pariſienſi, & in aliis Parlamentis Franciæ tale ornamẽtum dicitur mortarium: vt dixi ſupra *in 1.parte in 9.concl.in fine.*

In tantum etiam tales iudices honorãtur, quod doctorali cappa induuntur, quæ inſula dicitur, de qua *in l.1.C.de temp. & reparat.appel.& in l.fi.C.de primicer lib.* 12 *& in l fi in pr. C.de decurion.lib.* 10. Et inſula proprie dicitur ornamentum honoris, & eſt magna adiectio honoris deferenti: Et dicitur inſula, quaſi influa, ſecundum Cy. *in l. fi. C. de quadrien. praſcript.* ex quo in ea influit dignitas, qua ornantur iudices, & conſiliarii. *d. l. fin. C.de decurionib.*

In tantum eſt etiam honorandus Iudex, quod filius iudex præfertur patri, vt refert Aulus Gellius *in 2.noctium Atticarum li.ca.1.* vbi ait: Quod filius in gerendo magiſtratu præferendus eſt patri & eidem pater, cedere ac præſtantiorem locum dare debet. Recitãdo hiſtoriam de clariſſimo viro præſide Cretæ prouinciæ. Qui cum ipſe, & eius pater Athenas ad viſendum cognoſcendumq; Taurum Philoſophum adiiſſent, ac inter eos, qui potius ſederet, ac potiorẽ locum obtineret, diſceptaretur; hanc ſuper ea re Taurus perpẽſe & ponderate tulit ſententiam. In publicis locis atq; muneribus, atq; actionib. patrum iura cum filiorum, qui in magiſtratu ſunt poteſtatibus collata, interquieſcere paululum & conniuere. Sed cum extra Rempublicam in domeſtica re atque vita ſedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari diſcumbatur: tum inter filium, magiſtratum, & patrem priuatum publicos honores ceſſare, naturales, & geminos exoriri conuenit.

Et ibi etiã narratur hiſtoria de filio Quinti Fabii Maximi exiſtente conſule, qui patrem equo deſcendere iuſſit: de qua etiam apud Valerium Maximum *in titu. de inſtitutis antiquis.* Nam apud veteres Romanos inſtituto cauebatur, neminem equo inſidentẽ ad conſulem venire debere, ſed honoris gratia, antequam conſuli appropinquaſſet, deſcendere. Cuius Valerii verba ſunt hæc: Idem Fabius à ſenatu legatus miſſus ad filium Conſulem Sueſſam, poſtquam animaduertit eum ad officium ſuum extra in mœnia oppidi proceſſiſſe, indignatus quoque, quod ex lictoribus nemo ſe equo deſcendere iuſſiſſet, plenus irę ſedere perſeuerauit: quod cum filius ſenſiſſet, proximo lictori, vt ſibi appareret, imperauit: Cuius voci Fabius cõtinuo obſecutus: Non ego (inquit) fili ſummum imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, an ſcires conſulem agere, nec ignoro, quid patriæ venerationi debeatur, verum publica inſtituta priuata pietate potiora iudico. Facit; quia cõtemni ſolet magiſtratus ac regendi frangitur autoritas, dum nimium ſeruatur humilitas. text.*in cap.quando.* 86.*diſtinct.* Ideo augere debet ex ingenio dignitatis ſtatum, & autoritatem, ne contemptibilis videatur. *l.nec quic-*

quam.§ circa.ff. de officio proconſul. & l. obſeruandum. ff. de officio præſidis. & dixi *in proœmio huius libri.*

Aduerte tamen, quod omnia poſt religionem ſunt ponenda etiam in his, in quib. ſummæ maieſtatis decus conſpiciendũ videtur, vt in Imperio, ita, quod nullus ratione officii, honoris, ſeu magiſtratus, ſeu conſulari aut prætoria dignitate fungatur, conſequi debet immunitatem, aut vocationem, ſeu excuſationem prætendere debet ab officio & labore circa ſacra impendendo, prout recitat Valerius, *tit. de ſeruata religione.* Exemplum de L. Furio bibaculo, viro pii ſimul ac religioſi animi, qui prætor à patre ſuo collegii ſaliorũ ſacerdotum magiſtro iuſſus, ſex lictoribus præcedentibus, arma ancilia tulit, quamuis vocationem huius officii honoris beneficio haberet. Et ibi reddit rationẽ Valerius; quia nunquam dubitauerunt, ſacris imperia ſeruire, ita ſe humanarum rerum, futura regimẽ exiſtimantia, ſi diuinæ potentiæ bene & conſtanter fuiſſent famulata. Et ſic non eſt dedecus magiſtratibus, dum deferunt & portant capſas ſanctorum, aut pallium ſeu velũ corporis Chriſti in feſto eiuſdem, dum itur proceſſionaliter per vicos vrbis apud nos Chriſtianos.

Ad vnum etiam aduerte, quod iudices, ſeu officiales Principis, quoties contigerit celebrari feſtum, vel congregationem in honorẽ Principis, vel fieri focos publicæ lætitiæ, ob partam victoriam contra hoſtes, vel natiuitatem liberorum, vel pompam, ſeu proceſſionem mandat fieri ob certam cauſam, debent huic actui intereſſe, per text. ad literam *in l. ſi quando. C. de ſtatuis, & imagin.* Et ideo cum ibi ſint ob reuerentiam Principis, vt ornamentum actui præbeatur, debẽt alios præcedere.

Iudex etiam aduocatus in ſuâ curia, ſeu auditorio poſtulantibus præcipere poteſt, vt dent ei conſilium in cauſis tangentibus Principem, vt dicit Iac. Rebuffi *in l. ſacris. infra, per illum text. C. de proxi. ſacror. ſcrinior. lib. 12.* Et idem ibi notauit gl. per text. *in l. ſancimus. in fin. C. de aduoc. diuerſ. iudic. & c. 1. aſſoralis. §. 1. extra de off. deleg.* quod extende etiã in cauſis criminalibus ſecundum Io. de Platea ibi, per *l. cuſtodias. ff. de publicis iudic.* Et licet hodie aduocati non percipiant ſalaria ex publico; tamen ſalaria, ſeu honoraria, quæ percipiunt à clientulis, ſuccedunt loco ſalariorum publicorum, ſecundum Bart. *in l. prouidendũ. C. de poſtulando.* Cum illa percipiant autoritate Principis, & ad poſtulandum admittantur cum licentia Principis, ſeu ſuorum iudicum *l. petitiones in princ. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. nemini. & l. petitionem. C. de aduoc. diuer. iud.* Scias tamẽ, quod Paris de Puteo *in tract. de ſyndicatu, in verbo, poteſtas. char. 25.* poſt longam diſputationem concludit, quod nõ poſſunt cogi aduocati, & iuriſperiti conſulere etiam pro fiſco ſine aliquo ſalario, & ibi multum ſe extendit circa huiuſmodi materiam. Apud nos ſeruatur, quod coguntur dare conſilium in cauſis criminalibus, quæ decidi non poſſunt per iudices ſine cõſilio quatuor peritorum, ſecundum ordinationes, & conſtitutiones Regias.

Et quia hic ſe ingerit occaſio, pertractare debet, quod recitat Cœlius poſt Ariſt. *lib. 12. lectionum antiquarum, c. 49* Ire vero ad iudicem ait, eſt ire ad ipſum ius; quia iudex eſſe debet veluti animatum ius, id eſt, ſanctus, inadulabilis, inexorabilis, erectus, terrificus. Nam Cicero in *legibus*, Magiſtratum eſſe dicit legem loquentem. Legem vero mutum magiſtratum. Et ibi Ægyptium iudicem (vice adagii) intelligi ſcribit ſanctum, nihil præmio; nihil metu à iuſtitiæ ſemita digredientem: & plane eum, qui gratiæ nihil prorſus tribuit. Num tu es: qui iudicas? Mala vtique audita, te non moueãt, aut paſſim dicta abſque certa probatione, nunquam credas, ſed ante audita diligenter inquiras, nec præcipitando quicquam agas, vt ait tex. *in c. nullum. 30. q. 5.* Eſtque talis iuſtitia ipſa iuſtior, & vel Stachane æquior. Eſt autem Doribus trutina. Non aberrabit vtique is à vero. Et, vt in veterum monumentis reperitur, Ægyptiis Regibus ex præſcripto legis antiquæ fuit, iudices mox futuros iureiurando adigere, ne ſi Rex quidem iniuſti quippiam iniunxiſſet, à vir-

tutis

Digitized by Google

tutis medio non declinaturos, nec lineam omnino, quòd dicitur, moturos: quia patiẽter (vt ait Romanus Pontifex *in ca. ſi quando. extra de reſcript.*) ſuſtinebimus, ſi non feceris, q prauа nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum. facit *ca. licet 16 quæſt 3 & l. nemo. C. de ſent. & interlocut. omn. iudic.* Etenim quandoque per nimiam importunitatem petentiũ Princeps non concedenda concedit. text. *in l. 1 C. de pet. t. bonor. ſubl. lib 10. & c. cum in iuuentute. extra de purgat. canon.* quæ res omnium cenſetur excellentiſſima, quando neque heſperus, neque lucifer ita nitet, ſicut iuſtus vir.

VIgeſimaquinta conſideratio. Quæ dicta ſunt de Balliuis ſeu Seneſcallis in ſupradictis conſiderationibus habent locum eius in locumtenentibus, qui ſunt magiſtratus iuſtitiæ, & exercent iuriſdictionem omnimodam, & eiſdem honor talis, & reuerentia debetur, quæ & domino. tex. *in ca. vlt. 93. diſt.* vbi eſt hoc verbum *locumtenens.* dixi ſupra *iſta eadem parte in 10. conſid. verſ. ſed videtur.*

Intellige tamen de locumtenentibus generalibus, qui reſident & præſunt in loco principaliori ſedis Balliuatus, ſeu Seneſcalliæ, cum habeant officium à Rege, qui eſt lex animata in terris, vt dicit tex. *in §. fin. in Auth. de conſulib. collatio. 4* & Vigor iuſtitiæ, ſecundũ text. *in l prohibitum. in fi. C. de iure fiſc. libr. 10.* Quoniam tales habent eandem poteſtatem, quam Ordinarius ex codicillis, hoc eſt literis officii, & per **ſtatuta**, ſeu ordinationes Regias. Secus autem **de** locumtenentibus particularibus ſeu localibus in aliqua ſede Balliuatus, qui eſt ſolus commiſſus ab ipſo Balliuo. Quia licet talis honor eidem debeatur & reuerentia, vt tenet P. Francus *in c. grandi. in 5. notabili. de ſuppl. negl. g Prælat.* Tamen nõ habet eandem poteſtatem; quia non habet cognitionem cauſarum meri imperii: Ita dicit Bald. *in Auth. ſi d nouo iure. in prin. C de ſeruis fugit.* & ſic locumtenens autoritate hominis non poteſt imponere pœnam ſanguinis, ſed locumtenens autoritate legis vel Principis. ſic gl. fi. & ibi per Bar. *in l 2. C. de off. eius, qui vicem alicuius iud c. vel præſid. obtinet.* Bar. *in leg. 1. § hi quib. ff. de leg. 3.* dixi *in Commento noſtro ſuper conſuetudinibus ducatus Burgund. in rubr. Des iuſtices, in gl. & droicts. in additione incipien. concorda prædicta.*

Sed an tales Balliui ſeu Seneſcalli habẽtes locumtenentes poſſint exercere iuriſdictionem in abſentia ſuorum locumtenentium, aut commiſſorum, vel etiam in præſentia: dic quod ſic, quando ambo ſunt à lege. Nam locumtenentes generales; vt ante dixi, conſtituti & ordinati ſunt à Principe: qui eſt lex viua, & habent iuriſdictionem vniuerſalem, ſecus in aliis. Ita tenet, Card. Alex. *in § ad hoc. verſ. pone capitaneus. collat. 2. tit de pace iuram. firmata ten. in vſib feudorum.* Et ex dictis illius videtur, quod dominus gubernator Cancellariæ contractuum Ducat. Burgund. (de quo ante *in 17. conſider.*) ex quo habet commiſſos locumtenentes ſub ſe per ſeipſum ad exercẽdam iuriſdictionem ſuę gubernationis, quod in eorum abſentia non poteſt exercere illam iuriſdictionem.

VIgeſimaſexta conſideratio erit de iudice locumtenente criminali, ſeu maleficiorum, qui in iure dicitur latrunculator: vt eſt text. *in leg ſolemnis de. ei e. §. latrunculator, ff. de iudic.* ſic dictus; quia de latronibus iudicat. vt ibi dicit *gl. ff. fin.* Hic iudex in pluribus locis maximæ autoritatis & poteſtatis eſt. Nam de cauſis criminalibus cognoſcit; & quia præerat capitalibus cauſis, & ſententiis; ideo quæſtor dictus eſt ſecundum gloſſ. penultim. *in l vni. ff. de offic. quæſtoris.* Vnde Budæus *in leg. 2. ff de orig. iuris.* dicit. Quæſtio enim eſt informationem facere, & legibus vindicare. A quo quæſtio pro publico iudicio accipitur etiam pro tormentis, & inquiſitione, vt *in l. g. item apud Labeonem § quæſtionis. ff. de iniuriis. l. 1. §. quæſtionem. ff de pœna uſion. Syllan. & toto titulo de quæſtionibus, ff & C. d.* vnde decernere quæſtionem dicimus: & Iudex quæſtionis prætor dicebatur ſecundum Budæum, vel forte præfectus vrbis, cuius magna poteſtas erat in criminalibus, vt *in l. 1. ff. de offic. præfecti vrbis.* Idem qui & quæſitor, qui publicis iudiciis exercendis, & maleficiis puniendis

præerat. Virgi. *Quæſitor Minos vrnam mouet.* & Claud.

Quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos.

Et proprie, cum hoc habet poteſtatem præfecti vigilum, cum de nocte etiam per ſe & ſuã familiam circuit ciuitatem ad obuiandũ criminibus, quæ communiter fiunt de nocte. *l. pen. ff. de off. præfecti vigil.* In vrbe vero Rom. eſt iudex ordinarius in hoc, qui dicitur Barizellus ſeu Biliſarius, Mediolani verò dicitur Capitaneus iuſtitiæ, ſub quo alias aſſidebam. Pariſius vero Præpoſitus Pariſienſis, & habet vtranque cognitionem quo ad ſe: ſed habent locum tenentes diuerſas iuriſdictiones ſuas in Caſtelleto Pariſienſi exercentes. Quippe vnus eſt, qui de cauſis criminalibus cognoſcit. Alter vero de ciuilibus, & re pecuniaria. pro quo facit text. *in dict. §. latrunculator.* In pluribus aliis ciuitatibus & balliuatibus, ſeu ſeneſcallis fuerunt etiam de nouo creati tales iudices, ſeu locumtenentes, qui ſolum cognoſcunt de dictis cauſis criminalibus.

Ex quo in hoc ſuboriri poſſet altercatio; Quis iſtorum præcedere debeat: an iudex criminalis, an vero iudex ciuilis ordinarius. Et videretur, quod iudex criminalis; quoniam indifferenter de his cognitionem habet, quæ ſunt de mero imperio, vt eſt animaduertere in facinoroſos homines, *l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. iud.* & quæ verſatur in pluribus aliis caſibus, quos enumeraui *in Commento noſtro ſuper conſuetudinibus ducat. Burgund. in rubr. Des iuſtices.* Ex quo cum merum imperium dignius ſit, & excellentius aliis; quia officio iudicis nobili expeditur, & ad vtilitatem publicam, intersitque Reipublic. ne delicta remaneant impunita: text. *in l. ita vulneratus, ad fi. ff. ad leg. Aquil. & in cap. vt fama. §. 1. extra de ſentent. excom. cum pluribus aliis concord. per gloſſ. in verb. impunita. vtrobique adductis.* Et ita etiam tenent doctores; maxime purpur. *num. 104. in dict. l. imperium* vbi expreſſe dicunt, quod merum imperium concernit ea, quæ reſpiciunt publicam vtilitatem. Alia vero duo, ſcilicet, mixtum imperium & iuriſdictio concernunt ea, quæ reſpiciunt priuatam vtilitatem, ex quo præferendum eſt. Et dicitur dignius merum imperium, cum publica ſeu communis vtilitas præferatur priuatæ. vt habetur 1. *Ethic. 3. & l. vnic. § penult. C. de caducis toll. l. vtilitas & ibi Lucas de Penn. Cod. de primip. lib. 12.* & per eundem *in l. ex omnibus. Cod. de decurio lib.* 10. Et dicit D. meus Iaſ. poſt alios *in d. §. l. imperium.* Quod ex quo imperium eſt dignius, quam iuriſdictio, ideo mixtum participans de vtroque aſſumpſit nomen ab imperio, & non à iuriſdictione. Ex quo dicendum eſt, quod merum imperium eſt dignius aliis. Et iudices criminales videntur eſſe digniores iudicibus ciuilibus. Et quod in loco indifferenti ipſi. Iudices rerum capitalium præcedere debent dictos locumtenentes ciuiles. Et vidi Mediolani Iudicem maleficiorum (qui dicitur Vicarius capitanei iuſtitiæ) præcedere poteſtatem Mediolani, & omnes quoſcunque alios iudices à ſenatu inferiores. Ita etiam, quod tempore meo non ſubiiciebatur Senatui, cum ab eo nec eius ſententia appellaretur: Quod videmus hodie etiam in Gallia obſeruari, cum à magno Præpoſito ſeu generali Domus Regiæ, & à præpoſitis mareſchallorum Franciæ non prouocatur; & tamen nullus eſt iudex in tota Gallia quicunque ſit in ciuilibus, à quo non appelletur ad ſupremas Parlamentorum curias.

Poſſunt tamẽ aliqui dicere, quod locumtenentes generales & ordinarii, qui cognoſcunt de omnibus cauſis ciuilibus ſint digniores, & præferantur iſtis locumtenent. criminalib. Quoniam iſti non videntur eſſe ordinarii, ſed legati ad vniuerſitatem cauſarum. Cum de illis tantum cognoſcere poſſint, nec de aliis ſe intromittere poſſint. *d. l. ſolemus. §. latrunculator ff. de iudic.* Et dantur tales tantum in ſubſidium ordinarii, & non priuatiue, ſed accumulatiue. Cum omnis iuriſdictio criminalium & ciuilium cauſarum ſit penes præſidem Prouinciæ ſeu Balliuum, Seneſcallum aut Præpoſitum: vt toto tit. *ff. de off. Præſid.* qui habent Vicarios ſeu locumtenentes ſub ſe diſtinctos. Sed iſtæ rationes non mihi viden-

videntur veræ: quia huiuſmodi locumtenentes non ſunt delegati, nec habent iuriſdictionem accumulatiue ad alios locumtenentes, ſed priuatiue. Et etiam dicebatur, cum maior cognitio ſit cauſarum ciuilium, quam criminalium; cum plures ſint & in maiori numero, ex quo plures ſub ſe habent. Ideo videntur eſſe maiores, & digniores dicuntur, qui plures habent ſubiectos, & gloria eſt in lata gente: Dixi ſupra *in 5. part. in 14. conſid.* vbi poſui plura, *& in 4. par. in 52. conſid. verſ. 8.* quæ poſſunt facere pro hac parte, quæ non repeto.

Saltem debent præcedere Aſſeſſores, & alios conſiliarios nouiter creatos à Principe: quia tales non habent tantam poteſtatem & authoritatem, quam habet Iudex ſeu locumtenens criminalis, qui eſt iudex de per ſe, & qui in perſonam ſuam format ſententiam, quod facere nō poteſt Aſſeſſor, nec alii Conſiliarii, licet Aſſeſſores de iure ſint antiqui officiarii, & de nouo nunc creentur dicti iudices criminales in illa poteſtate & præeminētia, in qua erat iudex ordinarius, ſeu locumtenens ordinarius alicuius diſtrictus ſeu Balliuatus, vel Seneſcalliæ. Qui etiam in criminalibus & quomodocunque ſit, ſemper erat maior Aſſeſſor cum ſuis conſiliariis. Ergo etiam alius, qui eſt creatus eiuſdem poteſtatis in illo genere cauſarum, tanquam ſocius ipſius locumtenentis ciuilis: cum etiam talis Aſſeſſor videatur eſſe illius iudicis criminalis Aſſeſſor, ſicut & alterius locumtenentis. Etiam tales conſiliarii videntur eſſe conſiliarii illius iudicis criminalis, ſicut & alterius iudicis ciuilis: pro quo text. optimus *in Auth vt defuncti ſeu funera eorum, & c. § illud. collat. 5. & in Auth de iudicibus. §. 1. collat. 6.* vbi non fit diſtinctio an ordinario vel delegato iudici aſſeſſor ſeu conſiliarius aſſideat.

VIgeſima ſeptima conſideratio de Aſſeſſoribus erit. Quoniam aliquos habemus in Gallia ordinarios in plerisque Curiis Regiis, qui habent tantummodo conſulere in præſentia iudicis ordinarii, & maioris: & in aliquibus locis vocantur Aſſeſſores, vt in Seneſcallia Pictauienſi, vbi eſt Aſſeſſor, & etiam ſunt Conſiliarii nouiter à paucis annis à Rege noſtro Franciſco creati, ſine quibus Aſſeſſore & Conſiliariis non poteſt iudicare locumtenens Seneſcalli; imo nec Aſſeſſor in abſentia locumtenentis ſine conſilio dictorum conſiliariorum iudicare poteſt. Et quod Aſſeſſores in abſentia locumtenentis ſint iudices, text. *in Auth. de iud. cibus. § 1. ibi. noſtris enim adminiſtratoribus. collat. 6.* Et licet habeat ſolum aſſiſtendi præſidi poteſtatem; tamen præſide per abſentiam vel aliter impedito præſidere poteſt, & præſidendi poteſtas ad illum transfertur *d. §. 1.*

Et licet de iure Aſſeſſor nullam habeat iuriſdictionem. Bald. *in l. præcipimus. §. quod ſi à Duce. C. de appel. & in auth. ad hæc. C. de iudic.* vbi etiam dicit, quod ſubdelegare non poteſt, apud nos nulli ſunt Aſſeſſores, ſed Poteſtates in Italia habent Aſſeſſores, & tales ſedent incontinenti iuxta Poteſtatem, aut eius Vicarium: prout in Gallia in locis vbi ſunt, ſedent iuxta locumtenentem, & continuo poſt eos, & ante omnes alios aduocatos, & hoc maxime, quando tale officiū datur à Principe; quoniam hoc caſu habet dignitatem etiam illam & eandem iuriſdictionem, quam habet locumtenens in eius abſentia ex generali obſeruantia: Ideo apud hos ſunt maiores & in maiori dignitate, quā in Italia; quia tantum iuriſdictionis habent, quantum tribuit eis ſtatutum, & apud nos quantum communis obſeruantia ex ordinatione & inſtitutione Regia. Et proprie Aſſeſſor eſt collega iudicis ordinarii, & conſulit ei, quid agere debeat de iure: prout etiam ſunt alii Conſiliarii ordinarii, ſine quibus iudex ordinarius in certis cauſis iudicare non poteſt: quoniā ex quo tales Conſiliarii ſunt à Principe inſtituti & ordinati, & habent dignitatem vltra alios ſimplices, & eos debent præcedere, vt infra dicam de examinatorib. qui apud nos vocantur, *Les enqueſteurs*, & inter hos Conſiliarios nouiter creator attendi debet prioritas promotionis in gradu, in prima eorum inſtitutione. Deinde attenditur prioritas promotionis in officio, prout ſupra dictum eſt de Conſiliariis conſiſtorii,

Digitized by Google

& Parlamentorum, niſi quis eſſet doctor ita excellens, quod propter eius excellentiam eſſet aliis præferendus, quod fieri poteſt & debet, probata eiuſdem excellentia, eo modo, quo ſup. probatum eſt *in 1. part. in 76 conſideratione.* & infra *in 10 part. in 30 conſider.* vbi ſcriptum eſt, quod iunior Doct. excellens etiam præferendus eſt antiquiori: Non tamen credo, quod iudex ordinarius iſtud debeat facere ex ſua ordinaria poteſtate, ſed impetrãdum eſt à Principe, à quo omnis honor & excellentia prouenit: & ab eo tanquã excellenti, excellentia diſtribui debet, & non ab alio. Et non poteſt quis præſidere vel aſſidere in prouincia vel ciuitate ſua ſine Principis licentia. *l. ſi. C. de crimine ſacrilegii. l. in conſiliariis. C de aſſeſ. & l ſi eandem. ff. eod.*

Et quoniam hic fit mentio de officio Aſſeſſoris, ex quo pauci intelligunt, quid ſit eius officium, dicam aliquid amplius. Primo, quod Aſſeſſor ſecundum Specul. *titul. de Aſſeſſore.* dicitur eſſe is, quem ille, qui iudicandi poteſtatem habet, ſibi aſſociat, vt in cauſæ cognitione ſibi aſſideat, & eum ad recte cauſam decidendam inſtruat: Et ſequitur in pulchro caſu Philippus Dec *in conſ. 8. col. 3. verſ. ſed his non obſtantib.* Nam officium Aſſeſſoris fuit inuentum, vt propter eorum peritiam ſuccurreretur habentibus ordinariam & delegatam iuriſdictionem legibus ignaris, & ſic defectus eorum ſupplerent. ita probatur *in l. 1. ff. & Cod. de officio aſſeſſor. ſeu de aſſeſſorib.* ſecundum quod ponderat Ang *conſ. 272 incip. punctis.* Quoniam ex quo imperitus poteſt eſſe iudex *l. certi iuris. C. de iudic.* debet habere Aſſeſſorem, cuius conſilio regatur, vt ibi dicunt Cyn. Bald. & Dom. meus Iaſ. ideo dicit Gemini. *in c. ſtatutum. §. Aſſeſſorem. de reſcrip. in 6.* quod in iudice ſufficit peritia cauſarum; quoniam defectum ſcientiæ ſupplet Aſſeſſor, vt tradit Fely. *in c ſuſcitatus col. 5. de reſcript.* Non tamen negatur quin peritus habere poſſit Aſſeſſorem, *d. § Aſſeſſorem.* prout communiter videmus in Gallia, vbi locumtenẽtes ſunt periti in iure, & qui àlias locumtenentes eſſe non poſſunt, iuxta tex *in Auth. de iudicib. §. 1. ibi: Non enim exiſtimauimus oportere habere iudicum quorundam nomina, maxime legum ineruditorum, deinde neq; cauſarum habentium experimentum. collat. 6.* & niſi ſint graduati ex ordinatione Regia; tamen adhuc habent Aſſeſſores, conſilio quorum tenentur etiam iudicare.

Licet videretur, quod deberet eſſe in hoc differentia; Quoniam de iure iudex peritus habens Aſſeſſorem poteſt iudicare ex ſe, nec tenetur ſequi conſilium ſui Aſſeſſoris: ſecus in iudice imperito, hoc eſt, qui non eſt graduatus; quoniam ſi ſit graduatus. præſumptio eſt, quod eſt peritus. Ita differentia ponitur per Antonium de Butr. *in capit. cum olim, colum. fin. de arbitris.* & per Alexandrum *in l. ſi conuenerit. col fin ff de re iudic.*

Et aduertendum eſt, quod variis nominibus appellatur Aſſeſſor. Nam ſecundum D. meum Iaſonem *in rubr. ff. de officio Aſſeſſor.* corrupto vocabulo dicitur Vicarius. Et aliquando dicitur Comes *leg 1. §. ſed & ſi Comites. ff. de variis & extraordin. cognition.* Et ſocius & particeps conſiliorum iudicis, cui aſſidet, *l. 1. C de Aſſeſſorib.* & in aliquibus locis dicitur iudex, vt dicit Paris de Puteo *in tractat. de ſyndicatu, charta 24. in verb. aſſeſſor.* vbi multa ponit de Aſſeſſore. Et aliquando dicitur Cõſiliarius, *l. conſiliarios. iuncta gl. 1. C. de aſſeſſor.* ideo qui nõ poteſt eſſe Aſſeſſor, nõ poteſt eſſe conſiliarius, *leg. nemini. & ibi Bal. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* non tamen Conſiliarius & Aſſeſſor idem ſunt: quoniam licet omnis Aſſeſſor poſſit dici conſiliarius; non tamen è diuerſo omnis Conſiliarius dici poteſt Aſſeſſor, vt dicit Baldus *in dict. l nemini.* & idem Baldus *in leg. non dubium colu. 4. verſicul. Sed Petrus addit alia. Cod. de legib.* quem ſequitur Ant. de Prato *inter conſilia Alexand. libr 4. conſi. 59. incip. paucis vtar.* Ex quo forte hac ratione Specul. fecit duos titulos, vnum de Aſſeſſore, alterum de requiſitione conſilii.

Et ſi bene aduertamus quo ad nos, hodie iſti Aſſeſſores dicuntur, & ſunt Conſiliarii & Iudices in abſentia locumtenentium & ſunt etiam collegæ, & Comites iudicum ſeu locumtenentium: quoniam non poſſunt locumte-

ed by Google

ſcyntenentes iudicare ſine eis, & ſunt Iudidices in abſentia eorum. Et cum ſint tales à Principe inſtituti, vt dictum eſt, & ſint perpetui, vt ſunt alij officiales Principis, videntur habere dignitatem. Dom. meus Iaſon *in dict. rub. de officio aſſeſſor.* ponit multos viros multum excellentes, qui fuerunt Aſſeſſores; vt fuit Vlpianus, vt probat & dicit de ſe, *vbi. meum autem præſentem. §. ſed quod Prætor. verſic. ſed ex facto. ibi: Prætorem me aſſidente interlocutum eſſe. ff. de eo quod met. cauſ.*

Etiam Sabinus Iuriſconſultus *l. lex Cornelia. §. hac lege. ibi: ſed Sabinus in aſſeſſorio. iuncta ibi gloſſ. ff. de iniurijs.* & Cynus fuit Aſſeſſor Domini Ludouici de Sabaudio ſenioris, & refert Angel. *in d. l. meum.* quod Rayn. de Forliuio, multum gloriabatur, quod fuerat Aſſeſſor in ciuitate Piſarum & Tuderti: & vtrobique fuit Bartol. Aſſeſſor, vt refert ipſe Angel. *in l. 1. C. de iudic.* & refert Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. titul. de iuramento. calum. §. ſequitur verſicul. ſed quid de cauſa.* magiſtrum ſuum in legibus fuiſſe aſſeſſorem Mediolani. Ego autem fui Aſſeſſor ſeu Vicarius capitanei militiæ Mediolani trienniò.

Aduerte etiam, quod idem honor debetur Aſſeſſori, qui debetur ei, cui aſſident in cauſis peragendis, *d. l. l. 1. ff. de officio aſſeſſor.* quia, vt ante dictum eſt, & collega & conſiliarius, *dict. l. 1. C. de aſſeſſorib.* Quæ, (vt dicit Paris *in prædicto loco*) ſunt notanda ad multa: non tamen ſententia profertur, nec formatur in perſonam Aſſeſſoris de iure, niſi aliam habeat poteſtatem à Principe, eum inſtituente, vt eſt in Gallia, vbi inſtituuntur à Principe. Ideo in abſentia Iudicis formant ſententias in perſonas eorum. Baldus *in leg. 1. Cod. qui accuſ. non poſſ.* Ideo ait Paris *in dicto loco*, quod in magna Curia intitulantur in ſententia, & Iudices appellantur. Maxime quando dati ſunt à ſuperiore, quod ſieri debet. *l. nullus. Cod. de Aſſeſſoribus.*

VIgeſima octaua conſideratio. In loco, vbi redditur iuriſdictio per magiſtrum, ſecundo loco ſedere debent aduocati, vt hic ante dixi *in 24 conſid.* Et tale officium nobilitat hominem, vt eſt text. & ibi Alberic. *in l. laudabile. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic. & ibi: quod aduocationis officium eſt honor & laudabile.* vt dicit Dominus meus Iaſon *in rubr. C. de procuratoribus.* vbi ponit ſex doctrinas inter aduocatum & procuratorem. Septimam vide *in l. ſi procurator ad vnam ſpe tem. Cod. eodem de procurat.* Et in dicta rubrica dicit, quod ex quo officium aduocati eſt honor, aduocatus non poteſt eſſe procurator, nec exercere officium procuratoris propter vtilitatem, ſecundum Bart. *in l. vniuerſis. & in l. ſi quis procurationem. Cod. de decurionib. lib. 10. & in l. 1. Cod. de primicer. libr. 12* & gloſſ. magna *in l. generali. Cod. de tabul. libr. 10.* dicam infra. Imo aduocati quandoque honorati dicuntur, text. *in l. 1. & ibi gloſſ. 1. Cod. de officio ciuil. iudic.* inde honorarium ſalarium dicitur, quod à clientibus recipiunt aduocati, vt *in l. 1. in honorariis. ff. de varijs & extraordi. cognit. leg. ſi ſub ſpecie honorarii. Cod. de poſtul.* & *in dict. leg. 1 §. eſt enim in gloſſ. honor.* ponitur quare dicitur honorarium, & pro modo litis facundia aduocati fori conſuetudine & iudicij, in quo aguntur cauſæ, debetur, vt dicit text. *in dict. §. in honorariis.* Sic quod licite pro ſingulis cauſis, centum aureos recipere poteſt, vt *in dict. l. 1. § ſicut. ibi: licet autem quantitas.* Et dicuntur non minus militare, quam qui gladijs, clypeis, & thoracibus militant. *l. aduocati. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* Imo etiam ſacerdotes dicuntur text. *in l. 1. §. nam vt ff. de iuſtitia & iure.* & togati. *dict. l. laudabile. in fin. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* Et multis aliis modis nuncupantur ſecundum Albericum *in leg. quiſquis. col. 1. Cod. de poſtul.* Ea enim officia (vt Saluſtius ait) honeſtiora apud omnes habita ſunt, quæ ingenio, quæ intellectu, quæ denique eloquentia, ac dicendi ſuadendique artificio conſtant, vt ſunt officia aduocatorum, qui non minus prouident humano generi, quam ſi prælijs atque vulneribus patriam, parentesque ſaluarent. *dict. leg. aduocati.*

VIgeſima nona conſideratio. Officium aduocationis etiam laudandum eſt, cum non ſolum honeſtum, licitum, vtile, imo etiam maxime neceſſarium ſit, & meritorium.

Digitized by Google

Licitum enim eſt etiam iure diuino, ex quo de ſui natura peccatum non implicat, licite poteſt exerceri, vt colligitur, ſuper illo *Ioan.* 21. Vado piſcari, quod fuit verbum Petri, vbi Gregorius ponit hãc doctrinam de quolibet officio, quod dicitur licitum; cum ſui natura peccatum non implicat. Nam huiuſmodi officium non implicat peccatum, cum regrediatur ab habitu, & ad reddendum vnicuique, quod ſuum eſſe prætenditur. *Inſtitut. de iuſtit. & iure.* Quod iuſtum, quod bonum, quod æquum eſt hominibus perſuadent aduocati. Et ſi non eſſet licitum, omnibus generaliter prohiberetur, ſeu interdiceretur. Sicuti ars necromantiæ: & tamen eſt generaliter conceſſum & ſpecialiter, interdum certis ex cauſis. *l. 1 ff. de poſtul. & per totum. & C. eod.* Ideo ſequitur, quod licet aduocato vendere rectũ patrocinium, & Iuriſperito iuſtum, & verum conſilium. text. *in c. non licet. 11. quæſt. 3. & in c. fin. 4 quæſt. 5.* & ibi per Ioan. de Turrec. & Anton. Archiepiſcopum Florentinum *in ſua ſumma, in 3 part tit 6.* § 4. vbi ample. & *ibidem in §. 5.* ponit vitia aduocatorum, quæ reticeo, cum hic, quæ ad laudem, & honorem, & non ad dedecus pertractare promptiores eſſe voluimus. Et de hoc habetur per Specul. *tit. de ſalariis. §. ſequitur in princip.* Dicit tamen F. Patritius *lib 3. tit 6. de inſtitution. Reipublicæ*, quod præmium aduocatorum debet eſſe, bene de ſe ab omnibus audire. Nec liceat eis, ſi fieri poteſt, pro cauſa orandi, precium, donumve accipere, vt lege Cynthia cauebatur. Turpe quidem & inhumanum eſt, linguam hominibus in dicendo quæſtui eſſe; & vt dicit Antipho, Ranuſius primus omnium, ob defenſam cauſam, mercedem accepit. Cuius exemplum multis temporibus Græci ac Latini ſecuti ſunt: longe pluris linguam, quam quæſtuoſam quamuis mercaturam dictitabant. Sed Romani, à quibus exempla probitatis atque virtutis ſumẽda ſunt, l. Cynthia Oratorum auaritiæ modum ſtatuerunt, & ne iuuenes prẽmii ſpe ſublata, negligentius cauſas orarent, Appij Claudij rogatione, legem Cynthiam temperari paſſi ſunt. quod & hodie apud nos ſtatutum, & ordinatum eſt; cum ſit ordinatione Regia certum precium determinatum pro ſalario aduocatorum in placitando, quod & vtilius eſt ratione ante lata.

Et quod tale officium aduocationis ſit licitum, patet per exempla Chriſti, qui multoties officium aduocationis exercuit in hoc mundo: & continue exercet in cœlo. Fuit enim aduocatus Diuæ Mariæ Magdalenæ in tribus cauſis. Primo concordat Martham ſororem ſuam, vt in Euangelio habetur, *Luca 10. in fin.* dum pro ea excuſanda dicit, *Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurimum &c. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Vbi dicit Auguſtinus Dominus pro Maria reſpondit Marthę, & factus eſt eius aduocatus, qui iudex fuerat interpellatus.

Secũdo, fuit eius aduocatus contra diſcipulos ſuos, qui fremebant in eam, eo, quod vnguento vnxerat caput ad pedes Chriſti, allegauit enim pro ea dicens: *Quid moleſti eſtis huic mulieri? bonũ opus operata eſt in me: Nam pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper, Ioh 12 Matth 26. & Marc. 14.*

Tertio, contra Simonem leproſum, Phariſæum, qui ipſam deſpiciebat, tanquam indigna eſſet tangere Chriſtum: allegauit enim pro ipſa dominus, dicens: *Cui multum remittitur, multum diligit, Luc. 7.*

Item, etiam fuit aduocatus mulieris deprehenſæ in adulterio, quam accuſabant Iudæi, dicentes, eam debere lapidari ſecundum legem, vt patet *Ioh c. 8.* vbi Chriſtus, allegando pro ea, excepit contra accuſatores, quod non erant idonei; quia infames & peccatores, dicens: *Qui ſine peccato eſt veſtrũ, primus in eam iniiciat lapidem.*

Fuit etiam aduocatus diſcipulorũ ſuorum multoties, *Matt. 12. in prin.* vbi dicitur: Quod diſcipuli euellebãt ſpicas & comedebãt, & cũ arguerentur à Phariſæis, excuſauit eos, dicẽs, hoc eis licere in vltima neceſſitate, vt etiã habetur *Marc. c. 2 in fin. & Luc. 6 in prin. & c. diſcipulos. de conſecrat. diſtinct. 5* & gl. magna *in l. neminem. C. de ſacroſ. Eccl.* Et cum Phariſæi & Scribę dixiſſent diſcipulis Chriſti: *Quare cum publi-*

Digitized by Google

publicanis & peccatoribus manducat & bibit Magiſter veſter? Hoc audito: Ieſus reſpondet illis: *Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui male habent.*

Et, vt habetur *ad Hebraeos 9. in fin.* introiuit Chriſtus in cœlum, vt appareat vultui Dei pro nobis, & dicit Beda ſuper illud, quod legitur primo ſabbato quadrageſimæ. Cum ſero factum eſſet, quod eſt *Marc. 6.* vbi dicit: Filius, vt formam hominis impleret, obſecrandum patrem putat eſſe pro nobis; quia aduocatus ipſe eſt. Aduocatum enim (vt habetur 1. *Iohan* 2.) apud patrem habemus Ieſum Chriſtum, iuſtum. & eſt text. *in c. ſi enim. de pœnit. diſt.* 2. quem text. nõ allegat Alberic. *in l. vnica. C. de ſuffrag.* vbi ponit argumenta ſupradicta, ad probandum officium aduocationis eſſe licitum.

Fuerunt etiam plures aduocati ſancti, & inter alios vnus ex quatuor Doctoribus Eccleſiæ, videlicet Ambroſius qui per 11. annos cauſas Romæ in Palatio ſplendide perorauit.

Fuit & beatus Germanus oriundus ex hac ciuitate Heduenſi, quæ dicebatur Auguſtudunum ex vico ſanctæ Anaſtaſiæ, qui nunc dicitur vicus ſancti Blaſii, qui tandem electus eſt Epiſcopus Pariſienſis.

Fuit & ſanctus Lipardus frater B. Leonardi, in honorem, cuius eſt Eccleſia fundata in ciuitate Aurelianenſi. Fuit & ille beatus Iuo Brito, cuius vita in hoc multum laudatur, quod àduocatus fuerit & Brito.

Fuerunt & plures alii, quos longum eſſet enumerare, & plus laborioſum, quã ſubtile.

TRigeſima conſideratio. Officium aduocati etiam vtile eſt, cum, vt dicit text. *in l. aduocati. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* ambigua facta cauſarum dirimunt, ſeq; defenſionis viribus, ſæpe publicis in rebus ac priuatis, lapſa erigunt, fatigata reparant: non minus præuident humano generi, quam ſi præliis, ac vulneribus patriam parenteſq; ſaluarent, & qui laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt.

TRigeſima prima conſideratio. Neceſſarium etiam eſt officium aduocationis, quod concordat cum honeſto, vt dicit Rodericus *in ſuo Speculo humanæ vitæ, libr. 2. cap.* 17. vbi dicit, quod, cum hominum mortaliũ deſiderium ſit, vt ad id potiſſimum tendat, vt veritatem agnoſcat, teſte Philoſopho, ex quo, ad ipſum in rebus agilibus, auidius humana properat inquiſitio, præſertim cum ob eas hominum cupiditates, quæ à vero, quæ à iuſto plerumq; diuertere cogunt, propter rerum humanarũ varietates, difficile quidem veritas ipſa & iuſtitia agnoſci poteſt: Hinc per Eſaiam prophetã, de iuſtitia humana dicitur: *Tanquam pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ,* vt humanam iuſtitiam, difficuliter attingi & cognoſci poſſe liquido demonſtraret. Auarius enim, quam iuſtius homines lites & iurgia mouent: quia inquit Sapiens: *Deus fecit hominem rectum, & ipſe immiſcuit ſe quæſtionibus.* Fuit ergo neceſſe humano generi, iuriſperitos conſtituere, quorum induſtria & expectata iuriſperitia, eas, ſine bellorum fragoribus, quæſtiones deciderent, quas humana peruerſaq; auaritia attulit. Laudantur igitur plurimum, & merito diuerſis honorum titulis illuſtrantur Iuriſperiti, qui veritatem aperiunt, & inter hominum cupidines per ſuæ ſcientiæ coniecturas & regulas, quid verum, quid iuſtum ſit, explicant, atque è tenebris ad lucem vſque deducunt, quorum tanta vis eſt, vt nonnunquam eas veritates, quas vel natura, vel induſtria, verius aſtutia humana in damnum ſimul & pœnam peccati humani generis, occultas fecerit. ipſi iuriſperiti, ſui ingenii ſubtilitate, ad Reipubl. quietem atque noſtram commoditatem, reuelẽt. Plurimæ ſiquidem veritates incognitæ, plurimæ iniuſtitiæ impunitæ manerent, ſi iuriſperitorum ceſſaret ſapientia: & ſua quærendarum rerum ſtudioſa ſagacitas contemptui, aut non vſui haberetur. Denique nemo vnquam dubitauit, verum & iuſtum multo eſſe meliora, quam falſum & iniuſtum. Etenim rationi diſſonum, ſi verum à falſo, iuſtum ab iniuſto vinceretur. Quid vtiq; funeſtum in Republica ſæpe accideret, ſi iuriſcõſulti deeſſent, quorum id præcipuum ſtudium eſt iuſtum ab iniuſto, falſum à vero diſcernant. Et quod etiam ſit neceſſarium, eſt text. ad li-

teram *in l. laudabile. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* Dicit enim, *laudabile, vitaque hominum neceſſarium aduocationis officiũ* Rurſum, quam neceſſarium humanæ Reipublicæ hoc exercitium fuerit, ex eo patet: Quoniam, vt Philoſophus inquit *in Ethicis*: Sunt nonnulli homines peſſime quidem perſuaſibiles: qui enim facile credunt, niſi certiſſima videant ſigna; aut fortes habeant perſuaſiones. Aduocati igitur plurimum ſunt commendandi, qui virtute ſcientiæ certiſſimas vel propinquas; imo fortiſſimas perſuaſiones eliciant, & illa iudicibus ſuadent adiuuandam innocentiam, & reprimendas puniendaſque violentias & iniuſtitias. Et paulo poſt ſequitur (vt paucis agamus) ſumma eſt excellentia huius exercitii, quo ipſa vniuerſalia ſtatuta humana, quæ generalibus atq; indeterminatis verbis ſtatuuntur, lucidius intelliguntur. Nam per iuriſperitorum ſubtilem & ingenioſam applicationem dictarum legum ad cauſas particulares, mentem legum interpretantur: & tandem per hoc nobile aduocationis officium inſontes defenduntur, oppreſſi releuantur, &, vt paucis multa comprehendamus, iuſtitia periret, ſi deeſſet, qui iuſtitiam allegaret. Hæc Rodericus vbi ſupra, cum quibuſdam aliis, de quibus infra *in 10. part. in 19. conſider.* vbi fit mentio de præcedentia ſcientiæ legalis.

Plurimum etiam commendantur aduocati per Prophetam *Pſal. 83.* cum inquit: *Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibũt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorũ in Sion.* Etiam habetur *Daniel. 12. cap.* Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſtellæ firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, tranſſumptiue *in cap. fin. de magiſtris extra.*

Trigeſima ſecunda conſideratio. Officium aduocationis etiam meritoriũ eſt: Apud Deum non modicum, prout dicit Alberic. *in d. l. vnic.* quæ incipit, *ſi qui deſideria, C. de ſuffrag.* quod ſic probat præſupponendo, quod duo ſunt genera operum miſericordiæ ſeu eleemoſynæ. Quædam enim ſunt corporalia, quæ ſunt ſeptem, Viſitare, ſcil. infirmos, potare ſitientes, paſcere eſurientes, redimere captiuos, colligere hoſpites, veſtire nudos, & ſepelire mortuos. vnde dicitur:

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, cõdo.

Septem etiam ſunt ſpiritualia, ſcilicet, cõſulere dubitantem, corrigere peccantem, cõſolari triſtem, remittere offenſam, portare oneroſos & graues, & orare pro omnibus, vnde dicitur:

Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.

Et iſta ſunt potiora abſque dubio quam temporalia, vt dixi infra *in vltim. part. in 29. conſid.* Cum igitur per dicta opera miſericordiæ ſeu Eleemoſynæ multum mereamur, vt habetur *Matth. 25.* Venite ad me benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me; nudus, & operuiſtis me; infirmus, & viſitaſtis me; in carcere eram, & veniſtis ad me. Sequitur, quod homo plus mereretur per eleemoſynas ſpirituales, inter quas eſt impendere conſilium dubitanti, & conſolari & adiuuare triſtes miſerabiles perſonas, quæ adiutorio carent (cum deſolatis & triſtibus ſit cõſulendum, *l. vnica. in fin. Cod. de his qui ante apertas tabul. hære.*) & redimere & iuuare captiuos, qui cõtra iuſtitiam detinentur, quod faciunt aduocati iuſte & debite exercentes officium eorum. Ideo non parum apud Deũ merentur. vnde dicit Hoſt. *in ſumma ſua decretalium, col. 4.* quod vita bonorum aduocatorum eſt melior quam fratrum prædicatorum, vel aliorum religioſorum. dixi alibi.

Et aduerte ex his, quæ dicit Alb. ibi; quia conſulit aduocatis, vt patrocinium præſtent pauperibus gratis; quoniam hoc faciendo, multum merentur, non tamen dicit omnibus. Et materiam aduocatorum in reliquis plene vide per Anton. Flor. *in 3. part. ſua ſumma, lib. 6.* Et per Spec. *in rub. de aduocato.* ad quos vos remitto. Cum hic tantum tractauerim de huiuſmodi officio, & de his, quæ tangunt honorem vtilitatem, & neceſſitatẽ eiuſdem & quomodo ſit honeſtum, licitum, vtile, neceſſarium, & meritorium. Nam periculũ

Digitized by Google

ricula aduocatorum recitare, eſſet tranſcendere materiam huius operis. Sed de his habetur per ſupradictos, maxime Rodericum *in d.l.1.cap.18.* per Ant.Flor. *in d. part.3. lib.6.* & per Albe *in d.l.vnica.C.de ſuffrag.*

TRigeſima tertia conſideratio. Inter cæteros aduocatos in quolibet auditorio cuiuslibet magiſtratus, præferendus eſt Aduocatus fiſci illius loci, pro quo allego text. *in l.2.* quæ incipit: *aduocatus. in fin.* ponderando ibi verbum, *germanas. C.de aduoc.diuerſ.iudi. & l.iubemus, & l.reſtituende. §.1. in verbo, primatibus, C.eod.tit.* Cum etiam inter clariſſimos numeretur, per text. *in l.laudabiles & l. reſtituende. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* Luc.de Pen. *in l.1. C.de dignit.lib.12.* Dixi *in commentis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducatus Burg. titulo des droits appartenances à gens mariez. §.19. in gloſſ entre nobles.verſic.aduert. & tit. des enfans de pluſieurs licts.artic.4. in gloſſ.1. verſic. & ideo, &c.* Imo etiam ſpectabilis dicitur, text eſt *in l.in ſacris.3 §.modum. C.de proximis ſacr ſcrin.lib.12. Ibi; nec pro tempore virum ſpectabilem fiſci patronum. & in Authent. de iudicibus. §.vetus in fin.ibi: id eſt, Apione viro ſpectabili & fiſci aduocato colum.6.* Et tales aduocati fiſci, poſſunt ex literis Principis illuſtri dignitate decorari. *l. reſtituenda. §. ſacras. in verbo, illuſtrando. C de aduoc.diuerſ.iudic.* Verum, vnum ex filiis tali dignitate decorari facere poterunt, ſecundum text. ibi. Comites etiam merentur appellari. *l.1. C. de aduoc. diuerſ.iudic.* Luc de Penn *in d.l.1. & l.mulieres. colum.penult. C.de dignit.lib.12* & olim erant duo aduocati fiſci (vt & hodie ſunt duo in Parlamento Burgund.) vt de hoc text. *in l.binos. C.de aduoc.diuerſ.iudic.* Vnus generalis, qui in aliqua cauſa cõtra fiſcum eſſe non poterat. *l.1.& 2. C. de aduoc.fiſci.* niſi in caſibus *l.fin. ff de poſtul.* ſcilicet, In cauſa propria filiorum, parentum ſuorum, & pupillorum, quorum curam gerunt. Alter eſt aduocatus ſpecialis, prout ſunt aduocati fiſci in Balliuatibus ſeu Seneſcallis. Qui licet in eorum diſtrictu non poſſint eſſe pro aliquo contra principem; tamen videtur per *d l.2.* eſſe ſecus in aliis. Ex quibus videbatur dicendũ, quod ſi aliqua cauſa ad requeſtam procuratoris generalis ſit deuoluta in curia ſuprema Parlamenti, quod aduocatus fiſcalis alicuius ſedis particularis ſit ibi poſtulans, vt eſt apud nos aduocatus in Balliuatu Diuionenſi, poſſet eſſe ibi aduocatus pro priuato contra dictum procuratorem generalem: de quo tamen apud nos dubitatur propter ordinationem regis Ludouici XII. *nu* 304. quæ prohibet aduocatis, ne poſtulare aut conſulere habeant contra regem & iura ipſius: vnde melius erit, quod ſe abſtineant, ſi ſit cauſa, quæ tangat factum regis, vt *in l.2. in fin. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* Etiam eſt text. dicens, quod aduocatus & procurator fiſci, pro priuatis poſtulare poſſunt *l penu.iuncta gl. & ibi Bald. C.ne fiſcus vel Reſpub* & Paul. *in l.cum allegas C.eod.tit.* Et iſtud eſſet verũ, ſi eſſet ſtipendiatus prout olim erat, ſcilicet ſexcentis aureis, quæ præcipiebat ab ærario publico pro ſalario *l.hanc.§. ſexcenti autem aurei. C. de aduoc. diuerſ.iudic.* Quoniam ſi hodierno tempore, quo ſolum habent aduocati fiſci in Balliuatibus apud nos triginta aut quadraginta libras Turon. prohiberentur pro priuatis poſtulare, ex hoc eorum incommodum conſequerentur & egeni efficerentur, quod eſt contra text. *in d.§. ſexcenti.* & officia eorum eſſent eis damnoſa. Et

Cum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas.

ait ille moralis Cato. Nec reperietur, qui vellet officia exercere. Ex quo ſolum eſt prohibitũ per ordinationes Regias, ne conſulant contra regem. Imo, non eſt eis prohibitũ habere alia officia & penſiones ab inferioribus, prout iudicibus & procuratoribus regis, vt cauetur in ordinationibus dicti regis Ludouici XII. *artic.33.34 & 35.*

Olim vero tale officiũ erat annale, *l.cũ aduocatio: ibi: annumq; cõpletum. C.de aduoc. diu. iudic.* & poſt prorogatum vſq; ad duos ann. *l. ſancimus.2. C.eo.tit.* Hodie vero in Francia omnia officia regia ſunt perpetua; quia venalia: vt infra dicam, ita quod habeantur in vita officiariorũ pro patrimonio, vt dicit G.Bene. *in ſua repetit.cap.Rayn.in verb.duos habẽs filios.*

num.38. extra de teſtament. & ibi *numer.*40. ait, quod officiarii Franciæ creati, quandiu Regi placuerit, non poſſunt reuocari, & rationem ibidem aſſignat.& cum hodie, vt iam bis vidimus, à quatuor aut quinque annis circa ſtipendia integraliter officiarii non fuerint ſoluta, nihilominus non debent aduocati & procuratores prætextu huiuſmodi ſalarii non ſoluti cauſas fiſci deſerere: vt dicit text. *in d.l. C. de aduocatis.*

Aduocatus vero fiſci ab Adriano primum inſtitutus eſt, teſte Budæo *in ſuis annotationibus in Pandectas, tit. de off. quæſtoris. ff.* Et intellige, vt dixi, quod præcedit quoſcunque aduocatos, etiam eo antiquiores. Quoniam maior eſt authoritate, argumento eorum, quæ dicuntur per Archid. *in c. quoniam.16. diſtinct.* vbi infert, quod vna ſynodus licet poſterior tempore, præfertur alteri propter maiorem autoritatem. Facit; quia claritas tituli deſignat claritatem & præeminentiam bonorum. Iohan. de Imol. & Angel. *in l. qui ſoluendo. ff. de hered. b. inſtit.* dicam latius infra.

Et aduerte, cum hodie (vt dixi) in curia Parlament. ſint duo loco vnius, quod tantũ priuilegii & dignitatis habet vnus, quantum & alter: & tantum quilibet illorum habet, quantum ſolus haberet, ſi eſſet. text. eſt *in d. l. binos. & l. poſt duos. in princip. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* grauiores tamen cauſæ placitantur per primum, verum etiam multa negotia per eum expediuntur, & quiſque mallet eſſe primus quam ſecundus etiam in honore. Et de loco ſeſſionis eorum in ſequenti conſideratione patet.

TRigeſima quarta conſideratio. Poſt aduocatum fiſci ſedere debet in foro procurator fiſci, etiam ante omnes alios aduocatos ſimplices, non habentes aliam dignitatem: cum procurator fiſci aduocatus dici poſſit, gloſſ. eſt notab. *in verb. reſtituuntur. in l. non intelligitur. §. fin. ff. de iure fiſci.* facit gloſſ. rubricaria. *C. de procuratorib.* vbi dicit, quod procuratores ſunt ſimiles aduocatis: imo procurator dicitur aduocatus. Spec. *in rubr. de ſalario. §. nunc de procuratorum. verb. nunquid ſalarium procuratoris.* facit textus *in l. 1. §. aduocatos. ff. de variis & extraord. cognit.* quod intellige verum de larga ſignificatione, vt dicit Dom. meus Iaſ. *in dict. rubr. C. de procuratorib.* vbi ponit aliquas differentias inter eos; ergo ſequitur, quod aliquibus eſt danda conuenientia.

Ideo maxime procurator fiſci debet dictos aduocatos præcedere; cum habeat dignitatem, ſecundum Aret. *§. fin. col. fi. Inſtitut. de except.* & ibi Ioh. Fabri allegat text *in l. 1. C. de mand. Princip. & in l. laudabile. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* Idem voluit Roman. *ſingul.* 805. per textum, quem dicit ſingularem ad hoc *in l. nemo perfectus. C. de dignitatib. lib.* 12. Bonus de Curtili *ſuo tractat. nobilitatis. in 3. parte. nu.* 142. Et ibi anteponit, quod Doctores aduocati non poſſunt exercere officium procuratoris priuati, ſed bene aduocati licentiati poſſunt, rationem ibi aſſignat de doctoribus: Quia officium procuratoris priuati eſt vile; ſecus dicit in officio procuratoris principis, quia tale officium confert dignitatem, & eſt nobile officium, vt dicit Dom. meus Iaſ. *in dict. rubr.* & Iacobus Rebuff. *in l. ſi quis procurationem, Cod. de decur. libr.* 10. tamen etiam Ioannes de Platea *in l. vniuerſos C. eod. titu. de decurion.* quod aduocatio eſt dignitas; ſed quia officium procuratoris immediate procedit à principe, ideo maior videtur eſſe illa dignitas, quam aduocatorum, quæ non procedit à principe, niſi immediate & non immediate. Ideo, ex quo cauſa proxima dignitatis procuratoris fiſci, eſt ipſe Princeps, à quo omnes dignitates deſcendunt, vt dictum eſt ſupra *iſta parte, in 1. conſideratione.* Et Princeps in aduocato non eſt cauſa proxima, nec immediata, ſed remota, & mediata: ideo maior videtur eſſe autoritas procuratoris fiſci, quam ſimplicis aduocati; cum cauſa immediata ſit potius in conſideratione, quam cauſa mediata, vt eleganter notat Baldus ſecundum Nicol. de Neapol. *in l. 1. colum. 3. in fin. ff. ſolut. matr.* & Cæp. *in conſ. 2. in ſuis conſ. criminalibus.*

Et aduertendum eſt, quod Fiſcus eſt duplex, vniuerſalis & particularis, vt videmus apud

apud nos. Duo ſunt procuratores fiſci: Vnus generalis, qui ſemper reſidet in Parlamento: Alius eſt particularis, vt in hoc balliuatu Heduenſi, vel in balliuatu Diuionenſi, & in aliis balliuatibus. Et his diebus vidi in curia Parlamenti Burg. quod fuit per eam ordinatum & arreſtatum procuratori fiſci, in dicto balliuatu Diuionenſi, ne de cætero intitularetur procurator generalis in prædicto balliuatu, ſed ſolum procurator regius in ipſo balliuatu Diuionenſi. Cum tantummodo ad procuratorem dicti Parlamenti ſpectet ſe intitulari facere procuratorem generalem ſimpliciter in tota patria & Ducatu Burgund. Et de huiuſmodi diuiſione facit mentionem Præpoſitus Cardinalis Alexandrinus *in titu. de pace iur. firm. § ad hæc. in vſibus feudor. col. 2. verſic. quæro, vtrum apud fiſcum.* vbi dicit, quod talis fiſcus nullam habet iuriſdictionem, & nulla eſt iuriſdictio penes ipſum. Et ex hac diſtinctione generalitatis, & ſpecialitatis infero: quod fiſcus generalis, ſeu procurator generalis, eſt præferendus ſpecialibus, cum ſpecies ſubalternetur generi. Et, vt videmus, apud nos obſeruatur, quod procurator generalis ſedet in Curia Parlamenti inter duos aduocatos fiſcales, & tales fiſcales habent locum ſuperiorem & ſupereleuatum atque diſtinctum ab aliis aduocatis ſimplicibus poſtulantibus in dicta Curia, & in aliis curiis & auditoriis huius patriæ & Ducatus Burg. puta Balliuatus & Cancellariæ procurator fiſci ſemper præcedit alios aduocatos ſimpliciter graduatos; quod tamen recuſarunt alios Cabilonenſes, licet ex prædictis conſtet, quod errabant. Imo, quod plus eſt, fuit arreſtatum per dictam curiam ſupremam Burg. quod ſi procurator Balliuatus Diuionenſis interdum aſſiſteret in ipſa curia, quod ſederet in loco & ordine aduocatorum, & ibi præcederet ſimplices aduocatos non habentes aliam dignitatem, quam aduocationis ſimplicis, etiam ſi eſſent antiquiores eo.

Et ad vnum ſingulare aduertendum eſt, quod procurator generalis principis in aliqua prouincia, eſt illuſtris, vt tenet Martinus Laudenſis *in tractat. ſuo de officialibus dominorum.* Et ſpecialis in aliqua prouincia, eſt ſpectabilis. ſupra *iſta part. dixi, in 4. conſider.* per text. & ibi gloſſ. *rubr. in l. vnica. C. de officio comitis orientis.* Eadem ergo maior erit ratio in primo generali aduocato in aliqua prouincia. Et inter alios dicit Purpura. *in l. 1. ff de officio eius cui mandata eſt iuriſd col. 5. &* 6. iſtud eſſe in procuratore generali Illuſtriſſimi Ducis Burgundiæ.

TRigeſimaquinta conſideratio ſit de coactoribus Regiis (de quibus aliquid dixi *in præced. par. in 20. conſid.*) qui vulgo dicuntur receptores particulares in aliqua prouincia; ſeu in aliquo Balliuatu, qui etiam multas pecunias ab ordinario iudice indictas colligunt & recipiunt, & bona confiſcata fiſco incorporant. Et teſte Budæo ſuper *titu. de officio quæſtoris. ff.* differt fiſcus ab ærario. Ærarium dixerunt pecuniam publicam & Imperii. Fiſcum vero pecuniam Imperatoris, quam domanium vocamus; vnde, quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quã priuatæ, factum eſt, vt fiſcus pro pecunia publica, & inde confiſcare dicatur, ſecundum Aſconium.

Aduerte tamen, quod indifferenter dicitur patronus fiſci vel patronus ærarii, ſecundum text. *in l. pen.* quæ incip. *nemo. C. de aduocatis diuerſ. iud.* Et hodie, quæſtores coactores fiſci, pecuniam publicam deferunt, binos fiſcos ſingulis clitellariis equis impendentes, vt ait Budæus. Etiam ad hoc deputantur ipſi coactores, vt ſoluant ſalaria aduocati & procuratoris fiſcalis, & in hoc obſeruant diſpoſitionem *l. per hanc. § ſexcenti. Cod. de aduoc. diuerſ. iud.* ſcilicet, vt ſoluantur in Calendis mẽſis octobris: & Calendis Aprilis: & quitantiæ fiunt de dicta ſolutione de data illorum dierum.

Sed an tales coactores debeant præcedere in auditorio aduocatos etiam ſimplices? Et videtur, quod ſic, cum habeant dignitatem ab ipſo principe, vt dictum eſt *in præcedenti conſid.* de procuratore fiſci: pro quo etiam facit text. *in l. reſtituendâ. in fin. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic. & l. fin. ff. de albo ſcrib.* vbi dicitur quod promotus ad aliquam dignitatem à

Digitized by Google

principe, potius honorandus eſt, quam alius, & dixi *ſup. in 1. par. in 36 concl.*

TRigeſimaſexta conſideratio. Inter plures aduocatos poſt fiſcales alicuius auditorii, ſeu ſedis iudicialis, præferuntur in loco differenti habentes aliquam dignitatem non habenti; eo, quia dignitas iſtud operatur inter alios æquales, quod præfertur habens dignitatem non habenti, maxime in ſedendo, tex. eſt *in c. Epiſcopus. 90. diſtin.* facit; quia dignioribus dignior locus habetur 8. *q. 1. c. iſtud 63. d. c. metropolitano. c. ſtatuimus. extra de maioritа & obedien.* Alberic. de Roſate *in l. nemo. C. de off. magiſtri officior.* vbi alleg. Innocent. *ca. 1. de maiorit & obedien. & 12. q 2. c. Vult rana.* & ibi gloſſ. fin. *c. fin.* & ibi gloſſ. optima. & per Archidiaco. 17. *diſtinct in c. cum olim. extra de conſuet.* Facit text. *in Authen. de conſulibus. §. ſi vero forſitan. ibi: eo quod honorare nobis placet dignos. & ibi gloſſ in verbo, dignos. collatio.* 4. & text. *in* §. fin. & ibi gloſſ. fin. quæ notat, quod digniora præponenda ſunt *Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.* Cui concordat *l. ſancimus. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & cap. ſtatutum. § 1. de reſcript. in 6.* & ille potius debet antecedere, qui magis potitur honore ac dignitate. *l fin. ff. de fide inſtrum.* facit text. *in l. potioris. C. de off. rectoris prouincia.* qui dicit, quod potioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reuerentia tribuatur. Faciunt, quæ dicit Alberic. *in epiſtola, inter claras, C. de ſumma trin.* plura alia ad hoc allegat Cæpolla *in tractat. de Imperatore militum eligendo. in verb. ratione dignitatis* qui ponit ibi plura priuilegia dignitatis, quæ hic non repeto.

Ideo aduocati tantummodo graduati, & non alias qualificati, exhibere debent reuerentiam aduocatis in dignitate conſtitutis: Quoniam, licet aduocati ſimplices (vt ita loquar) ſint in dignitate, cum aduocatio ſit dignitas, vt dicit Io. de Platea *in l. vniuerſos. C. de decurio. lib. 10.* tamen, quia officium iudicis, aut aduocati fiſcalis eſt maior dignitas, quam ſit ſimplex aduocatio, ideo talibus honor exhibendus eſt ab aliis. Facit *l. 3. in princ. ff. de aliena. iudicii mut. &c.* Et eſt textus, qui ad hoc multum facit *in canon. fin.* qui incipit: *ad hoc. 89. diſt.* ibi: *vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent.* Ex quo videmus, quod in Parlamento huius patriæ, eſt ordo talis in ſedendo, quo ad aduocatos non fiſcales poſtulantes in curia, quod in priori loco ſedent iudices Regii, ſi qui ſint, aut interdum aſſiſtant, & poſt eos aduocati fiſcales Balliuatuum patriæ. & ſequenti ordine, alii aduocati ſimpliciter poſtulantes, ſecundum quod infra dicetur.

Dixi tamen in caſu, ex quo quidam aduocatus erat magiſter requeſtarum hoſpitii Regis, licet ad honores tantum, vt ſunt multi, quod debeat alios aduocatos præcedere, per text. ad literam *in Auth. vt ordinaria praefecturæ. ibi: ſi vero ſolo eos participare voluerit honore, &c. coll. 5.* vbi eſt text. ad literam, quod etiam princeps poteſt dare officia non tantum ad effectum adminiſtrationis, ſed etiam honoris tantum, vt ſunt tales magiſtri requeſtarum, prout & gl. ibi in verbo, *videatur*, exemplificat de capellanis domini Papæ.

TRigeſimaſeptima cõſideratio. Cùm minor ordine, maior tamen adminiſtratione in loco adminiſtrationis præferatur maiori ordine. gloſſ. *in verbo electionis. in c. deliberatione. in princ. de off. leg. lib. 6.* dixi ſupra *in 4. part. in 44. conſider.* Ideo aduocati fiſcales cũ habeant adminiſtrationem apud nos in Curia Cancellariatus contractuum, ſicut & Balliuatus, cauſas regis placitando in dicta Curia Cancellariatus præcedere debent omnes alios iudices eiuſdem dignitatis, puta ſpectabilitatis. Ideo præcedere debent locumtenẽtes Balliuatus, ſi ibi aſſiſtant vt aduocati. Secus vero, vbi compareient, & aſſiſterent aliquando pro cauſis ſuis, vt pro aliquo negotio tangente factum Regis, ſeu Reipublicæ: quia tunc honor eſſet eis deferendus. Et de hoc eſt quæſtio inter aliquos aduocatos fiſcales huius patriæ, & locumtenentes in Balliuatibus, nõ inſiſto, cum ex ſupradictis, & inferius deducendis videri poteſt, quid iudicandum ſit. In quocunque tamen actu aſſiſtant maiores dignitate (puta illuſtres) ſemper ſpectabiles debent eis præſtare reuerentiam, & dare locum; ſi commode fieri poſſit abſque impe-

dimento

Digitized by Google

dimento adminiſtrationis fiendæ per ſpectabilem, vt dixi ſupra *in 4. pa. t. in 27. conſideratione.*

Addo tamen pro complemento huius cõſiderationis, in ſequendo communem deciſionem illius dubii, quis præferatur, an doctor, vel miles in honoribus, ſedendo, ambulando, vel opinando: quę eſt, quod in actibus militaribus miles doctori præfertur; quia ibi non librorum, ſed armorum certamina exercentur: in actibus vero ſcholaſticis, & eorum locis, doctor militi præfertur. *l. nemo clericus, vel militaris. C. de ſumma trinitate.* vt plene dixi infra *in 9. part. in 1. conſider.* Quod nobis exemplo patefecit Actius poeta antiquus in Iulio Cæſare, cui in collegium poetarum venienti non aſſurrexit: de quo Valerius *libr. 3. titu. de fiducia ſui.* Magno, inquit, ſpacio diuiſus eſt à ſenatu ad poetam Actium tranſitus. Is Iulio Cæſari ampliſſimo, & florentiſſimo viro, in collegium poetarum venienti, nunquam aſſurrexit, non maieſtatis eius immemor; ſed quod in comparatione communium ſtudiorum aliquando ſuperiorem ſe eſſe conſideret: Quapropter inſolentiæ crimine caruit. Quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur. Faciunt, quæ ſcribuntur *in 11 part. 12 conſid. in fine.*

TRigeſimaoctaua conſideratio. Quoniã inter aduocatos habentes dignitatem, inſurgit ſæpe contentio de præcedentia ſeu prælatione, maxime euenit his diebus inter aduocatum fiſcalem Balliuatus Diuionen. & locumtenentem Cancellariæ in dicto loco. Et iam inter duos locumtenentes in dicta curia Cancellariæ: de quibus primo dicturus ſum.

Et pro intellectu horum locumtenentium, ad ſciendum, an debeant præcedere extra locum ſuæ iuriſdictionis aduocatos fiſcales, præmitto, quod tempore, quo Dux regnabat in Burgundia, & quo Dux Burgundiæ non erat addictus coronæ, ipſe Dux Burgundiæ habebat ex priuilegio regis dictam Cancellariam contractuum; in qua erat deputatus, & commiſſus vnus gubernator, de quo ſupra *iſta par. in 20. conſiderat.* Dixi ad regendum dictam Cancellariam, qui in ſingulis locis, & ſedibus, vbi ſunt apud nos curiæ Balliuatus, committebat locumtenen. ad exercendam iuriſdictionem; quæ tantum ſe extendit circa cognitionem inſtrumentorum guarentigiatorum & ſub ſigillo dictæ curiæ receptorum. Nunc vero tempore, quo Chriſtianiſſimus rex Franciæ tenet dictum Ducatum Burgund. ſemper etiam remanſit gubernator dictæ Cancellariæ, qui proprie videtur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. Qui ſolitus eſt committere cum ſuis locumtenent. particularibus, ſeu localibus, vnum locumten. generalem, qui ex quadam vſantia ſupra alios particulares dicit ſe habere poteſtatem. Et quia illuſtris dominus Cancellarius Francię dicit, quod à ſe ipſo dependet omnis cognitio in Francia reſpectu ſigilli Cancellariæ, cuius eſt fons, & origo, alii autem locumtenen. dicti gubernatoris, & ipſe gubernator, ſunt tanquam riuuli, & iudices particulares ab eo dependentes: ex quo conſtituit & ordinauit locumtenen. particulares etiam locumtenentem generalem, prout gubernat. Et licet fuerit inter prædictos locumtenen. particulares ipſius gubernatoris Cancellariæ, & locumtenen. domini Cancellarii, quæſtio de poteſtate & præeminentia, & quis illorum maior eſſet: Tandem areſtatum eſt per curiam Parlamenti Burgund. quod locumtenen. conſtitutis & ordinatis à prædicto domino Cancellario aduenientibus & præſentibus ceſſaret poteſtas locumten. præfati gubernatoris: Et hoc; quia licet habeant eandem dignitatem in vno & eodem loco, tamen locũtenentes domini Cancellarii, receperunt dignitatem à maiori, ideo præferẽdi, & in maiori loco collocandi ſunt, vt ſatis notatur *in c. per quas. extra de maio. & obed. & ibi per Fely* Et ibi ponuntur multa exempla, quæ videri poſſunt. Facit & pro hac deciſione tex. *in c. præcipimus. 93. diſtin.* Et quia ſubſtitutus à maiori, debet eſſe in loco maioris, quem text. ad hoc ponderat Lud. Romanus *ſingulari ſuo 340 incip. Bart. in l. ſi filius* etiã facit; quia delegatus à Papa maior delegato ab Imperatore, cum Papa maior ſit Impera-

tore, vt tenet Purpura *in rub. de officio eius cui manda. eſt iuriſdi‌ct. ff. col. 6. ibi, ſexto.* & dixi ſupra *in 4 part. in 48. conſid.* ex quo, cum iſtud ſit deciſum, quo ad tales non inſiſto, licet multa in hoc dici poſſent, quæ viderentur facere contrarium, de quibus forte in ſequentibus dubiis dicetur.

Ex his infero vnum; Quod cum ita fuerit deciſum, per dictam curiam ſupremã, quod fruſtra prætendebatur prælatio, aut ſuperioritas per locumtenen. generalem gubernatoris dictæ Cancellariæ, contra locumtenentem generalem domini Cancellarii in dicta Cancellaria; cum non maior videatur ratio in vno, quam in alio: & tantæ virtutis ac potentiæ eſt generalitas in ſuo genere, quantum ſpecialitas in ſua ſpecie. Specul. *in titul. de locato.* § 3.

TRigeſimanona conſideratio. Aliud dubium, ſeu alia quæſtio ſuborta eſt, ex iſtis locumten. ſedis huiuſmodi Cancellariæ in ſenatu, ſeu Parlamento Burgun. ex quo tales locumtenen. in reſſorto Diuion. voluerunt præcedere aduocatum fiſcalem in Balliuatu Diuion. & alios aduocatos fiſcales Balliuatuum huius patriæ. Mouebantur primo ea ratione; Quoniam clarum eſt, vt ipſi proponunt, quod ipſi ſunt iudices, etiam maiores, cum de his immediate appelletur ad curiam Parlamenti: Immo, quod plus eſt, prædicti aduocati fiſcales comparent, & aſſiſtunt in ſuis curiis, & adiutoriis tam pro procuratore Regis, quam aliis, & ibi aſſiſtunt, vt fiſcales, & tamen ibidem ſubſunt eis, nec præferuntur eis iudicibus. Ex quo videtur nunc inconueniens, quod in alio loco indiffereti, in quo nullam maiorem habent adminiſtrationem dicti aduocati fiſcales particulares, quã præfati locumtenen. quod ipſi aduocati eoſdem præcedere debeant.

Quicquid ſit, credo, quod ſit error, & q; non debeant præcedere dictos aduocatos fiſcales vltra locum, & ſedem ſuæ iuriſdictionis. Quoniam cõſtat, quod tantum dici poſſunt clariſſimi, vt ſatis ante hanc part. *in 17. conſid.* dictum eſt: Ideo poſt aduocatos fiſcales, qui ſunt ſpectabiles, vt hic ante dixi, ponendi ſunt. Quoniam clariſſimi poſt ſpectabiles enumerantur, vt patet ſupra *in 1. conſider.* & per tex. *in § illo videlicet.* & ibi gloſſ. *in illo verbo. & in verb. ſpectabiles. in Auth. de appel. & infra qua tempora. collat.* 4.

Facit etiam; Quia aduocati fiſcales habẽt authoritatem à Principe, & ſunt ab eo creati & dati, & tales locumten. ab inferiori à Principe; ergo ſunt digniores, vt *in præcedenti conſid.* dixi. & facit, quod dicit Lucas de Penna. *in l. albo. C. de decurio. lib* 10. quod Romani in albo prius ſcribebant, qui dignitates, & honores iudicio Principis conſecuti eſſent. pro quo facit *l. 1. ff. de albo. ſcrib.*

Item, aduocati fiſcales habent ſtipendia à Rege, prænominati vero locumtenẽtes nulla habent ſtipendia; ergo maior honor debetur eis, argum. text. in gloſſ. penult. *in c. ſi officia 59. diſt.* vbi dicit text. & meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtentur, & notat ibi illa gloſſ. quod magis præſumitur pro illo, qui plura ſtipendia habet. allegat ad hoc tex. *in l. nemo. Cod. de offic. magiſtri officior.* vbi ait text. Is gradus cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. Concordet *cap. in ramur. ad fin. 61. diſt.* vt infra plenius dicetur *in 10. part. in 27. conſiderat.*

Item, tales locumtenentes ſunt ſolum delegati ad vniuerſitatem cauſarum ab alio quã à Principe; ideo ſolum iudices pedanei cenſendi ſunt, prout dicit Specul. *in titu. de iudice delegat. §. 2. verſic. 1. in fine.* Sed pedanei iudices ſunt infimi; imo etiam poſt clariſſimos ſituantur, vt ſupra *in 1. conſider. huiuſce partis.* & per eundem Spec. *in rub. de iuriſdi‌ct. om. iud. §. 1. verſi. infimi.* Qui tales magiſtratus municipales, cum habeant ſolam cognitionem ſeu iuriſdictionem vnius rei limitatæ, vt ſunt tales locumtenentes, qui ſolum cognoſcunt de cauſis tangentibus ſigillum Cancellariæ prædictæ, & in hoc tantum ſunt commiſſi à domino Cancellario Franciæ, vel gubernatore huiuſmodi Cancellariæ, qui eſt in hoc delegatus à Principe. Igitur tales ſunt pedanei, & per conſequens inferiores à ſpectabilibus. Ex quo ergo, cum aduocati fiſcales

ſunt

ſint ſpectabiles, ſunt illis anteponendi, vt ſupra dixi: igitur Imo, proprie ſunt iudices chartularii, qui habent poteſtatem præcipiendi, vt inſtrumenta recepta ſub ſigillo dictæ Cancellariæ executione demandentur præciſe in vim præcepti: quod faciunt, cum recurritur ad eos, vt ſatis declarat Benedict. de Barzis *in ſuo libel. guarentig. colum.* 1. & ſic adhuc plus dicuntur pedanei, vt ante dictum eſt.

Facit & vlterius; quia ex quo, vt dictum eſt ante, aduocatus fiſci eſt maior authoritate extra locum iuriſdictionis dictæ Cancellariæ, cum ſit ſpectabilis, & iudices huiuſmodi curiæ, & ſedis cancellariæ prætactæ ſunt infimi; eo, quia pedanei ad plus non poſſunt eſſe niſi clariſſimi, ideo debet præferri: cum claritas tituli deſignet claritatem, & honorem loci. Io. de Imol. & Angel. *in l. qui ſoluendo. ff. de hæredib. inſtit.*

Et licet locumtenentes in ſua ſede præcedant aduocatos fiſcales; tamen non ſequitur, vt extra illa loca debeant eos præcedere. Sicut dicitur de Archipresbytero, qui præcedit Archidiaconum in miſſa, *vt dictum eſt ante in 4. parte, in 44. conſiderat.* non tamen in aliis locis: Sic, idem de locumtenen. Cancellariæ contractuum Burgund. in ſua ſede, licet præcedat aduocatos fiſcales; quia ibi habet adminiſtrationem; non tamen in aliis locis, in quibus non habet adminiſtrationem, & ſic extra ſuam adminiſtrationem, vbi attenditur maioritas dignitatis, & non adminiſtratio. faciunt quæ ſcribuntur *in 11. parte, in 12. conſi. ante finem.*

QVadrageſima conſideratio. Hic adaptatur de nonnullis aliis locumtenentibus ordinariis, aliorum iudicum ordinariorum, puta locumtenentibus gruariis hoc eſt, magiſtri foreſtarum Heduen. aut Diuion. qui habent illud officium à Principe, an tales in ſede Balliuatus, aut Cancellariæ contractuum, ſeu etiam in Curia Parlamenti debeant præcedere alios aduocatos ibi poſtulantes, non habentes aliquam dignitatem, præter gradũ. Iſtud poteſt decidi ex antedictis de locumtenentibus dictæ Cancellariæ. Sed vlterius procedendo, quæri poſſet, An tales locumtenentes gruariorum, in aliis ſedibus, quam Cancellariæ, præcedere debeant locumtenentem prædictæ Cancellariæ. Quia officium eorum eſt antiquius, & magis ordinarium, quam officium Cancellariatus videtur, quod tales locumtenentes gruariorum præcedere deberent locumtenen. ipſius Cancellariæ; Eo etiam; quia creati ſunt officiales à Rege. Alii vero non. Conſulerem tamen in hoc, quod attenderetur prioritas promotionis in officio, & qui primo conſtitutus eſſet officialis pręcederet: vrget tamen pro locumtenen. ſeu iudicibus dictæ Cancellariæ, quod iuriſdictio eorum maior eſt, & circa plures maiores cauſas & materias verſatur. & ex hoc honorabilior apparere videtur. Quanto enim quilibet præeſt melioribus; tanto maior ipſe, & honeſtior eſt. Verba ſunt *in Authent. de defenſ. ciuitat. § nos igitur, collatio.* 3.

QVadrageſimaprima conſideratio. Inter omnes aſſiſtentes in adiutorio Iudicis, poſt officiales, in ſedendo Nobiles plebeis præferendi ſunt: Ita quod debet ſedes eorum eſſe paulo iudicantium inferior, & contendentium altior. *l. fin. vbi gloſſ. not. in verbo, ſedendi. C. vbi Senatores, vel clariſſimi.* Idem probat text. *in l. ſi. in fine. C. de off. diuerſ. iudic.* Dicam *in ſequent. par. in* 38. *conſid.* vbi de priuilegiis nobilitatis tractatur.

QVadrageſimaſecunda conſideratio. His temporibus nouiſſimis, creati ſunt noui officiarii in Regno Franciæ, qui habent poteſtatem examinandi teſtes, loco iudicum ordinariorum, qui dicuntur in vulgari noſtro inqueſtarii, hoc eſt, examinatores ſeu æquatores, & iudicii inueſtigatores: & nulla habent ſtipendia ſeu ſalaria à Principe, ſed à partibus ſecundum ordinationes Regias, habent ſummam denariorum taxatam ſecundum vacationes per eos factas. Et quia talia officia multis committuntur, qui illa emunt. & qui non ſunt graduati, ex quo quiſquis dubitaret, an in ſedibus iudiciariis, vbi tales inqueſtarii dati ſunt, debeant præcedere aduocatos, etiam ſimpliciter graduatos. Credo, quod non; quia cum circa quid ſpeciale

Digitized by Google

ſe in [illegible] omittant,& non habent cognitionem iudicialem, licet qualemqualem dignitatem conſequantur; eo quia conſtituti ad hoc à principe, prout etiam de coquo Principis, qui dicitur habere dignitatem, vt *in proxima parte in 18. conſider.* dicitur: Tamen non eſt æquum, quod præcedant graduatos aduocatos, qui & ratione aduocationis habent dignitatem; vt ſupra dictum eſt; & quod ratione gradus tanquam graduati cæteris nõ graduatis præferri debeant.

Super huiuſmodi præcedentia poſt anteſcripta, inter nonnullos iuuenes aduocatos graduatos fuit contentio aduerſus inqueſtarium, ſeu examinatorem, in Balliuatu iſto Hedu. ita, vt ab eius priuigno ſeu filiaſtro fuerunt impetratæ literæ Regiæ in Cancellaria Diuionen. quibus mandabatur Balliuio noſtro, vt graduatos anteponeret dicto inqueſtario, & eundem ſedere faceret in ordine, & gradu procuratorum Curiæ: & cum hæc diſceptarentur in foro, dubitatum extitit, quid ſuper hac re ſententiaretur.

Et licet videretur dicendum: Ex quo (vt actum eſt) dictus inqueſtarius habeat dignitatem à Principe immediate dependente à dignitate & poteſtate iudicis, quæ præcedit dignitatem aduocatorum: cum iudices præcedere debeant aduocatos. vt hic ante dixi *in 24. conſideratione.* & dicti inqueſtarii cenſentur ſubrogati in locum iudicis, quo ad examinationem teſtium, quæ competit iudicibus, vt eſt text. qui multum bene facit *in l. iudices, & in Authent. ſeq. apud eloquentiſſimum. Cod. de fide inſtrument.* Ideo ex huiuſmodi ſubrogatione videntur ſapere naturam illius, in cuius locum ſubrogantur. *leg. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionib.* ſed multi dicent, quod ille text. non probat, ſed eſt bonus text. *in cap. Eccleſia S. Mariæ. extra, vt lite non conteſt.* Probat tamen ille text. ſtipulationem acceſſorie poſitam ad contractum regulari, ſecundum naturam illius contractus. Ampliat tamen etiam textum ad hoc, & illam regulam Paulus, etiamſi ſubrogatum in aliquo diſcreparet: quia in aliis aſſumeret naturam eius, cuius loco ſubrogatur. Ita ampliat notabiliter Paulus *in conſil. 131.* cuius initium eſt; *licet iſta differentia vij. a. col. vltim.* quem allegat Dom. meus Iaſ. *in d. §. qui iniuriarum.* Ex quibus concludendum, quod ſiue inqueſtarii præfati ſint acceſſorie dati ad iudices, ſiue ſint in aliquibus ſubrogati, licet in aliis diſcrepent; tamen reputari debent coniudices, & ſapere naturam illorum etiam in acceſſoriis. Ideo ſicut iudices præcedunt aduocatos, ita etiam inqueſtarii præcedere debent aduocatos graduatos, licet non ſint graduati. Et forte hac ratione, aut alia motus vnus ex conſiliariis Parlamenti huius patriæ, & Ducat. Burgund. executioni demandando quoddam arreſtum Curiæ poſuit inqueſtarios Balliuat. Auxeti, eis ſedem & locũ ordinis dando ante aduocatos & graduatos, licet tunc non eſſent graduati.

Crederem tamen dictos inqueſtarios nouiter erectos in Burgund. non debere præcedere graduatos & practicantes in Curiis ante eos; quoniam clarum eſt, eos creatos inſtar inqueſtariorum præpoſituræ Pariſienſ. in Caſtelleto, & aliarum ſedium Regalium in Francia, vt ſatis conſtat ex creatione illorum: nec iſtud denegant, ſed ſic eſt, quod expreſſe diſponitur in ordinationibus Regiis, tales examinatores non debere ſedere in ſede iudicis præpoſiti: Nec ſunt, aut reputantur pro aduocatis, aut Notariis, ex quo tales ſedes, ſcilicet iudicis & aduocatorum ſint eis prohibitæ, obſeruanda eſt ordinatio Regia, quæ optimis fundatur rationibus. Non enim iudex eſt, nec ſe iudicem dicere poteſt: quia nullam habet cauſæ cognitionem. Eſt enim ſolus executor rei ſibi commiſſæ, ſcilicet examinationis teſtium, quæ etiam alteri, quam iudici committi poteſt, vt notatur per Albe. & alios *in Authent. ſed iudex, Cod. de epiſc. & cleric.* Ex quo cum tabellio ſit capax, & habilis ad recipiendam commiſſionem examinationis teſtium, etiam à iudice, & recipiendo non mutat dignitatem; quia non efficitur maior, quam eſſet: Ideo idem videtur in Principe committente examinationem teſtium, quoniam videtur illam committere, cum illa qualitate, quam poteſt habere. Secus ſi

talis

Digitized by Google

talis examinatio alicui non poſſit committi, præterquam graduato aut aduocato; quia hoc caſu committendo alicui, licet non eſſet graduatus, videretur eidem conferre dignitatem ad hoc neceſſariam, & cum eo ſuper hoc diſpenſare. *l. quidam conſul. ff. de re iud. l. Vlpianus ff. de excu. tut.* Sed cum non eidem hoc caſu dat maiorem dignitatem, quam habet ille, cui committi poteſt talis examinatio teſtium: Quoniam Princeps non videtur vno inſtanti tot ſpecialia concedere, videlicet, quod committat ei talem examinationem priuatiue ad iudicem (cui deberet competere) & vltra hæc, det ei dignitatem vltra aut præter naturam actus, quem committit fieri; cum tot ſpecialia non præſumantur concurrere, argum. gloſſ. *in l. 1. Cod. de dotis promiſſ.* arguendo de lege mortua, quæ talia non admittit, ad legem viuam (quæ eſt Princeps) quæ debet illam ſequi inquantum poteſt.

QVadrageſimatertia conſideratio. Licet aduocati præfecturæ quæſtorianæ, qui dicuntur aduocati in Camera computorum ſint, vt alii aduocati fiſcales priuilegiati, vt dicit Io: de Plat. *in l. fin. Cod. de decur. libr.* 10. tamen cum apud nos, & in Camera computorum nulla aut modica habeant ſtipendia. Ideo extra locum ſuæ præfecturæ quæſtorianæ non debent præcedere aduocatos fiſcales præſidatuum: Quoniam, vt prędixi ſupra *iſta parte. in 39 conſider.* præferuntur, qui maiora ſtipendia habent data paritate; ergo multo magis præferri debent, qui habent ſtipendia, his, qui non habent. Ex quo licet patronus Cameræ computorum præcedere debeat omnes alios aduocatos ſolum graduatos; tamen non debet præcedere alios aduocatos fiſcales, qui ſunt aduocati in ſede præſidis prouinciæ, qui dicitur Balliuus aut Seneſcallus.

QVadrageſimaquarta conſideratio. Inter aduocatos præferendus videtur, qui magis ornatur, & qui honeſtioribus veſtimẽtis indutus erit. vnde, vt dicit Spec. *tit. de aduocat. §. ſequitur videre.* quem iudex magis ornatum inſpiciet, maioris exiſtimabit eſſe authoritatis, & ei aſſurget ſalutatione debita, & honorifica, dicens ei, *ſede à dextris meis.* ad quod quidem tenentur. *l. ſi. in fin. Cod. de officio diuerſ. indic.* & eum præ aliis honorabit. *l. penult. Cod eodem titul.* quod forte procedit de ignotis & alienigenis. Sæpe etenim maxime ignotis veſtis eſt cauſa honoris, iuxta illud:

Hunc homines decorant, quem veſtimenta decorant.

Ex iuxta illud metricum:

Vir bene veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille quamuis idiota ſit ille.
Si careas veſte, nec ſis veſtitus honeſte:
Nullius es laudis, quamuis ſcis omne quod audis.

Ideo conſuluit ibi Spec. (quem videas.) Quod aduocati gerant veſtem ſuę profeſſioni congruentem, & ibi ſcribit, quibus veſtib. veſtiri, & quibus carere debent, de quo latius infra. Et quod honor eſt in habitu & veſtibus, dicturus ſum. Et ad propoſitum vide Lucam de Penna *in l. 2. C. de veſtibus oloberis lib.* 11. & dixi ſupra *in 1 parte, in 23. conſider.*

QVadrageſimaquinta conſideratio. Poſt prædictos videtur aſtruendum: Quod inter aduocatos ſimpliciter graduatos præferendus ſit filius aduocati fiſci, ſi ſit aduocatus in eadem ſede, vbi alias omnes alii cum eo ſunt eiuſdem qualitatis. text. videtur eſſe ad literam *in l. laudabile. §. 1. Cod. de aduoc. diuerſo. indic. & in l. nemini. §. filios, & l. petitionem. §. filiis. C. de aduoc. diuer. iudic.* & quod aliis etiam æque bonis præferantur, ſecundum tex. & in gloſſ. *in verbo, ſumptibus. in l. iubemus. C. eod. tit.* facit; quia doctor filius doctoris cæteros in collegio præcedere debet, ſecundum Martinum de Laude *in tractat. de dignitate. concluſi.* 17. vbi refert ita alias dixiſſe propter dictum Bald. *in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis & poſth.* vbi etiã dicit, quod tales debẽt gratis doctorari, & ceteris parib. præferri aliis. *alleg. gloſſ. in d. l. iubemus.* de quo etiam vide per eundem *in tract. de priuileg. articu.* 93. Intellige tamen, prout dicit Lucas de Pen. *in l. vnicuiq. C. de proximis ſacror. ſcrin. lib.* 12 *col.* 1. Si ſolito tempore legum doctrinam meruerunt. *d. l. nemini. § ſi vero. & d. l. iubemus. § nec*

Digitized by Google

de cætero. & *l. petitione. §. nec de cætero. C. de off. diuerſo iudic.* & ſi ſunt facundia & ſtudiis eruditi, & conſpicui. *eo. ti. l. per hanc. in princip.* vel ſi per Principem ſubrogentur. *l. fi. §. pen. C. de off. Magiſtri officior.* & *l. neminem. C. de re militari, lib. 12.* alias non; cum in honorib. ſimpliciter nō ſuccedatur iure hæreditario. *l. 3. §. quari ff. de legiti. tutor.* & potius ſunt acceptāda merita, & virtutes. *c. Moyſes.* & *c. ſi ergo 8. quaſt. 1.* & *l. honor. §. de honorib. ff. de muner.* & *honor. l. ſi quis C. de profeſſ.* & *medicis, lib. 10.* & *l. qui cum vno. §. grauius autem ff. de re milit.* vnuſquiſque ſecundum labores ſuos ad meliores gradus, & ad maiores dignitates produci & remunerari debet. text. *in l. fin. §. quoniam ideo. C. de offic. præfecti prat. Africa, &c.* concordat text. *in l. nemo. in fin. C. de off. Magiſtri officior.*

QVadrageſimaſexta conſideratio. Inter plures aduocatos eiuſdem ſedis cæteris paribus præferūtur primo promoti. text. *in l. 1.* & *ibi Bar. C. de conſulib.* & *non ſpargendis ab his. &c.* & *l. 1. in fi. C. de prapoſ. ſacri cubiculi. lib. 12.* & dixi ſupra. *in 4. parte, in 23. conſiderat.* Cum etiam ſint anciani ſupra alios, vt vtar verbis gloſſ. primæ, *in l. iubemus. in princip. C. de aduocatis diuerſ. iudi.* & ſecundum tempus receptionis & admiſſionis eorū in aliqua curia; gradum ſibi vendicare, & in matricula inſcribi debent. *l. petitionem. in pr. C. de aduoca. diuerſo. iudic.* & *l. ſi. C. de aduoc. diuerſo. iudic.* Et qui primo matriculatus eſt, præferri debet poſterius matriculato, ſecundum text. *in l. ſi. ibi: locum iuxta matricula ordinem obtineat. C. de off. præfecti vrbis.* Nā qui non ſunt in matricula, ſunt tanquam priuati. notatur *in leg. eos. C. de off. Magiſtri milit.*

Et hic ordo eſt ordo temporis, qui eſt vltimus; & de eo non curatur, vbi locum habet ordo qualitatis: vt dicit Lucas de Penna *in rubr. C. vt dignitat. ordo ſeruetur.* & dictum eſt ſupra *in d. 4. parte.* & inferius dicetur, vbi de ordine literatorum fiet mentio, ſcilicet, *in 10. parte, in 29. conſid.*

QVadrageſimaſeptima conſideratio. Qui meritis vitæ, nobilitate, authoritate, aut ſcientia etiam, quando ſunt eiuſdē facultatis, alios antecellit, præferendus eſt etiam alteri primo promoto, not. gloſſ. *in verb. præponimus.* & ibi Archi. *in c. placuit. in pr. 16. diſt.* facit *c. in canonicis. 19. diſt.* ideo Epiſcopus doctor, vel nobilis præfertur primo promoto non doctori. Dominicus de ſancto Gemi. *in c. Iſidorus.* eſt ver. ſub *d. c. placuit.* Feli. *in cap. 1. extra de maiorit.* & *obed.* & ſecundum Barbatiam. *in cap. cum olim. in princip. de conſuet.* Doctor etiam tardius receptus, præcedere debet prius promotum: Ego vero allego tex. *in l. 1. C. de annonis ciuil. lib. 11.* & *ibi gl. 1.* quæ facit pro ſcholaribus optimis contra doctores inſufficientes.

Videtur tamen, quod prædicta non faciūt quem maiorem, cum extrinſecus veniant. vt per prædicta remiſſiue Dom. Felin. *in d. c. 1. de maiori.* maxime cum iſta excellentia, & melioritas debet probari per quindecim teſtes. text. eſt ſingularis *in l. vnicuique.* & *ibi notat gloſ. in verbo ſuperatas. Cod. de proximis ſacror. ſcrini. lib. 12.* Dominus meus Iaſ. *in l. cum quid. col. 4. ff. ſi cert. peta. in prima lectura.* Et iſta excellentia eſt multum conſideranda; quoniā in multis propter excellentiam hominis, receditur à regulis, Dom. meus Iaſ. *in l. iubemus. C. de iud.* & *in repetitio. l. admonendi. in 67. col. ff. de iureiur.* Felin. *in c. ſuper his. de accuſat.* dicam infra ampliſſime.

QVadrageſimaoctaua conſideratio. Inter aduocatos, doctores præferendi ſunt licentiatis, & licentiati baccalaureis; quoniam doctoratus eſt dignitas. dixi infra *in 10. parte, in 26. conſiderat.* & maior eſt illius authoritas, quam licentiati; cum licentiatis tantum habeat poteſtatem docendi, regendi, & publice legendi. not. *in l. vnic. Cod. de profeſſorib. qui in vrbe, &c. li. 2.* & *in l. vnic. C. de ſtudiis liberal. vrbis Roma. lib. 11. not.* Ioan. Fab. *in §. reſponſa. Inſtit. de iure natur.* ſecundū gloſſ. *in c. 1. in verbo, interpretatus. extra de poſtul. Prælat.* Et Panorm. ibi, qui dicit, quod doctor poteſt interpretari dubia illius facultatis, in qua eſt doctor, *per dict. l. vnicam. Cod. de profeſſ.* Et quod ante doctoratum quis non poteſt magiſtraliter legere, nec diſputare. Et ſi detur licentia alicui ſcholari hoc faciendi, potius

potius ſit, vt addiſcat, quam vt doceat. Ex quo magis eſt credendum doctori, quam licentiato; nam licentiatus non habet dignitatem; ſed tantum licentiam conſequendi dignitatem; & dignius eſt, quod eſt in actu, quam quod in proſecutione actus; ſicut dignior eſt, qui eſt cinctus, quam cingendus: Licet quandoq; habeatur pro cincto. & de his ſcripſi, & de præcedentia doctorũ ad licentiatos, & licentiatorum ad baccalaureos *in Commento noſtro ſuper concordatis, in titul. de collationibus.*

QVadrageſima nona conſideratio. Aduocati ex pulchritudine laudem conſequi videntur, & propter eam commendabiles fiunt, exemplo Iuſtiniani, qui Papinianũ iuriſconſultum acutiſſimum (prætermiſſo omni alio laudis genere, à quo laudari potuiſſet) ex pulchritudine, veluti ſummo laudis præconio commendauit, pulcherrimum ipſum nuncupans *in proœm. Digeſto. §.3. verſi. vobis autem.* Et licet Albert. & Angelus ibi ad decorem ſcientiæ, & animi referant; tamen ad corporis pulchritudinem & elegantiam referri poteſt, cum & ipſa plurimum pollet ad felicitatem habendam; quia, vt ait Ariſt. *lib. 1. Ethicor. c. 8.* Non ſatis eſt ad felicitatem idoneus, qui deformis eſt, aut ignobilis; & refert Baldus. *in ſuprascriptione d. Eti proœmii, in verb. Flauius. in addit.* quod decor corporis confert ad felicitatem in hoc mundo; & tanti fecit Alexand. pulchritudinem, vt *in conſil.* 209. *incip. non ponderatis his. col. 2. lib. 6.* conſuluerit nobilem diuitemq; mulierem deformem, quæ pauperem quempiam formoſum ſibi matrimonio deſponderit; nõ videri nupſiſſe indigno; cum debeat mulieris nobilitas & diuitiarum copia cum forma viri compenſari, vt notant in ſimili Bald. & alii *in c. ſuper eod. le ſecond. de teſtib.* & de pulchritudine dixi in 5.9.11. *& in 2 parte huius operis.*

QVinquageſima conſideratio. Sciendum eſt, quod in quolibet auditorio, vbi redditur iuriſdictio per magiſtratum, debet eſſe Notarius, ſeu ſcriba, qui apud nos dicitur grapharius. Quia iudicis officium abſque Notario ſeu ſcriba commode exerceri non poteſt. probat tex. *in c. quoniam contra falſam. de probat. extra, & ibi doctores.* Perſona enim publica eſt, vt dicit *ibi text. & Panor.* & dicitur habere officium honoris, vt eſt text. *in l. 1. & 2. C. de primicer. lib. 12.* & habetur *Eccleſiaſt. 9.* In manu Dei poteſtas hominis eſt, & ſuper faciem ſcribæ imponit honorem. Guilelmus le Rouille *in libr. de iuſtitia & iniuſtitia lib. 3. c. 4.*

Et quod diuerſis nominibus in iure vocentur, vide Ioan de Platea, *in rubr. de tabulariis, C. lib.* 10. Et in Curiis ſupremis apud nos ſunt officia Regalia, vt ſupra dixi *in iſta part. in 14. conſideratione.* In aliis vero Curiis Regis inferioribus cum emolumenta, quæ proueniunt; & percipiuntur ratione ſcripturæ, ſoleant dari ad firmam pro certo tempore. Ideo pendente tali tempore ſcriptores huiuſmodi videntur exercere officia Regalia.

De Notariis vero ſimplicibus, qui ſunt iudices chartularii, vt dicit Bartol. *in l. iubemus. §. ſancimus. circa fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Quod an verum, vide ample per Benedict. de Barzis, *in ſuo libello guarentigiarum in 1. quaſt.* vbi plura ad hoc. Et licet dicant plures, quod Notarius ſit iudex chartularius, quod illud non poteſt eſſe ex natura tabellionatus, ſeu notariatus ſimpliciter, ſed eo; quia ſibi conceditur à Principe, quod poſſit facere præceptum de conſenſu partium; ideo ſolũ habet iuriſdictionem voluntariam, & non contentioſam. Hodie vero apud nos in hac patria Iudices chartularii ſunt locumtenentes Cancellariæ contractuum, qui faciunt exequi mandata ſua in vim obligationis receptæ ſub ſigillo dictæ Cancellariæ: de quibus hic ante *in 10. conſid.*

Et de commendatione huiuſmodi ſcribarum ſcribit Vdalricus Zaſius *in rep. l. 2. ff. de orig. iur. §. poſtea cum Appius Claudius. in verbo, ſcriba.* Et dixi *in parte praced. in 9. conſid.* vbi poſui de primicerio, qui eſt ſcriba Principis, *in 11. parte,* vbi laudaui ſcribas.

QVinquageſima prima conſideratio. Etiam in adiutorio cuiuslibet magiſtratus, & iudiciis ſunt neceſſarii apparitores, ſeu

executores, qui dicuntur eſſe milites, vt eſt *in l. omnibus. C. de ſportulis. ibi; quatenus militia exuti pœnas luant corporales.* Maxime tales apud nos in Curiis Regalibus dicuntur habere dignitatem. Dum ſolum hodie creantur à Principe, & ſecundum Ioan. Fabri *in §. igitur. col. 1. Inſtis. per quas perſonas nobis acquir.* dicuntur ſeruientes, & ſunt officiales, vt dicit, qui tenentur cuilibet ſeruire. Etiam vocantur clientes, & exponit gloſſ. *in l non dubito. in ver. clientes. ff. de cap. & poſtlim. reuerſis.* hoc verbum *clientes*, id eſt, ſeruientes, & eſt vulgare Gallorum: & debent portare inſignia, & baculum in manu depictum, vt tenet Spec. *in tit. de citatione. §. ſequitur videre. verſic. quandoq; per nuncium. & verſ. ſolutio.* Dicunt quidam quod obſeruant ſeruientes noſtri; quoniam vbi inſtat tempus, gerere ſolent virgam aut baculum depictum, & ornatum armis Regis, hoc eſt, liliis, qui dicitur communiter, maſſa. Pluribus etiam nominibus nuncupantur, vt ſatis dixi *in Commento noſtro ſuper conſuet. Ducat. Burgun. titul. Des iuſtices, art. 6. in gl.* vbi dicitur quales eſſe debeant, & de eorum poteſtate, & in gloſſ. ſequente, inſeritur an eis credatur.

Sed aduerte; quia apparitores proprie ſunt de Curia Eccleſiaſtica, & tales nuncii Eccleſiaſtici non poſſunt citare aliquem ſiue clericum, ſiue laicum viua voce in via publica, prout recitat Ioan. Galli *in ſuis arreſtis, in arreſto pronunciato Anno Dom.* 1346. quod tamen ſolent facere noſtri apparitores Heduenſes, & male, licet habeant etiam ſtatutū in ſuo foro in contrarium, niſi ſint Notarii cauſarum; quod eſt intelligendum in cauſis iam inceptis, & in quibus iam ſunt Notarii ſeu grapharii.

Septimæ partis Catalogi gloriæ Mundi finis.

OCTAVA

OCTAVA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

NOBILIVM SEV GENTILIVM ORDINEM extollit: præcedentiaſque tam inter ſe, quam quo ad alios depromit.

Quinquaginta Conſiderationes habet.

IGITVR prima ſit de deſcriptione nobilitatis. Vnde ſecundum authores nobilitatem diffinientes dicitur ea eſſe generis vel alterius rei excellentia ac dignitas, vt ait Iudoc. Clicthо *in ſuo tractat. nobilitatis. in princ. c. 1.* Et licet Bart. *in l. 1. C. de dignitatib. lib. 12.* multũ ample diſputet, an nobilitas & dignitas idem ſint; tandem concludit, quod non. Sed, vt inquit, nobilitas apud nos inuẽta eſt ad ſimilitudinem & imitationem illius nobilitatis, quæ eſt apud Deum, vt *in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. itaq; colla. 2. l. 1. & l. in nomine Domini. C. de off. praf. prat. Africa. & l. imperialis. in prin. C. de nup.* Sicut ergo ille apud Deum eſt nobilis, quem Deus ſua gratia gratũ ſibi fecit; ita in foro noſtro ille eſt nobilis, quem Princeps ſua gratia, vel lex ſibi gratum vel nobilem facit. Non tamen, vt dicit, poteſt eſſe ſimilitudo per omnia, ex quo relinquit de nobilitate, quæ eſt apud Deum, Theologis. Nobilitatem vero, quę apud nos, ſic diffinit.

Nobilitas eſt qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra acceptos plebeios honeſtus oſtenditur: & ibi ample examinat illa verba diffinitionis, ſed non amplectitur omnes nobilitates, de quibus in ſequentibus dicetur. Ideo generalior eſt prima diffinitio, quæ omnem nobilitatem cõprehendit, vndecunq; procedat, ſiue per principatum tenentem, ſiue alias; ex quo nõ recito opiniones per Bar relatas *in d. l. 1.* de diffinitione nobilitatis, cum omnes reprehendat Bar. & ſtet cum illa ſupradict. quæ adhuc non eſt generalis ad omnes, vt dixi, ſicut prima Boet etiam *in tertio d. conſolatione, proſa ſexta*, diffinit alio modo dicens: quod eſt quædam parentum laus de meritis veniens. Et ita etiam diffinit Lucas de Penn. *in l. mulieres. C. de incolis. colum. 4. libr. 11.* ſed illa eſt nimis particularis ad nobilitatem generis; quia omnes nobilitates (de quibus infra dicetur) non comprehendit, ſed Lundulph. *in clem. 2. de ſentent. excommunicat.* hanc nobilitatem generis ſic diffinit. Generis nobilitas eſt qualitas ſiue dignitas prouenieus à coruſcatione clari ſanguinis à parentibus originẽ ſumens. & in liberos legitimos per carnem continuata: ſed iſta eſt potius deſcriptio, quã diffinitio. Ita etiam diffinit Bonus de Curt *in ſuo tract. nobilitatis in 2. part. circa fi.* vbi etiam diffinit ſeu deſcribit nobilitatẽ animi & mixtam, de quibus ſtatim dicam *in 3. conſid.*

SEcunda cõſideratio de deriuatione nobilitatis ſit. Vnde aduertendũ eſt, quod nobilitas à noſco dicitur, idẽ ſignificãs, ꝙ noſci-

bilitas. Hinc nobis idem eſt, quod notus, & per omnium ora vulgatus. Vnde Virgil.

Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis
Nobilis. Et Martialis:

Proſtratum Nemees vaſtaq; in valle leonem
Nobilem, & Herculeũ fama canebat opus.

Propterea indifferenter apud pleroſque verbum hoc, *Nobilis*, & ad eos, qui vel deploratiſſimis morib. nominatiores facti ſunt relatum legitur: Hiero. in Heluidium hæreticum: *Nobilis factus es in ſcelere.* Et Laidem illam Corint. cui decem millia nummorum vno concubitu depoſcenti, reſpondit Demoſthenes in libidinem illius exæſtuans, ſe pœnitere tanti non emere, ob elegans meretricium, nobile ſcortum nuncupatum, teſtatur Aulus Gell. *in ſuis Atticis. lib.* 1. *c.* 8. Idem & de re, quæ ſummo eius exitio in omnium ora deuenerit, Liuius de ſtrage Cannenſi:

Nobilis ille clade Romana locus eſt.

Et Martialis:

Nobilis hic eſſet pietatis rex à duobus.

Ea proinde ratione eos, qui vel opibus vel generis claritate, vel virtutibus cæteros antecellunt, ſeu vulgariores & notiores nobiles appellare ſolemus, quas ternas nobilitatis ſpecies vno verbo complexus eſt Apuleius, dum dicit: *Quem non opes non generis excellentia, ſed ingenui mores, virtuteſq; nobilitauerunt.* & Hier. *ad Principiam virginem, de obitu Marcellæ: Nihil in ea laudabo, niſi quod proprium eſt, & eo nobilius, quod ex opibus & nobilitate facta eſt paupertate & humilitate nobilior.* Et ibidem: *Qui virtutes, non ſexui, ſed animo iudicamus, contempteq; nobilitatis, ac diuitiarum maiorem gloriam ducimus.*

Etiam apud Legiſtas & Canoniſtas nobilis nuncupatur, qui opibus, vel genere, vel virtutibus ſit inſignitus. Et capitur pro præeminentia quadam, quæ nos à plebeis differre facit, *iuncta gloſſ. in verbo, ſpecies ad fin. in* §. *plebiſcitum. Inſtit. de iure naturali.* § *interim. ibi; vniuerſi nobiliores. & in* § *fin. ibi, conuenire enim vnumquemque nobilium. in Authent. de defenſorib. ciuit. collat.* 3. text. *in l. quæris. ibi; ſanctiſſimus & nobilis* Imperat. *ff. de nata. reſtit.* per quem text. *in c. venerabilis. ibi; non generis, ſed virtutum nobilitas. extra de præbend. & in l. nobiliores natalib. C. de commer. & mercat.* quæ quidem præeminentia cauſatur ex multis vltra genus, opes, & virtutes, & in pleriſq; locis in ſeq. dicetur.

Tertia conſideratio. Cum nobiles dicantur gentiles. & in vulgari noſtro proprie, *gentils hommes*, & magis ſe exiſtimant vocari, *gentils hommes*, quam nobiles: Ideo dicit Budæus *in ſuis annotat. in Pandect. in l. fin. in fin. ff. de orig. iur.* quod non temere lingua vernacula gentiles homines pro nobilibus appellet: vnde videndum eſt de gentilitate, & quid apud antiquos fuerit gentilitas.

Gentiles igitur ſunt (*vt inquit Cicero in Topicis*) qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorum nemo ſeruierit, qui capite non ſunt diminuti. Et, vt ait Budæus *in loco prædicto*, nihil vidit Scæuolam Pontificem ad hanc diſſinitionẽ addidiſſe. Et vt inquit Boetius, gentiles ſunt, qui eodẽ nomine inter ſe ſunt, vt Bruti, Scipiones, vt apud nos Valeſii, Borbonii, Vindocinii, Trimolii, Viennenſes, & ſimiles: q; ſi ſerui ſint, nulla gentilitas eſſe poteſt, quod ſi libertinorum nepotes eodẽ nomine nuncupentur, gentilitas nulla eſt; quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas dicitur, quod ſi rurſus in familia gentis ſuæ nõ manſerint, gentiles iam eſſe non poſſunt.

Fuit autem ius gentilitatis, vt ius ſtirpis apud antiquos. Vnde Cicero *lib.* 1. *de oratore* quid qua de re inter Marcellos & Claudios patritios centumviri iudicauerũt, cum Marcelli Auli liberti filii ſtirpe Claudii Patritii eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe dicerent rediiſſe, nonne in ea cauſa fuit oratorib. de toto ſtirpis ac gẽtilitatis iure dicendũ? Tria fuerunt iura apud antiquos, agnationis, gentilitatis, & ſtirpis: ſed nobiliorum videtur fuiſſe gentilitas, vt ex illa diſſinitione Ciceronis apparet: Eorum ſcil. quia imagines pro nobilitate generis accipi ſæpe ſolent, & erant inſignia Gentilium, quæ hodie arma dicuntur, de quibus ibi per Budæum. & dixi amplius ſupra *in* 1. *part.* vbi poſui de armis centum concluſiones.

Quam

ed by Googl

QVarta cõcluſio. Species nobilitatis plures ſunt, & multipliciter à diuerſis diuiditur nobilitas. Primo Bart. *in l. 1. colum. 7. C. de dignit. lib. 12.* dicit triplicem eſſe nobilitatis ſpeciem, quædam eſt theologica, ſeu ſupernaturalis, quædam naturalis, & quædam politica.

De theologica, quam Bart. dicit eſſe ſpiritualem, eſt quærendum in conſpectu etiam iudicis, apud quem nulla eſt obumbratio, nec aliquid latet. Nam apud Deum eſt nobilis omnis, qui eſt in gratia faciente gratiam vel gratum. Et ſic omnis, qui eſt virtuoſus, & in ſtatu virtutis. Deus facit eum felicem & gratum ſibi, intellige Bart. de illa virtute, quæ facit, vt dictum eſt, hominem felicem, ſcilicet, ſi eſt in charitate, vt habetur per fratrem Bonauenturam de balneo, & S. Thom. *in l. 1. 2, quæſt. 110 & quæſt* 50. quos Bart. alleg. & per Magiſtrum ſentent. *lib. 1. diſt.* quem Bonus de Curti *in d. tract. de nobilitate in 2. part.* etiam allegat & hoc eſt verum, vt dicit Bart. & probatur 1. *Reg. 2. c.* vbi dicitur: Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contempſerint me, erunt ignobiles. Hæc etiam refert Barb. *in ca. 1. colum. 2. de don.* relatus per Bonum de Curt. *in dict. loco.* Et dicit Bart. quod iſtos nobiles non poſſumus pfecte cognoſcere, niſi per reuelationẽ, dicitur enim *Eccl.* 10. Neſcit homo, vtrum amore, an odio dignus ſit; & multi ſunt prædeſtinati, qui apud nos reputantur ignobiles, vt patet ex Apoſt. *ad Cor. 4 & 10. c.* Et de his nobilibus nobilitate Theologica, ponit text. *in can. nouit. cum duobus ſeq. de pœnitent. diſtinct.* 4.

Secunda eſt nobilitas naturalis, quæ poteſt conſiderari duobus modis, vt dicit Bar. Primo prout congruit animalibus etiam irrationalibus, & aliis etiam ſenſu carentibus. & iſto modo dicuntur nobilia ſecundũ bonitatem operationum, vt in brutis patet. Videmus enim quaſdam aues eiuſdem ſpeciei nobiles, & ignobiles: exemplum in falcone, aliquis dicitur gentilis, alius peregrinus, dicit idem Bart. *in tract. de falcone.* & Iacobin. de S. Georg. *in ſua inueſtu. feud. in verb. & cum venationibus. col. 2.* Idem dicit Bonus de Curtili, vbi ſupra de Leone, quem cunctis quadrupedibus omnes vel facile teſtantur nobiliorem. de quo meminit Ouid. *lib. de Triſtibus, Eleg. 4.*

Quo quiſq; eſt maior magis eſt placabilis ira,
Et faciles motus mens generoſa capit.
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni.
Pugna ſuum finẽ, cum iacet hoſtis, habet.
At lupus & turpes inſtant morientibus vrſi,
Et quæcunq; minor nobilitate fera eſt.

Et dicit idem Bonus de Curt. quod exemplo itidẽ ſunt duo canes Laconis vnico ventre editi, quorum alter ad leporem, alter ad ollam impetum fecit, vt teſtatur Eraſmus *in Mor. & in Chiliadib.* Et idem nos docet experientia in arboribus, in fructibus, in metallis. Et fere in omnibus etiam inanimatis, nec aliqua animam etiam vegetatiuam habentibus: Et in his cõſideratur maior nobilitas & excellentia, vel ab effectu maiore, vel à materia, vel à cauſa, vt dicit Bonus *in d. loco.* vt de pluribus in finali parte patet, de excellentia, nobilitate & laude diuerſarum rerum vltra hominem.

Secundo modo conſiderari poteſt nobilitas, prout cadit in homines iſta nobilitas naturalis: & tunc debet intelligi naturalis, id eſt, ratione naturali indiſtincta, quod nos Iuriſtæ appellamus de iure gentium primæuo, apparet; quia ſolis hominibus cõgruit, & de iſta nobilitate loquitur Philoſophus 1 *Ethic. cap.* 4. vbi dicit, quod nil aliud, quam virtus & materia determinant ſeruum & liberum, nobiles & ignobiles. Hoc autem non eſt intelligendum de omni virtute, ſed de ea, quæ competit aliquibus, prout ſunt apti dominari, non de ea prout apti ſunt ſubiici, vt patet per Philoſ 1. *Polit* 9.

Ex quo etiam dicit Bonus, vbi ſupra poſt Bart. quod hoc modo ſumpta naturalis Nobilitas, eſt quidam habitus electiuus in medio cõſiſtens circa ea, quæ pertinent ad præeſſe vel dominari. Et de hac nobilitate habetur *in c. nunquam de vitiis. diſt.* 56.

Tertia vero nobilitas dicitur politica, ſeu ciuilis, prout differt nobilis à plebeio, ſecun-

dum quod accepimus apud nos, & in foro noſtro, & de qua principaliter hic eſt quæſtio, quam magis diſcutere intendo, & de eius laude & excellentia declarare, & eſt proprie illa, de qua ſupra in prima conſid. dixi illam diffiniendo, quod eſt qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honeſtos plebeios oſtenditur.

Panor. vero *in c. venerabilis. col. 2. poſt prin. de præbendis.* aliter diſtinguẽdo nobilitatem, quam fecerit Bart. *in d. l. 1. C. de dignitatib.* dicit duplicem eſſe nobilitatem, generis, ſcil. & animi, de quibus cum aliis ſtatim dicetur: ſed in hoc Panor. fuit nimis diminutus; quoniam non omnes comprehendit.

Bal. vero *in l. nobiliores. C. de commerc. & mercat.* quem refert & ſimpliciter ſequitur Fel. *in c. ſuper eo. 2. extra de teſtib.* dicit tres eſſe nobilitatis ſpecies. Prima eſt ſtirpis & ſanguinis. Secunda virtutis, & hanc veram nobilitatem Philoſophus amplectitur, præcedentem vulgus. Tertia mixta, de vtraque ex præcedentibus ſpeciebus partem capiens. Et hanc veriſſimam cæteris, & omnibus laudabiliorem demonſtrabimus.

Plato vero diuidit nobilitatem, quam dicit eſſe quadrifariam. Vnam enim earum aſſerit, quibus clari, boni, iuſtiq; parentes fuere. Alteram parentes, qui potentes, aut Principes extiterunt. Tertiam cum noſtri maiores fama, & rebus bello geſtis vel publicis certaminibus parta corona claruerunt. Quartam, eamq; præſtantiſſimam omnium ſcribit eorum, quibus non aliena, ſed ſua virtus & animi magnitudo nobilitatẽ donauit, quos ſolos vult eſſe dignos, vt nobiles appellentur, ita dicit & refert Pogius Flo. *in tract. de nobilitate.* & hanc vltimam laudat Luc. de Penn. *in l. mulieres. col. 4. C. de incol. lib. 10.*

Ariſtot. vero *in 4. Politic* dicit etiã quatuor eſſe ſpecies nobilitatis: diuitiarum ſcil. generis, virtutis & diſciplinæ. Nihil quoq; prohibet, à patriæ ſoliq; natalis ſplendore nobilitatem interdum deduci. Nam amplitudo patriæ antiquumque decus plurimum valet ad laudem, gloriamq; comparandã: ſed ea perquam exigua eſt modiciq; momenti, vbi virtutis quoq; præſtantia accedat, quæ vel ſola verè hominem nobilitat. Proinde Themiſtocles, cum eſſet patria Atheniẽſis, Seriphio cuidam in contentione obiectãti, quod non propria virtute, ſed patriæ ſplendore glorioſus factus eſſet, recte reſpondiſſe fertur: *Neq; tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus extitiſſes, neq; ego, ſi Seriphius eſſem ignobilis.* ſignificans hiſce verbis, ſe rerum geſtarum magnitudine & gloria clarum factum, neque patriam ſolum ad id quicquam contuliſſe.

Sic Anacharſis Philoſophus, exprobranti ſibi Attico, quod Scytha eſſet, authore Laertio præclare reſpondit: *At nihil quidem mihi probro eſt patria, ſed patria tu.* Verum prætermiſſis aliis rebus, vnde nobilitas multifariam deſumi poſſet, videndũ eſt tantum de duabus eius ſpeciebus, duabus partibus, ex quibus humana coaleſcit ſubſtantia: corpori, inquam, & animæ congruenter reſpondentibus, ſcilicet, nobilitate generis, & virtutis.

Generis enim nobilitas eſt à maioribus & proauis deducta generis excellẽtia, & præſtabilitas: & hæc ſane corporis conditionẽ naturamque reſpicit; quandoquidem id ipſum naſcentes ex parentũ propagine traducimus.

Virtutis vero nobilitas eſt ob inſignem animi virtutem, morumq; probitatem cõparata excellens gloria & dignitas: quam quidẽ ad animum pertinere nemo dubitet, cum vſu aſſiduo bonæ operationis exercitio excultus animus eam ſibi peculiariter aſciſcat. De hac Chryſoſt. ait: *Ille clarus, ille ſublimis, ille nobilis, ille tunc integram ſuam nobilitatem putet, ſi dedignetur ſeruire vitiis, & ab eis ſuperari.* Vtrãque autẽ ſpeciem complexus eſt Apuleius, cũ de quodam dicit, quem non excellentia generis, ſed mores virtuteſq; nobilitauerunt.

Porro ex hiſce duabus coniunctis atq; vna cõnexis tertia oritur nobilitatis ſpecies vtramq; ſupradictarum complectens, ſcil. nobilitas generis atq; virtutis, quæ eſt tum generis, tum virtutis, in vno eodemq; homine præcellentia & eminentia: & iſta mixta eſt qualitas quædam proueniens à coruſcatione ſanguinis, à parentibus originem ſumens, virtutibus inde probis ac cõmendatis moribus illuſtra-

ed by Googl

illuſtrata: Et hæc, vt prædixi, cæteris tanquam præſtantior, excellentior, elegantiorq; anteferēda eſt autoritate notatorum *in auth. itaq, C. commun de ſucceſſ. & in c. 1. de treuga & pace*. Et quomodo inter ſe differant, quandoq; inter eas ad inuicē ſit habitudo, vide per Iod. Clictho. *in ſuo tractat. de nobilitate c. 1. & 2. & in 3. c.* ponit etiam, quomodo hæc vltima eſt præſtantior aliis, vt infra amplius dicetur, & per Bonum de Curt. *in ſuo tract. nobilitatis, in 2. part.* vbi ample. Aliam tamen diuiſionem nobilitatis vide infra *iſta parte in vltima conſid.*

QVinta conſideratio. An dabilis ſit vera nobilitas, quæ dici poſſit de numero laudabilium. Videtur, quod non. Quoniam ea, quæ ſunt, aut ſunt bona, aut mala, aut media: In malis nobilitatē nullus vnquam poſuit. Abſurdum eſſet rem à Deo laudatā atq; appetitam malam cenſeri. Sin eam bonum quid dixeris, id vel in animi bonis, vel externis, aut corporis ſitum erit. Nam in fortunæ bonis minime conſiſtit, quæ qui adipiſcuntur, non nobiles, ſed diuites appellantur. Sed ne corporis quidem bona, quæ ſunt valetudo & forma egregia, illam largiuntur: Nam ſi qua in vllo horum bonorum ineſſet, deficientibus opibus forma & valetudine, nobilitas quoque ceſſaret; ita ex ignobili nobilis, rurſus ex nobili ignobilis redderetur.

In bonis ergo animi, quæ virtutis dicuntur, eas autem in intellectualibus & moralibus diſtinguunt, an vlla ſit inquirenda: ſed prudentia prudentem, ſapientia ſapientem, iuſtum iuſtitia, temperantia temperantē, ita ex reliquis virtuoſum non nobilē fieri certū eſt. Nulla quippe eſt vna virtus, quæ ex ſe nobilitatem producat, neq; omnes illam generabunt, ſed felicitatem, ita nec virtus ea, nec vitium. Nec videtur eſſe in his, quæ media dicuntur, cum nunc bona, nonnunquā mala ferantur pro varietate vtentium: ſi nobilitas ita eſſet, ea & bona & mala haberetur. Ex quo ſequeretur, vt boni maliq; pariter nobilitate potirentur: quod cum ſit abſurdiſſimum, videtur ex his nihil nobilitati comparari poſſe.

Hoc & alia ratione videtur eſſe probabile, vt dicit Pogius Flor. *in tractat. de nobilitate*. Nam ſi quid ea eſt, aut in expetendis aut fugiendis rebus conſiſtit. In his ſitam dicere ridiculum ſane videtur, cum nullus ſanæ mentis ſugienda appetat. In expetēdis vero multo minus: Ea namq; appetere debemus, quæ ratio præſcribit & ſapientia: hæc ſunt honeſta, & quæcunq; nos beatos ac felices præſtat. Sed nobilitas cum neq; virtutes aliquas, neq; bonum quid afferat nobis, quo meliores, ditiores, aut beatiores efficiamur, cur appetenda ſit, non intelligo; ergo ea nihil eſſe videtur.

Eodem modo neque in laudabilium, neque in vituperabilium numero adſcribetur. Non enim vituperatur, quod laudatur atque expetitur etiam à bonis. Ergo in illis nulla ineſt nobilitas, aut multo minus in reliquis. Laudabile enim omne à virtute progreditur. Siquidem bene, hoc eſt, virtuoſe agitur, laudabile eſt, & id ſecundum aliquam virtutem. Sed nulla eſt virtus, quæ vocetur nobilitas, aut ex qua illa oriatur. Neque etiam ex nobilitate laus aliqua cuiuſpiam honeſti operis deſcendit; ergo in laudabilium conſortio non erit.

Præterea, ſi qua eſt nobilitas, ea aut in homine, aut in ipſa collocabitur. Si in homine, aut natura, aut acquiſitione comparatur. Si in natura venit nobilitas; tunc omnes ſimiliter naſcentur nobiles, quod nullus vel mediocriter doctus concedat.

Si acquiritur, id agendo vel operando continget. At ex actionibus operationibuſque boni, mali, prudentes, docti, induſtri, & ſimiles redduntur, non nobiles. Neque eſt aliquod opus proprium, ex quo veluti ex officina aliqua, nobilitas excudatur.

In rebus vero ſi eſſet poſita, hæc abſq; ſtudio noſtro in quemcunq; e incideret, nobilem veluti diuitiæ diuitem redderent, his

abſentibus ignobiles fieremus: quo pacto ſepius cum ipſis rebus à nobis migraret nobilitas, & iterum tanquam in antiquum hoſpitium ſua ſponte rediret.

Ex quibus (vt ait Pogius *in loco ante dicto*) apparet, nihil eſſe hanc præter iacturã quandam, quæ nos deliros efficiat: Etiam abſque illa effectione cogitans (vt inquit) non videt, cur hoc inanis fabella adeo exoleuerit, aut quid boni vel vtilitatis habeat hæc, quæ dicitur nobilitas, cur tanti ab hominibus pendi mereatur.

Sed tandem poſt multa hincinde argumẽta, ex dictis Ariſtotelis & Platonis, laudat illam verã nobilitatem, quam dicit eſſe ſplendorem quendam ex virtute progredientem, qui ſuos poſſeſſores illuſtrat, ex quacunque conditione emergentes: laudando Stoicorũ opinionem, qui non ad vulgarem nobilitatem, quæ dicitur generis, attendunt, ſed ad illam, quæ ex virtute procedit; hi, vt alia multa; ita & hoc veriſſime videntur dixiſſe, Nobilitatem ex ſola naſci virtute. Et author huius fuit Plato, qui quadrifariam nobilitatem ponit, vt *in praeceden. conſideratione* dixi: Et ex dictis Pogii videtur, quod nulla alia nobilitas ſit de numero laudabilium, quam nobilitas virtutis, ſed ex ſeptima conſideratione ſeq. facile cognoſci poterit, quod quælibet nobilitas ſit de numero laudabilium.

SExta conſideratio. Licet etiam nobilitas generis ſit de numero laudabilium, & cõmendabilium, vt in ſequenti conſideratione dicetur; tamen ob illam non eſt animo intumeſcendum, nec eſt inaniter & vane gloriandum de generis nobilitate; Quoniam, vt dicit Boetius *in 3. lib. de conſolatione Philoſophiæ,* alienum eſt bonum atque à parentibus deriuatum etiam; quoniam laus à parentib. emanans, ipſos quidem parentes claros reddit, filios vero nequaquam, niſi propriam habeant virtutis claritatem, qua ſint inſigniter ſplendidi: Quæ ſi ad claritudinem refertur, aliena eſt. Videtur namque eſſe nobilitas quædam de meritis veniens laus parentum: quod ſi claritudinem prædicatio facit, illi clari ſint neceſſe eſt, qui prædicantur, quare ſplendidum te (ſi tuam non habes) aliena prædicatio non efficit: Quod ſi quod eſt in nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolum, vt impoſita nobilibus neceſſitudo videatur, ne à maiorũ virtute degenerẽt. Satius autem eſt, me meis rebus geſtis florere, quam maiorum opinione niti, & ita viuere, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum; vt ait Tullius contra Saluſtium. Et de hoc Saluſtius *in Iugurthino in oratione Marii* allegat. per Lucam de Penna *in l. mulieres. col. 4. C. de incolis, lib. 10.*

Dicit tamen Baptiſta Mantuan. magnum virtutis adiumentum claris ortum eſſe parẽtibus. Solent enim iuuenes, qui aliquid indolis habent, ne degenerare videantur, maiorũ ſuorum dignitatem æmulari, & ad paternarum laudum aſpirare felicitatem. Sic Philippi nomen Alexandrum, ſic maioris Aphricani gloria minorem Scipionem, ſic Cæſaris Iulii fama Octauianum excitauit; ſic denique Pyrrhus Achilleides erat animoſus imagine patris: & hoc ample declarat Iudocus Clictouæus *in tract. nobilitatis. ca. 5. & 7.* vbi etiã ait: *Quia vero nullam maiorem hereditatem poſſunt filiis parentes tradere, quam rerum bene geſtarum gloriã, & integritatis anteactæ vitæ laudem:* quia teſte Cicerone in officiis, optima hæreditas à patribus traditur liberis, omniq; patrimonio prẽſtantior, gloria virtutis rerum geſtarum, cui dedecori eſſe nefas & vitiũ iudicandum. Cui concordat illud Platonicum: *Gloria parentum natis eſt præclarus magnificuſque theſaurus.* Ideo filii illam hereditariam traditionem libenter amplecti debent, ardẽter ſine mora & deliberatione ſuſcipere, & ad ſuum vſum ſedulo accommodare: atque ex adita huiuſmodi hereditate id capere commodi, vt inuentario & contemplatione virtutis & gloriæ paternæ incitentur animoſius ad præclaram ipſius æmulationem. Quiſquis enim (niſi iners) cum maiorum ſuorum res præclare geſtas animo diligenti contemplatur, non parum ad dignam earum imitationem prouocatur. Cum autore Saluſtio, Publius Scipio, & Q. Fabius, cum maiorum & magnanimorum virorum imagines

gines inſpicerét, quam maxime ad virtutem ſe inflammari ſolitos eſſe dixerunt. Ita Iulius Cæſar inſpecta Alexan. Magni imagine, magnarum rerum agendarum gloria incéſus eſt. Qui etiam (vt ſcribit) conqueri apud amicos ſolitus erat, ſe ea ætate nihil adhuc præclarũ geſſiſſe aut memorabile, qua ille totum fere orbem ſuæ ditioni ſubegerat: Ita Alexandrũ ipſum, philippi patris triumphi, tanquam admotis ſtimulis, ad decus & famam, denique ad nominis ſui immortalitatem comparandã impulerunt. Sic Themiſtocles quoque poſt pugnam Marathoniã (in qua Milciades Dux Athenienſium vires Perſarum magna virtute contriuit) inſomnes agens noctes per vrbem ferebatur vt amés: Interrogatus quid ita pernox diuagaretur per vicos: quia, inquit, trophæa Milciadis me excitant, nec placidã mébris dat cura quietem. Enimuero prouocatus illuſtri Milciadis triumpho, ſecum animo agitabat, quonã pacto tale quidpiam pro patria præſtaret: de quo ſupra *in 1 part in 21 conſider. verſi. hinc eſt.* vnde Fauſtus Poeta Regius accommodate ait:

Eſt aliquid, clarus magnorũ ſplendor auorũ,
Illud poſteritas æmula calcar habet.
Scilicet vt nullus tantis ſit degener actis,
Magnanimũ pectus ſtrenua facta mouét.
Ceu tenet inſtantem catulus cum viderit vrſum,
In patrias vires æmula corda mouet.

Et authore Valerio *lib. 2. c. de inſtitutis*; Maiores natu in conuiuijs antiquorum egregia opera carmine comprehenſa ad tibias canere ſolebant, quo iuuenum animi ad imitanda alacriores redderentur: Et vlterius ait: Quid hoc ſplendidius, quid etiam vtilius certamine? quas Athenas, quam ſcholã, quæ alienigena ſtudia huic domeſticæ diſciplinæ prætulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricij, Marcelli, Fabij. Refert & Leonardus Aretinus in opuſculo actorum ſui temporis: ſe adhuc adoleſcentulum, conſpexiſſe in tabula depictam F. patriarchæ inſignis poetæ imaginem, in cubiculo, quo detinebatur captiuus, repoſitam, eiuſque contemplatione mirum in modum ad ſtudia literarum, & humaniores diſciplinas exarſiſſe. Quia ſi mutæ imagines cælatæ, aut pictura deformatę, ſi externi & nullo nobis vinculo ſanguinis coniuncti, ſuarum magnitudine virtutum, inſigunt aculeos generoſo animo ad virtutis amorem; quid proderit viua & ſpirans vox, pariter & facies atque acta parentum. Certè nullum efficacius poterit liberis oſtédi exemplum, quo acrius incitari debeant ad recte honeſteque viuendum. Proinde Æneas Aſcanium filium ſuum ad virtutem incitat verbis ſequentibus, vt ait Virg.

Diſce puer virtutem ex me, verum q; laborẽ,
Tu fa. ito, mox cum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.

Verum etiam ad propoſitum faciunt ſacræ literæ. Nam habetur *Exod* 25. quod iuſſit Dominus Moyſi fabricaturo tabernaculũ fœderis: *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod ibi in monte monſtratum eſt.* Cuius verbi ſenſu allegorico præceptum eſt nobis, conſiderare, vtrum quempiã, in monte ſublimitateque perfectionis vitæ conſtitutum in quo omnigenum virtutum exemplar eminentiſſime diluceat, & ad illius rectam imitationẽ noſtram componere vitam. Proinde ſapiens, vt ſcribitur *Eccleſ.* 4 nos hortatur ſic: Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Et ſubſequitur: Omnes iſti in generationibus gentis ſuę gloriã adepti ſunt, & in diebus ſuis habent in laudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: non vtique ad vanitatem aut inanem nominis ipſorum excellentiam, ſed ad prouocationem auditorum in virtutum officia, ac pręclaras vitę actiones. Rurſum Matthias inclytus legis Moſaicę propugnator & vindex, Maccabęorumque pater, prope moriturus, filios ſuos ad fiduciam habendam, & fortiter pro Dei legibus certandum hortatur, exemplo maiorum, & antiquorum patrum, qui iuſtitiam ſectari, diuinaque iuſſa complentes, eximiam conſecuti ſunt laudem. Nunc ergo ait (vt habetur 1. *Maccab.*

2.) O filii æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum, & mementote operum patrum, quæ fecerũt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Item, Dominus ipſe virtutum, & cœleſte earum iubar, diſcipulis & nobis omnibus, qui eius diſcipulatum ſuſcepimus, conteſtatur: ſcribitur *Iohan.* 13. Exemplum dedi vobis, vt, quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Et imitari Deum debemus, qui facit oriri ſolem ſuper bonos & malos. *cap. vlt. 28. diſtinct.* Et imitatio Chriſti eſt nobis neceſſaria, ne ab eius corpore ſeparemur. *ca. Dominus. 66. diſtinct. & c. præpoſuiſti. 82. diſtinct.* Nam, ſi filii Dei ſumus, quæ ipſe fecit, imitari debemus. *ca. Dominus. 86. diſtinct.* Item, Chriſtus dedit nobis exemplum imitationis, in patientia & humilitate. *c. Dominus. 93 diſtinct.* Quinimo, nihil æque clariſſimos noſtræ religionis viros prouocauit ad arduum virtutis iter capeſſendum, quam vt audiat, aut conſpecta ſanctorum patrum antiquorum vita, ad quorum imitationem ſe totos dedere. Hæc Iudocus, vbi ſupra.

Sed quid; Quibus vnus idemque pater eſt præcipuus & primus, ii nullum habent originis diſcrimen, atque diuerſitatem. Omnibus autem hominibus idem eſt pater cœleſtis, quem diuina inſtitutione edocti, cum oramus, dicimus: *Pater noſter, qui es in cœlis.* Pater, inquam, animarum noſtrarum, quas omnes ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecit: Ipſe enim fecit nos, & non ipſi nos. Et hoc comprobat Boeti. *in 3. Conſolationis Philoſophiæ,* quem etiam alleg. Luc. de Pen. *in l. mulieres. C. de incolis. lib. 10.* ſed non omnia eius dicta, prout Iudo. *in d. tract. de nobilitate. c. 5.* & ita inquit:

Omne hominum genus in terris, ſimile ſurgit ab ortu:
Vnus.n. rerũ pater eſt, vnus cũcta miniſtrãs.
Ille dedit Phœbo radios, dedit & cornua lunæ.
Ille homines etiã terris dedit, & ſydera cœlo.
Hic clauſit mẽbris animos, celſa ſede petitos,
Mortales igitur cunctos, edit nobile germen.

Subdit & Iudoc. quod ignobiles animo ſunt, qui degenerant à ſua origine, quicunq; à Deo omnium authore, per vitiorum abrupta diſcedunt, diuinam in ſe dedecorantes imaginem, inducenteſque nebulam illi: Vnde recte degeneres dicuntur, & ingeneroſi, quemadmodum Boetius in loco prætacto ſuccinit:

Quid genus & proauos ſtrepitis? ſi primordia veſtra,
Authoremq; Deũ ſpectes, nullus degener extat,
Ni vitiis peiora fouens, propriũ deſerat ortũ.

Sicut etiam per ſcripturam loquitur nobis Dominus, 1. *Reg.* 2. Qui contẽnunt me, erunt ignobiles, & apud Deum peccatores efficiũtur infames. *c. Domino ſancto. 50. diſt.*

Quod ſi corporum originem conſideremus; & illam comperiemus in omnibus eandem, vtpote, terram & lutum, ex quo formatus eſt homo, vnde *Gen.* 2. Fecit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & *Iob.* 25. Homo putredo; & filius hominis vermis. & iterum *Iob.* 7. Induta eſt caro mea putredine, & ſordibus pulueris. Proinde ſapiens dicit in contemptũ ſuperbiæ, quam egregii maiorum tituli, aut ſtemmata clara parentum, aut alia quæuis excellentiæ materia ſuggerit, inquit *Eccle.* 10. Quid ſuperbis, terra & cinis: Et de vnoquoq; noſtrum nimirum dicitur, vt habetur *Gen.* 3. *cap.* quod puluis eſt, & in puluerem reuertetur. Hæc profecto ſunt omnium nobilitatis inſignia, cinis, inquã, puluis & terra, quæ nobiſcum vel inuiti ferimus ſemper, & animo fixa aſſidue meditari contuerique debemus, more nobilium huius mundi: qui maiorum ſuorum inſignia effigiata geſtant, aut veſtibus tapetiſque intexunt, ſplendidarum domorũ parietibus inſculpunt, vt ſupra *in prima parte.* dictum eſt, vbi de armis fit mentio. Cumque ad extremos dies peruenerimus morte reſoluti, communem omnium matrem, terram, repetemus, quæ nobilium huius ſeculi ab ignobilibus nullum facit diſcrimen: omneſque ſine delectu ſuo ſinu receptat in fauillamque redigit. Perit enim morte atque intercidit clara nobilitas, gloria neque ſuos poſt funera comitatur alumnos, ſicut graui-

Digitized by Google

grauiter & præclare *lib.*2.dicit Boetius:

Licet remotos fama per populos means,
Diffuſas linguas explicet,
Et magna titulis fulgeat claris domus,
Mors ſpernit altam gloriam.
Inuoluit humile pariter & celſum caput,
Æquatq; ſummis infima.
Vbi nunc fidelis oſſa Fabricii manent?
Quid Brutus, aut rigidus Cato?
Signat ſuperſtes fama tenuis pauculis
Inane nomen literis.

Demum, vt ſubnectit idem Iudocus, primam noſtram ſecundum carnem originem, reducimus omnes in Adam, primum parentem noſtrum. Nam, teſte ſcriptura, *Actor.*17. Fecit Deus ex vno omne genus hominum, inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ. Cũ itaque omnibus, ſecundum corpus, idem ſit primarius author & pater, quid efferuntur, inſoleſcunt, & turgidi inflantur, qui ſpecimẽ & decus nobilitatis habent, ſuper cæteros ignobili domo prognatos, quid intumeſcunt more vtris vento diſtenti? Salomon quoque ſingulari ſapientia decantatiſſimus, & generis itidem nobilitate inſignis atteſtatur, idem mortalibus omnibus eſſe natiuitatis exordium, de ſeipſo ita verba faciens, *Sapien.*7. Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro: decem mẽſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. In inuolumentis nutritus ſum, & magnis curis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. Quod ſi hæc communis omnibus origo, & nouiſſima vitæ meta, altius animo infigatur atque inhæreat, ſalutaris erit medicina ad elationem ſuperbiamque (quæ ex carnis nobilitate ſuccreſcit) è mente huiuſmodi nobilium euellendam: expurgandam non aliter, ac Pauo, cum deformes ſuos ſpectat pedes, caudam, pennis ſtellantibus explicatam, illico demittit & inuoluit ad ima. Hæc Clictouæus, *in dict. cap.*5. Etiam vide quæ dicit ibi *in cap.*12. quæ recenſere volui, licet ad depreſſionem & humilitatem, & non ad faſtigium gloriæ & laudis tendant, cum hodie nobiles ſint ſatis ſuperque prætumidi; & nihil eſt, in quo de ſe gloriam & laudem non quærant & vendicent: quippe ait Luc. de Pen. *in l. militantib. Cod de dec. libr.*10. Nobiles vtplurimum ſunt ſuperbi, & licet habeant quatuor bonas conditiones: quia ſunt Magnanimi, Magnifici, Dociles & Induſtrii, Politici & Affabiles: tamen ſunt nimium honoris appetitiui, & progenitorum deſpectores, vt ait Luc. de Pen. *in l.*2. *C. nerũ ſtic. ad vl. obſeq. deuoc. li.*11.

Septima conſideratio. Inter plures eiuſdẽ qualitatis, ſcientiæ & dignitatis, præferũtur nobiles, vbi non eſt maior dignitas, quam nobilitas ſimplex, de quibus ſupra dixi. Ideo eſt firma concluſio, quod nobiles ſimplices præferuntur quibuſcunque aliis ſimplicibus plebeis, in quocunque actu, vbi comparent aut aſſiſtunt cum eis. Probatur *in l. honor ff. de honorib. ibi: origo natalium ff. de mun & honor. & in l. prouidendum, in verbo, nobiliſſimos. C. de poſtul. & in l.*1. *& ſi* & quod ibi not. Bart. *ff de albo ſcriben.* facit *l. fi. ff. de fid. inſtru. & in l.*1. *C. de conditis in pub. horreis. in verb. nobilis. li.*10. & ibi Io. de Pla. qui dicit per illum text. quod in electione officialis conſideranda eſt nobilitas. Et apud nos verbum, *Nobilis*, capitur pro quadam præeminentia, quæ nos à plebeis differre facit. *tex. iun. Ct. à gloſſ. in* §. *plebiſcitum. in ver. ſpecies ad fin. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. in* §. *interim. ibi: vniuerſi nobiliores. & in* §. *ſi qua vero. ibi: conuenit enim vnumquemque nobilium. in Auth. de defen. ciuit. col.*3. *text. in l. quaris. ibi: ſanctiſſimus & nobiliſſimus Imperator. ff. de natal. reſtit. & in ca. venerabilis. ibi: non generis, ſed virtutum nobilitas. extra, de praben. & in l. nobiliores natalibus. C. de natalib. reſtit. & in c.*2. *ex literis. in princ. ibi: duo nobiles. extra de ſponſal.*

Et de hac præeminẽtia nobilitatis ad plebeios dixi *in commentariis noſtris ſuper conſue. Duca. Burg. titu. Des droictz. & appartenan. à*

gent matriez.art.19 in gloſ.2. & tit.des enfans de pluſieurs lict.art.4 in gloſſ 1.

Aduerte; Quoniam, vt dicit Iudocus Clicto. *in ſuo tract. de nobilitate c.9.* generis nobilitas, ſemper apud homines præſtantiã quandam dignitatis habuit, & ſuper cæteros præeminentiam: teſtantur omnes Hiſtoriæ. Quia virtute (vt debet) coniunctus ſemper eſſe exiſtimatur, & ob præſtabilem virtutis excellentiam ſingulari ſplendore præfulgens, potiſſimum vero ſacræ Scripturæ teſtimonio, eius excellentia probatur, vt habetur *Deut.1.* vbi Moyſes de tribubus populi Iſraelitici viros ſapientes & nobiles conſtituit iudices. & 1 *Reg 9.ca.* Samuel vocatur nobilis, ob prophetiæ dignitatem. & 2. *Reg.23.* vbi Abiſai, frater Ioab, inter tres nominatus dicitur nobilior. & *Prouerb.31.* vbi vir commendatur ex titulo nobilitatis. ibi: *Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatorib. terræ.* & *Eccleſ.10.* vbi Rex laudatur; eo, quia nobilis, cũ dicat: *Beata terra, cuius Rex nobilis eſt.* Commendatur etiam Ioſeph ab Arimathia, quod nobilis eſſet *Marc.15.* etiam *Luc.9.* commẽdatur homo à nobilitate, ex quo ei datur ibi titulus nobilitatis. Et non abs re dictum eſt *Act.17.* quod ad Pauli prædicationem conuerſa eſt ad Dominum de gentilibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. Etiam probatur commendatio nobilitatis ex Ariſt.3. *Politico.c.6.* poſt aliquam commendationem, ait, quod nobilitas apud omnes in honore habetur. Inſuper quia conſentaneũ eſt ex mulieribus ortos eſſe meliores. Eſt enim generis virtus nobilitas; vnde recte à Seneca dictum eſt: Habet hoc proprium generoſus animus, quod concitatur ad honeſta. Neminem excelſi ingenii virum humilia delectant, & ſordida: quod lepide à Fauſto poeta Regio expreſſum eſt hoc diſticho:

Si te ruſticitas vilem genuiſſet agreſtis,
Nobilitas animi non foret iſta tui.

Ex quibus concludendum, nobilitatem eſſe de numero laudabilium & commendabilium.

OCtaua conſideratio. Nobilitas cauſatur ex multis. Primo, vt ante dictum eſt, ex nobilitate progenitorum, & de iſta primo pertractabimus, deinde de ea, quæ eſt virtutis: in qua dico, quod nobilitas cauſatur ex genere progenitorum: Quoniam, vt habetur *Sapi.3.* Gloria hominis ex honore patris ſui, & contumelia filii pater ſine honore: vnde etiam ſuſceptus ex patre nobili ſine alia dignitate efficitur nobilis. facit quod habetur *Prouer.18.* vbi dicitur, *Gloria filiorum, parentes eorum.* Et quod dicit Iob. de quo *Oſeæ 9.* Gloria eorum à partu, ac ab vtero & conceptu honor illius. & habetur *Deut.1.* De vtero veſtro, ſapientes & nobiles conſtitui Principes. & ſatis facit tex. *in §.1. Inſtitut. de ingenuis.* Et tamen intellige hoc caſu, quod non ex vtero ſimpliciter, ſed ex nobilitate patris, non matris. ita dicit Bald. *in l.fi. ad fin. C. de ſeruis fugit.* & Iaco. de Aluarot. *in c.1. tit. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, in vſibus feud.* ita quod Bart. & poſt eum Ioannes de Plat. *in l. exemplo. per illum tex. C. de decur. lib* 10. dicunt, quod non valeret ſtatutum, quod quis cenſeretur nobilis vel ignobilis ex ꝓgenie materna, ad quod facit *l.1. ff. ad municip.* Quod eſt contra conſuetudinem Comitatus Campaniæ, qua cauetur, quod ſi ex patre & matre vnus ſit nobilis, etiam ſi ſit mater, filius ſequitur conditionem illius: De qua conſuetudine ſeu ſtatuto, aut ſimili, fecit mentionem Guil. Benedict. *in ſua repetitio. cap. Raynut. in pr. in ver. Raynut. num.15. extra de teſtam.*

Et quod nobilitas conſideretur ex parte patris, non matris, dicit Barto. *in l.1. col.7 ver. videndum eſt vtrum. C. de dign. lib* 12 pro quo facit dictum Ciceronis in ſuis officiis, vbi ait: *Optima autem hereditas à patrib. traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior gloria virtutis, rerumq; geſtarum.* Faciunt etiam ad propoſitum dicta per eundem Benedicti *in loco hic ante allegat.* vbi ponit ample materiá cum regula & limitationib. & an licitum ſit alicui ſe denominari facere à matre relinquẽdo nomen patris. quæ vide ibi per eum, *num* 25.

Sed dictam opinionẽ Bart. & Ioan. de Plat. *in d.l. exemplo.* impugnat Domin. Philip. Dec. *in reg. fœmininæ ff. de reg. iur. in 9. col. & in cap. nouit. in 6. col. de iudic.* & D. Rochus de Curte

in c.

Digitized by Google

in c. ſi. in 16 colum. extra de conſuetud. & poſt eos Bonus de Curtili *in ſuo tract. nobilitatis. in 4. par. num* 38. dicentes: Quod ſi à Principe Imperatore, vel populo, qui neminem inſuperiorem recognoſcat, talis conſuetudo introducatur, valet: Quoniam quod nobilitas ſit à patre, hoc eſt, iure ciuili introductum, ſicut ius ciuile agnationis, quod tollit & mutari poteſt. §. *ſi Inſtitu. de legi. agna. tut.* Vnde in totum nobilitas à ſtatuto induci poteſt, vt notat Barto. *in d. l. 1. in charta ſi. ver. 3. ex prædictis, & in ver. 4. infertur. C. de d gnit. li. 12.* Paulus de Caſt *in conſ. 126 inci. dubitatur primo, in 4. dubio in nouis.*

Et ideo Bonus de Curtili inducit contra tales, qui faſtu ſuperbiæ ſe denominari faciũt à matre, ceſſante prædicta conſuetudine, de quibus etiam per eundem Guillelm. Benedicti *in loc. ſuprad ctó.* Et contra tales, qui dicũt ſe nobiles ex vtroq; parente. Et contra quoſdam, qui habẽt ſtatutum, quod nemo in Eccleſia eorum ſit canonicus, niſi ſit nobilis ex vtroque parente, de qua conſuetudine per eundem de Curtili ibi, circa quam non inſiſto, cum ſit vltra materiã noſtram, & propria officina ſit *in ca. pen.* quod incipit, *venerab lis. extra de præb.* vbi etiam tex innuit aliquẽ fore nobilem & illuſtrem ab vtroque parente.

Et vt ad propoſitum redeam; Iſta nobilitas generis eſt illa, quæ apud nos viſitatur, & practicatur. de qua ample etiam per Luc. de Pen. *in l. mulieres. in 3. col C. de dignitat lib.* 12. & iſta generis nobilitas eſt qualitas quædam, ſiue dignitas, proueniẽs à coruſcatione clari ſanguinis, à parentibus originem ſumens, & in liberos legitimos per carnem continuata. Ita diffinitur per Landulphum & Cardinalẽ *in cle. 2 in prin de ſ nten. excom.* Et vide de hac nobilitate generis Cœpollam *in ſuo tracta. de Imperat. militum eligendo. in 3. & 23. opin.* vbi ample. Dicit tamen Iudocus Clictonæus *in ſuo tract. de vera nobil tate. c.* 10. quod hæc nobilitas generis, vt vera ſit & perfecta, virtutibus eſt adornanda.

NOna conſideratio. Secundo, cauſatur nobilitas ex ſapientia; Quoniam in ſapientia vera nobilitas conſiſtit. *Sap.* 7. Omnibus nobilibus nobilior eſt ſapientia. Et vt habetur *Prou.* 8. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus precioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari: per eam Reges regnant, & legum conditores iuſta decernũt: per eam Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam, &, vt habetur *Eccle.* 9. Melior eſt ſapientia quam arma bellica, & ibi 10. *cap.* Precioſior eſt ſapientia paruaque gloria ad tempus, ſtultitia. & de hac ſapientia cum pauci illam habent, vide *Eccleſ.* 24. 25 & 29. vt ample. per Ioan. de Mõtelono *in ſuo promptuario iuris in verbo ſapientia.* Et hanc habuit Salomon, quam petiit à Domino, iuxta ea, quæ habentur *Sap.* 9. vbi dicit, Deus patrum meorum, & Domine miſericordiæ, qui feciſti omnia verbo tuo, & ſapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ, quę à ſe facta eſt, vt diſponat orbem terrarum in æquitate & iuſtitia, & in directione cordis iudicium iudicet, da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, &c. Et ſubiungit: Mitte illam de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, & ſciam, quid acceptum ſit apud te.

DEcima conſideratio. Quo ad nos, ex ſcientia noſtra quis conſequitur nobilitatem. Vnde & dicit textus *in l. prouidendum. C. de poſtul.* Meritum ſcientiæ ciuilis iuris, ipſo iure reddit peritum nobiliſſ. Vnde Vlp. dictus eſt nobilis, *l. 2. §. fin. in fine. de excuſa tut.* & nobilis. *l. diximus. in fin. ff. de excuſ. tuto.* Item, dictus fuit clariſſimus. *l. cuſtodias. ff. de publicis iudic.*

Hinc eſt, quod Princeps iuriſperitis reuerentiam habet. *l. quicquid. C de aduoc. diuerſ. ind.* Ex hoc, dicuntur Iuriſperiti à Principe prælionorari ſecundum Angelum. *l. cum ſalutatus. C de ſen. paſſis.*

Hinc etiam eſt, quod Doctores legũ ſunt ab omnibus honorandi, nec debent ab aliis, quantumcunque maximis, fratres appellari, ſed domini *l. 2. C. de off. diuerſ. ind.* faciunt ad prædicta, quæ dicit Fel. *in c. cum à Deo. in 3. colum. extra de reſcript.* vbi dicit, quod ſola literatura quem nobilem facit, *& pro hoc etiam facit textus in l. 1. §. eſt quædam ſancti ſſima. ff. de*

Vuu

[illegible] extraord. cognit. Ita voluit Angel. *in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudic.* Alex. *in additio. ad Bart. in l. 1. Cod. de dign. li. 12.* & faciunt, quæ dicit *in l. quiſquis. C. de poſtulan.* Faciunt quæ dicit *Barb. in rub. de off. deleg. in 3. col. & in conſi. 58 in 2. vol.* Imo ex tali ſcientia non ſolũ quis conſequitur nobilitatem, teſtante Caſſiod. *l. 9. epiſt. 8.* & Roderico *in ſpeculo vitæ lib. 2. c. 5.* ſed etiam honor, & vtilitas teſtante Imperatore Iuſtin. *in § ſumma. in procem. Inſti. ibi: & voſmet ipſos ſic eruditos oſtend. vt ſpes vos pulcherrima foueat totoque opere legitimo perfecto, poſſe etiam noſtram Rempublicam in partibus eius vobis credendam gubernari.* Hic dicit text. *in § fi. in finalibus verbis. in Authen. de hæred. & Falcid. col. 1.* neminem leges in anxietate, nec etiam in paupertate mori permittunt.

Bonus tamen de Curtili *in d. ſuo tracta. nobilitatis. in 3. part. num. 97.* dicit, quod Bar. *in l. iudices. Cod. de dig. li. 12.* videtur ſentire, quod non ſolum ſcientia ſufficit ad nihilitandum aliquem, niſi etiam cum ſcientia concurrat dignitas doctoratus, vel officium, vt dicit apparere ex verbis ibi poſitis; *qui tamen exuti dignitate inter priuatos habentur.* Idem videntur ſentire Cy. *in d. l. prouidendum.* & Alexand. *in conſ. 94. col. 2. verſ. ſed ita in 1. vol.* dum dicit, quod ſola ratione dignitatis doctoratus, doctor dicitur nobilis. allegat text. *in l. 1. § fi. ff. de excuſat. tut.* Idem ſequitur Romanus *in l. ſi vero. in § fallentia. ff. ſol. mat.* Licet ibi videatur quædam palliare pro concordia, dicendo; quod aut loquimur de nobilitate animi, quę virtutibus cauſatur, atque ſcientia, ſecundum Philoſophos; & tunc verum eſt, quod dicit glo. *in d. l. prouidendum.* ſcilicet, ſcientiam nobilitate ſuum poſſeſſorem, nulla alia adiecta dignitate.

Aut vero nos loquimur de politica nobilitate, ſeu ciuili; & tunc procedit, quod dicit Bart. *in d. l. iudices.* & alii ſupra allegati.

Rationem ibi diuerſitatis aſſignat, ex quibus concludit, quod ratione ſcientiæ ſimplicis acquiritur vna nobilitas, & ratione doctoratus alia: eo, quia doctoratus eſt dignitas, quæ datur in remunerationem, & compenſam laborum exactorum, *iuxta l. 1. Cod. de aſſeſſoribus & l. fi. C. de ſtatuis & imagi.* Et ſcientia confert vnam nobilitatem, quæ eſt animi. Aliam vero confert doctoratus, quæ eſt politica, aliam iudicatura: de quibus ſequuntur conſiderationes.

VNdecima conſideratio. Quod nobilitas cauſatur ex iudicatura: quoniam vt dicit Bart. *in l. iudices. C. de dignitatib. lib. 12.* Iudices ſunt nobiles. dixi ample *in commentariis noſtrarum conſuetudinum in titulo, Des enfans de pluſieurs licts. §. 4 in gl. entregens nobles.* Imo, vt ibi dixi, videtur, quod officiarii Principum ſaltem qui ſunt in dignitate ſpectabilitatis, aut clariſſimatus, cum habeant dignitatem, & dignitas, & nobilitas idem ſunt, vt dicit Bart. *in l. 1. C. de dignitat. lib. 12.*

DVodecima conſideratio. Quia cum doctoratus ſit dignitas. *c. quanto. de magiſtris.* Bar. *in 1. conſti. C 3. col. ver. quæ circa.* vbi communiter docto. Alex. *in conſ 15. 18. & 24. in 1 vol.* Fel. *in rub. de magiſtris & in c. quanto.* Aret. *in c. ſuper eod. col 2. ver 4 not. de teſtib.* infinita per eundem Bonum de Curt. *in d. 3. part. nu 99.* Et dicit Iaco. Bonaudi *in gloſſ ad Io. de Terrar. in verbo, officia. art 1 tertii tractatus*, quod magiſterium, & doctoratus ſunt honor, & dignitas. Et dignitas & nobilitas idem ſunt, vt dicit Bar. *in d. l. 1 C. de dignit. li. 12.* Et iſta eſt magis honorabilior inter plebeios, & coram populo, quam nobilitas præcedẽs, quæ ſola dicitur animi nobilitas.

Sed ex prædictis infert idem de Curtili *in d. ſuo tract. 3. par. num. 102.* quod virtuoſus, & doctor dicitur nobilis duplici nobilitate, animi ſcilicet & politica, ſeu ciuili. Secundum quod Bar. ſumit nobilitatem politicam. *in d. l. 1. C. de dign.* Et bene dicitur politica, ſeu ciuilis, eo, quia dicitur ſatis conferri per principem, ſeu Principatum tenentem: ex quo per collegium habens à principe priuilegium cõfertur, argu. text. *in l 1. ver. omnia facturum. de vete. iu. enucle.* vbi dicit ſe omnia facturum, quæ per iureconſultos facta ſunt. Quia ab ipſo omnis eis impartitur auctoritas. facit text. *in c. Apoſtolica. de preben. in 6.* & quæ dicit Fel. per illa iura, *& in c. cum acceſſiſſent. in rub. de conſti.* dum loquitur de Principe, confirman-

by Google

firmante ſtatuta ſui inferioris. Et iſta nobilitas apud nos tam in vim ſcientiæ legalis, quã doctoratus, ſatis practicatur in voce, & loquela, maxime apud Diuionenſes: quia omnes aduocati & doctores Diuionenſes dicunt ſe in titulis eorum nobiles & ſapientes; non tamen per hoc exempti ſunt à muneribus, prout nobiles origine, qui excuſantur ab omnibus ſubſidiis, impoſitionibus, & fenagiis Principis. Dicam de hac ſcientia legali amplius, quando tractabo, quod cæteris quibuſcunque eſt præferenda propter multa, quando ponam ordinem literatorum inter ſe.

DEcimatertia conſideratio. Nobilitas etiam ex alia virtute, quam ex ſupradictis cauſatur, & ſic generaliter ex quacunque virtute, vt ait Saluſtius *in Iugurthino*: quamuis virtus, & ſapientia conuertantur, vt quod de vna dicitur, de reliqua dictum intelligatur, Hierony. ad Celantiam. Et ſumma apud Deum nobilitas eſt clarum eſſe virtutibus: Vnde ille apud Deum maior eſt, qui iuſtior, non econtra. 40. *diſtinct. c. multi in fin.* Ioan. And. *in cap. venerabilis. circa medium. de preben. in nouella.* Et exteriora virtutum opera, viros eminentes in hac vita conſtituunt. 23. *q.* 4. *c. ſi non ex fides.* ad hoc etiam *c. ex ſtudiis. extra de præſum.* Vnde vt dicit Luc. de Pen. *in d. l. mulieres.* Nobilitas nihil aliud eſt, quam habitus operatioque virtutis in homine, vt in hac ſpecie illa etiam nobilitas, quæ ex bonis morib. procedit, includatur, iuxta illud:

Degenerant homines vitiis fiuntq́ minores,
Exaltat virtus nobilitando genus.

Vnde etiam Ouidius de Ponto *lib.* 1.

Non cenſus, nec opes, nec clarũ nomen auorũ,
Sed probitas magnos, ingeniumq́ facit.

Et alibi:

Nobilitas ſola eſt, animũ quæ moribus ornat,
Exaltare velis ſi quis inſignet honeſtas.
Quos ſublimes apex morum, licet ampla facultas,
Et patria deſit, & gloria ſanguinis alti.
Virtus nobilitat animum, virtute remotus
Migrat in exilium nobilitatis honor.
Nobilitas animi ſola eſt atq́ vnica virtus.

Et vt dicit Bald. *in l.* 2. *C. de commer. & mercat.* Quicunque eſt virtute præditus, eſt nobilis, &, vt dicit Hoſt. *in ſumma de inſt.* §. *ſi quis inſtitui. circa prin.* Non genus nobilitat hominem, ſed virtutes, & videntur probari *in l.* 1. *C. de cond. in hor. publ. ibi; nobilis prudens.* & ibi Bar. & Ioan. de Platea *lib* 10.

Et hæc eſt vera nobilitas, quæ plus eſt cõmendanda, quam illa, quæ habetur à parentibus, vt dicam infra: Imo hæc progreditur ad parentes. Vnde Tullius 3. *de off.* M. Cato ſententiam dixit. Huius noſtri Catonis pater, vt enim cæteri ex patribus, ſic hic, qui illud meruit ex filio, eſt nominandus. Ita dicit Luc. de Pen. *in l. mulieres. in* 2. *col. C. de dignitat. lib.* 12. Et facit, quod ſupra dixi *in parte præcedente*, vbi dixi, quod filius aduocati fiſci eſt cæteris præferendus.

DEcimaquarta conſideratio. Etiam nobilitas cauſatur ex quacunque dignitate: & de iſta habetur plene *in l.* 2. *C. de dignitat. li.* 12. Quoniam, vt ample dicit Bar. *in d. l.* 1. dignitas & nobilitas idem ſunt. Quandoque maxime accipitur prout facit quem differre à plebeis, de qua loquitur *in d. l.* 1. & etiam hic eſt intentum noſtrum, & illud probat ſic: Sola dignitas eſt illa, quæ facit à plebeis differre. *l.* 1. *in fin. & l.* 3. §. *tutores. ff. de ſuſpectis tut.* vbi Iacob. de Arena ponit, quod omnis carens dignitate, eſt plebeius, alias qui eſt in dignitate, deſinit eſſe plebeius, probatur *in leg. ne quis Cod. vt nemo priuatus.* Illud ergo, quod ſecundum mores noſtros appellatur nobilitas, illud idem eſt dignitas, quæ facit quem non eſſe plebeium. Propterea, vt dicit Bartol. hoc videtur eſſe expreſſum *in* §. *plebiſcitum. Inſtitut. de iure natur. gent. & ciuil.* vbi dicit gloſſ. quod plebs continet omnes, exceptis nobilibus. Et in text. *d.* §. appellantur nobiles patricii, & ſenatores, quæ habent dignitatem. facit *l. plebs. in princ. ff. de verbor. ſignific.* & ita concludit ibi Bart. Licet quodammodo videatur arguere intelligendo alio modo dictum plebiſcitum, quem videas. Et vt dicit Lucas de Penna *in d. l. mulieres.* iſta nobilitas extenditur etiam ad liberos: vnde ſuſceptus ex patre clariſſimo, ob

Digitized by Google

dignitatem retinet nobilitatem, *per d.l.1.C.de dignit.* Et, vt dicit, hoc progreditur etiam in aſcendentes, vnde pater nobilitatur ex nobilitate filii, *in Auth.conſtitutio, quæ de dignitat. §.generaliter.* Et idem dicit eſſe de nobilitate, quæ prouenit ex virtute, & ſcientia, de qua hic ante dixi.

Decimaquinta conſideratio. Etiam nobilitas cauſatur ex Ducatu, Comitatu, Baronia, vel dominio huiuſmodi: Et quanto maior eſt dignitas, tanto magis eſt nobilis, & de his maioribus dignitatibus dixi ſupra *in part.præcedente*, vbi poſui de Ducibus, Comitibus, Marchionibus. Hic vero tantũ loquar de Baroniis, & alia dignitate ſimili, vel inferiori.

Sed quia ſupra promiſi hic loqui de Baronia, & Principatu, videndum eſt, quis Baro, & quis Princeps dicatur. Nam Franciſcus de Curt.iunior *in ſuo tracta.feud.in 2.par.col.28. verb.ſed quia gloſ. & d.Ɛt.* dicit poſt Barbat. *in rep.extrauag.volentes.* illum allegando, non reperire textum formalem in iure exprimentem hoc nomen *Baro*, & ſubiicit, quod text. *in cap.1.quis dicatur Dux, Marchio Comes.* videtur tacite exprimere hoc nomen, dum dicit: *Qui vero à Principe, vel à plebe aliqua, aut plebis parte, per feudum fuerit inueſtitus, is capitaneus appellatur, qui proprie Valuaſor magnus appellabatur.* Nam, vt dicit, ſi ille textus recte ponderetur, importat hominem inferiorem à Comite: & ſic videtur intelligendus de Barone. Et ad hoc adducunt Bal. *in cap.1.in pr.qui feud.dare poſſunt.* dum dicit: *Sunt, quos vulgo Barones appellamus.* & refert quendam magnum doctorem ſic dixiſſe in ſua ſumma.

Addit Franciſcus vltra Barbatiam, quod illud probatur in illo text. iuncta glo. & eo, quod voluit Dominicus de S.Gemi. *in c.fundamenta.circa fi.de elect.in 6.* Nam tex. ibi facit mentionem de Barone. Et glo. declarat, quis dicatur Dux, Marchio, Comes, non autem declarat, quis dicatur Baro, ſed bene declarat quis dicatur Capitaneus: & tamẽ Dominicus de S.Gemi. ibi dicit, quod differentia ſit inter Principem, & Baronem, vt in gl. ergo ſentit expreſſe, quod capitaneus dicatur Baro: & iſtam eandem opinionem etiam tenet Aluar. *in d.ca.1.in 2.col. quis dicatur Dux, Marchio.* Et vt dicit idem Franciſcus ibi, Baro dicitur à Bares, latine vero grauis. Et etiam dicit Alb.de Roſa. *in ſuo dictiona. in verb.Baro.* quod Barones dicuntur graues perſonæ, à Græco vocabulo baria, quod idem eſt, quod authoritas grauis. & Calepi. *in ſuo dictiona. in ver.Baro*, ponit, quod Baro eſt vir fortis, à quo fit diminutiuum Barunculus.

Et licet ſupra dixerim, quod ex ordine literæ ex ſuprascriptione *cap.grandi de ſupplen. negligen.prælato* Barones videntur debere præferri Comitibus; tamen eſt fortis tex. in contrarium, *in d.cap.fundamenta.de elect.in 6.* vbi præponuntur Comites Baronibus, & ibi arguetur ab ordine literæ; Et maior eſt autoritas ſcripturæ diſpoſitionis, quam ſubſcriptionis. Et de his vide *ſupra in 5 part.in 47.conſid.* Mihi videtur, quicquid iſti boni patres dixerint, quod hodie Baronia ſit quædam dignitas, inter nobiles habens quandam præeminentiam inter ſolos ſimplices nobiles, poſt principatus ex conſuetudine introductam, & ex quodammodo vtendi diuerſimode ſecundum diuerſas patrias. Et apud nos proprie Barones dicuntur tales, qui habent præeminentiam aliquam vltra ſimplices nobiles, & ſubſunt ſub Ducibus aut Comitibus. Cũ, vt veraciter Dux dici poſſit, debeat habere decẽ Comites ſub ſe, ſicut Archiepiſc. debet habere decem Duces ſub ſe, & Rex debet habere decem Duces ſub ſe, ſeu decem Ducatus dignitatem habentes, vt notatur *in c.cõſtitutus, el 2 in 2.notab.extra de teſtib.* & facit text. *in c.ſcitote.6.q 3.* Dux vero Comites, & conſequenter Comes Barones, inquantum habet maiores ſub ſe, intantum eſt maior: ſic etiam Baro inquantum ſub ſe plures vaſallos, ſeu fundatarios habet, ſic maior dicitur. Quanto enim quiſque maioribus præeſt, tanto ipſe maior, & honeſtior eſt *in Authen. de defenſo. ciuitat. § noſtis tur* Vnde & illud Gloria regis in lata gente, & in diminutione populi contritio Principis. *1.q.4 § hiſta.ver.item Dauid* & quanto maiora quis tractat, tanto ipſe maior eſt. *de*

eſt. *de conſe. d. ſt. 5 c. de his vero.* Et Saluſt. *in procemio Catilin.* Maximam gloriam in maximo imperio putauere.

Apud nos etiam eſt adhuc alius terminus vulgaris & cõſuetudinarius, qui dicitur Banneretus: hic dicitur *Baron banneret*, qui videlicet tales dici debent, quod Banneriam, quo apud nos dicunt Vexillum, ante eorum dominum portare poſſunt. Et tales Barones ex conſuetudine noſtra maiorem poteſtatem habent, quam ſimplices domini habentes ſolum iuriſdictionem omnimodam: quoniam etiam in patibulis, ſeu furcis, eorum demonſtratur diuerſitas; eo, quia eorum patibula poſſunt facere ædificari cum quatuor pilaribus, & ſummitate aſcendente: ſimplices vero nobiles, hæc patibula faciunt duobus pilaribus, ſeu columnis, aut cum vna columna, ſeu potentia. Et tales Barones etiam apud nos habent ſigillum proprium, & Balliuos, qui ſunt iudices, ad quos ab eorum caſtellanis, ſeu præpoſitis appellatur, & de huiuſmodi Balliuis, ad Balliuum Principis.

Apud Neapolitanos vero, omnes quaſi nobiles habentes iuriſdictionem in ſuis oppidis, & caſtellis dicuntur Barones, & de his me remitto ad totalem vſantiam in ſuis locis obſeruatam: & de ritibus Neapolitanorum nobilium latius infra dicetur.

In multis tamen locis Franciæ non dicitur Baronia, niſi habeat quatuor caſtellaneas ſub ſe, hoſpitale fundatum, aut eccleſiam collegiatam, cum ſigillo authentico: Et hoc modo cum tales inueniantur, credo eas eſſe dignitates præcipuas ante ſimplicem nobilitatem, & poſt Comitatum.

De dignitate vero principatus ſpeciali, credo eam etiam introductam fuiſſe ex conſuetudine, & eſſe maiorem Baronia; quia licet non habeat in totum imperialia, & regalia, habet tamen aliqua, aut ex conſuetudine, aut ex priuilegio: vt eſt principatus Orengiæ Pedemonti, & Achaia. quæ habent iura regalia: vt videmus, & dixi ſupra *in 5. part. in 54. conſid.* Cum habeant Parlamenta, & alia regalia, & apud nos, quicquid ſit ex conſuetudine noſtra, excedunt dignitatem Baroniæ, & quaſi adæquantur Comitibus. Ideo huic conſuetudini ſtandum erit; cum in talibus multum operetur, vt dicit Bald. *in c. 1. §. Marchio. in tit. de his qui feud. dare poſſ.* & dixi ſupra in pluribus locis, quæ non repeto breuitatis cauſa.

Aduertatur tamen ad id, quod dicit Iacobinus de S. Georg. *in tractat. de feudis. in verb. Princeps.* vbi aliqua ponit, quæ hic nõ tranſporto. Et vide etiam quæ poſui *in conſuetudinibus noſtris Ducat. Burgund. in tit. des iuſtices & droits d'ſcelles, in §. 5. in gl. de prince.* vbi ponitur diffinitio huius dictionis, *Princeps*.

Et redeundo ad propoſitum, vnde digreſſi ſumus, ex Baronia, vel dominio huiuſmodi, quod dominus habet in homines, & fideles ſuos, cenſetur habere dignitatem, etiam ſi caſtrum habeat dignitatem, ratione cuius dignitatis præfertur omnibus aliis nobilibus.

Hinc videmus, quod in hac diœceſi Heduenſ. in introitu Epiſcopi Heduenſ. ſi aſſiſtant nobiles, præferũtur omnibus quatuor, qui dicuntur Barones, videlicet Baro de Sullyaco, Baro de Luxiaco, Baro de Motha S. Ioan. & Baro de Monte Petroſo. Qui tanquam primi huius diœceſis; eo, quia Barones præferũtur quibuſdam nobilibus, & obtinent primum locum, tam in ambulando cum Epiſcopo, aut iuxta Epiſcopum; quam in portando cathedram, ſeu tangendo, aut pallium portando, ex quo denotatur, quod iſta Baronia habet aliquid præeminentiæ vltra alios nobiles.

Et vt dicit Luc. de Pen. Hæc nobilitas nõ quæritur ex alio feudo, quam in quo ſunt vaſſalli, & fideles, ſecundum Andr. de Iſer. *in tit. de capitan. qui curiam vendidit. in c. 1. in fin. in vſib. feud.* Ita quidem, quod non ſint modici numero, ſed multi, vt not. ipſe Andr. *in vſib. feud. in tit. quibus modis feudum amittatur.* Imo etiam numero copioſo; eo, quia præmiũ dignitatis, ſeu nobilitatis eſt habere ſubditos. *in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. nolumus diuites & locupletes. eo tit. §. 1.* Et quãto quiſq; maioribus præeſt, tanto maior eſt, vt dixi hic ante.

Digitized by Google

Et, vt dicit Luc. de Pen *in d. l. mulieres* non dicitur vera nobilitas ex infeudatione, niſi ſit à Principe, vt *in cap. 1, quis dicatur Dux Marchio. & in l. 1. C. de domeſti & protect.* & quod ibi not. *& l. 1 C. de præpoſ. labor. lib. 12. & in l. vniuerſos. C. de decur lib. 19. in medio gloſ. illius, ibi: cum enim tale officium ſit à principibus.*

A Rege enim emanat origo dignitatum temporalium, vt ſentit Oroſ. ad Auguſtinũ, ad hoc *c. ita dominus. 10. diſtinct.* tamen dicit etiam Bald. *in conſil. 129. in 2. col. in 2. volum.* quod qui ex priuilegio, vel alias iuriſdictionẽ habet, dicitur nobilis: de quo dixi *in cõmentariis noſtrarum conſuetudinum Ducat. Burg. tit. des droicts & appart à gens mariez. §. 19 in gl. entre gens nobles. verſ. 4.* vbi etiam quædam dixi de nobilitate.

Hinc eſt, quod feudum nobile nobilitat ſuum poſſeſſorem. Aluar. & Iacob. de Beluiſo *in præludiis feudorum. in princ. in 10. col. tit. qui feud. dare poſſunt.*

Et dicitur nobile feudum antiquũ, quod eſt infeudatum nobili à Principe; ſecus ſi alteri, quoniam nobilitas ictu oculi non naſcitur, ſecundum Bald. *in præludiis feudor. in 10. diuiſione* alleg. *ſtemmata ff. de gradibus cognat.* Sequitur Dec. *in conſil. 52. colum. 2. poſt medium.* de quo ample per Bonum de Curt *in ſuo tract. nobilitatis in 3. part. nu. 200 & 201.*

Aduertendũ eſt tamen etiam ad id, quod dicit Luc. de Pen. *in l. cum neq. C. de incolis. lib. 10.* quod ſi ruſticus emat feudum nobile, nõ ex hoc fit nobilis: res enim à perſona ſumit conditionem, & honorem, & non econtra *l. iuſtiſſime. ff. de ædilitio edict. l. 1. C. de imponen. lucrat. deſcripto. lib. 10.*

Aduertendum eſt etiam ad huiuſmodi Barones, quod ipſi præcedunt milites, *ca. venerabilis. de confirm. vtili vel inutili. in ſubſcrip.* & Barb. *in conſi. 57. col. 2. in fi. cum. ſeq. in 2. vol.*

Et Luc. de Pen. *in l. fin. C. de manc. & colon. patrim. lib. 10.* vbi dicit, quod cum Reges haberent plures filios, nec omnes reges facere poſſet, eo, quod regnum ſectionem non patitur: Innoc. & alii *in c. licet. de voto*, & vni adminiſtratio regni eſt cõmittenda. *Arch. 2. q. 7. §. ſed cũ obiicitur.* donabant eis ampla caſtra cum iuriſdictione & imperio, inde vocabantur Barones, id eſt, Filii aliis excelſiores, ſecũdum eum, & pro hoc eſt bonus text. *in extrauag. volentes. ver. Comites. Barones, & Nobiles.* & ibi And. Barb. *in ſua eleganti repet.* & licet tex. in ſubſcriptione *c. grandi. ſupra alleg.* præponat Barones Comitibus; tamen Comites ſunt præferendi: vt dixi ſupra *in 5. part.* vt etiam tenet Franc. de Curt. *in tract. ſuo feudorũ. in 2. part. princ. ver. principaliter videndum eſt,* niſi tamen tales Barones eſſent filii Principum; quia etiam præferri debent Comitib. ſicut Comites filii Regum præferuntur aliis Ducibus, dixi ſupra *in 5. part.*

DEcimaſexta conſideratio. Cauſatur interdum nobilitas ex communi opinione, puta ſi aliquis communiter pro nobili habeatur, *l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtructo, inſtrumentoq. leg. l. 1. §. 1. ff. de fluminibus. l. fin. ad fin. C. ſi ſeruus, aut libert. ad decurio. aſpira. & C. mandati. l. ſi pro ea.*

Et horum nobilium infinitus eſt numerus, & tales non ſunt veri nobiles, ſed aſſeri tales: vt dicit Luc. de Pen. *in d. l. mulieres. in 3. col. Cod. de dig. lib. 12.* Nihil enim ſtultius eſt, quam ſentire opinione vulgi aliquẽ eſſe beatum, vt ait Tull. *de leg.* Sed huiuſmodi aſſertiones quandoq; ſunt mendoſæ, vt facit text. *in l. ſi priuatus. in 2. reſponſo. ff. qui & à quib. & ff. de off. prætoris. l. Barbarius.* Sic etiam falſa erat aſſertio, quam de Ieſu turbæ faciebant. Nam alii dicebant ipſum eſſe prophetam; alii Io. Baptiſtam, & dicitur *Luc. 9.* Dicit tamẽ Fel. in hoc *in c. ſuper eo. de teſtib. col. 3* quod inhærendo communi opinioni vulgarium, ſecundum quam verba intelligi debent, cum de nobilitate fit mentio. intelligitur de nobilitate generis. notat Matthæus Mattheſilanus *notabili ſuo 103. in c. not. quod ſi capitulum.* Quod an ſit verum, vide Bonum de Curt. *in d. ſuo tract. in 3 part. nu. 179 & 180.* vbi arguit in contrarium; eo, quia verba ſunt intelligenda, ſecundum modum loquendi peritorum, & videatur ibi, non inſiſto:

Et ideo hoc caſu dicit Soci. *conſi. ſuo 246. col. 2. verſ. prima ratio*, quod non ſufficit in tali caſu dicere, quod talis eſt nobilis. Imo etiam

Digitized by Google

iam dici debet, quod talis reputatur. Faciunt quę dicit do. meus Iaſ. poſt Bart. & alios *in l.* 1. *C. teſta.* vbi dicit, quod non ſufficit, quod dicatur quod teſtis eſt infamis, aut excommunicatus: ſed etiam requiritur, quod dicatur, quod talis tenetur & reputatur. Idem tenet Bart. *in l. ſi arbiter. C. de ſententiis. & in l. ad teſtium.* §. 1. *& in l. cum lege. ff. de teſtam.*

Et ad prædicta faciunt, quæ dicit Paul. de Caſtr. *conſi.* 107 *col* 2 *&* 3. alleg. per Arch. *in c.* 1. *de conſuet. lib* 6 Phil. Dec. *in c. non t. in* 6 *not. de iud. & in l. fœmina. in* 9. *col. ff. de regul. iur.* Rochus de Curte *in repet. c fin. col.* 16. *verſi.* 7. *infertur de conſuetudine.* Alber. de Roſa *in* 1. *part. ſtatutorum. quæſt.* 137. facit text. *in l.* 1. §. *quotidiana. ff. de aqua quotid. & æſtiua.* Facit quod dicit idem Dec. *in cap. ad aures. in princ. extra de reſcript.* Faciunt, quæ dicũt Hoſtienſ. Ant. de Butr. & Abbas poſt alios *in cap. illud. de præſcrip.* Bal. *in l. ſiue poſſidetis. in* 4. *oppoſit. C. de probatio.* cum ſimilib. per Dom. Decium adductis *in conſi.* 118. *col.* 1. *ad fin.* Et Domin. Franciſcum Balbum *in ſuo tractatu de præſcri. in* 3. *part. in* 17 *col. in fin. verſi.* 3. *præmiſſa.* vbi dicunt, quod ſi quis longo tempore fuit reputatus clericus, & in poſſeſſione beneficii etiam curati, habet intentionem fundatam, & clericus præſumitur, & rector beneficii.

Et ideo hæc nobilitas probari poteſt per famam, quod fama eſt, quod talis reputatur nobilis. Bald. *in l. prouidendum. C. de poſtul.* Alex. *in addit. ad Bar. in l. de minore.* §. *tormenta. col. penult. ff. de quæſt.* ſequitur idem D. Dec. *in c.* 1 *in* 4. *col. in princ. verſi.* 2. *caſus extra de appel.*

De hac materia; quomodo ex communi opinione & reputatione quis probatur nobilis, vide Bonum de Curt. *in tract. ſuo nobilitatis, in* 3 *part. num.* 160. 161. 162. Et alium modum nobilitatis probandæ ponit Card. Alexan. *in cap. per venerabilem.* §. *quod autem. col.* 22. *cum ſeq. extra qui filii ſint legit.*

Faciunt & vltra, quæ dicit Bart. Cæpol. *in ſuo tract. de imperat. milit. eligendo, in verb. nobilitatis, ver.* 11. *fuit opinio.* vbi dicit, quod ſtatuta & conſuetudines loci, faciunt quem eſſe nobilem, qui alias non eſſet: quia ibi ratione ſtatuti, aut conſuetudinis, reputatur talis, vt eſt apud Venetos, & Florent. apud quos ex eorum ſtatutis, & conſuetudinibus, reputantur nobiles tales, qui alias de iure nõ eſſet: & hoc dicit probari *in l.* 1. §. *pen. ff. de muner. & honorib.* Et hoc ſentit Bart. *in l. vn. C. de mulierib. & in quo loco. lib.* 10. *in* 2. *col. verſ. ſed quæro, quæ dicantur. ver. venio ad ſecundum.* vbi dicit, quod honor eſt ille, qui ſic reputantur in loco, & ſic officium in vno loco reputantur honor, alibi non. *alleg. l. munerum, circa princ. ibi: calendarii quoque. ff. de mune. & honor.* vbi hoc optime probatur. Et faciunt, quæ dicit Ioan de Imo. *in cap. de multa, in fin. extra de præb.* quod ad diſcernendam dignitatem ſecularem attendenda eſt conſuetudo, ſicut attenditur in beneficiis Eccleſiaſticis, per ea, quæ habentur *in cap. cum olim. extra de conſuet.*

Et ideo, vt dicit Cæpol. *in loco ſupra allegato.* Cum apud exteras gentes ſint in hoc diuerſæ conſuetudines, neceſſe eſt, vt diuerſis modis nobiles cenſeantur, & in caſu prædicto, vt dicit ibi, nobiles ſunt ex ſtatuto, vel conſuetudine, qui admittuntur ad conſilia & officia, non comprehenduntur Baſtardi & Spurii, vt notat Baldus *in l. cum legitime. ff. de ſtatuis & imaginib.* Aluarotus *in c.* 1. *in antepenult. colum. in princip. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, in vſibus feud.* dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetudinib. Ducatus Burgund. titul. Des ſucceſſions des baſtards.* §. 3. *in gloſſa* 1. *in fine.* vbi dixi, quod ex conſuetudine Franciæ baſtardi retinent nobilitatẽ, & poſſunt portare nomen, & arma domus, pro hoc etiã videatur Bonus de Cur. *in d. tract. in* 4. *part. num.* 45. *&* 46. vbi ample.

Vnde, vt dicit text. *in l. generaliter.* § *ſpurios. ff. de decur.* Spurii ad honores, & decurionatus non admittuntur, nec etiam ad beneficia. *c. cum cunctis. de elect.* propter tamen ſua merita, virtutes & commendatos mores, nedum ad beneficia ſimplicia; imo etiam ad maiores dignitates, & Pontificatus ſedem, admittuntur. *c.* 1. §. *Sed & hoc intelligendum.* 56. *diſtin.* prout fuerunt Felix III. natione Romanus, qui ex Felice patre presbytero fuit, Gelaſius natione Afer ex patre Epiſcopo

Valerio

Digitized by Google

Valerio natus eſt, Agapitus natione Romanus, ex patre Gorgia præsbytero originem duxit. Quam plures etiam alii fuerunt qui ex ſacerdotibus nati Apoſtolicæ ſedi præfuerunt. De quibus *in c. Oſyris. 56. d. ſt.* Dicit tamen ibi Ioan. de Rurrecremat quod licet tales fuerint filii ſacerdotum; non tamen erant ſpurii; quia fuerant ſuſcepti in laicali ſtatu parentum, & antequam ad ſacros ordines fuiſſent promoti.

Hinc & vlterius idem Cæpol. *in d. tract. in verbo, nobilitatis. in 18. opinio.* quod conſuetudo, & ſtatuta Venetorum faciunt aliquos nobiles, qui alias de iure non eſſent nobiles: quoniam, vt dicit, licet mercatura impediat nobilitatem; tamen apud eos ſi fuerint de ſenatu eorum, vel de certis familiis, & ſi exerceant mercaturam, non perdunt nobilitatem ex ſtatutis, & conſuetudine illorum, quod dicit eſſe verum, ſi exerceant mercaturam magnam, & copioſam; ſecus ſi eſt tenuis & vilis, vt ſentire videtur M. Tullius Cicero *in libr. de officiis.* Tamen quicquid ſit mercatura: eſt contraria nobilitati, cum eis ſit interdicta, *l. nobiliores. C. de commerciis & mercat.* Et de hac nobilitate Venetorum non obſtat eorum mercatura, etiam meminit Bonus de Curtili *in dict. ſuo tract. 3. part. num. 134. & 135.*

Decimaſeptima conſideratio. Nobilitas cauſatur, & inducitur ex Principis conceſſione, ſiue priuilegio, quod poteſt facere Princeps, ſecundum Bald. *in l. ſacrilegii. C. de diuerſis reſcriptis.* facit tex. *in c. cum redemptor. 12. q. 2. & in l. 2. & fin. ff. de natal. reſtit.*

Et talis ſic nobilitatus à Principe nõ perdit iura popularium. Bart. *in l. Alexandrinus. Cod. de decu. lib. 10.* facit *l. quod fauore. C. de legib. cum vulgarib.* Nobilis effectus popularis non perdit nobilitatem. Alex. *in conſi. 37. in 5. vol.* Bal. *in l. per adoptionem ff. de adopt.*

Contrarium tamen in hoc videtur deciſum *in tractatu* intitulato, *Speculum humanæ vitæ. lib. 1. cap. 8.* dicens. Non recte dici poſſe, Principem ſua voluntate eos efficere poſſe nobiles, qui ex plebeis orti ſunt parentibus. Vnde requiſitum quadam die, plurimumque laceſſitum precibus Sigiſmundum Cæſarem à quodam plebeio ſibi admodum dilecto, vt illum nobilem faceret, reſpondiſſe quidem non indocte, ſed prudenter ac facete: Refert diuitem quidem, aut exemptum te facere, nobilem vero minime.

Sequor tamen opinionem Bald. *in d. l. ſacrilegii*, quam etiam opinionem ſecutus eſt Bonus de Curt. *in ſuo tract. nobilitatis. in 3 par. num. 126 127. 128. & 129.* Vbi amplas ponit remiſſiones, quomodo intelligitur ſtatutum, quod nobiles æquiparentur popularibus. De quo per Alex. *in conſi. 108. col. 4. in 3. vol.* & per eundem *in l. ſub conditione. ff. de Liber. & poſthum.*

Et an ſtatutum ſeu conſuetudo faciens mentionem de nobilibus comprehendat tales, licet Feli. *in ca. ſuper eod. de teſtib. in 3. col.* dicat: quod inhærendo communi opinioni vulgarium, ſecundum quam verba debent intelligi, cum de nobilitate fit mentio, intelligitur de nobilitate generis, prout notat etiam Matthelilanus *notabili ſuo 103. incip. not. quod ſi capitulum.* & Paulus de Caſt. *conſ. 228.* & dixi ſupra.

Cum autem conſuetudines in Ducatu Burgundiæ habeamus dantes quædam priuilegia nobilibus tam *in §. 19. in tit. des droits, & appartenans à gens mariez*, quam *in tit. Des enfans de pluſieurs licts. §. 4. cum ſeq.* Eo, quia ſunt factæ à viris doctis & literatis, vt patet *in proœmio illarum.* Ideo debent intelligi de quacunque nobilitate iuridica; eo, quia verba à doctis prolata ſunt intelligenda ſecundum loquendi modum peritorum. gloſſ. vbi Bart. not. *in leg. quid ſi nepotes.* quam Bartol. legit *cum leg. ſi quis filiabus ff. de teſta. tutel.* Alexand. *conſil. 82 in 1 volum.* & ita in ſimili caſu arguit Barb. *in repet. extrauagant. volentes. in verb. nobiles. & in conſil. 57. in 3. & 5. colum. & conſil. 135. prim. colum. 2. volum.* De quo plene per Bonum de Curt. *in dict. ſuo tract. de nobilitate in 3 part. nu. 179. & nu. 180.* vbi ample de materia, quæ nobilitas comprehendatur in ſtatuto mentionem faciente de nobilitate. In caſu tamen noſtrarum conſuetudinũ ſupra mentionato quædam dixi ibi.

Sed ad-

Digitized by Google

Sed aduerte ad prædicta, quod ſi quis nobilitetur à Principe, gaudet priuilegio nobilitatis, ſi exerceat actus nobilitatis, & non alias. Ex quo dixi in caſu de quodam populari alicuius ciuitatis, qui licet fuiſſet nobilitatus à Principe; tamen quia actus nobilium non exercebat: imo ſemper cum popularibus morabatur more popularis: & ipſe, & vxor eius veſtibus popularibus ſemper veſtiebantur, & debebant reputari populares, & non nobiles; eo, quia in hoc quo ad tales, eſt diuerſitas habitus.

Nam mulieres nobilium ſolent portare in capite toreta ex veluto; mulieres verò popularium portare ſolent caputia ex panno laneo; & iſta eſt notoria, & manifeſta differentia, quæ fit inter prædictas mulieres: Nam eo, quia habitus demonſtrat qualitatem, & dignitatem perſonæ deferentis, vt ex multis colligitur *in leg. murilegul. Cod. de murileg. libr.* 11. facit text. *in cap. ſi iudex lai us. de ſentent. excom. in 6.* & mouebar argumento eorum, quæ dicit Antonius de Butr. *in cap. cum deſideres. extra de ſentent. excomm.* Bald. *in leg. 1. Cod. de iuris & facti ignor. & in leg. militem. Cod. de procurat.* Salyc. *in leg. non prohibentur. Cod. qui accuſ. non poſſ.* Quod milites non exercentes militiam non gaudent priuilegiis militum. facit text. *in leg. fin. ibi; priſtinum exerceant. ff. de excuſat. tut.* faciunt, quæ dicit Card. Flor. *in cap. 1. in 9. quæſtio. extra de celebrat. miſſar.* Dixi *in prædictis noſtris Commentariis in* §. 19 *ſupra iam allegato.*

Faciunt & alia, quæ dicit Bonus de Cur. *in præd. ſuo tractat. par. 3. num. 87. vſque ad num. 91.* vbi dicit: Tales, qui gratia Principis nobilitatem acquirunt, licet ſint deſcripti in matricula nobilium; ſi tamen non agant actus nobilium, non gaudent priuilegiis nobiliũ, nec comprehenduntur in ſtatuto faciente mentionem de nobilibus.

DEcimaoctaua conſideratio. Nobilitas etiam cauſatur ex loco: Quoniam ciuis ex vrbe ſplendida oriundus nobilis eſt, facit *c. nos qui 40. diſtinct. & c. illud. & c. Adam.* facit *l. non tantum. §. 1. ff. de excuſat. tutor.* facit *l. ſeruos Cod. ad leg. Iuliam de vi publica.* facit *in leg. vrbe. ff. de ſtatu homin.* & vt dicit Bald. *in leg. 2. Cod. de Alexand. primat. libr.* 11. quod melius eſt eſſe popularem nobilis ciuitatis, quam nobilem eſſe mediocris ciuitatis. Et ibi etiam Iacob. Rebuff. & Ioan. de Plat. & facit text. *in Authent. de hæredi. & Falcid. in princip. collat.* 1. & ſequitur Ludouic. Roman. *in leg. ſi vero. §. de viro. ff ſolut. matrim. in 11. fallent. prima part.* licet gloſſ. *in leg 1. Cod de colonis Paleſtinis* dicat: quod natus in terra, in qua Chriſtus eſt natus, non gaudet priuilegio maiori, quam coloni aliarum prouinciarum.

Et aduerte; quia vt dicit dom. meus Iaſ. *in §. item Seruiana. in 4 colum Inſtit. de actio* nobilis inhabitans villam ſiue rus, non cenſetur propterea ruſticus: quia nobilis à ruſtico non loco, ſed genere diſtinguitur: quamuis text. *in l. 1. C. ne ruſtic. ad vll. obſeq. deuoc. lib* 11. dicat, quod omnes illi cenſentur ruſticani, qui habitant extra muros ciuitatis. quem textum ita refert Bart. *in l. conficiuntur. §. codicilli ff. de iure codicill.* & etiam Luc. de Penna *in d. l mulieres. in 3. colu. de dignitat.* vbi etiam ad hoc allegat textum *in l. cum ſcimus. prope finem. C de agricol. & cenſit. lib.* 11.

Et quamuis Raphael Fulgoſ. *in l. fin. Cod. de teſta.* dixerit illum cenſendum ruſticum, qui per totam diem, vel pro maiori parte ſtat in rure, quamuis ſit nobilis: Sed vt dicit Dom. meus Iaſ. *in dict. §. credit.* quod loquatur quãtum ad hoc, vt diſpoſita in ruſticis habeant locum, de quo etiam, vt dicit Cynus Rayn. Angel. & Sal. *in dict. leg. fin. & in locis ibi per eum alleg.* bene dixit, quod leges pluris exiſtimant, & faciunt nobilem habitantẽ in ciuitate, quam habitantem in villa. Ita probat text. *in Auth. præſides. in verb. nobiliores ciuitatum habitantes. C. de Epiſc. audien.* & text. vnde ſumitur *in §. interim. in ver. nobilioribus. & in Auth. de defenſo. ciuitat. coll. 4.*

Apud nos Gallos tamen Nobiles vtplurimum habitant in rure, & ibi reiecta omni mercatura cultui agrorum, (ſaltem non multum opulenti) & ruſticanæ rei per familiam vacant: curam circa gregem atque armenta gerentes ſuam, redditus ſuos ſibi annuos debitos pecuniaria re, non mercimonia quæ-

Xxx ren-

rentes, quandoq; venationibus intendunt. De quibus late & vere inferius dicetur iſta parte, *in 49. conſider.* Bonus de Curtili *in ſuo tract. nobilitatis. 3 part. num* 144. dicit; quod vbi quis prædicta obſeruat, capax eſt, & ſi recenti compertus ſit familia; hoc tamen viuendi modo lucrique genere eidem pateſcit aditus. Et, vt dicit, ita vtuntur Romani, ac etiam Itali hæc habēt, quod omnes ſuo redditu, aut etiam quæſtu non vili ſe reputant nobiles, licet habitēt in Ciuitatibus, quoniā adhuc tales ſe reputant magis nobiles.

Qui autem dicantur exercere vile officium, vel viles artes, dicam infra *in 11. part. de plebeis, in 27 conſider.* Sed tamen vide *in l. ne quis, in verbo, officiis, & in verbo, ſtationariis. & ibi Bart. Iaco. Rebuffi, & Ioan. de* Plat. *C de dignitatib. lib* 12. Cæpolla *in tract. de imperat. militum eligendo. in verbo, nobilitatis. col. 5.* Et tales exercentes artes viles & mechanicas, non poſſunt eſſe nobiles, vt dicit Baldus *in l. nobiliores C. de commerc. & mercat.*

Videmus tamen apud nos, quod cuiuſcunq; conditionis ſint homines noſtræ ciuitatis Hedu. oriundi, habent iura nobilitatis; eo, quia habent facultatem, & priuilegium acquirendi & tenendi feuda nobilia, ac ſi eſſent nobiles: & tale priuilegium habent etiam Diuion quod impetrauerunt à rege Ludouico XII cuius anima requieſcat in pace; quia erat zelator pacis, iuſtitiæ, & tranquillitatis ſuorum ſubditorum; nec credo fuiſſe à quingentis annis Regem in Francia, qui magis dilexerit iuſtitiam, & oderit iniquitatem: & in priuilegiis eorum eſt appoſitum, quod poſſint vti tali priuilegio, prout ciues Heduen. & Cabilon.

Et nunc non eſſet ſine dubio, an iſtud priuilegium ſeu facultas extēdatur etiam ad viliſſimas artes exercentes; cum dignitatē habere non poſſint. Et nobilitas & dignitas idem ſunt. vt dixi ſupra *in 76. conſid. 1. partis.* ergo nec iura nobilitatis.

DEcimanona conſideratio. Adhærentes lateri Principis & eidem in officio quocunque minimo ſeruientes; nobilitantur, & nobiles efficiuntur. Faciunt, quæ dicit Ang. Aret *in § fin. in 1, col Inſtit. de except.* per text. *in l 1. C de mand. princ. & in l. laudabile. C. de aduo. diuerſ. iud.* quod ſecretarii Principis dicuntur in dignitate conſtituti. Sequitur Fel. *in c. fraternitatis, in 2. col. extra de haeret.* Facit quod dicit Ang. *in l. 1. C. de prepoſ. ſacr. larg.* per illum text. quem refert, & ſequitur Do. meus Iaſ. *in l. omnium. in 2 col. C. de teſta.* Et quod dicit Bart. *in l. 1. C. de mulieri. & in quo loco, lib.* 12 vbi dicit, cubicularios Principis eſſe dignitate & honore conſtitutos. Et quod dicit Barba. *in tract. de praeſtantia Cardinal. q. 1 col.* 12. Et vbi dicit coquum Principis eſſe in dignitate, & habere dignitatem: imo vt dixi ſupra *in 1. part. in 56. conſi. & in 6. part in 27. conſid.* Omnes famulantes Principi ſunt in dignitate, & ideo nobiles: cum dignitas & nobilitas idem ſint. Bart. *in l. 1. C. de dignit. lib.* 12 & dixi ſupra.

VIgeſima conſideratio. Nobilitas etiam cauſatur ex vſu tantum temporis, cuius initii memoria non extat in cōtrarium; cum hoc tempus habeat vim tituli iuſtitiæ, priuilegii, & veritatis. Barb. *conſi 9 in 1. col. in 1 vol.* & operatur etiam circa ea, quæ ſunt Regalia, vt per Canoniſtas *in c. ſupra quibuſdā. §. praeterea. de verb. ſig.* Et tantum poteſt quantum Imperator cum cauſa, And. de Iſern. *in titul. quae ſint Regalia. in ver. flumina nauigabilia. col 2. circa med.*

Et multa de effectu huius temporis immemorialis dixi *in conſuetudinib Ducat. Burg. ti. Des iuſtices. § 2 in gl. & la preuue. & in multis aliis locis.* & adde plura cumulata per Alex *in conſil. 6. in 2 col. in prin. in 1. vol.* per do. meum Iaſ. *in auth. ſi quis in al quo. C. de edendo. & in § omnium. in 14 col I ſt. de act & in l. ex his verbis. C. de mil. teſtam. in rep. l. admonendi in 90. col. ff. de iureiur.* per D. Philip. Dec. *conſ. 85. col. 2. & conſi. 42. col. 1. conſi. 55 col. 2. conſi. 174. col. & in c. 1. char. 7. extra de fide inſtr.* De qua plene per Bonum de Curt. *in ſuo tract. nobilit. 3. part. nu.* 132. vbi dicit, quod licet talis nobilitas non habuerit principiū ab origine progenitorum; dicitur tamen generis nobilitas: quanto antiquior tanto nobilior: & magis relucet à parentibus relicta, quam à Principe ſine virtute donata. Ex quo

Et ideo nobilitas in antiquitate laudatur; quoniam in eis antiqua fuit virtus, & de his multos habemus apud nos, qui hodie magni nobiles, & de nobiliſſima domo nati reputātur, & habentur: quia tamen deſcenderūt ab antiqua familia, quæ nobilitatem acquiſiuit virtute & habuerunt antiquos prædeceſſores, qui ſuis virtutibus prudentia aut ſcientia, non origine nobilitatē acquiſiuerunt, quorū nonnulla aut parua extat memoria: & iſta eſt nobilitas, de qua Ariſt. 2. *Rhet.* dicens: Nobilitatem eſſe maiorum quandam claritatem honorabilem progenierum ſecundum virtutem generis. & dicit Boetius *de conſolat. Philoſophiæ, proſa 6.* Nobilitas eſt quædam laus proueniens de merito parentum.

VIgeſimaprima conſideratio. Nobilitas depēdet, & cauſatur matrimonio vxoris perſona conſiderata. Vxores namq; dignitatibus, nobilitatibus, ac virorum præeminentiis fulgent. Et ideo mulier plebeia copulata matrimonio nobili, efficitur nobilis. text eſt *in l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. & in l. fin. C. de incolis lib. 10. ibi; honore mulieres maritorū erigimus, genere nobilitamus. & in l. fin. C. de nupt. ibi; vxor marito concreſcit, & ſentit eius fulgorem. Dixi in Comment. noſtris ſuper conſuetud. Ducat. Burg. in tit. Des mains mortes, §. 7. & ſupra in 1. par. in 40 conſid.* & plura ample per Bonum de Curt *in ſuo tract. nobilit. nu:* 184. & 185. vbi dicit, quod ſi nobilis, qui non tenetur ad tributa ſoluēda, contraxit matrimoniū cū plebeia, ſiue villana, quæ habebat bona patrimonialia, pro quibus ſolita erat cōtribuere cum aliis vicinis in collectam, cui nobili ipſa bona in dotem dedit, nō tenetur ad munera patrimonialia, mixta, vel extraordinaria. alleg. nor. per Iac. de Belu. *in l. Lucius. § idem reſpondet. ff. de munerib. & honor.* quæ reaſſumit Petr. Antiboli *in tracta. de munerib. chart.* 72. & etiam dixi *in 3. part.*

Tamen in contrarium tenet Luc. de Pen. *in d. l. mulieres, in 1 col. in 1. not. C. de dignit. lib.* 12. quod ſolum perſonæ decorantur honore virorum; non tamen res earum conſequuntur priuilegia, quæ habent res maritorū, *leg. ſpadonem. § libertis ff. de excuſ. tut.*

Ex quo arguit, quod ſi vir eſt immunis à collectis, ratione propriæ dignitatis, nō trahitur immunitas ad bona vxoris. Cogita ſi caſus eueniat: cum hic ſint duæ opiniones cōtrariæ, nō inſiſto, cum latius *in tract. de muner.* inſiſtam, vbi eſt materia: & in loco ſupr. alleg. ponitur, quomodo iſta nobilitas tantū durat, quantū matrimoniū, aut viduitas vxoris aut caſte, & pudice viuat; ſecus ſi luxurioſe & ꝙ nō habet locum econtra, dixi ſupra & dicam infra.

Aduerte tamen ad prædicta deciſionem, quam pro opinio. Luc. de Pen. adhuc magis faciat dictum commentatoris regularum Cancellariæ Iulii II. in 6. par. allegando in ſimili, quod dicit Bal. *in l. nec filium. C. de nupt.* Quod ſi nobilis contrahat matrimoniū cum plebeia, perdit nobilitatē: quia, vt dixi, dehoneſtauit nobilitatē. Sed non credo hoc eſſe verū: eo, ꝙ mariti non acquirunt nobilitatē ex parte vxorū, & per cōſequens, nec perdere debent; diminuitur tamē quodammodo de honore illius apud probos, & graues viros.

VIgeſimaſecunda cōſideratio. Nobilitas ex diuitiis cauſatur, maxime vetuſtis, quæ ab antiquis progenitoribus obuenerūt, *l. ad ſubeunnda. C. de decur. & de prad. curial. l. 2. in fin. lib. 10. l. reſcripto. in princ. ff. de muner. & 1. in prin. ff. de cuſt. reorum.* vbi æquiparantur honor & ampliſſimæ facultates Ad idē text. *in Auth. de def. in ciuit. in prin.* diuites enim ob diuitias celeberrimi ſunt, *l. ſi res ff. de admiſtr. tut.* dum tamen ſint honeſtis rationibus & iuſtitia, & bonis operibus conquiſitæ. Et facit; quoniam perſonæ vilitas ob diuitias tegitur, *l. eos qui in ſi. ff. de decur.* vnde Caſſiod. 3. *variar. Epiſtol.* 19. Tantum quis nobilior eſt, quantum & morib. probus, & luculenta facultate reluxerit. Ita dicit L. de Pen. *in d. l. mulieres. in 3. col. C. de dign. l. b.* 12. vbi tenet quod hæc nobilitas nō eſt vera nobilitas; quoniam ad pecuniam dignitas nō menſuratur, vt habetur 9 *Ethi.* in homine enim, vt ait Senec. ad Lucil. id laudandū eſt, quod ipſius eſt, familiam formoſam habere, & domū pulchrā, multum fert, multum fœnerat, nihil horū in ipſo eſt, ſed circa ipſum: laudo in ipſo, quod

Digitized by Google

nec eripi poteſt, nec dari, quod proprium eſt honoris Quanquam hodie, vt ait Ambroſ. 2. *de offic.* ita incubuerunt mores hominum admiratione diuitiarum, vt nemo, niſi diues, putetur dignus honore: Vnde ſolet dici:

In pretio precium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbiq; iacet.

Et vt dicit Bonus de Curtili, *in d. ſuo tract. nobilitatis, num* 119. Nobilitas ſine diuitiis pene mortua eſt: hæc tamen nobilitas diuitiarum eſt flux & fragilis: Et quomodo hæc cum nobilitate generis degenerent ſuperbiam, dicam infra *in 28. conſideratione, in hac parte, & in 11. part. in 26. conſid.* dicam ample de diuitiis, quomodo faciant quem inter plebeios præferri.

VIgeſima tertia conſideratio. Nobilitas cauſatur ex adoptione: quoniam, vt dicit Ioan. Raynaldus Gallus *in ſuo comprehenſo feudali, in tract. nobilitatis.* Filius adoptiuus vel arrogatus per patrem nobilem efficitur nobilis. *l. liberos. & l. ſenatoris filium. ff. de ſena.* vbi adoptatus à ſenatore, ſenatoris filius dicitur.

Bonus tamen Curt. *in d. ſuo tract. in 4. par.* tenet contrarium, & mouetur; Quia cui non conueniunt diffinitionis verba, non conuenit & diffinitum, *l. quod conſtitutum. vbi Bar. in ſpecie notat. ff. de teſtam. milit. & in l. ita autem in princ. & ibi Bart. etiam notat ff. de admi. tut & in l. 4. §. prætor. ver. toties. ff. de damn. infect.* Faciunt quæ dicit Alexand. *in conſi.* 18. *in col. 1. in 1. vol.* & Barba. *in conſil. 2. in 5. colu. in 2. volum.* Sed his filiis adoptiuis non conueniunt verba diffinitionis nobilitatis generis, quæ eſt qualitas quædam, ſiue dignitas, proueniens à coruſcatione clari ſanguinis, à parentibus originem ſumens, & in legitimos liberos per carnem continuata: ergo nec diffinitum. Quod autem non conueniant, patet: quia in illis nulla clari ſanguinis per carnem continuatio fit, vt patet ad oculum. Dicit tamen, quod non negat, quin ex ipſa patris nobilitate & dignitate ſplendidiores magis reddantur cæteris: & ita procedunt iura in contrarium allegata, quæ de nobilitate verbum nullum faciunt.

Nam ex quo nobilitas generis procedat à genere, fateor, quod cum adoptiui nihil habeant de genere patrum adoptiuorũ, vt plene notat. *in l. ſi arrogator. ff. de adoptio.* per G. Bened. *in ſua repet. c. Rayn in verb. & vxorem nomine Adelaſiam.* quod nec habent nobilitatem generis: ſi tamen adoptio ſeu arrogatio fiat autoritate Principis, de qua ibi. Videtur, quod etiam illam dignitatẽ habere poſſint, vt hi, qui habent à Principe ſeu Principis conceſſione: non tamen principaliter vtilis, ſed conſecutiue & acceſſorie: de qua non eſt multum inſiſtendum; cum pauci tales reperiantur apud nos. Etiam quia adoptio apud nos de modico aut nihilo ſeruiat, licet quandoq; viderim plures acceptos fuiſſe in filios ſecundum, *l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.* Imo quandoq; tales voluerint ſe dicere ſaiſitos, ſecundum conſuetudinem noſtram & generalem in toto Regno, ſcil quod mortuus ſaiſit viuum, &c. Eo; quia erant alii ciuiles, & ciuilitas, ſeu actio ciuilis habet locum in ſtatutis, vt dicit Bart. & do. meus Iaſ. *in l. ſi is. qui pro emptore. ff. pro emptore.* Sed dixi, quod hæc erant ſomnia, & ſcripſi in caſu emergenti. Sed non vltra circa hoc remoror, cum in Gallia tales non ſuccedunt, prout nec naturales ſimplices; vt dicit idem Benedicti *in loco ſupra alleg.*

VIgeſima quarta conſideratio. Nobilitas etiam cauſatur in filios nepotes, & deſcendentes in infinitum, quando cauſa nobilitatis exiſtens in parentibus, tranſit in eos. Abbas *in c. licet, de cenſib.* Dicit tamen gloſ. *in l. 1. C. de dignitat. lib. 12.* quod nobilitas ciuilis durat & continuatur vſq; ad nepotes incluſiue, nec vltra eos extenditur: quod eſt verũ, quando cauſa nobilitatis non tranſit in poſteros, vt dicit Bart *in d. l. 1. C de dignitat.* vbi ſic diſtinguit. Aut enim illud, ex quo cauſatur nobilitas, tranſit ad poſteros, vt Regnum, Ducatus, Comitatus, & ſimilia: de quibus ſupra dixi *in 8. conſideratione huius 8. partis.* Et tunc vſq; in infinitũ nobilis erit ille, ad quem tranſit ipſa nobilitatis cauſa. nec ex parentũ quidem perſona: quia ipſe id habet, ex quo nobilis eſt, ſcilicet feudum nobile, & ideo in

promptu

promptu adeſt. Ex quo enim durat cauſa nobilitatis, ſcil. ipſum feudum nobile, durat etiã effectus illius, & ſic nobilitas ipſa, arg. notatorum *in c. ad hoc. ver. ſepelierunt. de priuil.*

Aut enim illud non tranſit, vt dicit Bar. Et tunc de iure communi, ex parentum perſona non tranſit vltra pronepotem nobilitas politica ſiue ciuilis, & ita procedit gl. *in d. l. 1. C. de dign.* In iſtis tamen, vt dicit Bar. conſuetudo multum attendẽda eſt, & apud nos extenditur in infinitum: cum inter nobiles originis, & inter eos, qui per tantum temporis, cuius initii memoria non extat in contrariũ; tales fuerunt reputati, de quibus in iſta parte iam ſupra dixi. Et de hac nobilitate tranſitoria ad ſucceſſores, vide Bonum de Curt. *in d. ſuo tracta. in 4. part.* quæ cum non ſit materia noſtra principalis, ſic tranſeo.

VIgeſimaquinta conſideratio. Nobilitas etiam cauſatur ex militia, de qua dixi *in Comment. noſtris ſuper conſuet. duc. Burg in tit. Des enfans de pluſieurs licts.* §. 3. & pro hoc videtur facere text. *in c. cum eſſet. extra de ſimonia.* Hoc tamen, vt dicit Luc. de Pen. *in dict. l. mulieres. C. de dign. li.* 12 non videtur eſſe tutũ; quoniam ſimplex militia, vt dicit, dignitatem non habet, quod clarius alibi dicam, maxime infra *in 9. part. in 26. conſid.*

VIgeſimaſexta cõſideratio. Nobilitas cauſatur etiam ex clericatura: ex eo, quod quis eſt clericus, efficitur nobilis. ita dicit Ioan. And. *in c. libentius. de ſeruis non ordi.* Facit quod ſupra dixi *in 12. conſider. huiuſce partis,* quod adhærentes Principi etiam in quocunque minimo officio dicuntur nobiles: Ergo multo fortius iſtud procedit in iſtis clericis ſeruientibus ſummo Principi, cui etiã Principes cæteri ſeruire debent. Si enim, de quo minus ineſſe videtur, ineſt; multo fortius & de quo magis, *Auth. multo magis. C. de ſacroſan. Eccl.* faciũt & plura alia, quæ ponit Bonus de Curt. *in ſuo tract. nobilitatis. in 3 part in fin.*

Et hæc nobilitas in multis caſibus in hac patria noſtra practicatur, & in pluribus locis huius patriæ; vbi clerici excuſantur, ſeu ſunt exempti à pluribus muneribus à quibus alii ciues & incolæ non ſunt immunes; vt in hac ciuitate Heduenſi, à quodam iure quod dicitur ius Franchiſiæ; & in oppido Diuionen. & Beluenſi à quodam iure, quod dicitur, lex Martza, à quibus ſunt exempti & immunes clerici, etiam ſimplicis tonſuræ coniugati, & etiã in pluribus aliis locis & villagiis, vbi tonſurati excuſantur à quibuſdam coruecis debitis dominis temporalibus dictorum locorũ. Et in caſu emergenti alias cõſului, quod ſimplices clerici coniugati viuentes mechanice, prout alii ruſtici & rurales, non deberent tali iure gaudere; & ita fuit dictum & pronunciatum per Curiam pro domino de Beriono cõtra ſuos ſubditos dicti loci de Beriono: tamẽ quicquid dixerim & conſuluerim in cauſa Abbatis ſancti Ioannis Reomenſis cõtra ſuos ſubditos, fuit iudicatum contrarium in poſſeſſorio. Et de hac nobilitate ponit etiam Bonus de Curt. *in 3. part. ſui tractatus nobilitatis, in fi. & vlt. col.*

VIgeſimaſeptima conſideratio. Intrando materiam præcedentiæ & prælationis habendo reſpectum ad ſeptimam conſiderationem huius materiæ; quod nobiles præferuntur plebeis; & quia ſunt nobiles inter ſe, huiuſmodi erit ordo prælationis. Et primi, qui ſunt duplici vel triplici nobilitatis ſpecie inſigniti; cæteris ſingularibus ſpeciebus, decoratis præferuntur quo ad honores: vnde doctor genere nobilis, alium inferioris ſtatus doctorem antecedere debet. Ita Bald. *in l. nemini. per illum textum. C. de aduo. diuerſ. indic.* Abbas *in ca. venerab. col. 2. de preben. & in cã. de dona* quos ſequitur Felyn. *in c. cleric. col. fi. in princ. de iudic. & in rub. de maio. & obedien.* Barb. *in conſid.* 57. *in 8. col. & ſequ. in 2. vol.* Decius *conſil. ſuo* 161.

Quod tamen intelligendum eſt data paritate temporis, vt tenet Innoc. *in leg. ſtatuimus. de maior. & obed.* & Decius *in d. c. clerici.* & dicam latius infra.

Hinc infert Sal. *in l. ſocietates. ff. pro ſoc.* quod ſi in canonicatibus aſſumendis æquiparantur nobiles & literati, nobilis & literatus præferendus eſt literato tantum.

Hinc etiam Bal. *in l. ſed & ſi militares. in pr. ff. de excuſ. tut.* quod Comes & Baro debet

Digitized by Google

nec eripi poteſt, nec dari, quod proprium eſt honoris Quanquam hodie, vt ait Ambroſ. *2. de offic.* ita incubuerunt mores hominum admiratione diuitiarum, vt nemo, niſi diues, putetur dignus honore: Vnde ſolet dici:

In pretio precium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbiq; iacet.

Et vt dicit Bonus de Curtili, *in d. ſuo tract. nobilitatis, num* 119. Nobilitas ſine diuitiis pene mortua eſt: hæc tamen nobilitas diuitiarum eſt flux: & fragilis: Et quomodo hæc cum nobilitate generis degenerent ſuperbiam, dicam infra *in* 28. *conſideratione, in hac parte, & in* 11. *part. in* 26. *conſid.* dicam ample de diuitiis, quomodo faciant quem inter plebeios præferri.

VIgeſima tertia conſideratio. Nobilitas cauſatur ex adoptione: quoniam, vt dicit Ioan. Raynaldus Gallus *in ſuo comprehenſo feudali, in tract. nobilitatis.* Filius adoptiuus vel arrogatus per patrem nobilem efficitur nobilis. *l. liberos. & l. ſenatoris filium. ff. de ſena.* vbi adoptatus à ſenatore, ſenatoris filius dicitur.

Bonus tamen Curt. *in d. ſuo tract. in* 4. *par.* tenet contrarium, & mouetur; Quia cui non conueniunt diffinitionis verba, non conuenit & diffinitum, *l. quod conſtitutum. vbi Bar. in ſpecie notat. ff. de teſtam. milit. & in l. ita autem. in princ. & ibi Bart. etiam notat ff. de admi. tut & in l.* 4. *§. prætor. ver. toties. ff. de damn. infect.* Faciunt quæ dicit Alexand. *in conſi.* 18. *in col.* 1. *in* 1. *vol.* & Barba. *in conſil.* 2. *in* 5. *colu. in* 2. *volum.* Sed his filiis adoptiuis non conueniunt verba diffinitionis nobilitatis generis, quæ eſt qualitas quædam, ſiue dignitas, proueniens à coruſcatione clari ſanguinis, à parentibus originem ſumens, & in legitimos liberos per carnem continuata: ergo nec diffinitum. Quod autem non conueniant, patet: quia in illis nulla clari ſanguinis per carnem continuatio fit, vt patet ad oculum. Dicit tamen, quod non negat, quin ex ipſa patris nobilitate & dignitate ſplendidiores magis reddantur cæteris: & ita procedunt iura in contrarium allegata, quæ de nobilitate verbum nullum faciunt.

Nam ex quo nobilitas generis procedat à genere, fateor, quod cum adoptiui nihil habeant de genere patrum adoptiuorũ, vt plene notat. *in l. ſi arrogator. ff. de adoptio.* per G. Bened. *in ſua repet. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam.* quod nec habent nobilitatem generis: ſi tamen adoptio ſeu arrogatio fiat autoritate Principis, de qua ibi. Videtur, quod etiam illam dignitatẽ habere poſſint, vt hi, qui habent à Principe ſeu Principis conceſſione: non tamen principaliter vt illi, ſed conſecutiue & acceſſorie: de qua non eſt multum inſiſtendum; cum pauci tales reperiantur apud nos. Etiam quia adoptio apud nos de modico aut nihilo ſeruiat, licet quandoq; viderim plures acceptos fuiſſe in filios ſecundum, *l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.* Imo quandoq; tales voluerint ſe dicere ſaiſitos, ſecundum conſuetudinem noſtram & generalem in toto Regno, ſcil quod mortuus ſaiſit viuum, &c. Eo; quia erant alii ciuiles, & ciuilitas, ſeu actio ciuilis habet locum in ſtatutis, vt dicit Bart. & do. meus Iaſ. *in l. ſi is. qui pro emptore. ff. pro emptore.* Sed dixi, quod hæc erant ſomnia, & ſcripſi in caſu emergenti. Sed non vltra circa hoc remoror, cum in Gallia tales non ſuccedunt, prout nec naturales ſimplices; vt dicit idem Benedicti *in loco ſupra alleg.*

VIgeſima quarta conſideratio. Nobilitas etiam cauſatur in filios nepotes, & deſcendentes in infinitum, quando cauſa nobilitatis exiſtens in parentibus, tranſit in eos. Abbas *in c. licet, de cenſib.* Dicit tamen gloſ. *in l.* 1. *C. de dignitat. lib.* 12. quod nobilitas ciuilis durat & continuatur vſq; ad nepotes incluſiue, nec vltra eos extenditur: quod eſt verũ, quando cauſa nobilitatis non tranſit in poſteros, vt dicit Bart *in d. l.* 1. *C de dignitat.* vbi ſic diſtinguit. Aut enim illud, ex quo cauſatur nobilitas, tranſit ad poſteros, vt Regnum, Ducatus, Comitatus, & ſimilia: de quibus ſupra dixi *in* 8. *conſideratione huius* 8. *partis.* Et tunc vſq; in infinitũ nobilis erit ille, ad quem tranſit ipſa nobilitatis cauſa. nec ex parentũ quidem perſona: quia ipſe id habet, ex quo nobilis eſt, ſcilicet feudum nobile, & ideo in promptu

Digitized by Google

promptu adeſt. Ex quo enim durat cauſa nobilitatis, ſcil. ipſum feudum nobile, durat etiã effectus illius, & ſic nobilitas ipſa, arg. notatorum *in c. ad hoc. ver. ſepelierunt. de priuil.*

Aut enim illud non tranſit, vt dicit Bar. Et tunc de iure communi, ex parentum perſona non tranſit vltra pronepotem nobilitas politica ſiue ciuilis, & ita procedit gl. *in d. l. 1. C. de dign.* In iſtis tamen, vt dicit Bar. conſuetudo multum attendẽda eſt, & apud nos extenditur in infinitum: cum inter nobiles originis, & inter eos, qui per tantum temporis, cuius initii memoria non extat in contrariũ, tales fuerunt reputati, de quibus in iſta parte iam ſupra dixi. Et de hac nobilitate tranſitoria ad ſucceſſores, vide Bonum de Curt. *in d. ſuo tracta. in 4. part.* quæ cum non ſit materia noſtra principalis, ſic tranſeo.

VIgeſimaquinta conſideratio. Nobilitas etiam cauſatur ex militia, de qua dixi *in Comment. noſtris ſuper conſuet. duc. Burg in tit. Des enfans de plusieurs licts.* §. 3. & pro hoc videtur facere text. *in c. cum eſſet. extra de ſimonia.* Hoc tamen, vt dicit Luc. de Pen. *in dict. l. mulieres. C. de dign. li.* 12 non videtur eſſe tutũ, quoniam ſimplex militia, vt dicit, dignitatem non habet, quod clarius alibi dicam, maxime infra *in 9. part. in 26. conſid.*

VIgeſimaſexta cõſideratio. Nobilitas cauſatur etiam ex clericatura: ex eo, quod quis eſt clericus, efficitur nobilis. ita dicit Ioan. And. *in c. libentius. de ſeruis non ordi.* Facit quod ſupra dixi *in 12. conſider. huiuſce partis,* quod adhærentes Principi etiam in quocunque minimo officio dicuntur nobiles: Ergo multo fortius iſtud procedit in iſtis clericis ſeruientibus ſummo Principi, cui etiã Principes cæteri ſeruire debent. Si enim, de quo minus ineſſe videtur, ineſt; multo fortius & de quo magis, *Auth. multo magis. C. de ſacroſan. Eccl.* faciũt & plura alia, quæ ponit Bonus de Curt. *in ſuo tract. nobilitatis. in 3 part in fin.*

Et hæc nobilitas in multis caſibus in hac patria noſtra practicatur, & in pluribus locis huius patriæ; vbi clerici excuſantur, ſeu ſunt exempti à pluribus muneribus à quibus alii ciues & incolæ non ſunt immunes; vt in hac ciuitate Heduenſi, à quodam iure quod dicitur ius Franchiſiæ; & in oppido Diuionen. & Beluenſi à quodam iure, quod dicitur, lex Martza, à quibus ſunt exempti & immunes clerici, etiam ſimplicis tonſuræ coniugati, & etiã in pluribus aliis locis & villagiis, vbi tonſurati excuſantur à quibuſdam corueis debitis dominis temporalibus dictorum locorũ. Et in caſu emergenti alias cõſului, quod ſimplices clerici coniugati viuentes mechanice, prout alii ruſtici & rurales, non deberent tali iure gaudere; & ita fuit dictum & pronunciatum per Curiam pro domino de Beriono cõtra ſuos ſubditos dicti loci de Beriono: tamẽ quicquid dixerim & conſuluerim in cauſa Abbatis ſancti Ioannis Reomenſis cõtra ſuos ſubditos, fuit iudicatum contrarium in poſſeſſorio. Et de hac nobilitate ponit etiam Bonus de Curt. *in 3. part. ſui tractatus nobilitatis, in fi. & vlt. col.*

VIgeſimaſeptima conſideratio. Intrando materiam præcedentiæ & prælationis habendo reſpectum ad ſeptimam conſiderationem huius materiæ; quod nobiles præferuntur plebeis; & quia ſunt nobiles inter ſe, huiuſmodi erit ordo prælationis. Et primi, qui ſunt duplici vel triplici nobilitatis ſpecie inſigniti; cæteris ſingularibus ſpeciebus, decoratis præferuntur quo ad honores: vnde doctor genere nobilis, alium inferioris ſtatus doctorem antecedere debet. Ita Bald. *in l. nemini. per illum textum. C. de aduo. diuerſ. iudic.* Abbas *in ca. venerab. col. 2. de preben. & in ca. de dona* quos ſequitur Felyn. *in c. cleric. col. fi. in princ. de iudic. & in rub de maio. & obedien.* Barb. *in conſid 57. in 8. col. & ſequ. in 2. vol.* Decius *conſil. ſuo* 161.

Quod tamen intelligendum eſt data paritate temporis, vt tenet Innoc. *in leg. ſtatuimus. de maior. & obed.* & Decius *in d. c. clerici.* & dicam latius infra.

Hinc infert Sal. *in l. ſocietates. ff. pro ſoc.* quod ſi in canonicatibus aſſumendis æquiparantur nobiles & literati, nobilis & literatus præferendus eſt literato tantum.

Hinc etiam Bal. *in l. ſed & ſi militares. in pr. ff. de excuſ. tut.* quod Comes & Baro debet

Digitized by Google

præferri Comiti tantum, vel Baroni tantum. Dux & Comes præfertur ſimplici Comiti:& in his attenditur maior dignitas.dixi ſupra,& dicam infra,quando dicam, quod à digniori fit denominatio.

Faciunt ad prædicta, quod miles doctor præferendus eſt ſimplici militi, aut ſimplici doctori: vt dixit Alexan. *in l.centurio.in pr. in 3 col.ff. de vulg. & pup.ſubſtit.*

Hinc etiam dicit Cy. *in l. prouidendum, C. de poſtul.* quod nobilis moribus præferendus eſt nobili genere tantum, ſed ſi quis ſit nobilis moribus & genere, præferendus eſt ei,qui eſt nobilis moribus tantum: quia duplex dignitas fulget in eo propria & ſuorum.Et illud dictum Cyn.ſequitur Bal. *in l.cum plures. §.1. ff de adm. tutor.*

Faciunt, quæ dicit dominus meus Iaſ. *in l. coharedi. §. qui diſcretas. ff. de vulg. & pup.* vbi per prædicta dicit duas rationes vincere vnã, & duas gloſſas authoritatem vnius. Et facit regula geminatorum & actuum ſiue verborum, de qua *in leg. Baliſta ff. ad Trebell.* Bart. *in leg. cum ſcimus. C de agr. & cenſi.* Pau. de Caſt. *in l.1. C. de legi. hered.* Barb. *in c. ex literis. in 3 1. col. de reſcri & in conſi. 27. in 25 col. in 1. vol. & in conſi. 1. in 26 & 30. col. in 1. vol.* vbi de geminatione peccati. Et per Rochum *in ca. ſi. in pr. extra de conſuetud.* Felyn. *in cap. ſi quando de reſcri.* do. meus Iaſ. *in l. nec damnoſa. C. de precib. imp. offer.* plura alia allegat ad hoc Bonus de Curt. *in ſuo tracta. nobilitatis in 3. part. num. 24.* vbi alleg. do. meum Iaſ. in pluribus locis, & Decium in multis conſil. quæ iam cumulaueram *in d. l. nec damnoſa.* ad Iaſ. meum,& plura alia, quæ alibi dicturus ſum.

VIgeſimaoctaua conſideratio. Nobiles ex ſapientia, virtutibus ac bonis moribus præhonorantur, cum præferendi ſunt his, qui ex genere & diuitiis, ſeu loco aut priuilegio nobilitatis, decorantur. Ita tenet Luc. de Pen. *in leg. mulieres. in 4. col. in prin. Cod. de dig. li. 12.* quod ſic probat in 2. *col.* Cum hæ tres ſpecies nobilitatis ex ſapientia, ſcientia & virtute ſint in anima: ſpirituales, cœleſtes pariter & ex Deo, ſunt in omnibus præferendæ his, quæ ſunt terreſtres & ex homine,& ſine dubio digniores. Nam ſicut anima præfertur corpori. *leg. ſancimus. C de ſacroſ. Eccleſ.* & ſol lun. *c. ſolitæ de maiorit. & obed.* ſic & nobilitates, quę ſunt ſpirituales in anima pariter & ex Deo, cæteris præferuntur.

Quantum enim aurum eſt ſpecioſius plũbo, 46. *diſt. c. duo ſunt.* tanto hæ ſpecies ſunt cæteris inferioribus celſiores. Nam virtus & malitia determinant nobiles & ignobiles, vt dicitur 5. *Politic. & 2. Rhetor.* vbi dicit Ariſtot. quod ille eſt generoſiſſimus, qui eſt optimus. Vnde & Tullius contra Saluſtium: Sanctius eſt, me meis fulgere moribus, quam maiorũ opinione inniti, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Et contra eundẽ: quod deficit, incipit in me: ego enim meis maioribus virtute mea præluxi, vt ſi priùs noti non fuerint, à me ſumant initium memoriæ ſuæ.

Ex quo inferebat, quod Saluſtius degenerabat, & nobilitatem maiorum perdebat, ipſe vero propriis virtutibus ſuis nobilitatis initium præſtabat.

Iphicrates, cum cerdonis eſſet filius, ad Hermodium, qui ſibi ignobilitatem exprobrauit: meum (inquit) genus à meipſo initiũ ſumit, tuum autem in te finit. Vt refert Plut. *in Apophthegmat.* Melius eſt enim de contẽptibili genere clarum fieri, quam de claro genere contemptibilem naſci. Hinc dicit Iuuenalis:

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniq; arma capeſſas:
Quam te Therſitæ ſimilẽ producat Achilles.

Vt notat *gl. in c. vndecunq;. 56 diſt.* & facit tex. & quod ibi not. gl. *in ca. vnquam. ead. diſt.* Qui enim de claro genere clarus naſcitur, gloria claritatis non eſt eius ſolius, ſed etiam generis. Vnde idem Iuuen.

Miſerum enim eſt aliorum incumbere famæ.

Et etiam ibi:

Tota licet veteres exornent vndiq; ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atq; vnica virtus.

Et alibi:

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo
Sanguine cenſeri

Vt not.

Vt not. gloſſ. *in leg. ſtemmata in pr. ff. de gradibus cognat.* Vnde Cælius *lectionum antiquarum li. 11. c. 28.* refert Lycurgum prædicare ſolitum, qui ciuibus ſuis comprobare nitebatur, nil profuturã illis nobilitatẽ, & q ab Hercule non viderentur propagati, niſi ea facerẽt meditarenturque, quibus ille hominũ ſummus euaſiſſet. Catulorum etiam argumento, quos iiſdem natos parẽtibus educationis diſſimilitudine, moribus etiam lõge diuerſis oſtentabat, cum lucernarius foret vnus: alter venaticus. Et ibi vide, cur Rom. qui nobilitate præſtarent, lunulas in calceis geſtare ſoliti eſſent; quia multum ſeruit ad propoſitum.

Et tales magis nobiles dicuntur, qui ex virtute, quam ſi eſſent genere: & de his ample ſupra *in iſta 8. par. in 7. conſ* & per Cæpol. *in ſuo tract. de imper. milit. eligen. in ver. pro imper. in 11. col* vbi ample. à quo Bonus de Curti. excerpſit quicquid boni in hoc dixerit.

Neque etiam nobilitas generis, ſed virtutum quem Deo gratum facit. *c. venerabilis extra de preb.* vbi Pan. & alii. Chriſtus quidem non multos ſecundum carnẽ nobiles elegit, ſed ignobiles & pauperes: quia non eſt perſonarum acceptio apud Deum, *vt ibi per doctor.* Et faciũt quæ dicit Bonus de Curti. *in ſuo tract. nobilitatis. nu. 52.* vbi dicit, quod apud Deũ non gradus elegãtior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. *c. ſicut excellentiam 23 qu 4.* & quis iuſtior. *c. non loca. c nulli. 40 diſt.*

Et facit quod no. *in l. 1 in fi. C. de conſulib. li. 12.* & dicit Bernar. ad Eugen. Genus Apoſtolorum eſt non aliunde nobile, quam morum ingenuitate & fidei fortitudine.

Mihi tamen videtur, & ſit incidenter dictum, quod ex duodecim Apoſtolis, ſi bene inſpiciatur eorum generatio, erant ſeptẽ nobiles genere. Nam, vt eſt gl. & doct *in d. c. venerabilis*, Paulus & Bart. erant nobiles, & habetur *Ioan 17.* quod Maria Cleophe erat ſoror matris Mariæ, ex qua nati ſunt Thadæus, Iacobus maior, & Maria, Zebedæi, ex qua nati ſunt Iacobus minor, Ioan. & Simon: & ſic erant conſanguinei Mariæ, quæ erat nobilis genere, cum eſſet ex ſemine Abrahæ, & ex progenie Regali, ſacerdotali, & prophetiali. Cum, vt canit Eccleſia, de Natiuit. B. Mariæ, *orta eſt à ſemine Abrahæ, clara ex ſtirpe Dauid: & etiã Regali ex progenie Maria exorta refulget, &c.* vt ample demonſtrat Ant. Flo. *in ſua ſum. part. vlt. tit 15. § 3.* vbi ponit de eius conceptione: Imo etiam, vt ibi dicit Elizabeth, quę erat cognata virgini, erat orta de tribu ſacerdotali, ergo eius maritus erat de tribu Regali: cum tribus ſacerdotalis & Regalis tantum poſſent tunc inter ſe contrahere coniugia, & nullæ aliæ tribus, ſecundum legem. Et tamen ex his deſcendit diuus Ioan. Baptiſta, & ſic nobilis & inter natos mulierum nõ ſurrexit maior. Ergo ex his patet, quod etiã nobiles genere fuerunt in magna æſtimatione apud Deum, cum eos præ omnibus præpoſuerit: dicam latius infra, quando ponam nobilitatem generis.

Et redeundo vnde digreſſi fueramus. Nobilitas virtutum, quæ dicitur animi, pręfertur omnibus aliis, etiam eo, quia nobilitas virtutum ex propria virtute acquiritur, & virtuoſis actibus & moribus animi, ex quo nobilior iudicandus eſt eo, qui proauorum nobilitate ſubnititur. Hæc autem tantum præſumpta. *l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de aedil. ed.* Cy. *in l. prouidendum. C. de poſtulan.* Iac. Aluar. *in titu. quis dicatur Dux, Marchio, Comes. in vltima charta, in vſibus feud.* & faciunt dicta Ouid.

Nã genus & proauos, & quæ nõ fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco.

Et idem Ouid. alibi:

Non cenſus, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos ingeniumq; facit.

Et alia nobilitas eſt certitudinaria, & propria, vt dicit Bonus de Curtili *in prædicta parte, in 1 & 2. col.*

De huiuſmodi etiam nobilitate animi & virtutum vide ample Zod. Zamor. *in ſuo Spec. humanæ vitæ lib. 5. c. 6.*

VIgeſimanona conſideratio. Illa nobilitas virtutum præfertur nobilitati acquiſitæ ex dignitate, iuxta illud Boet. 2. *de conſolat.* Dignitatibus ex virtute, non virtuti ex dignitatibus honor accedit. Ita dicit Lucas de Penna *in leg. mulieres. in 4. colum. C. de dignit. li. 12. & in leg. vnica. C. de Comitibus & archiatris,*

lib 12. Imo quod plus eſt, cum minus idonei promouentur ad dignitatem, fit iniuria dignitati. §. *ſed hæc quidem in Auth. de ſanctiſſ. epiſ.* Imo & ipſi eidem, cui tribuitur, cum illa indignus ſit. Vnde *Prou.* 26. Stulto gloria indecens eſt. Nam eſt ſicut nix in æſtate, & pluuia in meſſe. & Val. *li.* 3. *ca.* 7. Ignominiæ loco apud indignum eſt dignitas: & deforme eſt, quos dignitate præſtat, ab his virtute ſuperari. De hoc etiam Hier. ad Eliod. Epiſcopum. Alias eſt ad Pimmatium de dormitione Paulinæ. Clarus honor vileſcit in turba, & apud bonos viros indigna eſt iſta dignitas, quam multi indigni poſſidēt: vnde egregie de Cæſare Tullius: Dum quoſdam (ait) ornare voluit, non illos honeſtauit, ſed illorum ornamenta turbauit: Et infra latent in multitudine laureæ & triumphi, & interdum triumphantes ſordibus polluuntur. Quod ante per manus patritiis tradebatur, & ſola nobilitas poſſidebat: quo Marius victor inuidia Teuthonum atque Cymbri, nobilitate familiæ putabatur indignus, quod Scipio vltra annos pro virtute meruit, nunc ſola militia poſſidet, agreſtia dudum corpora, nunc fulgens palma circundat. Hæc dicit Luc. de Pen. *in rub. C. de pig. in* 2. *col.* Et hæc omnia hodie videmus apud nos. Et officia & dignitates non dantur benemeritis, literatis, & virtuoſis, ſed quibuſcunque, dummodo habeant pecunias, & emant pretio appretiato.

Ex quo videmus, multos indignos ad officia publica aſſumptos: Nimirum ergo, ſi Reſpublica periclitetur, cum periclitari dicatur, vbi dignitas indigno confertur. *ca. Cenomanenſem in fi.* 61. *diſt.* Ita Luc. de Pen. *in loco hic ante alleg.* vt dicit, quod dignitas facilius creſcit, quam incipiat. allegat Senecam *Epiſt. lib.* 19. *Epiſtola* 100.

TRigeſima conſideratio. Si quis animi ſolum nobilitate illuſtratus reperiatur, idonior ad ſuſceptionem conferendi regiminis, ille eſt cæteris quantumcunque nobilioribus præferendus. arg. eorum, quæ voluit Bar. *in leg.* 2. §. *primo ff. de vulg. & pu. ſubſt.* Pan. Fely. & Dec. *in cap. clerici. in* 5. *col. de iudic.* per tex. *in l. honores. in pr. ff. de decur. & in l. vnica. que. C. de proxi. ſacr. ſcrin. lib.* 12. facit *in* §. *ordinatione. in Auth. de monachis.* facit tex. *in c. ſed ergo.* 8. *quaſt* 1. *& in c. cōſtitutus extra de appel.* vbi in promotione dignitatis non antiquior, ſed magis idoneus eligitur: Et faciunt infinita, quæ dicit Cæpol. *in ſuo tracta. de Impe. mil. eli. in verſ. pro Imperatore. in* 9. *col.* & in huiuſmodi idoneitate inſpicitur qualitas perſonæ: vnde legitur Saul poſt aſinas in Regē aſſumptum fuiſſe, 1. *Reg. ca.* 9. & meminit Ioſephus *antiqu. Iud. lib.* 6. *cap.* 4. dicens Saulem virum moribus nobilē, & nomine laudabilē, quaſi ipſum non genere, ſed moribus tantum laudabilem fuiſſe: in Regem tamen Iudaici populi à Deo electum per os Samuelis Prophetæ: quod virtus in eo prælucens, non generis nobilitas egit. Idem de Dauid Rege habetur 1. *Reg.* 10. *ca.* qui poſt fœtantes in Regem Hebræorum eſt conſtitutus, & refert hoc Ioſeph. vbi ſupra.

TRigeſimaprima conſideratio. Nobiles nobilitate generis ſunt anteponēdi. arg. tex. *in cap. de multa. ibi: circa ſublimes tamen & literatas perſonas. extra de præbend.* ſumendo ibi ſublimes pro nobilibus, ſecundum quod ibi communiter ſumunt Canoniſtæ attento ordine literæ, qui attendendus eſt, præponūtur ibi nobiles genere nobilibus nobilitate animi, quales ſunt plurimum literati viri, quorum doctrina mundus illuminatur, vt ait Imperator *in Auth. hab. ta. C. ne filius pro patre* & Hiero. *in Epiſt. ad Paul.* & Fel. *in c. nonnulli. in* 91. *col. in ver. & fauore publica. extra de reſcrip.* vbi etiam inter cætera literatas perſonas ſtellas cœli appellat, dicam infra *in* 10. *part.* Et quod valeat argumentum à denominatione prima in litera, dixi ſupra *in* 1. *p. in* 17. *conſid.*

Et quod nobiles genere præferantur. facit tex. *in* §. *interim, ibi: Vniuerſi nobiliores ciuitatum. & in* §. *ſi poſt princip. ibi: conuenit enim vnumquemque nobilium. in Auth. de defen. ciuit.* Et ita tenet Bonus de Cur. ex prædictis *in d. ſuo tract. in* 3. *par. ibi: ſecūdo electio. & Zodericus Zamoren. in ſuo ſpeculo humana vita, li.* 1. *c.* 7.

TRigeſimaſecunda conſideratio. Omnes pene virtutes nobilitati famulātur: vt dicit Zode. Zamoren. *in ſuo ſpeculo humana vita, li.* 1. *c.* 7. *hic ante alleg.* Primo

Digitized by Google

Primo quidem nobiles humiles & manſueti aſſiſtunt, elationem fugiunt, pro eo maxime; quia eorum progenitores potentia & diuitiis, recte & moderate vſi fuere: quo fit, vt non facile ſuperbia inflentur, quemadmodum qui nuper atq; recenter ditati ſunt, qui vt communiter ſunt elati & ſuperbi. de quibus ample per Luc. de Penn. *in l. militarium. C. de decur. lib.* 10.

Secundo, nobilitati deſeruit magnanimitas, quæ res agit, vt contumeliosi minime exiſtant. Hi enim cum ad magna ſuſpirent, parua iniuria nunquam commouentur: parcunt, indulgent ſufferunt tanto facilius imbecillibus; quanto reſiſtunt fortius ſuperbis. Et maxime hoc eſt in magnis nobilibus, vt ſunt Principes, quibus multum conueniunt magnanimitas & magnificentia, vt dicit Lucas de Pen. *in l. vnic. C. de theſauris lib.* 10. *& in l. fin. C. vt ruſtici ad nullum obſequiũ* quod nobiles habent quatuor laudabiles virtutes, inter quas ponit magnanimitatem, magnificentiam & affabilitatem, docilitatem & induſtriam, de quibus infra dicetur.

Tertio, vt dicit idem Zodor vbi ſupra nobilitatem concilitat temperantia: Sunt enim nobiles vtplurimum Reipublicæ occupati, ea de re aſſueti ſunt temperate viuere: & hæc temperantia eſt multum neceſſaria in Principibus, vt tenet Luc. de Pen. *in l. nempe. C. de fabricenſib. lib.* 11. vbi ample de ea.

Quarto, vt dicit idem Zodor. Nobilitas eſt plurimum honoratiua, nec aliorum deſpectiua. Non enim reputant nobiles alia bona niſi animæ, quare virtuti deditos non deſpiciunt. Dicit tamen idem Lucas *in d. l. 2. C. vt ruſtici ad nullum obſeq.* ſunt nimium honoris appetitiui, & progenitorum deſpectores.

Quinto, Nobilitatem ipſam prudentia & induſtria comitantur. Subtiliter enim generoſi inueſtigant, quid eos gerere oportet: vnde dicit textus *in l. omnia. C. de conditis in publicis lib.* 10. quod certa officia pro vtilitate Reipublicæ committuntur nobili prudenti quaſi velit dicere quod prudentia comitatur nobilitatem, vt ibi etiam Lucas de Penna multa de prudentia ponit, & quis ſit prudens.

Sexto; Nobilitas affabilis eſt, & plurimum curialis; communiter enim verſantur in Regum domibus & Principum Curiis, & ideo moribus veſtiuntur. Qui enim in domibus Regum ſunt, moribus reguntur. Et, vt dicit idem Luc. *in d. l. 2. C. vt ruſtici ad nullum obſeq.* Nobiles politici & affabiles, quod ſecus eſt in ruſticis, qui ſunt ſolitarii, rudes & ſilueſtres, & in campis victitant, & ob eam rem (vt Philoſopho placuit) nequaquam ſunt bene conuerſatiui, vnde ſolet dici:

Ruſtica progenies neſcit habere modum.

Septimo; quia nobiles ſponte promittunt & exſoluunt, & in beneficiis creſcunt. *ca. 1. de bona. § ſi minus. in Authent. de non alien & §. ſed neque. in Auth. de mandatis Princip. ibi: cuſtodiens datum verbum.* Vnde *Prou* 25. ventus, & nubes, & pluuia non venientes, dicitur vir glorioſus promiſſa non complens. Nam & interdum eſt, qui præ confuſione promittit amico, & lucratur eum inimicum gratis, ſcilicet, non implendo promiſſa. Ita dicit Lucas *in l. mulieres. in 5. col. C. de dignitatib. lib.* 12. vbi ponit 25. priuilegia nobilitatis. Plura etiam ponit Cæpol. *in tract. ſuo de Imper. militũ eligendo in verb. nobilitatis.* vbi ponit 47. priuilegia nobilitatis. Et in finalibus verbis dicit, quod tot laudes habet nobilitas, quot in æthere ſidera fulgent. & Bonus de Curt. *in ſuo tract. nobil. in 6 part.* vbi ponunt 56. priuilegia nobilitatis.

Octauo; Ergo laudandi ſunt nobiles in hoc, & priuilegiantur; quia nobili reuerẽtia debetur ab ignobili, ſicut ſeni à iuuene *Eſaiæ* 2. & *Maccha.* 2. c. 6. *quaſi in fi.* Ideo ex his infero, quod nobilitas, quæ virtutibus eſt adornata, & perfecta, eſt cunctis aliis præferenda, vt ait Iudocus Clictouæus *in tracta. de nobil. ca.* 10. Et iſti nobiles genere lingua vernacula gentiles homines vocantur, quaſi ingenui, ab origine gentis, & quorum maiores ſeruitutẽ nullam prorſus ſeruierunt: videlicet ab aſcriptitiis, & conditione quadam obnoxiis, diſtinguere eos volens, qui ob id eadem lingua villani dicuntur, vt dicit Budæus *in ſuis anno-*

tat.in leg.2.ff.de origine iur.ibi:ex eadē leg.paulo poſt vindicias,&c.in fin. & ibi dicit,quod apud antiquos tria erant genera hominum: agnationis,gentilitatis, & ſtirpis: & ibi ponit quæ ſit gentilitas,& qui ſint homines terræ& cœli,de quibus alibi dicam.

TRigeſimatertia conſideratio.Nobiles etiam in pœnis honorantur; quia mitius puniuntur,*c.ſi.vbi gl.& docto. extra de pœnis.* vbi dicitur: mitius punitur nobilis quo ad pœnam corporalem,quam ignobilis: quod intelligendum eſt,vt per Fel. *in c.paſtoralis.in pr.de off.deleg.* Et ibi limitat hoc in ſex,aut ſeptem caſibus,videlicet in proditore,in hæretico,in Papa,in Imperatore,in exceſſiua contumacia,in illo, qui delinquit in officio ſuo. Dixi *in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus duc.Burgun.in tit.Des droicts,& appar.à gens mariez §.20.incip.entre toutes autres gens. in verſic.deſcendre.* Alias tres limitationes ad hoc ponit idem de Curt. *in ſæpe d.tracta.in 5. part.in 1.priuil.*vbi dicit,quod hoc fallit,quādo ex illa dignitate nobilitatis augetur qualitas delicti, & Principis mandatum cōtemnitur,ſecundum Bald. *in c.1.§.ſi quis vero temerario.de pace iur.firm.* Qui caſus ſatis comprehenditur per Fel. quando dicit in proditore, & in officio delinquente ſaltem. Et etiam,vt dicit,fallit in cauſa peccati, vt ibi per eum, & iſtud priuilegium deſcribit pro quarto Cæpolla *in ſupradicto loco.*

Hinc eſt;quod nobiles non torquentur in caſibus, in quibus alias plebei torquerentur. Ita dicit Cyn.*in l.diuo Marco.Cod.de quæſt.*de quo plene etiam per eundem de Curt.vbi ſupra *in 2 priuil.* Sed quia,vt dicit Bened.*in ſua repet.cap.Raynu.in verſi.mortuo itaque teſtatore.1.in 8.fallent.nu 222.extra de teſta.* Hæc nō habent locum in Francia, cum quilibet torqueatur indiſtinctè caſu exiſtēte, cum reatus omnem honorem excludat.*l.1.C. vbi ſenator. vel clariſſ.* Ideo aliter non inſiſto, cum ſatis plene examinet idem de Curtil.vbi ſupra.

Hinc etiam eſt;quod ex conſuetudine nobiles non ſuſpenduntur,ſed decapitātur.Bartol. *in l.capitalium.§.ſerui caſi.ff.de pœn. & in leg.deſertorem.§.pœna militum.poſt gloſſ.ibi ff. de re milit.* Bald.*in c.1.§.ſi ruſticus.in fine.de pace tenen.in vſibus feud.* Et iſtud priuilegiū poſuit Cæpol.*in loco ſupra alleg.in 6.priuileg.* Et Bonus de Cur.*in 1 priu.etiam ſupra alleg.* vbi ponit, quod pœna ſuſpenſionis eſt ignominioſior,quam decapitationis. Secundum tamen locorum conſuetudines diſtinguitur, vbi facit mentionem de conſuetud.Franciæ,in qua pœna ſuſpenſionis non eſt ignominioſa, vt dicit G.Bened.& *in loco ſupra allegat.*& etiā Bonus, vbi ſuprà dicit pœnam ſuſpenſionis eſſe grauiorem extenſiue pœna decapitationis,ſecundum quod comprobat conſulendo Decius *in cōſil.ſuo 65.incipien. & pro tenui mea facultate.*

Hinc etiam eſt; quod mulier nobilis non damnatur in metallum in perpetuum, vel ad tempus,licet alias ſi nobilis nō eſſet,damnari poſſet,text.cum gl.*in l.aut damnum.§ in miniſterium.ff.de pœn.*Et iſtud eſt 6.priu.Cæp.*in loco ſupra alleg.poſitum;per Bon.in 27 priuil.*

Hinc etiam eſt; quod magis ignoſcitur alicui propter nobilitatem,teſte Cice.*li.2.Rhetor.*vbi de deprecatione docēs,ait:Hæc ignoſcendi ratio quæreretur ex his locis, ſi plura aut maiora officia,quā maleficia videbuntur conſtare,ſi qua virtus,aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicabit. & facit text.*in l.ſplendidioris. C.de diuer.off.lib.12.*vbi habetur,quod crimina nobiliū facilius occultantur. Luc.de Pen. *in l.mulieres.in 20.priu.C.de dign.lib.12.* Et iſtud eſt ſeptimum priuilegium Cæpol.& Boni.29.*in locis iam ſæpe ſupra allegatis.*

Et iſtud priuilegium multum facit pro gratiis impetrandis; quoniam, etiamſi poſſunt aufugere nobiles,non tenentur,vt tenēt Bar. & alii *in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.* Et ideo eis facilius conceditur gratia, quam ruſtico & ignobili,qui aufugere debet,ſi poteſt. Et faciunt etiam ad prædicta quæ ſup.dixi,quod intuitu nobilitatis delinquenti parcitur.

Hinc eſt etiam; quod ſi nobiles in adulteriis deprehendantur, non ita faciliter, vt plebeii deprehēſi,occidūtur, notatur *in l. Gracchus.C.de adult.& in l.marito ff eo.tit.* Et hoc pro priuilegio ponit idē Luc.*in d.l.mulieres.in 18.priu.*& Bonus de Curt.*vbi ſupra, in 1.priu.*

Trige-

TRigeſimaquarta cõſideratio. In promiſſis nobilium, maior fides adhibetur; quia promiſſa nobilium pro factis habentur. arg. tex. *in l. nemo. ff. de in integ. reſtit.* Ita ad hoc illum tex. alleg. And. de Iſer. *in ca. 1. §. hoc intelligendum. in titu. qui ſucceſſ. tenean. in vſib. feudo.* plus dicit Corſ. *in repe. c. grandi. de ſuppl. negli. prælat. col. 2. lib. 6.* per tex. *in c. 1. de donat.* quod promiſſa nobilium ſunt debita; cum dicat ille tex. nobilitas legẽ ponit, vt debere ſe quod ſponte tribuit, id eſt, tribuere promiſit, exiſtimet, & iſtud eſt 3. priuilegium, quod Bonus de Curt. *in loco ſupra alleg.* inſeruit. Ratio prædictorum eſt; quia in nobilibus maior creditur fides ineſſe, quam ignobilibus & in ipſis tutior propter decus nobilitatis, pro qua pręſumitur ſecundum gloſſ. ſing. *in c. illud. 40. diſtin.* quam dicit eſſe ſingularem *Rom. ſing. ſuo 721. incip. ſcis hoc.*

Ex quibus inferunt doctores, quod excuſatur quis nobilis confitendo, puta de eo, qui caſtri cuſtodiam habebat, & in locum ſui ſubrogauit nobilem, fuit excuſatus; quia veriſimiliter credere potuit: ex quo nobilis, nõ facturum proditionem. de quo per Ioan. Andr. *in addit. Spec. in tit. de locat. §. 1.* quod poſuerat Oldr. ante eos *in conſ. 94.* & Barb. *in conſil. 3. incip. præclare, in 2. volu. & in extrauag. cupientes. in ſua repet. in verb. nobiles.* Et de Poteſtate, qui nobilem incarcerauit tantum in palatio. de quo per do. meum Iaſ. *in l. iubemus. in 2. col. C. de iudi. & in rep. l. admonendi. in l. 57. & 78. col. ff. de iureiu.* cum pluribus concord. allegatis per Bonum *in d. ſuo tract. in 5. priu.*

Hinc eſt; quod nobiles vocantur ad nuptias, vt dicit Alberic. de Roſate *in ſuo dictionario, in ver. nobiles.* & Cæpol. *in d. loco, in 12. priu. & Bonus in 1. priu.*

TRigeſimaquinta conſideratio. In multis caſibus, in quibus non licet plebeio donare; tamen licitum eſt nobili donare, & ei permittitur, cum proprium nobilitatis ſit donare. *cap. 1. vbi Pan. de don.* facit, quod not. *in d. c. grandi. in ver. liber. de ſupplen. neg. prælat.* Facit *l. filius. §. 1. ff. de donat.* Et hoc; quia debent eſſe liberales, vt ample per multa deducit Bonus de Curti *in d. tract. in 4. priuil.* Et ibi ponit, quomodo in multis præſumitur donatio fauore nobilitatis, quæ alias non præſumeretur. Vt in marito nobili & potente, qui præſumitur donare bagas & iocalia, quæ tranſmiſit vxori, ſecundum Bald. *in ca. iurauit. de prob.* quod alias non præſumeretur, ſecundũ Bart. *in l. ſi vt certo. § interdum ff. commod.* Et etiam ſi maritus ſit nobilis, præſumitur donare ea, quæ conceſſit vxori, vt vult glo. *in l. vxori, ff. de legat. 3.* & ibi Bart. notans ad hoc illam gloſſ. & Bald. *in l. 2. poſt princ. C. de iure dot. & in cap. 1. ad fin. qui feud. dare poſ.* Et facit quod dicit idem Bald. *in l. ſi paterno affectu. C. de nego. geſt.* quod ſi vitricus faciens expenſas priuigno, ſit nobilis, facilius præſumitur donare, quam ignobilis.

Faciunt & alia, quæ ponit idem de Curtili *in d. loco* vbi per eum ample: dicens: quod liberalitas in nobili eſt multum laudanda & neceſſaria; quæ cum ſit extra propoſitum, nõ inſiſto. Et etiam duos alios caſus ponit *in 7. & 8. priuil.* In quibus alias potius præſumeretur fatuitas ſeu ſtultitia, quam donatio. ſecundũ Bal. *in l. generaliter. C. de non num. pec.* Tamen, in fauorem nobilitatis, præſumetur donatio, quæ ſub hoc comprehendi poteſt. & de hoc etiam vide per Ioan. Lupum *in repeti. rubr. de donat. inter virum & vxorem. in § 9.*

Hinc eſt; quoniam, licet maritus dicitur iure communi confitendo plus recepiſſe ab vxore, quam receperit, non ſibi præiudicat talis confeſſio, ad id, quod plus eſt confeſſus, quin ad illud agere poſſit. *l. ſi voluntate. Co. de dotis promiſſ.* Ita quod ſibi competat exceptio non numeratæ dotis *l. 1. C. de dote cauta nõ nu.* Et etiam hoc habemus ex conſuetudine noſtra *Ducat. Burgund. in tit. droicts & apparten. à gens mariez. § le mari & la femme, & in pluri b. locis Franc.* Tamen, ſi plebeius vel alias non nobilis, in vxorem ducat nobilem mulierẽ, & ſe plura recepiſſe ab vxore cõfiteatur, quam in veritate receperit, non poterit agere ad id, quod pluris eſt: nec enim excipere de non numerata pecunia fauore nobilitatis: præſumitur enim id ei donare voluiſſe in recompenſam, ſeu remunerationem honoris, ſibi per ipſam impenſi, eum deſponſando,

Digitized by Google

ſiue etiam in re compenſam damni, quod patitur ipſa nobilis mulier, accipiendo eum in maritum, cum propter id ſua nobilitate priuetur. *l. 1 & l. mulieres C. de dig. lib.* 12. ita dicit Bar. *in l. ſi voluntate. Cod. de promiſſ.* dicens eſſe ſuum nouum dictum, & de cõſuetudine ſeruari. *& in l. ſi diuortio.* quem ſequuntur ibi Alex. do. meus Iaſ. & alii *ff. de verb. obl.* cum pluribus aliis allegatis per dictum de Curti *in loco ſupra alleg. in 6 priuil.* vbi dicunt, quod Romanus *in d. l. ſi diuortio.* & do. Socin. *in l. 1. in 13 col. ff. ſolut. matr.* dicunt, contrarium de iure eſſe verius in puncto iuris, quod allegat idẽ do. Iaſ. *in d. l. ſi diuort.* vbi ampliſſime tractat, & idem do. Iaſ. *in l. fin. in 3 col. C. de verb. ſignif.* *& in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. & in l. ſi non ſortem. § libertus. ff. de cond. ĩdeb.*

Quicquid ſit de iure, ego ſemper tenui & teneo, quod hæc nõ habent locum apud nos conſtante matrimonio, *per conſuetudinem noſtram Duc. Burgund. in titul. Des droicts & appartenan à gens mariez §. 7 incip. le mary & la femme.* Et ſi hæc eſſent vera, eſſet magna limitatio ad conſuetudinem noſtram, quæ nõ limitatur: ideo cautius eſt, vt in cõtractu matrimonii fiat talis remuneratio, quam voluerint: quia alias non eſſet valida, ideo apud nos caſſaretur & declararetur inualida.

Ego enim vidi in cauſa emergenti, inter quendam nobilem virum dominum Claudium de Spiry; fratrem & hæredem quondã nobilis viri Iohan. de Rabutin, domini de Bourbilly: quod Iacquetta de la Riuiere eius relicta obtinuit in prouiſione à curia ſuper ſumma confeſſata per eundem dominum de Bourbilly, quæ fuit etiam facta ipſo exiſtente in lecto mortis, vbi confeſſus fuit, ſe habuiſſe ab eius vxore bona immobilia, vſque ad ſummam duorum mille Francorum: Et fuerunt ſuper illa confeſſione facta per eum adiudicati mille Franci per modum prouiſionis; quod videbatur durum ſtante dicta conſuetudine, cum etiam, quod plus eſt, vterque eſſet nobilis in pari gradu nobilitatis, & quod ceſſare debeat prædicta præſumptio, ſecundum Bart. *in d. l. ſi voluntate. & in d. l. ſi diuortio.* vbi ita intelligit *d. l. 1. C. de donat. ante nuptias.* & ita ample etiam limitat Cæpolla *in d. tracta. de Imper. milit. eligendo. in verbo, nobilitatis. in 34. priu. l. nobilitatis.*

Hinc eſt; quoniam ex prædictis ſimul iunctis elici poteſt: Nam licet de iure communi duo ſponſalia circa vnum concurrere nõ poſſunt. *l. 1. C. de dotis promiſſ.* de quo per do. meũ Iaſ. *in §. fuerat. 12. colum. Inſtitu. de act.* Tamen fallit in prædictis caſibus nobilitatis remunerandæ cauſa, vbi concurrunt duo ſpecialia, videlicet præſumptionis & donationis, contra *l. cum de indebito ff. de probatio* & validitate donat. inter vir. & vxor. contra titu. *ff. & C. de donat. inter vir. & vxor.* Et iſtud priuilegiũ ita colligit Bonus de Curtili *in d. ſuo tract. in 9. priuilegio.* ſed quia hoc non haberet locum apud nos ſtante conſuetudine noſtra; non aliter inſiſto.

TRigeſimaſexta conſideratio. In electionibus debent nobiles anteferri: in dubio enim præſumitur pro nobilitate ad officia regenda. text. eſt *in §. interim in verſ. vniuerſi nobiles ciuitatum & in §. audient ibi: conuenit enim vnumquemque nobilium eo. Auth & in Auth. de referendariis. §. fi. col 2.* & ſatis etiam probatur 24. *diſt. c. quanto Epiſcopus. in verſic. genus.* & notat Bart. *in l. 1. in 3 colum. ibi Nam plebeius. Cod. de dignit.* & Ioan. de Plat. *in l. 1.* illum tex. *C. de conditis in horreis publicis. lib.* 12. dum dicit, quod in electione officialis, conſiderandæ eſt nobilitas. Amplè per Cæpol. *in dict. tracta. in 1. priuilegio nobilitatis.* & per Bonum *in ſuo tracta. in 10. priuilegio,* vbi dicit, quod intereſt Reipublicæ gubernari per nobiles, & per plebeios. Non enim ſecundum numerum ſiue ordinem, ſed ſecundum hominum qualitatem ſunt honores conferendi: vt *l. honores. in pr. § is qui ff. de decur.* & ample dicitur *in locis hic ante allegatis.*

Et habet etiam iſtud locum in electionib. beneficiorum. *cap. officii. ibi: quendam virum nobilem extra de elect.* Cępolla *in loco ſupra allegat. in 15 priu. l.*

Hinc eſt; quia ſi in electionibus & aliis actib. voces ſunt æquales, & hinc inde numero pares nobiles præferuntur, *argumen. ff. de pactis. l. maiorem: ibi, qui dignitate inter eos præ-*

Digitized by Google

præcellit. & ibi dom. meus Iaſ. notat. & etiam Bart. *in leg 1. in 12. colu. C. de dignit. libr. 12. argumen. dict. l. maiorem. & l. 3 §. 1. ibi: cuius dignitatis. & ibi: alia dignitas. & l. ob carmen. §. fin. ff. de teſtib.*

Et facit, quod dicunt Innoc. & Abb. *in c. dudum. de elect.* vbi Abbas Panormitanus dicit, quod maioris authoritatis eſt vox nobilis, quam plebeij.

Etiam facit, quod dicit Arch. *in c. hac autē ſcripſimus. in fin. 30. diſt.* vbi dicit quod in electionibus habenda eſt ratio. Et illud eſt ſecundum priuilegium, quod poſuit Cæpolla *in d. ſuo tract. & 13 priuil.* Bon. de Curt. *in ſuo tractatu nobilitatis.*

Hinc eſt; quod in eligēdo marito pro puella, conſenſus nobilis eſt præferendus. *c. 1. 23. q. 4.* quem text. ad hoc allegat Luc. de Pen. *in d. l. mulieres. in 6. colu. C. de dignit. lib. 12. & 21. priuilegio.*

TRigeſimaſeptima conſideratio. Nobiles honorantur, quantum ad teſtimonia; quia in dubio, in teſtimoniis ferendis nobiles præferuntur *in l. 3. in prin. ff. de teſtib. l. ob carmen §. fin. ff. eo.* Spec. *in tit. de teſte. §. circa in prin. ibi: 4. fallit.* vbi dicit, quod ſi quæritur, an matrimonium ſit, vel non: ſponſa forte dicente contractum, ſponſo negante, ſi ipſe ſit nobilior, vel honorabilior, pater & mater ſponſæ non admittuntur ad teſtificandum: ſi vero par, vel inferior, ſic, in fauorem matrimonij. *c. ſuper eo. extr. de teſtib. & c. ſuper literis ext. de ſponſalib.* ita dicit Cæpol. *in d. tra. in 3. priuil. nobilitatis.* Maior fides præſumitur in nobili propter eius nobilitatem, firmat gl. *in c. ſi teſtes. §. teſtium. in ver. quis de vrio. 4. q. 3.* Bal. *in l. teſtium. in 3. col. C. de teſtib.* & ibi Bart. dicens, quod magis creditur duobus teſtibus nobilibus, quā pluribus plebeis ſeu ruſticis. Sequitur dom. meus Iaſ. *in l. maiorem. in prin. ff. de pactis.* Et Alex. *in conſ. 28. col. 3. in 1. vol. repet. in conſ. 31. in 2. vol.* & iſtud conſ. Alex. allegat Bonus *in loco ſupra alleg. in 14. priuil.* Sed non facit ad propoſitum, cum ſolum dicatur ibi per Alex. quod dictū notabilis viri inducit iuſtiſſimam credulitatem; quod procedit etiam in multis alijs, qui ſunt notabiles, licet non ſunt notabiles: de quo dicto plene per dom. meum Iaſ. *in l. properandum. §. ſin autem alterutra. in 4. col. C. de iud. in repet. l. admonendi. in 74. col. ff. de iureiur.* per Fel. *in c. cum contingat. in 234. col. ext. de re iud. et in c. 4. in 7. col. ver. 1. doctrina. ext. de præſcr.* & per eundē dominum Iaſ. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pratori. ff. de nou. op. nun.* Vnde ſtatur interdum dicto vnius nobilioris. 8 *q. 3. c. ſi.* Luc. de Pen. *in l. mulieres. in 9. priuileg.*

Hinc eſt; quod teſtes vilis cōditionis, contra vere nobiles, ſeu in dignitate poſitos, non admittuntur ad teſtimonium, vt dicit Luc. de Pen. *in d. l. mulieres. in 25. priuil. in l. 1. C. de reis poſtul. lib.* 10.

TRigeſimaoctaua conſideratio. Nobilitati defertur, quo ad honores, quo ad ſalutationem, & ſedis inter iudices aſſignationem. text. eſt *in l. ſi §. ſedēdi. C. vbi ſenatores vel clariſſ. & in l. 2. & fi. C. de offic. diuer. iud.* Facit ꝙ no. gl. *in c. ne eſſe. in verb. quantumcunq; in q. 10. & in §. iam vero. Inſt. de bon. poſſ. in ver. autori.* Et iſtud eſt vnum ex priuilegiis Boni, *nu. 12. in d. ſuo tract. & in 45. priu. l. eiuſdem.* & ſic de vno facit duo.

Hinc eſt, ꝙ ſi quis alicui nobili tenetur reddere rationē, debet accedere ad eum, text. eſt iuncta gl. *in verb. æſtimandū, in l. pen. §. ſi. ff. de cond. & demonſt.* & iſtud eſt 25. priuilegiū Cæpol. *in loco ſupra alleg.* & Boni de Curt. 16.

Hinc eſt etiam; quod circa Reſpublicas maior eorum eſt authoritas *l. 2. in fi. C. de prædiis curial.* Luc. de Pen. *in d. l. mulieres. in 5. priuilegio.*

Hinc eſt; quia etiā circa legationes eſt maior eorum authoritas, & præferuntur. *l. pen. ff. de leg. action.* Et iſtud poſuit idem Luc. *in d. l. mulieres, in 6. priuileg. & in rub. C. de leg. actio. lib. 10.* vbi ponit, quæ requiruntur in legato, ſeu ambaſiatore.

Hinc etiam eſt; quoniam ad eos mittitur tanquam ad egregias perſonas. ita tenet Lud. Ro. *ſingulari ſuo 170. in c. item quæro.* vbi dicit ita fuiſſe determinatum per domin. de Rota Romæ, dum caſus contigiſſet de facto; & intellige de nobili paupere, qui, ꝑpter verecundiam nō poteſt venire ad iudiciū, vt videtur

tenere gl. *in c. ſi qui teſtium.* & ita videtur tenere Cæpol. *in d. tract. de imperatore milit. elig. in verb. nobilitatis. in* 32. *&* 34 *priuil.* & Bonus de Curt. vbi ſupra *in* 17. *priuileg.*

Iſtud tamen non placet do. meo Iaſ. *in l. ad egregias. in* 2. *col. ff. de iureiu.* Quia iſtud priuilegium nõ conceditur egregiæ perſonæ propter paupertatem, aut propter verecundiam. Imo propter excellentiam perſonarũ, & earum dignitatem. Et mihi videtur verior iſta opinio do. mei in magnatibus, & magnis nobilibus ad quos etiam ſolet mitti, quãdo maxime ſunt in ciuitate: & ita practicatur apud nos. De paupere autem nobili, licet illa gl. ſit *in d. c. ſi qui teſtium.* Tamen, nihil quo ad nos practicatur; quoniam coguntur venire ad iudicium, quicquid dicat Bonus *in prædicto loco. in* 18. *priuileg.*

Hinc etiam eſt; quia ad Imperatoris, Principum, dominorum, & potentum latus nobiles ſtare debent, nõ autem plebeii, ſeu populares, *l. omnium. circa princ. ibi: inter tot nobiles. C. de teſtam.* & ibi Bal. *in princ.* qui dicit, quod vbi Princeps, & ibi aſtãt nobiles: quem ſequitur do. meus Iaſ. poſt Ange. *in* 1. *notab.* vbi etiam plus infert, quod præſentia Principis nobilitat hominem; ita quod eo, quod quis adeſt Principi, ſeu ipſum comitatur, præſumitur eſſe nobilis, *l.* 1. *C. de prepoſ. labo. lib.* 12. Et iſtud eſt tertium priuilegium Cæpo. *in d. tract. de imper. mil. elig. in ver. nobilitatis.* vbi dicit, quod hac ratione; quia nullos nobiles iuxta ſe habebat, ſed illos à ſua Curia expulerat, expulſus fuit à regimine ciuitatis Veron. Et etiam iſtud priuilegium ponit Bonus de Curt. *in* 21. *priuil. in loco ſupra alleg.*

Hinc etiam eſt; quia nobiles debent mitti obuiam Principi, cum veſte pulcherrima, & decora, & barba tonſa, 2. *Reg.* 19 de quo Vincentius Segault *in ſuo opere in* 4. *c. regali.* & iſtud priuilegium ponit Cæpol. *in dict. tract. in* 30. *priuil.* nihil tamen allegat.

TRigeſimanona conſideratio. Nobilitati in beneficiis magis eſt prouidendum. vt not. Goffr. *in ſumma in tit. de tempo. ordinan.* §. *ſed circa hoſpitalitatem. in fi ibi. in* 2. *caſu.* 81. *d. c. non ver. item conſid.* Faciunt regulæ Cancellariæ Inno. VIII. in regulis, l. 51. & 52. & 53. regulis Cancellariæ Iulii II. *in* 2 *&* 3 *part.* Et ibi commentator Hiſpa. qui multa accumulauit de huiuſmodi priuilegio. Et ibi fit mentio de triplici genere nobilium, ſcilic. in ſecunda de illuſtribus, vt ſunt nobiles de Ducum, Comitum, & Marchionum genere: & in terra de aliis magnis nobilibus, de quibus in dictis regulis Inno. & poſtmodũ de inferiorib. nobilibus ex inferiori nobiliũ genere procreatus.

Et etiam, vt dicit idem commentator allegando quendam ſuum tractatum. Nobilitas generis eſt ſextuplex: magna, vt Baronũ; maior, vt Ducum, Comitum & Marchionũ; maxima, vt Regum & Imp. Parua, vt nobilium, magnatum, non habentium dignitatẽ Baroniæ, ſeu aliam ſuperiorem, vt ſunt iſti nobiles apud nos, qui habent caſtra magna cum caſtellaniis aut præpoſituris, & ſimplicibus iuriſdictionibus abſq; ſigillo, & Ballinatu. Minor, vt inferiorũ à magnatibus, vt ſunt apud nos plures nobiles, qui ex reditibus eorum ſimpliciter viuunt, cum ſtatu forte duorum aut trium equorum. Minima, vt ſunt plures, qui habent aliqua bona, ex quibus viuunt, & cõtentantur vno equo, & in ſuis domibus faciunt colere, & laborare ſuas terras, & ſunt forte illi, de quibus ſupra dixi *in* 18. *conſid. iſtius part.* Et tales latius diſtinguit dictus cõmentator *in d. locis*; quia etiam in beneficiis obtinendis habentur in conſid.

Aduertatur tamen ad vnum; quod etiam in beneficialibus ratione nobilitatis ſpectat genus minorum (quia mulieres etiam dicuntur nobiles, vt ſupra *in fin. conſid* 2 *part.*) & ita fuit iudicatum per Rotam, vt ibi refert dictus commentator. pro quo facit *cap. nouit. de iud.* quod ibi notat Hoſtienſ Ioa. Andr. & Panor. & facit gl. iuncto text. *in Auth. de inceſtis nuptiis.* §. 1. *in ver. generali. col.* 3. & ibi Ang. in aliis tamen ſecus. *l.* 1. *ff. ad municip.* Dyn. *in reg. generali. de regu. iur. in* 6. Et prædicta faciunt pro concordatis noſtris *in titu. de elect. in ver. quinquennium vero. ibi: in quibus &c.* vbi loquitur de nobilibus ex vtroque parente, qui priuilegiantur, & diſpenſantur de minori tẽpore ſtudii vltra alios. Et de iſta materia, quã-

pore

Digitized by Google

nobilitas ex parte patris aut matris attendatur, ponit ample G. Bened. *in ſua repetit. cap. Rayn. extr. de teſta. in primo verb. ſcilicet. Raym. in princ.* dicam latius alibi, & aliquid tetigi ſupra *iſta part in 2 conſid.*

Hinc eſt, quia ſolius nobilitatis fauor, eſt ſufficiens ad cauſandam diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum, ſecundũ Inno. *in c. dudum ad fin. de elect. ibi: Item ſi Papa* vbi ſentit, quod ſola nobilitas eſt ſufficiẽs ad cauſandam diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum, etiam ſine literatura. Facit text. & quod ibi notat. *in ca. multa. extra de præb.* Facit text. *in extrauag. Ioan. II.* quæ incipit: *execrabilis. ibi: qui propter ipſorũ ſublimitatẽ, & generis claritudinem.* Et vidi aliquas diſpenſationes impugnari, & illas non habere effectũ; eo, quod impetrauit diſpenſationẽ de quarto, aſſeuerans ſe nobilem ex vtroq; parente; & tamen non erat nobilis, niſi ex vno parente. Nam in hoc, ex quo aſſerit quis ſe nobilẽ ex vtroq; parente, cum nõ ſit niſi ex vno, cõmittit mendacium, ex quo carere debet impetratis, *l. & ſi legibus. C. de preci. Impe. offe.* canonizata 25 *q. 1. c. & ſi legib.* & tales etiam incidunt in falſum, & tanquam falſarii ſunt puniendi, niſi vulgo reputentur nobiles. text. *in l. eos. §. qui ſe pro milite. ff. de falſis.* vbi ille, qui ſe pro milite geſſit, qui non erat, puniendus eſt tanquam falſarius, quem Bart. not. contra illos, qui ſe doctores appellant, cum nõ ſint, idem Bart. *in l. reddatur. C. de profeſſo. & medicis lib. 10.* Petrus de Anch. *in c. ad Apoſtolicæ de priuil. in 6.* Ioan. de Ana. *in rub. de magiſtris, in 6 col. & in rub. de crimine falſi, in 6. col.* Felyn. *in procem. decretalium. in 12. col. verſ. tertia concluſio.* cum aliis allegatis per Bonum de Curt. *in ſuo tract. nobilitatis, in 2. par. nu. 165.* Ex quo ſequitur, quod vnde puniri debent, priuilegium conſequi non poſſunt: dolus enim & delictum alicui patrocinari non debent, *c. pen. extra de conceſſi præbend.*

Vlterius; quod in beneficialib. genus maternum cõſideretur, patet: quia, vt dicit Ioan. And. *in c. fin. de filiis presbyter.* non valeret diſpenſatio facta per Papam cum nato ex coniugato nobili, & ſoluta nobili, niſi de nobilitate materna fuerit facta mentio, vt plene per Fely. *in c. poſtulaſti. col. 4 extra de reſcrip.* Nam nobilitas aggrauat delictum.

QVadrageſima conſideratio. Nobili defertur in bonis; quia propter nobilitatẽ viri maior & latior dos eſt ab vxore conſtituenda: quoniam iuxta viri nobilitatẽ dos conſtitui debet, ſecundum gl. 1. iuncto text. *in c. nullum. 30. q. 5.* Facit tex. *in l. quæro. & in l. cum poteſt. § gen. & §. ſeq. ff. de iur. dot. & in l. ſi filia pater ibi. ex dignitate. ff. de legat. 3.* faciũt, quæ dicit Dec. *in cõſil. ſuo 180. in 3. col. in prin.* quod eſt etiam limitandum, niſi mulier eſſet pulchra; quia propter pulchritudinẽ mulier facilius maritatur, not. *in l. ſi voluntate. C. de dot. promiſ.* dixi *in cõmentariis noſtris ſuper conſuet. Ducat. Burg. in rub. Des droicts & appar. à gens mariez.* & ample ſupra *in 2. part. huius operis, in 22. conſid.* Iſtud priuilegium enarrat Bonus de Curt. vbi ſupra *in 29. priuil* & per Cæpol. vbi ſupra *in 35 priuil.* in quibus locis prædicta allegant per limitationem præcedentem.

QVadrageſimaprima conſideratio. Licet alias pater plebeius, dotans filiam habẽtem bona materna, ſiue aduentitium peculium, ſi conſtituat filiæ ſuæ maiorem dotem attẽta cõditione ſua, quod tenetur, ſeu quod compelli poſſit iudicis officio dotare. iuxta *l. liberos. ff. de ritu nupt. in l. obligamur. § lege. ff. de act. & oblig.* vt quia plebeius attẽta ſua qualitate, non debuiſſet eidẽ vltra florenos mille conſtituere: verum quia diues & opulentus, conſtituit ſibi duo mille in dotem, non propterea poterit allegare, ſe illa mille excedentia conditionẽ ſui ſtatus conſtituiſſe de bonis filiæ ſuæ maternæ, ſeu aduẽtitiis; quinimo, totam dotem conſtitutam de matrimonio ſuo ſoluet, non imputando in illa bona materna, text eſt *in l. ſi. ad fin. ver. ſi vero.* Et ita intelligit ibi illũ text. *in gloſ. in fin. idoneã. C. de dot. promiſ.* Si tamen fuerit aliquis nobilis, & de nobili proſapia ortus, habẽs filiã bona materna tenentẽ ſeu aduentitiũ peculiũ, illamq; dotando ſimpliciter cõſtituat ſibi mille ſcuta ſolis, dotem quippe nimis exceſſiuam attẽtis facultatib. ipſius patris; cum ſit ſatis pauper, & tenuis in bonis; ſed attento ſtatu ſuæ cõditionis;

tionis, nobilitatis, & familiæ competentem, & concedentē, poterit imputari ſibi id, quod plus cōſtituit attentis facultatibus, iuxta quas dos eſt commenſuranda iuribus hic in præcedenti priuilegio allegatis: videlicet in bonis ipſius filiæ minis, & tunc partem de bonis. text. eſt *in d. l. fin. ver. vbi autem C. de dot. promiſ.* Et hoc operatur ſtatus & conditio nobilitatis. Et rationem diuerſitatis aſſignat idem de Curt. *in d. loco in 20. priuileg.* Quia ſecundo caſu, pater dicitur feciſſe conditionem filiæ meliorem, & vtiliter geſſiſſe negotium ſuum, attento nobilitatis ſtatu ipſius primo caſu non ita dicit declaraſſe dom. Carolum Ruinum, *l. 1 ff. ſol. mat.* Et, vt dicit facit in argu. tex *in l. tuo al mentorum ff. vbi pup. ed. ie. debeat.* & tex. *in l. cum plures. §. nimium, ibi; reſpectu æſtimationis pupilli. & §. ſeq. ibi; pro dignitate natalium. & in l. tutor ſecundum dignitatem. ff de admin. tut.*

Ego volui de verbo ad verbum hic inſerere huiuſmodi priuilegium, ad demōſtrandum, quod ille text. *in d. l. fin.* nihil facit ad propoſitum, quod in hoc plus priuilegietur nobilitas in ſecundo caſu, quam in primo, nec quod hoc faciat ſtatus nobilitatis in ſecundo caſu, pluſquam in primo: imo, quod ita dici poteſt, quod in primo caſu erat nobilis prout in ſecundo, vt clare videri poteſt, & ſic probatur. Nam, vt dicit ibi textus etiam in primo caſu liberalitas paterna dotem, vel ante nuptias donationem dare ſuggeſſit. decidendo primum caſum dicit: Liberalitas itaque talis remaneat vera, & irreuocabilis, vt puro nomine liberalitas, & debitam ſuam ſequatur fortunam, quæ quidem liberalitas conuenit nobilibus. text. *in §. hoc amplius. Inſtit. de rer. diuiſ. & in l fin. C de conſulibus. libr. 12.* Ludouicus Romanus *ſingulari ſuo 664. in cap nobilitas.* ergo in vtroque caſu eſt nobilis, ſed in vno conſiderata eſt inopia, & in alio abundantia bonorum; & hoc ne pater deueniat ad inopiam, quæ eſt ſola conſideratio ſecundi caſus, & diuerſificationis à patrimonio, & non nobilitas in ſecundo, vltra quam ſit primo caſu. Et ita mihi videtur contra opinionē Caroli Ruini, & prædicti Boni ex quo non debebat tale quid poni pro priuilegio nobilitatis, prout nec etiam poſuit Cæpol.

Hinc etiam eſt, quod nobili ad paupertatē redacto, debet dari gratis ſoldata, vt tenet Bart. Cæpol. *in d. ſuo tract. de imp. mil. eligend. in ver. nobilitatis. in 31 priuil.*

QVadrageſima ſecunda conſideratio. In conſtitutione dotis, aut donationis propter nuptias furioſorum, in quibus non ſolum curatores, ſed etiā hi, qui ſunt ex eo genere nobiliores, adhibendi ſunt, vt eſt caſus *in l. tam dementis. C. de epi aud.* ideo dicit ibi Alb. quod nobiliores de genere puellæ ſunt vocandi, cum agitur de dote ſibi reſtituenda. & idem Raph. Ful. *in fin.* qui dicit idem in filiis maritandis, vt nobiliores ex genere debeant adhiberi, & iſtud eſt 11. priuilegium *in loco ſæpe alleg* poſitum, & 33 quod poſuit Bonus de Curt. *in ſuo tract. de nobilitate.* vbi affert rationem; ex eo, quia multum præſumitur pro nobilibus; quæ eſt multum generalis ad plures caſus.

QVadrageſima tertia conſideratio. Nobiles nomina ſua apponi ſolent facere in inſtrumentis, aut inſcribi. text eſt *in l ſi pupillis. §. ſed ſi per interpoſitam perſonam. ff. de auto. tuto.* & probatur *in l. optimam. in ver. optimas. C. de contrah. & commit. ſtip.* & iſtud eſt 13. priuilegiū Cæpol. *in loco ſupra ſæpe alleg.*

QVadrageſima quarta conſideratio. Nobilitati defertur in priuil. condendi teſtamenta, vt eſt caſus *in l. omnium. in princ. C. de teſtam. ibi: tot nobiles.* Sed non video, quod in hoc nobilitas ſit cauſa iſtius priuilegii, ſed pręſentia Principis, vt dicit Cæpol *in d. loco in 14. priuil.* Et quomodo defertur nobilitati, habes per G. Bened. *in ſua repet. c. Rayn. in ver. mortuo itaq; teſtatore. 1 nu 221. extra de teſtam.*

QVadrageſima quinta conſideratio. Nobilitas in hoc honoratur, quod ſi aliquis ſit incola duarum ciuitatum, & ab vtraque parte ſimul vocetur ad munera, nobiliori & maiori ciuitati eſt deferendum. *argu. in Auth & hæred. & Fal. §. ſi quis autem. col. 1. in Auth. de defen ciuit. § interim. col. 3 & in l. fin ff. de fi. inſtr. & l. ſi quis. C. de natur. lib.*

& hæc

& hoc not. gl. *in l. 1. C. de mu. patr. in gl. magna, circa finem, lib.* 10. & iſtud eſt 18. priuilegium Cæp. *in loco ſupra alleg.*

Hoc dubium pluries euenit apud nos tempore fenagiorum; ſed ſemper fuit deciſum, quod tenetur ad fenagia illius loci, in quo faciebat reſidentiam tempore conceſſionis, non habendo reſpectum ad vtilitatem loci.

QVadrageſimaſexta conſideratio. Nobilium appellatione Comites, & Marchiones comprehenduntur. *c. grandi. ibi: nobilem virum Comitem Bononienſem. de ſuppl. negli. prælat. in 6. & cap. conſtitutis. 2. ibi: Sororis nobilis viri Marchionis Meſinenſ. extr. de teſti.* quod ſecundum Domini de ſancto Gemin. *in d. c. grandi in princ. in 3. notab.* Facit ad priuilegia, quæ Comitib. Palatinis conceduntur, vt poſſint legitimare illegitimos, exceptis filijs nobilium; quia comprehenduntur filij Comitum, & Marchionum in illa exceptione, & iſtud eſt 40. priuilegium Cæpoll. *in loco ſupra relato*, & Boni de Curt. 23. vbi dicit, quod idē in Ducibus, excepto tamen vno caſu, videlicet, vbi ageretur de derogatione aliquorum ſuorum iurium, vtputa, in derogatione iuriſpatronatus laicorum etiam nobilium, facta à ſede Apoſtolica: quia in hac derogatione nō comprehenderentur iura patronatus Regū, Ducum, Comitum, & Marchionum, vt dicit Fel. *in ſuo tract. quando literæ Apoſtolicæ præiudicent patronis. in 5. col. ver. ampliatur octauo.*

QVadrageſimaſeptima conſideratio. Nobiles laudantur ex magnanimitate, magnificentia, docilitate, induſtria, politia, & affabilitate, vt de his ſupra *in 5. par.* dictum eſt *in multis conſid.* Ita dicit Luc. de Pen. *in l ſi qui. col. 2. C. ne ruſticani ad vl. obſeq. deuoc. lib.* 11. Et ibi addit, quod etiam commercia fugiunt. Et in multis alijs laudātur nobiles, ſi euitauerint injuſtā rapinā, & iuſtitiam in omnes ſeruauerint, vt ample Iud. Clict. *in ſuo tract. de vera nobilitate. cap.* 13. Ex religione in Deum & diuini cultus reuerentia. *eod. tract. c.* 11. Si conſortia virorum proborum colāt, & luxurias euitēt. *eod. tract. cap.* 29. Ex abſtinentia à deieratione Dei, & Sanctorum. Clicto *ibi. c.* 15. Si à ludis inhoneſtis ſe contineant, *ibid. c.* 16. Si talia euitauerint, quæ recenſet ibi. Clict. *c.* 17. & 19. Sed cum videam hoc quaſi impoſſibile apud nobiles, qui in huiuſmodi irretiti, & aſſuefacti ſunt, vtplurimū ſaltē tēpore belli ingruentis, non aliter inſiſto, cum etiā eſſet vltra intentum, ſi vitia eorum explicare vellē.

QVadrageſimaoctaua conſideratio. Nobilitas in hoc honoratur, quod nobiles excuſantur à muneribus tam realib. quā perſonalibus ſordidis, & à tallijs, & collectis primo de iure, vt tenet Guid. Papæ *in deciſ. Delphin.* 384. Et poſt eum Io. de Month. ciuis, & cōtemporaneus noſter *in ſuo promptuario iuris. in verbo, tributum. in gloſ. reddite. ad fin. ibi: quarta collecta, &c.* Et pro iſta par. allegāt l. 3. §. 1. *ff. de mu. & hon. & l. à muneribus ff. de vac. mun.* ſic inducendo illos text. quo ad milites, qui actu militāt, & veterani, qui à militia miſſi ſunt: & ſic militare deſierunt, excuſantur à collecta; ergo & nobiles, cum nobiles vel militent, vel militare deſierunt, vel ſaltem apti nati ſunt militare.

Facit ſecundo, & fortius; quia propter nobilitatem ſolet quādoq; à Principe tribui immunitas etiā à tutela: vt eſt text. quem omnes ſingularizāt, *in l. non tamen. §. 1. in princ. ibi: & propter inclytam nobilitatem. ff. de excu. tut.* & ibi hoc not. Bald. & Nicol. de Neapoli dicentes, quod nobilitas tribuit immunitatem, ſiue eſt cauſa immunitatis concedendæ.

Item, nobiles excuſantur apud nos à collectis ex priuilegio Principis. Nam Rex Carolus ſextus, anno dom. 1408. ordinauit nobiles ad contributionem Galliarum, non teneri pro bonis, etiā ab ignobilib. quoquo modo acquiſitis, quā diu illa in ſuis tenebunt manibus. Imo cenſeri debent nobilia, & ſic exempta, quovis modo eis obvenerint, & iſtam ordinationem refert & ſequitur G. Bened. *in ſua rep. c. Rayn. in ver. & vxorem nomine Adelaſiam. in 4. deci. in fin. illius, de teſtamen.* & Aufrerius *in tit. de tallijs.* & eſt poſita in ordine 12. apud eundem.

Idem etiā ex præſcriptione, cum immunitas præſcribi poteſt, vt tenet Iacobinus de S. Georg. *in tracta. ſuo de homag. in ver. & promiſerunt, col. pen. ad medium.*

Item, ex conſuetudine generali, vt dicit Iac.Rebuffi, *in l.1.C.de indictio.lib.*10. & Io.de Monthelo.vbi ſupra. & Guid.Papæ *in d. dec.* innuens, quod ex conſuetudine, in cōfeſſione ſtatuum patriæ Delphinatus, quæ fit pro ſubſidiis indicendis, excipiuntur nobiles nobiliter viuentes Luc.de Pen.*in l.agros limitaneos.C.de fundis limitrophis.lib.*11 & dixi *in cōmento noſtro ſuper conſuet.Duc.Burg tit.des iuſtices.*§ 4.*in gl. & ſur ſes hommes.var.ad l.u.de P n.nu.*6. & per Bonum de Curt.Brixien.*in ſuo tract. nobil in* 5.*par nu.*44. vbi dicit, quod ita ſeruari ſolet in ſua patria Brixiæ:& ibi ample per eum diſcutitur *in verſ.* 22. *num.* 43. an nobiles excuſentur à muneribus perſonalib. & realibus: vbi tenet, quod non excuſentur de iure. Sed quia ex rationib. ante deductis, hodie in Franc.&apud nos aliter obſeruatur; ideo eius fundamenta recitare eſſet ſuperuacaneum& præter propoſitū,& intentum huiuſce operis: Dixi tamen ſupra *in* 5.*par in* 24. *conſid.incip. Principes vltra alios in multis. ver.* 119 *incip. Principes honorantur,&c. ibi: Sed, quia,vt dicit Spec.*quod nobiles tenentur pro redemptione Regis captiui, pro magna neceſſitate communi, & euidenti periculo. & vide Iac. Rebuf.*in loco ante alleg.*

QVadrageſimanona conſideratio.Diuerſi reperiuntur ritus & mores nobilium, ſecundū diuerſas patrias & prouincias: quoniam quælibet patria in ritu viuendi quo ad nobiles ſuo ſenſu abundat. Et ita inter nobiles habetur & conſideratur laus nobilitatis diuerſa (cum multiplex, & varia ſit obſeruatio illius) ſecundum diuerſos vſus, & mores patriarum, vt ſcribit Pogius *in tract. ſuo de nobilitate*, & quantum inter ſe differant, vt etiam ex ſequentibus pateſcit.

Neapolitani vero, qui præ cæteris nobilitatem præ ſe ferre videntur, eam in deſidia ac ignauia conſtituere videntur. Nulli etenim præterquam inerti, & inexperto ocio intenti, ſedendo, atq; oſcitando ex ſuis poſſeſſionibus vitam degunt. Nefas eſt (vt opinantur) nobili, rei ruſticæ, aut ſuis rationibus cognoſcendis operam dare. Sedentes in atriis, in henricyclis, aut in equitando, priſcis domibus orti, ſe nobiles profitentur. Mercaturam turpiſſimam viliſſimamq; exhorrēt, adeo faſtu nobilitatis tumentes, vt quantumuis egenus atq; inops citius fame interiret, quam filiam vel opulentiſſimo mercatori matrimonio collocaret; mauult furtis & latrocinio, quam honeſto quæſtui vacare.

Venetorum conſuetudo huic abſurditati, inertiæ, ineptitudini, & obſeruationi contraria eſt: inter quos nobilitas, veluti factio quædā ab reliquo populo diſcreta: mercaturam omnis excercet: ea quoque, quæ equeſtris ordinis inſignio potitur, neq; mercaturam à nobilium exercitio exiſtimāt alienam. Omnes enim, qui Reipublicæ munerib. funguntur, quique (vt dicunt) ex ordine ſunt ſenatorio, naſcuntur atq; appellantur nobiles. Adeoq; hac vulgari aura inflantur nonnulli, vt, etiamſi quis parente abſurdo, ſtulto, inſulſo, inope, ipſe quoque haud diſſimilis patri fuerit: tamen ſi in popularem virum inciderit quamuis doctum & ſapientem, eum præ ſe contemnat tumore, ſeu rumore nobilitatis Sed, vt ait Pogius, mallet Apuleii ſe eſſe aſinum, quam vt talis eſſēt, aut ortus ex eo, cui minimus, quam aſello ſenſus aut prudentia ineſt.

Romani; qui appellantur nobiles, mercaturam, vt rem vilem atque abiectam contemnunt, cultui agrorum,& rei ruſticæ vacare, gregis atq; armentorum curam gerere. re pecuaria opes quærere, quæſtum honeſtū,& viro nobili dignum putant. Idque eis, qui poſſunt agere, etiam ſi recenti ſint familia, hoc lucri genere patefit aditus ad nobilitatē. Eſt apud eos (vt ait Pogius) honeſta licet ruſticana nobilitas, longe diſtans à Neapolitana.

Sed ſecundum eum rectius de nobilitate ſentire videtur, dum ait. Habentur enim & apud omnes dicuntur, & eſſe nobiles affirmantur, orti, ſeu originem trahentes ab antiqua familia & ſtirpe, quorum maiores opulēti functi honore, officiis aut dignitate ciuitatis in Reipub.adminiſtratione verſati ſint: quorum pars ſe ad mercaturam confert, pars titulo nobilium gaudens, nulli exercitio dedita & venatu & aucupio oblectatur.

Ianuen-

Digitized by Google

Ianuenſibus idem, quod Venetis vſuuenit, nauigationi deduntur omnes, præſertim maritimæ, nobiles atque ignobiles, qui nulla alia re niſi origine diſtinguuntur.

Sunt ex his quidam in caſtellis montanis diſperſi Caci more, itineribus infeſti, qui nobiles habentur Lombardi.

Et idem tractus, ſeu diſtractus omnis Venetorũ, qui dicuntur nobiles, viuunt ex prædiorum fructu, & paterna hæreditate, nullo præterquam venandi aucupandique ſtudio ducti: his ſola origo, & negotiorum vacatiõ nobilitatem largitur.

Germani, atque Alemanni, quibus cenſus patrimonij ad victũ ſuppetit, & his, qui procul vrbibus, aut qui caſtellis, & oppidulis dominantur, quorũ magna pars latrocinio dedicatur, nobiles cenſentur: quibus humanius ingenium natura dedit, hærent principibus, quorum in aula aſſueſcunt cultiori vitæ; rudes tamen, & moribus aſperi.

Gallię omnis vna eſt nobilium norma. Nã rura & prædia ſua (dicam potius caſtra) incolentes vrbes fugiunt, in quibus habitare nobilem turpe ducitur: qui in illis degunt, ignobiles habẽtur à nobilibus. Mercatores aſpernantur, vt vile atque abiectum hominum genus. Prædiis ſuis (hoc eſt, cenſibus, reditibus, ſeu prouentibus) contentum ac prodigum eſſe (vt eis à natura ineſt) neq; futura quicquã penſi habere: ſignum nobilitatis volunt. Ea quotidie augetur, vel pecunia, vel famulatu. Nam mercatorum, aut quorumuis opificum filii, qui diuitiis præſtant (quos burgenſes vocamus honeſtiori vocabulo) aut empto prædio (hoc eſt ſeignoria) rus ſe conferunt, vrbe relicta, atque eius fructu contenti, ſeminobiles, ſeu nobilitati euadunt, ſuiſque poſteris nobilitatem præbent. Aut famulantes Principib. aliquo prædio collato pro nobilibus honorantur. Ita plus illis rura, & nemus conferunt, quam vrbes, atque ocii aut negotii ratio ad conſequendam nobilitatem. Salua pace Pogii: quia non bene intellexit nobilitatem Gallorum; quippe illi apud nos habentur nobiles, & tales reputantur, qui origine antiqua, & immemoriali ſunt nobiles, aut eorum prædeceſſores ex priuilegio Principis, & tales, vt communiter morantur in rure, vbi habent ſua caſtra, hoc eſt, caſas altas, amplas, ſumptuoſas, & luxurioſas, fortes, & munitas muris & vallis, atq; etiam ſua dominia habent, quib. victũ percipiunt, cũ cenſib. ſuper ruricolis ſibi aſſignatis: ſuper quib⁹ habent iuriſdictionẽ, & venationibus & aucupiis continue occupantur. Qui vero etiam nobiles forent, in villis, ſeu vicis ruralibus (vbi ſunt ædificia ſine muris vel vallo,) habitẽt, à nobilib. reprobantur, & dedignantur. Et de ritibus Gallorum nobilium iam dixi ſupra *in 18. conſid. ver. apud nos Gallos*. Et quod nobiles Galli ſint optimi venatores, multumque eis venatio conueniat, ſatis ſcribit G. Bened. *in ſua repet. cap. Ray in ver. & vxorem nomine Adelaſiã in materia ſucceſſionis ab inte. nu.* 885. vbi inquit: Eſt enim Gallicæ nobilitatis vana cõſuetudo, ad feras venatu deprehendendas ſe conuertere, *ca quorundam.* 34. *diſtinct.* vbi dicitur, quod Germani, & Galli ſunt venationi naturaliter dediti, quibus multũ confert, quod canes, qui leporarii vocantur, leues & agiles habent, de quibus inſigniter meminit Ouidius *lib.* 1. *Metam.*

Ipſe amor, admiſſo (hoc eſt, veloci) *ſequitur veſtigia paſſu,*
Vt canis in vacuo leporem cum Gallicus arno
Vidit, & hic prædam pedibus petit ille ſalutẽ.

Præterea dulcis, & naturalis venatio, potius fit cauſa ſpatii & exercitii, quam commodi aut lucri; quia non tam gaudent nobiles de magna præda, quam de volatu, & curſu, quæ animos recreant. præſertim Gallorum.

Hos Britanni ſequuntur, Angli hodie vocati, qui nobiles in ciuitatibus morari, ignominię loco putant, rura ſyluis ac paſcuis ſecluſa inhabitant, nobiliorem ex cenſu iudicant, rem ruſticam curant vendentes lanam, & armentorum fœtus: neque turpe exiſtimant admiſcere quæſtui ruſticano, & vt refert Pogius: vidit hominem relicta mercandi cura, cum prædia precioſiora emiſſet, atque in ea cum familia, vrbe relicta, ſe contuliſſet, authorem nobilitatis filiis extitiſſe, & ipſum non reiectum à nobilium cœtu. Multos hu-

iuſmodi hodie videmus in Gallia, qui à plebeis orti, cum eorum prædeceſſores, vrbe poſthabita poſſeſſiones iuriſdictionales ſibi compararint, ex quibus vitam degunt, ſe nobilium conſortio immiſcere, & pro nobilibus reputari volunt; quod abſurde fit apud nos, ſicut & in Anglia. Multos etiam, ait Pogius, in Anglia ignobilis generis, aliquod præſtans in bello facinus, acceptis à Principe donis, nobilitauit.

Hiſpania duplici nobilitate vtitur. Nam, & qui in ſuis ciuitatibus antiquo genere orti, cæteris præſunt, diuitiis præditi, & qui in campis commorantes nutriuntur ex prædiorum cenſu, cum ornatiore quodam viuendi ritu, quæ cæteris præſtant, nobilium nomen tenent. Inter omnes illos Equeſter ordo primum nobilitatis locum habet.

Apud Græcos quicunq; ad Imp. aulam vocati, ſeruitio eius inſiſtunt, quantumuis abiecti generis, ob Princ. conſuetudinem ac famulatum, nobilitatis titulo potiuntur, appellanturq; deinceps nobiles, & de iſta nobilitate dixi ſupra *in iſta part. in 19. conſid.*

Hodie vero, apud Principes is mos inoleuit nobilitandi, vt quilibet Princeps priuilegio, & literis faciat nobiles, nulla habita virtutis ratione. Ita iſti (quod riſu dignum eſt ſecundum Pogium) vſu & obſequio ſcriptura, & cera, nobilitatem adipiſcuntur: & de hac dixi ſupra *in 17. conſid. huius part.*

Barbaris quoq; gentibus diuerſi ſunt nobilium mores.

Ægyptiis, ac Syris nulla habetur nobilitas, niſi eorum, qui militiæ deduntur, qui ſoli excellunt ac dominantur, reliquis ſeruorũ loco habitis. At illos omnes conſtat eſſe emptitios ſeruos, qui poſtmodum præfecturas equitum prouinciarumq; ſortiti, vſque adeo fortunæ beneficio efferũtur, vt ex eis potentior regnum occupet viribus armorũ fretus.

Teucros inſuper, & ſuperiores Sarmatas arma nobilitant. Nam, qui ordines ducunt, ditati prædiis, nobiles dicuntur, & ipſi quoque, ex ſeruitio maiori ex parte ad militiam aſciti; pueri enim empti pretio militiam cõdiſcunt, in qua excellere parit nobilitatẽ; & de iſta nobilitate, quæ cauſatur ex militia, habetur ſupra *iſta parte in 25. conſid.*

Sed, quæ iſtarum ſit certa, & vera nobilitas, diſputat Pogius *in dicto opere de nobilitate.* & tandem concludit, quod ſola nobilitas animi, & quæ virtute præcedit, eſt vera nobilitas, & excellentior aliis, de quibus diffuſe iſta parte dixi, præcipue *in 5. conſid.* ideo non repeto.

QVinquageſima conſideratio. Ex omnibus ſuperius deductis bene penſatis infertur illud vulgatum (quod ſolent nobiles quandoque dicere) *ie ſuis gentil-homme comme le Roy*: & quod inferior nobilis dicit ſuperiori: *Ie ſuis gentil-homme comme vous*: non eſſe verum; imo falſum, & per hoc fit iniuria ſuperiori. Cum, vt hic ante ſcriptum eſt, *in 15. conſid.* etiam Rex, Dux, Marchio, & Comes dicantur nobiles, & ſint in alia dignitate, quam inferiores, & Rex ſit in maiori dignitate quam Dux, & Dux quam Comes, & ſic de ſingulis: cum dignitas, & nobilitas idem ſint, vt dixi ante *in 1. parte, in 66. conſid.* Sicut ergo dignitas capit augmentum, vel diminutionem ſecundum qualitatẽ eidem adiectam; ita & nobilitas ſecundum dignitatem ei adiectam. Quia nobilitas non poteſt eſſe ſine aliqua ſpecie dignitatis, vt hic ante dixi, *in 7. conſideratione*: quod nobilitas dicitur eo, quod ſecernitur & differt à plebe ſiue plebeis, qui ſunt ſine aliqua dignitate. Ideo concluſiue; Omnes nobiles habentes annexam dignitatem Principatus, præferuntur omnibus inferioribus. Et tales dici poſſunt eſſe in primo gradu meræ nobilitatis. Quoniam ſicut iuriſdictio diuiditur in tres, in meram, mixtam, & infimam. Et meræ iuriſdictionis ſunt ſex gradus, vt dicit Bar. *in l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud.* aut tres, ſecundum Bald. aut quatuor, vt voluit do. meus Iaſ. *in d. l. imperium.* de quibus per Purpurat. ibi, *nu. 206.* qui ſequitur diuiſionem Bar. Sed quia de his ſupra dixi *in 5. par.* hic non repeto; cum in hac parte etiã diſcutiatur de alia nobilitate, quæ non eſt in mero gradu, ſed in mixto, ſcil. poſt Principes. Et licet de hoc gradu mixti imperii, & ſic mixtæ nobilitatis poſſent fieri ſex

Digitized by Google

fieri ſex ſpecies, ſecundum quod Bar. facit ſex gradus; tamen do. meus Iaſ. facit tantũ tres; & ſunt maximi, medii, & minimi: & hic erit idem in nobilibus; quia erunt maximi, vt Barones; medii, vt caſtellani; & alii minimi, vt minimi, valuaſores, ſeu alii domini habentes tantum omnimodam iuriſdictionem, & nullos vaſallos ſub ſe habentes. Et ſic ex pluribus cognoſcitur maioritas in iſtis ex antiquitate originis, ex maioritate præeminentiæ, & iuriſdictionis, & ex maiori reputatione, & quis ex his poteſt dici maior, & maiorem habere nobilitatē. In infimis, qui ſunt tertii gradus, etiam ſunt tres ſpecies, vt dicit do. meus Iaſ. *in d. l. Imperium in pen. colum.* Et ſunt iſti parui nobiles, qui habent aliquam paruam iuriſdictionem, & qui non poſſunt mulctare delinquentes, niſi vſque ad 60. ſolidos. alii vſq; ad ſeptem ſolidos tantum, quæ dicitur iuriſdictio ſeu iuſtitia ſub ſolato, hoc eſt, ſub laicte. Alii, qui habent aliquod dominium nobile, & francum, non ſubiectum alicui, ſine aliqua tamen iuriſdictione. Et iſti etiam dicunt ſe nobiles, ſed in infimo genere nobilitatis, & in minimo gradu. Ex his poteſt cõſiderari, in vnaquaque perſona ſecundum eius qualitatem, cuius gradus ſit nobilis, & an ſit verum dicere, quod exiſtens in vltimo gradu infimę nobilitatis, poſſit dicere exiſtenti in primo genere, & gradu nobilitatis, quod eſt ita nobilis, ſicut & ille: quoniam ex prædictis conſtat quod non: & ſic, quod ſit iniuria ſuperiori, qui poteſt ornare ſuam nobilitatē ex multis qualitatibus ſupradictis, ex quibus diuerſificabitur ab alia. Ideo erit verũ dicere, quod vnus eſt magis nobilis, quam alius. Vide hic ante in vigeſimaſeptima conſid. Et tali, ſi dicatur per inferiorem, quod ſi ita nobilis, fit iniuria, vt dixi. Sicut ſi fieret de armis, ita quod vſurpans arma nobiliora alterius, infert ei iniuriam, vt ſupra *in 1. part. in* 15. 20. 21. 23. *& pleriſq; concluſionibus*, 38. *conſid.* Sic hoc caſu, ſi inferior, & minus nobilis vſurpet nobilitatem maioris & ſuperioris, & ſuam inferiorem adæquare voluerit maiori, & iſtud facile cognoſci poteſt ex multis, quæ elici poſſunt ex ante dictis in hac parte, quæ ſi contingant in facto, conſidera qualitates partium, & ſcias diuerſificare ſecundum maius & minus, & ſecundum maius dignum, & minus dignum.

Octauæ partis Catalogi gloriæ Mundi finis.

NONA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

Laudes & honores Militum declarat.

Quadraginta & octo Conſiderationes habet.

CVm militiæ ſumma laus ſit, vt habetur *c. in ſumma. in initio, & in fin. 33. quæſt. 1.* & Seneca *in Hercule furente Tragœdia* 1. Omnis (inquit) in ferro eſt ſalus. Ideo dicitur bellum omni iure diuino, naturali & gentium pro tuitione rerum ſuarum permiſſum eſſe, ſecundum Paul. de Caſt. *conſil. ſuo* 33. & dicit tex. *in ca. militare* 33 *qu.* 1. quod militare non eſt delictum. Quoniam plures fuerunt milites à Deo approbati, vt de Dauid, de quo dicit Deus: Inueni hominem ſecundum cor meum. & de pluribus aliis, de quibus habetur *Reg.* 1. 2. 3. & 4. & *Maccab.* 1. & 2. dicam infra *in* 3. & 11. *conſid.*

ERit ex eo prima conſideratio. Quia hic ponitur ordo militum ante ordinem literatorum, propter quod quæri poſſet, quis præcedere debeat, an Doctor, an miles?

Et inprimis reperio inter alios dom. Signorolum de Homodeis legum Doctorem, qui hanc quæſtionem diſputauit anno Do. 1340. & quæſiuit; An doctor inſignis honoris, & præcellentiæ militem præcedere debeat, vel econuerſo. Et poſt eũ Ludo. Bolognin. qui in huiuſmodi diſputatione introduxit nouum duellum inter illuſtrem ac excellentiſſimum in toto terrarum orbe Iuriſconſult. do. Franciſcum de Acolitis dictum de Aretio, pro parte doctorum tuenda loquentem. Et inuictiſſimum, ac iuſtiſſimum Principem armorumq; Ducem & totius Italię benemeritũ do. Federicum Vrbinum pro parte militari defendenda loquentem. Et vltimo loco pro omnium cõcordia introduxit do. Alex. Tartagnium Imol. cuius ſentẽtiæ omnes acquieuiſſe atteſtatur. Cuius etiã ſententiæ acquieſcendo, dico prout Alexand. omiſſo tamen primo loco ſedendi inter milites & doctores, quem credo dandum eſſe militib. quicquid dicant omnes doctores, vt ſatis probaui *in* 8. *conſid. 7. part. huius operis.*

Facit pro hac vna ratio vrgẽs inter alias, q̃ in omnib. fere locis iuris ciuilis, vbi fit mẽtio de armis & legib. ſemper præferuntur arma, non ſolũ in legib. Imper. vt *in l. 1. in pr. C. de Iuſtin. Cod. compon. & in l. 1. C. de vet. iu. enuc. & l. tanta. eod. tit. & proœ. Inſt. in pr.* verumetiam in legib. iuriſconſ. *l. his honorib. ff. de vacatio. muner.* vt ſupra dixi *in* 8. *conſ. 7. part.* etiã iure diuino, vbi fit mentio de officiariis militaribus, & iuſtitiæ pręponuntur militares in ordine literæ ſeu ſcripturæ: qui quidem ordo ſeruandus eſt. *l. qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit.* & dixi ſupra *in 4. part. in 73. conſid.* vbi ample. In aliis autẽ locis præter illum primum inſequendo doctrinam Alex. *in l. centurio. ff. de vulg. & pup. ſubſti.* dico in hunc, qui ſequitur, modum.

Poſt prædictũ primum locum, quẽ dimitto ſuo loco, vt ſupra dictũ eſt in actib. doctoreis, ſine dubio doctor pręfertur militi. *l. nemo clericus, vel militaris. C. de ſumma trinit.* Et econtra in actibus militarib. milites doctorib. præfe-

Digitized by Google

præferuntur *l. ciuilib. C. de off. vic.* ſed in actib. promiſcuis, ſeu naturalib. primo præferuntur doctores exiſtẽtes ad latus Principis: & hi habent primũ locum poſt ſupremum, quem omitto. Secundũ vero locum tenent milites, qui militant ad latus Principis, vel qui ſunt Equites Romani. Tertium vero locum habent doctores excellentes, qui non ſunt ad latus Principis. Quartum vero locũ habent ſimplices milites. Quintum vero & vltimum locũ tenent doctorelli: & ita dicit ſe alias tenuiſſe in lectura *in leg. centurio. in 2. col. ff. de vulga. & pupil ſubſtit. in verb. puto, quod in actib. militarib.* Et quicquid dicat & dom. Alexan. & alii, ego ſum huius opinionis, ꝙ ſemper in actib. doctoreis præferuntur doctores. In actib. militarib. milites, ſed in actu indifferẽti, data paritate militũ & doctorum, videlicet, in Magiſtro militũ primo, qui dicitur apud nos Conneſtabilis: & in præfecto prætore ſeu quæſtore, qui etiã vulgo Cancellarius nuncupatur, ꝙ ſemper miles præfertur doctori, & ſic de ſingulis de gradu in gradũ: quia in ordine literæ præponũtur arma legibus, ex rationib. ſuperius per me deductis *in d. 7 part. in 8 conſid.* Ideo etiam tractando primo incipiam à militibus.

Secunda conſideratio. Plura militũ genera reperiuntur quo ad nos. Quidã enim ſunt milites militiæ Eccleſiaſticæ, qui etiam licet ſequantur arma, tamen ſunt milites Eccleſiæ, ſeu militiæ Eccleſiaſticæ, qui dicuntur Hieroſolymitani, & participant de vtraque: tamen quia plus attingunt dignitatem Eccleſiaſticã, quam temporalem, ideo eos præponendos cenſui cęteris militibus: quemadmodum Eccleſia ſeu ſpiritualitas tẽporalitati præfertur, cum à digniori fiat denominatio. dixi ſupra *in 4 part.*

Alii ſunt milites ordinis ſeu torquati apud nos, qui ſunt milites exiſtentes ad latus Principis: qui proprie & maxime habent vi illius ordinis quandam dignitatem, ſeu prærogatiuam particularem vltra militiam ſimplicem de per ſe.

Alii ſunt milites armatæ militiæ ſimpliciter, & de per ſe, de quibus principaliter intendimus hic tractare & de eorum laude, gloria, præeminentia & dignitate.

Tertia conſideratio. Inter omnia exercitia mortalium nihil excellentius, nihil præclarius armata militia. Ea enim exercitatio vtilitate, & honore cætera præſtat. Per militiã enim armorum exercitium, Reipub. quies, atque ſalus quæritur & conſeruatur, & ab omni hoſtili vaſtitate liberatur. Cuius exercitii laudes & vtilitatem ipſa humana indigentia demonſtrat & extollit. Vt enim antiqui voluerunt, militia recte manibus comparatur, quæ naturæ imperio paratæ ſunt ad corpus iuuandum. Sicut enim manus ſunt in corpore naturaliter inſtitutæ ad repellendum nociua, ad percutienda infeſtantia, ad attrahẽda neceſſaria, & ad conſeruanda alia membra corporum, illaque augenda: ſic milites ad iſta conficienda in Rempubl. perneceſſarii ſunt. Quid enim profuit diſciplina militaris Imperio Romano, ponit Valerius *in ſuo li. 2. in tit. de diſciplina militari.* Et merito dicitur, quod ſumma militiæ laus ſit, vt habetur *in cap. ſumma 33. quæſt. 1 in prin & in fi.* Et Seneca *in Hercule furente, Tragœdia 1.* Omnis, inquit, in ferro eſt ſalus. Et ideo dicitur, quod bellum omni iure pro defenſione rerum ſuarum permiſſum eſt, vt ample ſcribit Ioan. de Terrarub. *in opere de vinea Eccleſiæ, artic. 10. tertii tractatus in gloſſ. in ver. ſuffi ciant.*

Imo & nos de Regno Franciæ dicere poſſumus illud, quod ſcriptum eſt *in l. 1. Cod. de Iuſtinian. Cod. componendo*: quod dicebat Iuſtinianus, ſumma Reipublicæ Francorũ tuitio, de ſtirpe duarum rerum armorum atque legum veniens, vimque ſuam exinde muniens. Felix Regum noſtrorum Chriſtianiſſimũ genus omnibus anteponi nationibus, omnibus gentibus dominari, tam præteritis effecit temporibus, quam Deo propitio in æternum efficiet, vt de his infra dicetur, & primo de militia.

Inducta eſt enim pro pace tuenda *l. mulierem. ff de accuſ.* Hinc Plato *de Republica* cum cæteros ſtatus in ciuitate inſtitui ſſet, vnum neceſſarium genus hominum longe cæteris antepoſuit, qui arma tenerent, ciueſque alios ab hoſtibus defenderent. Quibus mirifica priuilegia tribuit: honoreque & dignitate

Digitized by Google

cæteros voluit antecellere, quodque ſi minime honorentur, pauci fortes reperirētur, iuxta Ariſt. ſententiam. Apud illos inueniuntur fortes milites & tyrones, apud quos fortiſſimi quique honorantur, & ſecundum Ciceronem iacent ſemper & parum vigent, qui apud quoſdam non decorantur. Ea ergo Reſpublica tyrannidem ſapit, quæ fortes, aut ſapiētes minime honorat. Quis enim clariſſimos milites cunctis non anteponit, quorum pietas in patriam ſtudioſa eſt, & mors pro illius ſalute ſemper offertur? Hinc Bruti, Publicolæ, Camilli, Scipiones celebrantur. Si enim milites in Republica deeſſent, virgines paſſim raperentur, matresfamiliæ ad libidinem traherentur, ſacra ſimul & profana polluerētur, tandemque cuncta cædibus & incendiis miſera quadam conditione miſcerentur. Et tandem quicquid prauis hominibus liberet, id innoxios atque innocentes pati oporteret. Et ideo Hippodamus ſcripſit tres partes eſſe neceſſarias in ciuitate: primam quidem agricolarum, de quibus infra dicturus ſum *in* 11. *part.* ſecundam artificum; tertiam propulſatorum belli & arma tenentium.

Quod videntes noſtri Hedui, & huius noſtræ ciuitatis Incolæ poſt habitas literas Regias in forma edicti generalis de fugando, deiiciendo, & inuadendo quoſdam tribaldos dictos *auanturiers*, qui ſe abſq; licentia Principis inſurrexerant, omnia deuaſtando, & quædam ſocietates inerant, qui infinita & innumerabilia nefanda & relatu horribilia in populum committebant; vt oppreſſionibus & deuaſtationibus illorum reſiſteretur. Secundum mandatum & edictum Domi. Regis noſtri, in eorum ciuitate hoc anno Domini 1523. ſtatum militarem ordinauerunt decernendo capitaneos, decennarios & centenarios. Ita quod per huiuſmodi ordinationem militarem, populum & vicinos ex mandato Regis ab huiuſmodi ſceleratiſſimis viris liberarunt, quod nec auſi fuere attentare aliæ quæcunque ciuitates regni, niſi poſt infinitas mirabiles executiones factas per noſtros ciues Heduen. in huiuſmodi facinoroſos homines, quos ita caſtigauit & diſrupit hæc noſtra ciuitas, quod quoſcunque potuit, interfecit, & laqueo ſuſpendi fecit: quod fuit gratiſſimum Regi & toti Reipublicæ pluſquā fructuoſum & neceſſariū: alias totam Galliā deprædati fuiſſent, non habendo reſpectum ad nobiles, quos ſpernebant, virgines quas violabant, & matronas, quas adulterabant, omneſque alios, quos cruciabāt, & bona eorum deprædabantur.

Sed redeundo, vnde digreſſi fueramus; has vitæ militaris vtilitates Ariſt. conſpiciens, *in* 7. *Politic.* ait: quod merito bellicis artibus vacantes proprie ſunt partes ciuitatis, & eos veros ciues appellat; ſuadet enim, quod prædicti bellici homines, item conſiliatiui, iudicatiui, ac etiam ſacerdotes ſunt vere partes ciuitatis. Mercatores vero inquantum tales & agricolæ, ac artifices mechanici & mercenarii (quantumcunque ſunt diuites, licet neceſſarii ſint in ciuitate) non tamen ſunt vere partes, nec ciues. Illius rationem ibi aſſignat, quam etiam poſuit Zoderic. Zamor. *in ſuo ſpeculo humanæ vitæ, lib.* 1. *ca.* 9. vbi per eum vide de laude militaris exercitii.

Et hæc exercitatio militaris fuit primo inuenta à Publio Attilio, vt refert Valerius *libr.* 2. *de inſtitut.* Et ibi dicitur, quod Neuius centurio inuenit vſum velitū, id eſt, des archies. Virgilius Polydorus *libr.* 3 *de inuentoribus rerum. cap.* 10. dicit, quod primo fuit inuenta à Tubalcaym: & ibi poſtmodum ponit de pluribus aliis, qui inuenerunt artem militarem: Dicit tamen in princip. quod tanto literis præferenda videtur; quanto facta dictis præſtant.

QVarta conſideratio. Ordo militum Hieroſolymitanorum, qui dicuntur milites Rhodii ſeu Rhodienſes; eo, quia principalior locus eorum religionis conſtitutus in inſula Rhodi. Cuius nonnunquam etiam habitatores & incolæ dicti ſunt Coloſſenſes tēpore Pauli, ad quos ſcripſit Epiſtol. & à nomine vrbis, quæ dicta eſt Rhodos, inſula nomen accepit. Quorum ordo eſt S. Iohannis Hieroſolymitani: & incepit Anno 1120. ab incarnatione, prout refert Vincentius *lib.* 27.

Hi

Hi degunt ſub regulâ B. Auguſtini, habentes habitum nigrum modo laicali, ſed cum cruce alba in pectore, & deputati ſunt ad pugnãdum corporaliter contra infideles. & de his vide ſupra *in 5. parte, in 64. conſideratione.* Et licet firmiſſimum Chriſtianæ religionis eſſet propugnaculum, per maledictum Turcam expulſi fuerunt, & quaſi profugi non habent certum locum religionis: ſperandum tamen (Deo auſpice) ſeditionibus Principum ſemotis, ipſam recuperari, ac ipſum Turcam affligi poſſe.

Prædicti ergo milites ſubſunt magno Magiſtro Rhodienſ. quod nomen eſt ipſi impoſitum inſtar illius, qui habet regimen & adminiſtrationem plurimorum militum, de quo eſt rubr. *Cod. de officio Magiſtri militum.* Et vt denotetur eius autoritas, additum eſt iſtud adiectiuum, *Magnus*, ad denotandum maioritatem & ſuperioritatem vltra illam, quam habet Magiſter militum, qui dicitur illuſtris, vt habetur prædicto titu *in l. vlt. in ſuperſcriptione*, cum dicitur: *Imperator Iuſtinianus Zeta, viro illuſtri Magiſtro militum.* Et Magiſter dicitur; quia maior eſt in ſtatione, *ſteron* Græce, *ſtatio* Latine dicitur, ſecundum Papiam: vnde & Magiſter militum dicitur Princeps militum. *2. Reg. 10. cap.* habetur per Hoſtienſ. *in ſumma de Magiſtris.* §. 1. & Ioan. Andr. *in cle. de Magiſtris.* qui dicit, quod nemini debet huiuſmodi nominatio eſſe moleſta; cum Chriſtus ſic à diſcipulis vocaretur, *Iohan. 3.* quod etiam ipſe acceptauit, *Iohan. 12.* Vos vocatis me Magiſtrum, &c. ſum etenim. Et eſt proprie is, cui totius rei gubernatio eſt commiſſa. *l. 1. §. 1. ff. de exercit. actio.* & facit *l. item. Magiſtri. ff. de pact. & l. actor. ff. rem ratam hab.* vel dicuntur Magiſtri à monendo. Nam quibus præcipua rerum omnium cura incũbit, & qui magis, quam cęteri, diligentiam & ſolicitudinẽ habẽt in rebus, quibus pręſunt, debent hi Magiſtri appellari: quinetiam ipſi Magiſtratus per deriuationem à Magiſtris cognominantur. *l. quibus. ff. de verbor. ſignif.* Idcirco & iudices & Magiſtri eodem ordine præcepti ponuntur, *Deut. 16.* Iudices Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis: vt iudicent populum iuſto Dei iudicio. Imo Magiſtri ſunt maiores; eo, quia dictiõ, *&*, eſt augmentatiua. Do. meus Iaſ. *in l. 2. in §. 5 de ſucceſſ. edict.* Et etiam quandoque dicitur Comes. *l. 3. C. de curſu publ. l. 12.* Vide ad prædicta Luc. de Pen. *in l. hi qui. C. de caſtr. l. 12.* vbi ponit de off. Magiſtri. dixi ſupra *in 6 part. in 7. conſid.*

Et quoniam, vt hic ſupra dixi, iſte magnus Magiſter & milites Rhodii non amplius habent inſulam, nec vrbem Rhodienſem; habent tamen in Gallia & multis Chriſtianitatis partibus pulchra templa & oratoria, quæ multa ſunt & opulenta. Sed quia pauci eorum ſunt clerici, licet ſint religioſi, vt dictum eſt ſupra, & gaudeant priuilegio perſonali & reali clericorum; ideo communiter dicunt horas ſuas, ſeu officium, ex oratione dominicali, id eſt, *Pater noſter.*

Bernardus autem *in ſuis ſermonibus* talem religionem militum commendans, docet, quales mores habere, & à quibus abſtinere debeant. Sic enim dicit ad milites templi ſcribens: Nouum militiæ genus ortum nuper auditur in terris, & inexpertum omnibus ſeculis: per quos gemino pariter conflictu atque infatigabiliter decertatur, tum aduerſus carnem & ſanguinem, tum contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Quid autem viuens vel moriẽs timeat, cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum? Gaude fortis athleta, ſi viuis & vincis in Domino; ſed magis exulta & gloriare, ſi moreris & iungeris Domino, ſi beati, qui in Domino moriuntur; multo magis qui pro Domino moriuntur. O vita ſecura, vbi pura conſcientia. O vere ſancta & tuta militia, atque ab illo duplici periculo prorſus libera, quo id hominum genus ſolent frequenter in militia ſeculi periclitari, vbi Chriſtus non eſt cauſa militandi. Quoties namque congrederis, qui militas militia ſeculari, timendum omnino, ne aut occidas hoſtem quidẽ in corpore, te autem in anima: aut tu forte occidaris ab illo in corpore ſimul & anima. Ex cordis namque affectu, non belli euentu penſatur, vel periculum, vel victoria Chriſtiani. Viuunt enim hi milites in communi ſub vnius obedientia abſque vxoribus & liberis, &

abſque omni proprio. Nullo autem tempore, aut ocioſe ſedent, aut curioſe alicubi vagantur: ſed ſemper dum non procedunt, ne gratis panem comedant, armorum ſeu veſtimentorum, vel ſciſſa reſarciunt, vel vetuſta reficiunt, vel inordinata componunt, & quæcunque poſtremo facienda, Magiſtri eorum voluntas & communis indicit neceſſitas. Perſona inter eos minime accipitur, meliori, non nobiliori defertur: verbum inſolens, opus inutile, riſus immoderatus, murmur vel tenue ſiue ſuſurrus, nequaquam deprehenditur, inemendatus relinquitur. Scacos & aleas deteſtantur, abhorrent à venatione, nec ludicra illa auium rapina, vt aſſolet, delectantur. Mimos & magos & fabricatores ſcurrileſq; cantilenas, atque ludorum ſpectacula, tanquam vanitates & inſanias falſas reſpuunt & abominantur, capillos tondent, ſcientes iuxta Apoſtolum ignominiam eſſe viro, ſi comã nutriat: nunquam compti, raro loti, magis autẽ neglecto crine hiſpidi, puluere fœdi, lorica & caumate fuſci. Porro imminente bello intus fide, foris ferro, non auro ſe muniunt, quatenus armati & non ornati hoſtibus metum incutiant, non auaritiam prouocent, equos habere cupiunt fortes & veloces, non tamẽ coloratos & phaleratos, pugnam quippe, non pompam, victoriam, ſed non vanam gloriam cogitantes, & ſtudentes magis eſſe formidini, quam admirationi. At vbi ventum fuerit ad certamen, priſtina leuitate depoſita, (tanquam ſibi dicerent: *Nonne qui oderant te domine, oderam, &c.*) in aduerſarios irruunt velut oues eorum reputantes; quia non de ſuis viribus præſumere norunt, ſed de virtute Dei Sabaoth victoriam ſperare, cui facile eſſe cõfidunt, iuxta Maccab. ſententiam, concludere multos in manus paucorum. Quia non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de Cœlo fiducia eſt. Ita miro & ſingulari quodã modo cernuntur, & agnis mitiores, & leonibus ferociores. Quibus nec deeſt monachi manſuetudo, nec militis fortitudo: de qua re quid dicendum eſt, niſi quia à domino factũ eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris: Tales enim elegit ſibi Deus, & collegit à finibus terræ miniſtros ex fortiſſimis Iſrael, qui viris lectulum Salomo, id eſt, ſepulchrum, vigilanter fideliterque cuſtodiant, omnes tenentes gladios in manibus & ad bella doctiſſimi. Hæc Bernard, vbi ſupra relatus per Anton. Flor. *in 2. par. hiſto. tit. 15. cap. 20.* vbi etiam inuehitur contra prædictos milites in pompis eorum & cupiditatibus, dicens: *Quis hic, ô milites, tam ſtupendus error & furor tantis ſumptibus & laboribus militare, ſtipendiis vero nullis niſi aut mortis, aut criminis? Operitis equos ſericis, & pendulos neſcio quos panniculos loricis ſuperinduitis: depingitis haſtas, clypeos & ſellas, frena & calcaria auro & argento circumornatis. & cum tanta pompa pudendo furore, & impudenti ſtupore ad mortem properatis: militaria ſunt hæc inſignia an potius muliebria ornamenta? Nunquid forte hoſtis mucro reuerebitur aurum, gemmis parcet, ſerica penetrare non poterit? denique ipſi ſæpius certiuſque experimini, tria eſſe præcipue neceſſaria prælianti: Vt ſcilicet ſtrenuus, induſtriuſque & circumſpectus ſit miles ad ſe ſeruandum, & expeditus ad diſcurrendum, & promptus ad feriendum. Vos per contrarium in oculorum grauamen ritu fœmineo comam nutritis, longis ac profuſis camiſiis propria vobis veſtimenta obuoluitis, delicatas ac teneras manus amplis & circumfluentibus manicis ſepelitis. Nec aliud inter vos bella mouet, liteſque ſuſcitat, niſi aut irrationabilis ira, ũdiæ motus, aut inanis gloriæ appetitus, aut terrena qualiſcunque poſſeſſionis cupiditas. Talibus certe ex cauſis, neque occidere, neque occumbere tutum eſt. At vero milites Chriſti ſecuri præliantur prælio domini ſui, nequaquam metuentes de hoſtiũ cæde peccatum, aut de ſua nece periculũ: quandoquidem mors pro Chriſto ferenda ſit, vel inferenda.* Hæc Bernar. vbi ſupra, relatus per Anti. Flo. *in loco præalleg.*

Neſcio quid dicendum de talibus militibus hodiernis, nec ſolum inuectiua Bernardi poteſt eis applicari, imo & multo maiora: quoniam ſi tales fuiſſent, prout dicebat Bernardus, quod erat tempore ſuo, forte Deus non permiſiſſet eos expelli à ſedibus & finibus eorum, ſcilicet, ab vrbe & inſula Rhodi, quæ etiam quandoque dicta fuit ebria: Sed,

cum

cum iudicia Dei abyſſus multa; Ideo tacere melius & vtilius, quam male loqui: maximā tamen plagam in Chriſtianitate fecerunt in perdendo Rhodum, quæ forte temporibus eorum, qui amiſerunt, non recuperabitur: Et vt veriſimile eſt, ſi pecūnias, quas in ſuis negotiis particularibus & in pompis, & aliis, quæ ſatis notoria ſunt (quæ iam non dico) in defenſione & munitione loci Rhodi, & in præparandis his, quæ erant ad illius tuitionē neceſſaria, expoſuiſſent, melius Chriſtianitati ceſſiſſet.

Crederem, quod iſte magnus Magiſter Rhodi, poſt Papam præcederet omnes Patriarchas, Cardinales & alios Pontifices Eccleſiaſticos.

Et cum videatur eſſe tantæ dignitatis, cuius eſt Patriarcha, quod poſt Imperator. & alios Principes habentes iura Imperii, vt ſunt Reges Frāciæ & Hiſpaniæ, præcederet omnes Principes recognoſcentes ſuperiorem, & non habentes iura imperii, puta Reges ſubditos imperio, & quoſcunque Duces.

Sub ſe habent multos milites, qui dicūtur priores, & habent aliqui adiectionem huius verbi *magni* in qualibet prouincia: vt in Francia eſt vnus, qui dicitur magnus Prior Frāciæ, & habet ille magnus Prior multos alios commendatarios. Eſt etiam vnus magnus Prior Aluerniæ, alius magnus Prior Campaniæ, & ſic de ſingulis, quos enumerare longum eſſet: & iſti honorantur inter eos ſecundum eorum ordinem, & ſecundum antiquitatem promotionis.

De origine horum militum ſic deſcripſit Polydor. Virg. *de inuen. rerum li. 7. c. 5.* Hieroſolyma antequam à noſtris poſtremo, circiter annum ſalutis 1099. recepta fuiſſet, à Saracenis obtinebatur, Chriſtiani, Latini nominis, qui inibi degebant, ab illis impetrauerunt, vt ſibi liceret iuxta Saluatoris ſepulchrum habitare, vbi Cœnobium diuæ genitrici conſtruxere, quod Latinorum appellabatur, cui Abbas præerat, huius erat inprimis officium hoſpites excipere Latinos.

Eodem exemplo breui poſt tempore alterum virginū Cænobium D. Magdalenæ iuxta dedicarunt, quod item fœminas exciperet. Confluentem poſtmodum peregrinorū cateruam, cum locorum non caperet anguſtia, hoſpitalem domum prope etiam conſtituerunt, quod do. Ioan. Baptiſtæ dedicarunt, admoniti Zachariæ patris memoria, quod eo loci ſæpe ad meditandum conueniret. Sunt tamen, qui ſcribant, Iohanni eleemoſynario illud dicatum fuiſſe, qui Phoca imperāte Patriarcha fuit Alexandrinus: ita cognominatus ob frequentes, quas pauperibus dabat, eleemoſynas.

Huic etiā domui vnus præficiebatur: quare procedente tempore quidam præpoſitus loci nomine Gerardus cum ſociis, crucem in nigro pallio candidam affixit, & eum aſſumpſit ritum, quo nunc degunt. Pari exemplo Agnes, quæ virginum Cœnobio pręerat, profeſſā eſt: Rex poſtea per Pontifices Romanos & Patriarchas probata adeo breui coaluit, vt opes deinde maximas Principum liberalitate ſint aſſecuti.

Raymundus autem primus creatus eſt Magiſter prædictæ militiæ, qui in vniuerſum ordinem obtineret imperiū: cenſentur D. Aug. ordinis: dominicam orationem certo numero repetitam pro canonicis recitant horis.

Hi cum militiam Deo optimo maximo & Ioanni ſacram inſigniter exercerent, dignum Rhodum inſulam (vt teſtatur Platina) à Turcarum imperio armis vindicarunt, quā Clemens V. illis attribuit: qui fuit annus 1000. humanæ ſalutis 308. Sunt, qui tradant eam inſulam à Gothofredo Rege vrbis Hieroſolymæ primo conceſſam: plures tamen, quibus aſſentior, cum Platinæ teſtimonio concordant, poſt receptam ex hoſtibus inſulam, illuc ſe receperunt, dictique inde ſunt Rhodianæ militiæ milites. Ibi cum Turcis perpetuum bellum gerunt, atque ex proximo hoſtiliter infeſtant, ſæpe & ipſi bello petiti oppugnatique acriter noſtra præcipue, vt dixi ſupra, memoria & ætate, cū eam male defenſitaſſe notum ſit, ita quod nunc exulant.

Aduerte etiam; quia dicit Bald. tales eſſe incapaces feudi, *vt in conſil. ſuo 170. incip. ad euidentiam præmittendum eſt. in 2. part.*

Digitized by Google

Vlterius aduerte ad dictum Oldr. *conſi. ſuo 127 incip. quoniam ad inueſtigationem ſapiẽtia.* quod Conuentus prædictorum militum eſt ſuperior Magiſtro, & maiorem poteſtatẽ habet: vt conſtat ex ſtatutis & ordinationibus regulæ per eum ibi poſitis, ex quibus in multis arguit maioritatem Conuentus, & ipſum Conuentum eſſe ſupra Magiſtrum ſeu ſuperiorem Magiſtro. Videas eum, quia ibi ample per eum de illius poteſtate diſſerit.

QVinta conſideratio. Fuerunt & alii milites, qui Templarii dicebantur, & circiter annum Dom. 1171. ſub Pontifice Gelaſio II. Hieroſolymis initium ſumpſerunt: vt refert idem Polydorus *in loco ſupra alleg.* & Philip. Bergomen. *in ſuo ſupplemen. Chronic. li. 12.* Hi; quia in parte Ædium templi habitabant, Tẽplariorum nomen inde habuerunt. Hi primum deuotionis gratia nõ longe à ſepulchro domini habitantes, Chriſtianos peregrino hoſpitio cum charitate ſuſcipiebant, atq; eos per ſacra loca & templa armati ducebant & comitabantur, vt omnem terram ſanctam tuto inuiſerent, & inde ſine aduerſariorum moleſtia reducebant. Fuerunt huius charitatis officii autores viri pietate inſignes nouẽ numero, quorum Principes Hugonem, Paganum, & Gaufredum de S. Alexandro extitiſſe ferunt. Vtebantur atque incedebant mantellis albis cum cruce rubea. Durauit hæc religio ferme 200. annos, & maximas facultates & oppida quam plurima vbiq; gentium ſuo tempore poſſedit. Veruntamen conuicti demum impietatis, quod qui Hieroſolymis agebant, ad Saracenos defeciſſent, eſſentque in fœda vitia propter rerum abundantiam à Chriſtianis comprehenſi, tanquam infideles & hæretici, pontificatu Clementis V. exterminati ſunt. Et etiam, qui apud Gallos ſtabãt, cum vbique ignominioſe nimium vitam ducerent, à Philippo Francorum Rege Pontifico Rom. concedente. Quibus omnibus deletis, eorum bona opulentiſſima, partim militibus Rhodianis, imo maior pars, partim nouis religionibus attributa & conſignata ſunt. Et iſtis Templariis Hieroſolymitanis priuilegium conceſſum erat, vt excommunicati per ſuum Priorem, qui ſacerdos erat, abſoluerentur: vt *in cap. canonica. de ſententia excommun. extra.*

SExta conſideratio. Alii reperiuntur milites Teutonici, & eorum religio ex vtraque priorum mixta eſt, cum hoſpitio ſuſcipiunt peregre illuc profectos, & cum res exigit, pro Chriſtianitate & fide, armis certant. Initium fecit vir natione Teutonicus, qui poſt Hieroſolymam receptam à Chriſtianis, vna cum pluribus ſuæ nationis ibi remanſerat: Is vxorem & facultates habens motus ſuorum popularium (qui ſepulchrum domini quotidie viſitabant) miſericordia, qui neque linguam nouerant, neque diuerſorium inuenerant, domum ſuam hoſpitalem illis communem fecit, ac inibi diuæ virginis ſacellum adiunxit, cui poſtea turba magna fidelium, tam pro infirmis curandis & ſolicitandis, quam pro tuenda fide dicauit: vnde Deiparæ Mariæ virginis milites ſunt appellati. Teguntur pallio albo cum nigra cruce, ſubtus & tunica nigra. Ex ſtatuto nullus niſi Teutonicus illius militiæ eſſe poteſt, atque idem claris ortus ſit natalibus, & cui proponatur ante receptionem, vt contra fidei hoſtes, & ſacratiſſimæ crucis domini noſtri paratus ſit omni tempore dimicare. Item, barbam vnuſquiſque nutriat, præter eos, qui ſacris intendunt, & demum dominicam orationem pro canonicis horis tantum vſurpet.

Hæc fuit Teutonicæ militiæ origo, & eſt multum laudanda, cum eam Rom. Pontifices poſtmodum approbarint.

Hi poſt Hieroſolyma iterum amiſſa reuerſi ſunt in Germaniam, & terram Pruſiam ſubegerunt, & occupauerunt. Et prius caſtellum ad Viſulam fluuium conſtruxerunt, & mox ſucceſſu temporis oppidum frequens cultu apparet, Marienburg vocant, caput atque ſedes eorum, qui vniuerſi ordinis funguntur magiſterio. Abundant diuitiis: nec minor, quam Regibus eſt illis potentia. Vnde nullus ambigere poteſt, quantus & qualis honor & reuerentia eiſdem exhiberi ſoleat.

Septi-

Digitized by Google

SEptima conſideratio. In Hiſpania ſunt milites S. Iacobi ſub regula D. Auguſtini inſtituti, & ſub Alexandro III. Pontifice Romano (qui ordinem eorum approbauit) initium cœperunt, quorum primus fuit Magiſter Petrus Ferdinandus.

OCtaua conſideratio. Alios eſſe milites, quos Calatrenenſes (à loco ſic dictos) ponit ipſe Polydorus *in d. ſuo libro*. Iſtius militiæ fuit autor Rex Sanctius. In an. 1160. nigrum amictum cum cruce rubra portãt. Sub ordine Ciſtercienſi profitentur. Et iſtiuſmodi etiam ſunt in Luſitania, quam Portugalliam vocamus, milites Ieſu Chriſti, quos (teſte Platina) Ioan XX. ſub Dionyſio Rege anno Domini 1325. inſtituit, vt eſſent, qui ex officio Saracenorum inſultibus Bethicam id temporis tenentibus reſiſterent: crucem rubram affigunt pallio ſeu mantello. Huius ordinis eſt gubernator Abbas Alcohaſiani monaſterii Ciſtercienſis congregationis, Vlysbonenſis diœceſis, & conſcribendi & exauctorandi milites habet poteſtatem.

NOna conſideratio. Sunt etiam alteri apud Alcantariam oppidum in Regno Caſtellæ milites; de quorum initio parum recitant ſcribentes. Iacob. Rex Aragoniæ, duos etiam ordines militum circiter annum ſalutis 1212. ordinauit: quorum alteros ſanctæ Mariæ de redemptione captiuorum, ſiue de mercede vocari voluit, quibus captiuos redimere onus incumberet. Pallio vtuntur albo cum nigra cruce. Alteros Monteſiæ milites, rubra cruce munitos nuncupauit. vtramque militiam Gregorius IX. ſua autoritate approbauit. De his militibus etiam, & ordine eorum, ponit Volateranus *in ſua anthropologia, lib. 21. cap. ordines militares.* quem videas.

DEcima conſideratio. Alii ſunt milites particulares, qui habent certum ordinẽ regularem, intra eos vltra milites ſimplices: & iſti in Francia dicuntur milites ordinis: quod apte & accommodate fit, eo, quia militia poteſt dici ordo, cum milites laudabiliter & virtuoſe viuere debeant, vt dicit Lucas de Pen. *in l. his quidem. in 2. col. C. qui milit. poſſ. lib. 12.* Et ideo merito dicuntur milites ordinis. Habent tamen inter eos aliquod ſignum particulare, propter quod dicuntur habere dignitatem militarem, particularem & ſpecificam vltra alios, vt in Francia torquem auream, quod eſt ſignum militiæ, vt dicit text. *in c. ius militare. 1. diſtinct.* Vbi dicit text. quod ius militare eſt belli inferendi ſolennitas fœderis, faciendiq; nexu ſigno dato egeſſio in hoſtem, vel pugnæ commiſſio. Item ſigno dato receptio: item flagitii militaris diſciplina, ſi locus deſeratur. Item ſtipendiorũ modus, dignitatum gradus, primorum honor, veluti cum corona vel torques donatur: & vt dicit Ioan. de Turrecrem. ibi: Illo iure militare habetur, in quo gradu ſiue dignitatis officio vnus alium præcedat, vtputa in quo gradu Comitem Dux, Marchio Marchionẽ, Dux Ducem: & vt dicit, Princeps autem omnes excellit dignitate. Et qualiter diſtet vnus Comes ab alio Comite, & Dux à Duce, & Marchio à Marchione, & Princeps à Principe: dixi *in 5. part.* vbi etiam poſui de illis militibus & de ordine ipſorum, qui fuit inſtitutus in Regno Franciæ per Ludouicum Regẽ XI. in honorem S. Michaelis Archang. certo militum numero decreto & ordinato. Inter quos Rex ipſe eſt primus & caput, & cuilibet certorum millium librarũ annorum pro ſtatus argumentatione aſſignata regia penſione. Et iſti milites de ordine regio vocantur portantes auream torquem, & D. Michaelis regium inſigne aureum pendens, vt publice videri poſſit. Vnde ſecundum Budæum *in ſuis annot. ſuper l. vlt. ff. de ſenat.* torques aurea militibus ob rem ſtrenue geſtam donari ab Imperatorib. ſolebat. Vnde Torquati dicti. Torquati tamen hodie vocitari debent equites, qui vulgo Cochleati dicuntur, quos Rex noſter geſtamine ſuo regioq; inſigniuit. Nec poteſt aliquis vti hoc inſigni ornamento, niſi cui Rex conceſſerit, inſtar Ionathæ, cui Antiochus dedit poteſtatem bibere in auro, & fibulam auream ferre, *Maccbabaeorum* 11. & figurata eſt *Geneſ.* 41. vbi Pharao Rex Ægypti, in ſignum præmii, & fauẽdo Ioſeph præpoſito ſuæ domus, inſigne militiæ & dignitatis, dedit ei torquem auream. Et *Dan.* 5. vbi

etiam per Regem Balthaſar circũdata eſt collo Danielis torques aurea, quod eſt ſignum præeminentiæ militaris in domo Principis; cui adiunxit Chriſtianiſſimus Rex imaginem diui Michaelis, cum nemo ſit adiutor illius, niſi ipſe Michael Princeps fidei Chriſtianæ in locum ſynagogæ ſubrogatæ, vt dixi ſupra *in 3. part. huius tract.*

Et ideo cum S. Michael ſit ſignum & tanquam patronus & protector huius ordinis excellentiſſimus, poteſt dicere Rex noſter Chriſtianiſſimus, illud *Daniel.* 10. Ecce Michael vnus de Principib. primus venit in adiutorium meum: & *eod. c. in fi.* Nemo eſt adiutor meus in omnib. his, niſi Michael Princeps veſter.

Quo autem ordine incedere & ſedere debeant prædicti milites, quomodo alios præcedere debeant, dixi ſupra: ſed tamen inter eos habent ordinationem de modo & ordine præcedendi, quæ eſt talis:

Item & pour oſter toutes erreurs, doubtes, ſcrupules, & difficultés qui pourroyẽt venir touchant à priorité & poſterité des honneurs, eſtats & degrez d'entre leſdits Cheualiers, compagnõs & freres de l'ordre. Attendu que vraye & fraternelle amour ne doit point auoir regard à telles choſes. Nous voulons & ordõnons que tant en aller, venir, ſeoir en l'egliſe, ou chapitre, à table nõmer, parler, & eſcrire, & en tous autres faicts & choſes quelconques deſpendans, regardans & touchans la ſituation en l'ordre preſent, les freres & compagnons d'iceluy ayent & tiennent maniere, lieu & ordre ſelon que auant ou apres ils auront receu l'ordre de cheualerie. Et ſi pluſieurs en y auoit qui en vn meſme iour euſſent eſté faicts cheualiers. Ordonnõs que le plus anciẽ d'eux ait premier lieu en ce que dit eſt, & les autres enſuyuant. Et quand à ceux qui cy-apres ſeront mis à l'ordre; par election du ſouuerain & deſdits freres de l'ordre; ordonnons qu'ils auront le lieu ſelon le temps qu'ils ſeront entrez en l'ordre. Et ſi pluſieurs y en auoit d'vn meſme iour, ils l'auront ſelont leur eage comme dit eſt. Excepté, Empereurs, Roys, ou Ducs, leſquels pour la grandeur & hauteſſe de leurs dignités auront lieu en ceſt ordre ſelon le temps qu'ils auront receu l'ordre de cheualerie ſans en auoir autre regard à nobleſſe de lignage, grandeur, ſeigneuries, offices, eſtats, richeſſes, ou puiſſances.

Philippus vero, Dux Burgundiæ, in ſuo Ducatu Burgundiæ, & in vrbe Diuionenſi hunc ordinem militarem ordinauit. Et pro huiuſmodi ordine inſtituendo, accepit ſignũ velleris aurei pendulum, cum torque aurea. Alii vero Principes habentes tales ordines, alia & alia habent ſigna, quæ eis relinquo. Sed an quilibet Princeps in ſuo dominio & principatu hunc ordinem creare poſſit, non inſiſto.

Sed quicquid ſit: hi milites præferuntur cæteris militibus, qui ſunt ſimplices, non exiſtentes de huiuſmodi ordine: & ſic laudandi ſunt ex pluribus præ cæteris nobilibus, cũ vltra nobilitatem, quo ad nos, habeant illam dignitatem à Principe, & ſunt aggregati conſortio ſeu ſocietati Principis: ita, quod liberum ad eum habent acceſſum, in negotiiſq; Regni pertractandis aſſiſtunt, & ſunt de cõſilio ſecreto ipſius Principis. Et, vt dicit Lucas de Penna *in l. vnica. C. de equeſtri dignitate. lib.* 12. plus laudandus eſt, qui militiam à Rege ſuſcipit, quam is, qui recipit ab inferiori. Et iſtos videtur adaptare Purpuratus *in l.* 1. *colu.* 11. *ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd.* Patriciis; Sed non video eius bonam adaptationem.

VNdecima conſideratio; Alii ſunt milites ſimplices & communes, de quibus in iure loquimur, & laudãtur in plurib. dummodo habeant ea, de quibus *in gl. in l. penult. ff. ex quibus cauſis maiores.* cui addo gloſſ. *in §. in verb. ſiquidem. in Auth. de mandat. Princip.* Et ideo Cyn. & Sal. poſt eum, *in l.* 1. *C. de iur. & facti ignor.* & poſt eos Dom. meus Iaſ. dicunt, quod milites noſtri temporis non gaudent priuilegiis militum; eo, quia non habent virtutes neceſſarias ad militiam: idem tenet Bart. *in l. filiusfamilias. §. veteranus. ff. de procur. & in l. militib. C. de procurat.* Quæ autem ſint illa priuilegia militum, & vtrum extendantur ad doctores, & clericos, qui ſunt milites cœleſtis militiæ, ponit Alex. *in leg. centurio. in prin. ff. de vul. & pupil ſubſt.* & forte ea

ponam

ponam ſupra, & etiã priuilegia doct. *in ſuo loc.*

Militię huius ſumma laus eſt, communi vtilitati intendere, vt dicit text. *in ſumma* 23. *q.*1 Luc. de Penn. *in l. vnic. in* 2. *col. C. Vt armorum vſus. li.*12. Inſtituta eſt enim propter duo, ſcilic. propter iniuriam propulſandã, & vindictam inferendam. 23 *q.*1. *c.*1. Eſt autem exercenda ea intentione, vt mali coerceantur, & boni ſublimentur. 23 *q.* 1. *c. apud, & c. ſeq.* Namq; & pleriq; ſancti patres ex militia laudem acquiſierũt: vt Propheta Dauid, qui militaſſe legitur 1. *Reg.* 28. *c.* & Centurio, vt *in c. nolo.* 23. *q.* 1. & de pluribus aliis, vt infra dicam ſuis locis: Ipſa quidem militia non culpatur, ſed ita militandum eſt, quod nil vltra ſtipendia quæratur. *ca. militare, eadẽ cauſa & quæſt.* & vide Luc. de Pen. *in l.* 1. *in* 1. *col. C. qui milit. poſſunt. vel non. & in d. l. vnic. C. vt armorũ vſus.* Miles enim procedens ad bellum, ſi occidat aliquem, non eſt reus homicidii; quia legitima ſuperioris autoritate occidit, *ca. miles* 23. *q.* 1. Militaris quippe eſt diſciplinæ tenaciſſimũ vinculum, in cuius ſinu ac tutela ſerenus tranquilluſq; beatæ pacis ſtatus acquieſcit, vt ait Valer. *lib.* 2. *c.* 2. *in prin.* Diſciplina ſiquidem militaris acriter retenta, principatũ Italiæ Romano Imperio peperit, multarum vrbium, magnorũ Regnorum, validiſſimarum gentium regimen largita eſt, faſces Pontici ſinus patefecit, Alpium Tauriq; mõtis conuulſa clauſtra tradidit, Ortuſq; & paruula Romuli caſa totius terrarum orbis fecit columẽ. Hæc vbi ſupra. Et refert Luc. de Pen. *in l. tam collatores. in* 3. *col. C. de re milit. lib.*12.

DVodecima conſideratio; Duplex eſt militia ſecularis, ſcil. equeſtris & pedeſtris; *l. à caligato milite. in gl. C. de nupt.* Et pedeſtres milites dicuntur, qui habẽt caligas de corio. Et equites, qui in equis vadunt. & notatur *l. non omnes. §. qui in pace ff. de re mil.* Inde Magiſter militum dicitur equitum & peditum Magiſter; *l.* 1. & 2. *C. de off. præf. præt. & l.* 1. *C. de off. Magiſt. milit.* Et vt dicit Titus Liu. *de bello Maced. lib.* 3. Equeſtres milites dicuntur equimilites. Ita dicit Lucas de Penn. *in d. l.* 1. *in* 1. *col. C. qui milit. poſſunt. vel non.* Et iſti ſimplices milites equeſtres ſunt in dignitate, id eſt, ordine poſt clariſſimos, vt eſt text & ibi idem Lucas *in l. vnica. C. de equeſtri dignitate. libr.* 12. & infra amplius dicturus. Ibi ponam eos poſt conſtitutos in dignitate, & ex quibus laudari poſſunt & debent.

Equeſtria vero loca in theatro 14. gradib. concludebantur, qui & ipſi ordines dicuntur. Sæpe enim apud autores Suetonium, Iuuenalem, & cæteros de 14. ordinib. mentionem fieri inuenies, per quos equeſtria loca 14. graduum nomine intelligi conueniet, vt dicit Vdal. Zaſius *in repet. l.* 2. *§. poſt hunc maxime. ff. de orig. iu. in verb. in equeſtri dignitate.*

Et aduerte; quod ſecundum Budæum *in ſuis annotationib. ſuper l. fin. ff. de ſenator.* Dignitas equeſtris, qua hodie à Regibus & Regum legatis, aut exercituum præfectis donatur, decus eſt militiæ, & ius annulorũ donare apud antiquos erat idem ferme, quod equitẽ facere dicimus. Et dicit idem Bud. *in d. loco,* quod inſigne militis Equeſtris erat olim annulus aureus; hodie verò calcar aureum, & hoc accipiendo militem pro illo, qui habet illam dignitatem, quod tamen in iure nõ reperitur; ſed pro milite ſimplici tam equeſtri, quam pedeſtri.

DEcimatertia conſideratio; Inter milites equeſtres ſunt multæ dignitates. Quidã ſunt in maiori dignitate, vt ſunt Duces ſeu Principes militum: & iſti ſunt in primo gradu, & apud nos vulgo dicitur Conneſtabilis, de quo ſupra dixi *in* 6. *part. huius operis, in* 7. *in fin. & in* 8. *conſid.* vbi poſui de eius excellentia & dignitate, & quomodo habet primum locum poſt Principem, ita (vt ibi dixi) videtur, quod præcedere debet Cancellarium. Et tales Duces ſunt, qui præſunt exercitui à ducendo dicti, licet forte melius dicerentur gubernatores: argum. eius quod notatur *in leg. quemadmodum. §. ſi nauis ff. ad leg. Aqu.* vt dicit Luc. de Pen. *in l. tam collatores in* 2. *col. C de re milit.* Et ibi dicit, quod tales Duces debent ordines inſtruere. tempora oſtendere. & tramites, per quos ſit eundũ, manifeſtare, vt *in proœm. ff. orum.* § 2. vt nihil ſit, q militari arte relinquitur incognitũ: his autẽ ceſſantibus & exercitus, & populi corruũt, *l. itẽ quæritur.* § 2.

ff. locati. & *Prouerb.* 11. *c.* vbi non eſt gubernator, populus corruit; ſalus autem, vbi multa conſilia. Hi ergo Duces, vt dicit, verius & vtilius pugnant. Vnde Ouid. 13. *Metamor.*

Quippe manu fortes, nec ſunt tibi Marte ſecundi,
Concilijs ceſſere meis; tibi dextera bello
Vtilis ingenium eſt, quod eget moderamine noſtro,
Tu vires ſine mēte geris, mihi cura futuri eſt.
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides, tu tantum corpore prodes.
Nos animo, quandoq; ratem qui temperat, anteit
Remigis officium, quanto dux milite maior:
Tantū ego te ſupero, nec non in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu, vigor omnis in illis.

Et vt ibi dicit Luc. de Pen. Pro his & eorum ſalute, etiam honeſta mors à militibus eſt appetenda.

Sed aduertendum eſt; quod quando creatur talis tribunus, ſcilicet primus, qui dicitur Conneſtabilis, debet ei extenſa manu dextra dari gladius aureus, & dicit; accipe ſanctum gladium, in quo deiicies aduerſarios populi mei. prout olim fiebat, vt habetur 2. *Macch. c. vlt.* De officio huius multa reperiuntur ſcripta tā in ſacra ſcriptura iure canonico, quam ciuili, & in dictis Hiſtoriographorum & Poetarum: ex quibus multa ponit Luc. de Penn. *in l. tribuni, C. de re milit. lib.* 12. Quæ quidem ad ſimplicium Iuriſtarū notitiam (cum multum faciant ad laudem militiæ, & illius dignitatis) hic inſerere volui. Nam, vt dicit ſecundum ſacram ſcripturam, debent milites ad pugnam præparare, inſtruere, & præcepta dare, vt formidoloſi, etiam corde pauidi, & plures alii ad pugnam inhabiles reuertantur ad domum: & iſta habentur plene *Deut.* 20. vbi inſtruuntur Duces exercitus, quid habeāt agere ante conflictum belli. Adde tamen vltra Lucam, quod debent exploratores mittere ad inueſtigandum de viribus aduerſariorum, & de diſpoſitione ciuitatis, & terræ expugnandæ, ſicut fecit Moyſes pro terra Chanaan, qui miſit 12. exploratores, vt habetur *Num.* 11. Similiter fecit Ioſue, vt habetur *Ioſ.* 2. & habetur 1. *Regum.* 26. *cap.* vbi Dauid miſit exploratores contra Saul.

De iure vero ciuili plus in obſeruanda diſciplina, quam in præcipienda eius conſiſtit officium, *l. officium, ff. de re mil.* Debent autem parciſſime cōmeatum dare, equum militarem extra prouinciam ſuam dici non permittere. Iſtud optime practicāt Hiſpani, cum non permittunt, quod equi eorum, qui ſunt multū agiles, noſtris armigeris Gallicis vendantur. Ad opus priuatum, piſcatum, venatum, militem non mittere (quod male obſeruant Galli) cum ſint plus dediti venationibus, quam exercitio rei militaris: ſed milites in caſtris retinere, quo ad exercitationē producere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circuire, frumentationibus commilitum intereſſe, frumētum probare, menſorum fraudem coercere, delicta huiuſmodi ſecundum ſuam autoritatem caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere, vt *ead. l. officium per tot.* Et adde, quoniam etiam de iure ciuili officium eorum eſt exploratores mittere.

De iure vero Canonico debent Duces exercitus milites monere & inſtruere, vt parati ſint ad laborem, in hoſtes etiam à dorſo excurrere, & vt viros fortes condecet laborare, quatenus eorum opinio ex laboris qualitate amplius in Republica, Deo auxiliante proficiat. Stultaſque, id eſt, exploratores mittere, quicquid hoſtes faciāt, indagare. Ita quod in aliquo reprehendi nequeunt, nec vtilitas Reipublicæ intelligatur. Iuxta monita Gregorii 23. *q.* 8. *c. vt pridem.* Vtque omni timore & terrore depoſito, contra inimicos ſanctæ fidei, ſeu Reipublicæ, omnium religionum aduerſarios, viriliter agere ſtudeant, adiicientes: quod ſi quis eorum morietur pro fidei veritate, patriæ defenſione, ac ſaluatione Chriſtianorum, à Deo cœleſte præmium conſequetur. *ead. quaſt. ca. omnium.* Debent quippe duces appetere bella non deſiderio fundendi ſanguinem, ſed tantum cauſa dilatandæ Reipublicæ (in qua Deus colitur) affectare,

Digitized by Google

ſectare, *eadem cauſa. q. 4. c. ſi non ex fidei.* Vt ſic nomen Chriſti per ſubditas gentes fidei prædicatione circumquaque diſcurrat: ibidem & forenſib. bellis debent aduerſariis Catholicæ Eccleſiæ, pro Chriſtiano populo vehementer obſiſtere, & Eccleſiaſtica prælia, ſicut decet bellatores Domini, fortiter dimicare, *ead. q. c. ſicut excellentiam.* non cupiditate aut crudelitate bellare, ſed pacis ſtudio, vt mali coerceantur & boni ſublimentur, *ead. cau. q. 1. ca. apud.* & hæc eſt ſummæ militiæ laus. Inter alia bona merita, obedientiam Reipublicę vtilitatibus exhibere, quicquid ſibi vtiliter imperatum fuerit, obtemperare, *ea. q. in ſum.* Hæc Lucas; *vbi ſup.*

Secundum vero Poetas & Scriptores hiſtoriarum de hac materia plura inueniuntur. Nam ſecundum Saluſtium *in Iugurthino* de Metello & Mario referentem, debet tranſuerſis itineribus caſtra mouere, iuxta ac ſi hoſtes adeſſent, vallo foſſaq; munire, vigilias crebras ponere, & eas ipſi vel per alios circuire in agmine: interdũ in primis, modo in poſtremis, ſæpe in medio adeſſe, ne quiſquam ordinem egrediatur, ſed cum ordinibus frequenter intercedere, quid hoſtes agant, diligenter explorare.

Sed adde, quod hanc explorationẽ multum commendauit Vegetius *de re militari, lib. 3. tit. 26.* dicens: *Difficile vincitur qui vere poteſt de ſui aduerſaris copiis iudicare.* Et Frontinus *lib. 1. tit. 2.* laudat Scipionem Aphr. qui miſit exploratores in caſtra aduerſariorũ ad ſcrutandum de eorum viribus, & de ſituatione caſtrorũ: redeundo ad eundem Lucam. Vbi cum opus eſt cunctam militiam ſecum habere: ac vt formido, & fuga hoſtium latius creſcat, diuerſa caſtra agitare ſimul ac ſi nullo propoſito omnia prouidere, apud omnes adeſſe, laudare, & increpare merentes. Item præliis intereſſe; nam ob pudorem ſuæ præſentiæ augetur audacia pugnatoribus, non tamen ſe certamini faciliter ingerat. Nam in milite vnius ſors eſt, in imperatore, id eſt, in duce exercitus, periculum vniuerſorũ, dicit Egeſippus de bello Iudaico, *lib. 6.* Secundum Quintilianum *in milite Mariano*: debet tribunus milites continere, vt alii excubent armati, alii clauſtra portarum tueantur, alii vallo foſſaq; ſcutis innixi cingant exercitum, cibumq; ſtantes capiant. Et, prout ait Petr. Bleſenſ. *in quadam epiſt.* Nihil damnabilius eſt in milite, quam ocium, per quod vſus armorũ dediſcitur, nutritur puſillanimitas, vires fatiſcunt, obrepit inertia, & ad immunditiæ actus animus occupatur. Item; debet continere militiam caſtrenſis diſciplinæ, percipere ſeueritatẽ, Imperatore vel Rege curis maioribus diſtricto delicta militũ coercere, & peccata corrigere: ad ipſos confugiendum, coram ipſis querendum eſt. Ideo his milites parere lex iubet vt *ff. de re militari, in pluri. locis*: quia nõ ſolum militibus, ſed etiam centurionibus Præpoſiti partem quandam Imperatoriæ obtinent poteſtatis, ſecundum Quintil. ibid. plenius in hoc Egeſippus *in bello Iudaico, lib. 3.* Singuli commiſſa ſibi munera non deſerere, inſtruere muros, manũ legere bellatoriam: ex quibus Ioſephus Galilæam deſcendens, munire caſtella, inſtaurare propugnacula, validiſſimos quoſq; & bello promptiſſimos adſcire ſibi impigre curabat, Regiones latrociniis defendere, quotidie in caſtro milites Romanæ militiæ more exercitare, diuidere ordines, diſtribuere quo facilius diſciplina ab omnib. exigeretur, ne quenquã lateret, quæcunq; munera propria deſeruiſſet. Inſtruebat etiam, vt agnoſcerent excitationes tubarum, & reprehenſiones, ſequerentur ordines, aciem dirigerent, clypeos intexerent, vt murali vice, ſi forte vis hoſtium irrueret, ſic ſe aduerſum incurſantes defenſarent, ſubuenirent laborantibus, feſſis compati, pericula aliorũ in ſe transfundere: nec ſolum belli artes inſtar Romanæ militiæ docere, ſed etiam ante bellum, quæ amplius ante bellantes iuuarent, denunciare, vt miles ſibi cibũ & arma portaret, vallo & foſſa ſe muniret caſtriſque ponẽdis præueniret hoſtẽ, obtemperare præceptis, furtis & rapinis abſtinere aſſueſceret, lucrum proprium putaret, ſi nihil diſpendii ruralibus cultoribus ingeratur. Quid enim diſtat ab hoſtibus, qui ipſe hoſtiũ modo auferat, & tam ſocios, quam aduerſarios ſpoliat?

plerunq; in bello valere bonã conſcientiam, eo, quod amplius de diuino auxilio præſumeret, qui ſe nulli affinem crimini recognoſceret. Hæc ille de Penn. *in loco vbi ſupra*, & de ſingulis omnibus infra dicam. Franciſcus etiam Patritius *in libro de inſtitutione Reſpubl. lib. 9. tit. 2.* ponit huiuſmodi officium Ducis exercitus, ſecũdum quod de iure ciuili ponitur *in d. l. officium.* vbi etiam ponit, quomodo coercendi ſint milites, ſcil. per multam pecuniariam, munerum interdictionem, militiæ mutationẽ, gradus deiectionem, ignominioſam miſſionem, *l. deſertorem. ff. de re milit.* & per capitis truncationem, *l. qui commeatus. §. arma. ff. de re milit. & l. omne delictum ff. eod.*

Miſſionum tamen triplex eſt cauſa, vt *in l. milites ff. de re milit.* & duo ſunt genera, *l. 2. ff. de his qui not. infam.* Dicit etenim F. Patritius *vbi ſupra*, quod nihil rarius, aut difficilius optimo duce exercitus, ſed imperatore inueniri poteſt: ex quo Alexander Macedo admirabatur, quod Athenienſes ſingulis annis nouos imperatores ſeu duces exercitus eligerẽt, cum ipſe in omni vita non niſi vnum ducem bonum Parmenona inueniſſet. Et cum de Homeri verſibus certamen eſſet, quiſnam omnium elegantiſſimus haberetur, eum prætulit, qui de Agamemnone eſt: hic vtrumq;, fuit bonus, & Rex miles & acer: quaſi manus & mens in Duce ſunt neceſſaria, conſilium & robur, quæ duo in Parmenone præcipua extiterãt. Nam manu ſtrenuus, & prudentia præſtantiſſimus habitus eſt, quinetiam 70. anno natus, iuuenis Ducis, & egregii militis munera ſæpe implebat, quem dicunt ſcriptores, multa ſine Rege Alexandro proſpere egiſſe. Et refert Ciceronem dicentem, in Imperatore, id eſt, Duce exercitus, exiſtimari quattuor res ineſſe oportere: ſcientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, & felicitatem, & deinde addit: virtutes Imperatoriæ ſunt labor in negotiis, fortitudo in periculis, & induſtria in agendo, celeritas in cõficiendo, conſilium in prouidendo; vbi multas virtutes Ducis exercitus, ſeu Imperatoris ponit, laudando eas. Et huic Duci, Imperatori, ſeu gubernatori tenentur omnes obedire, quæ obedientia conſiſtit in reuerentiã exhibenda, in mandato ſuſcipiendo, & in iudicio ſubeundo: & quomodo ſit tali obediendum, ponit ample Bart. Cæp. *in tract. ſuo de Imperatore militum elig. in verb. pro Imperatore*, vbi ampliſſime.

De huiuſmodi Duce, officio ipſius, & de dictis Ducum, vide Raphael. Volaterranum. *in ſuis Commentariis vrbanis, lib. 30. c. 4. cum ſequ.* vbi multa præclara ponit, quæ hic non ſunt omittẽda. Inter alia enim enarrat, quod Ageſilaus dicebat; oportere Ducem habere tria: erga quidem inimicos audaciam, erga ſubditos beneuolentiam, erga temporũ opportunitates rationem. Epaminondas vidẽs pulchrũ exercitum ſine Duce, video, inquit, pulchram beſtiam ſine capite. Philippus ſolebat dicere, ſe malle habere exercitum ceruorum, cui præeſſet leo; quam leonum, cui præeſſet ceruus. Alia vero egregia dicta Ducum videre poterit quiſque ibi.

Decimaquarta conſideratio; Locumtenentes Regii in aliquo actu eis commiſſo habentes illius actus adminiſtrationem, vt in aliquo exercitu regendo præcedũt omnes, & quoſcunq; alios Principes in illo actu eiſdemq; debetur per omnes alios quoſcunq; (etiamſi fuerint maiores) obedientia, quæ conſiſtit in reuerentia exhibenda, in mandato ſuſcipiendo, & in iudicio ſubeundo: & dicta reuerentia etiam conſiſtit in hoc, vt aſſurgatur ei, & detur ei primus locus in ſedendo, ſtando, & eundo, vt not. gloſ. notabilis *in ſumma 93 diſtinct.* & notatur per Goffredum *in ſumma, in tit. de maio. & obed. in §. reuerentia debet.* per illam gl. quæ vult, quod minori, cui maior adminiſtratio eſt cõmiſſa, debetur reuerentia & obedientia ab ipſo maiore. Et de his videre poteris Cæpol. Veronenſ. *in tract. ſuo de Imper. militum eligend. in verb. pro Imperatore. in 8. col.* & ibi probat hoc eſſe verum per plura, etiamſi alii ſint maioris authoritatis, dignitatis, nobilitatis, ſcientiæ, virtutis; magis diuites, aut quomodocunque ſint poſt Principem, qui eidem adminiſtrationem dedit: de quibus omnibus ſuis locis dicemus, & dixi ſupra *in 7. part. in 10. conſid.*

Digitized by Google

DEcimaquinta conſideratio; Si iſta, de diſputatione duorum capitaneorum Venetorum, qui contendebant ſuper præeminentia illius ſtatus ducis ſeu generalis gubernatoris exercitus: in qua materia Cæpol. poſuit 46. concluſiones *in ſuo tractat. de Imperatore militum eligendo, in fine.* quas in procinctu ſuæ materiæ optime probat: & ne ſim tædioſus, ſolum illas concluſiones referam.

PRima concluſio; In Imperatore, ſeu duce belli, aut exercitus, quinq; requiſita ſunt; fidelitas ſcilicet, ſcientia rei militaris, virtus, authoritas & felicitas. Hæc ſingula probat *in d. tract. in princip.* quando arguit pro illo, qui contendebat contra electum, & etiam pro imperatore electo. *ver. pro Imperatore vero, &c.*

Secunda concluſio; Fides præſumitur ex dignitate, & bonis moribus. Iſtam comprobat Cæpol. *in ver. pro Imperat. col. 6. ibi: Hac autem fides. collat. 6. illius verſ.* vbi plura ad hoc alleg.

Tertia concluſio; Infidelitas præſumitur ex inimicitia & auaritia. Ex quo ſequitur correlatiuum, quod ſine fide præſumitur inimicus, & auarus. probatur *in d. ver pro Imperatore. colum. 6. ibi: Item, ex amicitia. & ibi: Item, præſumitur infidelitas.*

Quarta; Quod inimicus, vel auarus non eligatur in Principem, Ducem ſeu gubernatorem militiæ, probatur *in loco præalleg.*

Quinta; Scientia rei militaris conſiſtit in cognitione itinerum, locorum, perſonarum, ingenio eloquentia, & in cognitione omniũ rerum ad vſum militarem pertinentium, probatur *ibi in verb. ſcientia.*

Sexta; Rei militaris ſcientia acquiritur per ſolertiam, vigilantiam, aſſiduitatem locorũ, per doctrinam, & lectionem librorum de re militari, & per omnes reliquas partes virtutis rei militaris. De quibus ſatis probatur ibidem *in d. verb. ſcientia: & in verb. virtutis,* & ample *in pluribus conſiderationibus ſequentibus.*

Septima; In milite præſumi poteſt, & cognoſci ſcientia rei militaris ex ætate, tempore, natione, loco, præceptore, & experientia. De ſingulis declarat Cæpol. ibi *in verb. ſcientia, & in verb. natione.*

Octaua; Partes virtutis rei militaris ſunt ſapientia in conſulendo, conſilium in prouidẽdo, induſtria in agitando, celeritas in conficiendo, ſiue exequendo, aſtutia ſiue ſagacitas in ſtratagematibus, hoc eſt, aſtutiis rei militaris, ſolertia & vigilantia cum aſſiduitate, & patientia laborum, & ſic etiam bona valetudo, magnanimitas, rerum gerendarum fortitudo, & contemptus periculorum. Fides etiam adiungi poteſt, ſed eam nõ partem virtutis; imo vt neceſſarium, & primum in Principe tenet Cæpol. vt ait *in 1. concluſ. ſupra poſita,* & ibi dixi *in dict. ver. pro Imperat.* Nam quanto magis valeret miles in cæteris, quæ in Imperatore neceſſaria dicuntur; tanto magis de eo dubitandum eſſet, ſi in ipſo fides nõ reperiretur.

Nona; Potius eligatur prudentior, quam formoſior. Ex quo ſequitur, quod in Duce exercitus, præhonoranda eſt prudentia fortitudine, & ſic potius attendi debet prudentia, ſiue ſcientia, quam fortitudo, vt probatur clare *in d. tract. in verb. virtutis.*

Decima; Si quis eſt pulchrior & fortior, in dubio in Imperatorem exercitus eligendus eſt, probatur ex infra dicendis, & ibi per Cæpollam.

Vndecima; In virtute rei militaris continentur humanitas, modeſtia, clementia, ſuauitas, facilitas, temperantia: cunctis in rebus innocentia, fides, liberalitas, atque iuſtitia.

Duodecima; Authoritas acquiritur propter virtutem, corporis formoſitatem, dignitatem, honorem, potentiam, diuitias, nobilitatem, felicitatem, humanitatem, clementiã, & per cæteras rei militaris virtutes, præſertim ex rebus feliciter geſtis. Iſta comprobantur ample *in d. tractat. in verb. authoritatis,* & dixi ſupra *in 1.* & infra *in 11. part.*

Tertiadecima; Quæ ex prædictis infertur in eligendo Duce, ſeu Imperatore exercitus, conſideranda eſt inprimis perſona, quæ eligitur, ſi poſſet eſſe Dux, vel Imperator exercitus. Secundo, Ætas illius. Tertio, natio, ſiue origo. Quarto, nobilitas. Quinto, dignitas. Sexto, facultates, ſiue diuitiæ. Septimo, fides. Octauo, ſcientia rei militaris.

Nono,virtus. Decimo,authoritas. Vndecimo,felicitas,de quibus omnib.ex lib.ibi Cępol & infra particulariter dicetur.

Quartadecima; In eligendo aliquem ad honorem,ſiue munus perſonale decem ſunt conſideranda, quæ ponit gloſſ. rubricaria *C. quemad.ciuilia munera.indic.lib.*10. & ibi Ioan.de Plat.de quibus *in* 1.*part. in* 44.*conſiderat.*dixi; ideo hic non repeto.

Quintadecima concluſio ſumitur ex dictis Hieronymi, quæ habentur *in lib. Leuit.* de quo *c.licet* 8.*quæſtio.*1 ſcil.qui præſtantior eſt ex omni populo,qui doctior,qui ſanctior, qui denique in omni virtute eminentior, ille ad ducatum ſiue gubernationem eligatur exercitus,& ſatis probatur ex his,quę dicta ſunt de virtute & ſcientia.

Sextadecima; Non debet, nec poteſt de iure eligi in ducem exercitus, qui non ſit miles,nec debet,ſi eſt iunior, & ſi diu non militauerit.Et hoc probatur ex dictis Cæpol.*in d. tract.in prin.*vbi dicit, ſeniores & antiquiores eſſe præponendos.

Decimaſeptima; Si exercitus Imperator, ſeu Dux electus,vel conſtitutus eſt alijs fidelior,indiſtincte omnes militũ Duces ſub eodem iure militare tenentur, probat hanc cõcluſionem Cæpolla ample, *in d.ver.incip.pro Imperatore,&c.* & infra dicetur.

Decimaoctaua; Si electus eſt magis dign⁹, & ſufficiens, quam alij, licet fidelitate pares cenſerentur:ſine dubio,perfecta eſſet electio, & poſſent de iure cogi ſub eius poteſtate militare, & manere, quamvis alij ſint eo nobiliores & digniores, probatur hæc concluſio *in d.ver.pro Imperatore.in diſtinctione magna.*

Decimanona;Item,ſi Imperator,ſeu Dux, & cæteri militum Duces, ſunt pares fide, virtute,præſtantia,& ſic ſunt æque ſufficientes ad regendum exercitum, non poſſunt duces armorũ de iure denegare ei ſubeſſe, licet ſint eo ſeniores, & alias nobiliores, & digniores: Quæ concluſio eſt veriſſima, & neceſſaria, & probatur *in d.ver.pro Imperatore,in tertio caſu princ.diſt.magna.*

Vigeſima; Quando eſt dubium, quis ſit melior,& præſtantior, poteſt Princeps gratificari, cui vult, in proponendo vnum alteri, & alius cogitur ei ſubeſſe de iure: & iſta probatur *in d. verſ. pro Imperatore, in* 4.*caſu diſtinctionis prædictæ.*

Vigeſimaprima; Si exercitus Dux electus, eſt dignus,& ſufficiens illi gubernationi, & ducatui, & ſi alius eſſet eo dignior, & magis ſufficiens,ſatis eſt; quia cogitur ei de iure ſubeſſe,etiamſi alias dignior dici poſſit.

Vigeſimaſecunda; Princeps non tenetur eligere de iure gentibus ſeu militibus ſuis Imperatorem, ſeu Ducem exercitus ſeniorem, nobiliorem, digniorem, ditiorem, ac præſtantiorem,modo dignum & ſufficientem eligat, & probatur *in dict. verſ. in dicta diſtinctione.*

Vigeſimatertia; In dubio potius eligi debet ille, qui eſt de ciuitate, vel prouincia, vel Regno Principis,quam alienigena; niſi aliter ſe haberet conſuetudo,vel ſtatutum loci Principis, probantur iſta *in dict. tracta. ver. propter nationem, in fine.*

Vigeſimaquarta; Non debet Imperator eligi,niſi qui aſſidue militauerit, & præponẽdus eſt in electione,qui diutius militauerit,& maiora ſtipendia meruerit: vt ibid. *in ver. dignitatis ratione.* comprobatum eſt.

Vigeſimaquinta; Etiam nati ex damnato coitu poſſunt eligi, & creari Duces, & Imperatores exercituum, dummodo ſint virtute præſtantes;probatur. vbi ſupra *ver. pro Imperatore,col* 10.*ibi: vnde dicitur.*

Vigeſimaſexta concluſio;Electus vel creatus Imperator, vel Dux exercitus in dubio præſumitur dignus & ſufficiens. pro quo faciunt infra dicenda *in* 43.*concluſ.*

Vigeſimaſeptima; Non detrahitur honori alterius, ſi ipſe ſubjiciatur Imperatori ſiue gubernatori generali exercitus: digno inquam, & ſufficienti,licet ipſe alias eſſet ſenior, nobilior,dignior,atque præſtantior.

Vigeſimaoctaua; Si electus in Imperatorẽ ſeu Ducem exercitus per Principem,non eſt præſtantior,& dignior alijs, detrimentum,& dedecus eſt Principis eligentis, ſeu conſtituẽtis;non autẽ alterius ſub eo militantis,vt conſtat *in d.verſ.pro Imperatore.in diſtinct.mag.*

Vigeſi-

Digitized by Google

Vigeſimanona; A Principe, ſeu populo, vel ſenatu, non à militib. Imperator eligi, & ab ipſo conſtitui ſolet, & debet, vt per dict. Cæp. *in d. ver. pro Imperat. in princ.*

Trigeſima; Imperatori ſeu Duci belli non bene, nec legitime conſtituto, non eſt obediendum, vt habetur vbi ſupra.

Trigeſimaprima; Quando duo, vel plures Duces, ſeu Capitanei exercit⁹ electi, ſunt pares in vocibus, ſeu ſuffragiis, in dubio præferri debet, qui eſt fidelior. dictum eſt ſupra.

Trigeſimaſecunda; Si electi ſunt pares fidelitate, præferri debet qui eſt aliis virtute præſtantior. *ver. virtutes. & ver. pro Imperatore in dict. tractu. Cæpol.*

Trigeſimatertia; Si electi ſunt pares virtute, præferri debet dignior honore: vt ſi eſt vnus Dux, Comes, vel Marchio, alter non. *argum. l. ille à quo tempeſtiuum ff. ad Treb.* probatur. *in l. ſi ibi. amplioris honoris inferiori. ff. de fide inſtrum.* probatur & ſupra *in 5. part.*

Trigeſimaquarta; Quando Imperatores ſunt pares virtute ac dignitate, ſenior debet anteponi, licet alter ſit nobilior; quia ſenior in dubio pręferri debet, etiamſi ſit minus nobilis. *dict. l. fin. de fide inſtrum.* vbi arguendo ab ordine literæ, quod fieri poteſt, videtur præferre ſeniorem maiori in dignitate, ſeu honore. Faciunt ad hoc dicta Cæp. *in d. tract. in princ.* vbi poſui priuilegia antiquitatis, & ample per eundem *in hac ſua concluſione.* & dixi infra *in 11. part.* vbi poſui de antiquitate & ſenectute.

Trigeſimaquinta; Duobus electis Ducibus belli virtute ac nobilitate paribus pręponi debet ſenior iuniori. Cæpol. *ibi, & in principio illius tractatus.*

Trigeſimaſexta; In præferendo vnum alteri in actu militari, primo inſpiciatur fides, ſecundo ſcientia rei militaris, tertio virtus ſiue præſtantia, quarto autoritas, quinto fidelitas, ſexto dignitas & honor, ſeptimo ætas & tempus, octauo nobilitas, nono natio ſiue origo, decimo diuitiæ, adde multa, quæ infra dicam, ex quibus laudantur milites. & quæ dicta ſunt ſupra *in 3. & 13. concluſio. cum ſequent.*

Trigeſimaſeptima; Si Imperator eligatur indignus, fit iniuria toti exercitui, nedum vni militum Duci, vt probat Cæpol. *in d. ver. pro Imperatore, in ſexto caſu principali diſtinctionis magna, in principio.*

Trigeſimaoctaua; Si electus Dux belli nō eſt ſufficiens, neque dignus, licet alii reperiantur digni, & ſufficientes; ſi tamen facta eſt electio per Principem ex certa ſcientia, alii non poſſunt obedientiam denegare ratione perſonæ indignæ vel ſufficientis: quia reputabitur dignus & ſufficiens. vide ſupra in 20. *concluſ. & in d. ver. pro Imperatore.* & infra *in 40. concluſ.*

Trigeſimanona; Imperator belli creatus, præſumitur ſcire gubernare exercitum. facit quod dictum eſt ſupra *in 23. concl.*

Quadrageſima; Si Princeps eligit vnum Ducem belli ignorans de ſua ſufficientia & dignitate, poteſt vnus Dux militiæ recuſare venire, vel ei ſubeſſe, donec Principi hoc ſignificauerit. Facit pro hoc *c. ſi quando, cum ibi notatis, de reſcript. extra.* & ibi per Zabarellam, vbi ponit de iudice delegato, vel executore, qui iubetur per principem, quod exequatur. Nam ſi habet conſcientiam læſam, debet ſuperſedere & reſcribere Principi opinionem ſuam, & expectare prius ſecundum iuſſionē, antequam aliud faciat: vt de hoc glo. *in verb. nunciās. in §. ſi tibi. in Authen. de manda. Princip. in princ. col. 3.* & plures alias remiſſiones ad hoc allegat Cæpol *in d. tract. in hac concl.*

Quadrageſimaprima; Si Princeps videt ducem ſui exercitus non eſſe ſufficientē, neque militibus gratum, debet, ſi poteſt, caute mutare.

Quadrageſimaſecunda; Caueat Princeps, ne eligat indignum & inſufficientem Ducē, & minus gratum militibus ſuis. Facit quod dicit ibi Cæpol. *in 11. art.* de diuitiis.

Quadrageſimatertia; Si Princeps vult omnino aliqua ex cauſa (forte fidei) vnum Ducem conſtituere, qui nō videatur dignus, neque gratus aliis, cum non eligat, niſi cum cōſenſu, & voluntate aliorum: Sicut fecit (vt ait Cæpol.) excelſum Ducale dominium Venetorum, quando conſtituit magnificum Gen-

tilem Leoniſam totius exercitus ſui gubernatorem generalē, de quo ibi erat quæſt. & pro quo Cæpol. fecit *prædict. tract.*

Quadrageſimaquarta; Si data notitia Principi de maiori alicuius dignitate, aut præſtantia, vult omnino, quod electus ſit Dux exercitus, quilibet ei ſubeſſe tenetur, niſi iuſte timeret pro ſe, & militibus ſuis. Iſtam concluſi. probat Cæpo. vbi ſupra, *verſi. circa hanc. in 6. caſu principali diſtinctionis magna.*

Quadrageſimaquinta; Aduertat quis, ne procuret incaute electum, vel creatum Ducem, non admitti, ne ſub eo fortaſſis poſtea inimico clandeſtino militare cogatur, vt ait idem Cæpol. *in d. 6. caſu prin. in fin.*

Quadrageſimaſexta & vltima concluſio; Cautus ſit quilibet miles, vel Dux, ſiue Princeps armorum, vt quando concluditur cum gentibus ſuis, faciat ſua capitula clara, ne incidat in prædictas dubitationes. Hæ ſunt cōcluſiones, quas dict. Cæpol. ex prædicto ſuo tractatu, illum recapitulando extraxit, quæ ſunt multum vtiles & ſingulares Principi, vel Duci exercitus.

Decimaſexta cōſideratio; Poſt locum tenentem generalem, ſeu gubernatorem, aut Ducem belli apud nos Admiralus præferri videtur, qui habet, & dicitur habere maximam dignitatem poſt Conneſtabilem, præcipue in mari, cui præeſt. Et iſti Admirali antiquitus apud Romanos non leguntur fuiſſe creati, ſed ſolum tempore Conſtantini erecti ſunt iſti Admirali magiſtratus: vt inquit Petr. Cotherean in ſuo *ſchedulari magiſtratuum ciuilium, tit. de præſidib. prouinciarum. &c.* Purpur. *in l. 1. colum.* 30. *in nono exemplo. ff. de officio eius, cui mandata, &c.* dicit, quod hic Admiralus comparari poteſt Comiti rei militaris, qui mittitur extra mare, ex quo habet iuriſdictionem ſibi mandatam in prouincia ſibi decreta, quæ eſt in his, quæ eueniūt in mari, & talis dicitur illuſtris: cum vt ait text. *in l. 1. Cod. de comitib. rei milit. lib.* 12. ex reuerentia altiſſimarum dignitatum ſubiugantur, vt his locum præſtent, qui proconſulatus inſignibus adornantur. Et non comprehenditur in ſtatuto prohibente ne rector prouinciæ, aut aliquis officialis quid capiat. Antiquitus in Gallia erant tres: vnus in Aquitania, alius in Britannia, & alius generalis in Francia: ſed hodie hæc tria officia habet illuſtris dominus Philippus Chabor dictus de Brion, gubernator & locumtenens Regis generalis in Burgundia, pro Chriſtianiſſimo Rege noſtro Franciſco. Et iſte Admiralus habet iuriſdictionem apud nos, quæ exercetur in Palatio Pariſienſi in menſa marmorea.

Decimaſeptima conſideratio; Poſt hunc Ducem exercitus, & Admiralum, ſunt alii quatuor ſub eo, qui olim dicebantur magiſtri militum, loco quorum hodie apud nos ſunt quatuor Mareſcalli in Francia, qui etiam tales ſunt tribuni, & Duces Belli etiam dici poſſunt, vt dicit Luc. de Pen. *in l. tribuni. Cod. de re militari. lib.* 12. Hi enim, vt dicit, præerant Equitibus, & ſecundum locum à Regibus obtinebant, *l. 2. §. in initio. ff. de origine iuris.* Et iſti quatuor fuerunt ordinati, & inſtituti inſtar quatuor magiſtrorum militum, qui erant Romæ, vt habetur *in l. 2. §. ſancimus. C. de off. magiſtri milit.*

Mareſcallus enim eſt nomen officii eius, qui parte aliqua bellicis rebus præeſt, vt dicit Gagui. *in ſuis Chron. lib.* 7. de quorum origine, inſtitutione, officio, & poteſtate eſt text. *in d. l. 2 §. poſt deinde. ver. populo deinde aucto. ff. de ori. iur. & in l. milites. Cod. de off. magiſtri milit.* Et ſic, ſicut olim in Romano Imperio fuerunt quatuor principales magiſtri militum. *dict. l. 2. §. ſancimus.* Sic etiam in Regno Franciæ ſunt quatuor Mareſcalli, & fuerunt ſimul cum dictatoribus, quorum loco ſunt hodie præfecti prætorio. *dict. §. poſt deinde.* & in Francia præſidentes, & Magiſtri in Parlamento. Nam præfecti prætorio, id eſt, Magiſtri in Parlamento, & Magiſtri militum, non modicam inter ſe habent connexitatem, quę apparet ex *l. 1.* loquens de præfectis prætorio. & *l. 2.* loquens de magiſtris militum, ſub eo. tit. poſitis. *Cod. de off. præfecti prætorio Africa.* Et Rex expreſſe eos iungit *in l. 1. ff. eod. titu.* imo reſpectiue ſunt æquales, & origine, & poteſtate in his, quæ eorum incumbunt officiis. & facit rubr. *C. de præfectis prætorio ſiue vrbis & magi-*

Digitized by Google

magiſtris militum in dignitatib. exequan. & ibi Luc. de Pen. *lib.* 12. vbi ponit aliquam diſparitatem.

Sed ex ſupra deductis in quarta parte, vbi poſui de Cancellario, dixi eſſe differentiam inter præfectum prætorio ſimpliciter (qui dicitur Cancellarius, & pro certo eſt maior magiſtris militum, & eſt æqualis Conneſtabili, qui eſt ſupra magiſtros militum, id eſt, Mareſcallos) & præfectum prætorio cum adiectione loci, puta Pariſienſis, Tholocæ, Burdegal. Diuionen. &c. Qui tales (vt credendum eſt) adæquantur magiſtris militum, & magiſtri militum illis. Et tales magiſtri militum non ſubiiciuntur talibus præfectis prætorio cum adiectione, ſcilicet præſidentibus Parlamentorum. Hinc videmus, quod in ſignum huius, & memoriam ſub eodem tecto præſidentes in Parlamento & Mareſcalli, qui ſunt ſub Conneſtabili in Palatio Pariſienſi, Curias tenent diuerſas, vicinas tamen & contiguas, ſcil. præſidentes, & de Parlamento in magna Camera auditorii, & Mareſcalli in magna Aula eiuſdem Palatii ſuper tabula marmorea in alto capite dictæ Aulæ ſita, ſolum de actionibus & quæſtionibus bellicis cognoſcentes, ſupra quos Dictatores nunquam fuerunt pares in poteſtate exiſtentes. Niſi quis equitum magiſter pro neceſſitate temporis, aut gratiæ cauſa, voluntarie dictatori ſe ſubiecerit. *l. eſt receptum. ff. de iuriſd. omn. iud.* vt Romæ ſemel contigit, quod Minutius, Equitum magiſter, ſeu Mareſcallus, Fabio dictatori pro ſubſidio ei impenſo, gratificatus fuit, de quo Val. *lib.* 5. *tit. de gratitud.* Aliter enim, & alias Mareſcalli præſidentibus, & præfectis prætorio, loco æquales ſemper fuerunt.

Tales etiam Mareſcalli habẽt iudices, qui dicuntur præpoſiti Mareſcallorum vulgari eloquio, qui crimina belligerorum coercent, à quibus non appellatur ad curias Parlamentales: & ſi ab eis appellaretur, appellatio eſſet deuoluẽda coram Mareſcallis in Palatio Pariſienſi, ſuper tabula marmorea, & non in curia Parlamentea. Et dicit G. Benedict. *in ſua rep. cap. Ray. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num.* 53. *de teſtam.* quod tales Mareſcalli non ſubiiciuntur Quæſtoris, ſeu Cancellarii iudicio, nec præfecto prætorio, ſecũdum Caſſiodorum, ſi pares Franciæ non eſſent præſentes: ſed ſolum Regem habent vltorem *l. fin. Cod. vbi ſenato. vel clariſſ.* vel eum, cui Rex ipſe commiſerit: vt ibi text. *& in l.* 1. *C. de off. magiſtri milit.* Sed non credo, quod illud ſit verum quo ad Cancellariam, per ea, quæ dicta ſunt ſupra de Cancellario, & eius autoritate, dignitate, præeminentia, & excellentia. Et etiam iſti Mareſcalli ſecundum Budæum *in ſuis annotationib. ſuper l. poſteriore, de ori. iur. ff.* forte hodie dici poſſunt tribuni militum, aut certe præfecti militum.

Et aduerte, quod præfectus vrbis, & præfectus prætorio, & magiſter equitum, & peditum, ſunt in pari gradu dignitatis, & præcedit, qui primo fuit dignitatem adeptus. *l.* 1. *&* 2. *C. de præfect. prætorio, ſiue vrbis, & magiſtris militum exæquandis,* vt dicit Ioan. de Plat. *in l. fin. ibi: quia dignitas eſt. C. de decurio. li.* 10. &c, vt dicit contra Speculatorem, tales magiſtri militum ſunt illuſtres. *l.* 1. *&* 2. *C. de off. magiſtri milit. & l.* 2. *C. de comitib. rei militaris. li.* 12.

Decimaoctaua conſideratio; Poſt iſtos Mareſcalcos, ſeu Mareſcallos, ſunt Capitanei, qui dicuntur quandoque Tribuni, quando ſcil. præſunt mille hominibus: quandoque Centuriones, id eſt, centum militibus præfecti; ſicut erat ille, de quo in euangelio *Matth.* 8. & *Luc.* 7. Alii quinquagenarii, qui præſunt quinquaginta militibus. Alii Decani, qui decem. Et iſte ſtatus habuit originem ex Moyſe conſilio Ietronis cognati ſeu ſoceri, vt habetur *Exod.* 18. Cum dicit: Prouideas de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos, & cẽturiones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Fuit etenim ordo caſtrenſis (autore Liuio *lib.* 8. *ab vrbe condita*) vt miles centurionis, centuria tribuni, tribunus legati, legatus conſulis, magiſter equitum dictatoris, pareret imperio.

Hi etiam capitanei dicuntur Comites rei militaris. Lucas de Penna *in l. Cod. de comiti-*

bus rei militaris.lib.12. adornatur tamen inſignibus proconſulis, id eſt, gubernatoris patriæ, *dict.leg.*1. imo ducibus ſeu adminiſtratoribus prouinciarum adæquantur, quando illuc mittuntur pro defenſione patriæ. *l.2.Cod. eod.*& dicit Lucas de Pen. *in d.l.*1. cum venerint ad conſiſtorium, aſſurgendum eſt eis, & præſtari eis debet locus, & dicit Ioan. de Plat. *in d.l.*1. quod tales capitanei guerrarum, qui mittuntur extra patriam, ſunt pares proconſulibus in dignitate: Imo videtur, quod ſint maiores, cum proconſules ſint tantum ſpectabiles. *l.1.Cod.de comitibus conſiſtor.*notatur *in rub ff.de off.proconſ.*Purp.*in l.1.num.252.vſque ad num.256.ff.de off. eius cui mand. eſt iuriſdict.* videtur intelligere *d.l.*1. de illo capitaneo, qui mittitur vltra mare, & qui habet iuriſdictionem, & ſic videtur ille tantum, qui apud nos dicitur Admiralus, de quo ante dixi, eodem teſte, & alii capitanei guerræ ſunt tantùm ſpectabiles, & ibi vide differentiam inter capitaneos guerræ & ciuitatum. Et iſtorum plures ſunt ordines: quidam ſunt in primo, quidam in ſecundo, quidam in tertio, & ſic de ſingulis. Et ſedent inter eos ſecundum eorum ordines, vt dicit Iacob. Rebuff. *in d.l.*1. *C.de comitibus rei militaris.*

DEcimanona conſideratio; Habemus & alios milites apud nos, qui dicuntur cētum nobiles, & ducenti baliſtarii, ſeu velites, ſagittarii, aut rorarii, vulgo dicti *archiers:* ſed ſunt Equites, qui quidem ſunt domeſtici, cuſtodes, & protectores perſonæ Regis noſtri, & iſti ſunt honorandi; ita quod poſtquam ſalutauerint vicarios Principis, poſſunt eos oſculari. *l.1.C.de domeſt.& protecto li.*12. Et habent primicerium, qui eſt eiuſdem dignitatis, cuius ſunt Duces, vt eſt tex. *in leg.primicerius. C.eod.*Et qui ſub primicerio ſunt, inter clariſſimos collocantur. *d.l.primicerius.* vide ante *in 6.in 11.conſid.*

VIgeſima conſideratio; Poſt hos ſupradictos Capitaneos ſunt alii milites, habentes dignitatem, qui etiam ab aliis militib. ſunt honorandi, qui dicuntur in vulgari noſtro *les porteurs Denſeignes, & des Guydons*: & iſti in iure vocantur Primipilarii, & ſunt hi, qui primum vexillum portant ante regem, vt per Luc. de Pen. *in rubr.Cod.de Primip.lib.*12. Et etiam hi habebant pecuniã, & ſtipendiorum ſuorum militum adminiſtrationem. vt per eundem Luc. de Pen. *in l.vtilitas. Cod.eod.* Et iſto officio fungitur proprie ille, qui portat vexillum in ſocietate centum nobilium, ſeu militum regis, (qui dicuntur apud nos *les cēts gentils hommes du R y.*) Alii vero, qui ſunt in aliis ſocietatibus militiæ, dicuntur præpoſiti laborum, qui clariſſimi ſunt, & ſunt digni tali immunitate, quali gaudent qui circa latus Principis committuntur. *l.1.Cod.de prepoſ.labor.libr.*12. Et vt dicit Luc. de Pen. *in rubrica,* quod legitur *in 1.lib.tripartita hiſtoria.* quod Conſtant. in ſomno ſignũ crucis vidit in cœlo, & Angelos aſtantes, & dicentes Conſtantino: *In hoc ſigno vinces.* Et extunc ſignũ Crucis ante ſe præferri fecit in acie, & in ſignum, vel vexillum Crucis transformari fecit ſignũ victoriale, quod vocabatur *laborum*, quodque ante ipſum conſueuerat in acie prius ferri: &, vt dicit, tale forte eſt flamma Regis Frãcorum. Signum autem imperii Romani, etiam ante Cæſarem eſt Aquila, vt patet ex Valerio, *lib.6.cap.1.tit. de libidinoſis. lib.1.cap.de prodigiis.ib.;non ſinit nos.*& qua de re dixi ſupra *in 5.part.*

VIgeſimaprima conſideratio; Etiam in exercitu ſunt alii habentes officium vltra militiam, vt ſunt Mareſcalli hoſpitiorum, qui in iure dicuntur Epicemetici: ab Epi, quod eſt ſupra, & metis, id eſt, metatis ſeu militibus in terminis caſtrorum exiſtentibus. Quia ſi ſupra milites demetiantur, id eſt, diuerſa aſſignent hoſpitia, ſecundum glo. *in rub. C. de metatis, & epid.lib.*12. vbi & *in l.1.ibid.* Ioan. de Plat. vocat eos Mareſcallos. Et hi epidemetici ſecundum glo. *in l.2.Cod.eod.tit.* habent Menſores ſub ſe, quos lingua noſtra *Forrerios* appellamus, qui cũ proficiſcitur Principis exercitus, vel cum Princeps hoſpitatur in aliqua ciuitate, vrbe, vel oppido, menſurant hoſpitia militibus aſſignanda. De quibus habetur *in rub. C. de menſorib. lib.*12. Et hi Forrerii metari dicuntur à metatis, id eſt hoſpitiis. vt *in l.omnes.Cod.eod.tit.*& eſt proprie metari,

Digitized by Google

tari,id eſt,diuidere caſtra,vel metare, vel ponere ſecundum Hugutio. quia in certas metas caſtra conſtituebant, & foſſis circundabant, *l.omnia.C.de epiſc.& cler.*

Metator autem eſt, qui locum præparat aduentu Poteſtatis,ita dictus, quia caſtra deſignat, à metiendo ſecundum Pap. vt dicit Luc.de Pen.*in rubr. C.de metatis & epid.li.12.* vbi dicit, quod in Regno aſſignare hoſpitia ſingulis tempore exercitus pertinet ad Mareſcallos, ad quos generaliter pertinet cura exercitus, ordinare caſtra, & facere explanare vias,& pontes conſtrui, vt exercitus tranſeat ſalubriter,& habiliter,id eſt, apte, conſtituere cuſtodias:Primo pro Regis perſona,ſecundo pro toto regno. Plura etiam ad ipſum pertinent quæ olim tribunus agebat. Et ideo habet aliquam præeminentiam, & excellentiã vltra ſimplices milites, ex quo inter milites eſt honorandus. Cauere tamen debet, ne, poſtquam ſua manu ſcripſerit ſuper hoſpitis domum, nomen illius militis, cui talis domus eſt pro hoſpitio aſſignata, illud nomen poſtea deleat, aut variet: quia alias incideret in falſum & inſtar falſi teneretur. *l.1.cum ſua gl. Cod.eod.titu.* Et etiamſi alicui aſſignatum fuerit hoſpitiũ, & in illo poſuerit aliquod ſignum, forte ſcutum ſuum ſeu nomen, vt ſolent facere milites,& aliquis illud ſignum ſuſtulerit, quod tanquam falſarius puniri debet.Ita ipſe Luc.de Pen. *in d l.1.* & Ioan.Surgetes *in ſuo libello (qui Enchiridion militaris diſciplinæ dicitur) in 1 part.* & aliqua dixi *in cõmentariis noſtris ſuper conſuetu.Ducat.Burg.in tit.des iuſtices.in §.le droicts de indire.in gl.1.* Et de iſtis Mareſcallis hoſpitiorum ponit etiam Bened.*in ſua rep.ca.Raynu.in verb. & vxorem nomine Adelaſiam nu.54.de teſtam.*

VIgeſimaſecunda conſideratio;Adhuc vltra ſimplices milites, habemus caſtrenſarios in iure, qui habent curam caſtrorum, id eſt,tentoriorum,quę ſunt in caſtris,dicuntur atrienſes ſerui, qui cuſtodiunt atrium. *ff. de verb.ſig.l.in lege Cenſoria.* vel qui lauant atria.vt not.*ff.de vſufr.l.ſed & ſi quid.§.1.*vel caſtrenſiani, qui faciebant tentoria, in quibus Princeps morabatur in caſtris.gloſſ.*rubrica C. de caſtrenſianis.li.12.* ita Luc. de Pen.*in rub. illius tit.* Iſti etiam apud nos dicuntur Capitanei,ſeu Caſtellani,& tales ſunt tantum clariſſimi,& non ſpectabiles,vt dicit Purp.*in l.1.colum.30 ff.de off.eius cui mãd.eſt iuriſd.* de quibus *in l.liminarchæ.ff.de ſer.fug.*& ibi Budæus. *& in li.1.C.de fundis limitrophis.*& ibi Alexan. *li.11.& in l.munerum.ff.de muner.& honor.* Et limitanei dicti,qui ſtabant,limites ſuos tantũ tuentes. Et iſti ſolum inuaſiones,& ingreſſus hoſtium per loca eis diſpoſita,impediebant. De quibus memoratur Pet.Cothereau *in ſuo ſchedulari magiſtratuum ciuilium tit. de magiſtris militum.* vbi etiam ponit de aliis militibus,qui dicuntur comitatenſes,& præſentiales, qui inter milites ſimplices videntur habere aliquam præeminentiam, ex quo habent adminiſtrationem.

VIgeſimatertia conſideratio ſit de militibus præſentalibus,qui in comitatu ſacro militare deputati erant,& præſentiæ Imperatoriæ obſequioſi erant, vt ad mandatũ Principis mitterentur,vnde præſentes milites, vel præſentales ſeu præſentiales,erant Imperatoris diuinæ pręſentiæ obſequentes:qui regulariter ſtabant in vrbe Conſtantinopolitana,vbi florentiſſimum Palatium, & Imperatoria ſedes erat, & ibi hi milites morabantur niſi à Principe tranſmitterentur,vide text. *in l. nemo milites.C.de re mil.lib.12.* De quibus præſentalibus ſcribitur *in l.fi.ibi;ſed & de præſentalibus & orientalibus & aliis agminibus ſegregatos.C.de off.magiſtri mil.* Vnde iſti non tantum bellis erant dicati, ſed Imperatoriæ maieſtati erant in armis obſequioſi. Vnde dicatiſſimi, hoc eſt, dedicatiſſimi, & ſacrati milites iſti præſentales dicebantur, vt *in l.final. in princ.C.de re milit.lib.12.* iſti præſentiales milites ſpectabilibus ducibus committebantur. vt dixi ſupra *in 11.conſid. 6.par.* vbi de protectoribus & domeſticis ſcripſi, quos adaptaui centum nobilibus, & ducentis baliſtariis Chriſtianiſſimi Regis Francorum.Et ſi ad comitatum alicuius magiſtri cum aliquib. præſentialibus militib. mandato principis tranſmiſſi eſſent, ipſi Duces eorum erant ſubditi præceptionibus & iuſſionibus magiſtri equitum,

Digitized by Google

tum, quantum ad diſpoſitionem agendi belli, vt *in l.fi.in fin.C.de re milit.li.12.* Sed quantũ ad iuriſdictionem, nec ipſe, nec milites ſui præſentiales erant iuſtiriabiles magiſtri militum, ſed milites præſentiales ſuis Ducib. parebant: à quibus magiſter officiorum appellabatur, *vt prædict.l.fi.* & de tali appellatione magiſter officiorum (qui dicitur apud nos magnus magiſter) vna cum quæſtore iudicabat *l.ſi quando.C.de appel.* Et iſti milites videntur debere præferri aliis ſimplicibus militib. ſub aliis capitaneis ordinariis militantibus, vt de eis ſatis ample Petrus Cothereau *in ſuo ſchedulari magiſtratuum ciuilium. tit.de magiſtris milit.*

VIgeſimaquarta conſideratio; Inter milites ſunt aliqui, qui habent certa officia, ſeu certas adminiſtrationes, ex quib.alii præſunt. Cum qui præeſt aliquibus, dicitur talis habere dignitatem, vt dicit Bal. *in ca.1.§.cæteri.in fi.quis dicatur Dux Marchio, Comes.* & tales ſunt præferendi cæteris, vt dixi, vt ſunt circitores, qui in militia noctu caſtra circumibant, qui à capitaneis eligebantur. Et, vt dicit Pyrrhus *in tractatu de militarib.officiis*, factus eſt militiæ gradus. Et in vrbe Romana erant qui circumibant: & ibant ad extinguẽda aut cauenda incendia, vt ſecundæ quædam excubiæ, quos ſubuigiles appellamus. Et iſti poſſent comparari præfecto vigilũ, vel, vt ait idem Pyrrhus *in Pandectis de inſtitoria actione.* Circitores ſunt, qui res venales proponentes vrbem circumeunt, vt de hoc eſt text. *in leg. quamcunque ff.de inſtit.actione.* vbi etiam dicit, quod ſunt Medici, qui circumeunt ciuitates curando infirmos. *l.ſi duas.§.1. de excuſa.tuto.* de pluribus aliis vide Pyrrhum ibi; licet non fiat multum in vſu apud nos niſi de his, de quibus hic ante dictum eſt, vt de metatis, & epidemeticis, & ſtratoribus. Si quis vero ſit curioſus indagare plures ſpecies magiſtratuum, munerum, aut officiorũ militarium, videat R. Volaterra. *in ſuis commentariis, lib. 19. in cap. de magiſtratibus Græcorum, & Romanorum.* ex pluribus tamen pauca referre huic rei facientia ſufficiat. Magnus Dux claſſis imperatoriæ, hoc eſt, exercitus præerat, cui magnus drungarius parebat, & Admiralus & protocomes, hoc eſt, qui largitionibus imperatoriis præerat, cæteriſque claſſis curatores. Magnus domeſticus poſt Cæſarem erat, ſpatam ante Imperatorem ferebat, quo honore factus eſt Catacumzenus apud Andronicum iuniorem. Magnus Coneſtallus caput erat rogatorum Francorum. Scuterius fert ſcutum ante Imperatorẽ, quocunque proficiſcatur, & præcedit. Acolytus vero ſequitur Imperatorem quocunque ierit. Admiralus præeſt claſſi maritimæ vniuerſæ; ſubeſt autem magno Duci. Magnus ſtratopedarcha, eſt curator exercitus neceſſariorum & commeatuum. Domeſticus murorum, curam habebat caſtrorum, aut murorum reficiendorum, ſi quid his opus erat. Præfectus veſtiarii imperii, curat vectigal datique & accepti rationes. Veſtiarius Imperatorem per mare ſequitur, curamque habet eius inſtrumenti ac veſtium. Protocomenſis, in mari præeſt omnibus curatoribus. Protoſtrator, qui in abſentia magni Domeſtici ferebat ſpatam Imperatoris, & eo adequitare volente tenebat equum vſquequo ſit tempus. Tunc comes equorum exceptum ab eo ducit ad quintum aulæ palatinæ gradum: inde rurſus magnus Chartularius excipiens, ducit ad portam vbi adequitet: idem quoque cum deſcendit, ordo ſeruatur. Comes præterea equitatum Pompæ Imperatoriæ in itinere diſponit, ireque iubet ordine, quo ſibi placet. Habet etiam dona Regia ephippia, habenas, omnemque equi imperatorii veterem ornatum ſingulis annis, quod eadem omnia in reſurrectionis dominicæ celebritate iterentur. Protoſtrator etiam poſt exercitum adequitat, ac ſi quos videt inordinatos ire, corrigit, de quibus officiariis poſui ſupra ample *in 6. & 7. part.*

VIgeſimaquinta conſideratio ſit circa gloriam militum, quæ multum eis eſt exhortanda: quoniam, vt ait F. Patritius *in lib. de inſtitutione Reipublicæ, lib 9. c.1.* docendi ſunt milites exemplo M. Catonis, vt feroces aduerſus hoſtes ſint, humani erga amicos & ſocios, timidi ad iniurias inferendas, prompti ad vl-

Digitized by Google

ad vlciſcendas , & tandem nihil magis capiant, quam laudem & gloriam adipiſci, quæ quidem perſuaſio optima eſt. Cyrus ad milites ait : quod maximum omnium vobis perſuaſiſtis, laudem præ omnibus rebus eſſe expetendam : Laudis enim cupidi nullos labores fugiunt, nullum diſcrimen aut periculum detrectant, ſed gloriæ cupiditate incenſi, maxima quæque pericula obire non ambigunt. Dicam infra *in 39. conſid.* vbi dicetur, quomodo appetunt laudari milites. Et videndum eſt, in quibus laudari & extolli poſſunt, quod ex pluribus demonſtrabitur.

VIgeſimaſexta conſideratio; Miles etiam laudatur & honorem cõſequitur ex cingulo. Cum in ſignum dignitatis à Principe cingi debet : hoc cingulum militare dicitur, quo cingitur. Et gladius quo cingitur miles, debet eſſe aureus, id eſt, deauratus, prout probatur 2. *Mac. ca. vlt.* Ibi etiam probatur, quid debeat dici, quãdo cingitur miles : quoniam, vt ibi habetur, dici debet: *Accipe ſanctum gladiũ, in quo deiicies aduerſarios populi mei, &c.* Et ſi hoc cingulo ſpoliantur, omne perdunt militiæ priuilegium, quemadmodum videmus in capitaneo, cuius ſi vexillum amittatur in bello, nunquam portabit vexillum, donec aliud recuperauerit.

Aduerte ; quoniam milites dicuntur habere characterem, quod debent portare in corpore eorum, vt dicit text. *in cap. quod quidam. verſic. & ſi forte* 1. *quæſt.* 1. vel alias habere debent ſymbolum, vt cognoſcantur, ne aufugiant: de quo fit mentio per Calepinum *in litera S ante Y. in verbo, ſymbolum.* Et proprie dicitur apud nos, *La liurée*, quæ datur eis. & aliquando dicitur teſſera, vt idem Calepinus *in verbo, teſſera.* & laudantur, ſi non dimittant ſignum eorum: quoniam ſi dimittunt, eſt præſumptio, quod habent voluntatem fugiendi : & hoc faciunt, ne cognoſcantur. Et aduerte, quod cingulo militari prouida maiorum inſtitutione gladius incertus eſt, & hoc vt collato honore cinguli, poteſtas quoque illius gladii aliqualiter intelligatur eſſe collata: & recte cingulo decoratur, ad militiam quiſquis accedit; quia cum expeditum eſſe ad munera Reipublicæ officii ſui neceſſitas exigit. Accingi namque ſolet, cui gerenda imminent, & cui vacatio datur, licet eſſe diſcinctum. Vnde illud *in lib. Regum.* Non æque gloriabitur accinctus & diſcinctus: quia ſolicitudo laboris imminentis, gloriam diligentiæ non amittit, vt ait Polycratus *lib. 6. c.* 13. vbi habetur ample, de cingulo, quem alleg. prędicta dicendo Luc. de Pen. *in l. his quidem. in 3. colum. Cod. de his qui mil. poſſ. vel non, libr.* 12. Et tales milites hodie apud nos habent quandam præeminentiam vltra ſimplices milites; quia per conſuetudines noſtras ſi efficiantur milites, poſſunt indicere ſuos ſubditos : quod intellige, dummodo in exercitu & ſeruitio Principis hoc fiat. Et iſta militia collata à Principe confert dignitatem, ita quod cæteris ſimplicibus nobilibus eiuſdem qualitatis præferuntur propter illam militiam. Et præſtant in huiuſmodi cinguli collatione ſacramentum, quod nunquam aufugiant, nec timebunt mortem, nec dimittant Capitaneum, ſub quo militabunt, nunquam faciant concuſſiones (quod vulgo *pilarias* vocant) viuendo ſuper & expenſis populi. Si ſciant aliquem machinari contra Principem & Regni commodum, reuelabunt. Nunquam induant arma contra illum Principem, qui eis cingulum dedit: pluraque alia iurant & promittunt, quæ pro certo non obſeruant: & de huiuſmodi ſacramentis militiæ meminit Vegetius, *libr. 2. de re militari cap.* 5. Simplex tamen militia de per ſe non eſt dignitas, vt dicunt Cy. Bart. Bald. & Sal. *in l. b.* 1. *Cod. de iuris & facti ignorantia.* Bald. & Ang. *in l. filius familias* §. *veterani. ff. de proc.* Ioan. de Imo. Pan. *in ca. in noſtra. de procurat.* & dom. meus Iaſ. *in l. fin. C. de teſtam & in l. ſi quis in conſcribendo. col. 1 Cod. de pactis.* vbi plus dicit, quod militia nedum eſt dignitas, ſed nec nobilitas, quod licet non ſit tutum de iure, vt ante dixi *in 8. par. in 25. conſid.* tamen apud nos ex communi reputatione milites ſaltem equeſtres habentur pro nobilibus, & gaudent priuilegiis nobilium, ita quod non cottizantur in tallis & collectis ordinariis.

Vigeſimaſeptima conſideratio; Milites ſunt laudandi ex corpore bene diſpoſito, proportionato, & complexionato, & ex duritia membrorum: cum militia duritia appelletur. Vnde ad pugnandum fortes ſunt fabri & cæteri, qui laboribus continuis viuunt. Hi autem, qui debiles, parum valent ad corporalem pugnam; quoniam licet in ſtudio ſapientiæ & ſcientiæ molles carne, aptos mente dicamus, vt philoſ. dicit *in 2. de Anima*: tamen in armis eſt oppoſitum ſecundum Vegetium *de re militari*. Non eſt (inquit) dubitandum aptionem armis etiam ruſticam plebem, quæ ſub dio & in labore nutritur ſolis ardorē patiens, vrbem negligens, balneorum neſcia, delitiarum ignara, ſimplici animo, paruo cōtenta, duratis ad omnium malorum tolerantiam membris, cui geſtare ferrum, foſſam ducere, & quodcunque onus ferre conſuetudo eſt: vt per exempla infra videri poterit. Piſcatores autem, aucupes, & cæteri omnes, qui tractare videntur ad muliebria pertinentia, longe arbitror pellendos à caſtris: ſed fabros ferrarios, carpentarios, aprorumque venatores ſociare conuenit militiæ: quoniam, vt ad Lucullū dicit Seneca: *Nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro tranſierunt.* Ex quo ſequi videtur, quod de eſſentia militiæ non eſt nobilitas, nec requiritur miles de genere nobilium eſſe, ſecundū Ioan. de Plat. *in l. 1. C. negotiatores ne militent. li.* 12. Hæc dicit G. Bened. *in ſua rep. ca. Ray. in ver. teſt. 1. nu. 25. & 26. de teſtam.*

Mos tamen Gallorum eſt, quod omnes milites equeſtres ſunt nobiles vt plurimum: quantum vero ad pedeſtres, pauci ſunt nobiles, imo fere omnes rurales & plebeii, demptis Capitaneis. Ex quo, cum carent virtutibus, & ſunt vitiis dediti, tot & tam nefanda delicta committunt, quod vix poſſet enarrari: Imo mirantur omnes, quomodo talia poſſunt adinueniri, quæ perpetrantur & cōmittuntur à certis annis citra in hoc regno, nec ſatis in eos poſſum excandeſcere, ob quod iā pluries Chriſtianiſſ. rex noſter eos publicari & proclamari fecit in toto ſuo regno inimicos, hoſtes, & diffidatos ſui regni & Reipublicæ, ordinando in illos populum & nobiles, & iuſtitiarios inſurgere, irruere, & illos inuadere, occidere, punire, & alias morti tradere, prout hoſtes regni, vbi paſſim reperirētur. Et ex prædictis conſtat, quomodo Capitanei iſtorum pedeſtrium debent aduertere ad eligendum illos, quos corpore bene complexionatos & robuſtos viderint, vt ſupra dictū eſt.

Vigeſimaoctaua conſideratio; Etiam vt dicit Cæpol. Veronen. *in ſuo tract. de Imperat. milit. eligendo. in verb. pro imperatore, in verſic potuit etiam eſſe tertia ratio.* Laudandi ſunt milites ex formoſitate & pulchritudine. Cum, vt dicit, in dubio formoſior ſit eligendus. Dicit enim Philoſ. 1. *Politicorum.* vbi ſi tantum fuerint differentes corpore, ſolumq; Deorum imagines ſeu defectuoſitatis homines dicent dignos ſeruire aliis: quaſi diceret, quod deformes debent aliis ſeruire. Item dicit Porphyrius, quod Priamus propter ſui formoſitatem fuit dignus imperio. vnde de eo dicitur:

Facies Priami digna eſt imperio.

Vnde Virg.

Gratior & pulchro veniēs in corpore virtus
Adiuuat.

Et F. Barbarus in libello, quem de re vxoria ſcripſit, ſic ait: *Formoſos cuncti diligunt, dignos credunt imperio, eis facilius obſequuntur.* Imo quandoque dignitas capitur pro pulchritudine: cum vt ait Tullius *lib. 2. Officiorū.* Pulchritudinis duo ſunt genera; vnum muliebre, quam venuſtatem appellamus; alterum virile, quam dignitatē dicimus. Et facit, quod præſumendum eſt pro formoſiore; eo, quia vt dicit Bald. *in prim. conſt. Digeſtorum. in §. itaque. in fin. 2. col.* Si ſint duo nati ſimul, nec iudicari poſſit, quis eſſe debeat, iudicandum eſt pro formoſiore. Et de pulchritudine ſatis dictum eſt *in 5. par. in 18. conſ.* vbi laudantur reges & principes ex pulchritudine.

Et plures laudati fuerunt propter formoſitatem, vt de Adone filio Myrrhæ, de quo Virgilius *Ecloga* 10.

Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.

Et Ouid. *lib.* 10.

Laudaret faciem liuor quoque, qualia namq;
Corpo-

Corpora nudorũ tabula pinguntur amorum,
Talis erat.

Et Propert. lib. 2.

Teſtis qui niueum quondã percuſſit Adonim,
Venante Idalio vertice durus Aper.
Illis formoſum fleuiſſe paludibus, illuc
Diceris effuſa tu Venus iſſe coma.

Et de Auenti de quo Virg.

Victoreſq́ ostentat equos ſatus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus.

Adon.	*Alexis.*
Aſtur.	*Auentinus.*
Atys.	*Achilles.*
Anthionus Bithynicus.	
Achantius.	*Alcibiades.*
Amaracus.	*Aſterius.*
Auguſtus.	*Alfus.*
Amphimedon.	*Bellerophon.*
Bathyllus.	*Caſtor.*
Pollux.	*Cyllarus.*
Ceſtus.	*Daphnis.*
Diadumenus.	*Democles.*
Demetrius.	*Euryalus.*
Endymion.	*Epheſtio.*
Filius Maximini.	*Galetes.*
Ganymedes.	*Pelops.*
Artaxerxes.	*Cyrus.*
Troilus.	*Patroclus.*
Giges.	*Hippolytus.*
Hylas.	*Hyas.*
Hyppoclides.	*Iulus.*
Iuuentius.	*Iaſon.*
Ioſeph Lauſus.	*Lygdus.*
Magnes.	*Muſaus.*
Ligurinus.	*Maratus.*
Magnes Smyrnaus.	*Narciſſus.*
Niſus.	*Nireus.*
Nearchus.	*Pyramus.*
Paris.	*Phaon.*
Phædrus.	*Parthenopeus.*
Roſcius.	*Idas.*
Hymen.	*Serranus.*
Spurina.	*Scipio cognomento.*
Turnus.	*Demetrius.*

Tibullus Poeta elegiographus.

Xerxes, qui in exercitu habuit 68. myriades: quæ ratio habet bis & quinquagies centum octoginta tria millia hominum. Herodotus tamen ſcribit, in tanto mortalium numero neminem fuiſſe pulchriorem Rege ipſo, aut proceriore ſtatura, vt refert Textor *in ſua officina.* vbi etiam quæ fuerint mulieres pulchræ, & ſupra dixi de illis *in 2. part.*

Fuerunt & temporibus noſtris Principes formoſitate mira decorati: *Philibertus Sabaudus. Philippus Auſtriacus. Henricus Anglus.* Franciſcus Francus, Rex noſter, qui fuit & eſt ingenti pulchritudine dec[illegible]atus, antecedens omnes homines totius Regni tam pulchritudine, proceritate, eloquentia, clementia, quam placabilitate, & quod magis eſt, fortitudine, vt infra dicetur. Subtiliſſimus ille & acutiſſimus Papinianus iureconſultus laudandus fuit de pulchritudine, vt eſt text. *in procem. ff. in §. & hos tres liberos, &c. ibi: vobis autem ipſe pulcherrimus Papinianus, & ibi Albericus.*

VIgeſimanona conſideratio; Miles laudatur, ſi fuerit audax & terribilis: vt dicit Vegetius: nam vt plurimum ſi leonis aut vrſi (vt fuit Alexander Magnus in bello valentiſſimus, vt dicit G. Bened. *in ſua repet. c. Raynutius. in verb. qua ex eo filium ſuſcipiens. de teſtam.*) effigiem habeat, ferox vtplurimum & audax erit in bello: quia, *Audaces* (*vt libr. 1. Æneid.* Virgil. habetur) *fortuna iuuat, timidoſq́ repellit.* Quoniam, vt dicitur *in libr. principiorum*, anima coniuncta corpori imitatur paſſiones corporis, ſicut per experientiam videmus: quod maſculi, habentes effigiem mulieris, ſunt communiter quaſi fœmina, molles, ocii & delitiarum amatores, quæ multum contrariantur militiæ, quæ omnia mala ſuſtinere debent pro aliis & Republica, vſque ad mortem incluſiue, & ita iurant milites, *Inſtit. de teſt. mil. ſuper rub. & in l. fin. ff. ex quibus cauſis maiores in integ. reſt.* Timere enim non debet miles hoſtes, quantumcunq; ſuperbos, nec eos fugere, vel ab eis occidi permittere, ſed in faciem eorũ accurrere: & qui contrarium apud Romanos faciebant, ignominioſe puniebantur, vt de Lucio Minutio conſule, *lib. 2. tit. de diſciplina*

Digitized by Google

militari, refert Valerius. Decet ergo militem eſſe audacem & ſtrenuum; promptum ad omnes labores abſque timore mortis. Iuxta illud Senecæ ad Lucillium; *Generoſos animos labor nutrit, nec eſt viri timere ſudorem.* Quinimo dicit Philoſophus 3. *Ethicorum.* Mollitiem eſſe fugere laborioſa. Ideo milites exercitio frequenti debent habilitari. text. *in leg. milites. C. de re milit. libr.* 12. vt infra ample; vt laboribus non timeant, *l.* 1. *ff. de milit. teſtam.* Cum ars tritos, vſus promptos, imitatio artifices: p os, tria concurrentia ſummos. Nec habet contrarium pluſquam ocium, de quo Valerius vbi ſupra. Hæc G. Benedicti *in d. repet. cap. Rayn. in ver. teſta. nu.* 27 *de teſtam.*

TRigeſima conſideratio; Milites etiam laudantur ex latitudine pectoris, & ex longitudine brachiorum, & ex pluribus aliis, quæ dicit Veget. *de re milit. lib.* 1. *cap.* 6. vbi dicit: ſit ergo adoleſcens Martio operi deputandus, vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris muſculoſis, valentibus digitis, longioribus brachiis, ventre modicus, exilior cruribus, ſuris & pedibus non ſuperflua carne diſtentis, ſed neruorum duritia collectis. Cum hæc in tyrone deprehenderis, proceritatem non magnopere deſideres: vtilius eſt milites fortes eſſe, quam grandes, iuxta illud Catonis:

Corporis exigui vires contemnere noli.

Et illud Papinii:

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Scribit Homerus, Tideum paruo fuiſſe corpore decoratum, in quo tamen anima eſſet maxima, & vires ampliſſimæ. vnde in Priapeis à poeta decenter ſcriptum eſt.

Vtilior Tideus, quid ſi qui credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

Et Xantippes Lacedæmonius, qui breui ſtatura erat, ita laudatur à Silio:

Exiguis vigor (admirabile) membris,
Viuidus & magnos niſu qui vinceret artus.

Idem Vegetius *lib.* 1. ſcribit, corporaturam boni tyronis implere ſex pedum longitudinem. Præterea in amplitudine & latitudine pluſquam in longitudine ſapientia conſiſtit, ſecundum Petrũ de Bellapertica, quod ſumme diſplicuit Cyno, qui vltra modum longus erat, vt dicit Bart. *in l.* 1 *ff. de iuriſd. om. iud.* nec ſunt communiter audaces, nec valentes, velut cor multum diſtans à cerebro habentes. Hæc ipſe Benedicti *in loco ſupra alleg.*

TRigeſimaprima conſideratio; Milites laudantur & in ſobrietate; quoniam miles ſobrius eſſe debet in cibo & potu, de quibus non multum curet, nec de lecto. Non enim aſſueſci debet ſenſualibus delitiis; quoniam, vt ait facetus Poeta:

Nil valet in bello, qui viuit delitioſe;
Nec ſine duritia bellica palma datur.

Eo etiam; quia miles dicitur à malo, quod ſuſtinere debet pro Republica, *l.* 1. § *miles autem. ff. de teſtam. milit.* vbi miles dicitur à militia, id eſt, duritia, quam ſuſtinet. Ideo cum in expeditione degunt, tradi eis debet panis buccellatus ad comedendum per biduum, id eſt, panis bis coctus, qui ſiccitate ſui groſſos & ponderoſos humores attrahit & bibit, quos cum ſuperfluo digeſtionis expellit per ſeceſſum: quibus eiectis, ſunt milites agiliores ad pugnandum, & præſeruati à multis infirmitatibus, quas dicti mali humores ad putrefictionem facile gignunt. Et tertia die panis integer non bis coctus eis miniſtratur. Et vna die datur eis vinum, altera die acetum ad bibendum, & vna die lardum, alia die habent carnem veruecinam: vt de hoc eſt text. *in l.* 1. *Cod. de erogat. militaris annona, libr.* 12. vbi hæc omnia ample declarat Lucas de Pen. quare iſta fiant. Etiam G. Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in verb. teſtamentum.* 1. *num.* 30. *extra de teſtam.*

TRigeſimaſecunda conſideratio; Miles laudatur ex paupertate. Nam olim milites ſolis ſtipendiis contendebantur, de quibus viuere debent, & non ſuper ægros, vt habetur *Luc.* 3. Nec debent ſubditos Regis ad eis præbendum victualia cogere, nec illorum prædia inquietare, nec victualia, aut cætera bona tangere. Quibus contrarium facientibus, licitum eſt cuilibet de plebe eos aut eorum miniſtros expellere, & propria authoritate reſiſtere, amicis & vicinis in auxilium conuo-

Digitized by Google

conuocatis ad expellendum inuaſores. Capitaneum, qui eos delegauit, temporali exilio puniendo; quia militibus tranſeuntibus ſolum permittitur hoſpitari in domibus, & nihil pro victu aut eorum pabulo à prouincialibus etiam ſponte offerentibus recipere, non ſoluto valore, *l. canatucrum. C. de erog. milit. annonæ. & l. denotum. C. de metatis & epidimeticis lib.* 12. vbi Iohan. de Platea dicit: æqualitatem debere eſſe in eo, qui gratis hoſpitatur, vt nihil petat ab hoſpite vltra hoſpitalitatem, facit textus *in l. vnica. & quæ ibi dicit Ioan. de Plat. C. de ſalgamo hoſpitib. nõ præſt. eod. lib.* 12. Nec poſſunt milites tempore pacis faciẽdo monſtra perſonarum ſuarum, equorum, armorum & cæterorum militibus ſtipendiariis neceſſariorum, viuere de bonis ruſticorum & aliorum ſubditorum, nec conuocari in magna multitudine, *l. fin. §. erit autem. C. de re milit. libr.* 12. ne grauent ſubditos. O deos, cum videamus hodie modum eorum viuendi eſſe omnino in contrarium, ita, quod excruciant pauperes ruricolas quotidie, & tempore pacis, & alio modo viuendo ſuper populo, quid fiet de anima eorum? vnde non debet dici, quo ibit anima mercatoris (vt dicit Bald. *in c. ap. cum cauſam. extra de teſtib. & in Authent. ad hoc. tollat* 8. *C. de vſuris.*) ſed quo ibit anima armigeri ſeu militis? qui non contentatur de victu, ſed etiam in domibus ſuorum hoſpitum rapiunt quicquid poſſunt, more prædatorum, & vtplurimum eos verberant. & cogunt ſoluere & dare certam ſummam, vt à domibus eorum exeant: vnde deberent in ſimplicitate viuere, quæ magis cupit arma, quam leges, *l. fin. in princip. C. de iure delib.* vnde refert Valerius *lib* 3 *de fiducia ſui.* Scipionem Aphricanum in concione publica dixiſſe, quod cum totam Africam Romanæ ditioni ſubiecisset; non tamen aliud ex ea, quod ſuum diceretur præter cognomen tuliſſe. Et Publius Scipio de ſe & Lucio Scipione eius fratre loquens: *Non* (inquit) *me Punica, non fratrem meum Aſiatica gaza auarum reddiderunt, ſed vterque noſtrum inuidia magis, quam pecunia locupletior eſt.* Quam Scipionis accuſati conſtantem defenſionem, Romanus vniuerſus ſenatus comprobauit: vt ibi refert Valerius. Et idem *lib.* 4. de Valerio Publicola poſt Tarquinium eiectum primo conſule, dicit: quod poſt tres conſulatus acceptiſſime peractos tantæ paupertatis fuit, quod patrimonium eius ad expenſam exequiarum ſuarum defecit. Ex quo patet, quod viuus poſſedit, cui mortuo lectus funebris & rogus defuit. Fabricius quoque pluries conſul & Imperator Rom. (vt idem refert) filias proprias paupertate dotare nequiuit. Marcus etiam Curtius contra Samnites bellum gerens, legatis eorũ ſe in ſcamno aſſidentem & in catino ligneo cœnantem, ſpectamentum præbuit. Cumque magnum auri pondus ei poſt attuliſſent, riſit, dicens: *Referte, & dicite Samnitibus, Marcum Curtium magis locupletibus imperare, quam ipſum locupletem fieri: & mementote me non acie vinci, nec pecunia poſſe corrumpi.* Attilius vero ab aratro ad Imperium Romanum vocatus, poſtquam Rempublicam ſtabiliuit, & ingentes hoſtium vires confregit, multoſque triumphos conſecutus, depoſito Imperiali ſceptro ad aratrum redire non erubuit. Textus tamen *in dict. l. fin. in princip. Cod. de re milit.* vocat eos ditiſſimos. Et contra, iſtos Imperatores ſeu Duces belli, de quibus hic ante, qui fuerunt pauperes, multum faciunt ea, quæ dicit Capoll. *in ſuo tractat. de Imper. militum eligend. in verb. diuitiis.* Vbi Imperator ſeu Dux exercitus & militum, plurimum commendatur in diuitiis, quod probat 12 rationibus. Et ibi ſcribit 31. priuilegia diuitiarum, quæ ſunt multum laudanda quæ ibi videre poteris: & ſatis declarantur per Albericum *in l. ſi quis ad declinandum. Cod. de epiſc. & clericis.* Phocion Athenienſis, vir non minus virtute, quam rei militaris gloria clarus, cognomento Bonus pauper. Fuit enim ſemper pauper, cum ditiſſimus eſſe potuiſſet ob frequentes ei delatos honores. Huic cum legati Philippi Macedonum regis ingẽtia munera offerrent, hortarenturq; vt ea acciperet: quamuis enim facile iis careret, liberis tamen eius eſſent neceſſaria, quibus difficile foret in ſumma paupertate ad paternã gloriã perue-

 nire.

nire. *Si meri* (inquit) *ſimiles erunt, idem hic agellus alit illos, qui me ad hanc dignitatem perduxit: ſi diſſimiles, nolo meis impenſis illorum ali augeriq; luxuriam.*

TRigeſimatertia conſideratio; Laudantur milites in caſtitate; quoniam caſti eſſe debent: inde ſtationes militum dicuntur caſtra, à caſtrando, quaſi caſtrata, vel caſta, quod ibi caſtrari debet libido, & caſte ibi viuebant milites antiqui, conſiderantes caſtitatem ſecum habere fortitudinem annexam, quam ſeruarunt ſemper vt pupillam oculi. iuxta illud poeticum *in Georgicis*:

Sed non vlla magis vires induſtria firmat,
Quam Venerem & cæci ſtimulos auertere amoris.

Luxuria enim vires eneruat. Vnde Quintilianus *in milite Mariano*. Ideo meretrices ab exercitu ſubmouentur. Intrare caſtra fœminis non licet. *Deut.* 23. Quando egreſſus fueris contra hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala: ſi fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomno, egredietur extra caſtra, & non reuertetur priuſquam ad veſperam lauetur aqua. & infra. Dominus Deus tuus ambulat in medio caſtrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, vt ſint caſtra tua ſancta, & nihil in eis fœditatis appareat, nec derelinquat te. Propterea Imperator amatorem caſtitatis ſe dicit *in Authen. quibus modis naturales effic. legit. collat.* 6. Vnde non ſine cauſa eam tantum dilexerunt armigeri veteres & gentiles. Nam de Cornelio Scipione refert Valerius *lib.* 2. *tit. de milit. diſcipl.* Quòd contra Numantinos Imperator miſſus eo momento; quo caſtra intrauit, duo mille ſcorta de ipſis expulit: qua peſte vacuus factus exercitus (qui paulo ante metu mortis deformi ſe fœderis ictu maculauerat) erecta ac recreata virtute aciẽ illam fortem & animoſam Numantinam ſuperauit, & incendiis exuſtam, ruiniſque proſtratam Numantinam ſolo æquauit. Scipio quoq; Africanus ſummis etiam effertur laudibus, qui Carthaginem obſidens, oblatam ſibi ex hoſtibus virginem eximiæ formæ, & nobilitatis intactam & dotatam reſtituit. Hæc Guillelmus Benedicti *in ſua repet. c. Raynutius. in verb. teſtamen.* 1. *numer.* 37. *de teſtam. extra.* De laude vero caſtitatis dictum eſt *in* 1. *part. in* 12. *conſiderat.* Idcirco non eſt mirandum hodie apud nos, ſi gentes armorum in bellis & exercitu non ſe bene habeant, cum in eis nulla ſit caſtitas. Imo ſi fiat exercitus viginti mille hominum; tertia pars illius erit ſcortorum & meretricum, quæ exercitum ſequuntur, & ducuntur per armigeros: maxime per pedites, quorum quiſque frequentius ſuam ſibi conſociat: quod contingit culpa Capitaneorum, & Ducum exercituum; quia talia pati non deberent: ideo facilius & frequẽtius Thaidis caſtra quam Hannibalis videmus euerti, vt ait Lucas de Penna *l. vnica. C. de caſtrenſi omnium palatin. pecul. col.* 5. *in prin. l. b.* 12.

TRigeſimaquarta conſideratio; Milites multum & ſumme laudantur ex obedientia; quoniam, vt ait textus *in ſumma* 24. *q.* 1. ſumma militiæ laus eſt obedientia, & quicquid ſibi vtiliter imperatum eſt, obtemperare. ita dicit Bartolus Cæpol. *in tractatu ſuo de Imperatore eligend. in verb. diuitiis. verſic.* 10. *diuites, &c.* Imo præcepto Ducis omnino parendum, *c. quid culpatur, in fin. cum c. ſeq. ibi, igitur quod Cæſar præcepit, ferendum eſt; quod Imperator, tollerandum eſt. eadem cauſa & quæſtio.* Ex tali enim obedientia victoria ſequitur, & ſatis imperii gloria parta eſt, dicit Lucas de Penna *in l. tam collatores. colum.* 3. *C. de re milit. libr.* 12. & iuſſionibus gubernatoris exercitus, quæ ad bellum vel pugnam ſpectant omnino parendum eſt: & ſi quis contemnat eas, etiamſi rem proſpere geſſerit, capite puniendus eſt, *l.* 3. *§. in bello. ff. de re milit.* Hiſtoriæ ſunt nobis in promptu ad hoc per Valerium *in libro de diſciplina militari* deſcriptæ, vt de Manlio Torquato, qui filium proprium, licet victorem, occidi fecit ob violatam diſciplinam militarem: & de Papyrio dictatore, qui Fabium Rutilium Magiſtrum equitum, qui aduerſus edictum eius quam proſpere pugnauerat, virgis iuſſit cædi, ſecuri percuſſurus, nec contemni, aut precibus militum conceſſit animaduerſionem,

Digitized by Google

nem, cumque profugientem Romam proſecutus eſt: nec ibi quidem remiſſo prius ſupplicii metu, quam ad genua eius, & Fabius cum patre prouolueretur, & pariter ſenatus & populus rogarent. Hæc tamen ſeueritas non intantum eſt exercenda, vt animum militum ab Imperatore exercitus auertat; quia tempore belli rigor non debet omnino ſeruari, *c. fin. de tranſaction. & c. ſciendum. 29. diſtin.* ſecundum Ioan. Fabri *in proœm. Inſtit. ſuper verb. gubernari.* vbi etiam dicit; quod tempore belli iura non ſeruantur de facto, licet ſanctius eſſet: quod iuſtitia illo tempore fieret, quam alio; quia, vt dicit Cicero 1. *Offi.* Nullum eſt tempus, quo iuſtitia vacare debeat.

TRigeſimaquinta conſideratio; Milites etiam multum laudantur ex ſcientia militari, quam habere debent, vt habetur *in l. vnica. Cod. de caſtrenſi omnium palat. peculio, libr. 12. ibi: qui præſto ſunt ſuper actibus, quos intentos & eruditos ſtudiis itinerum prolixitas & expoſitionum difficultas exercet.* & probatur *in l. 1. ff. de decretis ab ordine faciendis. ibi: & peritia artis.* & Ioan. de Plat. *in l. 1. Cod. de conditis in horreis publicis. lib. 10.* & hoc eſt; quoniam turpe eſt ignorare ſcientiam & artem, in qua quis verſatur, *l. 1. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iuris.* Vnde dicit Vegetius *lib. 1. cap. 1. de re milit.* Scientia rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam. Nemo facere metuit, quod ſe bene didiciſſe confidit. Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior eſt: rudis & indocta multitudo expoſita ſemper ad cædem: Idemq; *l. 2. c. 24. libri* ſcribit: Cuius manibus eſt ſeruanda Reſpublica, ſtudioſius oportet ſcientiam dimicandi, vſumque Reipublicæ iuris exercitiis cuſtodire. Et dicit idem Vegetius *c. 13. 2. lib.* In pugna vſum prodeſſe amplius, quam vires. Nam ſi doctrina armorum ceſſet, nihil paganus diſtat à milite: quæ quidem ſcientia neceſſario requiritur in Duce exercitus, & in capitaneis ad guerram, aut aliis habentibus adminiſtrationem, ſeu authoritatem in exercitu, vt ample demonſtrat Cæpolla *in tractatu de Imperatore eligendo, in verb. ſcientiam.* Vbi quod hæc ſcientia militaris per armorum exercitationem acquiritur: vt eſt caſus *in l. in nomine Domini ver. hac autem. ibi: iubemus, vt ſemper milites ad exercitationem armorum teneant. C. de officio præfecti prætorio Africæ.* & ibi Albericus, qui dicit per illum textum, quod milites armorum vſu quotidiano ad bella ſe præparare debent, alleg. *l. milites. C. locati* Et eſt caſus *in l. milites. 2. ibi: vt armorum quotidiano exercitio ad bella ſe præparent. Cod. de re milit. libr. 12.* Vnde exercitus nomen ab opere exercitii & exercitatione traxit. text. *in leg. 1. in fin. ff. de milit. teſtam.* Veget. *libr. 2. de re militari. cap. 23.* Ideo dicit, quod omne artificium, ſeu ſcientia exercitio creſcit, & per illud ſuſcipit incrementum. text. *in l. legatis ſeruis. §. ornatricibus.* & ibi gloſſa *in verb. incrementum. ff. de legat. 3.* notat gloſſ. *in verb. poſſit. in c. peruenit. 84. diſtinct.* & dicit Polycrat *in ſuo 6. libro.* quod tria fecerũt Romanos eſſe triumphantes & victores, ſcientia rei militaris, exercitatio & fides. Pro quo facit text. *in §. cumque. in proœm. Inſtit. ibi: quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras iuſſiones, fidem.* & text. *in 2 conſtitutio. C. in princip.* dicit, arma & leges Romanas omnibus anteponi gentibus & nationibus: ſcientia & dignitate etiam dominari præteritis effecit temporibus: quæ quidem ſcientia rei militaris optime cognoſcitur ex experientia, vt per plura oſtendit Cæpolla *in loco ſupra citato.* Ex quo infero, milites expertos plurimum eſſe laudandos; quoniam experientia eſt rerum magiſtra, *cap. qui ſit. de elect. in 6 in princip. cum aliis per eundem Cæpollam allegatis.* & dicit Philoſophus; Natura potentem, ars facilem, vſus promptum reddit artificem, & *in 2. conſtitutione. C.* ſed cum ſit iuriſperiti, commendantur experientia rerum. & *in l. certi. C. de iudic.* Vbi cauſatum experti iudices dari poſſunt. Et dicit Bern. ad fratres de monte Dei: ruſticus habet duros neruos, fortes lacertos; exercitatio hoc facit; in ocio ſimul cum corpore molleſcit voluntas: facit vſus vſum, exercitium vires in omni labore miniſtrat. Et de huiuſmodi exercitatione

Digitized by Google

quomodo à Ducibus & tribunis militum diſcenda eſt, facit text. *in l. officium. in princ. ff. de re milit. & in l. vnic.* §. 1. *C. de officio præt. Africæ.* & quæ ample ponit Lucas de Pen. *in l. milites. 2. col. 2. c. de re milit. lib.* 12.

TRigeſima ſexta conſideratio; Milites ex vigilantia laudantur, quoniam miles debet eſſe vigilans ad cuſtodiam eorum, quibus præpoſitus exiſtit, ne dormiens inuadatur ab hoſtibus. Et inde dicitur præfectus vigilum, quod tota nocte vigilare debet, armatuſque diſcurrere, & inquilinos admonere, ne culpa eorum, aut negligentia incendium oriatur, text. *in l. pen. §. pen. ff. de officio præfecti vigil.* Vigilare etenim debent milites præcepto diuino excitati per Chriſtũ in Euangelio, vt habetur *Matth.* 24. *Marc.* 13. & *Luc.* 12. Vigilate, inquit, & parati eſtote; quia neſcitis, qua hora fur veniet. Nam hoſtes dicuntur fures, quos per dolum & inſidias licet vincere, ſi eis aliter fides promiſſa non fuerit. Sicut fecit Macrobius Carthaginenſis Dux contra Aſſyrios miſſus, quos vincere dubitans vino & mandragoris doloſe inebriatos dormientes interemit. Nam, vt ait Hier. *in lib. vigiliarum*: Vigilando timor omnis excluditur, fiducia naſcitur: quæ multum proſunt in exercitu militari. Et de vtilitate vigiliarum ſcribit Luc. de Penn. *in l. vnica. de ſtudiis liberal. vrbis Romæ. col.* 11. *lib.* 11. Imo ita in eis laudatur, & eſt neceſſaria vigilantia, quod ſi excubias ſibi ordinatas dimiſerint, capite puniuntur. text. *in l. qui excubias. & ibi gloſſ. ff. de re milit.* facit *l.* 4. *§. ſi præſidis. eod. tit.*

TRigeſima ſeptima conſideratio; Etiam milites laudandi ſunt ex patientia in aduerſitatibus & belli ſudoribus; quoniam patientes eſſe debent in aduerſitatibus & belli laboribus ſuſtinendis: fame, ſiti, æſtu, frigore, & cæteris calamitatibus, quæ innumerabiles exiſtunt, *l. vnica.* §. 1. *C. de caduc. toll.* Et ad iſtud comprobandum. G. Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in verb. teſtamentum* 1. *num.* 39. *verſ.* 8. *miles, de teſtam.* adducit plura dicta & hiſtorias antiquorum. Primo enim in teſtem adducit Senecam, *lib.* 3. *de ira.* ſcribentem hiſtoriam de Timagine hiſtoriarum ſcriptore: qui, cum quædam contra Auguſtum Cæſarem ſcripſiſſet, monuit eum Cæſar, vt ſermone moderatiori vteretur, quod facere renuit, nec tamen Cæſar ſe vindicauit, ſed ſolum ei domum ſuam interdixit. Adducit pariter Polycratum *lib.* 3. *cap.* 14. qui plura exempla ibi de patientia ſcribit, de ipſo Octauiano Cæſare Auguſto, quod miræ patiẽtiæ fuit, & quædam alia de patientia aliquorum; quæ cum non multum faciant ad propoſitum, aliter non inſiſto.

De huiuſmodi patientia, melius faciunt dicta Æneæ, *in* 1. *& 2 Æneid.* cum dicat:

Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Et ſequitur:

Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

Et *lib.* 3. de eo dicitur:

Mens immota manet, lacrymæ voluuntur inanes.

Et *in primo:*

O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem.

Sed, vt dicit Luc. de Penn. *in l. milites.* 2. *C. de re milit.* allegando Tullium *in* 2. *de Tuſculanis quæſtio.* Noſtri exercitus primum vnde nomen habeant, niſi ab exercitatione, vt facit text. *in l.* 1. *in fin. ff. de milit. teſtam.* deinde quis labor, quantum agminis ferre, pluſquã dimidia menſis cibaria ferre, ſi quid ad vſum velint ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam in onere noſtri milites non plus numerent, quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis eſſe dicunt: quæ quidem ita geruntur apte, vt ſi vſus foret abiectis oneribus, expeditis armis, vt membris pugnare poſſent. Quid exercitatio legionum? quid ille curſus, concurſus, clamor, quanti laboris eſt? Ex hoc ille animo in præliis paratus ad vulnera, adhuc pari animo inexercitatũ militẽ, mulier videbitur. Cur tantum intereſt inter nouum & veterẽ exercitũ quantum experti ſumus, ætas tyronum plerunq; melior eſt; ſed ferre laborẽ, cõtemnere vulnus cõſuetũdo docet. Quin etiã videmus ex acie efferri ſæpe ſaucios, & quidẽ rudes illos & inexercitatos, quãuis leui ictu ploratus turpiſ-

turpiſſimos edant; at vero ille exercitatus & vetus, ob eamq; rem fortior medicum modo requirens, à quo obligetur.

TRigeſimaoctaua conſideratio; Milites laudantur in fortitudine, & in pluribus locis Imperator vocat milites fortiſſimos, eis dando prædictum titulum, cum ex illo decorentur, & honorentur, vt de hoc eſt text. *in l. tam collatores. in prin. & duobus aliis locis. C. de re milit. & in l. fortiſſimi ac deuotiſſimi milites. Cod. de erogat. milit. annonæ. lib. 12.* Et in milite fortitudo eſt virtus, qua cæteræ ſolidantur, & ſine qua in bono non perſeueratur, & qua omnia roborantur & moderantur, de qua ait Philoſophus 2. *Ethic.* Fortitudo tenet medium inter timores & audacias. & Cicero *Rhetoricor.* 1. Fortitudo eſt conceptio conſiderata paruulorum laborumque perpeſſio, & *in Tuſculanis quæſtio. lib.* 4. Fortitudo, inquit, eſt affectio animi lege ſumme perpetiendis rebus obtemperans, vel eſt cōſeruatio ſtabilis iudicii in iis rebus, quæ formidoloſæ videntur, ſubeundis, vel repellendis, vel ex ſcientia rerum formidoloſarum, cōtrariarumq; aut omnino negligendarum, conſeruans earum ſtabile iudicium.

Ex quibus infertur Fortitudinem locum habere in arduis & in grandibus; probatur, cum ſit illa, de qua dicitur; *Tendit ad ardua virtus.* Hanc ſiquidem virtutem ſi miles habuerit, minas non timebit: imo nec mortem pauebit. Cum viro forti nequaquam turpis mors accidere poſſit. Fortitudo certe ſui natura & effectu fortunam ſuperat. Vnde Valerius: *Fortiter*, inquit, *ſe in aduerſis gerere, quid aliud eſt, quam fortunam ſæuientem in adiutorium ſui pudore victam vertere?* vt dicit G. Benedicti *in loco allegato in præcedenti conſid.* Quia, vt ait, non ſunt optanda pericula, vt fortem quis ſe oſtendat; ſed ſufficit, pericula, ſi contingant, valide tollerare. Non ſum (vt ait Seneca ad Lucillium) tam demens, vt ægrotare cupiam; tamen ſi ægrotandum fuerit, ſufficit vt nihil effœminate faciam. Non enim pati tormenta optabile eſt, ſed pati fortiter, nec debet vlla rei nouitas fortia vertere pectora. Cum non poſſet athleta magnos ſpiritus habere, donec ſuum viderit ſanguinem. Iuxta illud: *Sanguis fuſus humi vires accenſo roborat igne.* Tunc enim proiectus animum non proiicit, ſed cum magna ſpe ad pugnam deſcendit: eaq; virtute mala fortuna vincitur & bona ornatur. Oportet ergo milites eſſe fortiſſimos, nulla vi nulloq; terrore à propoſito recedentes, & conſiderare, vt ait Valerius, *tit. de conſtantia. in princ.* quod natura ſic comparatum eſt, vt quiſquis ſe aliquo ordine ac recta mente complexum cōfidit, vel iam geſtum, ſi obtrectetur, acriter tueatur, vel nondum editum, ſi interpelletur ſine vlla cunctatione ad effectum perducat. Vnde refert Saluſtius bellum Catilinarium narrans, prope fi. Catilinam Romanū potentia nimium obſeſſum die ſui interitus milites ſuos ſic obſecraſſe: Nemo, inquit, niſi victor, pro pace bellum mutaret. Nam in fuga ſalutem ſperare, cum arma, quibus corpus tegitur, ab hoſte auerteris, ea vero dementia eſt ſemper in prælio, his eſt maximū periculum, qui maxime timent, audacia pro muro habetur. Cum vos conſidero, milites, & cum facta veſtra æſtimo, magna me ſpe victoriæ tenet animus, ætas, virtus veſtra, me hortātur. Præterea, neceſſitudo, quæ etiam timidos fortes facit. Hæc ille. Nam eiuſdem nationis homines fortiores ſunt ad ſe mutuo auxiliandum. Hiſtoriographi profecto laudant, & ad cœlos vſq; tollunt eos, qui fortes & conſtantes fuerunt in prælio. Multa & terribilia Piſo Rom. contemſit, dum ſpecioſum mentis ſuæ flecti noluit rigorem.

Laudatur pariter ille Iudas Macc. 1. *Macc.* 3. ibi: *Et ſurrexit Iudas, qui vocabatur Macha. & induit loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma ſua bellica in præliis, & protegebat caſtra gladio ſuo, ſimilis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiēs in venatione, & de præliis Iudæ narrabāt omnes gentes.* De Catone Maiore refert etiam Valer. *lib.* 3. *tit. de fortitudine.* Felicior, inquit, progenie ſua ſuperior Cato, à quo Portiæ familiæ principia manarūt: qui cū ab hoſte in acie vehementi periculo peteretur, vagina gladius eius elapſus decidit, quem ſubiectum prælantium globo, at-

que vndique hoſtilibus pedibus circumdatum poſtquam abeſſe ſibi animaduerterit, adeo conſtanti animo in ſuam poteſtatem redegit, vt illum non periculo oppreſſus rapere, ſed metu vacuus ſumere videretur. Quo ſpectaculo attoniti hoſtes poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes venerunt. Cneus Pompilius à Senatu Romano ad Syriæ Regem miſſus, ſua fortitudine & audacia, ac ſi totus ſenatus adfuiſſet, Regem terruit. de quo idem Valerius *lib. 6. tit. de grauiter dictis aut factis*. Iulius quoque Cæſar, & idem Valerius *tit. de fortitudine* refert. Cum in Galliis innumerabili multitudine & feroci impetu Neruiorum inclinari aciem ſuam videret, timidius pugnanti militi ſcutum detraxit: eoque tectus acerrime præliari cœpit. Quo facto fortitudinem & conſtantiam per totum exercitum diffudit, labentemque belli fortunam diuino animi ardore reſtituit. Hæc ſunt exempla & hiſtoriæ, quæ G. Benedicti *in dicto loco* pro huiuſmodi fortitudine in militibus requiſita adduxit. Si tamen velis videre ad ſaturitatem exempla bellicoſorum virorum cum illuſtribus victoriis, & fortiſſimorum fortitudine corporea, vide Textor. *in ſua officina*, vbi ampliſſime. Addo etiam de Parmenione, Duce fortiſſimo, bellicoſo, & ſtrenuo per F. Patritium *lib. 9. de inſtitutione Reipub. tit. 2.* Dicit etiam Luc. de Pen. *in d. l. fortiſſimi. C. de erogatione militaris annonæ, lib. 12.* quod ad militiam (quæ etiam à malo dicitur) non debent aſſumi debiles, ſed fortiſſimi, bello idonei, præparati ad pericula, & præſtantis animi: & ibi ample. Vbi etiam accumulat quindecim, quæ fortitudinem & corporis & animi iuuant, vbi ſunt pulchra dicta pro militibus: ſed cum hoc opus iam ſit ſatis oneratum, extra ſuam materiam, hic non repeto.

TRigeſimanona conſideratio; Milites appetunt laudari, & prodeſt laus à Duce eorum exercitus cum de ſtrenuitate laudentur. Titus Liuius *2. ab vrbe condita.* Addebantur & laudes, quibus haud minus, quam præmio, gaudent militum animi. Vnde ex laudibus etiam malitia interdum augetur, *l. 2. § ſed vtrum ff. de ſeruo corrupt. & c. ſunt nonnulli. 68. diſt.* Vir quippe ad gloriã eruditus nullam partem animi tam mollẽ habebit, quam non meditatione, & ratione corroboret, vt ait Cic. 2. *de Tuſculanis quæſt.* ita dicit Luc. de Pen. *in l. fortiſſimi. col. vlt.* ibi; *quartumdecimum. C. de erogat. mili annona. lib.* 12. Hinc eſt, quod, vt videmus, milites attribuuntur gloriæ & honori, mori in bello, cum de talibus ibi mortuis, dicant eos eſſe mortuos in lecto honoris; pro quo text. *in §. 1. in fin. ibi.* Hi enim, qui pro Repub. ceciderunt, in perpetuũ per gloriam viuere intelliguntur. *Inſtitut. de excuſ. tut.* facit text. *in aliqua actione. §. ſi quis in collactatione. ff. ad leg. Aquil.* & vt dixi ante *in 25. conſider.* nihil timent propter laudem conſequendam.

QVadrageſima conſideratio; Milites laudantur ex deuotione; quoniam Imperator eos etiam vocat deuotiſſimos, *l. tam collatores. C. de re mil. & l. fortiſſimi ac deuotiſſ. milites. C. de erog. mil. annona. lib. 12.* Et hoc eſt, quoniam deuota oratio multũ valet ad fortitudinem; de cœlo enim eſt fortitudo, *1. Mac. c. 3. & c. 11.* Scidit Ionathas veſtimenta ſua, & poſuit terram in capite ſuo, & orauit, & reuerſus eſt ad eos in prælium, & conuertit illos in fugam, & pugnauerunt. Et *Exod. 17.* Cum leuaret manus Moyſes, & oraret, vincebat Iſrael. ita tenet Luc. de Penn. *in d. l. fortiſſimi.* ibi: *Octauum deuota oratio, &c.*

QVadrageſimaprima cõſideratio; Milites laudãtur ex fide ſeu fidelitate, quæ licet in quocunq; neceſſaria ſit, maxime tamẽ militantib. congruit, vt ſint fideles. In hoc militia fundata eſt, vt nulla fraude vituperetur; quia vt Cic. ait *lib. 1. de Off.* Fundamentũ primum iuſtitiæ eſt fides. & Seneca *ad Lucill.* Fides (inquit) eſt ſanctiſſimũ humani pectoris bonum, nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo præmio corrumpitur. Imo, & hoſti cõgruit tenere fidem. Nam qui fidem perdidit, nihil habet quod poſſit amplius perdere. Vnde nobiles dici nõ poſſunt, qui fraudibus & infidelitatibus ſua prælia exercent, & quod promittunt, minime obſeruãt. Occultum profecto & inſidioſum malũ, eſt perfidia, cu-

Digitized by Google

dia, cuius efficaciſſimæ vires ſunt mentiri, & fallere, quæ tantum incōmodi affert humano generi, quantū ſalutis bona fides præſtat. Omnes enim fideles eſſe honeſtum eſt, illos pręcipue, quorum ſtatus militaris, quorumq; vocatio eſt Rempub. defenſare. Militia autē dedecus patitur, niſi fideliter exerceatur. & in milite nil pulchrius quam fides, teſte Vegetio *de re mil. lib.* 1. c. 2. vbi dicit, ꝙ totius Reipublicæ ſalus in hoc conſiſtit, vt tyrones, id eſt, milites non ſolum corpore, ſed animo præſtantiſſimi deligantur, atq; iuramenta ſuis Principib. facta obſeruent. Cui aſſentit Polycr. *li. 6. ca. 5.* dicens: Duo eſſe præcipua in milite, ſcilicet, electio ſeu delectus & ſacramentū, vt ſc. fides promiſſum teneat. Et de hac fide ſeruata ponit G. Bened. *in ſua repe. c. Ray. in ver. teſta. 1. nu.* 42. ibi; *decimo requiritur. de teſta.* & Textor *in ſua Off. cap. fideliſſimi.* Scribit de Attilio Regulo, qui maluit ad ſupplicium redire, quā datā Carthaginenſib. fidem violare. Pro quo facit *l. nihil intereſt. ff. de capt. l. conuent. ff. de pactis. & in can. noli.* ibi; *Fides enim quādo promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt, contra quem bellū geritur, quanto magis amico, pro quo pugnatur.* 23 *q.* 1. *& c. innocens.* 22. *q* 4. Et armigeri, qui iuxta vulgare ſe reddunt ad fidē, illud obſeruare debent: cum tantū ſit ac ſi promitterent ſub fide, vel iurarent per Deum, aut per ſacra Euangelia, vt dicunt; Ang. Ludou. & poſt eos do. meus Iaſ. *in l. 3. §. iurari. col. 2 ff. de iureiur.* Et de commendatione fidei, & fidelitatis in milite, vide Cæpol. *in tractat. de Imperatore eligendo. ver pro Imperatore.*

QVadrageſima ſecunda conſideratio; Milites etiā laudantur ex perſeuerantia, niſi enim in pręedictis virtutib. bellādo perſeuerauerit, nunquā reportabit victoriæ triumphū; imo deficiēs in vno, factus eſt omnium reus. *c. deſleat pe cator. de reg. iur.* Nec meretur dici Athleta, qui ſaltem non vicerit *l. 1. C de athletis. li.* 10. Vnde Romani, quia contra Carthag. in bello perſeuerauerunt, funditus eos deleuerunt. Hæc eſt vnica virtus, perſeuerantia, quæ milites coronat. Bene enim agere parum prodeſt, ſi mens labilis exiſtat. Nec ex actib. generatur habitus, niſi fuerit operis perſeuerantia: quia ſecundum Ciceronē *Rhet.* 1. Perſeuerantia eſt in ratione bene cōſiderata ſtabilis perpetuaque permanſio. Nam talia cōtinuata vigent: Imo gutta aquæ mollis duriſſimum cauat lapidem, perſeueranter cadendo, ſecundum Alanum dicentem:

Gutta cauat lapidem, non vi, ſed ſæpe cadēdo:
Sic tu proficias, non vi, ſed ſæpe ſtudendo.

Tali certe medio extollūtur veteres Romani milites *in orat. ad Cæſarem ſenem de Repub.* Simili laude adhuc referuntur Cymbrorum antiqui milites, qui niſi morerentur in bello, non reputabant ſe felices, ad finem vſq; non perſeuerantes. de quibus Val. *li. 2. de inſtitutis.* Mortui enim morbo, vel ſenio, vere mortui ſunt mundo, nec computantur in numero liberorum viuentium, ſed qui in acie Principis pro Repub. ceciderunt, adhuc poſt, per gloriā viuere dicuntur, §. 1. *Inſt. de execu tut.* quia, vt Cicero ait, qui per virtutē perit, non omnino interit. Hinc eſt, quod milites noſtri dicunt ſe mori in lecto honoris, cum in acie mortē obeunt, vt ante dixi. De Ænea legitur *li.* 11. *Æneid.* ꝙ per medios ignes, tela, & hoſtes perſeueranter ſe habuit, ex quo magnifica peregit. Qui licet multas in parte ſenſitiua pateretur tribulationes; tamē vſum rationis in mēte nunquam perdidit, imo ſuos conſolando fortius perſeuerauit, vt pulchre habetur *lib. 1. Æneid.* vbi ad ſuos milites:

Reuocate (inquit) *animos, mæſtumq; timorē*
Mittite, forsā & hæc olim meminiſſe iuuabit:
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt, illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Et ſequitur:

Spē vultu ſimulat, premit altū corde dolorem.

Et *li.* 4. de eo ſic dicitur:

Mēs immota manet: lacrymæ voluūtur inanes.

Et Val. *li. 3. c. 250. de fortitudine*, ponit de perſeuerantia cuiuſdam militis, & *li. 3. tit. de fiducia*, ſcribit de perſeuerantia vtriuſq; Spartani.

Cæſar etiam ad cœlos vſq; ſummos perſeuerantiam militarem; *li. 8. ſuorum commentariorum de bello Gallico*, extollit. Et in tantū eſt laudanda in militibus, quod ex contrario de-

 ſertio

ſertio militiæ eſt grauiter etiam vſq; ad mortem punienda, vt per plura ſatis comprobat G.Bened.*in rep.c.Rayn.in verb.teſtam.*1.*num.43.de teſtam.* quæ non tango, cum ſit extra fines laudis, & propoſiti noſtri.

QVadrageſimatertia cõſideratio; Milites etiam laudantur ex charitate inter ſe. Cum in militibus debeat eſſe charitas, & mutua dilectio, qua deficiente, ex ſententia veritatis diuinæ, deſolabũtur. Imo videtur, quod maior debet eſſe dilectio inter milites, quam inter parentes, cum, vt facit text. *in l.milit.C.de procur.* miles admittitur ad comparendum tanquam procurator pro commilitone, & tamen non admittitur pro parentib. Præterea, pactum de ſuccedendo, velut mortis captandæ inductiuum, non valet *l.fin.C.de pactis.* Et tamen inter milites valet *l.licet inter priuatos.C.eo.de pactis* eo, quia abundantia mutuæ dilectionis, facit ceſſare præſumptionẽ captandæ mortis, cum non ſit veriſimile vnum militem alteri inſidiaturũ: & ſicut ſunt ſocii paſſionum; ita eſſe debent & conſolationũ, iuxta dictum Apoſtoli *ad Cor.*1. & cum ſocii ſint, & vnius ſocietatis debent ſe adinuicem diligere, tanquam fratres. Cum, vt habetur *Prouer.*18. Vir amicabilis ad ſocietatẽ, magis amicus erit, quam frater. facit text. *in l.verum.in pr.ff.pro ſocio.* vbi ſocietas dicitur ius, ſeu ſpecies fraternitatis. & ibi glo. *in verb.fraternitatis.* vt dicit G.Bened. *in loco in praced. conſi.in fin.alleg.* Si ſe non adiuuarent in prælio, eſſent peiores dæmonibus. Dæmones enim ſi ſe non diligant, tamen mutuo auxilio coadiuuantur contra nos in prælio. Sic faciunt milites & armigeri; quoniam ſi vni fit iniuria, omnib. etiã fit iniuria. Si obſequium, & placitum, nec illi, nec cæteris. Et iſta charitas conſiſtit in duobus, ſcilicet vno modo adiutorium proximi habendo; alio modo veritati adhærendo, vt dicit Luc.de Pen. *in l.fortiſſimi.col.*1.*ibi: quartum.C.de erogat.militaris annona.lib.*12.

QVadrageſimaquarta cõſideratio; Etiam milites laudantur ex ſapientia: quoniã, vt habetur *Prouer.*24. Vir ſapiens fortis eſt, vt vir doctus robuſtus eſt. Et Gregorius *in Moralibus.* Valde fortitudo deſtituitur, niſi per conſilium fulciatur. Et Titus Liuius *lib.*2.*de Bello Punico*: Malo te ſapiens hoſtis metuat, quam ſtulti ciues laudent. Omnia audentem contemnet Hannibal, nil temere agentem metuet. Non enim tantum viribus corporis, & lacertis, fortitudinis gloria eſt: ſed magis in virtute animi, dicit Ambro.1.*de officiis.* & Cicer.1.*de off.* parua ſunt foris arma, ſi non eſt conſilium domi: quod citat Panor. *in cap.ex multa.col.*2.*ver.nota, quod pollens conſilio.extra de voto.* Et perierunt Gigantes, quos dominus non elegit; quia non habuerunt ſapientiam. *Baruch.*3. Non ſic dicitur de filio ſenſato, propter quem dominus deiecit potentiam inimicorum. *Eccleſi.*47. Expedit enim interdum aſtutia, inſidiiſque pugnare, maxime in bello iuſto, & contra eos, qui nequeunt aperte deuinci. *c.dominus noſter.*23.*qu.*2. *& ibi plures concordantias. leg.*1.*§.non fuit.ff.de dolo.* Vnde Gregor. *in regiſtr.lib.*3.*cap.vlt.* Terrenus hoſtis, qui munita loca cupit inuadere, pugnandi arte ſic vtitur, latenter quidam ponit inſidias, & ad vnius loci expugnationem totum oſtendit: vt dum ad defenſionem loci illius, vbi inſtat periculum, conuenitur, loca alia, de quibus nulla eſt ſuſpicio, capiantur, & euenit, vt qui cognitus reſiſtentis virtute expulſus eſt, latens obtineat, quod certando nõ potuit obtinere. Nam dum aliud attenditur, aliud non cauetur. Ita dicit Lucas de Penna *in l.fortiſſimi.* ibi: *quintum ſapientia.C.de erogatio.militaris annona, lib.*12. Et quod in militibus requiratur ſapientia, probatur *in l.poſtliminium.§ fin.ff.de captiuis, & poſtlimin.reuer.* not. Angelus *in l quod conſtitutum ff. de milit.teſtam. & in l.vnica.Cod.de conductis in publicis horreis.lib.*10. Et ibi per Ioan.de Platea. Facit etiam quod notat Bald. *in l.ex diui.Cod.de locato.in fin.* per *d.l.vnicam.* Et ad hæc vide Valerium *titulo, de ſapienter dictis,* qui de Scipione ſcribendo, ſic ait: *Turpe eſt viro militari dicere, non putaram.* Et explorato, & excuſſo conſilio, quæcunque aguntur, adminiſtrari oportere arbitrabatur ſumma ratione. Irreuocabilis eſt enim error, qui violentia Martis committitur. Vnde Cicero *lib.*1. *de ſenectute.* Non viribus, aut velocitate corporis,

Digitized by Google

res magnæ geruntur, ſed conſilio, authoritate, & ſcientia. Dantes enim conſilia plus agunt aliis, & Philoſophi conſilia plus valuerunt in bellis, quam Principis aliunde, vt idem ait *lib. 1. officiorum.* & ſalus eſt vbi conſilia multa, *Prouerb.* 11. Vnde Trogus Pompeius *libr. 11.* ait. Alexander victoriam obtinuit, qui conſilio gubernauit exercitum. Ita Cępol *in tractat. de Imperatore militum eligen. in verb. virtus.* vbi apprime comprobat, quomodo ſapientia & induſtria etiam eſt militibus neceſſaria. Adduco dictum Horatii *in odis lib. 3. ode 4.*

Vis conſili expers mole ruit ſua:
Vim temperatam di quoque prouehunt
In maius, ijdem odere vires,
Omne nefas animo mouentes.
Teſtis mearum centimanus Gigas
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ,
Virginea domitus ſagitta.

Item Valerius Flaccus *lib. 4. Argonauticon*, ita ſcribit: *Sæpe agri potior prudentia dextra.* Et habetur *Eccleſiaſtic. 9.* Dicebam meliorem eſſe ſapientiam fortitudine. Et paulo poſt: *Melior eſt ſapientia, quam arma bellica.* & *Sapient. 6.* Melior eſt ſapientia quam vires, & vir prudens, quam fortis, & melior forti eſt ſapiens vir. Et prudens vnum conſilium multas manus vincit. Vnde apud Homerum *lib. 2. Iliad.* Agamemnon aſſerit facile ſe Troia potiturum, ſi decem ſibi adeſſent Neſtori ſimiles: tanquam pluris faceret decem Neſtorum conſilium, quam magnam militum manum. teſtis eſt Cælius. *libr. antiquarum lectionum 6. cap. 13.* Fuit optime poetica hiſtoria ab ipſo Homero *Odyſſea* 8. deſcripta, dum ait: Vulcanus claudus cum ſuſpectum haberet vxorem Venerem, quod furtim cum Marte concumberet, nec vires ſuppeterent, quibus adulterantes deprehenderet, ad artes ingeniumque confugit: Lectum ſuum catenulis inuiſibilibus circumuinxit, quod vbi feciſſet, foras abire ſe ſimulat: deinde cum in arctiſſimis eſſent complexibus Mars, & Venus, vinculis illis hoc magis irretiti, quo magis ſe circumagerent, vnde in adulterio manifeſto deprehenſi ſunt. Vnde Homerus ibi dicit:

Nonnunquam aſſequitur tardus celeremque citumque,
Sic vti nunc Vulcanus, vt eſt veſtigia tardus,
Mauortem cepit, qui perciti ſſimus vnus
Cunctorum, quicunque tenent ſuper aſtra Deorum:
Et quanquam eſt claudus pede, rem tamen arte peregit,
Proinde etiam debet pœnas deprehenſus adulter.

Cui ſententiæ conformat illa Menedemi philoſophi, teſte Laertio: *Capitur ergo & ab infirmis celer, Aquilamq; breui teſtudo vincit.*

Adhæc accedit alia, & vera hiſtoria, quam recenſet Plutarchus *in vita Sertorii.* & Valerius Max. *lib. 7. c. 3.* & Sextus Iul. Frontinus *li. ſtratagematum vlt. cap. fin.* de qua etiam meminit Io. And. *in ca. 1. in verb. difficile, extra de treuga, & pace.* Quod cum Sertorius ipſe Dux ſtrenuus, ſuis copiis ex barbara turba conflatis, rationibuſque perſuadere non poſſet, in re militari plus habere ponderis, & momenti, conſilium, quam vires temerarias: poſtea quam illi interdum parũ fœliciter certaſſent, hoc commento vſus eſt: Conuocata totius exercitus turba, duos equos prope adduci iubet: alterum macie ſenioque confectum, alterum vegetum cauda piloſa: atque macilento illi iuuenem adhibet prægrandi ſtatura, & viribus admirandis. Contra, valenti, & forti puſillum, imbecillum, & debilem admouet hominem. Hic, vt illi præceptum erat, ſingulos pilos robuſti equi paulatim vellens, breui tempore totam depilauit caudam: iuuenis è diuerſo caudam omnem gracilis equi ſimul manibus vtriuſque deprehenſam, vi atq; impetu conatur euellere. Qui cum incaſſum niteretur, riſum circumſpectantibus præbuit. Sub hæc aſſurgens Sertorius, cuius conſilio præceptoq; hæc acta fuerant: *Videtis*, inquit, *commilitones, quanto plus poſſit ingenium, quam vires.* Cui hiſtoriæ concordat dictum Horatii *lib. 2. epiſt. ad Auguſtum*, cum ait:

Vtor promiſſo, caudæq; pilos vt equinæ
Paulatim vello, demo vnum, demo etiam vnum,

Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui.
Qui redit ad faſtos, & virtutẽ æſtimat annis.
Hæc recitat Tiraquellus *in ſuis legibus connubialibus, in 1. lege.*

QVadrageſimaquinta cõſideratio; Etiam milites plus laudãtur, & inter eos extolluntur felices, quam alii. Vnde Vegetius *l. 3. de re milit. in pr.* dicit: Rem militarem virtute ſola, vel certe felicitate contineri. Et Cæp. *in tract. ante alleg. in ver. ob felicitatem.* ample cõmendat felicitatem in militia, maxime in Duce exercitus adducendo plura exẽpla de multis, qui laudem meruerunt ob felicitatem. Et felix dicitur proſper, quia cuncta ad votũ ſibi ſuccedunt, vt habetur *in proœ. Inſtit. in verbo, felix.* Textor vero *in ſua officina in ca. fortunati, & felices.* annumerat plures, qui fuerunt multum fortunati, & felices. Et iſtud interdũ prouenit à virtute animi, vel propter multas diuitias, vel cognitionem rerum mũdi, vt per gl. *in d. verb. felix. in proœm. ff.* vel ex cuſtodia, & adminiſtratione bonorum angelorum cuiuslibet, qui iuuant perſonas, quibus ſunt cõmiſſi. Ita quod vnus angelus deputatus vni, eſt fortior & maior altero, ſicut ſupra dictum eſt *in 3. par. in 16. conſid. incip. iſtorum angelorũ. verſ. 3. protexit. cum ſequen.* Quod quandoq; vnus angelus vnius patriæ, ſeu gentis, reſiſtit alteri, vt habetur *Dan. 10.* Sic etiam vnus angelus vnius hominis particularis, reſiſtit alteri, prout in caſu ſimili recitat Plutar. *lib. de Romanorum fortuna,* allegatus per Cælium *libro antiquarum lection. c. 31. in fin.* vbi dicit Marcũ Antonium, & Auguſtum ſingulari amicitia, & beneuolentia iunctos, cum ſuppeteret ocium, ſæpe luſibus inter ſe diuerſis tranſmittere ſolitos: verum in his cum ſemper victus abiret Antonius, quidam apud eum diuinãdi peritia clarus audacter ita monuit, Antoni, quidnam tibi cum adoleſcente iſto? refuge iſtum & vita: Tu quidem illuſtrior es natu, itẽ grandior, ſed plurium quoq; Imperator, bella multa exantlaſti, peritia rerum præſtantior es. At neſcis quo pacto huius ipſius dæmonẽ dæmon reformidat tuus? Quin tua quidem fortuna ex ſe ampla eſt, ſed fortunæ adoleſcẽtis ſubblanditur. Quid ni abieris, procul ad illum defecturam apparet.

QVadrageſimaſexta conſideratio; Quis in pugnando conſequitur maiorẽ honorem in duello, pro impreſſa, id eſt molimine facto ex multis, vt dicit Paris de Puteo *de re militari, & duello li. 10. c. 1.* Primo: qui cum maiori vtilitate ac ſtrenuitate ſe geſſerit in ipſo prælio armaturis corporis vtendo: vt mẽbris mouendo ſe in armis, vt inermem, & agiliter pugnando cum prudẽtia, & cum temporis moderatione, & cum brachiorũ, & pedum temperamento offenſas, & defenſas faciendo, vbi & quando oportunitas aderit, fines modeſtiæ non exeundo, ac arte, & artificio belli gerendo, & non ſola fortitudine, ſed ingenio mixto proſiliendo, non offendendo incautè, nec defendendo indefenſus, armaq; cum menſura mouendo. Secundo: Etiam is maiorem honorem reportat, qui amplius de campi ſpacio reportat, & qui melius occupatum ſpacium, ſeu rendum conſeruat & tenet. Tertio: Is etiã honoratur, qui propriũ vultum nunquam conuertiſſet nec retro, niſi opportune ceſſiſſet: deniq; & is, qui melius inſidias hoſtis, & offenſas vitaſſet, & is, qui in faciem percuſſus, & repercuſſus inuictus permanſiſſet, & is, qui ſe non plicaſſet, nec manus, aut crura ad terram tetigiſſet: quia cadenti ſimilis eſſet, & is maxime, qui ſanguinem inimico feciſſet illæſo. Is etiam, qui inimicum in capite percuſſerit, vel in manu, aut in mẽbris nobiliorib. Ideo dicit Veget. de re militari, quod pugnator pedeſtris debet ſcire artem dimicãdi. & dicit Salomon, quod in bello requiritur prudentia. Idem etiam ait Veget. *li. 1. c. 2. in fin.*

QVadrageſimaſeptima conſideratio; Milites & armigeri, de conſuetudine non habẽt ſoluere collectas, vt dicit Iacob. de Rebuff. *in l. 1. vu 4. C. de indict. & in l. fin. C. de fundis limitrophis lib. 11.* vbi ample tractat ipſam materiã. Et ibi dicit, quod milites in acie exiſtentes ab extraordinariis munerib. excuſantur *l. in honorib. §. angariarũ ff. de vacati. muner.* vbi dicitur, quod ab angariarum præſtatione, & recipiendi hoſpitis neceſſitate excuſantur, pro quo etiam facit *l. vlt. penult. § ff. de muner. & honorib.*

Aduerte etiam; quia milites in multis aliis priui-

Digitized by Google

priuilegiantur, ſeu honorantur. Primo; Quia miles accuſatus de crimine, nō quæſtionatur. *l. milites C. de quæſtionib.* Secundo; Quia miles furca non ſuſpenditur. *l. 3* §. 1. *& ibi hoc not. Bar. ff. de re mil.* Tertio; Miles in viginti caſibus, in actu teſtandi priuilegiatur, quos ſcribit Guillelmus Benedicti *in ſua repet. c. Rayn. in verb. teſt am. in nu. 22. extra de teſtam.* qui alio modo illos ponit: & Bald. *in l. mi ites. C. de teſtam. milit.* Quarto; Contra militantes in bello non currit præſcriptio, vt ait Martin. de Laudes *tracta. de milite, art. 2.* Quinto; Militibus datur reſtitutio *l. fin. C. de reſtitut. milit.* & etiam eorum vxores, *tit de vxoribus militum.* & etiam medici illorum. *l. inter eos. §. militum medici ff. ex quibus cauſis maiores.* & Albericus *in l. 1. C. de vxor. milit.* Sexto; Præuentio iuriſdictionis, non tollit priuilegium militis volentis declinare iuriſdictionem, gl. in *l. ſi quis poſteaquam. ff. de iudic.* Martinus de Laude *in d. tractat. de milite, art. 22.* Septimo; Miles non poteſt cogi eſſe tutor, niſi filiorum commilitonis *l. ſed miles. in princ.* & ibi Bald. *ff. de excuſ. tuto.* & idem Bar. *in l. propter. §. ſi in caſtris. ff. de excuſ. tut. Inſtit. eodem. §. idem & in milite.* Octauo; Miles præfertur aliis creditoribus, etiam anterioribus, in re empta ex pecunia ſua, gl. *in l. i deique. ff. qui potiores in pignore hab.* Nono; Licet miles teneatur ſoluere gabellam de rebus, quas portat; non tamē res, quas portat, cadunt in commiſſum. Bald. *in l. omnibus. C. de vectig. & commiſſis.* Decimo; Miles non tenetur, niſi quatenus facere poteſt. *l. miles. ff. de re iudic.* Vndecimo; Miles excuſatur à vera contumacia, & dolo præſumpto. Ideo non obſtante contumacia, appellat. Alex. *in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. nō ierit.* & Ang. *h. 1. ff. de eden.* Duodecimo; Aſſertioni militis ab hoſtibus remiſſi creditur ſuffragantibus meritis. Spec. *in tit. de teſte. §. 11. verſ. tamen fallit.* Decimotertio; Miles corporaliter non eſt puniēdus, cum inſigniis militum, ſed debet exauctorari, hoc eſt, nudari inſigniis militum. *l. 2. §. ſed ſi cum. ff. de his qui not. infam.* Decimoquarto; Si procurator militis ſimpliciter contrahat, videtur cōtrahere nomine militis domini ſui. Paul. de Caſtr. *in l. pecuniā. ff. ſi cer. pet.* Alia priuilegia militū ponit Spec. *tit. de procur. §. 1. ver. item quod eſt miles.*

QVadrageſimaoctaua conſideratio; Miles habens cicatrices ex vulneribus ſibi illatis in prælio, laudandus eſt. Vnde legitur *in hiſtoria ſcholaſt.* quod Antipater Idumæus, pater Magni Herod. in quodam ſeruitio Imperatoris fuit multis vulneribus confoſſus. Qui tandem ab æmulis accuſatus apud Imperatorem, reiectis veſtibus, totus denudatus, dixit: *Ego, Cæſar, nolo me verbis apud te excuſare, ſed iſta vulnera, quæ ſuſcepi pro te, loquātur pro me, ſi ego diligo te.* & ob id Cæſar illum in gratiam recepit, & inculpatus remāſit. Exemplum eſt nobis cicatricum repræſentatio in corpore Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & ſtigmata perpetua, quæ ſunt quoddam ſigillū irrefragabile, & ſupra omnia alia ſigilla authentica, oſtendens veritatem ſuæ victoriæ, & glorioſæ reſurrectionis. Imo etiam in corporibus martyrum. Nam, vt inquit Auguſt. *in vlt. de ciuitat. Dei.* In corporibus martyrum remanebunt poſt reſurrectionem cicatrices in ſignum victoriæ præteritæ. Et *in eodem libro* etiam dicit: videbimus in corporib. martyrum cicatrices, quas pro Chriſti nomine pertulerunt, nec erit in eis deformitas, ſed dignitas: & in eorum corpore quædam ſingularis pulchritudo fulgebit. Ideo à ſimili alacres pugiles ob vulnerum cicatrices à ſuis Ducibus laudari debent.

(:)

Nonæ partis Catalogi gloriæ Mundi finis.

Digitized by Google

DECIMA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

De præeminentia Scientiarum enunciat.

Secta in quinquaginta duas Conſiderationes.

CVm, vt ſupra vidimus, multa ſint, quæ faciunt quem dominari, vt ait diuinus Plato, cum dicat principatus quinariam eſſe diſtributionem, alium legitimum, naturalem alium, alium ſecundum conſuetudinem, quartum ſecundum genus, quintũ violentum. Et vt idem Plato ait *libr. 3. de legibus.* Septem ſunt rationes, quæ ad dignitatem imperandi facere videntur, quæ ſunt paternitas, nobilitas, dominatio, potentia, ſenectus, prudentia, & ſors. Et de ſingulis ſuis locis dicitur. Hic tantum ample de prudentia, quæ ex ſapientia & ſcientia conſtat, cum cæteris omnib. anteponi debeat; in hac parte decima dicemus laudem, honorem, & excellentiam ſcientiarum, deſcribendo, & depromendo, & de ordine præcedendi inter viros literatos, de quibus etiam in ſequenti parte proxima dicetur.

HVius partis prima conſideratio materiã introducit, ad demonſtrandum, quod dictum Ariſtot. *in 1. de anima* ſit verum, ſcilicet, Scientia eſt de numero bonorum honorabilium; & ideo literati, & habentes ſcientias, ſunt multum laudandi. Cum ſcientia ſit pluſquam vtilis & neceſſaria. Cum rationis vſus ſine dirigente & illuſtrante ſcientia haberi non poſſit; Vbi enim non eſt ſcientia, non eſt bonum. *Prouerb. 13.* Et cupiditas diſcẽdi eſt optima ratio viuendi. *l. apud Iulianum. ff. de fideicommiſſ. libert.* Hæc enim charitate ſuffulta callem virtutum aperit, & viam vitiorum præcludit. Sine hac enim, vt dicit Augu. *lib. 12. de trinit. cap. 14.* nec virtutes ipſæ, quibus recte viuitur, haberi poſſunt, per quas hæc vita miſera ſic gubernetur, vt ad illam, quæ vere beata eſt, perueniatur æternã. Rurſus qui hac pollent, Deum hic ſaltem per ſpeculum & ænigma, & alibi facie ad faciem limpidius cognoſcent. Hinc habetur *Dan. 12.* *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

SEcunda conſideratio; Scientiam eſſe neceſſariam dicit Bernardinus de Buſtis 2. *parte ſui Roſarii ſermo. 29. in litera D. E. & F.* quatuor rationibus. Prima, ſcilicet, ratione præfectionis: quoniam, vt ait Philoſophus 1. *Metaph.* Humana natura eſt multipliciter ancilla, & multis anguſtiis oppreſſa, & ideo inuenta eſt ars ſiue ſcientia, vt ſuppleat defectum naturæ. *6. Politicor.* Quæ ars ſiue ſcientia, eſt habitus quidam cum ratione factiuus. Vt habetur *6. Ethicor.* Et ideo imitatur naturam in quantum poteſt. *Inſtit. de adopti. §. minorem natu.* Propterea diffinitur natura à Philoſopho *in 2. Phyſic.* quod eſt principium motus, & quietis eius, in quo eſt primo, & per ſe, & non per accidens: quaſi dicat vt perfecte quieſcat natura, mouetur ad artem, ſeu ſcientiam. Et ideo Seneca dicit, ad Lucillium ſcribens: dociles nos natura edidit. Et Hierony-

Digitized by Google

ronymus *in Prologo Bibliæ* comparat naturale ingenium molli ceræ, quæ indiget artifice informante. Et Tullius *in Tuſcul. quaſt. lib.* 2. Sicut ager quantumcunque fertilis, abſque cultura fructuoſus eſſe non poteſt; ita animus ſine doctrina & diſciplina. & Ouidius *in* 5. *de Triſt. lib.* inquit:

Fertilis aſſiduo, ſi non renouetur aratro,
Non niſi cum ſpinis germen habebit ager.

Et quia anima cum corpus intrat, eſt tanquam tabula raſa, cui innata eſt omnium rerum ignorantia, per ſcientiam tamen perfectibilis, vt habetur 3. *de anim.* & intellectus eſt in potentia ad omnia, & non reducitur ad actum eorum, niſi per ſcientiam. 2. *de anima.* Quæ quidem ſcientia, eſt perfectio animæ, vt ibi dicit commetator Auerrois, & omne imperfectum naturaliter appetit ſuam perfectionem. 5. *Metaph. & 2. Phyſic.* ideo quilibet affectat ſcientiam. Nam vt multi Philoſophi dixerunt: Anima eſt poſita in corpore, vt ſcientiis perficiatur, ita etiam tenet Magiſt. ſent. *an 2. diſt.*

Tertia conſideratio; Scientia etiam dicitur neceſſaria, ratione illuſtrationis: ambulantib. enim nobis in regione vmbræ mortis, neceſſaria eſt illuſtratio, ſeu illuminatio quædam, & hoc eſt propter pericula multa, & dæmonum inſidias, & in figuram huius Deus educens populum de Ægypto præcedebat eum in nocte in columna ignis. *Exod.* 13. Hæc autem illuſtratio eſt ſcientia contra tenebroſitatem ignorantiæ, quæ eſt mater cunctorum errorum 38. *diſtinct. c.* 1. Sed facit pro hac ratione, & melius ad propoſitum, quod ſcientia illuſtrat, ſeu illuſtriorem reddit hominem, potius, quam militia: quoniam, vt ait Ouidius 9. *Metamorph.* Vlyſſes contra Aiacem militiæ gloriam obtinuit, cum ſapiens eſſet. Vnde Apuleius *lib. de Deo Socratis:* Si laudas, inquit, virum, quia diues, hoc fortunæ debetur: ſi; quia fortis, ægritudine debilitabitur, ſeu fatigabitur: ſi; quia nobilis, nō ipſum, ſed parentes eius laudas, & ſi; quia pulcher, pulchritudo in ſenectute abibit: ſed ſi laudas virum; quia ſapiens, & quantumlibet bonis moribus ornatus; tunc ipſum virum laudas. Hæc dicit Iacobus Magnus *in ſuo ſophologio Sapientiæ lib.* 1. *cap.* 1. Adde: quod per ſcientiam totus mundus illuminatur, vt eſt text. *in Auth. habita. C. ne filius pro patre.* Imo ſine illa mundus regi non poteſt. vnde Eccleſia vniuerſalis indiget viris literatis. *ca. cum ex eo. §.* 1. *de electi. in 6. c. ſi. de magiſtris extra,* & nō aſinis ferratis ſecundum Ioan. Mona. *in ca. ſuper eo. de hæret. in 6.*

Quarta conſideratio; Scientia dicitur neceſſaria ratione appetitionis. Deus enim non dediſſet huiuſmodi naturalem appetitum, niſi eſſet reducendus ad actū: quoniam ipſe Dominus & natura nihil agunt fruſtra ſecundum Ariſtot. 1. *de cœlo & mundo. & 3. de anima. & 1. Phyſicor.* & vt ait Philoſophus 1. *Metaph.* Omnes homines naturaliter ſcire deſiderant. quod etiam dicit Tullius *in Tuſcu. quæſtio.* & Lactant. *in* 1. *diuinarum inſtitut.* Et ideo dicebat Iuriſconſultus Iulian. *in d. l. apud Iulianum. ff. de fideicommiſſ. libertat.* & eſt gloſſ. *in cap. niſi cum pridem. in verbo, plerunque. extra de renun. c. ſi habes,* 23. *quæſt.* 3. & gloſſ. *in c. de Conſtantinopolitana,* 23. *diſtinct.* Si pedem in fouea haberem, adhuc addiſcere quiddam vellem. Et ratio huius eſt; quia omnes res naturaliter habent inclinationem ad propriam operationem, in qua etiam delectantur, vt aues ad volandum: propria hominis operatio eſt intelligere, vt ait Ariſtote. *in 3. de anima & 1. Ethic.* Tullius *in 1. de officiis.* & Quintilianus *in 1. de Oratoria inſtitutio.* Et in hoc differt ab aliis animalibus. Sine ſcientia enim homo appellatur animal brutum, dicente Dauid *Pſalm.* 48. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, id eſt, intelligere neglexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis; & idem *Pſalm.* 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus: & Auguſtin. *ad Hæreticos* ait: quid enim homo ſine literis reputatur? nunquid non bos vel aſinus, non equus vel mulus, quibus non eſt intellectus? Vnde interrogatus Solon Athenienſis, quid eſſet Diues ſine literis? reſpondit: Ouis aureo vellere.

Et Diogenes videns diuitem literarum ignarum, ſedentem ſuper lapidem, dixit: *Lapis ſuper lapidem.* Quidam autem alius Philoſophus dixiſſe fertur, quod tantum diſtant docti ab indoctis, quantum homines à beſtiis. Et Diogenes, cum aſcendiſſet in locum eminentem, & clamaſſet, *venite homines*, multis de turba irruentibus, dixit: *Non enim homines eſtis, qui non datis operam ſcientiæ.* Sicut enim anima informat corpus; ita ſcientia intellectum; & ideo intellectus hominis ſine ſcientia dici poteſt ſine forma. Hinc etiam dicit Cicero *in lib. Officior.* Quod multi ſunt homines nomine, pauci re; ad denotandum, quod prorſus ignari non merentur appellari homines: ſed potius imagines hominum, ſicut in ſimili dicit text. *in cap. multi. 40. diſtinct.* Panorm. *in ca. prudentiam in princip. de eff. delegat.*

Hæc autem ſententia ſtudioſe quærenda eſt, vt honoris nomen adipiſci poſſit: quod obtinuerunt hi, qui ſapientiam dilexerunt, vt fuerunt Theodo. Abraham, Dauid, Salomõ, Alexander, & plures alii enumerati *in Sophologio Sapientiæ. cap. 1. & 2.* Qui omnes magnum appetitum ſciendi habuerunt. De hoc appetitu ſciendi loquitur Hieron. *in prologo Bibliorum*, dicendo: *Legimus in Hiſtor. veteribus, quoſdam luſtraſſe prouincias, tranſiiſſe montes, & nouos adiiſſe populos, vt eos, quos ex libris nouerant, palam, coramque viderent.* Et ibi loquitur de Pythagora & Platone, & de Apollonio Magno Philoſopho, ac de aliis multis, qui prædicta fecerunt diſcendi cauſa, licet in patria ſua eſſent aliorum præceptores & magiſtri. Quibus etiam adiungemus illum virũ omnium literatorum in omni ſcibili perfectiſſimum Iacobum Fabrum Stapulenſem, qui cauſa diſcendi, fere totam Europam & Aſiam transfretauit, & partem Africæ etiam tranſcurrit, vt viros doctos, & perfectiſſimos literis Græcis, Latinis, Hebraicis, & Chaldęis, inueniret.

Non video prætereundũ D. & Præceptorem meum doctiſſimum D. Iaſonem Maynum, qui, vt perfectam ſcientiam haberet, & ne in cognitione & perſcrutatione veritatis ſcientiæ impediretur à ſtimulis vxoris, nunquam vxorari voluit: memor doctrinæ Ciceronis, quod vxori & doctrinæ difficile vacare eſſet. De hoc etiam appetitu loquitur Lactantius *in principio 1. diuinarum inſtitutionũ*, dicens: *Magno & excellenti ingenio viri, cum ſe doctrinæ penitus dediſſent, quicquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus publicis & priuatis actionibus, ad acquirendæ veritatis ſtudium ſe contulerunt: exiſtimantes multo eſſe præclarius, humanarum diuinarumque rerum inueſtigare ac ſcire rationem, quam ſtruendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere.* Hæc Lactantius, vbi ſupra. Hinc etiam inter viros literarum, & literatorum amatores, enumerat multos Textor Niuernen. *in ſua officina, c. alii, qui literarum, & literatorum fuerunt amantiſſimi.* quos multum laudat & honore maximo extollit, vt fuerunt Anaxagoras, Democritus, Cyprianus, Scipio, & plures alii *num. 45.* quos ibi enumerat Textor. & *in cap. præcedenti* ponit viros doctos habitos in magno precio & honore vſque ad *num. 67.* quos ſtatim ponam. Non erant inter alios omittendi Nicol. Rolin. Cancellarius Burgundiæ tempore Philippi, Duc. Burgun. Guid. de Rupeforti Cancellarius Fran. Ioan. Anton. de S. Georg. qui fuit præpoſitus Mediolan. & propter eius eminentem ſcientiã effectus Card. Alexand. Adrianus de Traiecto, qui ob eius eminentem ſcientiam & virtutem (licet nunquam fuiſſet Romæ viſus, nec cognitus) à Cardinalibus fuit tamen electus in ſummũ Pontificem in ciuitate Romana, licet eſſet tunc in Hiſpania. Prætereundus ne ſit ille vir doctiſſimus Dom. Claud. de Seyſſello, dictus de Aquis. Qui (licet nothus) propter eius laudatam ſcientiam, tam apud Reges Frãciæ claruit, maxime apud Ludouicum XII. quod eius Conſiliarius ſecretus habebatur: & tandem effectus Epiſcop. Marſilienſ. & Archiepiſ. Taurin. Nonne Guillel. Budæ. ille apud omnes Latinos notiſſimus & famatiſſimus ob eius præclaram ſcientiã ad maximam dignitatem referendariorum (qui dicti ſunt hodie Magiſtri ſupplicationum ſeu requeſtarum ordinarii domus, aut Hoſpitii Regalis, ela-

Digitized by Google

lis) elatus & promotus fuit? Quid de illuſtri viro D. Antonio de Prato, inter cunctos excellentiſſ. Qui etiam ob inenarrabilem eius ſcientiam, dignitatem præfecturæ prætorio, hoc eſt, Cancellariatus regni Franciæ, cũ omnimoda adminiſtratione & gubernatione Regni aſſecutus eſt. De huiuſmodi autem appetitu, de quo iam ſupra dictum eſt, vt compleri poſſit: oportet diſcere cupientem intẽto eſſe animo ad ſtudium, vt inquit Tullius *in Tuſcul. quæſt. lib. 4.* & ideo *Eccleſ. 6.* dicitur: Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam, & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. Imo etiam habetur *Prouerb. 1. in princ.* quod audiens ſapiens, ſapientior erit.

QVinta conſideratio; Scientia dicitur neceſſaria, ratione fructificationis. Quoniam, vt dicit Bern. de Buſtis *in loco ſupra allegato.* Innumeræ enim ſunt ſcientiæ vtilitatis. Facit enim ſcientia hominem honeſtum & virtuoſum: ex quo dicitur apud Tullium 1. *Offic.* Primus honeſtatus locus, qui in veri cognitione conſiſtit, maxime attingit naturam humanam. Item (vt dicit) eſt bonum, quod nobis auferri nõ poteſt, ſed hominem ſequitur quocunq; perrexerit, dicente Boet. *in 1. de conſolatione:*

Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.

Vnde, vt refert Valerius Maxim. Tull. *in paradox. lib. 1.* Bias Philoſophus, qui fuit vnus ex ſeptem ſapientibus Græciæ, cum capta ab hoſtibus patria, alii compatriotæ eius fugientes, precioſa, quæ habebant, aſportarent, & ipſum ad ſimiliter faciendum inuitarent, ille reſpondit: *Omnia mea mecum porto.* Nihil enim ſuum reputabat, niſi ſcientias & virtutes. Et ideo Seneca ad Lucillium ſcribit: Lauda hominem in eo, quod ab eo nunquam eripi poteſt, & quod eſt proprium hominis inquantum homo; hoc autem eſt animus & ratio perfecta, & vt ait Macrobius *Saturnalium lib. 7.* exiſtima diſciplinas multas multis eſſe pecuniis præſtantiores: iſtæ quidem cito deſinunt; illæ vero per totum tempus permanent; ſcientia enim ſola poſſeſſionum immortalis. Scientia quoque eſt illa, per quam Deo aſſimilamur. *Geneſ. 3.* Eritis ſicut dii, ſcientes bonum & malum. Et Tullius *in primo de natura Deorum*, inquit: *Nihil eſt, per quod magis Dii immortalibus ſimilemur, quam per ipſum ſcire.* Ideo Salomon optime præpoſuit illam Regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dicit in comparatione illius, nec comparauit illi lapidem precioſum, & aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu eius. Propter autem ipſam ſuam ſcientiam à Deo amamur. Vnde Philoſophus 12. *Ethic.* dicit, quod Deus valde curat de his, qui diligunt intellectum, tanquam de ſuis amicis, & ideo ibi dicit, quod per ſcire & intelligere homo coniungitur Deo, & ſubſtantiis ſeparatis. Et ideo non eſt mirum, ſi omnes ſcire affectant, vnumquodq; enim naturaliter deſiderat coniungi ſuo principio, dicente Maximiano Poeta:

Ortus cuncta ſuos repetunt.

Et Boet. *lib. 4. de conſol.*

Repetuntq; ſuos ſingula curſus,
Redituq; ſuo ſingula gaudent.
Nec vlli manet ſtabilis ordo,
Niſi fini iunxerit ortum.

SExta conſideratio; Scientia laudatur propter eius vtilitatem, cum ſcientia ſit vtiliſſima. dixi ſupra *in princip.* Et vt dicit Auguſt. *in lib. Enchi.* & Magiſter Sententiarum *in 2. diſt.* Fecit Deus rationabilem creaturam, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidẽdo frueretur. Et ideo, cum omnia deſiderent ad finẽ ſuum pertingere. 2. & 8. *Phyſic.* non eſt mirandum ſi ab omnibus appetatur. Facit etiam & reddit ſcientia homines nobiliſſimos: *l. prouidendum. C. de poſtul.* Vnde Stoici dicebant, omnes ſapientes & doctos liberos eſſe, & Tullius *in paradoxis* inquit: *Nullus vir doctus, ſeruus aut ignobilis eſſe poteſt, niſi forte volutabro vitiorum fuerit infectus.* & vt dixi ſupra, *in princ.* Ariſt. *lib. 1. de Anima*, ponit ſcientiam eſſe de numero bonorum honorabilium, & *in 1. Politicor.* idem philoſophus inquit, quod homines ratione & intellectu vigentes,

gentes, ſunt domini & rectores aliorum. & ideo *in 1. de officiis* inquit Tullius: *Omnes trahimur & ducimur cognitionis ſcientiæ cupiditate, in qua excellere pulchrum putamus.* dixi alibi in pluribus locis. Refert etiam Aulus Gellius; quod dum Ariſt. Alexandri Magni præceptor libros de phyſico auditu publicaret, recepit ab ipſo Alexandro epiſtolam in hæc verba prorumpentem: *Ægre fero, quod ea, quæ à te hauſi & didici, in publicum profitearis. Ego enim non tam cupio & delector opibus & potentia alios excellere, quam literis & doctrina præſtare.* Hæc ille. Propter quod paucos videmus, qui in literario conflictu aliis cedere velint, ſed vnuſquiſque, & ſi non exiſtentia, ſed etiam in apparentia alios excellere ſatagit, atque aliis doctior apparere. vnde Martial. ait. 8. epig. 18.

Aurum & opes & rura frequẽs donabit amicus,
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Salomon autem *Sapien.* 7. de ſapientia inquit: *Propoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius.* Nec comparauit illi lapidem precioſum; quoniã omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in cõſpectu illius. Et etiam *Prou.* 1. ait: *doctrinam magis, quam aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus, quæ deſiderantur, huic non valent cõparari.* Propter quod inquit Tullius *in 2. de Off.* Optima hæreditas à parentibus liberis traditur, & omni patrimonio præſtãtior dignitas virtutis. Cum ergo omnia bonum appetunt, vt Philoſoph. 1. *Ethic.* 1. *Rhet.* 3. *Top.* & 4. *Metaph.* Ideo cum ſcientia ſit tam bona & vtilis, ab omnibus deſideratur, cum ſecundum Philoſoph. 1. *Metaph.* omnes homines naturaliter ſcire deſiderent, & vt inquit B. Tho. 2. 2. *q.* 188. *art.* 5. Studia literarum dirigunt & coadiuuant hominem ad contemplandum diuina, illuminando intellectum, & offerunt ea, quæ poſſunt nos impedire à ſtatu ſalutis, fugando errores, & etiam conferunt ad euitandam carnis laſciuiam. Vnde Hier. *ad Ruſticum*, ait: Nunquam de manu tua & oculis tuis recedat liber, ama ſcientiam Scripturarũ, & carnis vitia non amabis: Proſunt etiam ad auferendam cupiditatem diuitiarum atq; auaritiam; quoniam, vt ait Saluſtius *in Catilinar.* Auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiſcit. Scientia enim, vt dicit Bernardus *in lib. meditationum*, parit cognitionem amoris, amor frequentiam, frequentia familiaritatẽ, familiaritas fiduciam, fiducia facilem Imperatorem. Et nullus animæ ſuauior eſt cibus, quam perfecta cognitio veritatis, dicit Lactant. Firmianus *in 1. diuinarum inſt.*

Habet enim mirabiles delectationes, vt ait Philoſophus 10. *Ethic.* & 2. *Politicor.* dicit Franc. Petrarc. in ſuis triumphis, aliam delectationem, quam diſcere, nõ reperio. vt ample ponit Bern. de Buſt. *in d. ſermone, in litera F. in fin.* Felices etiam homines reddit; quoniam, vt ait Ariſt. 10. *Ethic.* Homo ſapiens, maxime felix eſt. Et Seneca ad Lucill. *Beatam* (inquit) *vitam ſapientia perfecta efficit.* & ſequitur: *Scio neminem bene viuere ſine ſapientiæ ſtudio.* Per ipſam enim Salomon obtinuit principatum & honorem, ipſo dicente de ſapientia. *Propoſuit*, inquit, *illam Regnis & ſedibus.* & ſequitur: *Infinitus eſt enim theſaurus hominibus.* & Prouerb. 2. *Melior eſt*, inquit, *acquiſitio eius acquiſitione Auri & Argenti: Ipſa enim eſt precioſior cunctis opibus.* dixi ante. Per ipſam enim Alexand. potius, quam viribus ſublimatus eſt: habuit enim Ariſtot. in doctorem, prout narrat A. Gellius *lib. noctiũ Atticarum* 9. *c.* 3. Vnde pater Alexandri, ſcilicet, Philippus Macedo, eo nato, Ariſtoteli miſit epiſtolam, in qua gratulabatur filium ſibi genitum, & diis gratias agere debere; nõ quia natus eſſet ſibi; ſed, quia ſuis temporibus ipſum naſci contigerat, ſperans, quod ſui eruditione fieret dignus regno, quam ſtatim *in ſeq. conſideratione* ponam. Et etiam narrat Iacobus Magnus *in d. ſuo Sophologio ſapientiæ. lib.* 1. *c.* 1. vbi ponit qualiter Alexander pro ſtudio vitam expoſuit, & ibi *in cap.* 2. ponit de Principibus, qui ſcientiam dilexerunt. dixi aliquid ſupra *in* 5. *part. in* 10. *conſid.*

SEptima conſideratio; Scientia vtilis eſt, quod exemplis probatur, cum multi ex ſcientia

ſcientia, & doctrina habiti ſunt in magno honore, & precio. Nam ſancti viri commẽdantur ex peritia ſcientiarum ſecularium, vt arguit Io. de Turrecrem. *in cap. legimus. verb. ſed contra. in princip. 37. diſtinct.* quod probat exemplis. Nam legitur *Actor.* 7. quod Moyſes fuit peritus in omni ſapientia Ægypti: & de Daniele, vt habetur *Dani.* 1. quod Dominus dedit ſibi & ſocijs ſuis ſcientiam & diſciplinã in omni libro, & in omni ſapientia & ſuper omnes ſapientes, qui erant in regno Chald. ideo vltra Principes ponit Text. *in ſua Officina. c. viri docti, &c.* vbi enumerantur multi, ex quibus aliquos ponam infra, & quanti olim æſtimatæ ſint bonæ literæ, quantumque doctis ſit conceſſum, nullo certius argumento, quam ſequentibus patet exemplis, de quibus etiam infra *in* 30, *&* 45. *conſiderat.* aliquid dicetur.

Scipio Africanus, ſtatuam Ennij poëtæ (quem in ſuis expeditionibus comitem ſemper habuerat) ſepulchro ſuo imponi iuſſit, cui viuenti hortos ſuis proximos donauerat. Ouid. *lib* 3. *de Arte aman.*

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio magne tibi.

Et Politianus *in Nutritia*; Longe gratiſſimus olim Scipio magne tibi, & Calabris vicinus in hortis, Virtute emeritis, cuius gentile ſepulchrum mox tenuit, eundem & Fuluius nobilior ciuitate donauit. de eo ponit Philip. Berg. *lib.* 7.

De Homero legitur, quod Alexand. Magnus capto inter ſpolia Darij Perſarum Regis vnguentorum ſcrinio (quod erat auro gemmiſque, ac margaritis precioſum) quos tanto dignos loculo exiſtimabat, incluſit. De Pindaro vate ac poëta etiam loquitur, quod idẽ Alexander cum Thebas euerteret, & in omnes ſine diſcrimine ſæuiret, Pindari vatis penatibus parci iuſſit, & omni familiæ eiuſdem. De Ariſtotele, idem Alexander patriam nomine Ariſtotelis præceptoris ſui condidit, eique multa hominum millia parere iuſſit, ad ſcribendos rerum naturalium libros. Archilochi Poëtæ interfectores Apollo arguit Delphis. De iſto Archilocho ponit Philip. Berg. *in ſuis Chronicis lib.* 4. De Sophocle tragico poëta defuncto legitur, quod ipſum ſepeliri iuſſit Liber pater. Nam obſidentibus Lacedæmonijs mœnia, & Lyſandro eorum Rege in quiete ſæpius admonito, vt pateretur humari delicias ſuas, Lyſander vbi intellexit Soph. mortuum, pacem funeri dedit. De Platone legitur, quod cum in Siciliam ipſe veniſſet Dionyſius tyrannus quamuis ad ſuperbiam, ſæuitiamque natus, vittatam nauem miſit obuiam, & egredientem in littore, quadrigis albis excepit. Legitur etiam, quod Anicetus Cyrenæus eundem Platonem ab Æginetis captum, & inter mancipia expoſitum, ne quid indignum pateretur, numis aliquot mercatus eſt, & honeſto comitatu Athenas ad ſuos remiſit; quam pecuniam cum à Platone ſibi remiſſam intellexiſſet, profecto, inquit, peccatum videri poteſt, quod maiore ſumma non iuuerim tantum virum. Platonem ipſum tanti fecit Ariſtoteles diſcipulus, vt nomini eius aram in templo conſtruxerit, ſtatuamque conſecrarit, in qua ſcriptum erat, hunc eſſe illum, quem probi omnes merito debeant imitari & commendare. Vnde extant Criniti verſus *in Parthenicis*:

Hæc illa eſt ara floribus redimita ſuaue olentibus,
Quam gradus benemerenti ſtatuit diſcipulus ſeni.

Tituloque hoc teſtatus animum ſuum atque officium Platonem probandum probe à probis. De Iſocrate legitur, quod viginti talentis vnam orationem vendidit. Æſchines Demoſthenis orationem (qua tamen in exilium pulſus fuerat) coram amicis laudauit in ſua calamitate. Athenienſes Thucydidem rerum ſuarum ſcriptorem ab exilio reuocauere, eloquentiam mirati, cuius virtutem damnauerant. Menander Comœdiographus ab Ægypti regibus per legatos magnis præmijs inuitatus eſt. Cneius Pompeius Poſidonij ſapientiæ profeſſoris domum intraturus, fores percuti de more à lictore vetuit, & faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens Occidenſque ſubmiſerat. Auguſtus carmina Virgilij cremari

contra teſtamenti eius verecundiam vetuit. Eidem in theatro recitanti vniuerſus populus Rom. perinde ac Imperatori aſſurrexit. Hactenus Plin *lib.7*. Eiuſdem Virg. diem natalem (qui fuit Octob. idib.) quotannis celebrabat,& quibuſdam velut ceremonijs venerabatur Sillinus. Vnde Mar. Maiæ Mercurium creaſtis idus, Auguſtis redit idibus Diana Octob. Maro conſecrauit idus, Qui magni celebras Maron. idus. Conſtantius Imperator Ablabium Ægyptium Philoſophũ prętorij ſui præfectum, & vna cum Conſtantio filio Imperij rectorem conſtituit. Frontoni Philoſopho, M. Antonius Princeps ſtatuam erigi fecit, authore Capitolino, quem Auguſtus quoq; conſulari ornauit dignitate. Anaxenori Citharœdo, è Tyana ciuitate M. Antonius tributa quatuor ciuitatum legẽda præbuit. Auguſtus Alexandrinis (in quos bellum gerebat) tribus de cauſis faſſus eſt ſe peperciſſe, ob Alexandri memoriam, vrbis pulchritudinem, & amorem Arrij Philoſophi. Arcadij & Honorij Imperatorum patrocinio ſtatua Claudiani fuit erecta. Dionem Pruſieum ſophiſtam, & philoſophum, Traianus curru ſuo plerunque dignatus eſt, Romam etiam ingreſſus cum triumpho. Artaxerxes Rex Perſarum Hiſcani præfecto Helleſponti literis ſcripſit, vt Hippocr. medicum, quibuſcunque fieri poſſet premijs, in familiam ſuam inuitaret. Epiſtola ad hunc fere modum ſe habebat: Rex Regum magnus Artaxerxes Hiſcani S. Hippocratis medici Æſculapio prognati ad me fama peruenit. da igitur operam, vt aurum illi tribuas quantum cupit, aliqua idem quorum indiget, & ad me mitte. Erit enim par honore ſummis in Perſide viris. Et ſi quis alius fuerit in Europa vir clarus, hunc amicum noſtræ domi redde, nec parce pecunijs. Eidem Hippocrati ab Illyrijs redeunti eoſdem honores (quos Herculi) decreuit Græcia ob prædictam peſtilentiam. Iunio Ruſtico philoſopho, M. Antonius Imperator, publica omnia priuataque conſilia ſolebat credere, quem poſtea Conſulatu & mortuum ſtatua decorauit. Ciceronem ab vrbe pulſum Pomp. Atticus ſeſtertijs ducentis & quadraginta millibus, & iuuit, & proſecutus eſt. Oppianus Poeta cum Antonio Imperatoris Seueri principis filio, poema de piſcibus nuncupaſſet, ab eo totidem aureis donatus eſt nummis, quot illic erant verſus. Daniel Propheta Cyro rege (quem Theologiæ myſteria perdocuit) familiariſſime vtebatur, author Theod. Cyrenenſis. Theombrotum medicum Ptolemæus Rex centum donauit talentis, ſeruato Antiocho Rege patre ſuo: dicit tamen idem Textor, quod habet codicem Plinianum in alterutro mendoſum. nam *lib.7. cap* 37. hoc de Theombroto ſcribit: lib. vero 19. c. 1. de Eraſiſtrato. Olim tantus erat artis oratoriæ quæſtus, vt Gorgias Leontinus auream ſtatuam & ſolidam ſibi poſuerit Delphis. Demetrius Phalereus ab Athenienſibus trecentis & ſexaginta ſtatuis ornatus fuit, vt refert Philippus Bergomenſ. *lib.7. ſui ſupplementi Chronic.* Zenonem Philoſophum Athenienſes tanto honore proſecuti ſunt, vt apud eum claues vrbis deponerent, ipſumq; ornarent aurea corona, & imagine ærea. Plinius iunior referebat potuiſſe ſe (cum procuraret in Hiſpania) vendere ſuos commentarios Largio Licinio quadringentis millibus nummûm. Quis nunc Regum (inquit Budæus) emere Bibliothecam confertiſſimam decem aureorum millibus velit, qui inti à Plinio ciuis vnus priuatus re geſta quædam extemporanea licitari auſus eſt. Hæc Textor, vbi ſupra.

Philippus Macedo, Amyntæ filius, quamuis omni ferme tempore negotijs belli eſſet implicitus, nunquam tamen à liberali Muſa, ſtudijsque humanitatis receſſit: propterea ſcribens ad Ariſtotelem gloriabatur natum ſibi Alexandrum tanti Philoſophi tempore, à quo doctrinam imbiberet cum virtute: Epiſtola autem in hunc modum ſequentẽ ſe habebat, vt prodit Aulus Gellius *lib.9. cap.3.* Philipp. Ariſtoteli S. D. Filium mihi genitum ſcito, quod equidem Dijs habeo gratiam, non perinde quia natus eſt, quam pro eo, quod eum naſci contingit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, vt edoctus erudituſque abs te dignus exiſtat, & nobis, & rerum ſucceſ-

ſucceſſione. Hanc epiſtolam narrat etiam Iacob. *in ſuo Sophologio ſapientiæ, lib.1.cap.1.* Alcibiades ambitione quadam munera in Socrat.congerebat, dignam viri doctrinã multo amplioribus exiſtimans. Euripides tragœdiographus Archelao Macedonum Regi ſola virtutis admiratione fuit familiaris, adeo vt frequentibus conuiuiis ab eo exceptus fuerit, & aureo donatus poculo: in eius quoq; gratiam Syracuſani pleroſque Athenienſium (qui apud ſe ſeruiebant) libertate donatos, domum incolumes remiſere. Iulius Calidius Poeta, cum à Publio Voluſio in proſcriptorum numerum relatus eſſet, ab Attico propter ingenium & elegantem eruditionẽ abſolutus eſt. Cor. Gallus elegiographus, fauore Augusti, ad præfecturæ gradum conſcendit, tribunuſque cohortium effectus eſt: de quo Philippus *Berg. lib.* 7. anno ante Chriſti aduentum 81. Veſpaſianus tantum conceſſit Saleio Baſſo poetæ Lyrico, vt propter ingenium ſingularemq; eruditionem auri plurimum eidem ſit elargitus. Et refert idem Bergom. *in loco ſupra alleg.* quod C. Baſſus ornatiſſimus orator & copiarum Augusti præſtantiſſimus Dux, fuit miſſus contra Parthos per Auguſtum Cæſarem, & conſtitutus Imperator ſtrenuiſſimus. Statium Domitianus magnifico atque apparatiſſimo donauit cõuiuio coronaque inſigni, & aliis muneribus honeſtauit. Eiuſdem Imperatoris beneficio Silius ad tertium conſulatũ prouectus eſt. vnde Martial. l.8 epigr.66.

Auguſto pia thura victimaſq;
Pro noſtro date Silio Camenæ.
Beſſenos iubet en redire faſces,
Nato conſule nobiliq; virga.
Vatis Caſtaliam domum ſonare
Rerum prima ſalus, & vna Cæſar
Gaudenti ſupereſt adhuc quod optem,
Felix purpura, tertiuſq; conſul.

Stertinius, vir clariſſimus, tantum conceſſit Martialis ingenio & doctrinæ, vt ei adhuc viuenti imaginem, more veterum, in ſua bibliotheca poſuerit. Auſonius Cæſaris Gratiani (cuius filium Gratianum iuniorem erudierat) beneficio & honeſtiſſimis ſuffragiis dignitatem adeptus eſt conſularem. Aurelius Prudentius beneficio Theodoſii Imperatoris ad præfecturam militię perductus eſt. Lampſaco, vrbi Helleſponti, propter Themiſtoclem pepercit rex Perſarum, de cuius gloria ample ponit Philippus Bergom. *lib. ſuo 5. Chronic. Anno ante Chriſti aduentum* 4720. Phalaris, Agrigentinus tyrannus, alias ſæuiſſimus, templum Steſichoro poetæ ædificandum curauit, ſuaſitque diuinos illi honores in vrbe patria habendos; quem tamen olim capitalem inimicum habuerat. Democedes medicus à Dario (quem ſanitati reſtituerat) duobus aurearum compedum paribus, & ab vxoribus ipſius Darii aureis phialis donatus eſt. Author Herodotus in Thalia. de quo dicit Philippus Bergom. *in ſuis Chronicis, libro* 12. ſic, quod inter captiuos Darii exiſtens, cum ob inuerſum pedem Darius ipſe acriter doleret, ita vt per ſeptem dies dormire non poſſet, Darium ſanitati reſtituit, ita quod in maximo honore apud regem & Perſas habitus eſt. Matthias, rex Pannoniæ, Ioannem Monteregium hominem Germanum, & Ephemeridum ſcriptorem multis auxit honoribus & diuitiis. Quum Hermolaus Barbarus Venetorum legationes obiret in Italia, & ad vrbem Florentiam accederet, Laurentius Medices tanto viro cum multis amicis obuiam proceſſit, quamuis podagricus, eumque in Cayna villa honorificentiſſime excepit, quam cum inſtructiſſima bibliotheca eidem obtulit. Robertus Siciliæ Rex Franciſcum Petrarcham omneſque eruditos viros in precio habuit. Ptolemæus Philadelphus Senes 70. Bibliacæ hiſtoriæ ſcientiſſimos ab Iudæa vſque in Ægyptum vocauit, quos Regia vrbe acceptos hoſpitaliter & benigne aluit, magniſque muneribus donatos dimiſit. Ioanni Campegio Bononienſi in Patauinum gymnaſium (quo ad publicam literarum profeſſionem fuerat inuitatus) proficiſcenti, ab vrbis magiſtratibus gymnaſiarchiſque magna hominum frequentia obuiam itum eſt. Vincentina ciuitas Sabellicum argentea patera magni ponderis donauit. Quintilianus ex Hiſpania veniens ẽ fi-

ſeo ſtipendium accepit ab Euſebio ſub Domitiano. Thadæus Flor.medicus, tanta fuit nominis celebritate, vt ad curam ægrotorum extra vrbem vocatus, non vilius, quam quinquaginta aureorum mercede in ſingulos dies peregrinaretur, vocatuſque ab Honorio quatuor centum ſibi ſtatui voluit, à quo curato decem millia reportauit. Marcus Popilius Andronicus opuſculum quoddam annalium XVI. millibus nummorum vendidit. Arrianum hiſtoricum (qui hiſtoriam Magni Alexandri octo libris ſcripſit) Adrianus & Antoninus propter literas ad honorem conſularem euexerunt. Aſinius Pollio Varronis imaginem collocauit in bibliotheca. Cyrus Panapolita poëta beneficio Theodoſij junioris & Eudoxiæ ejus vxoris præſul factus eſt. Democritus Diagoram Mileſium Philoſophum ſeruum mille drachmis emit, vt eundem erudiret. Prædictos recenſet Textor *in loco ſupra allegat.* vbi etiam quoſdam alios pictores, & ludimagiſtros enumerat, quos alibi ponam, cum non multum hic faciant ad propoſitum. Multi alij Juriſconſulti propter eorum ſcientiam eminentem fuerunt in maximo honore, vt fuit Seruius Sulpitius, cujus ſtatuam Romanus populus pro roſtris poſuit, de quo & pluribus alijs, qui fuerunt in maxima authoritate, habetur *in leg. 2. §. iuris ciuilis. vſque ad fin. ff. de origine iuris.* Et plures alij reperiuntur, quos plus laborioſum eſſet recitare, quam ſubtile. Seneca, qui fuit Conſul vrbis Romæ. *§ reſtituta. Inſtit. de fidei-commiſſ. liber.* & familiaris ac præceptor Neronis, de cuius morte Boëtius *in 3. conſolat. Philoſophia.*

Temporibus vero nouiſſimis viſum fuit, in quanta authoritate fuerit ille vir præſtantiſſimus & prudentiſſimus Nicolaus Rolin, ciuis huius noſtræ ciuitatis Heduenſ. apud Philipp. Ducem Burgund. cuius fuit Cancellarius, & cuius conſilio omnia regebantur. Et in tanta veneratione apud eundem fuit, quod pater à dicto Duce appellabatur: Ita quod ex eius ſcientia acquiſiuit 2500. libras Turonen. redituales ſingulis annis, quas ſuis hæredibus reliquit, de quo iam ſupra dictum eſt. Cui quidem adjungendi ſunt duo circumſpecti viri ex hac ciuitate Heduenſ. oriundi, qui ex eminenti ſcientia effecti ſunt præſules & Epiſcopi, videlicet Reuerendiſſ. in Chriſto pater dom. Guil. de Clugny Epiſcopus Pictauienſ. & Ludouici Vndecimi, Regis Chriſtianiſſimi noſtri Francorum Secretus Conſiliarius & Cancellarius Franciæ. Et reuerendiſſ. in Chriſto pater dom. Ferricus de Clugny eius frater, Tornacenſ. Epiſcopus, qui primo fuit Heduen. Officialis, & Referendarius ſeu Magiſter requeſtarum in domo Philipp. Ducis Burgund. & de his ample dixi *in meis Comment. ſuper conſuetud. Ducatus Burgund. in proœm. ſuper verb. Meſſire Ferry.* Prætereundus non eſt quondam dom. Ioannes Rolin, decanus primo Eccleſiæ Heduenſ. & Sancti Martini Heduenſ. Abbas, qui ob eius eminentem ſcientiam à Ludouico Vndecimo, Francorum Rege in ſtudijs fuit vocatus, & ipſo adhuc exiſtente in ſtudio, & ne ad partes Flandr. vbi vocatus erat à Ducibus Burgund. illuc accederet euocatus, & tandem habitus in magno honore, & effectus fuit Heduenſ. Epiſcopus. Et his noſtris temporibus prudentiſſimus vir dom. Dionyſius Poillot, noſter ciuis & contemporaneus, vtriuſque iuris doctor peritiſſimus prætermittendus non eſt. Cum ob eius eminentem ſcientiam ita in pretio habitus fuerit apud Chriſtianiſſimum regem noſtrum Franciſcum Primum, tum quia fuerit effectus Conſiliarius in ſuo magno conſilio; tum poſt multas in Anglia, Scotia, & Alemania legationes, fuit Magiſter ordinarius requeſtarum domus Regiæ, & multis muneribus & donis ab eodem donatus, & tandem præſidens in Parlamento Pariſienſi: cujus memoria tanta eſt, vt quæ duabus horis aut tribus legerit, etiam id memoriter recitare ſolet. Claudius Seyſellus, dictus de Aquis, Juriſconſultus acutiſs. à Ludouico XII. Francorum Rege euocatus, & in magno pretio & honore habitus, cui rex Ludouicus publica omnia, priuataque conſilia communicare, & ei in omnibus credere, in magiſtrum tum ſui hoſpitij ordinarium requeſtarum receptus, tandem in Epiſcopũ Maſilienſ. & deinde in

Tau-

Digitized by Google

in Taurinenſ. Archiepiſcopum fuit, ob eius eminentem ſcientiam, prouectus & ordinatus. Et etiam Reueren. pater Dom. Philipp. Bondet Lingonenſ. Epiſcopus in Parlamento Pariſienſi Conſiliarius & Præſidens, fuit ob eius eminentem ſcientiam primo Decanus, deinde Epiſcopus Lingon. electus & cõfirmatus. Quid de Guidone de Rupeforti Burgundo, qui in tanta fuit veneratione apud Chriſtianiſſimum Regem Ludouicum XII. cuius tempore erat Cancellarius, quod de eo dixerit poſt eius mortem, quod voluiſſet donaſſe centum mille aureos, vt tantum vixiſſet in officina Cancellariatus Franciæ, quantum ipſe Lud. Rex viueret. Nonne cum ſupradictis annumerabitur reueren. pater & dominus & præceptor meus, d. Ioan. de Magdalena, iurium doctor, & noſtras? quem in meis primis iurium cunabulis, in vniuerſitate Dolana legentem audiui. Qui quidem ob eius eminentem ſcientiam cum maxima & mirabili proſecutione, proſecutus eſt ab ordine Cluniacenſi, vt in illo habitum & profeſſionem faceret: in quo fulget & ſplendeſcit, ſicut Sol inter Planetas: & in illo ordine obtinet primatum, ſtatum, & dignitatẽ magni prioris habentis regimen, adminiſtrationem & gubernationem totius ordinis: in quo non legitur fuiſſe, à centum annis, talis nec in ſcientia, nec in peritia, nec in religione, ſanctitate & deuotione. Habet ſub dicto ordine Prioratum de charitate, in quo & in Prioratu Cariloci, & pluribus aliis locis miranda, tam in reparationibus Eccleſiarum & monaſteriorum, quam etiam fundationibus & donationibus fecit, vt vix dici aut ſcribi poſſit. Monaſteriũ enim Abbatiæ S. Riguardi funditus & totaliter deſtructum à fundamentis reſtaurauit, & de nouo deuotiſſima compoſitione conſtrui & ædificari fecit: dormitorium etiam Abbatiæ Cluniacenſ. ruinoſum de nouo conſtrui & fabricari fecit, & cum mirabili deuotione factum apparet pluribus cellulis adornatum. Quid aliud de tanto viro dici poteſt, niſi quod omnia vere Monaſteria & Prioratus prædicti ordinis ruinoſa, aut deſtructa, aut ſuis ſumptibus, pœnis & laboribus conſtrui, ædificari ſeu reparari fecit, aut ſaltem procurauit? ita quod de eo dici poteſt, reſplendet ſicut Sol in medio nebulæ meridionalis. Non omittendum eſt, quod poſt mortem Abbatis Cluniacenſ. fuit electus vnanimiter in Abbatem illius loci, ſed ad preces regis noſtri Franciſci ceſſit iuri ſuo in fauorem illorum de Boiſy, qui tunc erant in maximo fauore apud ipſum regẽ, ita quod omnia negotia Regni eorum conſilio expediebantur, ne quiſquã illis reſiſtere potuiſſet.

OCtaua conſideratio; Scientia eſt honorabilis & glorioſa: quoniam ex illa cõſequimur gloriam. Viris namque literatis debentur præmia & honores. *Sapien.* 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius. & *Eſdræ c. fin. in fi.* Magnifice ſunt exaltati verbis legis, quibus edocti ſunt. Inde Iuriſperitis etiam princeps honorem exhibet, & multa priuilegia conceſſit, *l. quicquid. ibi; reuerentia ſtudiorum. C. de aduoc. diuerſ. iud.* & talia ſtudiorum labor iuſte meretur, qui ſpe præmiorum & honorificentia digni ſunt, nõ his, quæ ſunt incongrua libertati, text. *in l. 1. C. de aſſeſſorib.* & bona danda ſunt doctoribus, vt habetur *in c. infames. in verb. non ad turpe 3. quæſt. 7.* & quod ſcientia & doctrina tribuunt vitam ſuo poſſeſſori, infra dixi *iſta part. in 44. conſid. in fin.* Nam, vt ait Caſſiodorus 10. *variar. Epiſtol.* Nec aliqua in mundo poteſt eſſe fortuna, quam non augeat literarum glorioſa notitia. Cum etiam per literaturam efficiamur nobiles, vt habetur *Sapient.* 7. Omnibus enim nobilibus nobilior ſapientia, vt tenet Lucas de Penn. *in l. proximos. Cod. de prox. ſacror. ſcrin. lib. 12.* & hic ante *in 6. conſid.* dictũ eſt. Et ampliſſime de laude ſcientiarum ſcribit G. Bened. *in ſuo proœm. ſua repet. c. Rayn. de teſta. in antiquis.*

NOna conſideratio; Ex quo ſolum in hac parte fit mentio de literatis, & ſcientias ſeu artes liberales habentibus: (quoniam de mechanicis in ſequenti parte dicetur) Ideo de ipſis artibus liberalibus, & earum profeſſoribus, ſeu in eis profitentibus,

videndum eſt, quæ ſint illæ, quibus partibus aliæ, quæ hic comprehenduntur, ſubiician-tur.

Primo & in hoc conueniunt omnes, ſunt tantum ſeptem artes liberales, quæ ſic deno-minantur, vt ait F. Patritius *lib. 4. de inſtitut. Reipublica titul 6.* quia liberos homines efficiunt ab omni turpi ac ſordido quæſtu, & ab omni voluptate ac turpitudine, & redigunt nos ad ſapientiam: qua nihil præſtantius mortalibus eſſe poteſt, quaque Deo Optimo Maximo coniuncti eſſe cernimur. Faciunt, quæ hic ante *in 6. conſiderat. ver. facit autem, &c.* dicta ſunt. Vel, vt dicit Iohan. de Turrecrem. *in cap. de quibuſdam. in fin 37. diſtinct.* Dicuntur liberales tribus de cauſis. Primo; quia liberam mentem requirunt, ad differentiam ſeruilium & mechanicarum, in quibus artifices plus ſecundũ corpora, quam ſecundum mentem occupantur. Secundo dicuntur liberales; quia licet & abſque ſeruitute peccati, & ſuperſtitione addiſcuntur. Tertio; quia ad ipſas addiſcendas pueri liberorũ & nobilium, debito tempore & competenti ponebantur & inſtruebãtur. Et ſunt (vt ibi inquit) ſeptem: Grammatica, Logica, Rhetorica, Geometria, Muſica, Arithmetica, & Aſtrologia, de quibus ſuis locis dicetur. Et quod ſint ſeptem, aſſerit gloſ. *in verb. continebuntur. in l. 1. §. 1 ff. de variis & extraordin. cognit.*

Primo tamen dicendum eſt de Theologia & Iuriſprudentia, ſeu ſcientia iuris ciuilis, & Philoſophia, quæ potius liberales artes dici poſſunt. Sed proprie non ſunt artes, ſed ſunt veræ ſcientiæ: Tamen etiam ſcientia ſeu profeſſio iuris dicitur ars liberalis, aut ſtudium liberale. text. *in l. 1. Cod. qui ætate vel profeſſ. ſe excuſant. libr.* 10. & ibi Ioan. de Platea contra gloſſ. pro quo allego text. *in l. medicos. C. de profeſſ. & medicis. eod. lib.* 9. *& in l. vnica. C. de ſtudiis liberalibus vrbis Romæ, in fine lib.* 11. vbi inter profeſſores liberalium artium connumerat iuris ac legum doctores & interpretatores. facit *l. vnica. C. de profeſſ. qui in vrbe Conſtantinopol. docent &c. libr.* 12. *l.* 1. *§. nam vt eleganter ff. de iuſtit. & iur.* ibi: *veram Philoſophiam, non ſimulatam profitentes.* Etiam moralis ſcientia lex dicitur, ſecundum gloſſ. *in Auth. de nuptiis. in princip. in verb. degere. collat.* 4. Et in toto corpore iuris vera Theologia inuenitur & docetur; cum eius præcepta cum diuinis conco. de .it. §. *iuriſprudentia. & ibi gloſſa in verb. notitia Inſtit. de iuſtit. & iur. & in l. iuſtitia. § eo. ff. de iuſtit. & iur.* Ideo ciuilis ſcientia ſanctiſſima dicitur *d. l. §. eſt enim quidem. ff. de variis & extraord. cogn.* cum leges ſint ſacratiſſimæ, *l. leges. 3. C. de legib. & conſtit.* Ideo iura reddentes & profitentes, merito ſacerdotes appellantur *d. §. nam vt eleganter.* Et de materia ample tractatur infra *iſta part. in 18. conſid.* Et aduertendum eſt; quod, vt habeamus cognitionem eorum, de quibus in hac parte & ſequenti dicemus, Philoſophia vniuerſalis diuiditur in ſpeculatiuam ſiue theoricam aut practicam. Et theorica ſiue ſpeculatiua diuiditur in realem aut rationalem. Et realis iterũ in Metaphyſicam, quæ eſt aut diuinitus inſpirata, vt eſt Theologia vera in veteri & nouo Teſtamento tradita; aut humanitus perquiſita, de qua dicetur infra: aut vero in Mathematicam, & huius partes ſunt quatuor: vna eſt Arithmetica, alia Geometria, alia Muſica, & alia Aſtronomia. Aut vero in Phyſicam ſeu naturalem, ſub qua dicunt medicinam theoricam comprehendi, quæ poteſt videri *in libris Ariſtotelis Phyſicorum, de cœlo & mundo, de generatione & corruptione, Meteororum, Mineralium, de elementis, de anima,* & ſic de ſingulis, de quibus ſuis locis dicetur. Quantum vero ad Philoſophiam practicam, aut eſt actiua aut effectiua: de actiua quo ad politicũ, dicam ſparſim in plurib. locis, de factiua, cuius partes ſunt artes mechanicæ, dicetur in proxima parte ſequente. Et de vnaquaque parte Philoſophiæ etiam dicam ſecundum intentum noſtrum, quo ad laudes & excellentias illarum inter ſe & alias, & nõ alias. Secundum aliquos aliter diuiditur Philoſophia in tres partes, ſcil. in moralẽ, naturalem, & rationalem, vt *in c. legimus. iunct. gl. penult. 37 diſt.* Quæ per tria munera domino oblata à magis, dantur intelligi ſecundũ text. ibi: &

Digitized by Google

ſbi: & ibi Ioan. de Turrecrem. ſic exponit. Prima vero pars dignior, eſt metaphyſica & naturalis, cū ſit, quæ tractat de cœlo & mundo, ac partibus eorum, quæ eſt realis, id eſt, rebus ſpeculatiuis, quæ tanquam nobilior per aurum ſignificatur. Secunda eſt ſermocinalis comprehendens Grammaticam, Dialecticā & Rhetoricam, quæ ratione ornatus & facūdiæ per thus intelligitur, quod orationum odorem deſignat. Tertia vero pars eſt moralis, quę mores ornat, ac paſſiones ſenſibiles mortificare, & rationi ſubjicere docet, vt merito per myrrham, quæ vermes mortificat, intelligatur.

Decima conſideratio; Inter omnes literatos mundi præferendi ſunt habentes ſcientiam theologalem. Et ſic Theologi omnibus ſunt præferendi, & in primo loco ponendi, quod probatur multis rationibus. Nam ſcientia theologalis eſt nobilior & dignior omnibus alijs ſcientijs, ratione nobilioris ſubiecti: quoniam, vt dicit Philoſophus & Commentator *in 1. de Anima.* & 1. *Metaphyſi.* & Porphyr. *in vniuerſalibus.* Vna ſcientia dicitur nobilior & dignior, ratione nobilioris ſubjecti. Quanto enim ſubjectum alicuius ſcientiæ eſt nobilius, & excellentius: tanto ſcientia illa eſt dignior. Cum ergo ſubjectum ſcientiæ Theologiæ ſit dignius ſubjecto omnium aliarum ſcientiarum: Concludendum eſt, quod ipſa eſt excellentior omnibus alijs ſcientijs. Et quod ſubjectum Theologiæ ſit nobilius & excellentius omnibus alijs ſubjectis cæterarum ſcientiarum, probatur hoc modo. Quia ſubjectum illud ſcientiæ eſt ipſe Deus, vt dicunt Theologi *in Prologo ſententiarum.* maxime Richardus *quæſtion. 6.* & Tho. 1. *par. ſum. art. 7. quæſt.* 1. vbi probat Theologiam eſſe alijs ſcientijs digniorem: Vnde Theologi à θεὸς, quod eſt Deus, & λόγος, ſermo; quaſi ſermo de Deo. Raym vero Lullius, *in ſuo introductorio artis generalis in princip.* vbi ponit ſubjecta ſcientiarum, dicit, quod Deus eſt ſubjectum in Theologia. Et dicitur ſubjectum eo, quod omnia, quæ tractat ipſa Theologia, diriguntur ad dandum notitiam de Deo. Et ideo, vt dicit Io. de Turrec. *in proœ. decret.* quod ſubiectum Theologiæ eſt infinitum ipſe Deus, qui nobiliſſimus eſt, & infinitæ nobilitatis. Et etiam ibi dicit, quod Theologia eſt ſermo de Deo. Et quod Deus ſit ſubiectum in ipſa ſcientia Theologię; probatur per Philoſophum 1. *poſteriorum,* vbi dicit, quod illud eſt ſubiectum in ſcientia, cuius per ſe proprietates conſiderat ſcientia; ſed ſacra ſcriptura & Theologia conſiderat Dei proprietates & operationes; ergo Deus eſt ſubiectum in ea. Nam Theologia tractat de Deo multipliciter, ſeu multis modis.

Primo enim tractat de Deo ſecundum rationem ſuæ naturalis perfectionis. Eo, quia infra diuinam perfectionem comprehendūtur attributa diuinæ eſſentiæ, perſonarum emanationes, & diuinæ proprietates; ideo de illis tractatur in 1. *ſententiarum.*

Secundo tractat de Deo, inquantum eius perfectio relucet in operibus conditionis, & ſic tractat de creatione rerum, de creaturarū diſtinctione, & diſtinctorum ordinatione: & hoc *in 2. lib. ſententiarum.*

Tertio vero tractat de Deo, inquantū eius operatio relucet in operibus reſtaurationis, & multa opera comprehenduntur, facta à Chriſto, vt de natiuitate & paſſione, &c. Et de his tractatur *in 3. lib. ſcientiarum.*

Quarto tractat de perfectione ipſius, inquantum relucet in operibus ſanctificationis, in quibus intelligendum eſt virtutum infuſio & ſacramentorum nouæ legis inſtitutio: & de infuſione virtutum tractatur *in fine ipſius 3. lib.* De ſacramentorum vero inſtitutione *in 4. lib.* Item de operibus retributionis, *ibidem.* Et ſic patet, quod omnia, quæ conſiderantur in ſacra ſcriptura, ſiue Theologia, aut ſpectant ad Dei intrinſecam perfectionem, aut ad refulgentiam ſuæ perfectionis, per multiplicem eius operationem: quia per quandam eius appropriationem eius potentia maxime relucet in creatione.

Sapientia in adminiſtratione, gubernatione, & diſtinctione: miſericordia in reſtauratione & ſanctificatione: iuſtitia in reproborum damnatione, bonitatis affluentia, in electo-

ctorum glorificatione. Cum igitur omnia, quæ conſiderantur in Theologia, attribuuntur ipſi Deo, ſequitur q; ſubiectum eſt Deus: quod tenet Anton. Flor. *in ſua ſum. in 4. part. tit. 11. §. 7. ex quo in §. 8. illius partis & tituli* dicit, eam eſſe nobiliorem cæteris aliis ſcientiis. quod etiam tenet, & multum late explicat S. Thom. 1. *q. 17. q. per totum.* dicit *ead. qu. 3. ca. 1. Prolo. 4. per tot.* quod ens diuinum rationabile eſt ſubiectum Theologiæ. Hac igitur ratione Theologia omnes alias ſcientias excellit. Vnde 5. *Metaphyſ.* dicitur: quod ſcientia de Deo eſt nobilior; quia eſt de nobiliori ſubiecto. Et 8. *Ethic.* dicitur, quod eſt ſcientia ſcientiarum, & habet rationem capitis inter omnes ſcientias: & *in Prologo Metaphyſicæ* appellabatur Dea ſcientiarum. Ea propter Auguſt. *de ciuit. Dei. lib. 11. cap* 1. inquit: omnium gentilium literas, omnium ſibi genera ingeniorum humanorum diuina ſcriptura excellit, & autoritate ſubigit. Omnibus enim imperat quaſi principalis, & vtitur omnibus in obſequium ſui, quaſi vſualis, S. Thomas *in Prologo 12. cap. 1. Dantes quoque. in 2 cap. Inferni*, in commendationem Theologiæ introducit Virgilium loquentem Beatrici, quæ Theologiæ comparatur, & dicentem: *O mulier virtus ſola, per quam humana lex excedit omne contentum.* In quibus verbis oſtendit, quod per Theologiam humanũ genus tranſcendit omne, quod continetur intra orbem lunæ, & aſcendit vſque ad quintam eſſentiam. Omnibus enim ſine delectu doctrinis præponi debet. Omniumque ſcientiarum reginam eſſe teſtantur omnes diuina & humana ei tribuentes, & iam non vſque ad nubes, ſed in æthera quoque. Quin & ad illas quondam Luciferi ſedes eam collocantes, vt ſtatim amplius dicam, ponendo alias cauſas eius excellentiæ & præeminẽtiæ vltra omnes alias ſcientias.

VNdecima conſideratio; Excellẽtia Theologiæ probatur ratione certioris veritatis. Quoniam, vt ait Philoſophus & Commentator 1. *commento de anima.* Quanto vna ſcientia certiori demonſtratione procedit; tanto eſt dignior. Et iſta ſcientia, quæ procedit per demonſtrationem, propter quid, id eſt, à cauſa ſuper effectum, dignior eſt illa, quæ procedit per demonſtrationem; quia id eſt, ab effectu ad cauſam. Et ideo demonſtrationes mathematicæ hac ratione ſunt digniores: quia ſunt in primo gradu certitudinis, & naturales ſequuntur eas, vt dicit Linconenſ. *in 1. poſteriorum.* Auerr. *in 2. Metaphyſ.* Procedunt enim ex principiis & dignitatibus notioribus nobis; abſtrahentium enim mathematicorum non eſt mendacium. *2. phyſicorum.* Sed Theologia hac ratione omnes alias ſcientias excellit ſeu excedit. Nam omnes aliæ ſcientiæ habent certitudinem ex naturali lumine rationis humanæ: ipſa vero ex ſuperno lumine ſapientiæ increatæ, quæ errare non poteſt, 1. *Petri* 1. Spiritu ſancto illuminati locuti ſunt Dei homines. Errare enim non poteſt circa principia, nec circa cõcluſiones, quia Deus veritas eſt, *Ioan. 14. & c. ſi conſuetudinem. & c. qui contempta. 8. diſtinct.* Nihil autem verius eſſe poteſt, quam quod à veritate profertur. Ideo Propheta ait *Pſalm.* 118. Principium verborum tuorum veritas: in æternum iudicia iuſtitiæ tuæ, id eſt, verba tua procedunt à veritate tua, quæ eſt veritas increata, & omnis veritatis creatæ regula, ac ideo ſunt ſtabilia. *Matth. 5. & Marci* 14. ait Saluator: *Cœlum & terra, verba autem mea non tranſibunt.* Et tunc Theologi concludunt *in 3. diſtinct.* 24. quod fidei noſtræ nihil poteſt ſubeſſe falſum. Et aliquis dicat, quod etiam *in 12. Metaph.* tractatur de ipſo Deo, & de intelligentiis ſeparatis: propter quod Theologia non videtur nobilior Metaphyſ. & *in 8. Phyſicorum* tractatur de Deo, inquantum eſt primus motor. Reſpondendum eſt, quod hoc eſt tantummodo quo ad ea, quæ poſſunt inueſtigari lumine naturali, & inquantum ipſe Deus ſe habet ſecundum aliquam habitudinem ad Ens, quod analogice dicitur de creatore, & creaturis. Metaphyſica enim tractat de Deo; quia eſt de ente ſecundum quod Ens, & videtur velle Philoſophus 4. *Metaphyſic.* & Auicen *lib. 1 ſua Metaphyſ. cap.* 1. Sed Theologia tractat de Deo ſub ratione nobiliori, & mirabiliori. Quia ea, quæ

non

non ſunt nata, cognoſci de Deo à creatura per reuelationem, mirabiliora ſunt, quam ea, quæ poſſunt cognoſci de Deo per inueſtigationem naturali lumine factam. Nec etiam obſtat prædictis, ſi dicatur, quod certitudo pertinet ad dignitatem ſcientiæ, ſed aliquæ ſcientiæ certiores ſunt, vt Metaphyſica; quia de earum principiis dubitari non poteſt; ergo ſunt nobiliores Theologia; quoniam in ſacra ſcriptura principia non ſunt ita indubitabilia, vt ſunt articuli fidei. Quia reſpondetur ſecundum Thom. 1. *part. ſumma, quæſt.* 1. *artic.* 5. quod nihil prohibet illud, quod eſt certius ſecundum naturam eſſe quo ad nos minus certum. 1. *Phyſic.* vbi dicitur: quæ ſunt magis nota naturæ, ſunt minus nota nobis. Et hoc propter debilitatem intellectus noſtri, qui ſe habet ad manifeſtiſſima in natura: ſicut oculus noctuæ ad radios Solis. 2. *Metaphyſic.* Et tamen minimum, quod poteſt haberi de cognitione rerum altiſſimarum, deſiderabilius eſt, quam certiſſima cognitio, quæ habetur de minimis rebus, vt dicitur 11 *de anim.* prout dicit Florent. *in ſua ſumma, in 4 part. titu.* 11. §. 8. vel ſecundum Richard. *in prologo* 1 *quæſt.* 6. Theologia eſt nobilior aliis ſcientiis ſimpliciter, id eſt, in natura ſua, quamuis aliquæ aliæ ſcientiæ ſint certiores ſecundum quid, ſcilicet, per comparationem ad debilitatem intellectus noſtri. Nam nihil prohibet aliquid eſſe notius ſimpliciter, minus tamen notum quo ad nos. 1. *phyſic.* Certitudo autem, quæ eſt certitudo ſimpliciter, reddit ſcientiam nobiliorem, quam certitudo, quę eſt ſecundum quid, hoc eſt quo ad nos. Et vt dicit idem Anton. Florent. *in ſua ſum. 4 part. titul.* 11. §. 8. Hæc ſcientia habet certitudinem ex lumine diuinæ ſcientiæ, quæ decipi non poteſt. Aliæ autem habent certitudinem ex lumine naturalis rationis humanæ, quæ errare poteſt, vt etiam dicit S. Thomas *in di. 1. part. quæſt. 1. artic. 5. ſupra allegat.* Et ita etiam tenet Ioan. Ludou. Viualdus de monte regali *in ſuo opere regali in tract. de perſecutione Eccleſiæ in decima perſecutione*, vbi dicit, quod vtitur in obſequium ſui omnibus aliis, quod ibi ample probat, vt videri poteſt.

DVodecima cõſideratio; Etiam probatur excellentia ſcientiæ Theologalis ratione dignitatis materiæ; eo, quia vt dicit Anton. Flor. *in loco ſupra alleg.* Iſta ſcientia Theologiæ eſt de his principaliter, quæ ſua altitudine rationem tranſcendunt: vnde aliæ ſcientiæ dicuntur ancillæ, hæc vero domina iuxta illud *Prouerb* 9. Sapientia ædificauit ſibi domum, &c. Miſit ancillas ſuas vocare ad mœnia ciuitatis, & aliis ſcientiis vtitur tanquam inferioribus & ancillis, à quibus nulla accipit principia, ſed à Deo per reuelationem. S. Th. 1. *q.* 1. 5.

DEcimatertia conſideratio; Probatur excellentia Theologiæ ratione nobilioris, potioris & ſalubrioris finis. Quod ſic probatur: quoniam ſecundũ Philoſophum 2. *Metaphyſ.* Scientiarum quædam ſunt ſpeculatiuæ, quædam practicæ. Finis ſpeculatiuæ eſt veritas; finis practicæ eſt actio. Tanta autem eſt dignitas Theologiæ, quod nedũ ſpeculatiua ſcientia, ſed etiam practica dici poteſt. Richardus vbi ſupra *in 4 qu.* Et ſcientiarum ſpeculatiuarum nobilitas, ſeu excellentia attenditur penes nobilius obiectum atq; ſubiectum, & certiorem modum procedendi. Et his duob. modis Theologia excedit alias ſcientias, vt dictum eſt ante: practicarum autem nobilitas, ſecundum Philoſ. 1. *Ethic. c.* 1. attenditur penes nobiliorem, & potentiorem finem, qua tanto ſcientia practica eſt dignior, quanto eius finis eſt nobilior. Finis autẽ huius ſcientiæ practicæ eſt beatitudo æterna, ad quam ſicut ad vltimum finem ordinatum omnes fines aliarum ſcientiarum practicarum, dicit Anto. Flor. *in loco ſupra alleg.* vel, vt dicit Bern. de Buſt. *in loco ſtatim allegando*, eſt charitas, & æterna felicitas: quoniam ipſa Theologia inſerit virtutes, docet facienda, & omnia ad ſalutem pertinentia. 2 *ad Timot.* Aliæ vero ſcientiæ tendunt vel ad corpus humanum, vel ad temporalem tranquillitatem, vt dicetur amplius infra in aliis ſcientiis & articulis ſuis locis. Hinc ex his ſequitur, ꝙ eſt dignior

Digitized by Google

& nobilior omnibus aliis ſcientiis ratione finis.

DEcimaquarta conſideratio; Probatur excellentia Theologiæ, ratione vtilitatis, quæ apparet ex effectu, cum illuminet. Ad quod facit, quod habetur *Pſal.*118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis*. & Petr. *in can. ſua*. Habetis propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in loco caliginoſo. Et licet ſcientiæ ſeculares etiam illuminent in multis, aliter tamen, & aliter: illæ quidem, vt luna lucent in nocte, & interpolatim. Hæc autem ſacra doctrina, vt radius à ſole iuſtitiæ procedens Domino meo; ſemper & in totum orbem. Illuminatio quidem illarum ſcientiarum defectibilis eſt; ſiue ſpeculatiuæ ſint, ſiue practicæ, vel morales; tamen ordinant hominem ad felicitatem, quæ in præſenti haberi poteſt, politicam, vel ſpeculatiuam; non autem futuram: quam non nouerunt authores illarum, vt habetur *diſtinct.* 37. *§. hinc etiam filius*. Vnde Hieronymus tractans illud *Eccleſiaſtes* 10. *Labor ſtultorum perdit eos; quia neſcierunt pergere in ciuitatem*. Nominat ibi plures Philoſophos, Platonem, Ariſtotelem, Parmenidē, & alios, quos ſtultos appellat; quia non habuerunt rectum iudicium de vltimo fine Deo. Nam & ſimul tum laborauerunt in ſpeculando & inquirēdo veritatem: In multis tamen ex ſuo labore non reportauerunt vitæ æternæ donum, ſed perditionis; & hoc; quia neſcierunt pergere in vrbem ſupernam. Non enim eorum doctrinæ habent tale lumen, ſed hęc vera Theologia ſeu ſacra ſcriptura, quæ eſt vera ſapientia, perducit ad claritatem æternam, ponens copioſiſſime de vltimo fine vero Deo, & modo perueniendi ad eum ſequendum, qui eſt lux vera, & indeficiens: hæc dicit Anton. Florent. *in ſua ſumma* 4. *part. titu.* 11. *cap.* 2. *§. vnde. in §.* 5. dicit illam eſſe etiam neceſſariam ex rationibus ibi per eum adductis, quæ tendit ad hunc finem.

DEcimaquinta cōſideratio; Probatur excellentia illius ſcientiæ Theologicæ ratione excellentioris doctoris. Ab excellentia enim & dignitate doctoris ſignificatur ſcientia: vnde Grammatica Priſciani eſt dignior. Et Rhetorica Ciceronis apud Latinos, & Demoſthenis apud Græcos, & Poeſis Maron. apud Latinos, Homeri apud Græcos, & Philoſophia Ariſtotelis, & ſic de aliis authoribus aliarum ſcientiarum. Hæc enim ſacra Theologia, non Tullium, non Maronem, non Homerum, non Abraham, non Iſaac, non Iacob, non Moyſen, non Prophetas, non Petrum, non Paulum, non Ioannem, aut alios Apoſtolos, ſeu quoſcunq; alios homines: ſed filium Dei, qui eſt ſapientia patris, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, *ad Coloſſen.* 2. Cui omnia nota ſunt, *ad Hebræos* 4. &c. *Deuter.* 2. *quæſt.* 1 qui dicit Moyſi *Exod.* 4. Ego ero in ore tuo. Et *Ierem.* 1. Ecce, dedi verba mea in ore tuo. Et *Iohan.* 15. Omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Et *Lucæ* 21. ait Apoſtolus: Ego dabo vobis os & ſapiētiam, cui reſiſtere non poterunt omnes aduerſarii veſtri. Hanc autem ſcientiam non ſolum tradidit vobis Deus per Patriarchas & Prophetas, & per ipſos Apoſtolos, à Spiritu ſancto inſtructos, quibus ait *Matth.* 10. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Sed etiam voluit docere per ſeipſum, *Matt.* 5. Aperiens os ſuum docebat eos.

Vnde Claudian. Poeta ait illi:

Impia tu noſtra domuiſti crimina vita.
Paſſus corporea mundum veſtire figura.
Affirq; palam populis, legemq; fateri.

Hinc dicit Anto. *in ſua ſum.* 4. *par. tit.* 31. *ca.* 2. §. 1. Quod authoritas ſacræ ſcripturæ eſt magna, & maior eſſe non poteſt: quia à Deo eſt reuelata. Ideo dicitur *Pſalm.* 118. hic ante allegat. Declaratio ſermonum tuorum, qui, ſcilicet, ſunt à te Deo proferente. Et vt ait Petrus *in ſua canon.* Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Et de Paulo *ad Hebræos* 1. Multifarie, multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, ſcilicet in veteri teſtamento. Nouiſſimis diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, &c. vt ibi. Ex quibus patet dignitas Theologiæ à tam excel-

Digitized by Google

excellentiſ.doctore tradita, à quo proceſſit. Ex quibus ſupradictis conſiderantur origo, effectus & finis huius ſcientiæ, ex quibus laudatur ſcientia.

DEcimaſexta cõſideratio; Etiam apparet eiuſdem ſcientiæ excellentia ratione diſciplinatus perfectionis. Nullus enim Philoſophorum, aut Poetarum, vel Oratorum, aut aliorum Magiſtrorum cæterarum ſcientiarũ in magnis Gymnaſiis habuit tales diſcipulos. Nam Socrates habuit Platonem, Plato Ariſtotelem, Ariſtoteles Alexandrum Magnum, Plutarchus Traianum, Seneca Neronẽ, Mutius Publius Aquilium Gallum, Cornelius Maximus Trebatium, Volnſius Aulum Caſſelium, & quam plures alii. de quibus *in l. 2. ff. de orig. iur.* quo ad ſcientiam legalem. Sacræ autem ſcripturæ diſcipuli ſub Deo præceptore & doctore fuerunt Moyſes, Samuel, Dauid, Abraham, Aaron, Ieremias, Eſaias, & alii Prophetæ. In nouo quoque Teſtamento fuerunt Ioann. Baptiſta, quo inter natos mulierum non fuit maior, *Matth. 11.* & Apoſtoli, cæterique diſcipuli ac fideles, quibus (vt dicit *ad Hebr. 11.*) dignus non erat mundus. Alias tres rationes ponit Bernar. de Buſt. ad demonſtrandum eius excellentiam, *in 2. part. ſui Roſar. in ſermon. 29. in 2 part. in litera N. in fine.* poſt aliquas ex prędictis, ſed cum non videantur mihi habere magnum ſaporem, ad illum te remitto: & in litera ſequente, *quæ eſt NN. duplicata*, ponit, quomodo in ſe continent omnes alias ſcientias, ex quibus concludit illam eſſe digniorem, nobiliorem, & excellentiorem omnibus aliis ſcientiis. Ex quibus concludendum eſt, quod doctores Theologi omnibus quibuſcunque aliis doctoribus ſunt præferendi. Ex quo, vt videmus tam per concordata, quam per regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, vbi beneficia debẽtur graduatis nominatis, præferendi ſunt doctores in Theologia: licet præpoſitus dictus Cardinalis *in proœ. decreti*, in fine dicat, quod in beneficiis conferendis pręferendus eſt Canoniſta Theologo. Dicam amplius in gloſſis concordatorum, & infra.

DEcimaſeptima conſideratio; Scientia iuris canonici cæteris poſt Theologiam dignior eſt; quod multipliciter oſtenditur, & maxime quod ſit dignior ſcientia iuris ciuilis, in quo per conſequens ſit dignior omnibus aliis ſcientiis: cum ſcientia iuris Ciuilis ſit dignior omnibus aliis. Quod oſtenditur ex multis. Primo, ex eius neceſſitate; cum ſcientia iuris Canonici ſeu eius vtilitate: quæ neceſſitas oſtenditur ex quinque.

Primo quidem, quantum ad fidei munitionem, & Eccleſiæ ſanctæ Dei contra errores, & hæreſes ſubortas. Licet enim in ſacra ſcriptura quid credendum ſit, contineatur pleniſſime; nihilominus multi errores & hæreſes ſubortæ ſunt in Eccleſia Dei occaſione peruerſorum hominum, qui aliter ſcripturam ſanctam interpretati ſunt, quam Spiritus ſanctus efflagitat. Quocirca neceſſarium fuit ad habendum veram conſonantiam ſcripturæ ſacræ, vt ſancti patres ſpiritu Dei pleni, ſimul conuenientes multa explicarent, exponerent & interpretarentur de ſcriptura ſancta. Et ita illuſtrata veritate nubila propalarentur errorum, quod maxime factum eſt in quatuor vniuerſalibus conciliis, quorum Canones, & diffinitiones ſanctę, propugnacula, & lucernæ fidei noſtræ ſunt in Eccleſia ſancta Dei. Vnde B. Gregorius *in ca. ſicut 15. diſtinct.* Quatuor concilia ſunt quatuor libri Euangelii, quo ſe profiteri & venerari teſtatur, quare *in c ignorantia 38. diſt.* dicitur, quod ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in ſacerdotibus Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sequitur ibi: *Sciant ergo ſacerdotes ſcripturas ſanct. & Canones.*

Secundo; prædicta ſcientia eſt neceſſaria ad morum informationem. Tradit enim hæc ſcientia Canonica plurima præcepta & documenta ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ ad religionem, pietatem, & ſanctimoniam omnes homines maxime componunt. Iuris namque præcepta ſunt honeſte viuere, alterum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere. *l. iuſtitia §. iuris. ff. de iuſtit. & iur. in proœm. Gregoriano*; quare optime conuenit huic loco illud

Iud *Prouerb.* Audi, fili, diſciplinam patris tui, ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia, id eſt, corona capiti, & torques collo tuo. gloſſ. 1. fulgor perfectæ operationis. de quo habetur i *d.c. ius militare*.

Tertio; prædicta ſcientia Canonica eſt neceſſaria ad diſcretionem graduum, & ordinum Eccleſiaſticorum & litium, & iurgiorũ terminationem. Creſcente enim Eccleſia ipſa Deo authore gradibus & ordinibus rite in ea diſpoſitis; cum ad eos diſcernendos, & lites, quas cupiditas effrenata, pacis æmula, quotidie generat, lex non ſufficeret Euangelica, tam ab Apoſtolis, quam eorum Vicariis per ſucceſſiones temporum, ſtatuta plurima ſunt edita, quæ generali vocabulo Canones appellati ſunt. Per quæ, & diſpoſitionis in gradibus & ordinibus (quorum varietate ipſa Eccleſia tanquam Regina ornata eſt) diſtinctio haberetur, & noxio humano appetitu ſuo iuris regulis limitato, iurgia Eccleſiaſtica ſopirentur. Quare *in c. ſacerdotibus. diſtinct.* 38. inter alia, quæ ipſis ſacerdotibus ſunt neceſſaria ad addiſcendum, B. Hieronymus ponit Canones: ergo ſcientia Canonica eſt neceſſaria ad ſeruandam vnitatem Doctrinæ, & Religionis in Eccleſia Dei, cuius vna debet eſſe fides, & obſeruantia pietatis: quod fieri nõ poteſt, ſi non haberetur notitia regularum, ſanctionum ſanctorum patrum, quos Chriſtus tanquam operis ſui Vicarios Eccleſiæ ſuę præeſſe voluit paſtores, & doctores; quare *in c. nulli ſacerdotum. 38. diſt.* dicit Celeſtinus Papa, nulli ſacerdotum liceat Canones ignorare, nec quicquam facere, quod poſſit patrum regulis obuiare.

Quarto; eſt neceſſaria ad multarum quæſtionum ſolutionem, quæ in ſacris Canonibus & ſanctionibus ſanctorum ſummorum Pontificum ſunt apertæ, & dilucidatæ, illius maxime ſedis eſt fidei, & altiſſimarum cauſarum dubia plana facere. iuxta *c. quoties. & c. eſt fides. 24. q. 1.*

Quinto; hæc ſcientia Canonica eſt neceſſaria; quia in nulla alia ſcientia traditur nobis perfecta doctrina ordinum & officiorum Eccleſiaſticorum, ſicut in canonica. Vnde, vt dicit ex prædictis Ioann. de Turrecr. *in proœmio decret. ver. ad premium.* manifeſta eſt huius ſcientiæ neceſſitas, vbi reſpondet ad argumẽta, quæ fiunt in oppoſitum, quod videbatur, quod non eſſet neceſſaria attenta Theologia, quæ ſatis videbatur ſufficere ad determinationem eorum, quæ ſunt in ſcientia iuris canonici.

Pro ſexta ratione dicit Hoſtienſ. *in ſumm. in proœm. ibi; quæ vtilitas*, quod hæc ſcientia affert magnam vtilitatem, vt inter iuſtum & iniuſtum, æquum & iniquum ſciamus diſcernere. Vt honeſte viuamus, alterum non lędamus, & ius ſuum vnicuique tribuamus, vt *in proœm. Gregoriano. §. ideoque lex.* Sed iſtud eſt proprium iuris ciuilis, vt infra dicam *in ſequenti conſid.*

Secundo; excellentia illius computabitur ex eo; quoniam, vt dicit Hoſt. *in proœm. Gregoriano. verſic. cui parti Philoſophiæ ſupponatur.* Non eſt quærendum, cui parti Philoſophiæ ſupponatur, ſed cui ſcientiæ tota Philoſophia ſupponatur, & poteſt reſponderi pro canonica, quæ omnia comprehendit. & dicit Io. de Turrecrem. *in proœm. decret. in verſic. ad tertium.* Quod ſaltem Theologiæ partim, & Philoſophiæ partim ſupponitur. Sed in quantum Philoſophiæ ſupponit, eſt ea ratione, qua dicitur de ſcientia iuris ciuilis, vt amplius dicam.

Tertio; eius excellentia probatur ratione finis, quæ eſt eadem cum Theologia, vt ſcilicet ædificẽtur. vt dicit Hoſt. *in d. proœ. ſuæ ſum. ver. quis finis. ibi: ſecundo, vt ædificentur.* & ad hunc tendunt Theologi, & Canoniſtæ.

Quarto; excellentia huius ſcientiæ iuris canonici probatur ex eius digniori ſubiecto ad alias ſcientias; quod quale tamen ſit, ſunt diuerſæ diuerſorum opiniones. Et inter alias Hoſt. in loco præallegato dicit, quod ſubiectum huius ſcientiæ eſt fides catholica: cum, vt dicit, ſit materia. Sed hoc non approbat Io. de Turrecrem. *in loco vbi ſupra alle. ver. ad quintum.* cum vt dicit illud eſt ſubiectum in ſcientia, de quo & eius proprietatibus eſt principalis & totalis conſideratio talis ſcientiæ: ſed fides catholica non eſt huiuſmodi, de

qua

quia,& eius proprietatibus ſit tota ſcientia iuris canonici. Et etiam quia ſubiectum ſciẽtiæ debet complecti omne, quod determinatur in illa ſcientia; hoc autem non facit fides catholica reſpectu omnium, quæ determinãtur in iure; igitur, &c. Et etiam fides eſt virtus Theologica, cum Deum habeat pro obiecto, & fine. Vnde ſi ſubiectum alicuius ſcientiæ eſſet dicendum; magis ſcientiæ Theologicæ eſſet dicendum ſubiectum, quam iuris canonici, quod tamen non dicitur. Et vt finaliter ponam ſubiectum Ioan. de Turrecrem. omittendo alia, quæ reprobat, vbi ſupra. Eſt bonum ciuilitatis Chriſtianæ; ſecundum ordinem iuſti, & recti, ſecundum leges ſiue cõſtitutiones canonicas per os ſanctorum patrum promulgatas diuinitus: quod, vt dicit, ſic oſtenditur: Id ſubiectum in aliqua ſcientia, quod principaliter intenditur, & gratia eius omnia alia in eadem ſcientia conſiderantur. Sed omnia alia, quæ tractantur in ſcientia iuris canonici non alterius gratia tractari videtur, quæ communicatio ciuilitatis Chriſtianæ recte, & ſancte regatur ac honeſte viuatur, vt dicit Grego. *in d. proœ. Gregoriano ſupra alleg.* Vel, vt dicit, ſcientia ſubalternans & ſcientia ſubalternata debent aliqualiter conuenire in ſubiecto, licet ſubalternata addat aliquid ad ſubiectum ſcientiæ ſubalternantis, vt dicit ibi: ſed ſubiectum ſcientiæ moralis, vt dicit Albertus, eſt bonum hominis, ſecundum quod homo: & ſubiectum ſcientiæ politicæ communicatio ciuilis ſecundum ordinem recti & iuſti, vt idem Albertus teſtatur. Ergo ſubiectum ſcientiæ iuris canonici, quæ morali ſcientiæ ſubalternatur, vt dicit idem de Turrecrem. *in dicto loco ſupra allegato. verſi. ad tertium.* ſit bonum ciuilitatis Chriſtianæ ſecundum ordinem recti, & iuſti, ſecundum leges, ſiue conſtitutiones canonicas per os ſanctorum patrum diuinitus promulgatas. Et hæ partes ponuntur ad diſtinguendum ſubiectum huius ſcientiæ à ſubiecto aliarum ſcientiarum humanarum practicarum. Quoniam ſcientia iuris ciuilis habet idem ſubiectũ, quod ciuilitas Chriſtiana magis tendit ad ſalutionẽ animæ, & actus concernentes animam, quam ſcientia iuris ciuilis. Et ideo, cum anima ſit corpori præferẽda. vt eſt text. *in l. ſancimus. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* videtur, quod etiam ſcientia iuris canonici ſit ſcientiæ iuris ciuilis præferenda, dicam infra.

Quinto; excellentia iuris canonici eſt cæteris omnibus ſcientiis præferenda propter vicinitatem, quam habet ad Theologiam, quod probatur ſic. Scientia canonica eſt vicinior ſcientiæ diuinæ, quam ſit ſcientia ciuilis, & quæcunque alia: ergo concluſio vera conſequentia patet; quia ſicut gradus nobilitatis, & dignitatis inter intellectuales naturas attẽditur penes maiorem proximitatem ad intellectum diuinum: ita gradus nobilitatis inter ſcientias accipiendus eſt penes earum maiorem ſimilitudinem cum ſcientia diuina. Aſſumptum probatur ex dictis per Ioann. de Turrecrem. *in dicto loco.* & ex his, quæ ante dixi.

Sexto; probatur ex parte materiæ ſic: Materia iuris canonici eſt nobilior materia ſcientiæ iuris ciuilis, & quarumcunq; aliarum ſcientiarum; ergo ſcientia iuris canonici eſt dignior cæteris: conſequentia patet per Ariſtotelem 1. *de Anima.* vbi vnam ſcientiam dicit nobiliorem alia; quia mirabiliorum, & honorabiliorum eſt. Aſſumptũ patet & eſt manifeſtum; quia ſcientia iuris canonici tractat de articulis fidei, de diuinis officiis, & Eccleſiaſticis ſacramentis, & documẽtis, quæ multa dignitate excellunt materiam, quæ tractatur in ſcientia ſcilicet ciuili, vt ſupra dictum eſt, & infra latius dicam: igitur, &c.

Septimo; oſtenditur ex parte finis ſic: Finis, quem intendit ſcientia iuris Canonici eſt ſuperior & altior, quam ſit finis ſcientiæ iuris ciuilis aut aliarum ſcientiarum: ergo ſequitur, quod ſcientia iuris canonici ſit cæteris nobilior. Conſequentia eſt bona, per Ariſtotelem vbi ſecundum ordinem finium ponit ordinem dignitatum inter diſciplinas. Aſſumptum eſt manifeſtum, quoniam finis ſcientiæ iuris ciuilis, vt procedit à fundamento fidei catholicæ & doctrina Eccleſiæ, conſiſtit tantum in habitu

bitu elicito ex legibus gentilium, vt continetur in compilatione Digeſtorum; eſt felicitas humana nullo habito reſpectu ad beatudinē alterius vitæ perpetuæ. Finis vero ſcientiæ iuris canonici non modo non eſt bonum hominis in perfectionem virtutum moraliũ: ſed ſecundum perfectionem infuſarum virtutũ, quæ ad beatitudinem ſupernam præparant, & diſponunt.

Octauo; probatur, & oſtenditur ex parte ipſarum legum; quoniam lex & canonica regula eſt tanquam dirigens regulas, & corrigens leges iuris ciuilis. Ergo ſcientia iuris Canonici eſt dignior, & nobilior. Conſequētia patet ex terminis; aſſumptum vero patet *diſtinct. 4. per totum*, vbi oſtenditur, quod cõſtitutiones principum Eccleſiaſticis conſtitutionibus non præeminent, ſed obſequuntur. *2. quæſt. 3. cap. Euphemium.* Leges ſeculi ſacros Canones ſequi non dedignantur, & habetur *in Authen. vt clerici. & in Authen. de Eccleſiaſt. titu. in princip.* & eſt text. *in cap. clerici. vbi doct. de iudic.* de correctione vero habetur *in can. conſtitutiones. diſt. 4.* vbi dicit text. *Conſtitutiones Principum contra Canones, & decreta Romanorum præſulum vel bonos mores, nullius ſint momenti.*

Nono; probatur eius excellentia ex parte conditoris. Conditor enim canonum eſt Papa verus Chriſti Vicarius, vniuerſalis Eccleſię paſtor. Conditor vero iuris ciuilis eſt Imperator, qui in protectionem Eccleſiæ, Papæ miniſter eſt, iurat illi fidelitatem, & defenſionē eccleſiæ. *c. tibi domino. 63 diſtinct.* Ergo videtur, quod ex hac parte etiam ſcientia iuris canonici ſit dignior, quam ſcientia iuris ciuilis. conſequētia patet, & aſſumptum. De conditore tamen iuris ciuilis aliter dicam infra, dũ ponam eius excellētiam vltra alias quaſcunque ſcientias.

Ex quibus infertur, quod doctor iuris canonici præferendus eſt doctori iuris ciuilis. & ita tenet Ioan. And. & omnes alii *in cap. clerici. de iudic.* dicit Ioan. de Turrecrem. *in proœ. decreti.* Dicit tamen præpoſitus ibi, quod diceret bonum doctorem legiſtam præferendum doctorello ignaro Canonum, per text. *in c. quæ ipſis 23. diſtinct.* dum narratis pluribus, quæ oportet ſacerdotes ſcire, ſubiicit, ex quibus omnibus ſi vnum defuerit, ſacerdotis nomen in eo vix conſtabit. facit gloſſ. *in verb. omnino. in §. ordinatione. in Authen. de monachis.* Ludouic. poſt Angelum, & poſt eos Alexand. & dom. meus Iaſ. *in l. cum quid ff ſi cert. pet.* Arch. *in c. de quibuſdam 31. diſtinct. l. 1. C. de athletis lib. 11. l. 1. C. de annonis ciuil. bus eod. lib.* dicam latius infra. Sed ibi dicit Præpoſitus, quod Ioan. And. *in ca 1 de conſang. & affinit.* dicit, quod in beneficiis conferendis, pręferendus eſt Canoniſta Theologo, niſi beneficium eſſet, vbi hæreſes pullularent, ſecundũ etiam Gem. *in d. c. Epiſcopus. 17. diſt.*

Decimaoctaua cõſideratio; Cum hi verſantur inter ſcientias iuris canonici, & iuris ciuilis, videndum eſt, an ſcientiæ dici poſſint. Et videtur, quod non: Eo quia Legiſtæ vel Canoniſtæ, vt inquiunt Logici, non habent modum arguendi, nec cognoſcunt per cauſas, ſed nituntur tantummodo autoritate legis vel canonis; quia dicunt: *Ita Lex dicit; ita Canon loquitur.* Sed qui per cauſam non cognoſcit, non ſcit; quia ſcire eſt res per cauſas cognoſcere. Et ſecundum Ariſtotelem 1. *Poſteriorum. & 2. Metaph. & 23. quæſt. 7. c. occidit. de teſtib. c. cum cauſam.* & Rofred. *in princip. ſuorum libellorum.* per Ioann. And. *in proœm. 6. in l. pupillus.* vbi Bartol. & Bald. *ff. de acquiren. hæred.* per Angel. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 14. col. ff de verb. oblig.* And. Bart. *in c. clerici. in 5. col. ibi: nam ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere extra de iudic.*

Secundo facit; quia leges dicuntur amare ſimplicitatem, non ſubtilitatem, vt *l. ſicut circa fin. ver. ſi debitori, ibi: hæc autem ſubtilitas iudicibus non admittitur. ff. quibus mod. pignus vel hypoth. ſoluitur. l. 1. Cod. vt actio. ab hæred. & contra hæred. incip. ibi; nec propter nimiam ſubtilitatem, & in cap. dilecti filii. ibi; prouidentius & attentius, ne ita ſubtiliter, ſed ſimpliciter & pure. extra de iudic. c. capellanus. extra de feriis.* cum multis aliis, quæ allegari poſſent.

Tertio facit; quia lex eſt voluntaria, vt per Ariſtot. *in 1. de cœlo, & mundo. not. gloſſ. Inſt. de vſucap.* dum dicit, quod ſufficit pro ratione volun-

Digitized by Google

voluntas. & probatur *in l.proſt exit. ibi; quia ita verba faciunt. ff. qui & à quibus.* & ibi per quam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt, de intellectu cuius legis videatur Fel. *in c. ſi quando. in 8. col. extra de reſcript* & dom. meus Iaſ. *in l. non dubium. 7. col. C. de legib.* Facit ad propoſitum *l. non aliter. ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi is qui. ff. de exercit.* Hinc dicitur, quod Principi placuit, legis habet vigorem. dicit text. *in §. ſed quod Principi. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.* & non omnium, quæ à maioribus noſtris cõſtituta ſunt, ratio reddi poteſt. *l. non omnium. ff. de legib.* & ſubiungit lex ſequens. *Et ideo rationes eorum, quæ conſtituuntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex his, quæ certa ſunt, ſubuertuntur.* & facit *l. benignius. ff. eodem. de legib.* vbi dicitur; benignius leges interpretandas eſſe, quo voluntas earum cognoſcatur: & pro certo illa lex, nõ omnium, eſt ſingularis & multum prodeſt Legiſtis, vt dicit Alex. *in Apoſt. ad Bald. in l. ſolam. C. de teſtib.* allegando Ang. *in d. l. omnium.*

Quarto facit; quia eſt opinatiua, & formidine permixta, & ſic non certa & determinata, vt videtur probari *in §. reſponſa prudentiũ, in verb. opinionis. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & in l. ſi me & Titium. in verb. ſubſiſto. ff. ſi certum pet. & in l ſeruum quoque. in verb. ſubſiſtimus. ff. de procur.* Ex quibus iuribus patet, quod non ſunt reprehendendi multi doctores, qui in eorum dubiis poſt quaſdam rationes hincinde allegatas, dicunt finaliter, *cogita,* aut alia ſimilia verba ad demonſtrandum, quod tantum opinatiue loquuntur, & non deciſiue, prout poſſunt facere ex prædictis.

Quinto facit; quia lex ſeu ars ciuilis, aut ſcientia non eſt paſſim neceſſaria; quoniam, vt habetur *in c. licet. de regul.* quæ ſpiritu Dei reguntur, non ſunt ſub lege. & quod Innoc. dicit *in c. paſtoralis. de offic. ordin.* vbi habetur, poſſunt cum tanta ratione regi, quod non ſubiicerentur exercitio legis; & not. do. Ab. *in c. Rex pacificus. in proœm. decretal.* & bonus text. *in Auth. de nupt. §. ſi vero. coll. 4.* Imo etiam, quod plus eſt, eſt variabilis, *c. 1. de conſt. lib. 6. l. non eſt nouum. cum ibi notatis. ff de legibus, c. non debet. de conſang. & affin.* qui text. facit tamen, quod non debet dici per hoc quin ſit ſcientia, cum dicit text. non debet irreprehenſibile videri, ſi ſecundum varietatẽ temporum variantur & iura: cum Deus etiam ex his, quæ in teſtamento veteri ſtatuerit, etiam in Teſtamento Nouo mutauerit. Nam, ſi Deus quandoq; variet ſua ſtatuta & ordinationes, ideo & nos mutare poſſumus exẽplo Dei, cuius actio noſtra eſt inſtructio.

Sexto facit; quia notitia legalis & canonica non eſt vtilis, ſed localis, vt *cap. ſuper ſpecula. ibi; quia tamen in Francia, & nonnullis in prouinciis Romanorum Imperatorum, niſi in quantum nituntur ratione, & non alias.* Et etiam Iudæi & Pagani non ligantur nec ſubiiciuntur Canonibus *c. gaudemus. de diuor.* Fel. *in c. 1. in 11. col. extra de conſtit.* Et etiam videmus, quod quaſi omnes patriæ & prouinciæ, imo etiam ciuitates habent ſua ſtatuta, etiam legibus & iuribus communibus repugnantia & contraria, quibus viuunt, ſecundum quod notatur *in l. de quibus ff. de legib. & in §. ex non ſcripto. Inſtit. de iur. nat. gentium, & ciuili.*

Septimo facit; quia non omnibus prouidit, cum non omnes caſus poſſint ſub lege comprehendi, vt dicit tex. *in l. neq; ff. de legib.* Ergo talis cognitio vel notitia, non poteſt dici ſcientifica; quia ſcientia debet eſſe de immutabilibus æternis & determinatis, vt per Ariſtotelem 5. *Ethic.* & lex debet poni vniuerſaliter & particulariter, vt per eundem Ariſtotelem in loco prææallegato: quia particularia ſunt infinita, quæ à nobis cognoſci non poſſunt, ſed cum ſit de artibus humanis, impoſſibile eſt vniuerſaliter verum dicere: quia eſt vtile in aliquo caſu particulari oppoſitum legis obſeruari, & de quo multa exempla poſſunt poni, vt patet ex notatis *in l. omnes populi. ff. de inſtit. & iur.* per Bart. *in 6. quaſt.* & per id quod notant Inno. Pan. & doct. *in c. 1. de conſtitut.* dum dicunt; quod licet aliquando leges tranſgredi ex magna cauſa, de quo ibi plura per Fel. *in 14. col. ibi; fallit ſeptimo.* & per do. meum Iaſ. *in l. non ſolum. §. morte, in 17. & 8. col. ff. de noui oper. nunt.* & Bart. *in rub. C. qui admit. & in c. etiam ſi clerici de iudic.* & per eundem Dom. meum Iaſonem *in l. 1. in 2. &*

Digitized by Google

2.col.C.de preci.Imper.offer. vbi limitat dictum Innoc.duobus modis *in 2.colu.* & etiam dicit, quod hoc caſu conſulendus eſt ſuperior, ſecundum doctrinam Lud.Rom.de qua ibi per dom.meum Iaſ. *& in §.ex maleficiis. in 3 colu. Inſtitut.de action.* dixi alibi *in conſuetud.noſtris Ducat.Burgund.in tit.des iuſtices.§ 5.in gl. pour la premiere foys.*

Octauo; Nam nulla doctrina poteſt appellari ſcientia, quæ eſt verorum, & æternorum in veritate, & impoſſibilium aliter ſe habere, cum vt ait Philoſophus *in 1. poſteriorum*, quia nihil ſcitur niſi verum, vt voluit Bald. *in cap.2. de conſtitu.* vbi dicit, quod ſcientia eſt entium, non eorum, quæ natura aut ars reuelauit. *Bal. in c.cum contingat. de reſc.* Pet.de Anch. *in cl.1. de conceſſio. preben.* per gl. *in l.ſi pater. ff. de hered.inſtit.* probatur *in d. cap. qui occidit. 23. q. 8.* ſed legalis ſcientia & canonica eſt circa contingentia in humanis actibus extrinſecus contingent. aliter ſe habere, & diuerſimode ſe habere. ex quo dicit Barb. *in d. c. ſi clerici. in 6. & 7. col.* quod lex adaptatur tempori, & eſt mutabilis, vt dixi: igitur, &c.

In contrarium tamen quod ius ciuile, & canonicum ſit ſcientia, probatur ex pluribus.

Primo, per text. *in procem. fforum circa prin. in verb. profeſſores legitima ſcientia conſtitutos.* & ibi: *prima veſtigia cuiuſque ſcientia mediocriter tradentes. & in quarta colum.* ibi; *& hi qui rudes adhuc legitima ſcientia capeſſenda aſpirant. & in penult. colum.* ibi; *nihil legitima ſcientia eis deerit.* & ibi; *hac ſola ſcientia fidem habet mirabilem.*

Secundo; probatur per text. *in leg.1.ff.de iuſtit. & iure.* ibi; *ius eſt ars boni, & aequi.* & ibi; *aequi, & iniqui notitiam profitemur.* & ibi; *aequū ab iniquo ſeparantes, & licitum ab illicito diſcernentes.* Nam ſi ius eſt ars: vt *ibi, & in procemio Digeſtorum, in penult. colum.* ergo eſt cognitio; quoniam vt dicit Philoſophus *1. poſteriorum.* Omnis ars & doctrina fit ex præexiſtentis cognitione, ſicut contingit in iure; cum in eo diſtinguamus æquum ab iniquo, quæ diſtinctio fieri non poteſt ſine cognitione, & non poteſt capi ars niſi pro habitu ſcientifico.

Tertio; probatur per textum cum gloſſ. *in leg.1. Cod. de ſtudiis liberalibus, libro 11.* Dum ibi iuriſperiti & medici dicuntur eſſe Philoſophi veri profundioris ſcientiæ & doctrinæ.

Quarto; probatur; quia leges habent rationem & cauſam: ideo eam doctores, & præſertim legentes ſemper inueſtigant quærentes de ratione dubitandi: Item de ratione decidendi. De ratione dubitandi: quia lex non fit niſi in caſu dubio. *l. Labeo. ff. de Carbon. edicto. l. antiqua. Cod. de furtis.* In claris enim non opus eſt laborare. *l. continuus. § illud. ff. de verbor. obligat.* Item quia de ſingulis dubitare non eſt inutile, vt *in prædicamentis Ariſtotelis*, & per gloſſ. *in leg.3. Cod. de Sum. trinit. & fid. Cathol.* De ratione decidendi, vt intelligatur, quod eſt cum ratione facta, ſicuti eſſe debet. *4. diſtinctio. cap. erit autem lex.* Et ſic multis alijs omiſſis, conſtat ex his jus ciuile eſſe veram ſcientiam.

Quinto; quia conſtat, quod non eſt ſolum ſcientia practica, ſed etiam ſpeculatiua. Quoniam oportet prudentem juris ſoluere nodos, quæſtiones, & controuerſias, quæ nunquam etiam contigerunt, quod non poteſt fieri niſi per ſubtiles indagationes & per ſpeculationem. Quo fit, vt quia ſubtiliter indagandum eſt, incedendum per augmenta, rationes, & ſimilia, & alijs varijs modis ſecundum regulas juris, quas decet habere nota, quod deteſtandi ſunt illi qui tantummodo (vt ſunt multi) vtuntur temeritate pro ſcientia, contra textum *in leg. quiſquis. C. de poſtuland.* vel qui tantummodo vadunt per repertoria, & qui nihil volentes à ſe ipſis cogitare, timent conſulere, vel pronunciare; quoniam id à doctoribus non reperiunt tactum, & hoc licet adſit bona ratio vel bonum ſimile, ſed male; quia vt etiam inquit Paul. de Caſtr. *in leg. Clodius. ff. de acquirend. hered.* pernicioſus eſt talis timor, & miſerrimus eſt talis intellectus. Miſerrimi enim eſt ingenij vti inuentis, & non inueniendis, dicit Boëtius *de diſciplina ſcholarium*, & dicit Fel *in c. cum ordinem in 4. col. extra de reſcript.* Quod expedire conſultationes per regulas generales, eſt officium procuratorum, & eorum doctorum, quos vulgus poſitiuos appellat, & propterea etiam

Digitized by Google

etiam rationibus innitendum eſt, vt dicit text, *in l. 2 §. ſed quia. C. de vet. iur. enucl. & in proœm 6.* Natura ſemper nouas deproperat edere formas. Et quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. diuus ff. de reſtit. in integ.* Et quia, cum plura ſint negotia, quam vocabula, non poſſunt omnes articuli ſigillatim decidi, ſed debet procedi per rationes, & ſimilia, vt *l. non poſſunt. ff. de legib.* Imo, quod plus eſt, eſt certiſſima ſcientia; quia habet finem, quem non habent aliæ ſcientiæ, vt ſupra dixi, & habetur *in proœm. ff. col pen.* habetq; certiſſimas rationes, cauſas, & demonſtrationes, vt peritis notum eſt, ſed vt dicit Philoſ. *in 1. de anima.* vnde ſcientia dicitur nobilior altera, vel à ſubiecto nobiliori, vel quia eſt certior, vel propter vtrunque ſimul. Et de ſubiecto nobiliori dicam ampliſſime in duabus ſequentibus conſiderationibus.

Sexto; imo non ſolum eſt ſcientia ſimplex, ſed inter alias digniſſima. Cum ſit diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia, authore Chryſippo, vt *l. iuſtitia. ff. de inſt. & iur. & Inſtit. eod. tit. in princ.* quæ eſt illius diffinitio, à qua non eſt recedendum; quia ſecundum Philoſophum 7. *Metaphy.* diffinitio eſt ſermo indicans quid ſit eſſe rei per eſſentialia, & ſecundum Bald. *in rubr. C. qui admitti.* allegantem Boetium. Diffinitio eſſentiam rei claudit, & alluſio ſiue etymologia intelligentiam rei. Et propterea dicit Bald. *in l. non ſine. C. de bonis quæ liber.* quod illud dicitur ineſſe, quod conſtat ex ſui diffinito.

Septimo; quod plus eſt; non ſolum dicitur ſcientia: ſed etiã ſapientia ſecundũ Iuriſconſultum, *in l. 1. §. proinde. ff. de variis & extraord. cogn.* qui dicit, quod ſanctiſſima res ciuilis ſapientia, & facit; quia ſecundum B. Thomam *2. 2. q. 1. art. 2. de dono ſcientiæ*, cognitio diuinarum rerum vocatur ſcientia; ſed cognitio legalis eſt huiuſmodi, per iura allegata, & bonus text. *in l. 1. C. de vet. iur. enucl.* vbi dicit text. Nihil tam ſtudioſum in omnibus rebus inuenitur, quam legum authoritas, quæ & diuinas & humanas res bene diſponit, & omnem expellit errorem, & ſic ſapientia. Quoniam, vt dicit gloſſa *in d. §. proinde.* Ciuilis ſcientia eſt ſanctiſſima quo ad animam, & firmiſſima quo ad mundum. Et dicit Philoſophus ad Alexandrum: ſcientia eſt conſeruatiua animæ, ſicut ſanitas corporis. Sed hæc ſcientia eſt huiuſmodi: quia fecit homines virtuoſos, dirigens eos in Deum, tollens lites, rixas, controuerſias, & alia, ex quibus ſequi ſolent homicidia & omnia alia mala: ergo eſt conſeruatiua animæ & corporis, & ſic ſanctiſſima quo ad animam, & firmiſſima quo ad corpus.

Octauo; cum, vt clarum ſit, doceat, quid ſit iuſtitia & eius effectus, & quomodo iuſtitia ſit adminiſtranda, vt habetur *ff. de iuſt. & iur. & Inſtit. eod. & quaſi per totum.* Ergo eſt diuinarum rerum notitia cum iuſtitia de cœlo proſpexit, & eſt eſſentia trinitatis, cum iuſtitia à iure deſcendat, & ius ſit ars boni, & æqui, *l. 1. de inſtit. & iur.* & dixi *in rubr. des iuſtices. in prin. in comment. conſuetud. nñ Ducat. Burg.* vbi etiam poſui, quomodo ſit vtilis.

Nono; quia ſeipſum regere, eſt ſumma ſapientia, vt per Philoſophũ *de regimine Principum*: ſed hæc ſcientia nedum docet ſeipſum regere, ſed etiam ciuitates, & prouincias, & totam Rempub. & omnem orbem terrarum: quanto fortius dicitur ſapientia, probantur prædicta per text. *in Auth. vt omnes obediant iudic. princip.* Sine ea factum eſt nihil, & eſt præcipua omnium aliarum, cum per eam reguntur omnia; quia docet, Iuriſconſultum habere docendi peritiam, dicendi facundiam, & diſcernendi copiam, interpretandi ſubtilitatem, ſolertiam, fidem, honores, mores, & laudabilem vitam. Notitiam iuſti & iniuſti, boni & æqui; & ſic notitiam ipſius Dei; cum bonitas, & æquitas ſint eſſentiæ Trinitatis & ipſius Dei.

Quid enim plus operatur Theologia, dicam infra latius. Faciunt ad prædicta *l. magiſtros. C. de profeſſ. & medicis. libr. 10. l. 1. C. de profeſſ. qui in vrbe Conſtantinopol. lib. 10. l. 1 ff. de iuſt. & iur. & Inſtit. eod.* vbi dicitur, quod ius eſt ars boni & æqui.

Decimo facit; quia ius ciuile eſt dogma omnium ſapientum, vt dicit textus *in l. 2. ff.*

de leib. & vera philoſophia. & non ſimulata *l.1.ff. de inſtit.& iur.* ergo eſt ſapientia & ſcientia. Et ſi dicatur, quod ſunt Legiſtæ, qui ita dicunt & aſſerunt, & non alii. Ad hoc eſt reſponſio, quod illis eſt credẽdum, cum ſint periti in arte: peritis in arte credendum eſt *c. fraternitatis. de frigid. & malefic. c. ſignificaſti. l.2. de homicid. l.1. circa princ. ff. de ventre inſpi. l.ſemel. C. de re milit. lib.*12. Alex. *in conſ.*1. & 107. *in 2. vol* poſt Pet. de Anch. *in quaeſt. incip. in antiq.*

Vndecimo facit; quia profeſſio iuris dicitur ars liberalis, vt eſt text. ad literam *in l.1.C. qui ætate, vel profeſſio. lib.*10. pro quo etiã facit *rubr. iuncł. text. in l. vnic. circa fin. C. de ſtudiis liberalib. vrbis Romæ. libr.*11. & dixi ſupra *iſta parte. in 9. conſid. verſ. tamen.*

Non obſtant adducta in contrarium.

Et primo, non obſtat illud, quod dictum eſt in primo fundamento contrariæ partis, videlicet, quod Legiſtæ, vel Canoniſtæ nõ habent modum arguendi, nec cognoſcunt per cauſas; quia vtrunque falſum eſt, vt ſupra ſatis declaraui. Et etiam; quia primo, licet nõ habeant eundem modum, quem habent Dialectici, vel habent aliarum ſcientiarum profeſſores, non propterea ſequitur; ergo non eſt ſcientia: eo; quia habent alium modum ſcientificum & concludentem, ſecundum eorum rationes & cauſas, quod ſufficit: cum quælibet ſcientia habeat diuerſa genera loquendi intantum, quod proprius modus loquendi eſt abſurdus in alia, vt dicit Specul. *in tit. de aduocat. §. nunc de exordiis. verſ. quod ſi aliter.* Et ſunt verba Auguſtini *in c. locutione.*38 *diſtinct.* & dicit Philoſophus *in poſterio.* Vnaquæque ſcientia habet ſuas proprias imaginationes, rationes, & diſputationes. Et bene; quia locutiones habent eſſe, ſecundum ſubiectam materiam, *l. ſi vno. C. locati.* & ſecundum philoſophum. 1. *Ethicor.* Tunc perfectum enunciamus, cum ſubiectam materiam loquimur. de quo etiam per Bald. *in l. data opera. circa med. C. qui accuſ. non poſſ.* Imo ſi bene inſpiciamus, reperiemus, quod in omnibus legibus obſeruantur primo Regulæ Grammaticales, vt habetur per Lucam de Penna *in l. Grammaticos. C. de profeſſ. & medi. lib* 10. vbi ponit diuiſiones Grammaticales, quæ obſeruantur in legibus, & etiam figuræ Grammaticales, vt habetur per Luc. de Pen. *in l.1. C. de conſulibus. lib.*12. vbi ponit omnes figuras Grammaticales, & quod Legiſtæ eas obſeruant. Et de vnaquaque dat text quem ibi videre poteris: & ne tranſcendam materiam, non tranſporto. Et etiam, ſi bene videamus iura noſtra & argumentationes iurium, in his ſunt obſeruandæ regulæ logicales ad argumentandum. Primo, quo ad propoſitiones logicales, quomodo obſeruentur, videatur Bart. *in l. ſi is qui ducentum. §. vtrum. ff. de rebus dubiis.* vbi ample declarat primam figuram logices. Et etiam Baldus *in l. teſtium. C. de teſtib.* deducit decem prædicamenta Logices, quæ etiam ſunt obſeruanda in adminiſtratione iuſtitiæ, & in deductione iuris ciuilis ad effectum, prout etiam in argumentationibus ſunt fere omnia media argumentandi Logices obſeruanda, licet poſſit dici, quod vltra illa ſint & alia. Et ideo inepte & male dicitur, Legiſtam vel Canoniſtam non habere modos arguendi: & omnes modos arguẽdi & argumentandi Logicorum habẽt Legiſtæ, & multos alios videre poteris per Albericum *in ſuo dictionario. in verbo, argumentum.* Quæ hic nõ traſporto, cum ſint impreſſa. Nec ſunt redarguendi in hoc, quod non omnes modos argumentationum logicalium obſeruant, aut quod vltra eos alios obſeruant. Quoniam, vt inquit tex. *in c. indignum & in c. Eccleſ.*18. *diſtinct.* Canones non ſunt reſtringendi ſub regulis Donati, nec etiam ocioſis Philoſophorum ſcholis. Et facit; quia Legiſtæ ſunt reales locutores, rebus & nõ verbis intendentes. Quia non verbis, ſed rebus leges imponuntur. tex. *in l. 2. in fi. Cod. commun. de legat. in cap. commiſſa. §. porro. de elect. in 6* Et ideo Bald. *in l. veteri. Cod. de contrah. & committen. ſtip.* dicit, quod leges ſunt veræ Philoſophiæ legalis, & non Dialecticæ, & ponderat ad hoc illum text. & concordat verba Ioannis Andreæ *in reg. infamib. de reg. iuris. in 6.* qui dicit: *Abſit, quod per ſophiſticationes verborum, naturam immutemus.* & ideo

Digitized by Google

ideo ſecundum eum, *cap. I. de confeſſis. in 6.* ex mente Didymi ad Alexandrum: Non artem bene loquendi diſcimus, nec facundiæ oratorum rhetorumque operam damus, cuius officiũ eſt, falſatis ſermonibus figmentare mendacia, & innocentiæ fidem conferre criminibus, ac parricidii reos accuſare piiſſimos. Qui dum putant ſe alienæ laudis fructum per iniquam victoriam ſe rapuiſſe, neſciunt munimentum ſuæ conſcientiæ perdidiſſe; pro quo facit tex. *in c. ſedulo. 18. diſtinct.* qui præclariſſime ad propoſitum loquendo, dicit: *Cordi caſto linguam exercitatam conferre non audeant, & putant præponendas eſſe verbis ſententias, ſicut præponitur animus corpori, debetque veriores, quam diſertiores audire ſermones, ſicut prudentiores, quam formoſiores amicos habere.*

Item & ſecundo; quia, vt ex ſupra deductis clare demonſtratum eſt, Legiſtæ & Canoniſtæ cognoſcunt per cauſas & rationes. Cum ratio legis dicatur ipſa anima legis, *ff. de pact.* Et ſtrictius eſt obſeruanda, quam ipſa lex, ſecundum Baldum *in l. quicunque. C. de ſeruis fugit. & in l. non dubium. C. de legib. in 5. col. in l. ſi quis ſermo. Cod. de furtis.* vbi dicit, quod ratio eſt ſicut anima, & verba ſunt ſuperficies. & *in d. l. non dubium.* dicit, quod eſt ſpiritus viuificans legem. & dicit Pan. *in conſ. I. in 3. col. in I. volum.* quod ratio eſt ſicut ſpiritus & anima. Et idem dicit Bald. *in l. nemo. in princ. Cod. de ſentent. & interlocut. omn. iudic.* quod ideo Francigenæ tantummodo allegant legem, niſi pro ratione in ea contenta. Et dicunt, *ſic eſt ratio legis,* non autem dicunt, *ſic eſt lex,* vel *ſic lex dicit*: Sed conceſſo etiam, quod ſimpliciter lex allegetur, vel dicatur, ſic lex dicit, prout fit, quid ad rem? cum talis allegatio non eſt ſine ratione, cum lex contineat rationem: & ſic ratione facta, quod fit, quod allegata lege, etiam ratio legis habetur pro allegata. Nam & idem fit de dictis Philoſophi; quia eius dictis ſimpliciter adductis philoſophantes acquieſcunt; quod non eſt, niſi quod continẽt rationem vel cauſam. Sicut etiam de dictis Pythagoræ. Refert Boetius *in princip. ſuæ Arithmetica,* quod ſufficiebat dicit; *ſic Pythagoras dicit.* & ad propoſitum etiam dicit Bal. *in c. ad hæc. colum. 6. de pace iuram. firman.* quod leges non allegantur in Curiis Regum, pro authoritate, ſed pro ratione, & hoc fit breuitatis cauſa; quoniam gaudent breuitate moderni, vt inquit gloſſa *in l. I. ff. quod metus cauſa.* facit text. *in l. ampliorem. §. in refutatoriis. c. de appell.*

Non obſtat vlterius, quod dictum eſt in ſecundo fundamento, quod leges dicuntur amare ſimplicitatem, & non ſubtilitatem; quoniam non eſt verum: inquantum tractatur de interpretatione iurium, vel in enucleatione quæſtionum, & ad veritatem eliciendam: ſed ne ſubtilitatibus fiant deceptiones, peruertantur vera & recta iudicia: iniquitates æquitati præferantur ſub genere boni & æqui, vt inquit text. *in l. ſi ſeruum. §. de illo. ff. de verbor. obligat.* plerunque ſub authoritate iuris ſcientiæ pernicioſe erratur, alias ſecus. Et hoc eſt, de quo proprie loquuntur iura contraria: & id, quod dicunt leges ſubtilitates non amare: quia eſt verum, eas non amare: inquantum tendunt ad decipiendum, vt etiam declarat Panorm. *in c. dilect. filii. in 2. col. de iudic. extra.* vbi latius per eũ, quæ ſubtilitates ſint attendendæ, & quæ non, & ad quid per Romanum *conſi. 301. in. ip. Omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, in propoſita conſultatione. & in c. ſi cupis. 16. quæſt. I.* quæ dicit, habeas ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos; & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidiis.

Ad tertium vero fundamentum, quod factum eſt, quod lex eſt voluntaria. Reſpondetur, quod falſum eſt, vt ex deductis in parte contraria. Quoniam etiam ſola voluntas Principis non facit legem. Quia imo debet eſſe regulata ratione. Nam & voluntas eius ſubiacet regulæ rationis. Eſt enim animal politicum, mortale & rationale, ſecundum Bald. *in l. 2. C. de ſeruitut. & aqua.* & ideo nõ poteſt iniquum ſtatuere, vt inquit Panorm. & ſcriben. *in c. I. de conſtitut.* & per beatum Thomam 2. 2 *q. 9 art. 6.* & ſecundum Ang. *in conſi. incip. ſanctiſſima. in 4. col.*

Opinioni eius non eſt ſtandum, ſi contra-

ria ſententia eſt melioribus rationibus comprobata, alleg. text. *in l. Æmilius. ff. de minoribus.* Et multa dicit Paris de Puteo *in tract. ſuo ſyndicatus, in cap.* 1. *&* 2. Quod non licet Principib. nec Regibus in aliquo excedere, nec quicquam facere, quod non conueniat probatiſſimo ac ſapientiſſimo viro. Et ſi aliter faciunt, non ſunt Principes, nec Reges, nec eis obediendum eſt, vt ibi latiſſime per eum, & per Ioannem Andr. *in cap.* 1. *de conſtit. in* 6. poſt Hoſtienſ. *ibidem.* vbi dicunt, quod proprium Principis, eſt iuſtitiam exercere. Et ſi deficit, in hoc aufertur ei nomen boni & religioſi Principis, & ſi carebit nomine, carebit & re, *l. à nullo. C. de ſeruis. l. imperialis.* §. 1. *C. de nupt. & cap. nam & ego. extra de verbo. ſignifi.* Et concordat; quia Rex dicitur à regendo; vnde debet regere & non regi, *ff. de legib. l. fi.* alias non eſt Rex, ſecundum Bald. *in l. non ambigere. poſt Cyn. ff. de legib. & in l. poſt ſuſceptum. ff. de excuſ. tut.* Imo expreſſe atteſtatur Princeps ſe velle legibus viuere, *l. digna vox. Cod. de legib. l. ex imperfecto. C. de teſtam. &* §. *fin. Inſtit. quibus mod. teſtam. infir.* Ita, quod ſi ordinauit eius voluntatem vel reſcriptum cum iniuria alterius, non eſſet exequendum, imo eſſet nullum & irritum, *l. quoties. & l. damnoſa. C. de precib. Imper. offer. l. autoritatem. C. vnde vi. l.* 1. §. *merito. ff. ne quid in loco publico. l. nec auus. C. de emancip. liber.* Facit *clem. paſtoralis. de re iudic.* Facit quod dicit Paulus de Caſtr. *conſil.* 70. *in impreſſione nona incip. In Chriſti nomine, quia fruſtra petitur.* & hoc etiam; quia alias non eſſet lex, niſi eſſet rationabilis, communis & honeſta, vt *in c. erit autem lex.* 4. *diſtinct. &* 23. *q.* 4. *c. ſi Eccleſ. in fin.* Et concordat text. *in Authent. de inſtrument. cautela & fide. collat.* 6. Et faciunt text. *in Authent. & non luxur. contra natur. in princip. col.* 6. *& in Auth. de priuileg. dotis, in princ. coll.* 8.

Ex quibus patet; quod leges ſunt per ora Principum diuinitus promulgatæ, vt patet *in c. nemo* 16. *q.* 3. vnde nõ poſſunt fieri, niſi cum vera & iuſta ratione. Et ſi tollatur lex, ſemper remanet ratio legis, cui ſubiicimur, *l.* 1. *cũ gloſſ. ff. de coniug. cum emancipat. liberis.* gloſſ. *in c. fuerunt.* 7. *diſt.* Barb. *in c. clerici. in* 9. *col. ibi:* 21. *de iudic. extra.*

Nec etiam obſtat l. *proſpexit.* in dicto 3. fundamento alleg. Quia, vt aperit ibi Bald. illa lex habet rationem, & ibidem Bald. *in l.* 1. *C. quæ ſit longa conſuetud.* & Feli. *in c. ſi quando. col.* 8. *extra de reſcript.* & poteſt adduci Bal. *in cap.* 1. *de conſtitut.* vbi dicit, quod lex dicitur ſatis rationabilis, ex quo non eſt prohibita, licet non poſſit demonſtrari ratio eius, ſecundum gloſſ. ſingularem *in l.* 1. §. *pueritiam. in verb. ratus. ff. de poſtul.* & per ea, quæ notat. Arch. *in c. fruſtra.* 8. *diſtin.* & per Bal. *in c. cum veniſſent. de eo qui mit. in poſſ. cau. rei ſeruandæ. extra.*

Ad quartum fundamentum; in quo dicitur; quod lex eſt formidine permixta & opinatiua, non certa. Reſpondetur; quod imo eſt certa, cum ſit ratione facta: quæ, vt dictum eſt, facit omne ratum & firmum, vt per Bal. *in l. non dubium. C. de legi.* & probatur *in l. ſolam. C. de teſti. cum ibi not. & in Authent. de hæred. & Falc.* §. *his igitur. cum concord. coll.* 1.

Præterea, philoſophicum eſt reſpondere per verbum dubitatiuum, vt per verbum, forte, vt gloſſ. *leg. cum res.* §. *ſed ſi Stichus. ff. de leg.* 1. Et ſub dubio, *forte,* reſpondent ſæpe periti, gloſſ. *in verb. forte. in Auth. quomodo oporteat epiſcopos.* §. *ſemel autem. collat.* 1. Præterea, leges, quibus vtimur, ſunt approbatæ: quoniã quæ viſæ ſunt non rationabiles, vel bonæ, quæ fuerunt reprobatæ: ergo verborũ qualitas non habet vitiare ſeu nocere.

Ad quintum vero fundamentum, quod fit; Quod leges non ſint paſſim neceſſariæ, & quod vbique non ſeruentur. Non ſequitur; ergo non ſunt ſcientificæ. Quoniam & aliæ ſcientiæ, licet non ſeruentur vbique; tamen ex hoc non ſunt minus veræ aut bonæ ſcientiæ; vt de Medicina, quæ in pluribus non ſeruatur, vt in Scotia nulli ſunt medici, & etiam valentibus non eſt opus medico, vt infra dicam. Et etiam Theologia apud Paganos & infideles non eſt in obſeruantia, nec attenditur. Non enim tantum attenditur id, quod fit, ſed & quod fieri debet, *l. ſed ſi licet. in fin. ff. de offic. præſid.* ſed leges deberent vbique

ſeruari,

ſeruari, *l. leges ſacratiſſima. C. de legib.* Et omnis quantũcunq; iuſtus, ſubeſt legi, ſed nõ exercitio eius, not. Panor. *in cap. omnis anima. de cenſi. & in c. Rex pacificus.* Et ſentit Philoſophus 10. *Ethicor.* quod non tantum propter iuuenes, ſed etiam propter ſenes facta eſt lex.

Ad ſextum vero fundamentum, in quo dicitur; quod doctrina legalis & canonica, eſt variabilis & mutabilis. Reſpõdetur, quod illud dictum ita ſimpliciter dictum, eſt falſum. Nam, quantum ad ius naturale vel gentium attinet, probatur, vt *in §. ſed naturalia. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* vbi dicit, quod talia ſunt immutabilia. Et idem de iure diuino. vt ibidem notatur, *& in l. ex hoc iure. de inſtit. & iur. ff.*

Quantum vero ad ius ciuile; quia ius noſtrum eſt tripartito collectum, vt *in §. fin. Inſt. eod.* dicitur, quod, licet immutetur aliqua conſtitutio; non tamen ſcientia iuris immutatur: cum talis immutatio fiat ſecundũ regulas iuris, quæ volunt ſic fieri neceſſitate vel vtilitate ſic exigente, *c. non debet. de conſang. & affin.* Lex enim debet deſeruire tempori. *cap. fraternitatis. 24. diſt. & c. erit autem lex. 4. diſt.* Et quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. de ætate. § ex cauſa. vbi eſt text. ff. de interrog. act.* Et ideo etiam Deus Omnipotens, ex his, quæ in teſtamento veteri ſtatuerat, nonnulla in nouo mutauit. text. *in cap. non debet. in prin. extra de conſang. & affin.* Ob quod Panorm. *in dict. cap. non debet.* dicit, quod licet ſcientia ſit de incorruptibilibus & impoſſibilibus aliter ſe habere, vt habetur 1. *Poſteriorum.* non tamen expedit, vt detrahatur ſcientiæ iuris, quaſi non ſit ſcientia, ex eo; quod immutemur in aliquo: quia omnino eſt ſcientia, vt ibi dicit. Pro quo etiam faciunt, quæ notantur per eundem Panorm. *in cap. 2. in penult. colum. ver. ſed reducendo ad concordiam. extra de probat.* & per eundem *in cap. filii. colum. 5. de conſuetud.* vbi ſecundum eum, poteſt ex cauſa induci conſuetudo antiqua damnata, & etiam fieri ſtatutum contra conſuetudinem; quia hoc fit ex mente legis, quæ eſt ipſa lex: & facit; quoniam ſecundum varietatem temporum & locorum, etiam remedia & canones medicorum expedit immutari; & tamen immutatio eorum; quia fit canonibus medicinæ ſic dictantibus, non arguit defectum, ſed potius bonitatem & ſcientiam: ergo idem in iure noſtro dicendum eſt; quia quod medicamenta morbis, hoc exhibent iura negotiis, vt eſt textus *in Authent. hac conſtitutio innouat, in princ. coll. 8.* & dicit Bal. *in l. vnica. in princ. C. de caducis toll. in 2. colum.* Quod ſicut medicus obſeruat tempora & loca; ſic etiam Iuriſperitus. De quo dicto dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetudin. Ducatus Burgundiæ in §. 2. in gloſſ. fin. titul. de confiſcationibus.* Et quomodo ratione loci varientur iura & conſuetudines: vide Aluarot. *in c. 1. §. item ſi fidelis. quib. mod. feud. amit. in vſib. feudo.* & Dom. meum Iaſ. *in l. iuſtitia. in fin. de iuſtit. & iur. ff.* vbi allegat prædictum verbum Bal. *in loco ſupra allegato.*

Ad ſeptimum fundamentum, in quo dicitur; Quod non omnibus prouidet profeſſio legalis; ergo non eſt ſcientia; quoniam hoc eſt falſum; Quia imo lege vel ratione legis, vel ſimili, poſſunt omnia decidi, vt dictũ eſt ante, & facit text. *in l. ſiue oportet. § ſufficit. ff. de exc. tut. & in §. ſecundo requiris. in fi. de appel. extra.* & vbi ſub authoritate legis, poteſt etiam allegari ratio naturalis, ratione legis vel ſimili deficiente, & notat gloſſ. *in c. conſuetudo. 1. diſt.* Facit etiam text. *in c. de quibus 20. diſt.* vbi ponit, ad quos ſit recurrendum, cum ſacroſanctæ Scripturæ autoritas nõ occurrit: dicit etiam ad exempla eſſe recurrendum. Et quia ita fit, ſeu fieri poteſt; igitur cõſtat ſcientiam iſtam eſſe ſpeculatiuam ſcientiam, & habere ſuos modos arguẽdi & rationes decidendi. Et ſic conſtat non eſſe verum, quod ſit impoſſibile, quod lex vniuerſaliter verum dicat, cum ſit vtile oppoſitum legis in aliquo caſu obſeruari. Quoniam imo in tali caſu oppoſiti lex, quantumcunq; generalis, recipit reſtrictionẽ, vel iure vtilitatis, vel neceſſitatis, vel cõgruentiæ, vel veriſimilitudinis, vel honeſtatis, vel etiã aliis de cauſis, prout expedit. Et hoc omnino ex præcepto legum, quæ mandant ſic fieri reſtrictionem, vt

l. cunctos populos. cum ibi plene notat C. de ſum. trinit. & fide cathol. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. in l. fin. §. in comparatione. C. de iure delib. in l. ſerui noſtri. C. de noxal. l. nec auus. ff. de emancip. lib. l. 2 §. merito. ne quid in loco pub.

Ad octauum fundamentum ſatis reſponſum eſt ſupra, reſpondendo ad ſextum & quartum fundamentũ, & vltra dicitur: quod notitia iuris ſit ſcientia verorum & æternorum in veritate; & impoſſibile ſe habere aliter; cum ſit certa & determinata, habens certum finem & terminum.

DEcimanona conſideratio; Poſito ergo pro firmo, quod ius ciuile ſit ſcientia, excellere debet & excellit omnes alias ſcientias, & debet inter omnes ſcientias dici nobilior & dignior: quoniam multa ſunt, ex quibus ſcientiæ ſublimitas commendari poteſt, videlicet, origo, effectus, & finis, in quibus comprehendimus ſubiectam vtilitatem, conditorem & neceſſitatem.

Et quia primo ab inſtitutione ſeu origine vniuſcuiuſque ſcientiæ, origo ſeu exordium capiendum eſt, *in proœmio ff torum. §. ſed cum vos. l. 1. verſ. iuſtitiam namque. ff. de iuſt. & iur.* quos text. Bal. ponderat ad hoc, *in l. argentarius. §. edi. ff. de edend.* Ideo de origine iuris primo videamus. Et licet dici poſſit, generaliter omnem ſcientiam fuiſſe à Deo ortam, cum omnis ratio ſupernæ ſcientiæ, vel terrenæ creaturæ in eo ſit, qui eſt caput earum & autor. text. eſt *in c. legimus. de beato Hieronymo. §. fin. verſ. omnis ratio. 37. diſtinct. c. 1. de ſumma trin. l. 2 ff. de legib. c. reuertimini. 16. q. 1.* Et ideo dicitur *Eccleſ.* 24. Ego ex ore Altiſſimi prodii. Et *Baruch.* 3. Hic, ſcilicet Chriſtus, adinuenit omnem viam diſciplinæ, & dedit puero ſuo Iacob: tamen magis particulariter conſiderando,

Origo iuris eſt à Deo immortali, quem alii dixerunt Iouem, alii Apollinem, alii Mercurium: ſed melius dicendum eſt, non inſequendo fabulas antiquorum, ſed Archidiaconum, & Præpoſitum, *in proœm. decreti*, Leges à Deo Optimo proceſſiſſe. Cum enim Adam citatus fuiſſet, & data eidem fuiſſet lex, ne de fructu arboris veſceretur, legem accepit, quam ſtatim violauit, & iuris ordine ſeruato, pœnam ſuſtinuit; quia excluſus fuit è loco, in quo poſitus fuerat ſub lege, ne de fructu illius veſceretur. Qui cum de inobedientia argueretur à Domino, quaſi autori exceptionem obiiciens: cauſam criminis in coniugem; imo in coniugis autorem conuertit, dicens: Serpens me decepit: mulier, quam dediſti mihi ſociam, ipſa me decepit, & comedi. *de pœn. diſtinct. 1. c. ſerpens.* Sicque litigandi, & vt vulgariter dicimus, placitandi forma in Paradiſo videtur exorta. Hæc non ignorauit Propheta *Pſalm.* 88. Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit. Nono, etiam ipſa lex ſeu iuſtitia gloriatur, quod ſemper fuerit cum Deo: cum, vt habetur *Prouerb* 8. *c.* Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum: & *ibid.* dicitur, Cum eo eram cuncta componens. Nonne etiam habetur *Eſaia* 33. Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter? & *Iohan.* 36. Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus eſt ſimilis in legislatoribus? Et eſt donum Dei. *l. nam & Demoſthenes. in princ. ff. de legib.* Ille fuit, qui dedit leges Moyſi, vt traderet Hebræis, vt habetur *Exod.* 31. *cap.* & *Deut.* 10. & *Exod.* 25. Et poſt hoc conſtituit iudices & alios pro iuſtitiæ adminiſtratione, ex conſilio Ietronis eius ſoceri, vt habetur *Exod.* 28. *cap.* à quo omnes alii, qui ſcripſerunt, modum ſumpſerunt, qui ſunt poſt eũ, videlicet Foroneus, qui primo Græcis leges conſtituit. Mercurius, qui primo leges Ægyptiis tradidit. Solon vel Draco, qui leges Atheniẽſibus primus dedit. Lycurgus, qui Lacedæmonibus iura compoſuit ex authoritate Apollinis. Numa Pompilius, ſecũdũ aliquos, vel ſecundũ alios, Romulus primus Romanis leges dedit. vt habetur *c. 1. 7. d.*

Reperio plures alios legislatores diuerſarum gentium. Nam Ceres, mortalibus leges tulit, teſte Pomponio Læto *de legib.* Minos Cretenſibus, authore Valer. *de ſimu. reli.* Philolaus Thebanis, ſecundum Volater. *fo.* 306. Magi Perſis, ſecundum eund. *eod. loco.* Apollo Arcadibus, vt ait Cic. *de nat. Deor.* Druidæ Gallis.

Gallis. Zalencus, vel vt alii, Salencus Locrenſibus. Hippodamus Mileſiis. Gymnoſophiſtæ Indis. Zoroaſtes Bractianis, ſecund. Cæl. *li. 10. cap.* 19. Plato Magneſiis. idem *vbi ſupra*. Phaleas Carthaginenſibus. Volater. *vbi ſupra*. Chaldæi Babyloniis. idem *ibidem*. Phido Corinthiis, idem. Zomolxis Scythis. Cæli. *vbi ſupra*. Charondas Turiis, teſte Læto, *vbi ſupra*. Aduerte tamē, Legiſlatores eo fuiſſe animo, vt cognoſcerēt homines ſuis legibus nil fidei habituros, niſi alicuius numinis autoritate fulcirentur: hinc ſuarum legum originem, commentitio facto, ad Deos retuliſſe, quod exemplis patet. Nam Zoroaſtes ad Oromayim, Triſmegiſtus ad Mercurium, Charondas ad Saturnum, Draco & Solon ad Mineruam, Zomolxis ad Veſtam, Plato ad Iouem & Apollinem, Minos ad Iouem. Numa ad Egeriam Nympham retulerunt: & ita apud nos fit. Nam cum Cancellarius pro ſuo tempore facit ſtatuta, conſtitutiones, ſeu ordinationes in regno Franciæ, ſub nomine Regis, tunc exiſtentis, eduntur & intitulantur.

Sed quicquid poſteri poſt Moyſen, id totum, tanquam Simiæ, vt Ficinus ait, à Moyſe, pro Euſebii ſententia, mutuati ſunt, & Moyſes à Deo. Nonne etiam Plato *in lib. de legib.* à Deo legum conditore exorditur, aſſerendo, leges ſine Deo conſtitui non poſſe? Et idem Plato *in Protagora* dicit; Cæteras humanas diſciplinas à Prometheo, id eſt, humana prouidentia, ſolam legem à Ioue per Mercuriū, id eſt, à Deo per angelum proceſſiſſe. Nonne etiam hoc atteſtantur Imperatores, cum dicant ipſas eſſe diuinitus per ora eorum promulgatas? *l. fi. C. de præſcript. lon. temp.* *l.* 1. §. *ſed neque. C. de veteri iure enucl. in Auth. vt hi qui perhibent oblig. ſe habere res minor. in princ. collatio.* 6. iuxta illud *Prouerbiorum* 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.

Marſilius Ficinus habuit mirabilem intellectum ad huiuſmodi originem legum, conſiderando, cur potiſſimum in tria numina Iouem, Apollinem, & Mineruam legum inuēta veteres contulerunt; quod non caret myſterio. Dicit enim legem rationalem quandā eſſe regulam, quæ certo ordine mortales ad bonum producit, atque à Deo regulę ratione ſapientia inueſtigatur, potentia ſeruatur, bonitas temperatur.

Ex quibus colligitur, quod per ſapientes origo iuris in his tribus colligitur & ponitur: videlicet per Apollinem potentia, quandoquidem Sol Planetarum dominus eſt, per Iouem clementia, & per Mineruam ſapientia intelligatur: hoc eſt, quod à Ioue Minos, ab Apolline Lycurgus, & Solon à Pallade leges accepiſſe dicuntur, vt tres illas legum dotes à tribus his numinibus tres illi famatiſſimi & primi legumlatores mutuati credantur. Sed apud nos Chriſtianos, ſi verum admiſerimus, eius rei ratio conſtabit, quando & legem diuinam Deus Moyſi dedit, cuius trinitatem tribus his rationibus hodie explicamus: Patri videlicet potentiam, Filio ſapientiam, & Spiritui ſancto clementiam attribuimus: vt pulchre reluceat, quod nos trinitati diuinæ aſſignamus, id gentiles Theologi tribus his numinibus attribuebant. Hæc tria iuriſconſultus *in l. 1. ff. de iuſt. & iur.* eleganter ſignificaſſe videtur, cum dicat; Boni nos & æqui notitiā profiteri: ecce in hoc denotatur ſapientia: deinde ſubiungit æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes: ecce potētia: & tandem bonos non tantum metu pœnarū; verum & præmiorum coarctatione fieri cupientes, in quo denotatur clementia. Quid porro, quod hæ tres legum dotes trino inſuper vſu conſtruuntur: potentia enim tum in ipſa lege, tum in iudicio magiſtratus; tum denique in miniſtris eſſe debet: ſic & de clemētia & ſapientia cenſemus. Cum autem ter repetita nouem faciant, non ocioſe apud Platonem Minos nouem annos in antro ius legale didiciſſe dicitur: vel vt Marſilius Ficinus voluit; hoc numero nouem angelicarū mentium ordines intelligi poſſunt, quod per angelos tanquam interpretes legis ſanciēdæ ratio ad nos vſque transferatur. Et Imperator quoque noſter ad hunc tam ternarium, quā etiam nouenarium aliquod reſpexiſſe videtur, cum tria volumina videlicet Codicem, Inſtituta, & Collationes, & Codicem in duo

volumina: quorum vnum continens ius priuatorum continet nouem libros, & aliud cõtinens ius publicum, cõplectitur tres libros. Collationes vero continent nouem libros. Et denique ex omni Digeſtorum volumine, ſex tantum & triginta libros, quæ quadruplicatum nouenarium faciunt, publice legendos tradidit.

VIgeſima cõſideratio; Si ſcientiam iuris ciuilis ex origine & inſtitutione laudauerimus, non eſt prætermittendum, quod etiam ex effectu illius eſt cæteris præponenda, & omnes alias excellere debet. Cum effectus illius ſit maior, & nobilior, & maioris vtilitatis, quam effectus omnium aliarum ſcientiarum. Nam & maiores noſtri ciuitates animã legem dixerunt, quod ſicut ſine anima corpus; ita ſine lege nulla ciuitas perſiſtere: imo nec exiguus hominum cœtus ſine iuſtitia eſſe poteſt: vt ait Macrobius *in li.1. de ſomn. Scipionis.* Quis enim furentem in arma populum frenabit, & nullo implicitus ſedabit ligamine gentes, niſi iura quæ prohibent vim? *l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure*, & nemini inſidiari permittunt? Quis virtuoſos homines faciat inuitans eos ad bonum, & prohibens eis malum, niſi iura? *l.1. ff. de iuſt. & iure.* Quis alta dabit conſilia, publica ſuadebit, ſtatuet cõmoda? Quis terras, maria, loca conſeruet? Quis pauperi, inopi, depreſſo, peregrino, incolæ, ciui ſuum cuique ius reddet, ſi legem aut ius ciuile, per quod iuſtitia adminiſtratur, ſuſtuleris? Ex rapto ſine lege viueretur, non eſſet hoſpes ab hoſpite tutus, fugeret pudor: fugeret honeſtas, vtrumque fides (vt verbis Ouidianis vtar) in quorum locum fraudes, doli, vis, tyrãnis, ſubſtituerentur. Vnde, quid enim ſunt Regna niſi latrocinia, remota iuſtitia? dicit diuus Auguſtinus *lib. 4. de ciuitate Dei, c. 4.* Et dixi ample *in rubrica, Des iuſtices. in princ. ſuper conſuetudi. ducatus Burgund.* vbi etiam vide iuſtitiam ortam eſſe à Deo, & eius vtilitates, per quas demonſtraui, quod effectus illius demonſtratur in hoc, quod eſt vtilis ſibiipſi, omnibus & Reipublicæ, quę hic non trãſporto. Vnde etiam Plato amorem legis & iuſtitiæ mortalibus infundendum eſſe conſulebat, quod ſine lege non vlla Reſpubl. ſed nec exiguus hominum cœtus, nec parua quidem domus perduraret, vt *dixi ſupra.* Et lex (vt inquit Tullius) vinculum eſt ciuitatis, fundamentum libertatis, æquitatis fons, mens, animus, conſilium, ſententia ciuitatis: vt corpora noſtra ſine mente; ſic ciuitas ſine lege ſuis partibus & neruis, ſanguine ac membris vti non poteſt. Facit *l. nam & Demoſthenes. ibi, ciuitatis compoſitio communis.* ſecundum quam omnes decet viuere, qui in ciuitate ſunt.

Quod enim ſtamus, quod incedimus, q viuimus tuti, quod dominia rerum aſſeruamus, quod tandem diuina & humana nõ violantur, id iuri totum legibuſq; debemus: hæc eleganter vt omnia Cicero ſignificaſſe mihi videtur, qui ait: nihil in ciuitate diligentius retinendum, quam ius ciuile, quo ſublato, exploratum eſſe nemini poſſe quid ſuum, quid alienum, quid à patre accepturus, quid liberis porro relicturus fores; nihil denique inter mortales ęquabile, nil concors remaneret: proinde eum, qui ius ciuile contemnat, non iudiciorum modo, ſed & publicæ vtilitatis vitæque communis vincula refellere: cũ & Imperator noſter *in Authenticis* ſcribit, dicens: lege fieri, quod patria habitetur caute, propriæ facultates ſecure retineantur, iudiciorumque proceſſus iuſtitia ornetur. Leges enim imperio, vt decreta patrum ſentiunt, humana coercetur audacia, tuta redditur inter improbos innocentia, infeſta inimicorum iacula proteruntur, potenteſque frenis, maniciſque (vt cum Caſſiodoro & Propheta loquar) ferreis conſtringuntur. Vt merito dixerim, ſicut à cæteris humanis diſciplinis ſalubritatem; ita à lege ipſam peti, ipſam obtineri ſalutem, quod legis cuſtodia pro Philoſophi ſententia certa ſit incorruptionis cõſummatio. Ex qua vna pendet quicquid vitæ, quicquid concordiæ, quicquid ciuilitatis, morũ, honeſtatis, æquitatis, boni, & quicquid vſque vniuerſo rei exiſtat, quo non ſuccurrente omnia mũdi Regna (teſte Caſſiodoro) peſſundarentur, & pro Platonicorum aſſertione, ipſa vitæ humanæ compago diſſolueretur: & iuxta dictũ Auguſtini ſupra allegatũ, Regna

non

non eſſent niſi latrocinia. O igitur pulcherrimum omnium Regnorum decus! O ſingularem vniuerſorum præſidium, fiduciæ priuilegium, prærogatiua ſecuritatis perfectæ! O ſaluberrima noſtrorum medicina morborum! O vera non ciuitatis ſolum, ſed totius Reipublicæ anima, vita beata, vita fœlix, aurei ſeculi mater & Regina! Quæ pulchre florere facit quodcunque aſpexerit, & quæ regalibus ſuis ſceptris omnia complectitur, fouet, tuetur, moderatur. O pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, nutrimentum gentis, gaudium hominum, cura languorum, temperies aeris, ſerenitas maris, terræ fœcũditas! Hinc dicit Ariſtoteles *libr. 2. Topicor.* Iuſtitia Regentis eſt vtilior ſubditis, quam fertilitas temporis, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum, & ſibimetipſi ſpes futuræ beatitudinis, vt ait Cyprianus *libr. de duodecim abuſionibus*.

Et effectus huius extendit ſe ad nobilitatem, & vtilitatem, quæ ex iure ſeu iuris ciuilis diſpoſitione, & ſic ex iuſtitia, à qua ius deſcẽdit, ſequitur: quoniam ex ipſa huiuſmodi ſcientia nobiliſſima homines fiunt nobiles, vt habetur *in leg. 2. §. fi. ff. de excuſ. tut. l. prouidendum. C. de poſtuland.* vt per Bar. Bal. & Doct. *in proœ. ff. or.* per Bar. *in 1. conſtit. C.* per Alexand. *in conſt. 15. col. pen. & conſ. 18. in fi. in 1. vol. & conſi. 94. col. 2. ver. ſed ita eod. volum.* & per Fel. *in ca. quanto. de magiſtris. cum vulg.* & dixi *in conſuetud. noſtris ducatus Burgun. in ti. Des droicts. & appartenances à gens mariez. §. 19. in glo. entre gens. in principio.*

Et etiam; quia huiuſmodi ſcientia ciuilis facit profeſſores eius in orbem terrarũ ſolenniter principari, & ſedere in aula Imperiali, vt dicit Azo. *in proœm. Inſtit.* & propterea dicit Ang. de Peruſ. *in l. cum ſalutatus. C. de ſen. paſſis.* Quod licet Papa non recipiat ad oſculum pacis; tamen Vrbanus Papa recepit eum ad oſculum pacis.

Et etiam Doctores iuris ciuilis aliũ effectũ conſequuntur ex huiuſmodi ſcientia; quia ſunt immunes ab hoſpitiis militum, vt dicit tex. *in l. 3. vbi etiam gloſſ. C. de muner. patrim. li. 10.* Imo verſantes circa huiuſmodi ſcientiam vocat Philoſophus magnificos, vt habetur 4. *Ethic.* & ita etiam eos appellat tex. *in 1. conſtit. C. & in proœ. Inſtitutionum.*

Et habent multa priuilegia, de quibus per Alex. *in l. Centurio in 5. col. ff. de vul. & pup. ſub.* & per Lud. Bologninum *in Authen. habita. in primis quatuor foliis. Cod. ne filius pro patre.* qui dicit, quod Doctores iuris ciuilis habent centum triginta priuilegia, vt ibi videre potes, & de aliquibus infra ſuis locis dicam.

VIgeſimaprima conſideratio; Sicut videmus ſcientiam iuris ciuilis laudandam reſpectu effectus; ſic & finis ex effectu reſultantis, qui alius eſſe non poteſt, niſi quod ad eum omnia referuntur, ad quæ cognitio pertinet, teſte Cicerone. Ad hæc enim tendit iuris ciuilis cognitio, vt non ſolum nos ipſi erectitudine quadam inſtituamur, ſed & proximo bene velimus, pro paceque & ſecuritate hominum propaganda laboremus: quoniam ea eſt præcipua legis ratio, vt omnis pellatur improbitas, & virtus ipſa vigeat & floreſcat. Nam quis neſciat niſi iners iniuriarum mole, temeritate, ſæuitia, iniquitate humana, omnia premi & profligari, & non eſſe Regna, niſi latrocinia, vt ſæpe ante dictum eſt in *præc. cõſid.*

Et hoc eſt quod dicit Cic. *lib. 2. de legib.* vbi ad ciuium ſalutem, ciuitatum incolumitatẽ, hominumque vitam beatam & quietam leges eſſe adinuentas atteſtatur, & ſatis iuribus demonſtratur per text. *in l. 2. §. poſt hac deinde. ff. de origin. iuris.* vbi Bal. colligit, quod ciuitas non poteſt ſtare ſine iuriſperito; cum leges tendant ad conſeruãdam Rempublicam, ciuitatis & hominum congregationẽ. Quapropter legalis ſapientiæ finem, quæ item ad humani generis conſeruationem & concordiã tendit, eo eſſe nobiliorem nemo inficiatur, quod homine nihil ſub cœlo ſit nobilius. Cũ (teſte Cicerone) quędam ſit cum Deo cognatio: ſeminaque in nobis à diuina origine profuſa eſſe dicantur, quibus & conſequens erit, etiam hac noſtra ſcientia nihil eſſe præſtantius, quando nobiliſſimo ipſa fine decoretur. Atque ita ex Ciceronis ſcientia Legem in optimis rebus eſſe habendam merito concludendum eſt. At fine cognito, quo pacto ad

cum perueniatur, nouiſſe non erit inutile. Et ſane iuris noſtri Principes quidem illa cæterum prægnantiſſima iuris præcepta tradiderũt, vt porro honeſte viuam⁹, nemini damno, omnib. vtilitati, ius ſuũ vnicuiq; tribuam⁹, ex quib. iu ſtitiam conſectemur. Cum iuris præcepta ſint hæc. *l. iuſtitia ff. de iuſt. & iur.* Quæ præcepta, quamuis numero tria, ſub vna tamen vitæ honeſtate duo alia comprehendi poterunt: niſi iuriſprudentes hoc velut genere poſito aliarum, quæ vel alioquin comprehenderentur, ſpecierum enarratione omnem ambiguitatis nubem detegere voluiſſent. Vitæ igitur honeſtatem latiori patere præcepto nemini poteſt eſſe incognitum. Ad hanc honeſtatem iuris ſtudioſus quam commodiſſime accedet, ſi ante omnia Deum colat & timeat. Hoc in breuiuſculis quibuſdam præceptis Pythagoras iuſſit, quod in libris *de legib.* Cicero vſurpauit. Cuius lex prima, quam poſuit, ad diuinum cultum pertinet, ad Diuos, inquit, caſte adeunto, pietatem colunto. Hoc Plato *in lib. 4. ſuarum legum* iuſſit. Qui licet vniuerſum populum exhortetur, vt pro ſe quiſque in eorum numero collocetur, vt Deum veneretur; præcipuis tamen legum obſeruatoribus expedire. Finis enim legum tendit ad notitiam boni & æqui, hoc eſt, ad notitiá ipſius Dei, in quo ſunt bonitas & æquitas eſſentialiter. Cum nomen domini, quod eſt Chriſtus, eſt ipſa iuſtitia. *c. æſtimant.* 11. *qu.* 3. ad ſeparationem ęqui ab iniquo, liciti ab illicito, diſcretionem & exhortationem bonorum ad præmium, quod eſt diuinum & æternum. Quoniam qui cuſtodit legem beatus eſt. *Prouerb.* 29. & vt habetur *Sap.* 1. Iuſtitia immortalis eſt; quia fecit homines dignos immortalitate æternæ gloriæ. Et teſte Cicerone *in libro de ſomn. Scipionis,* Omnibus, qui patriam auxerint, adiuuerint atque ſeruarint, certum eſſe in cœlo diffinitum locum, vbi ſempiterno æuo fruantur. vt dicit Barb. *in ca. clerici. in 7. col. ver. 3 facit. de iudic.* Cuius etiam finis tẽdit ad vtilitatem tam ſibi ipſi, cum per eá honeſte viuere doceatur. *l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iure. hic ante alleg.* §. *iuris præcepta. Inſtitut. de iur. natu. gen. & ciuil.* Et habetur *Eccl.* 4. Pro iuſtitia agonizare, pro anima tua & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Et etiam habetur *Pſalm.* 44. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis. Et intantum profuit Traiano infideli; quoniam precibus Gregorii fuit à pœnis inferni eductus, vt refert Lucas de Penna *in l. 2. in 3. col. C. de exacto. tributo. libr.* 10. Ioan. Fab. *in proœ. Inſtitut.* §. 1. G. Benedicti *in ſua repet. ca. Rayn. in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam. nu.* 602. *de teſtam.* vbi etiá refert, quod ait Cicero *li. 3. de Off.* Quod qui veram gloriá adipiſci vult, iuſtitiæ fungatur officiis: quæ etiam omnibus & Reipublicæ vtilis eſt, prout dixi amplius *in rub. Des iuſtices. in prin. in conſuetudinibus noſtris ducatus Burgu.* Alias quaſdam vtilitates poſui in conſiderationib. quæ tendunt ad demonſtrandum effectum & finem huius ſcientiæ, tam particulariter, quam omnibus & in genere.

Nonne etiam fuit vtilis in cœlo? cum vt habetur de Lucifero, qui voluit fieri ſimilis altiſſimo, propter quod prælium factum eſt in cœlo, & pugnauit Michael cum Dracone; ita quod per iuſtitiam fuit pugna intellectualis, per quam deiectus fuit Lucifer, vbi habetur *Eſaiæ* 14. Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Et *Apocal.* 12. Et factum eſt prælium magnum in cœlo: Michael & angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat & angeli eius, & non valuerũt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo, & proiectus eſt Draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui ſeducit vniuerſum orbem, & proiectus eſt in terrã, & angeli eius cum illo miſſi ſunt: & ſequitur: nunc facta eſt ſalus, &c. propter verbum teſtimonii ſui, quod fuit tale, ſcilicet, iuſtitia mediante, quod ex quo maiorem locum ſibi non debitum vſurpare volebat, poneretur in remotiori, ſecundum quod iura dictant. *l. neminem. C. de offic. magiſtri milit. & ca. præcipimus. 93. diſt.* quæ tunc ita erat apud Deum, ſicut nunc eſt apud mundum: quoniam, vt ſupra dixi, dicitur *Prou.* Dominus ab initio poſſedit me, & cum eo eram ſemper

cuncta

cuncta componens, & ſint poſtmodum per ora Principum iura promulgata.

VIgeſimaſecunda cōſideratio; Alio etiam modo laudandam & magnificādam dicemus eſſe hanc noſtri iuris ſcientiam: quoniam ſi quid in honore & excellentia ſacræ Theologiæ dicitur aut reperitur, multū eſſe extollendam cenſeremus, ſi ad legis ſcripturę honorem quam maxime pertinere comprobamus: diuinam ſane Theologiam, quibus immenſis laudibus eius profeſſores extollāt, neminem præterire poteſt, vt qui omnibus ſine delectu doctrinis & ſcientiis omnes præponendam eſſe dicant, omniumque ſcientiarum Reginam eſſe teſtentur diuina & humana ei tribuentes, & iam non vſque, ſed in æthera quoque: quin & illas quondam Luciferi ſedes eam collocantes. Quod ſi verum eſt, ſicut id ipſum & nos quoque verum eſſe fatemur, vt ſupra diximus & probauimus, quis negabit legalem ſcientiam eſſe nobiliſſimā? Euidentia ſiquidem veritatis, compertum eſt Theologiam tanto iuris ſcripti patrocinio niti, tanta eius ſuffragatione adiuuari, vt ſi legitima illi ſuſtuleris, ſi legum ab ea fulcimenta ſeparaueris, velut ſterilis, arida & manca, modicique in humana ditione momenti ſit apparitura. Cum Theologia ad duo inſignia ſeſe extendere dicatur, ſpeculationem & actionem: certe ſi aliquam ipſa ſui vtilitatem præſtare velit, in ſolis ſpeculatiuis finibus non remanebit, ſed & ad vitæ actiones, ad humanos actus moderandos ſeſe accommodet neceſſe erit. At hoc poſterius totum noſtrum eſt. Cū enim ſeries vitæ actiuæ in tribus conſiſtat, vt viuatur honeſte, nemo lædatur, & ſuum ius integrum tectumve perſiſtat & conſtet: quod tria iſta nullius alterius, quam legali traditione cognoſcantur; conſequens erit totum illud quicquid ad virtutes, ad vitia aliaſque humanæ vitæ actiones pertineat, à noſtro potiſſimum iure Theologus mutuetur. Si igitur diuina mater Theologia; quoniam ſecūdum vnam ex diffinitionibus, quas in ſecūdo ſententiarum Petrus Lombardus tradidit, peccatum nil aliud eſt, quam voluntas conſequendi retinendique, quod iuſtitia vetat. Si de peccato illi negotiū ſit, ſi de eo, quod ſancta prohibet iuſtitia, ſit diſcretiua, interq; lepram & non lepram iudicatiua, quo id præſidio faciet? An ſola & nuda rerum diuinarum illi ſuffecerit ſpeculatio? non eſt arbitrādum. Auguſta igitur legum ſcita ſacroſanctaq; noſtrorum patrum decreta adibit: vtpote quod propria ſubiectaque iuris ſcientiæ ſit hæc materia: quoniam nec peccatum eſſet ſi lex non eſſet. Sed quid in re aperta tam anxie laborādum eſt? tolle ex quatuor ſententiarum libris iuris poſitiui documenta, non ſolum illos explumabis, ſed & tota diſtinctionum capita in fine tertii: vbi de mendacio, de periurio, de conſiliis patrum diſſeritur: quin & quartus ipſe totus, qui de baptiſmo, de coniugio, de pœnitentia, de clauib. Eccleſiæ tractat, concident & interibunt. Paria de magnis illis iuris elegantium ſummam in ſcriptorib. ſentire veritas cogit. Ex quibus ſi legum, tum diuinarum, tum humanarum iuſſa demantur, vniuerſus ille tam inſignis tantorum patrum labor exarmabitur. Adeo in ſeipſa parum Theologia in humanis actibus operabitur, niſi legum ſuffulcro velut tibicine ſuſtineatur: nec id iniuria fieri, quod illæ ambæ profeſſiones affinitate cognoſcantur. Ex eiſdem enim autoribus Moyſe & Prophetis proceſſerunt, qui non ſolum rerum diuinarum, ſed & legis cognoſcendæ campum aperuerunt: imo vtraque ab ipſo optimo maximoq; Deo originem aſſumpſit, vt ſupra ample demonſtratum eſt. Et ideo dicit Lucas de Penna *in rubric. de profeſſ. & medicis. lib. 10. Cod.* Quod ſcientia legalis eſt pars Theologiæ: imo effectualiter vtraque habet idem ſubiectū, quicquid dicant multi, qui non intellexerunt neque originem, neque effectum, neque finem illius, qui dicere voluerunt non habere in ſubiectum. Cum verum ſubiectum ipſius ſcientiæ ſit Ius, cuius diffinitio eſt, quod eſt ars boni & æqui: quæ quidem bonitas & ęquitas ſunt eſſentiæ ipſius Dei, cum dicatur *Luc.* 18. Nemo bonus niſi Deus, & etiam *Marci* 10. & habetur *Iob.* 34. *cap.* Abſit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas, & orbem terræ in æquitate iudicabit. *Pſalm.* 9. & 66. Et illius

ſcutum eſt æquitas, quod eſt iuſtitia, vt habetur *Sap.5.* & vt dicit Aug. *in libr. de pœnitentia.* Tanta eſt æquitas ipſius Dei, quod quicquid homo fecerit, laudabilem in ſuis factis Deum inuenit. Si recte egit, laudabilem inuenit per iuſtitiam premiorum: ſi peccauerit laudabilem inuenit per iuſtitiam ſuppliciorum: ſi peccata confeſſus ad recte viuendum redierit, laudabilem inuenit iuſtitiam indulgentiarum. Semper enim rectus & iuſtus eſt Dominus; & fidelis abſque iniquitate. *Eſaiæ 1.* & ipſa æquitas eſt pars iuſtitiæ, vt dicit ſanctus Thom. 2. 2. *queſt.* 80. imo ineſt ei, vt dicit idem ſanctus Thom. 2. 2. *queſt.* 120. *ca.* 1. Cum ergo finis & effectus iuris non ſint aliud, niſi bonum & æquum, quæ ſunt eſſentiæ Dei, nõ eſt dubium, quod ita Deus poteſt dici ſubiectum in ſcientia iuris, ſicut in ſcientia Theologica. Cum etiam vtraque tendat ad notitiam diuinarum rerum, vt ſupra dictum eſt. Vnde ergo, ſi immortalibus titulis, eminentiſſimis præconiis, laudatiſſimis prædicationibus Theologia digna indicari debet (vt debet & quidem meritiſſime) quæ per lapideũ Iouem celeberrima, quæ excellentiſſima noſtræ legalis ſcientia erit & maieſtas, & amplitudo, qua ſine ea ipſa Theologia quantum circa hominum vitam, & actiones verſatur, conſiſtere nequeat, vel quæ ſanctiſſimi iuris noſtri præſtantior, quæ prærogatior vel colligi, vel æſtimari dignitas poterit, vt quoties magna illa Theologia celebrationum decoramentis extollitur; toties & legalis ſcientiæ candor eiuſdem laudis, vel præcipuam partẽ communionis participationiſque iura ſibi vendicet. Hæc Zaſius *in ſuis orationib. poſt rep. l. 2. ff. de orig. iur.* vbi ſatis ample ponit laudes iuris ciuilis.

Vigeſimatertia cõſideratio; Viſum eſt hic, quomodo Theologia participat cũ ſcientia iuris Canonici & ciuilis, & quod etiam eſt quædam ſimilitudo inter ius Canonicum & ciuile, ita quod illæ tres ſcientiæ præcedere debent, & excellunt omnes alias ſcientias, & de aliis inferioribus infra amplius dicetur. Sed quia quandoque deficiunt conſtitutiones Papales, & in defectum eorum allegantur dicta Hieronymi, Auguſtini, Ambroſii, & Gregorii, aliorumq; ſanctorum Doctorum, quorum dicta ſancta mater Dei Eccleſia veneratur, ſi in deciſionibus cauſarum inducatur lex ciuilis, quæ omnino diſponit contrarium, quod eorum ſeruabitur in foro Eccleſiaſtico. Videtur primo, quod dictum ſanctorum lege repulſa. *cap. 1. 20. diſt.* vbi poſt conſtitutiones Romanorum Pontificum ſeruãda iubet ipſorum dicta ſanctorum magnanimiter retinenda, & promulganda. Et cum de legibus nihil dixerit, ideo id omiſiſſe videtur. *leg. quicquid. ff. de verb. oblig. l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. c. dilectus. de tempore ordinand. ca. is qui in princ. de ſent. excommu. lib. 6.*

Secundo facit; quoniam ſi Canones præferantur legibus, vt ſupra dictum eſt, multo fortius dicta ſanctorum, cum etiam Canonibus præferantur. *c. conſtitutiones. 20. diſt.* quod probatur eo; quia videntur repræſentare perſonas ſanctorum, quę videntur autoritate diuina potius, quam alia loqui: quoniã ex quo loquuntur diuina inſpiratione, videntur accuſare Chriſtum, qui eos accuſat. *ar. c. ſacerdotis. 6. q. 1. l. 2. C. de ſtatuis, & imaginib. 8. qu. 1. ca. qui.* Si enim Eccleſia ſanctorum patrum dicta approbet, quomodo ea recuſare potuit, cum eandem poteſtatem ex approbatione habeant, quam ex conſtitutione. *l. 2. § ne autem. & § ſed neque. C. de veteri iure enuclean.*

Tertio, imo quod fortius eſt, videtur, quod leges Principum in cauſis Eccleſiaſticis ſint repellendæ, ne diuinis rebus præſidentes videantur ſecularibus negotiis implicati, 96. *diſt. c. cum ad verum in fin.* illicitum namque eſt, eum, qui modo ſe in ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum Eccleſiaſticis immiſcere tractat. *ead. diſtinct. c. ſeq.* ad ſacerdotes enim Deus voluit, quæ in Eccleſia diſpenſanda ſunt, pertinere ad ſeculi poteſtates. *ead. diſt. c. ſi Imperator.* quæ diſtinctio in totum facit pro hac parte. Et quoniam ſancti Doctores Eccleſiæ ſunt ampliori gratia Spiritus ſancti; ita amplior ſcientia aliis nedum Regibus præcellẽtes rationi magis probantur adhæſiſſe. Vnde hoc exemplo Natan propheta Dauid Regem

gem increpauit, & Daniel nulla alia poteſtate functus, niſi quia ex reuelatione diuina præſumpſit, iudices à populo conſtitutos cõdemnauit. 2. *qu. 7. c. nos ſi competenter. §. ſed notandum. ver. item Daniel.*

In contrarium tamen; quoniam etiam videtur, quod ex ſententia Rom. Pontificis leges ſint diuinitus per ora Roman. Principum diuinitus promulgatæ. *ca. nemo.* 16. *q.* 3. Nam & beatus Petrus Princeps Apoſtolorũ ſecundum leges ſeculi; cauſas Eccleſiaſticas iudicabat 6. *q.* 1. *c. beatus. in fi.* & Gregor. in cauſis Eccleſiaſticis ex Romanis legibus ſumpſit argumenta 2. *q.* 1. *c. leg. in fin.* & Auguſt. *ead. q. c.* 1. *nomen.* ſenſatus eſt enim, qui credit legi Dei, & lex illi fidelis, *Eccleſiaſt.* 33.

Secundo facit; Quoniam infames ſunt ex Eccleſiæ ſtatuto, qui Chriſtianæ legis normã abiiciunt, ſicut qui Eccleſiaſtica ſtatuta contemnũt. 6. *quæſt.* 1. *c. infamis. in prin.* Item nullę accuſationes Iudicibus Eccleſiaſticis admittũtur, quæ per leges ſeculi prohibentur. Hæc enim ſunt ſanctorum patrum veſtigia *ead. qu. c. nos ſequentes.*

Item & tertio Papa iubet ſacræ ſcripturæ legibus ſe ſubiectum. 25. *q.* 1. *c. ſatagendum.* Ergo, & cauſæ Eccleſiaſticæ, in defectum Canonum, maiori eis debent ratione ſubeſſe, vt iuxta ipſarum diffinitiones terminentur. ad idem. 50. *diſt. c. ſi ille* 10. *diſt. ca. ſi adiutorium. & c. ſeq. vſque ad fi.* 16. *quæſt.* 6. *c. inter memoratos.*

Quarto; nam ex quo leges per Rom. Pontifices ſunt receptæ, ita habendæ ſunt, ac ſi eſſent per Rom. Pontificem promulgatæ. Omnia enim noſtra facimus, quib. à nobis autoritas impertitur. *l.* 1. *§. ſed neque. C. de veteri iure enuclean.*

Quinto; Quoniam leges ſunt præferẽdæ, ex quo in ordine literæ præferuntur regulis patrum, *ca. quis, aut leges.* 54. *diſtin.* quoniam ſi in ordine; ergo in obſeruatione *leg. hæredes. ff. ad Trebel.* Ordo namque verborum ordinem obſeruationis oſtendit. *cap. in Chriſto patre. de cond. diſt.* 2. Faciunt notata per Fel. & alios *in c. cum dilecta. de reſc.* & per doct. *in c. mandato, de preben. in* 6. dixi ſupra *in* 1. *part.*

Sexto facit; quia text. *in ca. ſummopere.* 11. *q.* 3. dicit, quod diuina, & humana lege reſoluatur dubia nihil de dictis ſanctorum patrum dicendo.

Septimo; facit textus *in c. ſi inter* 6. *quæſtion.* 4. vbi Papa leges humanas, & Principum ſuas leges vocat.

Octauo; quia etiam habetur 13. *q.* 2. *c. vnaquaque. §. item quæ.* Quod, quæ legibus diffinita ſunt, mutare non licet. Hinc Ambroſius *in c. iudices.* 3. *q.* 7. dicit: Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed iuxta leges, & iura pronuntiat, ſi quis ſententiis ſuis obtemperat, nõ indulget propriæ voluntati, nihil paratum & cogitatum de domo defert; & infra; obſequitur legibus, non aduerſatur, ſcilicet, naturę & infra, qui iudicat non ſuæ voluntati obtemperare debet: ſed tenere, quod legum eſt, nec immerito; quoniam per Imperatores leges humano generi Deum diſtribuiſſe notum eſt, dicit Auguſtinus 8. *diſtinct. cap. quo iure.* & ſancti, quorum dicta Eccleſia recipit, nihil debent cõtrarium legibus ex arbitrio ſuo dicere: ſed iuxta leges, pronuntiare. Poſtquam enim ſunt factæ leges non de eis, ſed ſecundum eas iudicandum eſt. *cap. in iſtis.* 4. *diſtinctione,* & hoc iuſte: quia lex eſt lux, & via vitæ. *Prouerb.* 6.

Nono facit; quia etiam ſimilitudo legis recipitur in argum. ad deciſionem cauſæ Eccleſiaſticæ. *c. in audientia. de ſenten. excom. extra. c. ſi iudex. de ſenten. excommu. in* 6. fortius præualebit ipſa lex. ad idem facit 15. *qu.* 3. *c. ſane. §. cum autem.*

Decimo facit; quinimo etiam cauſa Eccleſiaſtica per leges expreſſe decidit. *c. præſulum. in fi.* 16. *q.* 3. *ibi; tricennalis lex concludit.* quia, & filiorum noſtrorum Principum manauit autoritas. *& c. nos ſequentes.* 6. *quæſt.* 1. *&* 99. *diſt. ca. prouinciæ.*

Vndecimo facit; quia ſicut leges non dedignantur ſacros Canones imitari, *in Auth. de Eccleſ. ti. in pr. col.* 9. ita, & ſacri Canones Principum conſtitutionibus adiuuantur. *c.* 1. *cum concor. de oper. noui nunc. extra.*

Duodecimo; quia cuſtoditio legũ cõſummatio eſt incorruptionis. *Sapien.* 6. vnde dicitur 25. *qu.* 1. *can. generali.* Quicunque Regum

 cenſu-

cenſuram in quocunque crediderit, vel permiſerit violandam, vt execrandum anathema quidem fiat, & velut præuaricator fidei catholicæ apud Deum reus exiſtat, & *ead. qu. c. ideo. in princip.* vbi dicitur, quod in mundanis affixum eſt legibus, excedere minime nos debemus, contra eorum quippe ſaluberrima agimus inſtituta, ſi, quod ipſi diuino ſtatuerunt conſilio, intactum non conſeruamus. Dicta vero ſanctorum credenda non ſunt, niſi ſcripta in lege domini inueniantur: & ipſorum præcepta prius veniunt diſcutienda, quam implenda. 50. *diſtinct. c. ſi quis præpoſtera.* vnde Ioannis 1. *cap.* 3. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint, & ex his, & pluribus aliis motiuis, & rationibus. ita tenet Lucas de Penna *in l. medicos. in 2. & 3. col. C. de profeſſ. & medicis. lib.* 10. Et ad hanc vide Chriſtophorum Longolium in ſuo Panegyrico, in ciuilis ſapientiæ laudem, quo comparatis adinuicem cuiuslibet facultatis excellentioribus facile aperit, nullam earum nedum excellere, ſed nec ſibi coæquari, talemque inter eas omnes, & iſtam eſſe delectum, qualis inter continentia, & contenta ſolet adhiberi. Et hac velut vicaria Dei opera fungente omnes in hoc ſeculo egere neceſſario. Reliquis vero contingenter.

VIgeſimaquarta conſideratio; Ex prædictis ergo inferendum eſt, quod doctores iuris ciuilis ſunt multum honorandi, nec immerito: quia ſunt ad aliorum eruditionem. *ca. ſuper ſpecula. de Magiſtris.* & dicit text. *in cap. glorioſus Deus in ſanctis ſuis. de reliq. & veneratio. ſanct.* Quod ſunt luminoſæ candelæ, ardentes ſuper candelabrum poſitæ, quæ in vniuerſum corpus orbis terrarum tenebris profugatis veluti ſydus irradiat matutinum. & tex. *in c. ſuper ſpecula.* dicit, quod fulget velutti ſplendor firmamenti, & veluti ſtellæ ſunt in æternitates perpetuas permanſuræ. & *cap. multi de pœnit. diſt.* 2. dicit, quod ſunt radii ſolis, & text. *in l. ſi arborem. §. ſi tamen. in verb. locus opacus: quoniam ſ... it eſſe plenius ff. de ſeruitu. vrba. præd.* cum ibi notatis per Angelum, qui multum extollit illum textum ad hoc & anteceſſores appellantur, *vt in proœmio ff. orum. §. 1 & §. diſcipuli.* & domini vocantur. *Auth. habita, Cod. ne filius pro patre.* & patres iuris, vt *in leg. 1. Cod. de e... cu. artific. lib.* 10. Imo Prophetæ dicuntur, vt *in ca. ſi rector. 43. diſtin. ver. Propheta quippe.* Vocantur etiam nobiliſſimi, vt *leg. 2. fin ff. de excu. tutor.* & amici Principis. *leg. diui. ff. de iure patron.* & parentes, vt *in leg. ex diui. Cod. de locato.* vt per Barbatiam *conſilio ſuo incip. præclare ſcribitur apud Iob. culum. 9. in 2. volum.* Imo & patres Principis, & non fratres. *leg. 2. Cod. de offic io diuerſ. iudic.* Et profeſſores dicuntur. *C. ne fil. us pro patre. Authen. habita.* & doctores. vt *in proœmio Gregorian. & proœmio 6. & in clem. 2. de Magiſtris.* & Magiſtri offic. vt *in proœm. Digeſtorum. § huigitur.* Et his nominibus, ſcilicet Magiſter, & dominus vocabatur Dominus Ieſus Chriſtus, vt habetur *Iohannis* 13. Vos vocatis me, Magiſter & domine, & bene dicitis. Item vocantur præceptores, *l. ſi in adib. ff. de damn. infect.* & etiam dicuntur ſacerdotes. *leg. 1. ff. de iuſti. & iur.* Imo ſanctiſſimi. Cum ſanctiſſima lex ſeu iuris ciuilis ſcientia dicatur, vt *in leg. 1. ff. de variis & extraor. cognit.* Et etiam iuriſperiti dicuntur. *leg. 1. Cod. de profeſſ. qui in vrbe Conſtantinop. lib.* 12. & etiam celſiores, vt *in leg. 2. Cod. de offic io diuerſo. iudic.* Magnifici etiam viri appellari debent; quia & ſic verſantes magnificos viros appellat Philoſophus 4. *Ethicorum.* & ita etiam eos appellat textus *in 1. conſtitutione. C. §. 1. & in proœmio Inſtitut. §. cumque.* Sunt enim doctores Iuris optimi, iuſtitiæ & Reipublicæ miniſtri, inquit textus, *in proœmio ff. orum. §. diſcipuli. & §. pen.* & dicit textus *in leg. aduocati C. de aduoc. diuerſ. iudic.* Hi, qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuæque defenſionis viribus ſæpe publicis in rebus ac priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam ſi prælijs ac vulneribus patriam parenteſque ſaluarent: & aliqua ex nominib. prædictis ponit Cardinalis Florentinus dictus Zabarella *in cle. 2. de Magiſtris. in 3. q.* & in 4. ponit, quæ ſunt priuilegia illorum, forte ea

ſum.

Digitized by Google

ſum deſcripturus, ad denotandum, quod ex quo vltra doctores aliarum ſcientiarum ſunt priuilegiati, quod etiam ſunt honorandi. Illorum etiam priuilegia ponit Alexand. *in l. Centurio ff. de vulg. & pu. ſubſtitut.*

VIgeſimaquinta conſideratio; Antequam ponam, quomodo vnus doctor, etiam eiuſdem ſcientiæ, ſit alteri præferendus, ponam illam antiquam, & Carolinam diſputationem, quæ tamen eſt ſine rationibus validis ex parte Medicorum. An Legiſtæ ſint digniores Medicis, & ſic an debeant præcedere Medicos. An vero Medici Legiſtas, & in hoc Legiſtæ, Medici, & Theologi inſudauerunt. Legiſtæ vero ſuas partes tuentur, Medici ſuas. Theologi vero arguunt ad partes pro excellentia vtriuſque ſcientiæ, ſed nihil decidunt. Ideo adhuc ſub iudice lis eſt.

Et inprimis, capiam fundaméta pro Medicis tuendo eorum partes, ponendo multa vltra poſita per doctores noſtros Iuriſtas, quæ primo referam; deinde fundaméta Medicorum, tandem aliqua addam. Inter cæteros Iuriſtas reperio, quod Barba. *in c. clerici. de indic.* melius cæteris hanc materiam diſputauit. Et primo dicit, quod in hoc vult ſtare tanquam agnus coram tondente, nec vult alicui moleſtus eſſe, & adducit in medium illud, quod ſcribitur apud Philoſophũ *in 3* alias *in 1. Ethicorum*. opus morale, vt dicit, ſumpſit, non vt ſciamus, ſed vt boni efficiamur; & ſic philoſophia moralis non eſt introducta, vt per eam ſciamus, ex quo datur intelligentia quædam ad Iuriſconſultum noſtrum *in princ. ff. de inſt. & iur.* dum dicit veram, niſi fallor, philoſophiam, non ſimulatam affectantes: vt non ſit philoſophia ad ſciendum, vt boni homines fiant, vt probatur *in l. iuſtitia §. iuris præcepta ff. de inſt. & iure.* Ergo non eſt ſcientia, vt dicit dominus Abb. Panorm *in d. cap. clerici.* Nam ſcire, eſt rem per cauſam cognoſcere, vt *in 1. Poſteriorum*, & *in 1. Phyſicorum*, dicitur. Tunc etiam opinamur vnumquodque cognoſcere, cum cauſis cognoſcimus primas, & principia prima vſque ad elementa, *ca. qui occidit. 33. q. 8.* Ergo ſequitur, quod non eſt ſcientia facultas ciuilis, aut canonica, ſed eſt quædam philoſophia moralis, per quam homines inducuntur ad bonum faciendum, & ad euitandum malum, & ſe habet vt Imperatrix. faciat illud Horatii:

> *Oderunt peccare boni virtutis amore,*
> *Oderunt peccare mali formidine pœna.*

Et *l. 1. in princ.* & ibi gloſſa *in ver. metu. ff. de iuſtit. & iur.* Ergo eo reſpectu excellentior eſt naturalis Philoſophia, Metaphyſica, aut Medicina, vt dicit Barb. *in d. loco* pro ſuo primo fundamento. Sed iſtud fundamentũ eſt plus, quam debile, cum præſupponatur falſum, cum ſatis ſupra *in 4. conſi. huius part.* probauerim, legalem facultatem eſſe ſcientiam habentem ſuas cauſas & modos arguendi. Imo magis dicitur ſcientia, quam phyſica & medicina, vt ſtatim probabo.

Secundo Barb. adducit text. *in c. non ſane. 14. q. 5.* vbi Gratianus ponit verba Auguſt. ad Maced. in quibus præmiſit Medicos legum aut canonum doctoribus: & clarũ eſt, quod ex ordine literæ validum eſt in iure argumétum, vt *in l. generaliter. §. quid ergo. ver. ordinem ſcripturæ, ff. de fideic. lib.* notatur plene *in ca. cum delicta. extra de reſc.* vbi per Felyn. & dicit ipſe Barba. quod dicit *in c. decernimur. extra de iudic.* Ergo præferuntur Medici Legiſtis. Ad iſtud fundamentum dabitur reſponſum clarum, tenendo partem contrariam, vbi ſimili modo arguetur pro parte contraria.

Tertio idem Barb. adducit text. quem dicit eſſe ſingularem, coniuncto dicto Bart. *in l. 1. C. de Comitib. & archiat* [illegible] *lib. 12.* vbi dicit, quod Medicus principis aut Papæ æquiparatur Ducibus & Vicariis Principis, & obtinet locum Comitis primi ordinis, quem gradum non habet legum doctor Conſiliarius Principis, vt notatur *in l. iuriſperitos. ff. de excuſ. tutor.* Ad iſtud eſt facilis reſponſio; quod ex quo tenet primum locum inter Medicos, quod ratio eſt, quod aliqua dignitate decoretur: ſed non dicit, quod ille, qui inter Conſiliarios Principis tenet primum locum, vt eſt Cancellarius, qui dicitur quæſtor vel præfectus prætorio, ſit minor eo, cum

etiam ſit ſupra Duces, Comites, & Vicarios, vt ſupra ample dictum eſt *in 6. parte. in 1. & 2. conſid.* vbi ample de Cancell. & eius præeminentia ſeu excellentia: & etiam *in d. part.* poſui de primo Medico Principis, qui ſtat longe poſt Cancellarium.

Quarto; pro ſuo fundamento dicit, quod illa ſcientia eſt nobilior, cuius ſubiectum eſt nobilius, vt dicit Philoſophus *in 1. de anima*: ſed ſubiectum philoſophiæ naturalis, vt dicit, eſt nobilius ſubiecto legum: eſt enim ſubiectum corpus phyſicum, vt mundus, &c. quæ in eo ſunt, vt ſtellæ cœli, planetæ, elementa mixta, homo, animalia irrationabilia: de quibus philoſophus proprietates & paſſiones cõſiderat, & hæc ſubiecta ſunt nobiliora ſubiecto legum, quod eſt iuſtitia in politica conuerſatione.

Quod autem cœlum, intelligentiæ, & planetæ ſunt nobiliores ipſa iuſtitia ciuili, apparet: quoniam, vt dicit, ſunt corruptibiles in ſimplices, & perpetuæ cauſæ ſunt eorũ, quæ in mundo ſunt, à quibus ratio & natura rerum dependet, & omnes eius operationes inferiores. Et vt dicit: Legalis potentia eſt quædam operatio variabilis. Ipſa etiam anima humana nobilior eſt ſine comparatione, potentia legali, & ipſa iuſtitiæ communicatione; cum ſit ſubiecta, ſimplex & perpetua, & eodem modo eſt dicendum de intelligentiis ſuperioribus, vt habetur *in lib. de anima.*

Similiter; & ipſe homo videtur nobilior ipſa iuſtitia legali; quia cauſa efficiens & finalis ſunt nobiliores ipſo cauſato, vt *ca. cum ceſſante. extra de appell. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro.* & habetur *in lib. de cauſis.* & facit *l. eam quam. C. de fideicom.* ſed iuſtitia eſt effectus cauſatus ab homine, & etiam ad finem inuentus; ergo non eſt nobilior ipſo homine, & per cõſequens ſcientia illorum eſt nobilior ſcientia legali.

Et eodem modo probo; quod ſubiectum medicinæ eſt nobilius ſubiecto legis. Nam ſubiectum medicinæ eſt corpus humanum animatum; ſed ſubiectum legis eſt iuſtitia cõmunicatiua; ergo ſubiectum medicinæ eſt nobilius ſubiecto legali; eo, quia homo eſt dignior; quoniam eſt nobiliſſima creaturarum. Nam cauſa efficiens alicuius operationis eſt nobilior effectu à ſe producto, iuxta illud: *Manus tua, Domine, fecerunt me.* & probatur *in lib. de cauſis.* Ergo homo eſt nobilior iuſtitia politica, & communicatiua, & ſic nobilius eſt ſubiectum medicinæ, quam legis, & per conſequens eſt nobilior ſcientia.

Pro reſponſione præcedentium perſuaſionum, ſeu talium, qualium inductionum neceſſe eſt demonſtrare errorem ita arguentiũ, qui in omnibus errant extrauagando terminos, & aliter ſumendo, quam ſumi debeant. Nam, non eſt verum, quod homo ſit ſubiectum in Metaphyſica, Philoſophia, & Medicina, quæ omnes res, ſupra declaratæ, ſunt ſubiectum in illis ſcientiis. Sed in philoſophia naturali ſubiectum eſt cognitio rerum naturalium, & effectus illarum, quæ ſunt factæ cauſa hominis; cum omnia hominis cauſa facta ſint, non ſolũ medicina: ſed etiam planetæ, cœlum, terra, aer, aqua, omnia elementa, iuſtitia, ius, & omnes aliæ res quæcunque ſint. Ita, quod homo in qualibet ſcientia eſt ita ſubiectum in vna, ſicut in alia: & vnaquæque ſcientia eſt ita ſubiectum hominis, ſicut alia: cum, vt dictum eſt, hominis cauſa facta ſint omnia vt dictũ eſt ample ſupra *in 2. part. in 1. conſ.* ad quam recurre, ad demonſtrandũ, quod omnia ſunt ſub homine, & non quod homo vni rei ſubiiciatur, & non plus vni, quam alteri: imo omnes quæcunq; res, quæ ſunt in mundo & à Deo creatæ ſubiiciuntur homini, vt ibi ample dixi, præter rationem, cui ſubiicitur homo & non ratio homini; vnde, vt ait Seneca ad Lucill. Si vis omnia tibi ſubiicere, ſubiice te rationi, vt dicit gl. *in ver. rationis in c. ex eo: de elect. in 6.* de qua do. meus Iaſ. *in l. dedi la premiere. §. ſi liber. ff. de cond. ob cauſam. & in l. quoties in 6. & 7. col. Cod. de rei vendic. & in l. illam. C. de collat.* Sed nihil aliud eſt lex, niſi quod ratione conſiſtit, *1. diſt. c. cõſuetudo.* Imo ratio eſt anima legis, *l. cum pater. § dulciſſimi. ff. de leg. 2.* Quoniam per ratione reſtringitur, ampliatur, & ducitur, vt tenet Fel: *in ca. ex part. in fin. extra de conſtit.* Pan. *in c. fin. in c. 3. col. extra de reſcript.* Petr. de Anch. *in conſil.*

In conſil. 254. *in* 2. *colu.* Item & magis errant, qui tali fundamento vtuntur, dicendo, quod ſubiectum in ſcientia legali ſit iuſtitia politica, & communicatiua, cum verum ſubiectũ ſit ius, quod ars boni & æqui, quæ ſunt eſſentiæ Deitatis, vt ſupra dictum eſt. Ex quo ſubiectum ipſius ſciẽtiæ legalis poteſt dici Deus. Sicut in Theologia vno reſpectu; tamen licet alio quam ad Theologiam. Cum licet Deus ſit ſubiectum in Theologia eodem reſpectu, ſcilicet, quia conſiderat Dei proprietates, & operationes, ex quo eſt eius verum ſubiectũ ſecundum Philoſophum 1. *Poſteriorum.* & dixi ſupra *in* 2. *conſid.* ſi etiam ſcientia legalis: quia conſiderat bonitatem & æquitatẽ, quæ ſunt partes iuris; & ideo cum ſint eſſentiæ & proprietates, & operationes Dei, qui circa bonitatem & æquitatem operatur, ideo ſubiectum in illa ſcientia legali eſt ipſe Deus, vt ample ſupra dixi, & ſcientia medicinalis ſolum habet reſpectum ad ſanitatem corporis, & non animæ, nec morum; quod tamen facit ſcientia legalis: quoniam ea ratione, qua homo poteſt dici ſubiectum in medicina, quia medicina habet reſpectũ ad ſanandum corpus; eadem ratione, & digniori poſſet dici ſubiectum in ſcientia legali; cum medicina habeat reſpectum ad illum ſanandum, & ſcientia legalis ad illum bene regendum & gubernandum. Et non ſolum hominem in ſpecie prout medicina, ſed totum hominem in genere, & in Republica, quæ homini priuato præferenda eſt: circa quam verſatur ſcientia legalis, non autem medicina: & ſicut ſecundum communem opinionem, & illorum; quia non vltra voluerunt dicere, quod ſubiectum iuris ciuilis eſt homo politicus, & rationalis dirigibilis conſtitutionibus legalibus in bonum & in notitiam diuinarum atq; humanarum rerum, vt ſupra dictum eſt. Ita homo non ſimpliciter, ſed ægrotus dirigibilis ad ſanitatem ex conſtitutionibus & ordinationibus medicinalibus eſt ſubiectum in medicina: ſed non poteſt dici, quod homo ſit ſimpliciter ſubiectum in medicina; cum homo ſanus non ſubiiciatur medicinæ: quoniam, vt habetur *Matth.* 9. *Marc.* 2. *& Luca* 5. Non eſt opus medico valentibus, dicit Ieſus Phariſæis. Cui Chriſto credendum eſt, cum, quæ dicit, vera ſint, & verum eſt teſtimonium eius: & ideo non poteſt eſſe verum, quod homo ſimpliciter ſit ſubiectum in medicina: quod adhuc, quod plus eſt, poteſt ſemper dici in ſcientia legali; quoniam licet dici poſſit, quod quæ ſpiritu Dei reguntur, non ſint ſub lege; verum eſt, quantum ad exercitium; ſed quantum ad rationem legis ſemper homo ſubiectus eſt. Panor. *in cap. omnis anima. de cenſib.* dixi ſupra *in* 4. *conſid.* Nec eſt etiam verum, quod iuſtitia ſit magis corruptibilis, & quod cœlum & intelligentiæ, ſeu planetæ cœli ſunt magis incorruptibiles, quam iuſtitia. Cum ſit conſtans & perpetua voluntas, vt habetur *Inſtit. de iuſtit. & iur. in princip. & in l. iuſtitia. ff. eodem.* & dixi ſupra, vbi ſatis probaui, quod non eſt variabilis, nec commutabilis.

Et ſi dicatur; quod cauſa efficiens ſit maior cauſato: ergo etiam ſequitur, & in hoc non eſt dubium, quod omnes aliæ ſcientiæ; imo inter alias plus medicina minoratur; cum homo ſit cauſa efficiens illarum; & homo non eſt factus propter medicinam, ſed medicina propter hominem; quia homo eſt dignior quacunq; ſcientia; imo quacunq; re mundi; cum omnia eius gratia facta ſint. dixi ſupra ample *in* 2. *part. in* 1. *conſid.* ex quo ſequitur, quod prædicta fundamenta Barbatiæ non militant.

Quinto; Barbatia pro medicis adduxit aliud fundamentum, & dicit, quod illa ſcientia eſt nobilior altera, cuius finis eſt dignior; quia omnis laus in fine canitur, & omne agens agit propter finem, & finis eſt, qui mouet agentem, & eſt cauſa cauſarum, vt dicit Philoſophus, & probatur *in l. eam quam. C. de fideicom.* ſed finis Philoſophiæ naturalis eſt dignior, quam finis legalis cenſuræ, quod demonſtrat, vt dicitur: quia finis intentus à natura in Philoſophia eſt felicitas actuum humanorũ; ſed finis legalis cenſuræ nõ eſt felicitas actuum humanorum: ergo finis naturalis Philoſophiæ eſt dignior fine legalis cenſuræ. Quod, vt dicit, apparet, finis legalis cẽſuræ

eſt felicitas quædam circa quoddam cõmunicari ſecundum ciuilem conuerſationem; talis autem non eſt vera felicitas actuum humanorum, vt probatur *in lib. Ethic.* & eodem modo eſt dicendum de medicina, vt finis medicinæ ſit dignior fine legalis cenſuræ. Nam finis medicinæ eſt conſeruatio ſubſtantiæ & eſſentiæ hominis; finis autem legis eſt conſeruatio qualitatis & accidentis; quia bona & honeſta cõuerſatio; in aliis autem ſubſtantialis, & conſeruatio ſubſtantiæ & formæ eſt dignior finis, & magis neceſſarius fine qualificatiuo & conſeruatiuo qualitatis, & vt dicit, hoc eſt clariſſimum; quia ſubſtantia eſt dignior accidente; quia accidens eſt in eſſe, vt voluit Philoſophus 5 *Ethicorum. & in l. eius. ff. ſi cert. petat.* Parcat mihi autoritas domini And. Barb. quia non bene conſiderauit finem legalis ſcientiæ. Quoniam, ſi vidiſſet Ciceronem, aut de eo recordatus fuiſſet, & ſeq. allegandis, non dixiſſet finem legalis ſcientiæ eſſe talem, quem dicit. Nam Cicero *lib. 2. de legib.* ad ciuium ſalutem, ad ciuitatũ incolumitatem hominumque vitam beatam & quietem leges eſſe adinuentas atteſtatur, & ſatis iuribus demonſtratur per text. *in l. 2. §. poſt hæc deinde ff. de orig. iuris.* vbi Bald. dicit, quod ciuitas non poteſt ſtare ſine iuriſperito; cum leges ad conſeruandam Remp. ciuitatis, & etiam finis legis eſt conſeruatio pacis inter homines, vt dicit Alber. *in rub. ff. de legib.* Et ſic finis legalis ſcientiæ non ſolum tendit ad conſeruationem vnius hominis in ſpecie, puta talis, aut talis, ſed omnium & totius Reipublicæ. Et tamen finis medicinæ nõ tendit ad conſeruationem vniuerſalis ſtatus hominis. Cum medicina ſit tantum pro ægrotis: quoniam, vt dictum eſt, non eſt opus medico bene valentibus, *Matth. 9.* Nec eſt in poteſtate medici facere hominem quantumcumque ſpecialem immortalem, iuxta illud *Pſalm.* 87. nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici ſuſcitabunt? quod nõ eſt medicorum ſuſcitare: ſed ſolius Dei. Vnde dicit: Confitebuntur tibi; quia ſi aliquos mortuos ſuſcitari contigerit, non à medicis, ſed à Deo ſolo rediuiuos faterentur, prout ita declarat illum textum Archid. *in ca. conuertimini. §. hinc etiam medici. de pœn. diſtin.* 1. Item & ſic. Ex quo finis legalis ſcientiæ tendit ad conſeruationem Reipublicæ; finis vero medicinæ ad conſeruationem priuatorũ hominum, eſt præferenda ſcientia legalis. Cum vtilitas publica præferenda ſit priuatæ, *l. vtilitas publica C. de princip. lib.* 12 & ibi Luc. de Penn. Nam bonum gentis diuinius eſt, quam bonum vnius hominis, vt dicit Philoſoph. 1 *Ethic.* Et apud Platonem iuſtiſſime illa ciuitas traditur inſtituta, in qua proprios quiſq; neſcit affectus. 8. *diſ. in prin.* hinc Tullius *de offic. lib.* 3. Natura quidem conſequimur, vt communẽ vtilitatem noſtræ anteponamus: vt enim leges omnium ſalutem, ſaluti ſingulorum anteponunt, dicit Luc. de Penn. *in l. 1. C. de collat. fund. patrim. lib.* 11.

Item medicina tendit ſolum ad conſeruationem corporis, ſed legalis cenſura ad conſeruationem hominum Reipublicæ, & animæ; quoniam ad rerum diuinarum atq; humanarum notitiam tendit, vt dicit gl. *in l. 1. §. proinde ff. de var. & extraor. cogn. in ver. ſanctiſſima.* vbi dicit, quod ſcientia legalis eſt ſanctiſſima quo ad animam: quia eius præcepta concordant cum diuinis. Docet enim honeſte viuere, alterum non lædere, & ius ſuum vnicuique tribuere; ex quibus non ſolum corpus conſeruatur, ciuitas & Reſpublica: ſed anima ſeruatur; quoniam in his tribus pendent leges & Prophetæ, ſed anima præferenda eſt corpori & quibuſcunque rebus, *l. ſancimus. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ſatis ſupra demonſtraui, qualis ſit finis legalis ſcientiæ, ratione cuius etiam videtur legalis eſſe æquiparanda ſcientiæ theologicæ, quæ cum ſupra ſcripſerim, nolo hic tranſportare. Ex quibus conſtare poteſt, quod nulla eſt comparatio finis legalis ſcientiæ ad finem medicinæ aut philoſophiæ naturalis, cum in centuplo ſit dignior finis legalis ſcientiæ fine medicinæ & philoſophiæ.

Sexto, Barbatia adducit aliud fundamentum, & dicit, quod nulla doctrina poſſit appellari ſcientia, niſi quæ eſt verorum & æternorum in veritate, & impoſſibilium aliter ſe habere;

habere; quoniam, vt dicit, ſcientia eſt verorũ, ſecundum Philoſophum 1. *Poſter.* & Commentatorem *in 3. de Anima.* & facit text. *in c. qui occidit. 23. qu. 5.* & quod voluit Bart. *in l. 2. § quod obſeruari. C. de iuram. calum.* quoniam nihil ſcitur niſi verum, vt voluit Bald *in ca. 2. de conſtit.* vbi dicit, quod ſcientia eſt Entium nõ eorum, quæ natura, aut ars reuelauit. Bal. *in c. cum contingat, de reſcind.* Pet. de Anch. *in clem. 1. de con eſſ. preb.* & pergl, *in l ſi pater. ff. de hered. inſtit.* probatur *in d. c. qui occidit.* ſed philoſophia eſt huiuſmodi, & legalis cenſura eſt circa contingentiã in humanis actibus extrinſecus contingentibus aliter ſe habere, & diuerſimode ſe habere; & ideo dicit, ꝙ lex adaptatur tempori. & eſt mutabilis ex veritate temporum. 3. *diſt. can. erit autem lex c. non debet. de conſang. & affi. c. pen. de cle non reſiden. ea. ſug geſtum. de decimis l. ex facto. ff. de vul. & pup.* Et per conſequens videtur, quod doctor philoſophiæ, aut medicinæ ſit præferendus doctori legum, ſeu canonum.

Ad iſtud fundamentum eſt ampliſſime reſponſum ſupra *in hac part. in 4. conſid.* ibi; *Ad quartum.* & ibi, *ad ſextum.* vbi ſatis probaui, quod ſcientia legalis ſit immutabilis, licet quandoque mutetur ex illa aliqua conſtitutio, non tamen per hoc dicitur mutabilis aut variabilis; cum omnia ſemper fiant cum ratione, quæ eſt anima legis; & ſicut quandoq; Medicus mutat medicinam ratione loci aut temporis etiam in vno & eodem tempore, & per hoc non dicitur facere contra ſcientiam ſuam; ſic etiam dicendum eſt de Iuriſperito, aut alio habente poteſtatem mutãdi ali quas leges: ſed cum ſcientia legalis non ſit in totũ mutabilis, prout nec ſcientia medicinalis. Ideo eſt certa, & vera in genere, ſicut ipſa medicinalis ſcientia.

Septimo; pro parte Medicorum adduco alia fundamenta, videlicet, quod ſunt honorandi. Quoniam, vt habetur *Eccleſ.* 38. Honora Medicum propter neceſſitatem; etenim illum creauit altiſſimus; à Deo enim eſt omnis medela, & à Rege accipiet donationem, diſciplina Medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatum collaudabitur. Altiſſimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Vbi ample conſtat, quod Medici ſunt honorandi, & ꝙ medicina eſt à Deo. Sed ad hoc dico, quod ex origine ipſius nõ eſt tam honoranda, quã ſcientia legalis; cum medicina ſit de terra, & iuſtitia de Cœlo proſpexit, vt ſupra dictũ eſt; & ideo à digniori loco dignior dicitur argumento eorum, quæ dicuntur de matrimonio, quod eſt dignius Sacramentum; eo, quia in Paradiſo fuit celebratum, & ordinatum. *Geneſ.* 2. Erunt duo in carne vna, prout ample dixi *in conſuet. noſtris Ducatus Burgun. in rubr. des droits & apparten. à gens mariez. in princip.*

Octauo; facit text. *in l. 1. § medicorum. ff. de var. & extraord. cogn.* vt ibi dicit textus, quod Medicorum eadem cauſa eſt, quæ & profeſſorum, niſi quod iuſtior quo ad petitionem ſalarij; ex quo in hoc diminuitur de eorum honore. Cum ex quo mercenariam operam non ſpernũt, non amplius inter Philoſophorum profeſſores numerantur, vt dicit ibi text. ibi; *An Philoſophi* & ideo ex quo Legiſtæ non petunt ſalarium, ſed eis datur honorariũ, ſic dictum; quia honor eſt donati & cui datur. vt dicit gloſſ. *in verb. honor. in d. l 1. §. eſt enim.* Quædam enim tametſi honeſte accipiũtur, inhoneſte tamẽ petuntur, vt dicit tex. Ex quo tex. clare conſtat, ꝙ ſtatus Aduocatorum eſt honorabilior, quam Medicorũ, eadẽ cauſa.

Nono; per illũ text. hic ante allegatũ dicitur, quod Medici præſunt corporibus humanis; Legiſtæ vero rebus; ſed corpus præferendum eſt rebus; cum ſit dignius, quã res: & digniora ſunt, quæ digniorib. prę́feruntur, vt *in Auth. de defenſo. ciuit. §. nos igitur. col. 3.* Igitur Medici ſunt præferendi Legiſtis. Ad hoc eſt ſupra reſponſum, ꝙ licet Legiſtæ præſint rebus, & habeant eas ſubiectas; habent etiã nõ ſolum corpus ad inſtruendũ ipſum, quomodo alterum lædere non debet, honeſte viuere, & ius ſuum vnicuique tradere debet, l. 1. *ff. de inſt. & iur.* & dixi ante: ſed etiam præfertur animæ, quam inſtruit, & docet (vt etiã prædixi) quæ precioſior eſt corpore. Igitur.

Decimo facit; quia leges impediũt cogni-

tionem veritatis. Medicina autem facit ad eam deuenire, quod ſic probatur per dictum Auer. *in fin. 2. Phyſ.* vbi dicit: Ille, in quo congregatur conſuetudo & comprehenſibilitas veritatis, non habet impedimentum à veritate, ſed impedimentum ſemper eſt à falſitate, vel ſaltem ab eo, in quo non eſt veritas, neque falſitas, vt *in logic. & 2. Meta. Ariſtot. sextu com.* 14. quantam vim habeat conſuetudo, leges oſtendunt, in quibus iuuenes apologus plus animo applicabiles, quam ſummæ veritatis; & tamen medicina, ex quo eſt ſententia ſpeculatiua, & per ſpeculatiuas acquiritur cognitio veritatis, vt dictum eſt ante. Igitur cognitionem veritatis impediunt leges, quam medicina amplectitur: & per conſequens Medici Legiſtis ſunt laudabiliores. Sed ad prædicta eſt ſatis reſponſum, ex quo non ſolum ſcientia legalis eſt practica, ſed etiam ſpeculatiua, vt dixi. Igitur, &c.

Vndecimo facit; quia Iuriſtæ, vt iuriſtæ, non poſſunt eſſe prudentes. Igitur non poſſunt eſſe ciuiles. Cõſequentia patet ex d. Philoſopho 2. *Poli.* qui dicit; Neceſſe eſt ciuilem hominem eſſe prudentem: & probatur antecedens; quia prudentia eſt habitus cum ratione vera. Iura autem ſunt cum formidine; quoniam ſunt opiniones: ſed opinio non eſt habitus, in quo anima proſpiciat verum affirmando vel negando, vt 6. *Ethic.* ſed ea falli contingit. Igitur, &c. Ad hoc ſatis eſt reſponſum ſupra. Et dicit Laurent. Valla *in proœmio tertii libri ſuarum elegantiarum*, quod quinquaginta Digeſtorum libros, cum admiratione relegit. Primum quod neſcias, vtrum diligentiane, an grauitas, prudentia, an æquitas, ſcientia rerum, an orationis dignitas præſtent; & maiori laudi danda eſſe videantur. Deinde, quod hæc ipſa ita in vnoquoq; illorum omnia ſunt egregia & perfecta, vt vehementer dubites, quem cui præferendũ putes. Quæ enim diſciplina (vsidem ait) ſcilicet, quæ publice legatur, tam ornata atque aurea, vt ius ciuile? Tantum igitur deberi putat eius facultatis libris, quantum illis olim, qui Capitolium ab armis Gallorum atq; inſidiis defenderunt, per quos factũ eſt, vt non modo tota vrbs non amitteretur, verũ etiam, vt tota reſtitui poſſet, ita per quotidainam lectionem Digeſtorum, & ſemper aliqua ex parte incolumis, atque in honore fuit lingua Rom. Hæc ille inter plura alia.

Duodecimo facit; quoniam qui à Deo commendantur, ſunt magis approbati, vt dicit Apoſt. 2. *ad Corinth.* 10. non enim quiſeipſum commendat, ille approbatus eſt, ſed quem Deus commendat: ſed Medici à Deo commendantur, vt dictum eſt ſupra *in ſeptimo argumento*. Iuriſtæ autem ſe ipſos cõmendant, vt habetur *in c. clerici.* per Doct. *de iud.* Sed Medici, qui faciunt iſtud fundamẽtum, aut non omnia viderunt, aut veritatem tacẽt: quoniam etiam Iuriſtæ & legislatores laudantur à Deo; quia, vt habetur *Pſal.* 83. Benedictionem habuit Legislator, & ibunt de virtute in virtutem; quoniam etiam ipſe Deus Legislator dicitur *Iob.* 36. Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in Legislatoribus. & *Iaco.* 4. Vnus eſt Legislator & iudex, qui poteſt perdere & liberare, &, vt dicit Bern. de Buſt. *in 2. part. ſui Roſarii ſermone 29. 2. part. in litera C.* hæc ſcientia eſt à Deo, vt habetur *Prouerb.* 8. per me legum conditores multa diſcernunt, & habetur *Pſ.* 9. Conſtitue, Domine, legislatorem ſuper nos, vt ſciant gentes; quoniam homines ſunt. Imo dicitur *Actor.* 5. Doctores legum dicuntur honorabiles, cum dicunt; Quidam erat in concilio Phariſæorum nomine Gamaliel, legis Doctor honorabilis.

In contrarium tamen, & pro parte Legiſtarum, quæ eſt ipſa veritas, & prout ita ſe habet obſeruantia, & ita etiam tenet ſedes Apoſtolica, quod Legiſtæ præferuntur Medicis & magiſtis in artibus, teneo, quod indiſtincte Doctor legum & canonum, aut vnius illarum facultatum tantum, præfertur Doctori in medicina & magiſtro in artibus. Quod probatur multis fundamentis, ex quibus iam ſupra plura poſui, ſed ea, quæ poſui, non recitabo; ſed tantum de eis mentionem faciam remiſſiue ad loca ſupra dicta, & ſupra deſcripta.

Primum ergo fundamentum eſt Barbat.

Digitized by Google

ſemper tenendo eius ordinem, & aliqua addendo; ex eo, quia anima eſt precioſior corpore, & ſemper eſt præferenda, *l. ſancimus. C. de ſacroſ. Eccleſ. c. cum infirmitas. de pœn. & remiſſ.* ſed legalis cenſura eſt medicina animæ, & curat animam. tex. eſt valde ſing. iuncta ſua gl. *in verb. nouis. de iur. cal. extra.* & maxime in Canonicum ius, quod tendit ad bonũ animę ſimpliciter, & ad dirigendũ animas ad ipſum Deum, vt *in ca. vt animarum peric. de conſt. in 6.* & in gl. mag. circa med. quæ ad hoc reputatur ſingularis *in c. cum conting. de iureiur. ext.* ſed idem etiam dicendũ eſt de ſciẽtia legali; cum ſit ſanctiſſima etiam quo ad animam, vt eſt text. *in l. 1. §. eſt enim gl. in ver. ſanctiſſima. ff. de variis & extraord. cogn.* vt dixi ſupra reſpondendo ad fundamenta pro contraria parte. Sed medicina curat quandoq; corpus ægrorum, non ſemper: quia *Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger:* eo etiam, quia conſtituti ſunt vnicuiq; termini, qui præteriri nõ poterunt, vt habetur *Iob. 14.* Et cum corporalia nihil ſint ad cõparationem animæ & ſpiritualium, vt *cap. inter corporalia. de translat. prælat.* Quoniam etiam, vt inquit Hieron. temporalis vita vitæ æternæ comparata, potius eſt dicenda mors, quam vita. & apud Cic. *de ſomn. Scipionis.* Veſtra, quæ dicitur vita, mors eſt. Et etiam militat hoc argumentũ, quo ad Philoſophiam: quia, licet philoſophia naturalis tẽdat ad cognitionem rerũ, & ad quandam felicitatem cognoſcẽdi, iuxta illud, quod dicitur in Georg. *Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.* Non tamen tendit ad beatitudinem animæ, & per conſequens ſcientia legalis eſt nobilior philoſophia & medicina.

Secundo facit; quoniam illa ſcientia dicitur honorabilior altera, cuius ſubiectum eſt honorabilius. aſſumptum eſt Philoſophi *in 1. de anima.* & pluries ſupra relatũ eſt, ſed ſubiectum legis (vt dicit Barb.) eſt iuſtitia; & iuſtitia maior eſt omnium aliarũ virtutum. Vnde ſcribitur apud Cic. *in lib. de ſenectute.* Optimo, iuſtiſſimoq; cuiq; iter in cœlum patere, & expeditiſſimũ eſſe, quod propter iuſtitiam quis acquirat beatitudinẽ. Et ideo dicebat Ariſtot. *5. Ethi.* quod iuſtitia ſit virtus lucens, vt heſperus; ergo ſcientia legalis eſt nobilior artibus & medicina. Hæc ſunt, quæ dicit Barb. Sed de huiuſmodi nobilitate iuſtitiæ eiuſq; excellentia ſeu præcedentia, ad omnes alias, dixi *in rubr. des iuſtices. in prin. in comm. noſtris ſuper conſu. Duc. Burg.* Et de ſubiecto digniori dixi *in hac part. in 6. conſid.* vbi poſui, quod ratione ſubiecti etiam æqualis ſit cum Theologia, & participet cũ Theologia ſcientia noſtra legalis; ideo hic non repeto; quæ quidem iuſtitia domina eſt & regina virtutũ, vt dicit Beroald. *in tract. de felicitate:* imo etiam iuſtitiæ pars eſt religio, vt ibi dicit, cum Dei cultus iuſtitiæ adſcribatur. Ex quo, vt dicit, eſt animæ conſeruatiua.

Tertio facit; quia omnia denominantur à fine, & finis eſt, qui mouet agentem, vt voluit Philo. Sed finis legalis ſcientiæ eſt conſeruare Remp. ciuitatem, & hominum congregationem, vt probatur *in l. 2. §. poſt deinde. ff. de orig. iur.* & ibi Bald. colligit, quod ciuitas nõ poteſt ſtare ſine iuriſperito: tendit enim ad bonum publicũ, propter quod homines efficiuntur beati. teſte Cic. *in lib. de ſomn. Scipionis. in ver. omnib. qui patriam auxerint, rexerint, adiuuerint, atq; ſeruauerint, eſſe certũ in cœlo diffinitum locum, vbi ſempiterno æuo fruantur.* Sed ad hũc finem non tendunt artes & medicina; ergo ex fine legalis ſcientia excedit artes & medicinam. Et de huiuſmodi fine ſcientiæ legalis, ſatis ample ſupra ſcripſi *in hac part. 7. conſider.* quæ hic nõ refero: ſed ex ibi deductis eſt ampliandum iſtud fundamentum.

Quarto facit; illa ſcientia eſt nobilior alia, per quam humana vita melius diſponitur. Nam homo eſt nobiliſſima creaturarũ, iuxta illud Porphy. Sumus n. rationales nos & dii, ſed mortales additũ nobis, ſeparat nos ab illis. *& in 6. Æn.* ſcribitur:

Igneus eſt illis vigor, & cœleſtis origo.

Et in illo Ouid.

Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terrã,
Os homini ſublime dedit, cœlumq; videre
Juſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Et dixi ample ſupra *in 2. par. in 1. conſid.* Sed per cenſuram legalem melius diſponitur

humana vita. Nam per leges homo homini prohibetur inſidiari, *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* Imo non ſolum vna ciuitas, ſed nec exiguus hominum cœtus poteſt eſſe ſine iuſtitia. Nec etiam quidem parua domus, vt dicit Macrobius *libr. 10. de ſomn. Scipionis.* Ita quod non ſolum eſt vtilis & neceſſaria cuilibet adminiſtrandi & exercendi, ſed etiam omnibus & Reipublicæ, vt dixi *in dict. rub. des iuſtices. in prin. ſupra alleg. in conſuet. noſtris Ducat. Burg.*

Quinto; illa ſcientia eſt nobilior altera, per quam homo magis efficitur obediẽs Deo & magis ipſi Deo coniungitur: ſed per legem nos efficimur virtuoſi, vt *l. 1 in princ. ff. de iuſt. & iure.* iungimur Deo, & ſumus filii ipſius Dei: Quoniam dii & nos rationales ſumus, vt dicit idem Barbatia *in c. ſignificaſti. de foro compet. num. 14.* Imo, vt dicit Propheta *Pſal. 83.* Etenim benedictionem dabit Legislator, & ibunt de virtute in virtutem. Et habetur *Dan. 12.* Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, *c. ſi. de magiſtris.* & dixi ante *in 7. part.* vbi dictum eſt, quod aduocati ſunt laudandi & honorandi in ſede magiſtratus: ita quod Legiſtæ, etiam ſacerdotes & ſanctiſſimi vocantur. Dixi hic ante *in 10. conſid.* Sed per medicinam in nihilo Deo attingimur; imo nihil habet, quod concernat conſcientiam aut animam niſi à Iureconſultis, vt *in c. cum infirmitas. de pœnit. & remiſ.* imo per medicinam quandoq; curamur ab infirmitate corporis tantum, nec Deo coniungimur. Igitur, &c.

Sexto facit; Quoniam, vt inquit ſummæ ſapientiæ Chryſippus, lex eſt rerum humanarum & diuinarum cognitio, *l. nam Demoſthenes. ff. de legib.* & medicina eſt tantum cognitio rerum naturalium & humanarum; ergo excellentior eſt legalis ſcientia. Cum eius ſubiectum, ſcilic. iuſtitia aut ius, verſetur circa diuina, vt dictum eſt ſupra ample *in 18. conſid.* & voluit Philoſophus *in 1. de anima.*

Septimo facit; Quoniam lex eſt donum Dei, *d. l. nam & Demoſthenes. ff. de legib.* & fuit inuenta à Deo, & ſic proceſſit à Deo. *Exod. 31. c.* ibi: *digito Dei ſcriptos.* & *Deut. 10. c.* & dicitur *Exod. 25.* Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem & mandata, quæ ſcripſi, vt doceas filios Iſrael. & dicitur *Prouer. 6.* quod eſt lex mundi & fons vitæ. *16. cap.* Et procedit à ſapientia. *Eccle. 19.* & fuit inuenta à Deo, et quo eſt magnificanda; ſicut matrimonium magnificatur ab autore, *c. 1. de voto lib. 6.* & dixi ſupra *hic in 5. conſid.* quomodo leges inuentæ ſunt à Deo, & origine à Deo proceſſerunt. vbi ample, & ſunt per ora Principum diuinitus promulgatæ, *l. ſi. C. de praeſcript. long. temp.* & iuxta illud iam ibi per me allegatũ. Per me reges regnant. Medicina vero eſt inuenta ab homine, videlic. ab Apoll. Æſculapio, & Hip. doctiſſ. iuxta illud Ouid. *Inuentum eſt medicina meum.* Ex quo ſequitur, quod magis eſt honorãdus Legiſta, quã Artiſta, aut Medicus.

Octauo; dicit Barbat. hoc probari ex gloſ. *in verb. nec medico in c. non ſane.* quod eſt *c. fin. 14. q. 5.* vbi dicit, quod Medici non ſunt maioris valoris, quam obſtetrices. vt videtur facere text. *in l. ſi duobus. §. ſin autem artifices. C. com. de legat.*

Nono; dicit Barbatia, quod etiam ex modo acquirendi ſciẽtia legalis eſt dignior, cum faciliori modo acquiratur ſcientia legalis, quam artis, aut medicinæ. Quoniam, licet modus ſciendi in Philoſophia naturali ſit demonſtratiuus, & ſit certior & verior, iuxta illud: Certior aure arbiter eſt oculus, *l. corruptione. §. ſi. ff. ſi. regund. l. 1. ver. atrox aſpect. ff. de feriis.* & eodẽ modo modus ſciendi medicinæ eſt demõſtratiuus aut diffinitiuus: vt apparet *in 1. Tech. pri. canonis. tertia Fen. primo.* Item modus ſciendi leges eſt poſitiuus & fallax. Ideo non eſt certus & demonſtratiuus, ſed modus ſciẽdi leges, licet ſit poſitiuus; tamen eſt finitus, & ſic eſt certus: & adducit text. quem dicit valde ſingularem *in proœmio Digeſtorum. §. quibus.* Imo eſt ſub *§. duabus.* in impreſſionibus nouis. vide tamen textum alium ad hoc *in proœmio Inſtitut. in §. cumque in fin.* ibi: *vt & initium vobis & finis legum.* Ex quibus textib. tria inferuntur. Primo; quod legalis cenſura eſt ſcientia contra multa argumenta in cõtrarium, & ſupra ample probaui *in 4. conſid. huius part.* Secũdo probatur, ꝙ eſt ſcien-

ſcientia finita, & traditur per modos certos, determinatos & finitos. Hinc dicit etiam tex. *in Auth. de priuileg. dotis in prin. col. 8.* Vnam nobis eſſe in omni noſtræ Reipublicæ & Imperii vita. In Deo ſpem credimus, ſcientes; quia hæc nobis & animæ & imperii dat ſalutem. Vnde & legiſlationes noſtras inde pendere competit, & in eam reſpicere, & hoc eis principium eſſe, & medium, & terminū. Tertio probatur, quod finis ſuus eſt mirabilis, & facit illud, quod habetur *in aphoriſmis Hippocratis*, cum dicitur: *Vita breuis, ars vero longa: tempus acutum, experimentum vero fallax.* & per conſequēs ſequitur, quod ratione modi, per quem ſcitur ſcientia legalis, eſt excellentior, quam artis & medicinæ.

Decimo facit; prout dicit Barbatia, illa ſcientia eſt alia excellentior, cuius finis excellētiorem producit effectum: quia omnis effectus aſſimilatur cauſæ; quoniam natura eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans, vt *in 1. de generat. & corrupt. c. ius naturale. 1. diſtinct. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædi. edict.* ſed peritus in cenſura legali, efficitur parens Imperatoris, vt eſt tex. *in l. diui. in verſ. apud Vlpianum parentem noſtrum. C. de locato.* Et alios plures effectus habent Iuriſtæ, quos non habent Medici: vt ſupra dixi *in 6. & 10. conſi. huius partis.* Sed non inuenitur iure cautum, quod Medicus aut philoſophus ſint parentes Principis, aut alios effectus habeant, de quibus ſupra. Et licet dicatur, quod primus Medicus Principis æquiparetur Duci, vt ſupra dictum eſt: non tamen ſequitur, quod propter hoc ſit præponendus Iuriſconſulto. Nam Iuriſconſultus eſt pater Imperatoris, quod bene notabis ad declarationem *leg. 1. C. de Comit. & Archiatris. lib. 12.* Quoniam ſi in curia Principis aut Papæ ſint duo doctores, quorum vnus ſit Medicus Principis, & alter Conſiliarius: quod præferretur doctor Conſiliarius: quia dicitur pater Imperatoris. Adde vltra Barbatiam, quod maxime iſtud debet habere locum in Cancellario Principis, qui non ſolum Medicos, ſed etiam omnes alios, etiam Duces (quibus aſſimilatur & æquiparatur Medicus) præcedit, vt dixi ſupra *in 6. part.* vbi ample de eius excellentia, & poteſtate deſcripſi: & ita ſe habet conſuetudo. de qua dicam *in fin.*

Vndecimo facit; illa ſcientia dicitur nobilior, cuius ſplendore illuminatur vniuerſus orbis. Nam publica vtilitas priuatę pręfertur. *l. 1. §. pen. C. de cadu. tollen. c. bonæ. 1. de poſtu. præla.* dixi ſupra. Sed per ſcientiam legalē illuminatur mundus: vt probatur *in Authen. habita. C. ne filius pro patre.* dixi ſupra *in 10. conſider.* & Reſpublica Legiſtis committitur gubernāda. *§. fi. in proœ. Inſtitut. §. duabus in fi. & §. penul. in proœm. Digeſtorum.* Sunt etiam Iuriſtæ omni tempore felices, vt dicit tex. *in proœm. ff. or. d. §. duob. in fin.* Nec permittunt leges aliquem Iuriſconſultum in anxietate aut paupertate viuere. Ita dicit text. *in Auth. de hær. & Falc. §. fi. col. 1.* Sed hoc non multum facit; quia etiam idem dicendum eſt de medicina; cum, vt dicit gl. *in verb. ditiſſimi, in d. proœ. ff orum. § nos vero.*

Dat Galenus opes, & ſanctio Iuſtiniana,
Ex illis paleas, ex iſtis collige grana.

Sed magis communiter & plures videmus Legiſtas ditiſſimos, quam Medicos.

Duodecimo facit; quia orbis maior eſt vrbe. *c. legimus. verſ. ſi autem. 93. diſt.* ſed legalis ſcientia prodeſt vniuerſis; quia bonos inuitat ad præmium, & malos prohibet à malo. *l. 1. ff. de iuſt. & iur.* vt dicit Barba. *in dicto loco.* ſed adde, quod etiam omnis homo ſubditus eſt legibus. *c. de capitulis. cum quatuor ſequen. 10. diſt.* etiam in foro conſcientiæ, vt not. gl. Bald. & Doct. *in c. quæ in Eccleſiarum. extra de conſtitu.* Abbas *in prin. decretalium.* Pet. de Anch. *leg. in conſ. 21. incip. videtur prima facie dicendum.* dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuet. Ducatus Burgun. in tit. Des droicts. & apparten. à gens mariez. §. 7. in gloſſ. des prochains parens. ver. contrarium tamen.* Et redeundo ad Barbat. Sed medicina non prodeſt, niſi ægrotis: cum, vt dicit dominica veritas, *Matth. 9.* & *c. multi 2. q. 1.* non opus eſt Medico valentibus. dixi ſupra. Ergo melior & honorabilior eſt ſcientia legalis.

Decimotertio; Sacerdotes præferūtur laicis: ſunt enim Dii, *ca. cum iniuncto. §. licet autē.* ibi; *Diis non detrahes.* ſacerdotes intelligens. *de*

Digitized by Google

*haret.extra.c.ſacerdotibus.in pr.*11.*qu.*1. dixi ſupra *in* 4.*par.in* 1.2.3.4.5.& 6.*conſider*. Sed Doctores legum dicuntur ſacerdotes.*l.*1.§.2.*ff.de iuſt.& iur.*dixi ſupra *in hac parte,in* 10. *conſid.* Ergo Doctores legum præferuntur Doctoribus artium & medicinæ.

Decimoquarto; vt dicit idem Barb. Facit quod habetur *in c.vnico*.quod incip. *Glorioſus Deus in ſanctis ſuis*.§.1.*de reliq. & ven.ſan.in* 6. vbi dicit tex. quod Doctores quaſi illuminoſas & ardentes lucernas ſuper candelabrum poſitas vniuerſum corpus (orbis errorum tenebris profugatis) velut ſydus irradiat matutinum : & ſic Doctores iuris ſtant ſicut ſydus in cœlo; ergo præferuntur Medicis. & facit text. *in cap.ſuper ſpecula.* quod eſt *cap.fi. de magiſtris extra*.vbi dicitur,quod Doctores velut ſplendor fulgent firmamenti, & velut ſtellæ in perpetuas ęternitates permanſuri;cũ plurimos ad iuſtitiam edocere valeant. Facit etiam text.*in can.multi.de pœn.diſt.* 2. vbi text. appellat Doctores ſolis radios. & dicit Hoſt. *in procem.ſua Summæ,in* 6.*ver.ciuili.* quod recti Iudices & Aduocati fideles, vtentes legibus, prout debent, meliorem vitam ducunt, quam fratres prædicatores,aut alii fratres: vide quæ ſcripſi ſupra *in hac parte*, *in diſtin.* 10. *conſiderat.* Ergo ex prædictis infertur, quod Doctores legum præferuntur Artiſtis & Medicis.

Decimoquinto;facit pro iſta parte,vt dicit Barbat. tex.cui mundus reſpondere non poſſet,*in proœ.ff.or.*§.*duabus.ver. quibus.* vbi text. dicit, & quod pene in nulla alia euenit arte; cum & viliſſimæ ſint. Vnde probat ibi text. quod omnes aliæ artes dicuntur viliſſimę habito reſpectu ad ſcientiam legalem. Ex quo ſequitur, quod habito reſpectu ad Doctores iuris, Doctores artium & medicinæ ſuccumbent.Et ſi dicatur,quod lex non eſt ars: dicit, quod ibi probatur contrarium, quod imo eſt ars, ſcientia, philoſophia vera & non ſimulata,vt *in l.*1.§.*nam vt.ff.de iuſtit.& iure.* Additio tamen ibi poſita ad Barbatiam dicit,quod illud argumentum eſt ab autoritate iuriſconſulti, quod nullum eſt, ſecũdum philoſophũ & veritatem:&,vt dicit ibi,ſi valet, Artiſtæ habent autoritatem magni Auerrois,qui appellat ſequentes leges inuoluentes & ſtultos, vt patet 8.*Phyſ.text.com.*4. *& in prologo eiuſdem.* ſed ad talia dicta per eundem apoſtillatorem, vbi ſupra, ſatis eſt reſponſum; ideo non inſiſto,cum conſtet de contrario.

Decimoſexto facit ſecundum eundẽ Barbatiam; quoniam facultas legalis dicitur eſſe theſaurus:ita probatur *in d.proœ.ff.or.*§.*nos vero*.Ergo excellentior eſt artibus. Hinc,vt ibi etiam dicitur, Doctor iuris ciuilis dicitur anteceſſor, & pluribus aliis nominibus excellẽtiſſimis & egregiis ſupra poſitis *in* 10.*conſider.* quam vide ad hoc.

Decimoſeptimo etiam facit vnum aliud; quod ægre & moleſte ferre deberent omnes, qui Saluatorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum colunt,quod Iudæi aſſumuntur ad doctoratum in medicina,ſed non poſſunt aſſumi ad doctoratum iuris, vt *l.fin. C.de poſtul.* Ex quo ſequitur, quod cum Iudæi non poſſunt aſſumi ad doctoratum iuris, vt per Bart. *in l.fin.C.de Iudæis.* eo quia eſt dignitas, quam Iudæi habere non poſſunt. Si ergo aſſumũtur ad doctoratum medicinę;ſequitur,quod doctoratus in medicina non eſt dignitas; & per conſequens præferendi ſunt Legiſtæ Artiſtis & Medicis,niſi dicamus, vt dicit,quod de facto, & non de iure Iudæi vſurpant doctoratum in medicina & in artibus.

Decimooctauo facit argumentum ab ordine literæ, quod eſt validum in iure. *l.generaliter.*§.*quid ergo ff.de fideicommiſ.libert.* ſed ex ordine literæ Notarius præfertur Medico, vt *in l.*3 *in pr.C.commu.de legat.* Ergo multo fortius Iuriſta ſiue Doctor legis pręfertur Medico. Et facit,vt dicit; quoniam ſeruus non poteſt eſſe Notarius, vt *in l.generali.C.de tabul.lib.* 10. & tamen ſeruus poteſt eſſe Medicus:vt ibi.Ergo inferioris gradus eſt Medicus, quam Notarius.

Decimonono facit rubr. *Cod.de profeſſ.& med.lib.*10. vbi profeſſor iuris præfertur Medico.vt ibi dicit Luc.de Pen.Quod licet Medici in ordine præpoſitionis præferantur patronis cauſarum.*ca.non ſane*.quod eſt *c.fin.*14. *q.*5.etiã præponuntur profeſſoribus in iuſtitia peti-

petitionis; cum publice viuentibus proſint. *l. ſi duas in fin. ff. de excuſ. tutor.* Et de ſalute hominum curam agant, *in l. 1 in princip. ff. de var. & extraord. cogn.* Et in ordine literæ etiã præferantur *in l. medicos. C. de profeſ. & medic.* vbi dicit literam eſſe præpoſteratam. Cum etiam Grammaticus in tali ordine etiam Medico præferatur *l. fin. Cod. eod.* Et profeſſor medicinæ ſiue Romæ, ſiue in patria profiteatur, habet excuſationem à muneribus, *l. eos qui. ff. de vacatio. munerum.* quod Doctores legum non habent. Et etiam Medicus habet excuſationem à patrimonialibus. *dict. l. medicos.* quod non inuenitur in Doctore legum ſecũdum quoſdam; imo etiam ibi de legum profeſſoribus dicitur idem. Non tamen concluditur ex his honoribus, quod ſcientia medicinalis ſit nobilior ſcientia legali, vel æque nobilis: imo totum oppoſitum: vnde Ariſt. 1. *Ethic. prope fin.* Oportet politicũ ſcire aliqua eorum, quæ circa animam; quemadmodum, & qui oculos curat, totum corpus; & tanto magis, quanto nobilior, & honorabilior eſt politica medicinali, quæ politica eſt tãtæ nobilitatis, quod principatur Diis, vt habetur 5. *Ethic.* Et dicit ibi Luc. de Pen. qui multum inuehit contra medicos æmulos ſcientiæ, & vt dicit, veritatis & iuſtitiæ inimicos.

Vigeſimo, vt dicit idem Barbatia, facit; quoniam ſubrogatum ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur *l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.* quod an ille text. hoc probet, ponit ibi domin. meus Iaſ. Sed melius facit text. *in cap. Eccleſia. 2. extra vt lite penden.* Sed Doctores legum ſubrogantur loco Dei; ergo præferuntur Medicis: minor probatur, vt dicit. Nam Deus à principio creauit cœlum & terram, & omnia, quæ in eis ſunt: & angelicam & humanam naturam, ſpiritualia & temporalia, quæ omnia per ſe ipſum rexit & gubernauit; ſicut factor ſuam rem gubernare ſolet, & homini, quem fecit, præcepta dedit, & tranſgrediendi pœnam impoſuit, vt habetur *Geneſ. 2. 3. & 4. cap.* Et rexit mundum vſque ad tempus Noe, quo tempore Deus incipit regere creaturas ſuas per miniſtros ſuos, quorum primus fuit Noe: poſtea per Patriarchas, per Iudices, per Reges vſque ad tempus Chriſti, qui fuit verus & naturalis Rex noſter, iuxta illud Pſalmiſtæ: *Deus iudicium tuum regi da.* Prout ita ſcribit pulchre Innocent. *in ca. licet de foro comp.* Et ſic apparet, quod iudices, vt conſtat *in lib. Iudicum*, ſucceſſerunt loco Dei ad regendum populum. Ergo Doctores iuris dati ſunt, vt regant populum in locum ipſius Dei, quod regimen non fuit datum Artiſtis & Medicis. Ergo nobilior eſt ſcientia legalis, quam artium & medicinæ: quia Deus regit mundum lege & non medicina: qui etiam ſolus Deus ſanat ab omni malo, & non Medici. *Sapien. 16.* & infra ſubiicit. Etenim neque herba, neque malagma ſanauit illos, ſed tuus, domine, ſermo, qui ſanat omnia, tu es, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, &c. vt ibi: & ita dicit Lucas de Penna *in d. rub. Cod. de profeſſ. & medicis. lib. 10.*

Vigeſimoprimo ſecundum Barbatiam facit: quoniam, vt ſcribit, ſi quis opponat, quod ſcientia legalis eſt reducibilis ad nihilum; ergo non eſt ſcientia: quia eſt de contingentibus, quæ poſſunt adeſſe & abeſſe, & ſcientia eſt Ens Entium, vt ſæpe ſupra dictum eſt. Lex enim poteſt aboleri per non vſum ipſius, vt per gloſſ. *in verb. ſacramentum. in l. rem non nouam in prin. Cod. de iud.* & glo. *in verb. frangere. in fin. in ca. 1. de treuga & pac. Extrau.* & per diſpoſitionem Principis; quia illam tollere poteſt & corrigere; quoniam eius eſt tollere, cuius eſt condere *l. rem non nouam. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Facit *c. erit autem lex. 4. diſtin.* vbi lex adaptatur tempori. *c. non debet de conſang. & affin. cum ſimil.* & dictum eſt ſupra; ergo peritia legalis non eſt ſcientia. Quia ad iſta poteſt reſponderi, quod licet lex corrigatur; tamen ratio legis non corrigitur, ſed ſemper remanet firma *l. 1. ff. de coniun. cum emanc. lib.* in glo. & per gl. *in verbo, quicunque. in c. nouit. §. nos igitur de iudic. extra & in cap. fuerunt. 7. diſtinct. cum ſimil.* & per conſequens remanet firma ſcientia legalis, poſito quod lex nõ obſeruetur: dixi ample ſupra *in 4. conſider.* Ex quibus omnibus ſupradictis, vt dicit Barbatia *in loco ſupra alleg.* ſequitur, & inferendum eſt,

Digitized by Google

quod licet Artiſta & Medicus ſint doctorati à Principe, vel in loco illuſtriori: & Iuriſta ſit doctoratus etiam ab inferiori à Principe, vel in loco ita celebri; quo caſu data paritate pręferretur doctoratus à Principe: non tamen Artiſta vel Medicus præferendus eſt Iuriſtis. Iſta ſunt fundamenta Barbatiæ, quibuſdã per me additis pro corroboratione materiæ. Ex quibus tamen noluit concludere in ipſa materia pro aliqua parte; Eo, quia, vt dicit, non adhiberetur ei fides.

Omnes tamen alii Canoniſtæ tenent indiſtincte, quod ſemper Iuriſta doctor, quicunque ſit, præfertur Medico doctori, & ſic de ſimilibus; prout tenent & decidunt *in d. c. clerici. ſupra alleg.* Et iſtud etiam tenet & obſeruat Eccleſia Romana, vt habetur tam in regulis Cancellariæ Apoſtolicæ Iulii II. quam in concordatis noſtris initis inter ſummum Pontificem & Chriſtianiſ. Regem noſtrum Franciæ. *in tit. de collationib.* in quibus habetur & declaratur clariſſime, ꝙ Doctor Theologus præferatur Doctori in iure, Doctor in iure Canonico, Doctori in iure ciuili, & Doctor in iure ciuili, Doctori in medicina, etiam in nominationibus. Ex quo, cum ſit expreſſa deciſio de prælatione inter eos, tam ſummi Pontificis, quam Regis, videtur, quod nõ ſit vlterius ſuper huiuſmodi controuerſia hæſitandum.

Vniuerſalis ergo & generalis erit cõcluſio; in qua non eſt dubium, quo ad Eccleſiam, & quo ad temporalitatem in Curia Romana & in Gallia, quod Doctores in iure canonico & ciuili, vel in altero tantum, præferuntur Doctoribus in medicina. Et idem in Licentiatis & Baccalaureis. Et de hoc ſunt regulæ Cancellariæ, & apud nos concordata, & ante idem determinabatur per pragmaticam ſanctionem, quæ dant iſtam prælationem Doctoribus in iure, etiam in nominationibus ad beneficia conſequenda. Ex quo ſatis denotatur, quod ſunt maiores; & in hoc non eſt dabile reſponſum; nec ægre ferre debent Medici, ſi eiſdem ad oculum demonſtratur prælatio Iuriſtarum quo ad eos, tam ex deciſione Sedis Apoſtolicæ, quam Regis noſtri: & iſta eſt, quæ confundit, quicquid voluit dicere Petrus de Bayro *in ſuo tractatu ſuper hoc edito*, qui finaliter, licet voluerit ponere certas concluſiones, ſe ipſum tamen confundit & intricat in illis, cum omnia ſua fundaměta, quæ pro ſua parte aſſumuntur, ex ſuperius deductis, ſatis confundantur, & ad ea ſatis ſit reſponſum; & cum ita ſit deciſum, non eſt amplius diſputandum; quia videretur, quod per hoc vellent impugnare poteſtatem Principis, & de eius poteſtate diſputare, eſſet incidere in crimen ſacrilegii, vt dicit text. *in leg. 2.* quæ incipit; *diſputare de principali iudicio non oportet.* ſacrilegii enim inſtar eſt dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit Imperator. *Cod. de crimine ſacrileg.*

Vt tamen ſit pax & concordia inter eos, iuxta dictum Apoſtoli, conſulerem, quod vltra caſum deciſum ſeruaretur opinio Theologorum, iuxta dictum Apoſtoli *ad Roman. 12.* Honore enim inuicem præuenientes, quod ſibi ad inuicem honorem præſtent, ſecundum mores & virtutes illorum & ſecundum quod inferius dicitur, quod vnus Doctor in vna ſcientia debeat præcedere alium, quodque ſimul communicent inter eos, prout ſi eſſent vnius & eiuſdem ſcientiæ Doctores, nec alter alterum contemnat, aut derideat.

Et pro concluſione dicerem ſeruandam eſſe conſuetudinem in iſtis, quæ eſt, quod inter Doctores & Medicos Iuriſta antiquior præferatur, non habita differentia facultatis, & iſtam conſuetudinem recitat & refert Dec. *in d. c. clerici. col. 6. de iudic.* vbi dicit, quod debet obſeruari: quia in iſtis prælationibus conſuetudo attenditur, vt per Bal. *in l. obſeruare. §. antequam. ff. de off. proconſ. & in c. cum olim. per illum text. de conſuet. extra.* dixi ſupra *in par. in 43. conſid.*

VIgeſimaſexta conſideratio; Inter tamen omnes Doctores, cuiuſcunque facultatis ſint, præferuntur qui actu legunt, etiam licet alii ſint ſeniores, qui non legãt: prout probat text. *in leg. 2.* & Andr. de Barrulo, & Ioannes de Plat. *Cod. vt dignit. ordo ſeruetur. libr. 12.* Idem Andr. de Barrulo, & Nicolaus de Neapoli *in leg. 2. Cod. de conſulib. lib. 12.* Alexand. *in*

leg. cum

leg. cum quid. ff. ſi cer. pet. & in leg. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. ſubſtit. Ita dicit dominus meus Iaſon *in dict. leg. cum quid. in 1. lectura. colum. 4.* Et hoc maxime; quoniam tales ſi legerint per viginti annos, dicuntur comites, vt habetur per gloſſ. & docto. poſt text. *in leg. vnica. Cod. de profeſſ. qui in vrbe Conſtantinopol. docẽtes ex lege meruerunt Comit. lib.* 12. & per Cardinalem *in cap. 1. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, in vſib. feud.* & de Comite dixi ſupra *in 5. part. in 53. conſid.* Doctor enim legens apud ſuos ſcholares dicitur quidam regulus, vt dicit Bald. *in proœm. Gregoriano. in 5. col.*

Sed aduertendum eſt; quod tales habere debent multas conditiones, de quibus habetur *in dict. leg. vn. C. de profeſſ. qui in vrbe Conſtant.* & inter cæteras; quod ſint inter doctores ad legendum connumerati. Secundo, quod laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtrauerint. Tertio, quod docendi peritiam habuerint. Quarto, quod etiam facundiam dicendi habeant. Quinto, ſubtilitatem interpretandi. Sexto, quod copiam diſſerendi ſe habere patefecerint. Septimo, quod cœtu ampliſſimo iudicante digni fuerint æſtimati. Iſta omnia ponuntur neceſſario requiſita ad hoc, vt ſit Comes legens per viginti annos, per text. *in dict. leg. vnic.* quæ omnia ſigillatim & ſingulariter declarat ibi Lucas de Penna, de verbo ad verbum, & de vno ad aliud, dicens ibi *in 2. colum.* quod ſecũdum Boetium *de diſciplina ſcholarium*, debet alia ſex habere, ſcilicet, quia debet eſſe eruditus, manſuetus, rigidus, antiquus, non negligens, non arrogans, quæ ſingula particulariter ibi declarat, ideo non tranſporto, cum omnes videre poterunt, & ſit ſatis hæc pars onerata: & alibi forte de vnoquoque dicam, prout ſuo loco quadrabit.

Et his omnib. ponderatis, & bene in quolibet diſcuſſis, pauci tales inuenientur, qui poſſint ſe dicere Comites: ſciui tamen & cognoui dominum & præceptorem meum dominum Iaſonem habuiſſe peritiam docendi, facundiam dicendi, ſubtilitatem interpretãdi, & quod ſeipſum patefecit publice, habuiſſe copiam diſſerendi in cœtu ampliſſimo, ſcilicet, Mediolani, & etiam totius Franciæ dignum fuiſſe æſtimatum, & inter doctores ad legendum deputatum, & in diuerſis vniuerſitatibus famoſis ſemper per viginti annos & vltra fuiſſe connumeratum, & ſemper tenui & reputaui eum laudabilem in ſe probis moribus viuentem: ex quo merito inter Comites annumerari debet. Et de his doctoribus, qui ſic actu legerunt per viginti annos, quod dicantur illuſtres, & de effectu illius ponit ample Purput. *in l. 1. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. colum. 19. verſi. octauum ponit in doctoribus.* Et tales à talliis excuſantur. Guid. Pap. *quaſt. 386. & quaſt. 39.*

Vigeſimaſeptima conſideratio; Inter tales etiam doctores actu legentes, præferuntur qui maiora ſtipendia habent. Pan. *in cap. clerici. de iudic. extra.* facit text. *in leg. 1. in verſic. ordine ſtipendiorum. Cod. de agentibus in rebus. lib. 12. l. 1. ibi, pro merito laborum ſtipendiorumque. Cod. de caſtrenſ. & in l. fin. ibi; ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur. Cod. de Tyronib. eodem libr.* & dominus meus Iaſon *in dict. leg. cum quid. ff. ſi cert. pet.* facit *l. 1. & 2. Cod. de off. magiſtri off.* vbi dicit text. Is gradus cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora vel labor prolixior fecerit anteire: cui concordat *c. miramur. §. penult. & fin. 61. diſt.* notat gloſſ. final. *cap. Vulterrana. quæſt. 2.* notatur *in dict. leg. vnic. Cod. de profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinopo.* per Andream de Barrulo. Faciunt & plura alia, quæ dicit Bart. Cæp. *in tracta. de Imperatore eligendo. in verbo, virtutis. in princ. 2. col. & in verb. ratione dignitatis. in 3. col.* ad quem in hoc recurras.

Et ideo tempore meo inter omnes doctores totius Italiæ & Galliæ præferendus erat dominus & præceptor meus dom. Iaſ. Maynus, cum propter eius eminentem ſcientiam; & eo, quia Comes, & legerat per viginti annos & vltra, vt dixi: & maiora ſtipendia habebat, quam vnquam habuerit doctor legẽs; eo, quia ſcio ipſum fuiſſe ſtipendiatũ à Chriſtianiſ. Rege noſtro Ludou. XII. de mille ducatis aureis: & me exiſtente Mediolani fuerunt augmentata eius ſtipendia de ducentis

aliis ducatis, ita quod habebat duodecies cētum ducatos aureos ſeu ſcuta aurea, quod nunquam habuerunt neque Bart. nec Bald. nec Alexand. neque Barba. nec quicunque alius Doctor qualiſcunque fuerit, & pro certo non ſolum prædicta, ſed multo maiora merebatur: & ſcio, quod recuſauit & Cardinalatum, & multa beneficia, ſed nunquam voluit neque vxorari, neque promoueri ad ſacerdotium.

Quomodo autem iſtud ſalarium taxari debet tam Doctoribus, quam aduocatis in magiſtratu, & officio, vide per Greg. Bened. *in ſua repet. cap. Raynu. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. in 5. dec. nu.* 589. per Specu. *in tit. de ſalario.* & Bart. *in l. 1. ff. de var. & extraor. cognit.*

VIgeſimaoctaua conſideratio; Inter plures Doctores præferuntur, qui libros compoſūerunt, ſeu ſcripſerunt; cum ſint maximo honore digni. Cum ſint velut ſtellæ in firmamento cœli. *Daniel.* 13. Et ſatis magni ſunt, qui inueniunt ſapientiam & ſcientiam. *Ecclesſ.* 30. Non enim ſolum ſibi laborant, ſed omnibus exquirentibus veritatem. *Eccle.* 34. De his vere dici poteſt illud ſacræ ſcripturæ. Beati, qui ſeminant ſuper aquas, id eſt, ſuper populos. *c. cum Martha. §. verũ. de celebr. miſſar.* Semen quippe ſatum in chartis perpetuo manet. Et quilibet lector inde metuẽs poteſt ſumere incrementa, ſed quod verbo diffunditur tanquam naturaliter fluidum, non ſic de facili germinat; cum interdum ſupra petram, & ſecus viam, & inter ſpinas & alias in mala herba cadat, vt dicitur *Luc.* 8. Hi ſunt, qui cum nihil videantur agere, maiora ſiquidem & humana tractantes ſecundum Senecã *lib. 1. Epiſt.* 8. vt plene dicit Lucas de Penna *l. mulieres. in pen. col. C. de dignit. lib.* 12. vbi dicit, quod hi ſunt, qui omnibus gentibus recentes ſemper edunt, & floridos ſapientiæ fructus; è quibus quia teneris ætatibus doctrinarũ abundantia ſatiantur, optimos habent ſapiẽtiæ ſenſus, inſtituunt ciuilitatibus & humanitatibus mores, æqua iura, leges, quibus abſentib. nulla ciuitas poteſt eſſe incolumis. Honorãdi enim atque commendandi ſunt hi, qui viam veritatis aperiunt, teſte Philoſopho, dicente: etiam ex falſis commendabor: quia veritatis inueſtigandæ viam & materiam præbui, præparaui, & iuuat, vt veritas ſciatur. Hinc dicit idem Lucas *in d. loco*; cum ergo tanta munera ſcriptorum prudentia priuatim publiceque omnibus fuerint præparata, non ſolum arbitror palmas & coronas his tribui oportere, ſed etiam triumphos, & inter Deorum ſedes eos dedicandos iudicari, & dicit hæc ſcripta *in libro victoria. archit. ctoria*; & tales etiam multum commendat Hierony. ſuper *Eccleſ.* 2. *ca.* De laude vero ſcriptorum ſcripſit ample Ioan. Abbas ſancti Martini Epiſcop. in Spanhem, & Ioan. Gerſon *in lib. quem fecit de laude ſcriptorum, qui incipit: Scrutari ſcripturas.*

Sed vtrum ſcriptores librorum debeãt nomina ſua in ſuis libris inſcribere, Ioan. Andr. pleniſſime *in Mercuria lib. in data poſt regulas iuris*, vbi arguit ad vtramque partem, & pro vtraque parte multa bona argumenta adducit, & ibi etiam ponit, an liceat Doctori ex ſe dicere laudem ſuam, vide eundem & *in c. niſi. §. fin. de renun. extra.* & per Doctores *in leg. 1. C. de nouo Cod. compon.* vbi dicit Alb. quod licet in ore proprio ſordeſcat laus; tamen etiam & Deus, & Paulus, & Ang. quandoque ſe laudauerunt ore proprio, vt ſupra dixi *in 1.* ; *ar in conſ.* incip. *conſideratio erit, an homo gloriari debeat, &c.*

VIgeſimanona conſideratio; Antiquior Doctor iuniori præferri debet, ſecundũ gloſſ. *in verſi. nonum. in leg. cum quid. ff. ſi cert. pet.* facit text. *in leg. 1. ff. de albo ſcriben. & in cap. 1. extra de maior. & obed.* notatur expreſſe *in §. audient. in verb. iudice. in Authent. de defenſ. ciuitat. coll. 3. & in leg. 1. Cod. de conſul. lib.* 12. & *leg. fin. Cod. de decu. eod. libr.* facit *l. ſemper in ciuitate noſtra. ff. de iure immu. leg. fin. ff. de fid. inſtrum. c. Epiſcopi.* & ibi gloſſ. vnic. 24. *diſtinct. l. prouidendum. in prin.* ibi; *aut vetuſtas.* & ibi gloſſ. 2. *Cod. de poſtul.* vbi dicit, quod ſeniores aduocati præferuntur iuuenibus: de quibus ſupra dictum eſt *in 7. part.* Et facit; quia ſenes melius ſcire præſumuntur. facit gloſſ. *in ca. ſic viue. 16. quæſt. 1.* vbi dicit, quod ſeniores Magiſtri potius ſunt audiendi, quam iuuenes.

Etiam

Etiam faciunt per me dicta *in comment. noſtris ſuper conſuetud. Ducatus Burgund. in proœm. in gloſſ. de noſtre conſeil. & in gloſſ. ordonné.* vbi ſcripſi, quod Conſiliarii ſeniores & antiquiores prçferendi ſint. Facit & ratio *c. niſi cum pridem. §. alia vero cauſa. de renun. Extra.* Quoniam qui eſt ætate maior, præſumitur maturitate ſenſus præſtantior: & facit *c. ſciendum.* ibi; *acceſſit etiam damonibus. & ibi gloſſ. magna.* ibi: *Item quia per antiquitatem. 26. quæſt. 4.* Nã præſumitur ex rerum experientia Doctoris, quod ſit ſapientior. & *cap. porro Moyſi.* qui eſt *c. fin. 84. diſtinct. & Prouer. 20.* Præſumuntur enim ſenes probi, ſcientes, graues, vt dicit Lucas de Penna *in leg. 1. Cod. de conſulib. li. 12.* vbi ponit in quibus ſenes & iuuenes ſunt laudabiles, & etiam vituperabiles: & vt dicit gloſſ. *in verb. ad ſenilem. in c. cum in iuuentute.* quod eſt *ca. pen. de præſumpt. extra.* meliores iuuenibus præſumuntur ſeniores, & conſilium ſenum melius eſt, quam iuuenum *ca. ex multa. §. ſecundo quæſiniſti. in fin. extra.* hinc dicitur: Conſilium iuuenum Roboam fecit egenum. vt *in cap. Eccleſ. 16. q. 1.* & etiam his verſibus oſtenditur:

Roma vetus veteres cum rexexere Quirites,
Nec bonus immunis, nec malus vllus erat.
Defunctis patribus ſucceſſit praua iuuentus,
Conſilio cuius præcipitata ruis.

Dixi alibi. Et vt dicit text. *in ca. fin. 20. diſt.* Seniores ſunt potius interrogandi & conſulendi, quam iuuenes. Vnde & Iuriſconſultus quandoque ex verbis ſenum ruſticorum argumentari ſolet. vt *in l. ſi chorus. § 2. ff. de leg. 3.* Et vt dicit Bald. *in cap. 2. per illum tex. de renun. extra.* Plus valet vmbra ſenis, quam eloquentia, aut gladius iuuenis. idem Bald. *in l. cum in antiquioribus. Cod. de iure deliber.* Fel. *in capitulo primo de maiorit. & obedientia.* Et ad prædicta videatis dominum meum Iaſonem *in leg. cum quid. in 2. lect. in penult. & vltim. columm. ff. ſi cert. pet.* vbi ponit, in quibus actibus iuniores poſtponuntur ſenioribus, & ſeniores præferuntur. Et de huiuſmodi præcedentia reſpectu antiquitatis, dicam infra *in 11. parte*, quando antiqui & ſeniores ciues præferuntur cæteris. Decius tamen *in dict. ca. clerici. colum. 5. in 4. & 6. fallentiis*, dicit hoc eſſe verum in honoribus delatis, ſed in honoribus deferendis non antiquior, ſed magis idoneus præferendus eſt, vt per text. *in leg. honores. in princip. ff. de decurion.* ad idem textus. *l. Vnicuique. Cod. de proximis ſacr. ſcrin. libr. 12.* facit text. *in §. ordinationem. in Authen. de monachis. coll. 1.*

Ex prædictis etiam dici poteſt, quod iſta antiquitas conſiderari debet etiam reſpectu ætatis, licet dominus Philip. Dec. *in dict. cap. clerici, in 2. col. de iudic. extra.* dicat, quod antiquior in hoc intelligitur non ætate, ſed gradu & dignitate, & dicit glo. notabilis *in verb. antiquiores. in cap. ſtatuimus. de maior. & obed. extra.*

Et iſta conſideratio ampliatur & procedit, etiam ſi poſterior ſit ditior vel nobilior; quia iſtæ qualitates non tollunt prærogatiuam temporis à iure ordinatam, vt notabiliter voluit Innocentius *in dict. capit. ſtatuimus.* ſed conſiderantur data paritate in tempore, vt notat Bart. *in l. 1. ff. de obſeq.* Bald. *in l. nemini. Cod. de aduocatis diuerſorum iudic.* Dec. *in d. c. clerici.*

TRigeſima conſideratio; Doctor in ſcientia excellens etiam ſi ſit iunior, antiquiori præfertur, per gloſſ. *in verb. tempus in §. ordinatione. in Authent. de monachis.* & ibi Ang. *coll. 1.* facit *l. prouidendum, in princip.* ibi; *aut meritum.* vbi Sali. notat. *Cod. de poſtulan.* imo fortius tenuit gloſſ. 2. *in l. 1. Cod. de annonis ciuil. lib. 11.* Quod ſcholaris, ſi ſit peritus & excellens doctrina, Doctorem præcedere debet in ſufficientia; cum non pro titulo dignitatis, ſed pro meritis ſtipendia aſſignari debeant, ſecundum text. ibi: & quomodo procedere debeat illa gloſſ. vide Panorm. *in dict. cap. clericis.* Facit text. pro huiuſmodi excellente *in l. ſed & reprobari. §. valde diſciplinatos. ff. de excuſat. tutel.* & ibi Bald. notat: & per illum text. dicit Rom. quod alias fuit determinatum Bononiæ, vbi erat ſtatutum, quod minor vigintiquinque annis non poſſet habere lecturam ordinariã, fuit receſſum à ſtatuto propter excellentiam. ita notat Ro-

man. *in leg. ſi vero. §. de viro ff. ſolut. matrim.* & ſequuntur Alex. & do. meus Iaſ. *in d. leg. cum quid ff ſi certum pet.* & Felyn. *in rubr. de maio. & obed.* & Decius *in d. c. clerici.* Homini enim excellenti deferendum eſt in multis, prout enim primo vobis exemplo tradidit Athenarum excellens Curia in perſona Xenocratis Philoſophi, cui teſtimonium reddenti propter eius excellentiam iuramentum remiſerunt, ſoli eius verbo credentes: quod ſibi iudicibuſque ſuis nunquam remiſerant: de quo Valerius *lib. 2. tit. de maieſtate.* Pariter Senatus Romanus accuſationem lege Iulia repetundarum contra Metellum conſulem Numidicum propoſitam, propter eius excellentiam & ſanctitatem repulerũt, vt refert idem Valerius. *lib 2. in prin.* Similiter Alexand. Magnus, licet Thebas igne & ferro militibus diripiendas conceſſiſſet, vnicam Pindari clariſſimi illius Philoſophi domum propter ipſius excellentiam cremari vetuit, ſecundum eundem Valerium, *libr.* 8. Et licet Dionyſius tyrannus fuiſſet, Platonẽ ſapientem propter eius excellentiam honorifice ſuſcepit, narrãte Polycrat. *lib.* 8. *ca.* 38. Platoni obuiam Dionyſium tyrannum vncatam nauim miſiſſe Plinius refert, ipſumque quadrigis albis egredientem in litore excepiſſe. Fertur & Mythridates Perſarum rex imaginem in Academia locaſſe, & ei inſcriptum: *Mythridates Rodobati filius Platonis, hanc Muſis imaginem dicat.* Cneus Pompeius Poſſidonii domum intraturus, lictorem, id eſt, pedellum præeuntem vetuit de more pulſare fores, ſed conſulares faſces ianuæ Philoſophi inclinari, ſubmittique iuſſit Hippocrati quoque Pythagorę diſcipulo, ob ſingularem eius doctrinam, auxiliaque medicinę hominibus impenſa; Honores, quos Herculi conſueuerat impendere, Græcia dicauit.

Iura etiam relaxantur propter excellentiam hominis. Eo, quia vir multum excellẽs in ſua arte propter eius excellentiam & eminentiam non punitur ad mortem, vbi deberet puniri, text. eſt *in l. ad beſtias ff. de pœnis.* dom. meus Iaſ. *in l. 1. in 2. col ff. de legibus.* Nam inter artifices longa eſt differentia & ingenii & naturæ, & doctrinæ, & inſtitutionis. verba ſunt tex. *in l. inter artifices ff. de ſolut.* Multa alia de excellentia hominis, quæ in pluribus relaxat ius, vide per G. Benedicti *in ſua repe. ca. Rayn. in verb. Adiecta. inſequendo materiam inuenis excellentis. à num. 18. vſque ad finem. de teſtam. extra.* Nec in hoc fit iniuria maiori, ſi à minore melius dicitur, in iure *l. potiores. §. 1. C. de off. Rectoris prouinciæ.* & antiqui Doctores non ſunt maiores nouis in ſolertia. gloſſ. *in verb. iudice. in § audient in Authent. de defenſ. ciuit. collat.* 3. Et quandoq; reuelatur minori, quod maior & antiquior ignorat. vt *in cap. ad audientiam. in gloſſ. 1. de conſuet. extra.* Et ſi malitia ſuppleat ætatem, vt *in cap. monachus.* & ibi notatur in gloſſ. *in verbo. deuotio.* quæ allegat ad hoc *l.* 3. *Cod. ſi minor maior. ſe dix. & cap. de illis. 2. extra de deſponſat. impub.* Non eſt mirum etiam ſi ſcientia ſuppleat. *leg. 1. Cod. qui & aduerſus quos. & cap. fin. extra de deſponſ. impub. & leg. vnicuique. Cod. de prox. ſacrorum ſcrin. lib.* 12. cum ſit donum Dei, vt *in cap. qualiter. de election. & in ca. illo vos. de pignor extra.* Ita quod ſunt aliqui, qui plus addiſcunt in vno anno, quam alii in tribus; quia tunc ingeniũ ipſorum vtetur diplomate, vt *in l. continuus. §. cum ita. ibi; quod ſi diplomate vſus. ff. de verbor. oblig.* præſertim quando ſunt iuuenes; quia ad addiſcendum ſunt natura aptiores. *l. præcipiunt. ff de adil. edict.* Nonne Bald. qui in 15. ſuæ ætatis anno publice repetiit *leg. centũ Capua. ff. de eo quod certo loco.* dignus erat & excellens inter alios, & erat aliis præferendus? Barbatiã etiam, qui ſecundo anno, quo leges audire cœpit, publice ſub domino Ioan. de Ana. de iure reſpondit in materia ſatis difficili. *leg. 1. de cond. indeb. ff.* & anno tunc ſequenti, & ſic in triennio ſui ſtudii ad legendum publice conductus Bononiæ extitit, vt ipſemet atteſtatur *in capit. cum vigeſimum. in 15 colum. ff. de offic. de leg. & in cap. fin. in princip. de ſolut.* Conciuis etiam & contemporaneus noſter dominus Dionyſius Poillor, olim Magiſter ordinatius requeſtarum Regis, nunc præſidens in Parlamento Pariſienſi effectus, fuit Doctor in ætate 20. ann. in vniuerſitate Ticinen. & ſimiliter viri excellentes in iure noſtro conci-

Digitized by Google

conciues & contemporanei noſtri do. Franciſcus, & Ioãnes de Monthelono effecti ſunt Doctores in ætate XXII. ann. Ego vero in ætate viginti vnius aſſidebam Capitaneo Iuſtitiæ Mediolani, & in ætate vigeſimiſecundi anni effectus ſum Doctor in vtraq; cenſura, licet immeritus. Et aduerte, quod dato concurrente de excellentia inter aliquos, ipſa eſt probanda per quindecim teſtes, & non minores, per text. qui eſt ſingularis *in l. vnicuiq;* ibi; 15. *primatum eiuſdem, &c. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.* 12. prout tenet dom. meus Iaſ. *in l. cum quid. col.* 4 *ff ſi cert. pet.* & G. Benedict. *in loco ſupra alleg. num.* 20. Aduerte etiam, quod non omnis excellentia eſt laudanda, & vtilis; ſed ſolum illa, quæ procedit ex virtute, vt ait Ariſtot. *lib.* 3. *Politic. cap.* 9.

TRigeſimaprima conſideratio; Doctor creatus à ſummo Pontifice, vel Imperatore, præferẽdus eſt Doctori ab alio inferiore creato, etiamſi talis ab inferiore creatus fuerit antiquior. Ita tenet Rom. *in l. ſi vero. §. de viro. in 49 col. ff. ſolut matri.* ſequitur do. Alexan. *in l. 2. § ſi prius. ff. de vulg. & pup. ſubſt. arg. cap. per tuas. extra de maior. & obedien.* vbi Fely. poſt alios, qui idem dicunt in militibus, de quo ſupra dixi. & Pan. *in cap. poſtulaſti. col. 2. de conceſ. praben.* & fuit dictum Franciſci Tigrini *in leg 2. per illum text. ff. de albo ſcrib.* prout refert Barbatia *in cap. quod clericis. in penult. colum. extra de foro compet.* & facit glo: fin. *in leg. reſtituenda. C. de aduoc. diuerſ. iudic. & in c. dominus noſter* quod eſt *c. pen. in gloſ. in verb. elegit.* 93 *diſt.* & per gl. vnicam *in c. fi. 97. diſt. in* Iſtud tenet, & ſequitur dominus meus Iaſ. *in l. 2. §. prius ff. de vulg. & pupil. & in leg. ſi quis maior. in fin. C. de tranſact.* & idem Fel *in d. rub. de maior. & obed.* quod dicit idem do. meus *in d. §, prius.* intelligendum eſſe in doctore ab Imperatore, vel Papa cũ rigore examinis; ſecus ſi ſit Doctor ſimplici verbo; puta eſto Doctor, quod poteſt facere Imperator, vt notat Ang. *in leg. cum ſalutatus. C. de ſenten. paſſis.* Et talis ſic doctoratus non præcedit Doctorẽ cum rigore examinis, vt tenet Andreas Sicul. *in proœm. cle. in* 14. *col.* & Mar. Siculus *in ca. qualiter & quando. in* 3. *notab. extr. de accuſat.* per text. *in l. nemo. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* Dicit enim Bart. *in l Magiſtros. C. de profeſſo & medicis. lib.* 10. quod tales præſumuntur paruæ doctrinæ. Sed tamen, vt dicit Philip Dec. *in d. c. clerici. de iudic. in* 3. *colu.* iſtud videtur potius procedere de æquitate quadam, quam ex rigore iuris: quia tota vis in ipſa dignitate conſiſtit, quæ ab Imperatore etiam ſine examine tribuitur: cum ipſe ſolo verbo Doctorem creare poſſit; & quia talis prærogatiua dignitati conceditur, quo caſu exercitium non conſideratur, vt notat Dominicus *in proœ. ſexti. in fin.* Bald. *in l. qui ſub prætextu C. de ſacroſanc. Eccleſ.* Bart. *in l. maximarum. in fin. Cod. de excuſat. munerum. lib.* 10. & argum. *in d. c. clerici.* vbi etiam cõcludit, quod Doctor ignarus gaudet priuilegio Doctorũ; & ibi vide. Quando quis eſt in matricula alicuius artis, ſi non exerceat artem, an debeat gaudere priuilegio illorum, vbi dicit, quod ſic, donec fuerit remotus. Plus dicit idẽ Dec. *in d. cap. clerici.* quod idem dicendum eſt de doctorato à Comite Palatino qui authoritatem doctorandi aliquem ſpecialiter habet ab Imperatore vel Papa; quod dicit ſecus, ſi haberet poteſtatem doctorandi generaliter, nõ nominando perſonam, arg text *in cap. hi qui.* ibi; *Vel alterius autoritate Apoſtolica ſibi ſpecialiter in hac parte conceſſa. de præb. in* 6. & facit text *in cap. ſi cui. de præb. eo. lib. & cap. ſeq & c. is cui. de offic. deleg d. lib.* Et ad hoc facit; quia ille, qui ſimpliciter conſequitur poteſtatem à Papa, vel Imperatore, non videtur habere illam prærogatiuam, quæ in ipſo Imperatore vel Papa conſideratur, vt notat Innoc. vbi loquitur in materia diſpenſationis. *in c. dudum. le ſecond. colu fi. ver. item ſi Papa mandat alicui. de electio.* & idẽ Bal. *in l ſi teſtamentum. in prin, C de teſtam. verſ. item poteſt* Fel. *in c poſtulaſti. colu.* 15. *verſic. quartus caſus de reſc. Alex. conſil.* 94. *incip. conſideratis col. pen. lib* 1. *& in conſil.* 60. *col.* 7. *in c. viſa legitimatione. lib.* 2. Quod tamen intellige verum, niſi nomina illorum exprimãtur, cum quibus facultas diſpenſandi conceditur, vt not. Ioan. Milis *in repertorio. in verb. diſpenſatio.* quem allegat Fel. *in d c. poſtulaſti.* ſed eſt dictum Spec. *in* 1. *de diſpenſatio.*

§. *videndum reſtat. char. 7. verſi. quid ſi Papa dat poteſtatem alicui.in fine.*

Et dicit Decius idem eſſe, ſi autoritas doctorandi tribueretur expreſſe cum illa prerogatiua, quæ eſſet in ipſo Imperatore, vel Papa, vt in ſimili notat Bald.*in l.filius.ff.de teſta. milit.* Alex.*in conſi.67.* incipient. *conſideratis. verſi.corroborantur prædicta.in 1.volum.* Paul. Caſt.*conſi.225.*incip.*ſuper primo dubio.col pen.*

Secundo; limitat Fel.*in c.per tuas.extra de maior. & obed.* dummodo Imperator creet eos in terris Imperii; quia ſi ſint creati extra, non habēt illam præeminentiam: imo creati à Papa in terris Eccleſiæ præferuntur. Cum creati ab Imperatore non habeant prærogatiuam in terris Eccleſiæ. allegat Pet.de Anch. *in conſi.ſuo* 316.incip.*primum dubium.* vbi dicit, quod Imperator iurans non exercere iuriſdictionem in terris Eccleſiæ, non poteſt etiam creare Doctorem.

Tertio; limitat non habere locum in Doctore creato ab Imperatore in iure Canonico, & in Sacra pagina; quia de iſtis non videtur ei data poteſtas. & verba intelliguntur, ſecundū quod petitur qualitas illius, in quem pro eruntur, *l.plenum.* §. *equiti.ff.de vſu & habitat.* & notatur plene per Fel.*in c.cauſam. de reſc.* & cum Imperator ſubſit iſtis ſcientiis, iuxta notata *in c.Eccl.de conſtit.extra.* non videtur talis doctoratus poſſe emanare ab eo in tali materia. ita dicit Fel.*in d.ca.per tuas.* audiuiſſe alias fuiſſe attentatum: ſed, quia non reperit ſcriptum, non affirmat.

TRigeſimaſecunda conſideratio; Ex quo Doctor creatus ab ipſo Papa vel Imperatore, præferendus eſt, ratione maioris dignitatis creantis; ideo videtur dicendum, quod creatus in maiori, famoſiori, & digniori vniuerſitate ſit aliis præferendus. Et ideo Doctores in Theologia & iure Canonico, aut medicina in vniuerſitate Pariſienſi, præferri debent omnibus aliis Doctoribus in illis ſciētiis, creatis in aliis vniuerſitatibus reddendo ſingula ſingulis, & data paritate in reliquis: cum illa vniuerſitas ſit maior, dignior, & antiquior omnium vniuerſitatum, maxime Galliæ, & apud nos, & maxime in ſacra Theologia, quæ ſemper floruit in dicta vniuerſitate. Quæ quidem vniuerſitas à Carolo Magno Rege Francorum fuit inſtituta, vt refert Guag.*in ſuis Chronic.4.* Nam delati naue ex Scotia Claudius, & Io. Rabanus, & Alcohuinus ex venerabilis Bedæ diſcipulis in Galliam cum veniſſent, nec quicquam, præter bonas diſciplinas patria exportaſſent, ſe ſapientiam profiteri, eamquė venalem proclamant. Qua re ad Carolum perlata, illos ad ſe vocat; vocati libere profitentur, ſapientiam illis eſſe, quam adipiſci cupientes gratis edocerent, ſi vita locuſq; tantum eis præberetur. Intellexit Imperator ingenuam hominum mentem, eoſq; cum aliquot dies apud ſe tenuiſſet, videns, quod ſtudia literarum iam erant vbique in obliuione, vt dicit Ant.Flor. *in ſua hiſtoria. in 3.part.tit.14.c.4.§.12.* Claudium conuerſari Pariſiis, & generoſos adoleſcentes bonis diſciplinis inſtruere iubet. Ioannem vero Papiam miſit, & monaſteriū S.Auguſt. iuxta Ticinenſes, quod eſt in Papia, eidem delegauit, vt refert idem Flor. vbi ſupra. Hoc initium habuit Pariſienſis ſchola, celebre mox Philoſophis ac Theologis Gymnaſium. Dicit etiam Zabarella Cardinalis *in cle.1.de Magiſtris.in 5.q.* quod fundatores ſtudii Pariſienſis fuerunt Alcohuinus, Rabanus, Claudius, & Heſtorus: &, vt ibi dicit, legitur, quod caput aureum ſtatuæ, de qua *Dan.2.* per Carolum Magnum exercuit Deus in Scotis, qui cum Franci regnarent, & ſtudia literarum non haberent, & eſſent in obliuione, & cultus Dei periret, contingit duos Scotos monachos de Hybernia cum mercatoribus Britannis venire ad littus Gallicum in ſacris, & ſecularibus literis eruditos: qui cum nihil venale oſtenderent ad turbas venientes cauſa cantandi, clamabant. Si quis eſſet auidus ſapientiæ, veniat ad nos, & accipiet eam: nam apud nos non eſt venalis. Et aliis putantibus illos eſſe inſanos, venit ad aures Regis, vocatique ſunt ad eum, & cum interrogarentur, an haberent ſapientiam, dixerunt, quod ſic, &, ſe paratos eam dare petentibus in nomine Domini. Quo quærente, quid pro ea vellent? reſponderunt tria:

Bona

Digitized by Google

Bona loca, animas ingenioſas, & alimenta. Tunc Rex gaudens cum iret ad bellum, vnum nomine Clementem dimiſit Pariſias, & nobiles pueros ei commendauit, & victualia ei miniſtrari præcepit, & loca optima conceſſit. Alium ſecum in Italiam duxit, cui monaſterium in Papia S. Auguſt. delegauit, vt qui vellent addiſcere, ad eum accederent. Et hoc audito, quod Rex gratanter ſapientes & religioſos admitteret, venit Alcohuinus ad eũ in omnibus ſcripturis exercitatus, quem vſq; ad finem ſecum retinuit, niſi cum ibat ad bella, & dedit ei Abbatiam S. Martini; vt ibi quando Rex eſſet abſens, quieſceret, & ad ſe confluentes inſtrueret, & ſic Franci æquati ſunt Rom. & Athenienſibus quo ad gloriam ſtudiorum in liberalibus artibus. Hæc ille, *vbi ſupra*. Nolo prætermittere, quod hoc etiam tempore ex dictis Gaguin. Anto. Floren. *in ſua hiſtoria*. & etiam Zarabellæ *in locis prallegatis*, ſchola, vniuerſitas ſeu Gymnaſium Papien. habuit ſaltem initium, ex quo contendere poteſt cum vniuerſitate Pariſienſi de inſtitutione eodem tempore facta, & ſic de paritate temporis; & hæc dico, eo; quia fui alumnus & ſcholaris Papienſis ſub quondam recolendæ memoriæ do. meo Iaſ. de Mayno præceptore meo excellentiſſimo, & ibi doctoratum accepi ſub eo. & dom. Franciſquino de Curte, nec non domino Philippo Decio, ac domino Rocho de Curte, qui fuerunt ibidem præceptores mei eximii per quinquennium. Et ideo nolui tacere laudem illius vniuerſitatis Papienſ. quæ me enutriuit, educauit, & aluit in iure Canonico & Ciuili: poſtquam tamen habuerim prima cunabula in vniuerſitatibus Dolana & Pictauien. de quibus infra dicturus ſum, prout ſub loco quadrabit de vnaquaque.

De vniuerſitate vero Paduana dicit Zarabella *in clem. dudum. ver. ab olim de ſepultu.* & Iac. de Aret. *in proœm. ff.* quod ciuitas Paduana ex conſuetudine longiſſima habet ſtudiũ. & *in cle. 1. de Magiſtris in 5. q. in fin.* dicit, quod non eſt memoria quando incepit: habuit tamen, vt dicit, poſtea priuilegia & Apoſtolica & Imperialia.

Sic ergo ex prædictis conſtat, quod hæ vniuerſitates, ſcilicet, Pariſienſis & Papienſis habuerunt ſaltem initium tempore Caroli Magni Francorum Regis circa ann. Domini 740. & Anton. Florent. nunc canonizatus, *in ſua 2. parte hiſtoriæ, lib. 14. c. 4 §. 12.* prædicta de ſtudio Pariſienſi narrat. *& in c. 5. in fine* dicit, quod ille Alcohuinus origine Anglus in Philoſophia excellentiſſimus ſtudium ab vrbe Romana tranſtulit Pariſias. Quod ſtudium è Græcia ad vrbem Romanam tranſlatum fuerit à Romanis. Et apud nos tenetur pro primo & principaliori totius Galliæ vniuerſitate, quo ad Philoſophiam, Theologiam, Artes, Medicinam, & cæteras artes: ſed non quo ad leges: quoniam in ea non leguntur leges nec iura ciuilia, vt eſt text. *in c. ſuper Specul. extra de priuileg.* Rationem duplicem aſſignat ibi text. ne ſcilic. iura ciuilia ſint impedimento Theologiæ, vt etiam dicit Lucas de Penna *in l. vnica. colum. 6. C. de ſtudiis liber. vrbis Romæ, lib. 11.* Et quia ciuitas Pariſienſis eſt maior, & principalis ciuitas Franciæ, vbi non vtuntur Franci legibus Romanorũ Imperatorum, cum eas non receperint, vt ait gl. *in c. de accuſationib. 3. q. 5.* dixi ample; eo, quia Franci nõ ſubiiciuntur Imperatori in aliquibus, vt dixi ample *ſupra in 5. parte.* Imo etiam Hiſpani non vtuntur legibus Imperialibus. Et quod plus eſt, Hiſpani alias ordinauerunt in Regno, quod quicunq; allegaret leges Imperatorum in iudicio, capite puniretur, vt dicit Oldra. *conſi. 69.* & alias fuerunt expulſæ leges Regno Hiſpaniæ, ita quod fuit prohibitum, ne quis retineret libros, vt refert Io. Lupus *in repe. rub. de donatio. inter vir. & vxo. in princip. ver. idem mihi videtur dicendum. in antiquis.* refert tamen Ioan. le Maire, *in illuſtrationibus Galliæ. in 3. lib. in c. incip. Semyramis*, quod Sarron filius Magi, III. Rex Gallorum primus inſtituit ſtudia, vniuerſitates, & collegia publica ad refrenãdam ferocitatem & vitam hominum ferinam. A quo Celtarũ Theologos & Philoſophos vocauerunt Sarronidas: in maximo & præcipuo quondam honore habitos. Et hæc excerpſit Io. Le Maire à Beroſo, *lib. 15 antiquitatum.*

Digitized by Google

Sed redeundo ad propoſitum, vnde digreſſi fueramus, etiam in Gallia apud nos ſunt aliæ celebres, & famoſæ vniuerſitates, vt eſt vniuerſitas Tholoſana, quæ eſt de vniuerſitatibus approbatis in Gallia, vt dicit Io. de Plat. *in § item Roma Grammatici circa fin. Inſt. de excuſ. tut. vel cur.* & vt ait Philip. Berg. *in ſuo ſupplemento Chronic. lib.* 7. Io. XXII. In ciuitate Tholoſana bonarum literarum Gymnaſium conſtituit, ex quo de approbatis dici debet.

Eſt etiam vniuerſitas Aurelianenſis, quæ ſimiliter eſt approbata, ſaltem ex conſuetudine tanti temporis, cuius initii memoria nõ extat in contrarium, & habet priuilegia tam Apoſtolica, quam Regalia. Cuius tamen inſtitutionem primariam non memini legiſſe, nec parum admiror, cur Pyrrhus Doctor dictæ vniuerſitatis, qui ſupra decennium fatetur ſe ibi legiſſe in Panegyrico Aureliæ, quem reperies poſt commentaria conſuetudinum Aurelianarum, vbi laudat & ciuitatem & vniuerſitatem prædictam. Eius tamen fundationem (vt ita loquar) & vnde & quando ortum habuerit, vel ſcienter vel ignorans prætermiſerit.

Eſt & alia vniuerſitas, quæ Pictauienſis dicitur, quæ eſt excellentiſſima, & de antiquioribus huius Regni, in qua omnes ſcientiæ liberales leguntur, exercentur, profitentur, & in ea etiam extraordinariæ tex. iurium ciuilis ſc. & Canonici. In quo audiui omnes text. meos iuris ciuilis & canonici, & ſtudui per triennium cum dimidio: ſed in fine legi inſtituta cum certis aliis ſociis meis, & maxime conuerſatus ſum cum excellentiſſimo viro Magiſtro Thoma Cuſenier Vaſcone, propter eius excellentem doctrinam, vt viderim eius modum ſtudendi, audiui poſtmodum, quod fuit aduocatus fiſcalis in Parlamento Burdegalenſi, Deus eum conſeruet, & longæuos eius vitam protrahat in annos, ſi ſuperſtes fuerit, poſt obitum beatitudine fruatur. Quoniam, vt verum fatear, multum illi debeo, & ab eo multa didici, & multa ſingularia ſub eo ſcripſi. Nec credo vnquam vidiſſe, aut audiuiſſe ſibi ſimilem in iure ciuili, nec tempore ſuo fuiſſe ſimilem in Gallia, qui veros ſenſus legum, vt ipſe, haberet, caperet, & intelligeret. Illa enim vniuerſitas tẽpore meo abundabat Doctoribus excellentiſſimis, & legentibus & aliis lectoribus doctiſſimis in omni ſcibili, ita quod affluebat ibi multitudo ſcholarium diuerſarum nationum, & Franciæ, Flandriæ, Scotiæ, Alemanniæ, & Britanniæ, cum viderim in ea vltra 4000. ſcholarium ſtudentium & reſidentium: & quoniã in ea legũtur omnes ſcientiæ liberales, Theologia, ſcil. Iura Canonica & ciuilia, medicina, artes, & cæteræ, prout in vnaquaq; vidi doctorari plures, dicenda eſt de famoſis vniuerſitatibus huiuſce regni; cum etiam multa priuilegia tam Apoſtolica, quam regalia habeat, vt ex eorundem conſeruatoribus apparet. Multi viri ſolennes & literatiſſimi, antiquitus in prædicto Gymnaſio floruerunt, vt Guilielmus de Monte Lauduno, Doctor in vtroque iure, qui Commentarium egregium & vtile fecit ſuper Clementinis, & reſtaurator dictæ vniuerſitatis poſt longa bella fuiſſe dicitur. Item Nicol. Dorbellus doctor Theologus: cæteros omitto; quia eſt vltra propoſitum, nec intendo repetere egregios gemini iuris interpretes, qui in vnaquaq; vniuerſitate floruerunt, quique ſcribendi laborem nõ refugerunt: vt docta volumina ex eorum officina producta comprobant, & in eorũ laudibus efferendis ſtylus, vox & vires deficerẽt, & tantus eſt numerus, vt nec ſingulis ſatisfacere poſſem, nec orationi colophonem, hoc eſt, finem imponerem.

Alias eſt vniuerſitas, quæ dicitur Carturcene; quæ fuit inſtituta per Io. XXII. vt refert G. Bene. Doctor dictæ vniuerſitatis *in ſua repetit. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam in ſucceſſ. ab inteſt. num.* 595. *extra de teſtam.* & idem Bened. *in d. gl. num.* 146. dicit. quod in collegio S. Nicolai, quod eſt collegium Doctorum prædictæ vniuerſitatis, non admittuntur extranei, ſed tantum oriundi ex prædicta vniuerſitate. Sic etiam faciunt Doctores Papienſes Mediolan. & Parmenſes, & fere in omnibus collegiis Italiæ non admittuntur nec recipiuntur extranei, & nõ etiam-

di, &

di,& Doctores dictorum collegiorum habẽt multa priuilegia. Et licet Mediolani,vt dixi, extranei non admittantur ad prædicta collegia Doctorum, nec acquirere poſſint immobilia in eorum diſtrictu. Ego tamen, cum aſſidebam Capitaneo iuſtitiæ Mediolani,& eſſem Magiſter requeſtarum Illuſtriſſimi Principis Domini Caroli Abaſiaci tunc locumtenentis generalis pro Rege Francorum in Italia, fui admiſſus ad prædicta ex priuilegio Mediolanenſium, qui mihi obtulerunt tale priuilegium, quod gratanter acceptum habui: ſed eo nunquam vſus ſum, nec volui. Etiam hac occaſione vocatus fui de collegio Papienſi, ſed non fui inſcriptus: ex quo poſthac non fuit mihi tempus ad me transferendum ad locum pro præſtatione ſacramenti. Pariſienſes etenim Doctores vltra prædicta adhuc magis grauant extraneos, cum nolint Doctores extra eorum vniuerſitatem creatos, & ſic extraneos ab eorum vniuerſitate, Theoriam eorum ad Practicam deducere,& ibi practicare, vt voluerunt facere de Doctoribus in medicina extra eorum vniuerſitatẽ creatos,quos nolũt pati ibi practicare. Quod non video multum æquum nec iuridicum. Sed iſtud videtur quodammodo ſentire naturam caninam; cum non ſolum quid capere non poſſunt, ſed etiam aliis capere nõ permittunt. Cum & pro eis, & pro aliis ſit ſufficiens vniuerſitas Pariſienſis, & ſi ſint doctiores aliis,demonſtret vnuſquiſque, quod ſciat alter ſcire ſuum, cum alias nihil ſit, *teſtante Perſio in ſuis ſatyris*.

Licet enim oriundi & originarii ſint cæteris præferendi data paritate in reliquis, vt tenet Roc.de Cur.*in tract.de iure patron.* quem ſcripſi ſub eo. *in verb honorificum. in* 21.*col.* & G.Benedict. *in ſua repet. c.Raynutius in d.ver. & vxorem nomine Adelaſiam à num*.1048.*vſque ad num*.1057. & Barbat. *conſi*.24.*in* 1.*vol.* & dixi *in ſeq.part. in* 22.*conſid.* Tamen extranei & peregrini non ſunt omnino reiiciendi, & in totum abiiciendi. Maxime in exercitio artis & ſcientiæ, & in officiis ſecularibus; cum præferantur originariis, *l.fin.C.de crimine ſacrilegii.* Nam Carolus Magnus non eiecit Claudium & Ioannem Scotos ſapientes & ſapientiam docere cupientes; ſed vnum præpoſuit Pariſiis, alterum Papiæ. In his arbitror meliorem & humaniorem eſſe naturam Iuriſtarum in Gallia. Cum non ſolum oriundos & originarios; imo etiam quoſcunque extraneos alienigenas & peregrinos admittũt,ſuſcipiunt,& honorant,& collaudãt; cum non habeant reſpectum ad loca, vnde ſint orti: ſed an ſint ſcientes, ſapientes & docti: & eos, ſi tales fuerint, amore ſcientiæ venerantur, amant, & benigne recipiunt, tractantque. De his originariis, & peregrinis, ſeu extraneis quomodo præferuntur, dicturus ſum latius infra *in* 11.*part.*

Alia eſt vniuerſitas in Gallia, quæ dicitur vniuerſitas Montis Peſſulani: & quoniam ſtudium generale, ſeu vniuerſitates, non ſoleant nec debeant fieri, niſi in ciuitatibus, vt eſt gloſſa in verbo, *Bononia.* & ibi Panorm.& alii *in proœmio decretalium.* per text. gloſſ. & Doct. *in l.vnica. C.de ſtudiis liberal. vrbis Romæ. lib.*11. & per gloſſ.in verb.*hac regia. in l.vnica.Cod.de profeſſ. qui in vrbe Conſtantinopol. lib.*12. melior text. *in proœmio Digeſtorum.* §. *hac autem tria. & ibi gloſſ. in verb.Regiis vrbibus.* Tamen ibi eſt vniuerſitas approbata (licet ſit caſtrum) vt eſt apoſtilla finalis pro hoc ad Dynum *ſuper proœm. de regul.iuris.* quæ eſt Nicolai Boerii, quæ dicit ſe ibi originẽ ſumpſiſſe,& ſtuduiſſe in vtroque iure,& fuit Placentinus gloſſator antiquus, qui primus dictã vniuerſitatem erexit, & iacet ibi ſepultus. Similiter Do. Azo in dicta vniuerſitate legit, & compoſuit ibi ſuam Summam *ſuper tribus libris C.* vt ipſe refert *in princip. dictæ Summæ.* Dicit etiam Ioan.Fab. *in* §.1. *Inſtitut. de ſociet.* quod ſtuduit in Monte Peſſulano, & etiam Iac.Rebuffi,& multi alii;ex quo poteſt & debet dici vniuerſitas famoſa, prout & aliæ vniuerſitates,de quibus ſupra. Et iſto termino, *famoſa*, vtuntur concordata noſtra facta inter ſummum Pontificem & Chriſtianiſſimũ Regem noſtrum Franciſcum, *in tit.de collationib.* §.*præterea volumus.* vbi inter cætera cauetur, quod prælati debent prouidere de beneficiis in menſibus graduatis & nominatis

 aſſi-

aſſignatis, vacantibus illis graduatis ſimplicibus aut nominatis, qui in vniuerſitate famoſa per tempus competens ſtuduerint. Et ideo prodeſt ſcire, quæ vniuerſitas ſit famoſa. Quoniam ex quo requiritur, quod vniuerſitas ſit famoſa; cum ſit qualitas iuncta actui, non ſufficit probare actum, ſcilic. quod ſtuduerint in vniuerſitate, ſed etiam qualitatem illi adiunctam, ſcilicet, quod ſit famoſa: quoniam, vbi requiritur actus cum qualitate, non ſufficit probare actum, niſi probetur & qualitas, & econtra. Bart. *in Fulcinius*. §. *cum hoc. ff. quibus ex cauſis in poſſeß. eatur*. do. meus Iaſ. *in l. non ſolum*. §. *ſciendum. in 1. col. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur. in l. 1. § in eum. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus eſt*. & Pan. *in c. 2. in 2. col. de reſc*. & ibi Fel. *in 12. col*. Sed cum prædictæ vniuerſitates ſint notoriæ famoſæ in Gallia, illa notorietas non eſt probanda; cum notorium releuet ab onere probandi. vbi dicit gloſſ. notabilis *in verbo alias. in cle. appellanti. de app*. Imo etiam videtur, quod non ſit alleganda illa qualitas in prædictis vniuerſitatibus; cum dato actu, & conceſſo, quod ſit vniuerſitas, ſatis eſt notorium, aut debet eſſe, & iudici, & partibus, quod eſt famoſa. Cum tales ſupra nominatæ, ſint ſatis ſuperq; famoſæ in Francia, ſecundũ doctrinam Bart. *in l. 3. ff. de iudic*. de qua materia do. meus Iaſ. *in l. ex quacunq; cauſa. ff. ſi quis in ius vocatus*. & dixi *in conſuet. Ducat. Burg. in procem. in 1. gl. & in alio loco ibi per me alleg*. Ex quibus videtur concludendum, quod prædictæ vniuerſitates ſupra nominatæ, videlicet Pariſienſis, Tholoſana, Aurelianenſis, Pictauienſis, & cæteræ, ſunt ita famoſæ, quod non eſt nec proponenda nec alleganda famoſitas illarũ. Conſulerem tamen; quod allegaretur. Ex quo nõ ſunt omnes ſcriptæ in iure, ſed de his, quæ ſunt in iure deſcriptæ, & approbatæ de iure, vt eſt vniuerſitas Romana, vt *in rubr. & l. vnic. C. de ſtudiis liberal. vrb. Rom. lib. 11. & in c. 3. de priuileg. in 6*. & vniuerſitas Bononienſ. vt *in procem. Gregoriano, ſexti, & Clementinarum*. & vniuerſitas Pariſ. vt *in cle. 1. § hoc ſacro. de Magiſtris. & cap. ſuper ſpecula. de priuileg. extra*. quod talis famoſitas non eſt alleganda nec probanda, cum, vt dicit Barb. *conſ. 61. incip. illud in medium referam. in 3. col. in 1. vol*. Notorium legis non eſt allegandum.

Quid autem de vniuerſitate Andegauenſi, & Bituricenſi, quæ etiam ſunt in Francia, & Valentinenſ. quæ eſt in Delphinatu, an tales apud nos reputari debeant famoſæ? videtur, quod cum hæ vniuerſitates fuerunt à paucis annis erectæ (vt credo) ex priuilegiis Apoſtolicis, & Principum, quod de his eſt iuſtificandũ in aliis locis remotis, & extra ſua loca. Sed quoniam in vniuerſitate Bituric. Archiepiſcopus loci, ſeu eius officiarii ſciunt & vident notorie ibi vigere vniuerſitatem, non poſſunt ignorare priuilegia dictæ vniuerſitatis, ex quo tenentur illis graduatis in prædicta vniuerſitate prouidere de beneficio, ſicut & cæteris in aliis vniuerſitatibus famoſis graduatis, ſed extra loca prædictæ vniuerſitatis, crederem, quod ibi graduati tenentur iuſtificare, & probare famoſitatem dictæ vniuerſitatis. Et idem dicendum eſt de vniuerſitate Andegauenſi. Ex quo bene fuiſſet actum (ſaltem ad tollendam omnem dubietatem) per ſummum Pontificem, & Regem noſtrum, ſi fuiſſent nominatim expreſſæ vniuerſitates, quas ipſi reputant, & tenent famoſas, quo ad effectum prædictorum concordatorum.

Quæreret quiſpiam, nunquid graduato in vniuerſitate Dolana, quæ eſt in Comitatu Burgundiæ, quæ non vtitur dictis concordatis, vel etiam ibi nominato ad beneficia conſequenda, debeat prouideri de beneficio in Francia poſito, quod illa ſit vniuerſitas famoſa: vel cum notoriũ ſit, quod Roma, Bononia, Papia, & Padua, quæ ſunt in Italia, ſint vniuerſitates famoſæ, & etiam apud nos; an ibidem graduatis debeat apud nos in Gallia prouideri de beneficiis vacantibus in Regno in vim gradus: & ſi ibi obtinere poſſint nominationes à prædictis vniuerſitatib. dirigendas Epiſcopis & aliis collatoribus & patronis Galliæ & Franciæ ipſis concordatis ſubditis; cum non ſint ipſæ vniuerſitates ſubditæ dictis concordatis. Et iſta non ſunt ſine dubio, eo, quia Papa, qui eſt ſupre-

mus.

mus omnium, & iudex, & Princeps. *c. cuncta per mundum.* 9. *q.* 3. fecit, & conſtituit prædicta concordata: & priuilegiatus, ſeu habilitatus in vno loco eſt vbique priuilegiatus. *c. olim de clericis coniug. extra.* Et ideo in ſimili dicit Zabarella *in cle. dudum.* §. *ab olim. in* 16. *qu. de ſepult.* quod habens licentiam docendi ab illo, qui eſt Princeps omnium, poteſt vbique docere. Licet textus in dictis concordatis videatur facere in cōtrarium; cum loquatur de vniuerſitatibus Regni Franciæ tantū, *& in tit. de collat.* §. *monemus autem.* dicam in gloſſis meis ſupradictis concordatis, vbi hæc quadrant ad propoſitum, nec ſunt præſentis ſpeculationis. Ad vnum tamen aduertendum eſt, quod ſtudia talia poſſunt dici generalia, & ſic famoſa, etiam ſi priuilegia ſpecialia non habeant. Et de ipſis non doceatur, dummodo talia reputentur à tali tempore, cujus initii memoria non extat in contrariū. Ita dicit, & tenet gloſſ. *in verb. generalibus. in clement. dudum* §. *nos autem.* & ibi Zabarella *in* 15. *quæſt. de ſepult.* Quoniam tale tempus habet vim priuilegij, *cap. ſuper quibuſdam.* §. *præterea. & ibi gloſſ. in verb. non extat memoria, quæ allegat concordantias. de verb. ſignif. extra l. hoc iure.* §. *ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æſtiua.* Dixi ample *in Commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducatus Burg. in tit. des ruſticos.* § 2. *& in gloſ. & la preuue eſtre ſienne.* Princeps enim permittēdo tanto tempore videtur conceſſiſſe, & reuocaſſe prohibitionem, de qua *in proœmio. ff.* §. *hac autem tria.* Aliqui etiam videntur tenere, quod, an ſtudia ſint generalia, relinquitur arbitrio iudicis, vt ſi vigeat ibi ſacra pagina, iura, & artes ibi doceantur, vt notat Hoſt. *in cap. tuæ ne clericis non reſident.* quē ſequitur Paul. & Pet. de Anch. *in clem. dudum. de ſepult.* Loca etiam vbi jura docentur debent eſſe inſignia, & præclara. §. *hac autem tria. ſupra alleg.* Et talia quibus hoc competat ex priuilegio ſpeciali, vel de iure communi, vt *in cap.* 2. *de priu. in* 6. vbi dicit, quod ſtudium generale, & priuilegiatum eſt Romæ, vel etiam de antiqua conſuetudine, in cujus contrarium memoria non exiſtat. Quia talia æquiparantur iuribus allegatis, vt dicunt Zabarella, & Petrus de Ancha. *in locis prætactis.* Pro quo optima glo. *in verb. priuilegio. in princip. in titul. de cauſis.* §. *ſtatuit, & decreuit. ſuper pragmat. ſanctio.* Sed nunc inquantum hęc tangunt materiam noſtram, credo, quod ſic præfertur Doctor creatus à majori Principe, ita etiam præfertur à majori & digniori vniuerſitate, ſtudio, ſeu gymnaſio: data tamen paritate in reliquis. Hinc eſt, quod plus æſtimantur apud nos creati Doctores in Theologia in vniuerſitate Pariſienſi, quam in alijs vniuerſitatibus. Et in jure ciuili magis æſtimantur Doctores jurium creati in Italia, maxime Papiæ, Bononiæ, Paduæ, quam creati in Gallia: niſi ſint creati in vniuerſitate Aurelianenſ. vbi majori rigore examinis examinantur, quam alibi. Ex quo cum propter magnum rigorem examinis præſumatur, quod ſint Doctores: ideo magis honorantur, & ſic videtur, quod alios præcedere debeant ejuſdem temporis, & qualitatis: ſed vbi eſſet prioritas promotionis temporis, aut alterius qualitatis, attenderetur potius illa, quam præeminentia, aut majoritas loci, in quo creati eſſent. Et iſtud fuit etiam quo ad beneficia conſequenda; de mente Coſmæ Guimier. *in ſuo comment. pragma. ſanctio. in titul. de collationibus.* §. *ita tamen gloſſ. non teneat.* vbi dicit, quod quo ad nominandum, omnes vniuerſitates, ſunt æqualiter priuilegiatæ.

In jure noſtro reperio multa fuiſſe ſtudia, ſeu gymnaſia. Primo ſtudium Romanum, quod venit à Græcis, vt refert Anton. Floren. *in* 2. *hiſtoriarum parte titul.* 14. *cap.* 4. §. 12. *in princip. & ibidem in cap.* 5. *in fin.* & de iſto fit mentio *in lege vnic. Cod. de ſtudiis liberalibus vrbis Romæ. libro* 11. *& in capit. cum de diuerſis. de priuileg. in* 6. Et quomodo Romani habuerunt leges a Græcis, vide *in leg.* 2. §. 1. *& ibi gloſſ. ampla in verbo, conſtitui. de origin. iur. ff. & in* §. *& non ineleganter. de iur. nat. gent. & ciuil. in Inſtitutio. & ibi gloſſ. in verb. inſtitutis.* Sed quod dicit Accurſius, quaſi ſtulto intertieniente, qui prætenſa manu trinitatem ſignificauerit, leges Romani obtinue-

tinuerint reprehenditur per Vdalricum Zaſium *in ſuis ſcholiis ſuper d.leg 2.§.poſtea.in glo.* 1. poſt Budæum *in ſuis annotationibus in Pandect ſuper d. ct.leg.*2. vbi dicit, quod Accurſius ibi fabulam narrat, tam ridiculam, quam falſam, & vltra dicit, quod veritas hiſtoriæ eſt. Quod tres tantummodo legati, & non decem ad Græciam pro legibus ferendis miſſi ſunt Ideo eum ibi vide. Tota tamen, & communis ſchola Legiſtarum ſemper hucuſque cum Accurſio noſtro communi præceptore pertranſiit. Et quomodo Roma origo legum ſaltem apud Latinos: imo patria legum dicitur, & fons ſacerdotij, & pluribus alijs nominibus elegãtibus ſit inſignita. vide text. *in Authent. vt Eccleſia Roman. centum annor. &c. in princip. & ibi gl ſſ.* 1. *&* 2. *colum.* 2.

Et de iſto ſtudio etiam meminit Robertus Gonletus *in ſuo tractat. de magnific. dignitate, & excellentia vniuerſitatis Pariſienſ.* vbi dicit: quod in iſto ſtudio ſtuduerunt Iulius Cæſar, vt patet in libro de vita *Cæſaris*. Cato, vt narrat Solinus *lib.*1. Virg. & Tull. & in eo Aurelius Auguſtinus docuit Rhetoricam; vt ipſemet fatetur, *lib.*5. *confeſſionum*. Ad vnum tamen aduerte pro gloria Francorum, quod Plotinus Lugdunenſ. primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit, à quo Cicero ſe Romæ puerum cum Qu. fratre Latine primum doctum retulit. & ita ſcribit Philipp. Bergomenſ. *in ſuo ſupplemento Chronic. lib.*6. Iſtud etiam ſtudium Romanum eſt generale, & priuilegiatum de iure communi, vt eſt text. *in c.*2. *de priuileg. in* 6.

Aliud fuit ſtudium vrbis Conſtantinopolitanæ, de quo fit feſtum *in tit. de profeſſ. qui in vrbe Conſtantinop. docen. ex lege meruerunt comit. lib.*12. *Cod. & in d. tit. de ſtudiis liberalibus vrbis Romæ, & Conſtantinopolitanæ. lib.*12. *& in tit. de priuileg. vrbis Conſtantinop. eod. tit. & in gl. in verb. regiis vrbibus. in proœ ſſ. §. hæc autem tria. & in gl. fin. in l. ſed & reprobari. §. fi. ſſ de excuſ. tutor.*

Aliud etiam fuit ſtudium Beriti, ſeu Berітенſium (quę eſt ciuitas in prouincia Phœnicis ſecundum text. *in l.*1. *C. qui ætate vel profeſſ. ſe excuſant. lib.*10.) De quo ſtudio dicit gl. fin. *in d. l. ſed & reprobari*. quod eiuſdem præeminentiæ, cuius eſt ſtudium Romanũ pro quo eſt text *in d. §. hæc autem tria*. vbi etiam legum nutrix appellatur. & *in l. vnic. Cod. de metrop. Berito. lib.*11.

Aliter pariter floruit in Alexandrina ciuitate in Ægypto, & in Cæſarienſi, de quibus habetur *in d. §. hæc autem tria* Et etiam de Cæſarienſi habetur *in d. l. ſed & reprobari. §. amplius.* & vtrobique prædicti tex ſonant, quod erant & fuerunt alia ſtudia, de quibus tamen nullam expreſſam facit mentionem.

Aliud eſt ſtudium Oxonienſe, quod eſt in Anglia, de quo *in clem.*1. *§. hoc ſacro. de Magiſtris.* & ibi Zabarella *colum.* 5. quod Alexander *in libr. de natura rerum* dicit, quod iuxta vaticinia Merlini vigebant ſtudia in Anglia tempore ſuo ad partes Iberniæ tranſitura.

De ſtudio Salamantino, quod eſt in Hiſpania, etiam fit mentio *in d. cle* ſed quo tempore habuerit initium, nõ reperitur apud ſcribentes, vt dicit Zabarella *in prædicto loco.* & ibi vltra dicit eſſe incertum, quo tempore ſtudia inceperint eſſe generalia in Italia, licet ſemper floruerint ibi: & maxime quamdiu Romæ viguit imperium, & tempore Octauiani fuerunt ſtudia in oratoria & poëtica. Et iſta duo ſtudia Oxonienſ. ſcilicet, & Salamantinum ſunt priuilegiata cum ſtudiis Pariſienſi, Bononienſi, & Romano, ſecundum quod *in d. cle.* ſcribitur, ita quod in illis quinque ſtudiis legi debent, & interpretari literæ Arabicæ, Hebraicæ, & Chaldeæ, & debent eſſe duo periti in qualibet lingua, in quolibet illorum locorum docentes, quibus prouideri debet in ſtipẽdijs cõpetentib. & ſumptibus, per ibi nominatos in fine *d. Clement.*

De ſtudio Bononienſi etiam fit mentio *in d. cle.*1. *de Magiſtris. & in d. gl. in verb. regiis vrbibus. §. hæc autem in proœm. ſſorum. & in gloſſ. fin. §. fin. in leg ſed & reprobari. ſſ. de excuſa. tut.* Et etiam text. *in proœm. Gregoriano*, & ibi glo. *in verbo, Bononia.* Et fuit factum, ſeu incepit eſſe primo tempore Theodoſij Imperatoris, vt per gloſſ. *in dict. verb. regiis vrbibus.* quam ad hoc dicunt Doctores eſſe notabilem, ſed pro hoc vide clariorem *in verbo, Bononienſ. in dict.*

Digitized by Google

in dict.clem.1. & tempore Accurſii legalis ſtudii obtinebat monarchiam ſecundum eundem *in rubr. de ſtudiis liberal. vrbis Romæ. libr. 11. Cod.* & tempore Azonis ibi erant decem millia ſcholarium, vt refert Odof. *in Authen. habita. Cod. ne filius pro patre.* & ſecundum Beroaldum *in ſuo opuſculo de felicitate.* licet Bononia inter omnes Italicas vrbes ſit florens & famigerata; eam tamen florentiſſimam illuſtriſſimamque nulla ferme res alia peræque facit, ac Diatribe, & Gymnaſia literarum atq; conciliabula ſcholaſticorum, quæ haud dubie cum omnibus totius Italiæ celebrationib. Gymnaſiis claritudine contendunt, nulli cedunt, quæ Alexandrino, Attico, Tharnenſi, Maſſiliotico memoratiſſimis apud Priſcos Gymnaſiis proxime accedunt, & quanquam longo interuallo, tamen proxima.

Aliud fuit Athenis, & quidem ſolenniſſimum, & celebratiſſimum apud omnes autores. Vnde Hieronymus commendans ciuitatem Athenarum, dicit illam ſtudio fuiſſe aptiſſimam, primoque leges tradidiſſe, aliiſque ciuitatibus iura tranſtuliſſe. Et non ſolum leges, vt ſupra dixi, ſed etiam quælibet ſcientia habuit ortum, & deſcendit à Græcis, vt dicit gloſſ. *in verb. conſtitut. in fin.* poſt Priſcianum. *in l.2.§.1.ff. de orig. iur.* Et in illo ſtudio (vt refert Robertus Gonletus *in dicto ſuo tracta. de præſtantia vniuerſitatis Pariſienſis, circa princip.*) tantum patientes admittebantur. Vnde ad portam ciuitatis ſedebat ſenex ad obiurgandum volentes intrare, & ſi videbat ſigna impatientię, repellebantur: ſi autem patientiæ, admittebantur. Ex illo ſtudio fuit diuus Dionyſius Areopagita, Chriſtianæ religionis Doctor eximius. Alia vero octo Gymnaſia antiquæ enumerat Textor *in ſua Offi cina*, quæ ſunt ſequentia. Craneum, quod erat apud Corinthum ſecundum Cicer. Cillarauium, de quo Plutarchus *in Cleomene.* Lyceum, quod fuit Athenis Ariſtotelis ſchola, & etiam Ciceronis *in Tuſculano.* Academia Platonis Gymnaſium celebratiſſimum. Vnde Cicero:

Inq; Academia vmbrifera, nitidoq; lyceo,
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Et Horatius:

Atq; inter ſyluas Academi quærere verũ.

Vnde Academici philoſophi vocati ſunt.

Prytaneum, de quo Cicero *libr. de oratore.* Et vt ei victus quotidianus in Prytaneo publice præberetur. Canopum vero agnoſcit Philoſtratus *in Herodis Attici vita.* Pecile vero, porticus variis Latinis appellatur, nobilitate etiam propter picturam Marathonicæ pugnæ Zenonis philoſophi Stoici conuentu, vnde à porticu Stoici philoſophi dicti, & Stoica ſecta. Tempe etiam fuit Gymnaſium Athenis. Iſta ſunt ſtudia nunc nobis antiquiſſima. Sed plura alia antedicta ſunt nouiſſima, & quædam in iure deſcripta, & ideo ſatis nobis nota, & certa.

De ſtudio vero Senenſi, dicit Zabarella *in dict. clem. dudum, ab olim. de ſepult.* quod tempore Pauli de Eleazar. qui commentatus eſt in dictas clementinas, fuit nouiter reformatum, & ante fuerat deſtructum: ſed tamen dicit illud eſſe generale, ſed non multum durauit in bono ſtatu: quia denuo fuit reformatũ tempore Petr. de Anch. qui conductus à Senenſibus ad lecturam Decretalium triennio ibi legit, vt fatur ipſe Pet. de Anch. *in d. cle. dudum in 3. col. circa fin. in meo vol.*

Refert etiam Philoſophus Bergom. *lib. 12. ſui ſupplementi Chronic.* quod in Vienna vrbe Auſtriæ magna eſt ſchola liberalium artium, & ſacræ Theologiæ, & iuris Pontificii, in qua magnus ſtudentium confluit numerus. Non eſt tamen ciuitas, quæ habet Epiſcopum: ſed eſt in diœceſi Pictauienſi Auſtriæ prouinciæ ciuitate, & maior eſt filia matre. Et vt fertur, ibi ſtudentes pauci emergunt docti; cum voluptati nimium operam dent: & mulierum procacitas, & laſciuia eorum mentes à ſtudio alienet. Et in hac ſæpe dedecoroſa perpetrantur, & enormia fiunt, quod diu noctuque rixæ ad modum belli fiunt. Nunc artifices aduerſus ſtudentes: nuncque Curiales in artifices arma corripiunt: ita, vt rara ſolennitas ſine homicidio peragi poſſit. Quod & fit in pleriſque aliis vniuerſitatibus; cum ſint in vrbibus excellentiſſimis, & populoſis conſtitutæ. Sciunt quid alloquor, qui viderunt

brigas (vt ita loquar) ſuo tempore factas propter graues & corporales iniurias ſæpe à viliſſimis hominibus ſine cauſa ſibi illatas, quas ferre non poſſunt: ideo vitam multis periculis exponunt: vt vtar verbis ***Authent. habita. Cod. ne filius pro patre***, & ſic dici poteſt. Felix ille ſcholaris qui ſaluum ſe dicit ab vniuerſitate; felicior ille tamen, qui bene ſtuduerit, & doctus redierit. Cum frequétius accidat, plures eſſe commemoratos in ſtudiis, quam ſtudentes, licet ſint ibi cauſa ſtudii, vt dicit Gem. ***in proœm. ſexti. col. mihi*** 5. Nec eſt vlla vniuerſitas, quæ non habeat ſua impedimenta, cum apud nos in vulgari dicatur:

> ***Les fleuſteux, & ioueux, de paueme de Poities,***
> ***Les danſeurs Dorleans.***
> ***Les braguars Dangiers.***
> ***Les croetz de Paris.***
> ***Les brigueurs de Pauye.***
> ***Les amoureux de Turin:***

De Tholoſanis tamen dicitur:

> ***Les bons eſtuans de Tholoze.***

Dico ſane in aliis ſupra de malis, & non de bonis, nec improbo multa exercitia: vt ocia tollas liberalibus viris neceſſaria, & honeſta, quibus cum magno ſalutis corporeæ commodo, & ſtudiorum augmento indulgere poſſumus, nec continuum literarum certamen approbo. Studentes enim debent habere recreationes: quia ex vehementi ſtudio incurrunt ægritudines mortales, vt ait Fel. ***in cap. lator. de homicid.*** diſpenſandæ ſunt horæ pro cuiuſque rei officio, dummodo ab illecebris, & ludis alearum atque taxillorum abſtineamus. Et quia forte non erit alienum ab inſtituto noſtro inſerere, quomodo tempus ſit diſtribuendum ſtudentibus. Ideo epiſtolam Auguſtini Dathi deſcriptam ***in 1. lib. ſuarum epiſtolarum, in princip.*** quæ non fuit facta ad illud, & eſt multum elegans, & vtilis, hic referre arbitratus ſum. Auguſtinus Dathus Thomæ Rimbotto, S. Petis quid te agere oporteat, vt facilius in literarum ſtudiis proficere poſſis, paucis à me poſtulaſti, & ipſe quoque reſpondeo paucis. Tempus ante omnia ſtatuo diſtribuendum eſſe, & ordinem vehementer probo. Medio noctis dies ſumit initium; media nocte gallicinium. Conticinio quieſcendum videtur, aut ſi vigilare contingat, quæ ante percepta ſunt, cogitatione, & memoria repetentur. Diluculo eſt lectionibus danda opera, ac ſi quid proximo die agendum ſit, id eſt, accuratius mente atque animo volutandum, præuia meditatio futuram actionem tanto perfectiorem efficiet, quanto diligentius fuit præparata. Mane cum primum domo fueris egreſſus, templum pete, Deum venerare, Regnum Dei quære, ſaluta penates, ſacras peruolue lectiones. Hieronymi ſcripta libenter amplectere, vbi & orationis ornatum, & rectam vitæ inſtitutionem abunde poteris adipiſci. Quæ vero ſplendidiora delegeris, ea in optimo theſauro reconde memoria. Cum his verſare, cum his colloquere, cum his confabulare, à quibus aut æmulatiorem eruditionem, aut ſalutaria præcepta haurire queas. De eſca & potu nihil eſt, quod ſcribam, veterem ſerua frugalitatem, & tuum laudatiſſimum morem obtine. Meridie in tuis te lateribus oblecta: peruagari noli. Quid eſt enim aliud fruſtra circumcurſare, atque etiam templa, plateas, angiporta, ac forum luſtrare? quid puerorum more ludere, quam ſeipſum perdere? Cenſeo cum cibo, & quempiam ex leuioribus ac iocoſis libris, quos noſti, legendum, vt corpus ſimul paſcatur, & animus. Ac poſt modicam quietem, quæ aut legeris, aut audieris mente complectere, difficilium locorum expoſitionem tracta: præcipuam quampiam capeſſe ſententiam, vt ea ſit tibi iucundum pabulū, ac poſtmodum deambulanti ſalutare viaticum. Quod ſi exire libebit, auguſta, & religioſa (quo ad potes) perquire loca, bibliothecas adi, & quos optaueris, meliores percurre codices. Inde excerpe ſemper præclarum aliquid atque frugiferum: hæc tibi recta fuerit inambulandi ratio. Domi te opprimat occiduum tempus, & veſpera foris nunquam. Nam abnoctare inprimis pernicioſum ſimul putatur ac turpe, domum reuerſus fac, vt ad futuras lectiones animum applices tempeſtate ſuprema, & veſpera ipſa ac prima face

per-

perſeuere, vt nulla pars temporis effluat tibi prorſus inanis. Cum oportunum noueris, genio indulge. Ex ſacris codicibus excerpta ne deſere,& antequam ad cubitum accedas, Pythagoreorum more quid egeris dixeriſve,tecum ipſe repete: ac ſi tempus ſuppetat, aliquid præclarius cōmenda memoriæ. Deum comprecare. Inde enim ſunt,quæ optantur nobis bona omnia,concubia & intempeſta nocte,ſile,quieſce, vt vitam tranquillam, & recte inſtitutam degas. Vale.

De ſtudio vero Peruſino, nulli eſt dubium,quod ſit generale, antiquiſſimum, & famoſum. Nam Bart. legit ibi per multa tempora,& ex eo orti ſunt Bald.Petrus, & Angelus de Vbaldis fratres germani, vtriuſque iuris Doctores excellentiſſimi. In illo etenim ſtudio eſt quædam fundatio facta anno Domini 1362. Die vero 27. Menſis Aprilis, per quendam Cardinalem Tuſculanum nomine Nicolaum tunc Archidiaconum Heduen. pro duobus ſcholaribus Eccleſiæ Heduen. aut ciuitatis ſeu diœceſis,qui poſſunt præſentari pro ſex annis per Epiſcopum & Capitulum Heduen. & ibi habent victum tantum. Et iſtud conſtat ex tenore fundationis hic poſt inſertæ, vt ſit illius memoria in poſterum,& illam vidi ſignatam debite, & ſigillatam in archiuis dictæ Eccleſiæ Heduen. tanquam Balliuus, & Conſiliarius ipſius tenor ideo eſt talis. Reuerendo in Chriſto patri domino Dei gratia Epiſcopo: ac venerabilibus viris Decano,& Capitulo Heduenſi, Nicolaus miſeratione diuina Epiſcopus Tuſculan. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ſalutem, & ſinceram in domino charitatem. Ordinata rationabiles homines natura conſtringit, eiſdemque diuini & humani iuris ſcriptura demonſtrat, quod in officiis charitatis primo loco eis tenemur obnoxii, à quibus nos cognoſcimus beneficium recepiſſe, quodque ratione ſanguinis proximioribus amplius obligamur. Attendentes autem Eccleſiarum noſtrarum magis beneficia, & vitæ ſubſidia magna,quæ dudum recepimus,& de præſenti recipimus ab eiſdem primo loco ipſarum Eccleſiarum promouendis honoribus & procurandis vtilitatibus obligamur,& eiſdem Eccleſiis ratione ſpiritualis coniunctionis. Quæ nobis omnes coniunctos ſanguine in charitatis coniunctione procedunt, plus ad benefaciendum adſtringimur, cum ſcribatur in canone: *Nullus nobis hæres videtur eſſe proximior, quam Eccleſia, quæ nos domino ſociauit.* Sane præmiſſa diligenti meditatione, in mente noſtra ſæpius reuoluentes ac cernentes, quod modernis temporibus peccatis exigentibus à Deo in nonnullis patribus increuit ignorantia ſecularium clericorum, quod rariſſime reperitur ſecularis Clericus, qui faciat proponere populo verbum Dei, intelligere canones,Eccleſias & populum regere, æquum ab iniquo diſcernere,& intelligentes iuſtitiam miniſtrare. Cupienteſque exhibere huic defectui pro noſtrę poſſibilitatis modulo, in locis aliquibus ſupplemētum, & aliis Chriſti fidelibus, præſertim Prælatis, quibus ad hoc ſuppetunt facultates præbere imitationis exemplum, vt reſplēdeat domus Domini ex claris luminibus plurium lampadarum diuina, quam inuocamus nobis aſſiſtente clementia. Ad reuerentiam Dei, Beatæ Mariæ Virginis, ac Beati Gregorii Papæ Doctoris egregii pro animæ noſtræ remedio, & nonnullarum Eccleſiarum & locorū, è quib. grandia bona recepimus hactenus, & in præſentiarū recipimus, vtilitate ſpirituali, ac etiā temporali in ciuitate Peruſina vtiq; pacifica, & quieta, in qua viguit ab antiquo, & adhuc viget vtriuſq; iuris & aliarum ſcientiarum ſtudium generale: quandam domum ſcholariū, quorum alii ſtudere debeant in ſacra Theologia, & alii in iure canonico duximus ordinandam,& pro ipſorum victu dūtaxat,certos redditus perpetuos & poſſeſſiones emimus, & adhuc pręſtante do. alios emere intēdimus in futurum. Conſiderenteſque quod ab Eccleſia noſtra Heduen. ex Archidiaconatu, quē ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica obtinemus, in ea dudum bona recepimus & de præſenti recipimus,& quod propterea eidem Eccleſiæ, tam ſpiritualis coniunctionis,

quam recepti beneficii ſeu ſubſidii temporalis vinculis obligamur, dignum arbitramur, nobiſque reputamus ad debitum, vt huiuſmodi ordinationes ſeu Eleemoſynæ noſtræ dictam veſtram Eccleſiam participem faciamus. Igitur tenore præſentium vobis & veſtris ſucceſſoribus titulo donationis perpetuę ac irreuocabilis, quæ dicitur inter viuos, damus, donamus, & concedimus, quod duos ſcholares pauperes de dicta Eccleſia ſi reperiantur in ea, alioquin de ciuitate vel diœceſi veſtra, quorũ nullus habeat beneficium annui valoris vltra viginti quinque florenos auri portatos ad ſtudium, de legitimo matrimonio natos in primitiuis vel ſaltem in grãmatica ſufficienter inſtructos, bonæ indolis, diſcretione præditos, ac de honeſtate vitæ & moribus commendabiles: qui ſtudere debeant in dicto iure canonico per ſex annos ad ſtandum dicto tempore in domo præfata per nos ordinanda: & habendum in ea victum duntaxat rectoribus dictæ domus præſentare poſſitis. Ita quod finito huiuſmodi ſexennio aut cedentibus vel decedentibus eiſdem ſcholaribus per vos præſentatis, alios præſentare pro ſimili ſexennio valeatis. Volumuſque, quod vos, domine Epiſcope, Veſtrique ſucceſſores duas voces in aſſumptione huiuſmodi ſcholarium habeatis. Hortamur autem vos omnes in domino Ieſu Chriſto, quod in aſſumptione prædicta nulla (quod abſit) apud vos ſit acceptio perſonarum, ſed illos ad hoc eligatis & aſſumatis, quos ſecundum Deum credideritis meliores & magis præfatæ Eccleſiæ, ad cuius ſpecialiter vtilitatem & honorem intendimus, veriſimiliter profuturos. Super quo veſtras conſcientias oneramus: volumus etiam, quod præſentes noſtræ literę in communi dictæ Eccleſiæ veſtræ capſa, in qua reponuntur alia iura ipſius Eccleſiæ, perpetuo conſeruentur: & nos ſimiles literas ad cautelam in ſacriſtia Eccleſiæ Peruſinæ faciemus nihilominus conſeruari. Et ad maiorem claritatem & memoriam perpetuam omnium præmiſſorum, præſentes literas per Notarium infra ſcriptum publicare fecimus, & noſtri ſigilli appenſione muniri. Datum & actum Auinion. Die 26. menſis Aprilis. Anno natiuitatis domini 1362. indictione 15. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Innocentii diuina prouidẽtia Papæ 6. ann. 10. præſentibus Venerabilibus viris domino Angelo præpoſito Eccleſiæ ciuitatis caſtelli, & Raymundo Boſco canonico Terracon. ac Bertholino de Sagiis de Placentia macerio domini Papæ teſtibus, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Franciſcus quondam Matthæi Ieremiæ ciuis Piſanus publicus Imperiali authoritate Notarius prædictis donationi, dationi & cõceſſioni, ac omnibus & ſingulis ſupradictis vna cum prænominatis teſtibus præſens fui, ipſaque de mandato ſupradicti Reuerendiſſimi Patris & domini Nicolai Tuſculan. Epiſcopi Cardinalis in hanc publicam formam redegi. Tamen aliis occupatus per alium ſcribi feci, meque vna cum appenſione ſigilli præfati domini Cardinalis ſubſcripſi, cum ſigno & nomine conſuetis in teſtimonium omnium præmiſſorum. Præmiſſam vltimam dictionem, quæ dicit trecenteſimo, & vltimo additam, quæ propter inaduertentiam dimiſſa erat, veram eſſe approbando. Sunt & multa alia ſtudia in diuerſis patriis & prouinciis, quæ enumerare longum eſſet & forte tædioſum, & cum vnaquæque patria ſuo ſenſu abundet. text. eſt *cap. certificari. extra de ſepult.* Ideo relinquo illis diſcutiendas præeminentias eorum.

Ex prædictis infero, quod cum maior honor debeatur his, qui doctorantur ſeu graduati ſunt in maiori vniuerſitate; quod etiam magis honorari & præferri debent hi, qui doctorantur in vniuerſitatibus famoſis, vbi ſunt Doctores legentes & ſcholares ſtudentes; quam hi, qui doctorantur in locis, vbi non eſt vniuerſitas, ſed tantum habent priuilegium doctorandi, vt ſunt plures ciuitates, & vrbes in Italia, prout ſunt Placentia, Parma, & plures aliæ: & ideo dicit Zabarella *in loco ſupra ſæpe allegato*, quædam ſunt ſtudia generalia actu & priuilegiata; vt ſunt illa de quibus ſupra, & *in clement. 1. de magiſtris.* & iſta præcedunt omnia alia. Quædam priuilegiata, ſed

non

Digitized by Google

non actu generalia. Quædam generalia, ſed non priuilegiata. Quædam particularia non priuilegiata. Et ibi dicit, quod actu generalia etiam non priuilegiata magis præferantur, quam priuilegiata, non actu generalia. Ex quo concluditur, quod Doctores in talibus vniuerſitatibus actu generalibus, magis priuilegiantur & præferuntur, quam Doctores in vniuerſitatibus, tantum priuilegiatis, & non actu generalibus, vt concludi poteſt ex deductis, per doctrinam Zabarellæ, vbi ſupra. Quoniam tales non videntur, nec præſumuntur examinari in vniuerſitatibus priuilegiatis tantum, ſicut in vniuerſitatibus actu generalibus.

Et ſic etiam infertur, quod Doctores, qui gradum accipiunt in facultate eis cognita, cauſa honoris tantum; non ita honorantur, nec honorem aſſequi debent ratione illius gradus, vt dicit Petrus de Anchar. *in cap. 1. de paroch.* & Panorm. *in cap. clerici. de indic.* Sicut de Doctoribus promotis, à Doctoribus corruptis, vt notat Archid. *in cap. de quibuſdam. 37. diſtinct.* argu. text. *in l. 1. Cod. de athletis. libr. 10.* Quod non placet Philippo Decio, & Aretin. *in d. c. clerici.* Quia, vt dicunt, licet promotus ſit ignarus, habet tamen dignitatem. Ex quo cum prærogatiua detur ratione dignitatis, debet habere locum. Bartol. *in l. maximarum. in fin. Cod. de excuſat. muner. lib. 10.* Bald. *in l. qui ſub prætextu. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Geminia. *in proœmio ſexti in fin.* De cõmendatione vero ſtudiorum & gymnaſiorum, dixi ſupra *in 5. part. in 21. conſider.* vt dixi glorioſum eſſe optimo principi habere rationem ſtudiorum.

TRigeſimatertia conſideratio; Inter plures Doctores præfertur, qui plures habet gradus. Exemplum in Doctore vtriuſque iuris. Quoniam duo vincula ſunt fortiora vno, & magis ligant. *cap. 1. de treuga & pace. extra. Authent. itaque. Cod. comm. de ſucceſſ. & §. ſi vero. Inſtitu. de adoptio.* ita tenent Abbas & alii *in dict. cap. clerici.* & Iohan. de Anania *in rubrica de magiſtris*, videntur tenere, quod hoc ſit verum cæteris paribus, hoc eſt, data in cæteris inter eos paritate. Ex quo videntur inferre, quod ſi Doctor in vno iure tantum eſſet prior tempore, quod præferretur: tamen hoc non videtur verum; eo, quia nunquam aut parum eueniret, quod ſemper non eſſet aliqua diſparitas temporis, quæ etiam in vna hora attenditur, vt per gloſſ. *in leg. ſi is ex pluribus. §. fin. ff. de ſolutio.* Facit text. *in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſthum.* Et intentio Doctorum *in dict. c. clerici.* videtur eſſe, quod ſemper Doctor in vtroque præcedat Doctorem in vno tantum, etiam ſi habeat vnum gradum priorem tempore: quoniam illa qualitas illius alterius gradus tollit illam qualitatem temporis, quæ non multum conſideratur, vbi eſt alia qualitas; & quoniam duplicatio gradus maiorem dignitatem inducit; & vbi eſt maior dignitas, prioritas temporis non attenditur, vt per gloſſ. *in verb. præponitur. in cap. placuit 16. diſtinct.* notat. *in c. ſtatuimus de maior. & obed.*

Ex quibus inferunt Doctores, quod Doctor Canonum, & Theologiæ ſimplici Theologo præfertur, vt dicunt Hoſtien. & Abb. poſt alios *in cap. 1. de conſanguin. & affin.* Sic etiam Doctor artium & medicinæ præcedit Doctorem artium tantum, vel medicinæ tantum, vt notat Dominicus *in dict. cap. placuit. in fine.* Ex his etiam inferunt Doctores, quod vbi eſt paritas inter aliquos, ſi vnus habeat duplicem dignitatem, præfertur ratione duplicitatis, etiam ſi illa ſecunda dignitas ſit minor, vt de Comite & Barone, qui præcedit Comitem tantum, vt dicit Bald. *in l. ſed milites. ff. de excuſatio. tut.* dixi ſupra *in 5. part.* vbi dixi de Marchione & Comite, qui præcedit Marchionem tantum, & ibi dixi etiam, quod iſta duplicitas operatur inter principes, ex quo ſi vnus princeps habeat plura regna, præferendus eſt illi, qui non habet tot regna: intellige tamen prædicta, quando illa dignitas, quæ eſt augmentata & duplicata, eſſet talis, quod de ea poſſet fieri comparatio ad aliam ſimplicem, vt puta, ſi quis eſt Doctor in iure Canonico tantum, alius, qui eſt Doctor in eodem iure canonico & ciuili ſimul, habet duplicationem talem, quod vna dignitas poteſt alteri æquiparari, & alia eſt ſuperabun-

dans, qui augmentat dignitatem; ſecus ſi ambæ ſint inferiores, ita quod de nulla ad ſimplicem poſſit fieri comparatio. Vt ſi dicamus, quod quis ſit Doctor in iure canonico tantum, alius vero ſit Doctor in iure ciuili & medicina, aut Artium. Nam hoc caſu ſemper præfertur Doctor in iure Canonico. Quoniam de nulla aliarum poteſt fieri comparatio ad illam, & ille gradus ſolus videtur eſſe potentior & efficacior, ideo præfertur. Ita tenet & concludit Romanus *in conſil.333. incip. quo ad primum.* Ita etiam tenet Philipp. Dec. *in dict. cap. clerici. in 5. colum. de iudiciis.* Et ideo Comes præcedit Marchionem & Baronem. Dux, Comitem, & Marchionem. Rex, Ducem, & Comitem. Et vnus Rex multum authenticus præcedit habentem plura parua Regna; ſicut Imperator præcedit Regem habentem plura Regna. Rex etiam Franciæ tanquam excellens inter omnes, præcedit etiam Regem habentem plura Regna, quæ ſunt multo inferiora à Regno Franciæ. Cum Rex Franciæ omnes præcedat, non ratione ſuæ perſonæ, ſed ratione excellentiæ dignitatis regalis, quæ prima in tota Chriſtianitate poſt Imperatorē tenetur & reputatur. Quicquid tamen ſupra dictum ſit, aduerte ad id, quod dicit Decius *in d. ct. capit. cleri. i. in 6. colum.* quod de conſuetudine ſeruatur, quod Doctor in vno gradu prior, in tempore præcedit Doctorem in vtroque iure. Et in his prælationibus attenditur conſuetudo, vt dicit Bald. *in l. obſeruari. §. antequam. ff. de officio proconſ. & in c. cum olim. in princip.* per illum text. de conſuetudine. iſtud non eſt multum ſecurum; quia Doctori de conſuetudine atteſtanti non creditur, niſi aliter appareat. Ita tenet dom. meus Iaſ. poſt multos *in l. de quib. col. pen ff. de legib.*

TRigeſimaquarta conſideratio, Inter plures Doctores præfertur, qui primo licentiatus, & poſtea Doctor, illi, qui ſecundò licētiatus, & primo Doctor effectus fuit, per tex. *in l. 1. Cod. de conſul. lib. 12.* quem ad hoc adducit Angel. Aretin. *in §. quadam. colum. 5. Inſtitut. de actio.* cuius verba illum ſequendo ponit Alexand. *in l. 1. ff. de obſeq.* & ſequitur Felin. *in cap. 1 de maior. & obedien. in 2. colum.* Tamen dominus meus Iaſon *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* & Philippus Decius *in dict. cap. clerici.* poſt eum dicunt, quod ille text. nihil facit, quia in illa vtraque erat dignitas & patritiatus, & conſulatus nimirum, ſi prima dignitas facit eum præferri illi, qui habuit ſecundam dignitatem. In caſu vero noſtro ſupradicto, ille, qui primo fuit licentiatus, nullam primo habuit dignitatem, ſed ſolum licentiam doctorandi; & ex licentia ſimplici dignitas non tribuitur. Sed quicquid ſit, moderni *in dict. cap. clerici. & in dict. leg. cum quid* tenent opinionem Angeli duplici ratione. Prima ponderando rationem, quæ ponitur *in dict. l. 1. in fin.* dum ibi dicitur, quod ille præponitur, qui prius fuit conſul; quia prius meruit Patritiatum; quoniam iſta ratio videtur habere locum in iſto caſu. Ex quo primo licentiatus videtur primo meruiſſe Doctoratum, vt per licentiam declaratur; ergo ex tali licentia præferri debet. Decius tamen *in dicto loco* quodammodo prædictam rationem impugnat, & dicit, quod hæc ratio euitari poteſt; ex quo meritum non tribuit dignitati, vt concludit Cardinalis *in clem. 2. in 2. quæſt. de magiſtris.* In caſu vero dictæ legis meritum declaratur per dignitatem Conſulatus, vt ibi dicitur: vnde præfertur virtute dignitatis, & non propter meritum ſimpliciter. Præterea, vt dicit, illa verba, *qui prius meruit Patritiatum*: vt habetur *in dict. l. 1.* referuntur ad illum, qui fuit prius Patritius: vt ibi patet. Vnde ille text. nihil facit; quia in effectu illa verba intelliguntur pro illo, qui fuit prius patritius, & meritum conſideratur cum dignitate. Crederem, quod quo ad nos ille textus multum facit; eo, quia in Gallia Licentiatus dicitur habere dignitatem: cum ſit gradus tentus, & reputatus pro gradu; eo quia licentiat: imo, quod minus eſt, Baccalaureus in altero iurium, præfertur Doctori, ſeu magiſtro in Artibus, vt habetur in concordatis initis inter Papam & Regem noſtrum, *in tit. de collationibus. §. quo vero.* Et prius erat deciſum in pragmatica Sanctione, *in eodem titul. §. inſuper. cum ſequent.* Et ita admittantur licentiati

Digitized by Google

ratiati ad conſulendum, & ad dignitates, & officia, ſicut Doctores in Gallia: & ideo cum ſit dignitas, magis ſtabit opinio Angeli apud vos, quæ magis ſortificabitur per rationem ſecundam per Modernos adductam; cum dicant, quod ſecundum Bald. *in l. qui indignus. ff. de ſenatoribus.* Licentiatus etiam dicitur habere dignitatem, ſed, vt dicit, ſine adminiſtratione, & per Doctoratum ſola adminiſtratio acquiritur: vnde, vt dicunt, ſuccedit, quod ille, qui prius habuit dignitatem, ſine adminiſtratione, ſi poſtea adminiſtrationem conſequatur, præfertur illi, qui medio tempore dignitatem cum adminiſtratione habuit, vt eſt text. *in l. 1. Cod. vt dignitat. ordo ſeruetur lib. 12.* Sed Dec. adhuc impugnat hanc rationem, eo, quia non fatetur dictum Bald. eſſe verum. Sed cum apud nos ſit verum, quod Licentiatus habet talem adminiſtrationem, qualem habet Doctor in conſulendo, & in officiis, etiam in beneficialibus & in omnibus actibus, vbi requiritur gradus: cum illa verba; *damus & concedimus licentiam docendi, legendi, interpretandi, &c.* apponantur in eorum literis apud nos. Ideo ſtante hoc pro firmo, ſtat illa doctrina Angeli multum roborata per illam rationem Modernorum. Aliam, & tertiam rationem adducit Dec. *in dict. capit. clerici.* vbi dicit, quod doctoratus, qui poſtmodum conſequitur licentiã, habet relationem ad licentiam. Examen enim videtur principium, per ea, quæ habentur *in l. magiſtros. Cod. de profeſſo. & medicis. li. 10.* Sed quando finis habet relationem, & neceſſariam conſequentiam ad principium, principium attenditur. *l. 3. §. Seio ff. de minoribus.* Vnde doctoratus, qui ſequitur virtualiter, trahitur ad tempus licentiæ, & ſic prius doctoratus videtur: ad quod bene facit, quod not. Bald. *in d. &t l. qui indignus. circa finem.* vbi pluribus rationibus probat, quod licentiatus in vno loco, non poteſt in alio loco doctoratum accipere. Ex quo datur intelligi, quod doctoratus refertur ad licentiam præcedentem. Ad iſtud etiam reſpondet, & dicit, quod iſta translatio, vt videatur doctoratus, tempore licentiæ non fit, nec attenditur in præiudicium tertii, qui interim medio tempore Doctor efficitur; ex eo, quod in ſimili tradit Bart. *in l. 2. ff. de decurio.* vbi dicit, quod Doctor reſtitutus ad collegium, non recuperat priorem locum in præiudicium eorum, qui medio tempore doctorati ſunt. Sed ad hoc eſt facilis reſponſio; Eo, quia interim pendente huiuſmodi tempore, qui fuit poſitus, pro nihilo reputabatur quo ad collegiũ: quod ſecus eſt in licentiato, qui medio tempore habet dignitatem, licet non habeat adminiſtrationem de iure, ſed quo ad nos ſic. Vel etiam idem Decius aliter reſpondet, & dicit, quod dictum Bart. loquitur in reſtitutione quæ eſt contra ius commune, & de iure ſpeciali. Ideo non eſt in conſideratione, & tẽpore priuationis acquiſitum fuit ius aliis in collegio ingredientibus; & non amplius expectabatur reſtitutio. Secus in hoc caſu, quo habita licentia expectabatur doctoratus ſecundum ordinem iuris, & præſens ſtatus tendebat ad hoc, vnde interim nõ videtur ius eſſe alteri quæſitum, ex quo eſt clarũ, quod illa deciſio Angeli eſſet vera, quo ad nos. Quam etiam tenet Marianus *in c. quanto de magiſtris.* & quod ille tex. hoc probaret, ſi bene & recte ponderetur; quia ibi licet Conſul prius haberet dignitatem; tamen illa dignitas non erat in conſideratione reſpectu dignitatis Patritiatus alterius: ſed prior Conſul ibi præponitur, propter Patritiatum poſtea acquiſitum, & illa coniunctio Patritiatus poſterioris cum anteriori Conſulatu, facit illum præferri: &, vt dicit, iſta ratio videtur in caſu iſto procedere; quia licentia, quæ præceſſit coniuncta cum doctoratu poſtea ſecuto, debet operari, q; iſte præferatur; eo etiam, quia doctoratus habet neceſſariam conſequentiam, & relationẽ ad licentiam, vt dixi ſupra. Ideo mihi videtur ſtandum eſſe cum Angelo. Audiui, quod ita fuit alias iudicatum inter duos Doctores Aurelianenſes, qui aliquando inter eos diſputauerunt de huiuſmodi præcedentia.

TRigeſima quinta conſideratio; Data paritate temporis, & gradus inter Doctores, habetur conſideratio diuitiarum, & nobilitatis: quia duo vincula magis ſtringunt: ſecus ſi non

non ſit paritas temporis, & gradus; quia tunc non habetur conſideratio diuitiarum, & nobilitatis: quia tales qualitates non tollunt prærogatiuam temporis. *c. ſtatuimus. extra de maior. & obed.* Bart. *in l. 1. ff. de obſeq.* & Bald. *in l. nemini. C. de aduocatis diuerſ. ind.* ita dicit & tenet Dec. *in d. c. clerici. in 6. col. extra de iudic.* Aduerte, quod literati, & nobiles ęquiparantur, etiam circa diſpenſationem beneficiorũ, per text. *in c. de multa extra de preben.* facit gl. ſingularis *in verbo, ſuppleat. in l. ſocietas. ff. pro ſocio.* quæ dicit, quod bene literati ita recipiantur in Canonicos, ſicut nobiles; & merito; quia literati, & docti dicuntur nobiliſſimi. text. *in l. prouidendum eſt. in princip. Cod. de poſtul.* & dixi ſupra *iſta parte. in 24. conſid.* & dicit Bald. *in l. nemini. Cod. de aduocat. diuerſ. indic.* quod ſi Doctor eſt valens, licet plebeius, præfertur tamen Doctori nobili minus literato. Sed ſi ſunt æqualis ſcientiæ, præfertur ille, qui eſt de meliori ſanguine, vt iam dixi. Sed contra dicta Bald. ſcripſit Barbatia *in conſi. ſuo. in c. ci. preclare ſcribitur ab Iob pro certo patientiſſimo. column. 8. in 2 part.* vbi tenet, quod data æquali ſcientia præferatur ille, qui ſit plebeius. Mouetur primo per gloſſ. quam dicit ſingularem *in c. nunquam. 61. diſtin.* quæ dicit, quod natus à parentibus prorſus alienis à virtutibus, dum tamen ipſe ſit bonus & virtuoſus, præferri debet illi, qui natus eſt ex bonis parentibus, licet etiam ſit bonus & virtuoſus. Secundo mouetur ad hoc, per id, quod voluit gloſſ. in ſimili (quam etiam dicit valde ſingularem) *in c. fidelior. 50. diſtinct.* quæ dicit, quod peccator correctus, & emendatus, eſt præferendus in promotionibus illi, qui nunquam deliquit, & ſemper fuit bonus & innocens, exemplo Petri Apoſtolorum primatis. Ita in propoſito data ſcientiæ inæqualitate plebeius præferri videtur nobili. Et ſic infert, quod regula Cancellariæ dictans, vt illuſtris ex ſanguine præferatur non nobili; intelligi non debet de literato, & Doctore & Licentiato in iure, aut Doctore, qui non ſolum eſt nobilis, ſed nobiliſſimus, vt dictum eſt. Saltem non prefertur nobilis [illegible] nobili Doctori, vt per Barbatiam [illegible] *alleg.* Et de his, quæ ſupra dicta ſunt de Doctoribus, idem intelligendum eſt de Licentiatis, & Baccalaureis (cum ſit gradus apud nos) referendo ſingula ſingulis.

Trigeſimaſexta conſideratio; Doctores honorantur inſigniis pluribus, quæ eis dantur in aſſumptione gradus. Nec ante debet ſe quis Doctorem nominare, priuſquam ſibi tradantur inſignia Doctoratus, vt dicit Luc. de Penn. *in l. vnic. Cod. de athletis. lib. 10.* Quoniam, vt dicit Apuleius *primo flor.* non licet inſignia honoris veſtitu, & calceatu, temere vſurpare: imo quod plus eſt, aſſumens inſignia doctoratus, cum non ſit, incidit in crimen falſi. notat Bartol. *in l. eos. § fin. ff. de falſis.* & ibi Alexan. de Imol. & per Angel. *in l. vnica. Cod. ad leg. Viſcel.* per Angel. de Clauaſio *in ſua ſum. in ver. inſignia.* ſecus autem ſi ſe Doctorem ſimplici verbo nominet aut dicat: quia tunc tantum extraordinarie punitur: notat Bald. *in l. qui ſub pratextu. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Roman. *in l. qui in aliena. § interdum. ff. de acquirend. hæred.* per Pet. Rauennatem *in ſuo alphabeto aureo, in verb. falſum.* idem Bald. *in l. data opera. Cod. qui accuſ. non poſſunt.* vbi dicit, quod dicens ſe Comitem, & faciens actus Comitis, cum non ſit, debet grauiter puniri circa mortem: idem Bald. *in c. nonnulli. § ſunt & alii. de reſcript.* dicit, quod impetrans ſupplicationem, nomine alterius punitur arbitrio iudicis. facit text. *in cap. in quanto. de his quæ fiunt à pral. & cap. per quem.* dicit ibi Pet. de Anchar. quod ſcribens literas nomine alterius, eo ignorante, dicitur falſarius. Cyn. Bald. & Salyc. *in l. fin. Cod. de requirend. reis.* vbi dicunt, quod citans aliquem, fingens ſe nuncium publicum, cum non ſit, punitur criminaliter, & ad intereſſe citati tenetur. text. ſingularis *in l. Titio, cum eſſet Romæ. ff. ad municip.* per quem dicunt Bartol. & Bald. *in rubr. Cod. de fide inſtrument.* quod abradens ex literis nomen ſcribentis, & ponens ſuum, punitur vt falſarius. Faciunt notata per [illegible] *diſtinct.* vbi in[illegible] ſibi appropriãtes di[illegible] etiam gerit pro Doctore, cum non ſit examinatus & approbatus, non

non excuſatur à muneribus, *l.reddatur.C.de profeſſ.& medicis.lib.*10.

Hinc ſumpta occaſione ponam, quæ ſint inſignia doctoratus. Et reperio, quod ſunt ſex aut ſeptem, quæ eidem dantur in examinatione, quæ debet eſſe triplex, vt dicit Luc. de Penna *in d.l.vnica.C.de athletis.*

Primo videtur; quod ſit liber, qui eidem aſſignatur in examinatione, quæ fit. Sed an ſit de ſubſtantia doctoratus iſta libri aſſignatio, videndum eſt; & videtur quod non, ſicut in conſecratione Epiſcopi: vt patet ex eo, quod legitur 23.*diſtinct.c.Epiſcopus.& 75.diſtinct.c.*1. ſed in contrarium facit; quoniam cum Rex coronatur, datur ei liber legis: vnde 2.*Paralip.c.*23. Eduxerunt filium Regis; & impoſuerunt ei diadema, dederuntq; in manu eius tenendam legem, & conſtituerunt eum Regem. Fortius videtur hoc neceſſariũ in docendo, cuius officium mere in librorum lectione conſiſtit, vt patet *Deut.*17. vbi præcipiuntur reges à ſacerdotibus Leuiticæ tribus: & *Ioſue* 1.*c.* Non recedat volumen regis de ore tuo, cunctis diebus vitæ tuæ. & hoc eſt verius. pro quo facit etiam ſatis aperte text. *in c.lector.* 23.*diſt.*

Secundo; datur Birretum, & eſt habitus Philoſophiæ, qui datur Doctori, cum dignitate magiſterii decoratur. Et dicit Lucas de Penna *in l.murilegulı. Cod.de murilegul.lib.*11. quod Admirali regni Siciliæ honorantur tali inſigni, & dicitur Birretum, quaſi bis rectum: quia bis rectum decet eſſe Philoſophum & Doctorem, ſcilicet, in docendo & operando, & ſe ad alios virtutibus regere & ſordibus mundare debent. *c.duo ſunt.*23.*q.*1. Et de iſto Birreto habetur mentio *in c.ſi quis vxorem.*30.*quaſt.*1. Vel dicitur bis rectum ex multis aliis cauſis poſitis per eundem Luc. de Penna *in prædicto loco*, ad quem recurre. Sed ſolum aduerte, quod datur hoc modo: Accipite Birretũ rotundum, ad modum coronæ, in ſignum ſanctitatis & veritatis, ac doctrinæ, vt tales ſitis in mente, quales fueritis in conuerſatione, nec à docendo ceſſaueritis; quia non coronabitur in regno cœlorum, niſi qui legitimè certauerit. Corona nempe in regni ſuſceptione poni conſueuit in capite: quia ſignum eſt perfectionis, cum ſit ſphericæ figuræ angulo carens in ſignum carentiæ ſordium: quia vbi angulus, ibi ſordes eſſe dicuntur. gloſſ. *in clem.* 2. *de vita & honeſt.cleri.* ſuper *verb. & tonſuram.*

Tertio; datur annulus, ad denotandum, quod per eum factus eſt verus ſponſus Philoſophiæ & ſcientiæ, quam profitetur, docendamque ſuſcepit, vt dicit Lucas de Penn. *in l.vnica. C.de profeſſ.& med.lib.*12. Et dicitur, accipite annulum ſubarrhationis. Nam ſicut per eum contrahitur matrimonium inter virum & vxorem; ita inter ſcientiam & Doctorem. Qui enim talem poſſidet ſponſam, Sancti ſpiritus donum poſſidet. Et licet Ioan. Andr. dixerit *in cap.vt Apoſtolica.de priuil.in* 6. quod clericus annulatus eſt fatuus, vel Epiſcopus. Fallit tamen, vt dicit ibi in Doctore, qui in ſignum matrimonii inter ipſum & ſcientiam deferre poteſt annulum, vt dicit gloſſ. quæ ponit caſum *in d.c.vt Apoſtolica.* Annulus vero in ſignum dilectionis mutuæ in coniugatis poni conſueuit in quarto digito ſiniſtræ manus, vbi ſecundum medicos, eſt quædam vena ſanguinis, quæ ad cor hominis vſque peruenit, vt dicit text. *in c.fœmina.in fin.* 30.*q.*5. Doctores tamen ponunt annulum homini in pollice, vt facilius teſtificari poſſint ſub ſuo ſigillo.

Quarto; cathedra, cum dicitur, ſedete virtuoſi viri in cathedra, non peſtilentiæ & vitiorum, ſed ſcientiæ & virtutum. Et hæc cathedra eſſe debet quadrifons. In interiori enim parte depingendi ſunt duo iuuenes propter robur, per quos deſignantur amor & labor: hi namque foris peragent, labor agit, amor perficit. In poſteriori duæ puellæ, per quas intelliguntur cura & vigilia, quæ intus in ſecreto conſilium pariunt, cura prouidet, vigilia attendit. In alia vero à latere deſcribitur iuuenis accinctus, modica ſecum ferens per quem intelligitur paupertas: quia nõ ſectari ſuperflua pertinet ad quærendum diſciplinam, vt enim ait Hieron. *in tractat.fidei & credulitatis.* Fluxu rerum & vbertate copiarũ animus ſoluitur, vigor mentis infligitur, vir-

tus corporis eneruatur: at in paupertate non laſciua conuiuia, non turpes potationes: omnia ſobria, omnia rigida, omnia humilia, omnia abiecta: quoniam pura conſcientia & virtute ſunt plena, non facile ad diuitias animi, id eſt, virtutes, accedit. In reliqua vero parte, vir, fugientis præſentans effigiem, quia philoſophans & ſtudens voluntarium exilium ſibi debet indicere pro ſcientia perquirenda. Ita dicit Lucas de Pen. *in d.l. vnica. C. de profeſſ. qui in vrbe Conſtantinop. in* 10. & 11. *col. lib.* 12. vbi allegat & citat Hugonem in didaſcalicis hæc dixiſſe; quoniam, vt etiã dicit, Sapientiæ cupido patria eſt charior, vt ait Tullius *de fine bonorum & malorum. libr.* 5. & quod glorioſa debet eſſe cathedra Doctoris, habetur 3. *Eſdra, cap. vlt.* Stetit Eſdras ſacerdos & lector legis ſuper ligneum tribunal. Et *infra.* Et aſſumpſit Eſdras librum coram omni multitudine: præſidebat enim in gloria in conſpectu omnium, & magiſter debet docere in alto. *c. plerunq. in verb. altiora.* 2. *q.* 7.

Doctorem tamen non facit cathedra: ſed cathedram Doctor per virtutis & ſcientiæ rudimenta. Recitat autem Chryſoſt. Canonis conditor; Videte, quomodo ſedetis ſuper cathedram, &c. Etiam habetur *c. vlt.* 40. *diſt.* Ad locum cathedræ paulatim cum virtutibus & magno ſudore aſpirare debent benemeriti Doctores, alias, ſi nimis feſtinant ad ipſam cathedram, delectantes in ipſa cathedra, vt in loco gloriæ fiunt aliis authores ruinæ *c. quoniam multa.* 48. *diſt.* Non enim locus ſanctificat homines, ſed homo locum; qui autem bene ſederit ſuper cathedram, honorem accipiet cathedræ: ſed qui male ſederit, iniuriam faciet cathedræ *c. fin.* 40. *diſt.*

Quinto; datur ei zona in hunc modum, accipe zonam auream, & lumbos tuos cingulo fidei præcinge, vt corpus tuum ſit ornatum exterius, & apud Deum & homines ſe oſtendat perfectius. Quæ zona deponi non debet, niſi completo doctoratus officio. Nam indecens omnino probatur, prius ſoluere militiæ cingulum, quam cedat victori aduerſitas præliorum, *c.* 1. *de renunt. iuncta l.* 2. *C. de his, qui nõ impletis ſtipendiis, & c. lib.* 10.

Sexto; datur oſculum pacis, vt habetur per Io. Andr. *in clem.* 2. *de magiſtris. in verb. inſignia.* & ibi Cardinalis Flor. dictus Zabarella, *in* 1. *q. principali.* Et ſic datur: Accipe pacis oſculum, vt fœdus pacis in facultatibus iurium ſerues perpetuum. Beati quidem pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur. Et de hoc oſculo habetur *in c. pacem. de conſec. diſtinct.* 2.

Septimum; eſt benedictio, licet dicat Zabarella *in dicta clem.* 2. *in* 1. *q. principali*, quod oſculum & benedictio potius ſint de bene eſſe, ſeu ad bene eſſe reputantur, quam ſint de inſigniis.

Et prædicta inſignia dat Doctor Doctori tanquam pater filio, ſecundum Ioannem Fabri *in l.* 2. *Cod. de veteri iure enucl.* Et aduerte, quod Doctores poſſunt vti inſigniis doctoratus, vbi eſt Princeps, ſed non coguntur *l. vnica. C. de honorat. vehiculis. lib.* 11. & Anton. Corſetus *in ſuis ſingularibus. in verb. & vbicunque.* Etiam extra ſuum locum, in quo ſint Doctores, vt dicit Zabarella *in clement. vnic.* 1. *quaſt. de foro compet.* Eo; quia talia inſignia tantum ſunt ad honorem, vt dicit *ibi*; & ibi ponit de prælatis, an poſſint vti inſigniis ſuis extra ſua loca: & diſtinguitur, quod aut in inſigniis honoris tantum, & tunc ſic: aut iuriſdictionis; & tunc non dicam alibi.

TRigeſima ſeptima conſideratio; Doctor non tenetur ſemper vti doctoralibus inſigniis, ſed quando vult, vt tenent Iacobus Rebuff. *in l. vnica. C. de honorat. vehic. lib.* 11. & Ant. Corſet. *in ſingularib. ſuis, in ver. Doctores.* Faciunt ea, quæ ſupra proxime dicta ſunt, quæ ideo vide.

TRigeſima octaua conſideratio; Si quis vſus fuerit inſigniis doctoralibus, antequam eſſet Doctor, puta, qui portauerit togam ſeu cappam, zonam & birretũ, ſi poſtea efficiatur Doctor, non debent ei dari talia inſignia. Caſus eſt *in c. quod quidam. verſi. ſi forte in lectura gl. in verb. exhorruit.* 1. *q.* 1. quam ibi ſequuntur Archid. & Io. de Turrec. refert & ſequitur Romanus *ſingulari ſuo* 721. *incip. quidam vtitur inſignis doctoratus.* & etiam apoſtilla

Digitized by Google

poſtilla ad Iacob. Rebuff. *in d.l. vnic. C. de honorat. vehic. lib. 12.*

TRigeſimanona conſideratio; An inſignia doctoratus poſſint præſcribi per Licentiatum aut Baccalaureum, puta, quod portat zonam auream; cum nemini conceda ur portare deauratam, niſi habentibus dignitatem, text. eſt *in c. clerici, extra de vita & hon. cle.* Lud. Rom. *conſ. ſuo* 291. dicit, quod talia poſſunt præſcribi per tantum tempus, cuius initii memoria non extat in cõtrarium. Inſequendo opinionem Hoſt. *in cap. cum cõtinga: de æta. & qualit.* Si vero præſcriptio ſit minor, quia ſcitur eius initiũ; tunc inſequendo opinionem Io. And. *in . Abbates. de priuileg. in 6. in nouella.* non poſſunt præſcribi.

QVadrageſima conſideratio; Doctores in hoc honorantur, quod iudex tenetur eos ad ſe venientes ſalutare, & inuitare ad ſedendum. text. *in l. fin. & ibi gl. in verb. honoratis. C. de offic. diuer. iud.* Niſi quando eſt hora propriæ cauſæ, text. *in l. 1. C. de off. ciuil. iudic.* Quod quomodo ſit intelligendum, declarat Purpur. *in l. 1. nu. 166. 167. & 168. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.*

QVadrageſimaprima conſideratio; Doctores in hoc etiam honorantur, quod conſiliarii Principis vocantur, vt dicit Alex. *in addit. ad Bar. in l. 1. C. de dign. lib. 12.* pro quo allegat *l. fin. C. de off. diuer. iudic.* quod tamen non eſt de mente Angeli *in l. quiſquis. ad leg. Iul. maieſt.* Ita, quod Bart. non potuiſſet ſe dixiſſe Conſiliarium Principis ex eo ſolũ, quod eſſet Doctor: & ita ſequitur Purpuratus *in l. 1. col. 17. v er ſ. ſeptimum. & col. 20. in princ. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd.* Propterea nõ abs re à dominis Conſiliariis de Parlamento huius patriæ fuit inhibitum, ne amplius ſimplices aduocati dicerent & intitularẽt ſe Conſiliarios, niſi cum effectu eſſent officiarii regis.

QVadrageſimaſecunda cõſideratio; Cum ex præcedentibus ſatis ſit oſtenſum, & demonſtratum, de præcedentia ſcientiarũ, & Doctorum, tam Theologiæ, iuris Canonici, ciuilis, quam medicinæ, & qualiter inter eos ſint honorandi, & aliis præferendi, & de inſigniis Doctorum, de dignitate, excellentia, & priuilegiis eorundem. Nunc deueniendũ eſt ad alias ſcientias, quæ ſunt inferiores & minores poſt prædictas. Et inter inferiores videndum eſt, quæ illarum præcedere debeat. Et inter alios, qui melius demõſtrauerit præeminentiam, autoritatem, honorem, & gloriam illarum, fuit Philip. Beroaldus Bonon. qui ſuppoſuit teſtamentum cuiuſdam patris habentis tres filios Philoſophum, Medicum, ſcilic. & Oratorem, & illum hæredem fecit & inſtituit, qui eſſet vtiliſſimus ciuitati. Poſt mortem cuius fuit contentio inter dictos fratres, cui hæreditas paterna cedere debeat. Et inter illos Philoſophus primo cauſam coram iudicibus agit pro iure ſuo ſuſtinendo, dicẽs; quod Philoſophia eſt Regina cunctarũ diſciplinarum. Quam M. Tullius inuentum Deorum, Plato vero donum Deorum eſſe tradiderunt: quo bono (vt ipſius Platonis verbis vtar) nihil vnquam maius mortalibus datum eſt à Diis, nec vnquam dabitur. Hæc eſt enim vitæ lex, virtutum indagatrix, vitiorum expultrix, lumen legum, magiſtra morũ, rerum elementariarum exploratrix, cœli & mundi contemplatrix, quæ altitudinis ſtudio etiam cœlo ipſo ſublimiora quæpiam veſtigat. Et, vt inquit Platonicus Apuleius, in æſtimo mundi, tergo dedit, hac internuncia homines Deo cognati, & proximi (imo, vt verius loquar) Dei terreni efficiuntur. Quid per Deos immortales excellentius ſacratiſſima illa Philoſophia, quæ ſupra hanc caliginem, in qua volutamur, excedens, docet, quid agatur in cœlo? meritoq; Seneca Philoſophorum ſinceriſſimus ſcientiſſimuſq;, cui vtique credi conuenit, naturæ rerum gratias agit, cum ſecretiora eius ingreſſus diſcit. Quæ vniuerſi materia ſit, quid ſit Deus, totus in ſe intenderit. An ad nos aliquando reſpiciat, faciat quotidie aliquid. An ſemel fecerit, pars mundi ſit, an mundus, an mundi anima, an potius opifex & factor, liceatne illi ex lege fatorũ aliquid derogare. An maieſtatis diminutio, & erroris cõfeſſio ſit mutanda, feciſſe. Ad hæc, nulla res magis diſcuſſerit caliginem illam nebulæ craſſiſſimã, quæ (vt duo Poetarũ clariſſimi prodiderunt) obtutus mortaliũ

brigas (vt ita loquar) ſuo tempore factas propter graues & corporales iniurias ſæpe à viliſſimis hominibus ſine cauſa ſibi illatas, quas ferre non poſſunt: ideo vitam multis periculis exponunt: vt vtar verbis *Authent. habita. Cod. ne filius pro patre*, & ſic dici poteſt. Felix ille ſcholaris qui ſaluum ſe dicit ab vniuerſitate; felicior ille tamen, qui bene ſtuduerit, & doctus redierit. Cum frequẽtius accidat, plures eſſe commemoratos in ſtudiis, quam ſtudentes, licet ſint ibi cauſa ſtudii, vt dicit Gem. *in proœm. ſexti. col. mihi* 5. Nec eſt vlla vniuerſitas, quæ non habeat ſua impedimenta, cum apud nos in vulgari dicatur:

Les fleuſteux, & ioueux, de paume de Poities,
Les danſeurs Dorleans.
Les braguars Dangiers.
Les croetz de Paris.
Les brigueurs de Pauye.
Les amoureux de Turin:

De Tholoſanis tamen dicitur:

Les bons eſtuans de Tholoze.

Dico ſane in aliis ſupra de malis, & non de bonis, nec improbo multa exercitia: vt ocia tollas liberalibus viris neceſſaria, & honeſta, quibus cum magno ſalutis corporeæ commodo, & ſtudiorum augmento indulgere poſſumus, nec continuum literarum certamen approbo. Studentes enim debent habere recreationes: quia ex vehementi ſtudio incurrunt ægritudines mortales, vt ait Fel. *in cap. lator. de homicid.* diſpenſandæ ſunt horæ pro cuiuſque rei officio, dummodo ab illecebris, & ludis alearum atque taxillorum abſtineamus. Et quia forte non erit alienum ab inſtituto noſtro inſerere, quomodo tempus ſit diſtribuendum ſtudentibus. Ideo epiſtolam Auguſtini Dathi deſcriptam *in 1. lib. ſuarum epiſtolarum, in princip.* quæ non fuit facta ad illud, & eſt multum elegans, & vtilis, hic referre arbitratus ſum. Auguſtinus Dathus Thomæ Rimbotto, S. Petis quid te agere oporteat, vt facilius in literarum ſtudiis proficere poſſis, paucis à me poſtulaſti, & ipſe quoque reſpondeo paucis. Tempus ante omnia statuo diſtribuendum eſſe, & ordinem vehementer probo. Medio noctis dies ſumit initium; media nocte gallicinium. Conticinio quieſcendum videtur, aut ſi vigilare contingat, quæ ante percepta ſunt, cogitatione, & memoria repetentur. Diluculo eſt lectionibus danda opera, ac ſi quid proximo die agendum ſit, id eſt, accuratius mente atque animo volutandum, præuia meditatio futuram actionem tanto perfectiorem efficiet, quanto diligentius fuit præparata. Mane cum primum domo fueris egreſſus, templum pete, Deum venerare, Regnum Dei quære, ſaluta penates, ſacras peruolue lectiones. Hieronymi ſcripta libenter amplectere, vbi & orationis ornatum, & rectam vitæ inſtitutionem abunde poteris adipiſci. Quæ vero ſplendidiora delegeris, ea in optimo theſauro reconde memoria. Cum his verſare, cum his colloquere, cum his confabulare, à quibus aut æmulatiorem eruditionem, aut ſalutaria præcepta haurire queas. De eſca & potu nihil eſt, quod ſcribam, veterem ſerua frugalitatem, & tuum laudatiſſimum morem obtine. Meridie in tuis te lateribus oblectæ: peruagari noli. Quid eſt enim aliud fruſtra circumcurſare, atque etiam templa, plateas, angiporta, ac forum luſtrare? quid puerorum more ludere, quam ſeipſum perdere? Cenſeo cum cibo, & quempiam ex leuioribus ac iocoſis libris, quos noſti, legendum, vt corpus ſimul paſcatur, & animus. Ac poſt modicam quietem, quæ aut legeris, aut audieris mente complectere, difficilium locorum expoſitionem tracta: præcipuam quampiam capeſſe ſententiam, vt ea ſit tibi iucundum pabulũ, ac poſtmodum deambulanti ſalutare viaticum. Quod ſi exire libebit, auguſta, & religioſa (quo ad potes) perquire loca, bibliothecas adi, & quos optaueris, meliores percurre codices. Inde excerpe ſemper præclarum aliquid atque frugiferum: hæc tibi recta fuerit inambulandi ratio. Domi te opprimat occiduum tempus, & veſpera foris nunquam. Nam abnoctare inprimis pernicioſum ſimul putatur ac turpe, domum reuerſus fac, vt ad futuras lectiones animum applices tempeſtate ſuprema, & veſpera ipſa ac prima face per-

perfruere, vt nulla pars temporis effluat tibi prorſus inanis. Cum oportunum noueris, genio indulge. Ex ſacris codicibus excerpta ne deſere, & antequam ad cubitum accedas, Pythagoreorum more quid egeris dixeriſve, tecum ipſe repete: ac ſi tempus ſuppetat, aliquid præclarius cõmenda memoriæ. Deum comprecare. Inde enim ſunt, quæ optantur nobis bona omnia, concubia & intempeſta nocte, ſile, quieſce, vt vitam tranquillam, & recte inſtitutam degas. Vale.

De ſtudio vero Peruſino, nulli eſt dubium, quod ſit generale, antiquiſſimum, & famoſum. Nam Bart. legit ibi per multa tempora, & ex eo orti ſunt Bald. Petrus, & Angelus de Vbaldis fratres germani, vtriuſque iuris Doctores excellentiſſimi. In illo etenim ſtudio eſt quædam fundatio facta anno Domini 1362. Die vero 27. Menſis Aprilis, per quendam Cardinalem Tuſculanum nomine Nicolaum tunc Archidiaconum Heduen. pro duobus ſcholaribus Eccleſiæ Heduen. aut ciuitatis ſeu diœceſis, qui poſſunt præſentari pro ſex annis per Epiſcopum & Capitulum Heduen. & ibi habent victum tantum. Et iſtud conſtat ex tenore fundationis hic poſt inſertæ, vt ſit illius memoria in poſterum, & illam vidi ſignatam debite, & ſigillatam in archiuis dictæ Eccleſiæ Heduen. tanquam Balliuus, & Conſiliarius ipſius tenor ideo eſt talis. Reuerendo in Chriſto patri domino Dei gratia Epiſcopo: ac venerabilibus viris Decano, & Capitulo Heduenſi, Nicolaus miſeratione diuina Epiſcopus Tuſculan. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ſalutem, & ſinceram in domino charitatem. Ordinata rationabiles homines natura conſtringit, eiſdemque diuini & humani iuris ſcriptura demonſtrat, quod in officiis charitatis primò loco eis tenemur obnoxii, à quibus nos cognoſcimus beneficium recepiſſe, quodque ratione ſanguinis proximioribus amplius obligamur. Attendentes autem Eccleſiarum noſtrarum magis beneficia, & vitæ ſubſidia magna, quæ dudum recepimus, & de præſenti recipimus ab eiſdem primo loco ipſarum Eccleſiarum promouendis honoribus & procurandis vtilitatibus obligamur, & eiſdem Eccleſiis ratione ſpiritualis coniunctionis. Quæ nobis omnes coniunctos ſanguine in charitatis coniunctione procedunt, plus ad benefaciendum adſtringimur, cum ſcribatur in canone: *Nullus nobis heres videtur eſſe proximior, quam Eccleſia, quæ nos domino ſociauit.* Sane præmiſſa diligenti meditatione, in mente noſtra ſæpius reuoluentes ac cernentes, quod modernis temporibus peccatis exigentibus à Deo in nonnullis patribus increuit ignorantia ſecularium clericorum, quod rariſſime reperitur ſecularis Clericus, qui faciat proponere populo verbum Dei, intelligere canones, Eccleſias & populum regere, æquum ab iniquo diſcernere, & intelligentes iuſtitiam miniſtrare. Cupienteſque exhibere huic defectui pro noſtrę poſſibilitatis modulo, in locis aliquibus ſupplemẽtum, & aliis Chriſti fidelibus, præſertim Prælatis, quibus ad hoc ſuppetunt facultates præbere imitationis exemplum, vt reſplẽdeat domus Domini ex claris luminibus plurium lampadarum diuina, quam inuocamus nobis aſſiſtente clementia. Ad reuerentiam Dei, Beatæ Mariæ Virginis, ac Beati Gregorii Papæ Doctoris egregii pro animæ noſtræ remedio, & nonnullarum Eccleſiarum & locorũ, è quib. grandia bona recepimus hactenus, & in præſentiarũ recipimus, vtilitate ſpirituali, ac etiã temporali in ciuitate Peruſina vtiq; pacifica, & quieta, in qua viguit ab antiquo, & adhuc viget vtriuſq; iuris & aliarum ſcientiarum ſtudium generale: quandam domum ſcholariũ, quorum alii ſtudere debeant in ſacra Theologia, & alii in iure canonico duximus ordinandam, & pro ipſorum victu dũtaxat, certos redditus perpetuos & poſſeſſiones emimus, & adhuc prę ſtante do. alios emere intẽdimus in futurum. Conſiderante ſque quod ab Eccleſia noſtra Heduen. ex Archidiaconatu, quẽ ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica obtinemus, in ea dudum bona recepimus & de præſenti recipimus, & quod propterea eidem Eccleſiæ, tam ſpiritualis coniunctionis,

quam recepti beneficii ſeu ſubſidii temporalis vinculis obligamur, dignum arbitramur, nobiſque reputamus ad debitum, vt huiuſmodi ordinationes ſeu Eleemoſynæ noſtræ dictam veſtram Eccleſiam participem faciamus. Igitur tenore præſentium vobis & veſtris ſucceſſoribus titulo donationis perpetuę ac irreuocabilis, quæ dicitur inter viuos, damus, donamus, & concedimus, quod duos ſcholares pauperes de dicta Eccleſia ſi reperiantur in ea, alioquin de ciuitate vel diœceſi veſtra, quorũ nullus habeat beneficium annui valoris vltra viginti quinque florenos auri portatos ad ſtudium, de legitimo matrimonio natos in primitiuis vel ſaltem in grãmatica ſufficienter inſtructos, bonæ indolis, diſcretione præditos, ac de honeſtate vitæ & moribus commendabiles: qui ſtudere debeant in dicto iure canonico per ſex annos ad ſtandum dicto tempore in domo præfata per nos ordinanda: & habendum in ea victum duntaxat rectoribus dictæ domus præſentare poſſitis. Ita quod finito huiuſmodi ſexennio aut cedentibus vel decedentibus eiſdem ſcholaribus per vos præſentatis, alios præſentare pro ſimili ſexennio valeatis. Volumuſque, quod vos, domine Epiſcope, Veſtrique ſucceſſores duas voces in aſſumptione huiuſmodi ſcholarium habeatis. Hortamur autem vos omnes in domino Ieſu Chriſto, quod in aſſumptione prædicta nulla (quod abſit) apud vos ſit acceptio perſonarum, ſed illos ad hoc eligatis & aſſumatis, quos ſecundum Deum credideritis meliores & magis præfatæ Eccleſiæ, ad cuius ſpecialiter vtilitatem & honorem intendimus, veriſimiliter profuturos. Super quo veſtras conſcientias oneramus: volumus etiam, quod præſentes noſtræ literę in communi dictæ Eccleſiæ veſtræ capſa, in qua reponuntur alia iura ipſius Eccleſiæ, perpetuo conſeruentur: & nos ſimiles literas ad cautelam in ſacriſtia Eccleſiæ Peruſinæ faciemus nihilominus conſeruari. Et ad maiorem claritatem & memoriam perpetuam omnium præmiſſorum, præſentes literas per Notarium infra ſcriptum publicare fecimus, & noſtri ſigilli appenſione muniri. Datum & actum Auinion. Die 26. menſis Aprilis. Anno natiuitatis domini 1162. indictione 15. pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Innocentii diuina prouidẽtia Papæ 6. ann. 10. præſentibus Venerabilibus viris domino Angelo præpoſito Eccleſiæ ciuitatis caſtelli, & Raymundo Boſco canonico Terracon. ac Bertholino de Sagiis de Placentia macerio domini Papæ teſtibus, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Franciſcus quondam Matthæi Ieremiæ ciuis Piſanus publicus Imperiali authoritate Notarius prædictis donationi, dationi & cõceſſioni, ac omnibus & ſingulis ſupradictis vna cum prænominatis teſtibus præſens fui, ipſaque de mandato ſupradicti Reuerendiſſimi Patris & domini Nicolai Tuſculan. Epiſcopi Cardinalis in hanc publicam formam redegi. Tamen aliis occupatus per alium ſcribi feci, meque vna cum appenſione ſigilli præfati domini Cardinalis ſubſcripſi, cum ſigno & nomine conſuetis in teſtimonium omnium præmiſſorum. Præmiſſam vltimam dictionem, quæ dicit trecenteſimo, & vltimo additam, quæ propter inaduertentiam dimiſſa erat, veram eſſe approbando. Sunt & multa alia ſtudia in diuerſis patriis & prouinciis, quæ enumerare longum eſſet & forte tædioſum, & cum vnaquæque patria ſuo ſenſu abundet. text. eſt *cap. certificari. extra de ſepult.* Ideo relinquo illis diſcutiendas præeminentias eorum.

Ex prædictis infero, quod cum maior honor debeatur his, qui doctorantur ſeu graduati ſunt in maiori vniuerſitate; quod etiam magis honorari & præferri debent hi, qui doctorantur in vniuerſitatibus famoſis, vbi ſunt Doctores legentes & ſcholares ſtudentes; quam hi, qui doctorantur in locis, vbi non eſt vniuerſitas, ſed tantum habent priuilegium doctorandi, vt ſunt plures ciuitates, & vrbes in Italia, prout ſunt Placentia, Parma, & plures aliæ: & ideo dicit Zabarella *in loco ſupra ſæpe allegato*, quædam ſunt ſtudia generalia actu & priuilegiata; vt ſunt illa de quibus ſupra, & *in clement. 1. de magiſtris.* & iſta præcedunt omnia alia. Quædam priuilegiata, ſed

non

non actu generalia. Quædam generalia, ſed non priuilegiata. Quædam particularia non priuilegiata. Et ibi dicit, quod actu generalia etiam non priuilegiata magis prçferantur, quam priuilegiata, non actu generalia. Ex quo concluditur, quod Doctores in talibus vniuerſitatibus actu generalibus, magis priuilegiantur & præferuntur, quam Doctores in vniuerſitatibus, tantum priuilegiatis, & non actu generalibus, vt concludi poteſt ex deductis, per doctrinam Zabarellæ, vbi ſupra. Quoniam tales non videntur, nec præſumuntur examinari in vniuerſitatibus priuilegiatis tantum, ſicut in vniuerſitatibus actu generalibus.

Et ſic etiam infertur, quod Doctores, qui gradum accipiunt in facultate eis cognita, cauſa honoris tantum; non ita honorantur, nec honorem aſſequi debent ratione illius gradus, vt dicit Petrus de Anchar. *in cap.1. de paroch.* & Panorm. *in cap. clerici. de iudic.* Sicut de Doctoribus promotis, à Doctoribus corruptis, vt notat Archid. *in cap. de quibuſdam. 37. diſtinct.* argu. text. *in l.1. Cod. de athletis. libr.* 10. Quod non placet Philippo Decio, & Aretin. *in d. c. clerici.* Quia, vt dicunt, licet promotus ſit ignarus, habet tamen dignitatem. Ex quo cum prærogatiua detur ratione dignitatis, debet habere locum. Bartol. *in l. maximarum. in fin. Cod. de excuſat. muner. lib.* 10. Bald. *in l. qui ſub prætextu. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Geminia. *in proœmio ſexti in fin.* De cõmendatione vero ſtudiorum & gymnaſiorum, dixi ſupra *in 5. part. in 21. conſider.* vt dixi glorioſum eſſe optimo principi habere rationem ſtudiorum.

TRigeſimatertia conſideratio; Inter plures Doctores præfertur, qui plures habet gradus. Exemplum in Doctore vtriuſque iuris. Quoniam duo vincula ſunt fortiora vno, & magis ligant. *cap. 1. de treuga & pace. extra. Authent. itaque. Cod. comm. de ſucceſſ. & §. ſi vero. Inſtitu. de adoptio.* ita tenent Abbas & alii *in dict. cap. clerici.* & Iohan. de Anania *in rubrica de magiſtris*, videntur tenere, quod hoc ſit verum cæteris paribus, hoc eſt, data in cæteris inter eos paritate. Ex quo videntur inferre, quod ſi Doctor in vno iure tantum eſſet prior tempore, quod præferretur: tamen hoc non videtur verum; eo, quia nunquam aut parum eueniret, quod ſemper non eſſet aliqua diſparitas temporis, quæ etiam in vna hora attenditur, vt per gloſſ. *in leg. ſi is ex pluribus. §. fin. ff. de ſolutio.* Facit text. *in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſthum.* Et intentio Doctorum *in dict. c. clerici.* videtur eſſe, quod ſemper Doctor in vtroque præcedat Doctorem in vno tantum, etiam ſi habeat vnum gradum priorem tempore: quoniam illa qualitas illius alterius gradus tollit illam qualitatem temporis, quæ non multum conſideratur, vbi eſt alia qualitas; & quoniam duplicatio gradus maiorem dignitatem inducit; & vbi eſt maior dignitas, prioritas temporis non attenditur, vt per gloſſ. *in verb. præponitur. in cap. placuit 16. diſtinct.* notat. *in c. ſtatuimus. de maior. & obed.*

Ex quibus inferunt Doctores, quod Doctor Canonum, & Theologiæ ſimplici Theologo præfertur, vt dicunt Hoſtien. & Abb. poſt alios *in cap. 1. de conſanguin. & affin.* Sic etiam Doctor artium & medicinæ præcedit Doctorem artium tantum, vel medicinç tantum, vt notat Dominicus *in dict. cap. placuit. in fine.* Ex his etiam inferunt Doctores, quod vbi eſt paritas inter aliquos, ſi vnus habeat duplicem dignitatem, præfertur ratione duplicitatis, etiam ſi illa ſecunda dignitas ſit minor, vt de Comite & Barone, qui præcedit Comitem tantum, vt dicit Bald. *in l. ſed milites. ff. de excuſatio. tut.* dixi ſupra *in 5. part.* vbi dixi de Marchione & Comite, qui præcedit Marchionem tantum, & ibi dixi etiam, quod iſta duplicitas operatur inter principes, ex quo ſi vnus princeps habeat plura regna, prçferendus eſt illi, qui non habet tot regna: intellige tamen prædicta, quando illa dignitas, quæ eſt augmentata & duplicata, eſſet talis, quod de ea poſſet fieri comparatio ad aliam ſimplicem, vt puta, ſi quis eſt Doctor in iure Canonico tantum, alius, qui eſt Doctor in eodem iure canonico & ciuili ſimul, habet duplicationem talem, quod vna dignitas poteſt alteri æquiparari, & alia eſt ſuperabun-

Nnnn dans,

Digitized by Google

dans, qui augmentat dignitatem; ſecus ſi ambæ ſint inferiores, ita quod de nulla ad ſimplicem poſſit fieri comparatio. Vt ſi dicamus, quod quis ſit Doctor in iure canonico tantum, alius vero ſit Doctor in iure ciuili & medicina, aut Artium. Nam hoc caſu ſemper præfertur Doctor in iure Canonico. Quoniam de nulla aliarum poteſt fieri comparatio ad illam, & ille gradus ſolus videtur eſſe potentior & efficacior, ideo præfertur. Ita tenet & concludit Romanus *in conſil.* 333. *incip. quo ad primum*. Ita etiam tenet Philipp. Dec. *in dict. cap. clerici. in* 5. *colum. de iudiciis*. Et ideo Comes præcedit Marchionem & Baronem. Dux, Comitem, & Marchionem. Rex, Ducem, & Comitem. Et vnus Rex multum authenticus præcedit habentem plura parua Regna; ſicut Imperator præcedit Regem habentem plura Regna. Rex etiam Franciæ tanquam excellens inter omnes, præcedit etiam Regem habentem plura Regna, quæ ſunt multo inferiora à Regno Franciæ. Cum Rex Franciæ omnes præcedat, non ratione ſuæ perſonæ, ſed ratione excellentiæ dignitatis regalis, quæ prima in tota Chriſtianitate poſt Imperatorē tenetur & reputatur. Quicquid tamen ſupra dictum ſit, aduerte ad id, quod dicit Decius *in dict. capit. clerici. in* 6. *colum.* quod de conſuetudine ſeruatur, quod Doctor in vno gradu prior, in tempore præcedit Doctorem in vtroque iure. Et in his prælationibus attenditur conſuetudo, vt dicit Bald. *in l. obſeruari. §. antequam ff. de officio proconſ. & in c. cum olim. in princip.* per illum text. de conſuetudine. iſtud non eſt multum ſecurum; quia Doctori de conſuetudine atteſtanti non creditur, niſi aliter appareat. Ita tenet dom. meus Iaſ. poſt multos *in l. de quib. col. pen ff. de legib.*

TRigeſimaquarta conſideratio; Inter plures Doctores præfertur, qui primo licentiatus, & poſtea Doctor, illi, qui ſecundò licētiatus, & primo Doctor effectus fuit, per tex. *in l.* 1. *Cod. de conſul. lib.* 12. quem ad hoc adducit Angel. Aretin. *in §. quedam. colum.* 5. *Inſtitut. de actio.* cuius verba illum ſequendo ponit Alexand. *in l.* 1. *ff. de obſeq.* & ſequitur Felin. *in cap.* 1. *de maior. & obedien. in* 2. *colum.* Tamen dominus meus Iaſon *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* & Philippus Decius *in dict. cap. clerici.* poſt eum dicunt, quod ille text. nihil facit, quia in illa vtraque erat dignitas & patritiatus, & conſulatus nimirum, ſi prima dignitas facit eum præferri illi, qui habuit ſecundam dignitatem. In caſu vero noſtro ſupradicto, ille, qui primo fuit licentiatus, nullam primo habuit dignitatem, ſed ſolum licentiam doctorandi; & ex licentia ſimplici dignitas non tribuitur. Sed quicquid ſit, moderni *in dict. cap. clerici. & in dict. leg. cum quid.* tenent opinionem Angeli duplici ratione. Prima ponderando rationem, quæ ponitur *in dict. l.* 1. *in fin.* dum ibi dicitur, quod ille præponitur, qui prius fuit conſul; quia prius meruit Patritiatum; quoniam iſta ratio videtur habere locum in iſto caſu. Ex quo primo licentiatus videtur primo meruiſſe Doctoratum, vt per licentiam declaratur; ergo ex tali licentia præferri debet. Decius tamen *in dicto loco* quodammodo prædictam rationem impugnat, & dicit, quod hæc ratio euitari poteſt; ex quo meritum non tribuit dignitati, vt concludit Cardinalis *in clem.* 2. *in* 2. *quæſt. de magiſtris*. In caſu vero dictæ legis meritum declaratur per dignitatem Conſulatus, vt ibi dicitur: vnde præfertur virtute dignitatis, & non propter meritum ſimpliciter. Præterea, vt dicit, illa verba, *qui prius meruit Patritiatum*: vt habetur *in dict. l.* 1. referuntur ad illum, qui fuit prius Patritius: vt ibi patet. Vnde ille text. nihil facit; quia in effectu illa verba intelliguntur pro illo, qui fuit prius patritius, & meritum conſideratur cum dignitate. Crederem; quod quo ad nos ille textus multum facit; eo, quia in Gallia Licentiatus dicitur habere dignitatem: cum ſit gradus tentus, & reputatus pro gradu; eo quia licentiat: imo, quod minus eſt, Baccalaureus in altero iurium, præfertur Doctori, ſeu magiſtro in Artibus, vt habetur in concordatis initis inter Papam & Regem noſtrum, *in tit. de collationibus. §. quo vero*. Et prius erat deciſum in pragmatica Sanctione, *in eodem titul. §. inſuper. cum ſequent.* Et ita admittantur licentiatis

tiati ad conſulendum,& ad dignitates, & officia,ſicut Doctores in Gallia: & ideo cum ſit dignitas, magis ſtabit opinio Angeli apud vos, quæ magis fortificabitur per rationem ſecundam per Modernos adductam; cum dicant,quod ſecundum Bald. *in l.qui indignus. ff.de ſenatoribus*. Licentiatus etiam dicitur habere dignitatem,ſed, vt dicit, ſine adminiſtratione, & per Doctoratum ſola adminiſtratio acquiritur: vnde,vt dicunt,ſuccedit, quod ille, qui prius habuit dignitatem, ſine adminiſtratione, ſi poſtea adminiſtrationem conſequatur, præfertur illi, qui medio tempore dignitatem cum adminiſtratione habuit,vt eſt text.*in l.2.Cod.vt dignitat.ordo ſeruetur lib*.12. Sed Dec.adhuc impugnat hanc rationem, eo,quia non fatetur dictum Bald. eſſe verum. Sed cum apud nos ſit verum, quod Licentiatus habet talem adminiſtrationem,qualem habet Doctor in conſulendo, & in officiis, etiam in beneficialibus & in omnibus actibus,vbi requiritur gradus: cum illa verba; *damus & concedimus licentiam docendi, legendi, interpretandi, &c.* apponantur in eorum literis apud nos. Ideo ſtante hoc pro firmo, ſtat illa doctrina Angeli multum roborata per illam rationem Modernorum. Aliam, & tertiam rationem adducit Dec.*in dict.capit.clerici.* vbi dicit, quod doctoratus,qui poſtmodum conſequitur licentiã,habet relationem ad licentiam. Examen enim videtur principium,per ea, quæ habentur *in l.magiſtros.Cod.de profeſſo.& medicis. li.* 10. Sed quando finis habet relationem, & neceſſariam conſequentiam ad principium, principium attenditur.*l.3.§.Seio ff. de minoribus.* Vnde doctoratus, qui ſequitur virtualiter, trahitur ad tempus licentiæ, & ſic prius doctoratus videtur: ad quod bene facit, quod not.Bald.*in dict.l. qui indignus.circa finem.* vbi pluribus rationibus probat, quod licentiatus in vno loco, non poteſt in alio loco doctoratum accipere. Ex quo datur intelligi, quod doctoratus refertur ad licentiam præcedentem. Ad iſtud etiam reſpondet, & dicit,quod iſta translatio, vt videatur doctoratus,tempore licentiæ non fit,nec attenditur in præiudicium tertii, qui interim medio tempore Doctor efficitur; ex eo, quod in ſimili tradit Bart.*in l.2.ff.de decurio.* vbi dicit, quod Doctor reſtitutus ad collegium, non recuperat priorem locum in pręiudicium eorum,qui medio tempore doctorati ſunt. Sed ad hoc eſt facilis reſponſio; Eo, quia interim pendente huiuſmodi tempore, qui fuit poſitus, pro nihilo reputabatur quo ad collegiũ: quod ſecus eſt in licentiato, qui medio tempore habet dignitatem, licet non habeat adminiſtrationem de iure, ſed quo ad nos ſic. Vel etiam idem Decius aliter reſpondet, & dicit,quod dictum Bart.loquitur in reſtitutione quæ eſt contra ius commune, & de iure ſpeciali.Ideo non eſt in conſideratione,& tẽpore priuationis acquiſitum fuit ius aliis in collegio ingredientibus; & non amplius expectabatur reſtitutio. Secus in hoc caſu,quo habita licentia expectabatur doctoratus ſecundum ordinem iuris,& præſens ſtatus tendebat ad hoc,vnde interim nõ videtur ius eſſe alteri quæſitum, ex quo eſt clarũ, quod illa deciſio Angeli eſſet vera,quo ad nos. Quam etiam tenet Marianus *in c.quanto de magiſtris.* & quod ille tex.hoc probaret,ſi bene & recte ponderetur;quia ibi licet Conſul prius haberet dignitatem; tamen illa dignitas non erat in conſideratione reſpectu dignitatis Patritiatus alterius:ſed prior Conſul ibi pręponitur, propter Patritiatum poſtea acquiſitum, & illa coniunctio Patritiatus poſterioris cum anteriori Conſulatu,facit illum præferri: &,vt dicit,iſta ratio videtur in caſu iſto procedere; quia licentia, quæ præceſſit coniuncta cum doctoratu poſtea ſecuto, debet operari, q̃ iſte præferatur, eo etiam, quia doctoratus habet neceſſariam conſequentiam,& relationẽ ad licentiam,vt dixi ſupra. Ideo mihi videtur ſtandum eſſe cum Angelo. Audiui,quod ita fuit alias iudicatum inter duos Doctores Aurelianenſes, qui aliquando inter eos diſputauerunt de huiuſmodi præcedentia.

TRigeſimaquinta conſideratio; Data paritate temporis, & gradus inter Doctores, habetur conſideratio diuitiarum,& nobilitatis:quia duo vincula magis ſtringunt: ſecus,ſi

non ſit paritas temporis, & gradus; quia tunc non habetur conſideratio diuitiarum, & nobilitatis: quia tales qualitates non tollunt prærogatiuam temporis. *c. ſtatuimus. extra de maior. & obed.* Bart. *in l. 1. ff. de obſeq.* & Bald. *in l. nemini. C. de aduocatis diuerſ. ind.* ita dicit & tenet Dec. *in d. c. clerici in 6. col. extra de iudic.* Aduerte, quod literati, & nobiles ęquiparantur, etiam circa diſpenſationem beneficiorũ, per text. *in c. de multa extra de preben.* facit gl. ſingularis *in verbo, ſuppleat. in l. ſocietas. ff. pro ſocio.* quæ dicit, quod bene literati ita recipiantur in Canonicos, ſicut nobiles; & merito; quia literati, & docti dicuntur nobiliſſimi. text. *in l. prouidendum eſt. in princip. Cod. de poſtul* & dixi ſupra *iſta parte in 24. conſid.* & dicit Bald. *in l. nemini. Cod. de aduocat. diuerſ. iudic.* quod ſi Doctor eſt valens, licet plebeius, præfertur tamen Doctori nobili minus literato. Sed ſi ſunt æqualis ſcientiæ, præfertur ille, qui eſt de meliori ſanguine, vt iam dixi. Sed contra dicta Bald. ſcripſit Barbatia *in conſi. ſuo, inci. preclare ſcribitur ab Iob pro certo patientiſſimo. column. 8. in 2 part.* vbi tenet, quod data æquali ſcientia præferatur ille, qui ſit plebeius. Mouetur primo per gloſſ. quam dicit ſingularem *in c. nunquam. 61. diſtin.* quæ dicit, quod natus à parentibus prorſus alienis à virtutibus, dum tamen ipſe ſit bonus & virtuoſus, præferri debet illi, qui natus eſt ex bonis parentibus, licet etiam ſit bonus & virtuoſus. Secundo mouetur ad hoc, per id, quod voluit gloſſ. in ſimili (quam etiam dicit valde ſingularem) *in c. fidelior. 50. diſtinct.* quæ dicit, quod peccator correctus, & emendatus, eſt præferendus in promotionibus illi, qui nunquam deliquit, & ſemper fuit bonus & innocens, exemplo Petri Apoſtolorum primatis. Ita in propoſito data ſcientiæ inæqualitate plebeius præferri videtur nobili. Et ſic infert, quod regula Cancellariæ dictans, vt illuſtris ex ſanguine præferatur non nobili; intelligi non debet de literato, & Doctore & Licentiato in jure, aut Doctore, qui non ſolum eſt nobilis, ſed nobiliſſimus, vt [illegible] eſt. Saltem non prefertur nobilis [illegible] nobili Doctori, vt per Barbatiam [illegible] *alleg.* Et de his, quæ ſupra dicta ſunt de Doctoribus, idem intelligendum eſt de Licentiatis, & Baccalaureis (cum ſit gradus apud nos) referendo ſingula ſingulis.

TRigeſimaſexta conſideratio; Doctores honorantur inſigniis pluribus, quæ eis dantur in aſſumptione gradus. Nec ante debet ſe quis Doctorem nominare, priuſquam ſibi tradantur inſignia Doctoratus, vt dicit Luc. de Penn. *in l. vnic. Cod. de athletis. lib. 10.* Quoniam, vt dicit Apuleius *primo flor.* non licet inſignia honoris veſtitu, & calceatu, temere vſurpare: imo quod plus eſt, aſſumens inſignia doctoratus, cum non ſit, incidit in crimen falſi. notat Bartol. *in l. eos. § fin. ff. de falſis.* & ibi Alexan. de Imol. & per Angel. *in l. vnica. Cod. ad leg. Viſcel.* per Angel. de Clauaſio *in ſua ſum. in ver. inſignia.* ſecus autem ſi ſe Doctorem ſimplici verbo nominet aut dicat: quia tunc tantum extraordinarie punitur: notat Bald. *in l. qui ſub prætextu. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Roman. *in l. qui in aliena. § interdum. ff. de acquirend. hæred.* per Pet. Rauennatem *in ſuo alphabeto aureo, in verb. falſum.* idem Bald. *in l. data opera. Cod. qui accuſ. non poſſunt.* vbi dicit, quod dicens ſe Comitem, & faciens actus Comitis, cum non ſit, debet grauiter puniri circa mortem. idem Bald. *in c. nonnulli. § ſunt & alii. de reſcript.* dicit, quod impetrans ſupplicationem, nomine alterius punitur arbitrio iudicis. facit text. *in ca. in quanto. de his quæ fiunt à prel. & cap. per quem.* dicit ibi Pet. de Anchar. quod ſcribens literas nomine alterius, eo ignorante, dicitur falſarius. Cyn. Bald. & Salyc. *in l. fin. Cod. de requirend. reis.* vbi dicunt, quod citans aliquem, fingens ſe nuncium publicum, cum non ſit, punitur criminaliter, & ad intereſſe citati tenetur. text. ſingularis *in l. Titio, cum eſſet Romæ. ff. ad municip.* per quem dicunt Bartol. & Bald. *in rubr. Cod. de fide inſtrument.* quod abradens ex literis nomen ſcribentis, & ponens ſuum, punitur vt falſarius. Faciunt notata per [illegible] *diſtinct.* vbi in[illegible] Doctores, ſibi appropriãtes dicta [illegible] qui ſe etiam gerit pro Doctore, cum non ſit examinatus & approbatus, non

non excuſatur à muneribus, *l.reddatur.C.de profeſſ.& medicis.lib.*10.

Hinc ſumpta occaſione ponam, quæ ſunt inſignia doctoratus. Et reperio, quod ſunt ſex aut ſeptem, quæ eidem dantur in examinatione, quæ debet eſſe triplex, vt dicit Luc. de Penna *in d.l.vnica.C.de athletis.*

Primo videtur; quod ſit liber, qui eidem aſſignatur in examinatione, quæ fit. Sed an ſit de ſubſtantia doctoratus iſta libri aſſignatio, videndum eſt; & videtur quod non, ſicut in conſecratione Epiſcopi: vt patet ex eo, quod legitur 23.*diſtinct.c.Epiſcopus.* & 75.*diſtinct.c.*1. ſed in contrarium facit; quoniam cum Rex coronatur, datur ei liber legis: vnde 2.*Paralip.c.*23. Eduxerunt filium Regis; & impoſuerunt ei diadema, dederuntq; in manu eius tenendam legem, & conſtituerunt eum Regem. Fortius videtur hoc neceſſariũ in docendo, cuius officium mere in librorum lectione conſiſtit, vt patet *Deut.*17. vbi præcipiuntur reges à ſacerdotibus Leuiticæ tribus: & *Ioſue* 1.*c.* Non recedat volumen regis de ore tuo, cunctis diebus vitæ tuæ. & hoc eſt verius. pro quo facit etiam ſatis aperte text.*in c.lector.* 23.*diſt.*

Secundo; datur Birretum, & eſt habitus Philoſophiæ, qui datur Doctori, cum dignitate magiſterii decoratur. Et dicit Lucas de Penna *in l.murilegulі.Cod.de murilegul.lib.*11. quod Admirali regni Siciliæ honorantur tali inſigni, & dicitur Birretum, quaſi bis rectum: quia bis rectum decet eſſe Philoſophum & Doctorem, ſcilicet, in docendo & operando, & ſe ad alios virtutibus regere & ſordibus mundare debent. *c.duo ſunt.*23.*q.*1. Et de iſto Birreto habetur mentio *in c. ſi quis vxorem.*30.*quaſt.*1. Vel dicitur bis rectum ex multis aliis cauſis poſitis per eundem Luc.de Penna *in predicto loco*, ad quem recurre. Sed ſolum aduerte, quod datur hoc modo: Accipite Birretũ rotundum, ad modum coronæ, in ſignum ſanctitatis. & veritatis, ac doctrinæ, vt tales ſitis in mente, quales fueritis in conuerſatione, nec à docendo ceſſaueritis; quia non coronabitur in regno cœlorum, niſi qui legitime certauerit. Corona nempe in regni ſuſceptione poni conſueuit in capite: quia ſignum eſt perfectionis, cum ſit ſphericæ figuræ angulo carens in ſignum carentiæ ſordium: quia vbi angulus, ibi ſordes eſſe dicuntur. gloſſ. *in clem.* 2. *de vita & honeſt.cleri.* ſuper *verb. & tonſuram.*

Tertio; datur annulus, ad denotandum, quod per eum factus eſt verus ſponſus Philoſophiæ & ſcientiæ, quam profitetur, docendamque ſuſcepit, vt dicit Lucas de Penn. *in l.vnica. C.de profeſſ. & med.lib.*12. Et dicitur, accipite annulum ſubarrhationis. Nam ſicut per eum contrahitur matrimonium inter virum & vxorem; ita inter ſcientiam & Doctorem. Qui enim talem poſſidet ſponſam, Sancti ſpiritus donum poſſidet. Et licet Ioan.Andr.dixerit *in cap.vt Apoſtolica.de priuil.in* 6. quod clericus annulatus eſt fatuus, vel Epiſcopus. Fallit tamen, vt dicit ibi in Doctore, qui in ſignum matrimonii inter ipſum & ſcientiam deferre poteſt annulum, vt dicit gloſſ. quæ ponit caſum *in d.c.vt Apoſtolica.* Annulus vero in ſignum dilectionis mutuæ in coniugatis poni conſueuit in quarto digito ſiniſtræ manus, vbi ſecundum medicos, eſt quædam vena ſanguinis, quæ ad cor hominis vſque peruenit, vt dicit text. *in c.fœmina.in fin.*30.*q.*5. Doctores tamen ponunt annulum homini in pollice, vt facilius teſtificari poſſint ſub ſuo ſigillo.

Quarto; cathedra, cum dicitur, ſedete virtuoſi viri in cathedra, non peſtilentiæ & vitiorum, ſed ſcientiæ & virtutum. Et hæc cathedra eſſe debet quadrifons. In interiori enim parte depingendi ſunt duo iuuenes propter robur, per quos deſignantur amor & labor: hi namque foris peragent, labor agit, amor perficit. In poſteriori duæ puellæ, per quas intelliguntur cura & vigilia, quæ intus in ſecreto conſilium pariunt, cura prouidet, vigilia attendit. In alia vero à latere deſcribitur iuuenis accinctus, modica ſecum ferens per quem intelligitur paupertas: quia nõ ſectari ſuperflua pertinet ad quærendum diſciplinam, vt enim ait Hieron *in tractat.fidei & credulitatis.* Fluxu rerum & vbertate copiarũ animus ſoluitur; vigor mentis infligitur, vir-

poſtilla ad Iacob Rebuff. *in d.l.vnic. C. de honorat.vebic.lib.12.*

TRigeſimanona conſideratio; An inſignia doctoratus poſſint præſcribi per Licentiatum aut Baccalaureum, puta, quod portat zonam auream; cum nemini conceda ur portare deauratam, niſi habentibus dignitatem, text.eſt *in c.clerici, extra de vita & hon.cle.* Lud.Rom.*conſ.ſuo* 291.dicit,quod talia poſſunt præſcribi per tantum tempus, cuius initii memoria non extat in cõtrarium. Inſequendo opinionem Hoſt.*in cap.cum cõtinga: de ata.& qualit.* Si vero præſcriptio ſit minor, quia ſcitur eius initiũ; tunc inſequendo opinionem Io.And.*in . Abbates.de priuileg.in 6.in nouella.* non poſſunt præſcribi.

QVadrageſima conſideratio; Doctores in hoc honorantur, quod iudex tenetur eos ad ſe venientes ſalutare, & inuitare ad ſedendum. text. *in l.fin. & ibi gl.in verb.honoratis. C.de offic.diuer.iud.* Niſi quando eſt hora propriæ cauſæ, text.*in l.1. C.de off.ciuil.iudic.* Quod quomodo ſit intelligendum, declarat Purpur.*in l.1.nu.*166.167,*&* 168.*ff.de offic.eius cui mand.eſt iur:ſd.*

QVadrageſimaprima conſideratio; Doctores in hoc etiam honorantur, quod conſiliarii Principis vocantur, vt dicit Alex. *in addit.ad Bar.in l.1.C.de dign.lib.*12.pro quo allegat *l.fin.C.de off.diuer.iudic.* quod tamen non eſt de mente Angeli *in l.quiſquis.ad leg.Iul.maieſt.* Ita, quod Bart.non potuiſſet ſe dixiſſe Conſiliarium Principis ex eo ſolũ,quod eſſet Doctor: & ita ſequitur Purpuratus *in l.1.col.17.verſ.ſeptimum. & col.*22.*in princ.ff.de off.eius cui mand.eſt iuriſd.* Propterea nõ abs re à dominis Conſiliariis de Parlamento huius patriæ fuit inhibitum, ne amplius ſimplices aduocati dicerent & intitularẽt ſe Conſiliarios, niſi cum effectu eſſent officiarii regis.

QVadrageſimaſecunda cõſideratio; Cum ex præcedentibus ſatis ſit oſtenſum, & demonſtratum,de præcedentia ſcientiarũ,& Doctorum, tam Theologiæ, iuris Canonici, ciuilis, quam medicinæ, & qualiter inter eos ſint honorandi, & aliis præferendi,& de inſigniis Doctorum, de dignitate,excellentia,& priuilegiis eorundem. Nunc deueniendũ eſt ad alias ſcientias, quæ ſunt inferiores & minores poſt prædictas. Et inter inferiores videndum eſt, quæ illarum præcedere debeat. Et inter alios, qui melius demõſtrauerit præeminentiam, autoritatem, honorem, & gloriam illarum, fuit Philip. Beroaldus Bonon. qui ſuppoſuit teſtamentum cuiuſdam patris habentis tres filios Philoſophum,Medicum, ſcilic.& Oratorem,& illum hæredem fecit & inſtituit, qui eſſet vtiliſſimus ciuitati. Poſt mortem cuius fuit contentio inter dictos fratres, cui hæreditas paterna cedere debeat. Et inter illos Philoſophus primo cauſam coram iudicibus agit pro iure ſuo ſuſtinendo, dicẽs; quod Philoſophia eſt Regina cunctarũ diſciplinarum. Quam M.Tullius inuentum Deorum, Plato vero donum Deorum eſſe tradiderunt: quo bono (vt ipſius Platonis verbis vtar) nihil vnquam maius mortalibus datum eſt à Diis, nec vnquam dabitur. Hæc eſt enim vitæ lex, virtutum indagatrix, vitiorum expultrix,lumen legum,magiſtra morũ, rerum elementariarum exploratrix, cœli & mundi contemplatrix, quæ altitudinis ſtudio etiam cœlo ipſo ſublimiora quæpiam veſtigat. Et, vt inquit Platonicus Apuleius, in æſtimo mundi, tergo dedit, hac internuncia homines Deo cognati, & proximi (imo, vt verius loquar) Dei terreni efficiuntur. Quid per Deos immortales excellentius ſacratiſſima illa Philoſophia, quæ ſupra hanc caliginem, in qua volutamur, excedens, docet, quid agatur in cœlo? meritoq; Seneca Philoſophorum ſinceriſſimus ſcientiſſimuſq;, cui vtique credi conuenit, naturæ rerum gratias agit, cum ſecretiora eius ingreſſus diſcit. Quæ vniuerſi materia ſit, quid ſit Deus, totus in ſe intenderit. An ad nos aliquando reſpiciat, faciat quotidie aliquid. An ſemel fecerit, pars mundi ſit, an mundus, an mundi anima, an potius opifex & factor, liceatne illi ex lege fatorũ aliquid derogare. An maieſtatis diminutio, & erroris cõfeſſio ſit mutanda, feciſſe. Ad hæc, nulla res magis diſcuſſerit caliginem illam nebulæ craſſiſſimã, quæ (vt duo Poetarũ clariſſimi prodiderunt) obtutus mortaliũ

hebetat, menteſque obducit applauſo ignorationis velamento. Quid porro vtilius illa philoſophiæ parte, quam partim Ethicen, partim moralem appellant, quæ maxime ad homines ſpectat, quæ docet, quid in terris agendum ſit? Et errores noſtros diſcutit. Quæ vrbes peperit, diſſipatos homines in ſocietatem conuocauit, Reſpublicas bene moratas inſtituit. Facit *in l. vnica circa fin. ibi; igitur vnum. C. de ſtudiis liberal. vrbis Romæ. lib. 10.* & vt diſſerit Cælius, *lib. antiquarum lectionum 12. c. 21.* poſt Socratem. Niſi Philoſophi ciuitatibus dominentur, vel hi, qui nunc reges potenteſque dicuntur legitime, ſatiſq; philoſophentur, in idemque ciuilis potentia, & philoſophia concurrant, neq; quod nec fit à diuerſis hæc tractentur ingeniis, non erit ciuitati, hominum generi, vlla malorũ requies, neque prius Reſpublica orietur pro viribus, & lumen ſolis ſpectabit, quod confirmat Cicero *in epiſt. ad Q. fratrem didaſcalica*, & hanc coniunctionem, inquit Plato, poteſtatis, & ſapientiæ, ſaluti cenſuit ciuitatibus eſſe poſſe.

Vnde non immerito ſectatores Philoſophiæ vbique Philoſophos nominat, nomine ſancto & religioſo, quaſi ſolos ſapientiæ ſtudioſos. Qui ante Pythagoram, Sophi, id eſt, ſapientes, & habebantur & vocabãtur. Quid eſt enim per Deos immortales (vt ait Tull. *lib. 2. de offic. cap. 1.*) optabilius, quid præſtantius, quid melius, quid homine dignius ſapientia, qua Philoſophi nominantur? Non eſt, inquit, aliud Philoſophia præter ſtudium ſapientiæ, & eſt res religioſa, vt eſt text. *in l. 1. §. an & Philoſophi. ff. de variis & extraord. cognit.* Vnde Philoſophus verus, teſte Auguſtino, Dei amator eſſe creditur; quia Sapiẽtia Deus eſt, per quem omnia facta ſunt, *Ioan. 1.* Nomen enim Philoſophi ſanctum, vt dicit idem Tullius *Tuſcul. quæſt. lib. 2. cap. 5.* quoniam, vt inquit, Philoſophia medetur animas inanes; ſolicitudines detrahit, à cupiditatibus liberat, pellit timores. Et, vt ait Seneca *ad Lucill. Epiſt. 16.* Philoſophia quieta eſt, & contemni non poteſt; quinimo apud peſſimos honori eſt. & Auguſt. *de ciuit. Dei, lib. 22. c. 22.* Philoſophia, inquit, vel ſapientia, donum Dei eſt, & auxilium contra miſerias huius vitæ. Et, vt dicit ipſe Tull. *in dictis quæſt. lib. 5.* eſt vitæ dux, virtutum indagatrix, inuentrix legum, magiſtra morum & diſciplinæ. Et, vt inquit Seneca *ad Lucill. Epiſt. 98.* eſt lex vitæ. Et *in Polycr. lib. 3. c. 9.* de Philoſophis ſic dicitur; In ipſis fuit imago virtutis, & vtinam inueniatur in nobis, qui virtutis imaginẽ teneat. Quia vmbras virtutum inquit, quibus videmus floruiſſe Gentiles. Quis enim

Themiſtoclis diligentiam,
Socratis continentiam,
Scipionis pudicitiam,
Catonis puritatem,
Frontonii grauitatem,
Fabricii fidem,
Vlyſſis longanimitatem,
Titi pietatem imitatur?

Hi enim laudabiles viri, quaſi quædam ſeculorum ſuorum ſydera ſplenduerunt illuſtrantes tempora ſua. Hæc ille ibi. vt etiam ſequitur, & refert Iacobus Magni *in ſuo ſophologio ſapientiæ. lib. 1. c. 13.* vbi ponit de dignitate Philoſophiæ.

Et, vt ſemel finiam, Philoſophus, hoc eſt, ſapiens, eſt omnia, & vt inquit ille, vno minor eſt Ioue, diues, liber, honoratus, pulcher, rex denique regum. Et in tanta apud priſcos æſtimatione ac reuerentia habiti Philoſophi fuere; vt Platoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius Tyrannus vittatam nauem obuiam miſerit: ipſe quadrigis albis & curru regio egredientem in littore exceperit, & triumphantium more ad vrbem deduxerit. Vt Alexander Magnus Ariſtotelis Philoſophorum doctiſſimi patriam reſtituerit in honorem præceptoris. Cui ſe non minus debere, quam Philippo patri profitebatur. & teſte Gell. *lib. 9. cap 3.* Philippus Macedonum Rex ſcripſit ad Ariſtotelem; Se diis gratias agere, quod filium illius temporibus ſibi naſci contigiſſet. Et authore Plinio, *lib. 7. c. 30.* Cn. Pompeius, Mithridatico bello confecto, Poſſidonii Philoſophi domũ intraturus fores à lictore percuti vetuit; licet ex conſuetudine cum Conſules domum aliquam ingreſſuri eſſent, clamoſe ſimul, & imperioſe ianuæ pulſa-

Digitized by Google

pulſarentur. Et idem Plin *lib.24.c.8.* inquit: Non ære captus, nec arte vnã Zenonis ſtatuã in expeditione non vendidit Cato; quia Philoſophi erat. Et veteres perfectionis loco exiſtimabant: ſi vel Ariſtotelis, vel Pythaci, vel alterius magni Philoſophi imaginem ad Bibliothecæ ornamentum habuiſſent. Vnde Iuuenalis *Satyra 2.* Nam perfectiſſimus horum; Si quis Ariſtotelem, ſimilem vel Pythacum emit. Vt Pythagoram Crotoniatæ, ac Metapontini pro Deo colerẽt, & ex eius domo templum facerent. Qui in tanta fuit admiratione, vt qui præſentia illius frui meruiſſent, id perſcriberent ad ſuos, tanquam magnum quiddam ac præclarum adepti forent, quod Pythagoram vidiſſent. Et Pythagorici diſcipuli ſi quid affirmarant diſputando, cum ex his quæreretur, quare ita eſſet, reſpondere ſolebant: *Ipſe dixit.* Ipſe autem erat Pythagoras, tantum opinio præiudicata potuit, vt ſine ratione valeret autoritas, vt inquit Cicero 1. *de natura Deorum.*

Ex quibus videtur dicendum, quod Philoſophus ſit præferendus & medico & oratori. Cum ſit & medicus & orator, vt dicit Beroaldus *vbi ſupra.* Imo & quod plus eſt, videtur, quod Legiſta ſit Philoſophus; cum, vt dicit text. *in l.1.ff.de iuſti.& iur.§.nam vt eleganter.in fin.* Legiſtæ veram philoſophiam, non ſimulatam profiteantur & affectent. Nam ciuilis ſapientia vera philoſophia dicitur, vt *in d.l.1.§.eſt enim quidem res ſanctiſſima ciuilis ſapientia.ff.de variis & extraord.cognit.* Ideo etiam hac ratione Legiſtæ præferendi ſunt cæteris. Verum ipſi Iuriſconſulti pro eorum ſententiis adducunt Philoſophos, vt Ariſtotelem *in l.ſi pater.§.fin.ff.de ſolution.& in l.proponebatur.§.fin.ff.de medic.* vbi arguunt ex autoritatibus Philoſophorum, & in pleriſq; aliis locis.

Quomodo tamen aliquando, & in quibus reprobetur philoſophia, videatur 37. *diſtinct. quaſi per totum.* in quibus non inſiſto; cum hoc opus tantummodo aſſumpſerim, ad declarandum ea, quæ ſunt honoris, gloriæ, laudis & dignitatis. Plura in laudem Philoſophiæ vide per Beroald. *in oratione per eum habita in enarratione quæſtionum Tuſcul.* & per Cœlium *lib.antiq.lectionum 4.c.30.* per Senec. *in Epiſtolis,* præcipue *in lib.11.Epiſt.74.*

QVadrageſima tertia conſideratio eſt pro tuitione honoris, gloriæ, & laudis medicorũ contra philoſophos & oratores. Nam contra Iuriſtas ſatis ſupra dictum eſt *in hac parte, in 25.conſid.* & omnia fundamenta, & argumenta pro medicis ibi facta, multo magis hic prodeſſe poterunt, & poſſent adduci. Licet hic ſit tantum quæſtio, quis iſtorũ fratrum ſit vtilior ciuitati. In cuius dubii elucidatione cognoſcetur, & quis honorabilior. & tuendo iura medici, ſic inquit Beroald. *in dicto loco.* Quis neſcit, medicum ad omnes totius ciuitatis ordines, ad omnem ſexum, ad omnem ætatem pertinere, cum ſummatibus, infimatibus, viris, fœminis, ſenibus, pueris ægrotare contingat? Cum omnes ex hoc vtilitatem indiſcriminatim petant· meritoq; dici poteſt: Medicum rem communem terrarum eſſe. Et profecto, ſi vera diſpicimus, ſi curioſe cuncta perpendimus, ſola medicina ſoloq; medico opus eſt omnibus. Medicina eſt, quæ vna contra facta depugnat, eaq; identidem expugnat: quæ languentibus vitam prorogat. quæ iam deploratos, iam defletos, iam in familia orci numeratos luci, auræque vitali perſæpe reſtituit. Multique medicinæ opera reuixiſſe creduntur.

Et ne fabulas percenſeam, quæ ab Æſculapio Hippolytum & Tindaridam ad vitam reuocatos ferunt: nonne Aſclepiades inter medicos famigerabilis, argumentum huiuſce rei vel potiſſimum eſt, qui homini iam cõclamato depoſitoq; dum effertur, fatum attulit: cuius animam in corporis latibulis delitefcentem euocauit, eumq; ab inferis poſtliminio prope funeratum domum retulit. Etenim Iuriſconſulti ſacrati in libris eorum, ſententias medicorum recitant, vt *in l.ſeptimo menſe.ibi; propter autoritatem doctiſſimi viri Hippocratis.ff.de ſtatu homin.* Et de ſententiis Hippocratis & Galeni, *in c.ne tales.de conſec. diſt.5.*

Huc adde; quod huic arti tantum honoris tribuêre maiores, vt Diis inuentores ſuos aſſigna-

Digitized by Google

ſignauerint, cœloq; dicauerint Apollinem, Æſculapiumq; prodendo, quem ob id Archiatrum ſeu Protomedicum, id eſt, medicorum principem dicit antiquitas. Hæc Beroaldus. Etiam de huiuſmodi inuentorib. ſcribit Polydorus *in ſuo libr. de inuentoribus rerum c. 19.* & Ioan. Matthæus Lunenſis *c. 4. & c. 6.* Et poteris videre de iſta arte medicinæ in dicto loco per Polydorum: & per Rodericũ *in ſuo ſpeculo humanæ vitæ lib. 1. cap. 12.* vbi deſcribit medicinam inter artes mechanicas, licet videatur, quod ſit ponenda inter artes liberales, & ibi dicit eam multum vitę humanæ neceſſariam; cum ſalutem hominum agãt, text. *in l. 1. § medicorum. ff. de var. & extraord. cogn.* Et ſi ampliſſime melius & ſingularius, quam per alium de laude medicinæ videre velis, videas Eraſm. *in ſuo Encomio de laude medicinæ.*

Aduerte autem ad vnum, quod Grammatici, Oratores, Medici, & Philoſophi ſunt exempti ab hoſpitio militum, text. eſt *in l. medicos. C. de profeſſ. & medicis. lib. 10. & in l. fin. ff. de munerib. & honor.* Sed ibi Oratores præferuntur in ordine literæ Medicis, & Medici Philoſophis: ſed tamen etiam ſi Grammatici videantur eſſe de minoribus ſcientiis, quandoq; præferuntur in ordine literæ, & Oratoribus, & Medicis, & Philoſophis. Sed hoc eſt, quia eſt fundamentum aliarum ſcientiarum, & initium, vt inferius dicetur.

QVadrageſimaquarta cõſideratio erit de Oratore, qui callet Rhetoricam, & eloquens dicitur, an ſit cæteris præferendus. Et eius cauſam ſuſtentãdo, videtur primo, quod ſic ex eius diffinitione. Cum Orator ſit vir bonus, dicendi peritus; rhetorice vero bene dicendi ſcientia, vt ait Iſidorus *lib. 2. Etymologiarum, cap. 1. & 2.* Ex quo neceſſario extollenda eſt, quæ bonitate cõſtat, elegantia pollet, nitore ſplendeſcit. Cuius ope & opere præclara omnia fiunt & magna. Equidem conditores vrbium, non tam philoſophica doctrina, quam elegantia oratoria, & illicio facundiæ pellexerunt diſpalatos ſeu diſparatos homines ad ciuilitatem, politicamq; viuendi rationem. Et, vt multa omittam, nihil eſt ita incredibile, quod in dicendo non fiat probabile, nihil tam horridum atque incultum, quod non ſplendeſcat oratione, ait Cicero *in paradoxis.* Et eloquentes pro aliis loquuntur. Vnde habetur *Exod. 4.* Non ſum eloquẽs, impeditioris & tardioris linguæ ſum. Et ſequitur. Aaron eloquens eſt, ipſe loquetur pro te ad populum. Et tales debent eſſe aduocati, *l. per hanc. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* qui etiam Oratores dicuntur. text. *in procem. Digeſtorum. § nos vero. ibi; dutiſſimi Regum oratores efficiantur. & in l. omnes. § hac. ibi; & oratorum effluens in defenſionibus copia larga praſtetur. & ibi gloſſ. C. de Epiſc. & cler.*

Hinc videmus conditores legum, quibus nihil pene emunctius, limatius, & ſententioſum magis, adminiculatos fulturis eloquentiæ, leges ſaluberrimas eloquentiſſimaſque condidiſſe. Formatores quoque Rerumpublicarum Imperatores bellicorũ exercituum regere conſiliis, & moderari res magnas ſine docta voce & oratoris vi nullatenus potuiſſe. Vnde, vt ait Franc. Patritius *lib. 2. tit. 4. de inſtitut. Reipublica.* Animi medicina eloquentia eſt, quæ philoſophiæ rationibus ad vitia nimium elatos, comprimit, depreſſoſque eleuat, & ignauos fortes efficit. Vera eſt enim illa Euripidis ſententia, qua dicitur: Omnia conficit ratio, quæ etiam hoſtile ferrum neutiquam efficere valeat. Quæ enim alia vis, quam eloquentiæ, poteſt furentem populũ refrænare, aut metu perculſum excitare? Quod, vt exprimeret diuinus Poeta Maro, oratorem minime furentem, aut populum concitatum maritimæ tempeſtati comparauit, his verſibus:

Ac veluti magno in populo cũ ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus:
Iamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauem, ac meritis, ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſq; auribus aſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora poſtquam
Proſpiciens genitor, cœloq; inuectus aperto,

Digitized by Google

Flectit equos, curruq́ volans dat lora ſecundo.

Eloquentiam etiam veteres rerum dominam eſſe dicebant. Et eam Ennius Flexanimam appellauit, quod animum in quãcunque partem vellet, raperet: & ea dulcedini mellis comparatur, per text. *in c. legimus. 38. diſtinct.* Nec in pace, & otio ſolum vtilis habetur, ſed in bello atque tumultu vires alias omnes antecellit. Quod quidem verum eſſe aſſeruit Pyrrhus Epirotarum rex. Nam cum bellum in Italia gereret, Comitem quaſi gerendorum, ac ſocium Cyneam Theſſalum oratorem, Demoſthenisque diſcipulum accepit. Eiuſque opera impenſe admodum vtebantur. Nam ad ciuitates, quas vi, & armis ſubigere non poterat, eum oratorem mittebat, quas magna ex parte in ſententiam ſuam adducebat. Adeo vt ſæpenumero Pyrrhus diceret: plures à Cynea vrbes eloquentia in poteſtatem ſuam redactas, quam à ſe armis eſſe ſuperatas. Et, vt inquit idem Patritius, ſi recte iudicare volumus ex omnibus diſciplinis, nulla magis congruit ciuitati, quam oratoria: quæ vt ait, in triplici cauſarum genere verſatur, quæ ibi videri poſſunt: & plura alia, etiam qui primi ſcriptores huius artis fuerunt. Et vt ait Budæus vir eloquentiſſimus, *lib. 5. de aſſe.* Vt ſine aqua & igni ſacrificium, aut conſecratio non rite peragitur; ſic ſine ſtylo eloquentiæ nullius aut Principis aut populi geſta ad poſteros incaleſcere poſſunt, & æternæ memoriæ conſecrari. Merito apud Romanos, qua Republica nulla vnquã major, nulla ſanctior, nulla bonis exemplis ditior extitit: ſumma ſemper oratoribus dignitas fuit. Et, vt author Cornel. Tacitus, nullus magnam potentiam ſine eloquentia eſt conſecutus. Quod, vt de aliis taceam, Nonne Marcus Tullius ille orandi regula, & dicendi lex, cujus ingenium Roma imperio par fuit, qui Latinæ facundiæ pomærium promouit ad Conſulatum vſque, ampliſſimamque dignitatem ex humilitate natalium, & loci euectus eſt? Quo, quid vtilius in Rom. Republic. excogitari poteſt? Quo ſuadente Legem Agrariam, hoc eſt, alimenta abdicarunt Romanæ trib. Cujus linguæ fulmen Catilinæ infregit audaciam, & ipſum proſcripſit Antonium. Cujus nomine ſupplicationes à ſenatu decretæ ſunt.

Per eam de magnis mire & ſublimiter, de paruis proprie & ſubtiliter, de mediocribus iucunde & grauiter, de omnibus ſentẽtioſe, & luculenter dicere quis docetur. vt hic dicit Budæus *in ſuis annot. in l. 1. §. quod ait Prætor. ff. de ſer. cor.* &, vt etiam ait ipſe Beroal. *in orat. per eum habita in enarratione Epiſt. Ciceronis, & Lucani*, maximum Deorum munus eſt, & quo nullum majus excogitari poteſt eloquẽtia. Qua vna vel maxime ſeparauit hominem à cæteris multis animantibus Deus ille parẽs, & mundi fabricator. Quæ, quia ſermone carent, irrationabilia merito vocãtur. Eloquentia homines vagabundos in agris atq; diſperſos congregauit in populum, & ex feris atque immanibus mites reddidit, & manſuetos, vt jam *in prin. hujus conſid.* dixi. Eloquentia multæ vrbes conſtitutę ſunt, plurima bella reſtincta, firmiſſimæ ſocietates, ſanctiſſimæ amicitiæ comparatę. Eloquentia mortales immortales efficiuntur. Merito itaque flexanima, & omnium Regina rerum oratio a doctiſſimis nuncupatur. Cujus tanta eſt dignitas, tanta majeſtas, vt Duce Eloquentia Diis ſimilimi eſſe videamur. Et homines eloquentes (qui Oratores nominantur) tantum reliquis hominibus præſtare creduntur, quantum homines beſtijs antecellunt. Nihil medius fidius eloquentia diuinius reperiri poteſt, nihil conſummato Oratore præſtãtius. Et quãto olim fuerunt in pretio, & æſtimatione artes (maxime oratoria) ſcribit Budæ. *in lib. 2. de aſſe, & partibus ejus.* & G. Benedict. *in procem. rep. c. Raynutius. de teſtam. in antiquis.* Sed in oratione hæc requiruntur: Acumen Dialecticorum, ſententia Philoſophorum, verba prope poëtarum, memoria Iuriſconſultorũ, vox Tragœdorum, & geſtus pene ſummorum Artificum. Ex quibus omnibus alijs de per ſe eſt præferendus. ita inquit Budæus *in l. 1. ff. de inſt. & iur.* Siquidem, & de ipſis Oratoribus ſæpe fit mentio in libris Iuriſconſultorũ, eorũ etiam dicta & ſententias appro-

bando, vt *in l aut facta.§.qualitate.ff.de pœnis.* vbi allegatur & dicitur Demoſthenes apud Græcos maximus orator. Et de Cicerone flore & tuba Romani eloquii fit mentio *in l. Cicero.ff.de pœnis.* & *in l.Fulcinius.§.quid ſit autem.ff.quibus ex cauſis in poſſeſſ.eatur.* & *in l.in queſt ff.ad leg.Iul.maieſt.* Et, vt ſemel finiam, concludit Beroald. *in ſua declamatione*, quod Orator Philoſopho & Medico eſt anteponendus. Sic, quod credibile eſt, vt ait, poſt peroratam cauſam à tribus fratribus coram ipſis, iudices concordi conſenſu omnib.ſententiis ſimul pronunciaſſe pro oratore; illiq; adiudicaſſe paternam hæreditatem. Et hanc partem fouet ipſe Beroald. cum eſſet orator exactiſſimus, & tota dignitas dicendi fuiſſe exiſtimatur, præcipue in cathedra.

Textor *in ſua officina ſub tit.oratorum quorundam nomina*, ſcribit plures oratores fuiſſe: ſed fere omnes per eum nominati erant pagani & infideles. Et cum nullos Chriſtianos adnumeret, licet reperiantur plures, etiam ita excellentes, vt Pagani: ideo illos oratores Chriſtianos hic deſcribere volui. Et ſunt ſequentes.

Dionyſius Areopagita Pariſiorum Epiſcop.
Dionyſius Epiſcopus Corinthi.
Quadratus Apoſtolorum diſcipulus & Athenarum Epiſcopus.
Ariſtides Philoſophus.
Philocrates Epheſiorum Epiſcopus.
Ignatius Epiſcopus Antiochenſis poſt beatum Petrum.
Polycarpus Io. Apoſtoli diſcipulus, Smyrneæ ciuitatis Epiſcopus.
Egeſippus Hiſtoricus & Martyr.
Philippus Epiſcopus Cretenſis.
Baſilius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ.
Panthæus Philoſophus.
Gragorius Nazianzenus.
Athanaſius.
Pamphilus Martyr.
Ioannes Chryſoſtomus, id eſt, os aureum.
Ioannes Damaſcenus. *Ioannes Caſſianus.*
Damaſus Romanus Pontifex.
Hilarius Pictauienſ. Epiſcopus.
Iuſtinus Rhetor & Martyr.
Apollonius Rhetor Romanus.
Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis.
Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis.
Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis.
Ambroſius Mediolani Præſul.
Hieronymus Cardinalis.
Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus.
Gregorius ſummus Pontifex.
Fortunatus. *Leo Papa.*
Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis.
Hilarius Arelatenſis Epiſcopus.
Sidonius Auernorum Epiſcopus.
Boetius.
Bernardus natione Burgundus.
Anſelmus.
Petrus Damianus.
Petrus Comeſtor.
Petrus Alphonſus.
Franciſcus Petrarcha. *Bocatius.*
Pius Pontifex II.
Beſſarion Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, & Conſtantinopolitanæ Patriarcha.
Paulus gentium Apoſtolus.
Dauid Regius Propheta.
Salomon ſapientiſſimus Rex.
Ieremias Propheta ſanctus ab vtero.
Iob in aduerſis patientiſſimus.
Prudentius hymnorum ſcriptor.

Hi etenim fuerunt oratores maximi, & Chriſtiani, quos nominat & refert Reuerendus quondam pater dominus Petrus Rolin Canonicus & Archidiaconus Heduenſis ſanctæ ſedis Apoſtolicæ protonotarius, & ciuis noſter Heduenſis *in ſuo excellentiſſimo libro, quem compoſuit in defenſionem artis oratoriæ. in 1.part.*

Nam etiam (vt ait Caſſiod. *in expoſitione Pſalterii*) omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus Poeticæ elocutionis, quælibet varietas decoræ pronuntiationis à diuinis Scripturis ſumpſit exordium. Recitatur *in cap. legimus. ver. in Leuitico. ibi: denique in expoſitione 37. diſtinct.* Ipſa quoque rhetorica pars eſt ciuilis ſcientiæ, ait Cicero 1. *Rhetoricorum*. Inde Aduocati dicuntur negotia perorare, hoc eſt, poſtulando ornatius loqui. tex. eſt *in l.nemini.in fi. C.de aduoc.diuer.iud.*

In his

In his enim non requiritur mobilitas linguæ, non celeritas verborum, non deniq; ea, quæ nobis nō poſſumus fingere, facies, vultus, ſonus. In oratore autem acumen Dialecticorū, ſententia Philoſophorum, verba prudentiū Poetarum, memoria Iuriſconſultorum, vox Tragœdorum, geſtum pene ſummo citatiorē non ſane diſplicet adhibere. Educenda deinde dictio eſt ex hac domeſtica exercitatione, & vmbratili, medium in agmen, & in puluerem, in clamorem, in caſtra, atque in aciem forenſem ſubeundus vſus omnium, & periclitandæ vires ingenii. Et illa commentatio incluſa in veritatis lucem proferenda eſt. Legendi etiam Poetæ, cognoſcendæ Hiſtoriæ, omnium bonarum artium Doctores atq; Scriptores legendi, & peruoluendi, & exercitationis cauſa laudandi, & interpretandi, corrigendi, vituperandi, diſputandumq; de omni re in contrarias partes. Et quicquid erit in quaqua re, quod probabile videri poſſit, eligendum atque diſcendum, & perdiſcendum ius ciuile, cognoſcendæ leges, percipienda omnis antiquitas, ſenatoria conſuetudo, diſciplina, Reipublicæ iura, ſociorum fœdera cognoſcenda, eſt libandus ex omni vrbanitatis genere facetiarum quidam lepos, quo tanquam ſale cōſpergatur omnis oratio, vt ait Cicero *lib.1. de Oratore*. Neque enim ſolum acuenda nobis, neque procludenda lingua eſt, ſed in enarrandum, complendumque pectus maxima rerum ſuauitate, copia, & vbertate, vt idem ibi ait. *in ſecundo*. hæc Luc. de Penna *in rubr. C. de legationibus in pr. lib.10*. vbi etiam dicit, quod potiſſime legati debent habere virtutem oratoriam, ſeu eloquentiæ, & facūdiæ, & quod ad huiuſmodi legationis officium præcipue Iuriſperiti ſunt aſſumendi, & conſueuerunt aſſumi, qui maxime facundia polleant.

Reperiuntur etiam plures alii Chriſtiani oratores qui non ſunt connumerati à prædicto domino Petro Rolin, vt ſunt Gregorius Turonenſis, Annonius monachus (licet alii Ammonius dicant) Benedictinus, & Gallus, &c. qui elici & extrahi poſſunt ab hiſtoriographis, præcipue à Collectanea de ſcriptoribus Eccleſ. quos hic inſerere potius eſſet faſtidioſum, quam vtile, ideo recurratur ad illam.

Ex quibus cognoſci poteſt, quod ſatis abſurde dicit Antoninus Florentinus omnes artes, & liberales, & mechanicas inuentas fuiſſe ab infidelibus & reprobis hominibus; cum ſi bene conſideretur, omnes ſcientiæ, maxime principales fuerint inuentæ à viris honeſtiſſimis, & à Deo approbatis. Primo, ipſe Deus caput, & autor eſt totius eloquentiæ, ſciētiæ & ſapientiæ, vt plene *in d.c. legimus. circa fi. 37. diſt.* Secundo ab Adam omnes ſcientiæ inuentæ & demonſtratæ fuerunt. Nam etiam Ioſephus *in 1. antiq.* tradit liberos Seth, Adę filios, in duab. columnis diſciplinam rerū cœleſtium à ſe primo inuentam conſcripſiſſe; & ſic conſtat ante diluuium Noe omnino vſum extitiſſe literarum, & ſcientiarum. Poſt vniuerſale diluuium (quo homines perierunt, etiam literarum monumenta deleta fuerunt) Noe literarum artiumque notionem reſtauraſſe, atque Prophetas: vt Abraham, Moyſen, Eſdram ſcribam legiſque Doctorem illuſtraſſe, & introduxiſſe ſemper arbitratus. Et in teſtem pro parte adduco Polydorum *de inuen. rerum, lib.1. cap.6.* Et ſic Theologia à Prophetis, ars etiam oratoria à Dauid, Salomone, Ieremia, & pleriſque aliis inuentæ ſunt. Et nullus alius poſt Dauidē fuit elegantior eo, quicquid ſentiant Oratores, & Hiſtoriographi. de aliis vero ſuo loco dicemus.

Sciendum eſt etiam, quod intentio Principis eſt, vt Oratores maxime legum, ditiſſimi efficiantur, tex. *in proœm. ff. orum. §. nos vero. ibi; ditiſſimi legum oratores efficiantur. iam ſupra allegat.* Ad quod etiam facit *l. per hanc. §. ſexcētis. C. de aduoc. diuerſor. iud.* & leges neque in paupertate viuere, neque mori in anxietate permittunt. text. *in Auth. de hæredib. & Falc. collatio.1.* vnde dicitur:

Eſurit ars, decreta tumēt lex lucra miniſtrat.
Pontificem Moyſes, thalamos medicina ſubintrat.

Et iterum, vt notatur *in d. §. nos vero.*

Dat Galenus opes, & ſanctio Iuſtiniana,
Ex aliis paleas, ex iſtis collige grana.

Digitized by Google

Et *Prouerb.*18. dicitur. De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum, & 12.*ca.* de fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis. Et hoc habet eruditio, & ſapientia, quod vitam tribuit poſſeſſori ſuo. Ex *cle.*7. & *Prou.*8. In viis iuſtitiæ ambulo, vt ditem diligẽtes me, & theſauros eorum repleam. & *c.*11. Anima, quæ benedicit, impinguabitur. Ipſa quoque iura nimis appetunt literatos honorari, & ditari, vt *in c. de multa. in fi. de preben. in antiquu*, & *Prou. ca.* 8. dicit Sapientia: *Mecum ſunt diuitiæ, gloria, opes ſuperne, & iuſtitia.*

QVadrageſimaquinta conſideratio; Ars Poetica laudabilis eſt, ipſique Poetæ laudãdi ſunt. Et licet in laudẽ illorum plures enauigauerint: tamen copioſius, & præclare de his diſſeruit Beroal. *in oratione habita in enarratione Lucani*, vbi ſic exorditur: Poetica in primis ſacratiſſima eſt, quam antiqui primariam quandam Philoſophiam eſſe tradiderunt; quæ à cunabulis viuendi formulam nos doceret, quæ mores, quæ affectiones oſtenderet. Quæ res gerendas cum iucunditate præciperet: vt vere dici ait Horatius:

Os pueri tenerum, balbumq;, Poeta figurat.
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Inſtruit exemplis, inopem ſolatur, & ægrum.

Quapropter ciuitates Græcorum eruditiſſimæ liberos in poeſi in primis erudiebant, ſolum Poetam ſapientem eſſe dicentes. Et, vt diuus Auguſt. atteſtatur, Poetæ Theologi dicti fuerunt, cum de Diis immortalibus diuinitus multa ſcriberent. Quales Orpheus, Muſæus, Linus fuiſſe commemorãtur. Quippe artis Poeticæ ſtudia, vt ſcribit Cicer. adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis ſolatium præſtant: oblectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.

Huc accedat, quod decor Poeticus exercetur ab Oratore, vt teſtis eſt Corn. quod oratori lectionem Poetarum plurimum conferre Theophraſtus affirmat, vt hic ante *in prec. conſi.* aliquid dictum eſt, apud quos in rebus ſpiritus, in verbis ſublimitas, in affectib. motus omnis, & in perſonis decor exprimitur: ideoque in hac lectione ipſe Cicero exiſtimat eſſe quieſcendum, atque omnem loquendi elegantiam expoliri augerique. Eſt enim finitimus Oratori Poeta, ſuntque inter ſe cognatione quadam coniuncti.

Denique, vt Cicero ait, ſe à ſummis hominibus eruditiſſimiſque accepiſſe. Cum cæterarum rerum ſtudia preceptis conſtent atque doctrina: Poetæ ſoli ipſa natura valent, & mẽtis viribus excitantur, & quaſi diuino quodã ſpiritu inflammantur. Vnde Plato ille diuinus ſcribit *lib.*3. *de legib.* Poetarum genus eſſe diuinum. Et ab eodem dicitur in libello de furore poetico: Poetas diuino inſtinctu concitatos eundem furorem interpretib. infundere, imitarique magnetis lapidis naturã, qui non ſolum ferreos annulos trahit, ſed eandem trahendi vim ipſis annulis latenter inſinuat. Origenes quoq; in libris Eccleſiæ, quib. titulus eſt, περὶ ἀρχῶν, virtutem quandam eſſe docet ſpiritualem, quæ Poetam inſpiret, cuius inſpiratione Poetæ repleantur. Platonis, Origeniſque ſententiæ aſtipulatur Ouid. ſic ſcribens:

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.

Et alibi:

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cæli.
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

Idcirco merito Poetas priſci ſacros intitularunt. Vnde ab eodem ſcribitur:

At ſacri vates, & Diuum cura vocamur.

Et Calphurnius in Bucolicis ait:

Ille fuit vates ſacer.

Et Lucanus:

O ſacer, & magnus vatum labor.

Ennius vero ſanctos Poetas appellat, qui quaſi Deorum aliquo dono, & munere præditi eſſe videantur.

Hinc eſt, quod Poetæ antiquitus in maxima veneratione, maximoq; precio habebantur: quod à Principibus fouebantur, quod à Regibus ditabantur, quod ab omnibus certatim amabantur. Vnde ob id vere & pulchre canit Naſo:

Cura Ducum fuerant olim Regumq; Poetæ:
Præmiaq; antiqui magna tulere chori.

Sanctaq;

Digitized by Google

Sanctaq; maieſtas, & erat venerabile nomen
Vatibus, & larga ſæpe dabantur opes.

Nam vt hic ante *in 7. conſider.* ſcriptum eſt. Charus fuit Scipioni Africano Ennius. Charus Archas merito atque Lucullus. Cherilum Poetam quamuis ignobilē in delitiis habuit Alexander. Virgilium fouit Auguſtus, cuius verſiculos cum in Theatro Pop. Rom. audiſſet, ſurrexit vniuerſus, præſentem ſpectātemque Virgilium, tanquam Auguſtum veneratus eſt. Horatium Mecœnas adamauit. Tibullum Meſſalla dilexit. Papinium Domitianus aureo Palladio coronauit. Auſoniū Gratianus conſulatu decorauit. Neque ſolum viuentes Poetæ, qui honorificentius vates dici exiſtimantur, ſed etiam defuncti venerabiles extiterunt. Siquidem Alexander Magnus, cum inter ſpolia Darii Perſarum Regis ſcriniolum cepiſſet, auro gemmiſque, ac margaritis precioſum, in eo libros Homericos repoſuit, vt precioſiſſimum humani ingenii opus opere ditiſſimo ſeruaretur. Idem Homerum adeò diligebat, vt eius Iliada, quod diuinū poema edidicerat, quod viaticum rei militaris appellabat, noctu ſub puluino, vna cum pugione ſubiiceret, & ita cum Homero Poetarum Principe vigilabat, cum Homero dormiebat. Idem Pindari inter Lyricos Poetas præſtantiſſimi, familiæ ac penatibus parci iuſſit, cum Thebas euerteret. Alter vero Alexander, qui Romano præfuit Imperio, Virgilium adeò admirabatur, vt eum Platonem Poetarum vocaret, eiuſque imaginem in Lario conſecraret. Quinetiam Ælius Verus Romanus Imperator Martialem Epigrammaticum Poetam, ſuum Virgilium nuncupabat. Quod & de Fauſto apud nos factum eſt, qui Poeta Regius, ſæpeque regineus dictus eſt temporibus Caroli VIII. Ludouici XI. & Franciſci I. hodie moderantis Francorum Regnum, & ab eis optime ſtipendiatus ſemper extitit.

Huc adde, quod etiam Dii amatores, vltoreſque extiterunt Poetarum; ſiquidem Apollinis oraculum, vt inquit Euſebius Pamphilus, Euripidem laudibus in cœlum tulit, & Archiam tanquam ſceleſtum, ac profanum iuſſit exire de templo, quod Archilochum Poetam interfeciſſet. Sophoclem quoq; tragici coturni Principem Liber pater tanquam delitias ſuas ſepeliri iuſſit.

Præterea Poetæ quadam ſuaui loquentia adeò ſunt dulces, vt non legantur modò, ſed etiam ediſcantur: quorum autoritas tanta eſt, vt illorum dicta pro certiſſimis teſtimoniis habeantur. Nam & Plato, & Ariſtoteles Principes Philoſophorum, Homeri, aliorum que Poetarum carminibus ſuas ſententias, & ſua dicta ſæpe corroborant.

Quin etiam Iuriſconſulti illi ſanctiſſimi *in libris ff.* frequenter allegant Poeticos verſus: maxime *in leg. 1. §. ſed an.* vbi ter fit mentio de verſibus Homeri. *ff. de contrahen. emp. & ven. & in §. item precium. cum §. ſeq. Inſt. eod. titu. & in l. ant facta. §. ſi. ff. de pœnis.* vbi Homerus pręcipuus Poetarum dicitur, *& in l. non facile. §. affin. ibi; viri ſoror. ff. de gradibus.* & de Virgilio fit mentio *in l. in tantum. in fin. ibi; teſtis in ea re eſt Virgil. ff. de rerum diuiſi.* Verum etiam *in leg. quæ extrinſecus. in princip. ff. de ver. oblig.* apponuntur hæc verba Virgilii: *Arma virumq; cano* & in pleriſque aliis locis citant teſtimonia Poetarum.

In decretis quoque Virgilii carmina afferuntur, vt *in c. nunquam. de conſ. diſt. 5* & ibi; *in c. legimus.* Horatius allegatur. item Lucanus. *in c. nec mirum. §. magi 21. q. 6.*

Et Apoſtolus Paulus vas electionis, Tuba Euangelii, & ſanctarum ſcripturarum armarium Poetas ſtudioſe legiſſe videtur. Qui (vt habetur *in ſua Epiſtola ad Titum*) illum verſiculum Parmenidis Poetæ recitat: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, & ventres pigri. Et apud Athenienſes in Areopago, hoc eſt, Martis curia diſputans illud Arati Poetæ inducit: in quo viuimus, mouemur, & ſumus, habetur *Act. 17.* Pręterea ſcribitur *Exodi 3. & 11.* & recitatur *in c. legimus. 37. diſtin.* Dominus præcepit Iſraelitis, vt Ægyptios argento ſpoliarent, Tropologice intelligens, vt argētum, id eſt, eloquentiam apud Poetas inuentam colligerent, poſſiderent, in vſumque ſalutiferæ eruditionis applicarent, vt dicit text. *in d. c. legimus.*

Dauid quoque ille Pſalmographus Pſalterium numeris Poeticis concinnauit. Quod (vt inquit Hiero.) in morem Horatii, & Pindari, nunc iambo currit, nunc alcaico perſonat, nunc ſapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur.

Denique Eſaiæ, & Iob, & Salomonis luculenta volumina hexametris verſibus (vt Ioſephus & Origenes ſcribunt) apud Hebræos compoſita decurrunt. Quinetiam, vt Caſſiodorus atteſtatur, recitatus *in d.c. legimus.* Omnis poetica elocutio à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium, adeo muſica, venuſtas, lepoſq; Poeticus exiſtimatus eſt omni eſſe ſuauitate refertiſſimus, adeò Carmina moduliq; numeroſi placuerunt, vt Deos exiſtimarent eſſe placabiliores, ſi eos verſibus adorent, & carminibus precarentur. Vnde ab Horatio dicitur:

> *Carmine Dii ſuperi placantur, carmine manes.*

Et non minus vere, quã fœcundè ait Lucr.

> *Caſſiope requies hominum, Diuumq; voluptas.*

Igitur ſanctum ac venerabile nomen Poetarum, qui Principibus chari ſunt, qui fouentur à bonis, quorum carmina ediſcuntur à literatis. Quorum verſus terſiſſimi aures Deorum mulcent, eoſque exorabiles mortalibus faciunt. Qui quibuſdam figmentis adumbrati multa ſaluberrima præcipiunt, adhortãtur: ſententias à penetralibus Philoſophiæ deprõptas ſub velamento quodã interſerunt, mentes noſtras optimis conſiliis frequẽter inſtruunt, & vt teſtis eſt Manilius:

> *Omne genus rerum docti cecinere Poetæ.*

Item linguam ornant, facundiam augent, & ſupellectilem verborum faciunt copioſiſſimam.

Denique ſolis pene Poetis datum eſt, vt ad laudandum & vituperandum pariter ſint accommodati: & quemadmodum immortali laude donantur illi, quos verſibus extollunt, amant; ita indelebili illi notantur infamia, quos maledicis carminibus inſectantur. Merito nos admonet Socrates Platonicus, vt diligenter caueamus, ne Poeticum hominem quempiam nobis infenſum habeamus. Et Principes, quos verſibus ornant, Diui ſeu immortales efficiuntur, quod Horatius ſic exprimit:

> *Dignum laude virum Muſa vetat mori.*
> *Cœlo Muſa beat.*

Hæc Beroald. *vbi ſupra*, vbi etiam excuſat Poetas, qui ludicra atque amatoria carmina cantare, & depromere videntur.

Budæus vero *in ſuis annotat. in l.1. ff. de contrahen emp.* plura de laude Poetices explanat. Etiam F. Patritius *in li.2. de inſtit. Reipub tit.6.* ait, quod Poetæ in ciuitatibus tenendi ſunt, & honore ac laude decorandi, qui commendatiſſimi omnibus eſſe debent. Cum propter eorum raritatem: (nihil enim rarius in omni hominũ æuo optimo Poeta inueniri poteſt) tum propter ingenii magnitudinem, diuinique naturam, vt ſupra dictum eſt. Igitur (vt poſt plura omiſſa perſuadet ibi Patritius) Poetæ ab optima ciuitate recipiendi & alendi ſunt, cum vtiles admodum eſſe cernantur. Quid enim Grammatice ſine Poetarum pertractatione eruditionis haberet? Verborum elegantia, linguæ proprietas, ſuaues tranſlationes, verborum ſententiarumque licentia, quę orationes, quaſi ſtellis quibuſdam ornãt, nonne à ſolis Poetis inuenta, & ſuis locis collocata ac diſtincta ſunt? Qui vero ſcripſerint in poeſi tam Græci, quã Latini, vide per Textorem *in ſua offi ina in titu. de Poetis, Græcis & Latinis.* vbi fere infinitos connumerat. Sed inter Græcos excellentior eſt Homerus, & inter Latinos Virgilius, pro quo tex. *in §. ſed ius, in fi. de iure nat. gen. & ciui. in Inſt.* & Beroal. *de re ruſtica,* hoc eſt, *in oratione habita in enarratione Georgici carminis.* Et de laude vniuſcuiuſque ſatis ſuccincte ibi deſcribit ipſe Textor.

Sed de Poetarũ Comicorum Latinorum gradu, & ordine dignitatis autore Aul. Gellio *noctium Atticarum lib.15.c.24.* Sedigitus in li. quem ſcripſit de pueris, & quem præſtare ex omnibus cæteris patet, ac deinceps quo quęque in loco, & honore ponat his verſibus ſuis demonſtrat:

> *Multos incertos certare hanc rem vidimus,*

Palmam

Digitized by Google

Palmam Poeta comico cui deferant.
Eum (iudice me) errorem diſſoluam tibi,
Vt contra ſi quis ſentiat, nihil ſentiat.
Cæcilio palmam ſtatuo de comico,
Plantus ſecundus facile exuperat cæteros.
Dein Næuius qui feruet, precio in tertio eſt.
Si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Poſt inſequi Lacinium, facio Attilium.
In ſexto conſequitur hos Terentius.
Turpilius ſeptimum, Trabea octauũ obtinet.
Nono loco eſſe facile facio Lucium.
Addo decimum antiquitatis cauſa Ennium.

QVadrageſimaſexta conſideratio; Hiſtorici etiam in ciuitatibus recipiendi, & inter alios literatos laudandi ſunt. Quoniam (inquit Beroaldus *in Oratione per eum habita in enarratione Titi Liuii* cuius verba tráſportare curaui.) Cum omnium diſciplinatũ cognitio vtilis atq; iucunda mortalibus ſit: Hiſtoriæ cognitionem, medius fidius vtiliſſimã iucundiſſimamque eſſe cenſeo; ex quo cum multum omnibus ſcriptorib. debeamus, qui non ſibi, ſed etiam poſteris vixiſſe creduntur, plurimum profecto hiſtoricis debere nos nõ poſſumus inficiari, quorum labore ac induſtria effectum eſt, vt omnium ætatum, omnium gentium, omnium populorum res geſtæ, omnia præclara facinora ſcirẽtur à nobis, intelligerentur, & cognoſcerentur: vt cuncta illuſtriſſimorum virorum dicta factave memoratu digna contueri, ediſcere, & recordari liceret; qua quidem re nihil pulchrius, nihil iucundius, nihil magnificentius, excogitari poſſe contenderim.

Etenim (vt à Cicerone ſcriptum eſt) nihil earum rerum ſcire, quæ antequam naſceris factæ ſint, hoc eſt, ſemper eſſe puerum. Cognoſcere vero res geſtas, antiquitatum exẽplorumq; memorabilium habere notitiam, vtile, decorum, laudabileque, ac prope diuinum eſt.

Senibus ideo maior autoritas & fides eſt, quoniam ob longam ætatẽ plurimas res noſſe, ac vidiſſe creduntur, & in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. *Iob.* 12. Ad hoc Iuuenibus cognitio hiſtoriarum valet, vt etiam anteactis ſeculis vixiſſe videatur, & illi profecto adoleſcentes, qui hiſtorias habeant ad manum, & exempla illuſtrium virorum in promptu, tanto ſenibus ſunt anteponendi, quanto plura negotia complectitur hiſtoria multarum ætatum, quam faciat hominis vita longiſſima.

Accedat, quod qui bonus orator eſſe affectat, inprimis abundare debet exemplorum copia, & legiſſe atque noſſe quam plurima. Nam cum hiſtoria teſtis ſit temporum, lux, & Euangelium veritatis, magiſtra vitæ, nuncia antiquitatis, nihil ambigitur, quin Orator optimus eſſe non poſſit, niſi fuerit vetuſtatis exemplorumque cognitione inſtructiſſimus; niſi hiſtorias perinde ac vngues ſuos habuerit exploratiſſimas: quoniam, vt inquit Quintilianus, hiſtorias alere orationem molli quodam ac iucundo ſucco.

Præterea operæ pretium eſt, teſte Liuio *li.* 1. in voluminibus hiſtoricorum cuiuſque exempli documento, velut in monumento inſigni poſita contemplari, intueri. Vnde quæ ſectanda ſint depromere, ac nobis proponere ad imitandum, quæ fugienda cauere poſſimus: quia (vt vere inquit Diodorus) pulchrũ eſt aliorum erroribus vitam noſtram in melius inſtituere, & quid appetendum, fugiendũve ſit, ex aliorum exemplis poſſe cognoſcere, vnde merito Demetrius Phalereus Ptolemęum Regem ſubinde admonebat, vt libros de Imperio Regnoque compoſitos legeret ſæpiſſime. Quoniam, quæ amici timent Principibus dicere aut demonſtrare, ea in libris ſcripta reperiantur: hoc eſt, in cognitione rerũ, ſalubre atque frugiferum ſcire, quibus artib. qua diſciplina, quibus moribus maxima Imperia orta ſint, maximi Imperatores nomen ſibi immortale comparauerint. Et è diuerſo, quam vitiorum ſentina infecta ampliſſima regna collapſa ſint.

In ſumma. Hiſtoria ad id, q; honeſtum & vtile eſt, capeſſendum inflammat, incitat, deteſtatur vitia, probos extollens, improbos deprimens, prout de legibus dicitur *in l.* 1. *circa pr. ff. de iuſt. & iur.* Hiſtoriæque (vt ait Vitruuius) per ſe tenent lectores, cum habeant nouarum rerum varias expectationes.

Cæterum, cum omnes Hiſtorici ſint legẽdi, ediſcendi, ſcriptores potiſſimum Latini, rerumque noſtratium enarratores ſunt colẽdi, & legendi, quod Hiſtorici Latini ſanctiores, variique Græcis ſcriptoribus fuiſſe exiſtimantur, teſte Satyrico, qui ait: quicquid Grecia mendax audet in hiſtoria. Annales ideo illorum legamus, qui monumenta rerum geſtarum recta, incorrupta, integra atque fideliter conſcripta reliquerunt, primam illam inprimis obſeruantes legẽ hiſtoriæ, quæ præcipit, ne quid falſi dicatur. Etenim dempta ex hiſtoria veritate, ita narratio omnis inutilis, ac penitus manca efficitur, ſicut corpus animantis inutile fit oculis effoſſis: vt ſcribit Polyb. hactenus Beroald.

Ex quibus ſatis clare concludendum eſt, Hiſtoricos eſſe laudandos & honorandos, atque Latinos Græcis anteponendos. Et ibi Beroaldus inter cæteros multum laudat Titum Liuiũ. Sed in Epiſtola per eum habita in declaratione Saluſtii ait, quod Saluſtius ob elegantiam inimitabilemque in ſcribendo breuitatem, aſſequutus eſt primas inter hiſtoricos partes: teſtę epigrammatico Poeta, qui ſic inquit:

Hic erit, vt perhibent, doctorũ corda virorũ,
Criſpus Romana primus in hiſtoria.

Ex cuius oratione nil demi ſine detrimento ſententię poteſt. Vnde non immerito dicit Macrobius, Saluſtium in genere dicendi breuiſſimo dominari.

Sed attende, dicit inſuper Auguſt. *lib.* 1. *ſuarum orationum in oratione de laudibus hiſtoricorum, & oratorum*, quod magna ſemper apud præclaros Principes ac populos non modo Græciæ ac Latii, ſed etiam cæterarum totius orbis Nationum atque gentium laude & gloria digni habiti ſunt geſtarum rerum ſcriptores, qui vel Hiſtorias, vel Annales literis commendauerunt, quod plurimum, tum ad antiquitatis memoriam, tum etiam ad ſuuandam rerum publicarum adminiſtrationem ſcriptorum monumenta prodeſſe videantur.

Intantum etiam ſunt vtilitatis Chronicæ, quod probant in cauſis decidendis, ſecũdum Bart. *in l.* 1. *ff. ſi cer. pet.* Bald. Anton. & alii *in ca. inter dilectos. extra de fide inſt.* poſt gloſſ. *ibi in verb. magis.* & etiam glo *in verb. tranſtulit in c. per venerabilem. extra de elect.* & glo. 1. *circa prin c. cum ex literis extra de reſtit. in integ.* glo. & Doct. *in c. placuit.* 16. *diſt.* & gl. 2. *in c. in nomine domini. poſito in ſupraſcriptione ca. abſit.* vbique Domin. notat 50. *diſt.* & gl. *in verb. regiis virib. in proœm. ff. or. in* §. *hac autem tria.* vt refert Fel. *in d. c. inter dilectos. col* 7. vbi etiam dicit idem eſſe in libris hiſtoriarũ quo ad facta antiqua, ſecundum Dominicum *in c. quamuis. ante finem.* 21. *diſt.* Et vide etiam de materia domin. meum Iaſ. *in d. l.* 1. *ff. ſi cer. pet.* Si vis videre nomina multorum ſcriptorum in hiſtoria, recurre ad Textor. *in ſua officina in c. hiſtoriographi plerique Gracie & Latii.*

QVadrageſima ſeptima conſideratio; Ars Grammatica, etiam laudanda eſt, quę in Republica eſt multum neceſſaria, cũ ſit fundamentum omnium liberalium artium, vt dicit Iſidorus *lib.* 1. *Etymol. c.* 4. Ideo Grammatici ponuntur, & deſcribũtur ante Oratores, vt habetur *in l. Grammaticos,* 1. *&* 2. *C. de profeſſ. & medi. li.* 10. Nam Orator ſine Grammatica eſſe non poteſt; & tamen Grammaticus eſſe poteſt ſine oratoria.

Et vt dicit F. Patritius *lib.* 2. *de inſtitut. Reipublica tit.* 1 *in fin.* quod fundamentum omnium diſciplinarum eſt Grammatica; proinde (vt inquit) videndum eſt, vt ſolida ſit: ſi alias res ediſcere volueris; quandoquidem inconcinnæ, & rudes admodum reliquæ doctrinæ videntur, quæ infantes ſunt, & barbaro eloquio hærentes. Grammaticen Romani tanti fecerunt, vt in triuiis eam ex ſenatuſcõſulto publica mercede doceri edixerint: quocirca triuialis ſcientia diutius nuncupata eſt. Hortaturque ibi Patritius Reipublicæ præſides, vt curent, & publica quidem mercede, vt ſingulæ quæque doctrinæ præceptores habeant, & de ipſis mercedibus, vt conſtituantur & ſoluantur. De prædictis etiam aliorum ſtudiorum liberalium præceptoribus cognoſcit præſes prouinciæ. text. *in l.* 1. *& ibi gloſſ.* 1. *fin. de variis & extraordin. cognit.* optimus text. *in l. medicos, in fin. Cod. de profeſſ. & medicis. lib.* 10.

Et inter.

Digitized by Google

Et inter alios ſint egregii profeſſores Grammaticæ: & non tantum literis, ſed etiam moribus probatiſſimi. Cum etiam tales excellere alios oporteat moribus primum, deinde facundia, vt dicit text. *in l. Magiſtros ſtudiorum. Cod. eod. titul. l. vnica. Cod. de ſtudiis liberal. Vrb. Romæ. §. oratores. libr.* 11. Et ſunt immunes ab omnibus muneribus publicis, & ciuilibus, & perſonalibus ciuitatis, vt dicit text. *in l. medicos.* & maxime archiatros, vel ex archiatris Grammaticos, & profeſſores alios literarum & Doctores. *Cod. eod. tit. de proſeſſ.* vbi patet, quod Grammatici ponuntur in ordine literæ ante Legiſtas. Etiam ſunt immunes à tutela & cura. *l. ſi duas. §. Grammatici. & ibi gloſſ. ff. de excuſ. tut.* concordat text. *in §. item Romæ. Inſtit. eod. tit.*

Huc adde etiam: quoniam, vt dicit text. *in cap. ſi quis artem Grammaticam, 38. diſtinct.* Grammaticorum doctrina etiam poteſt proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta. Et in his artibus triuialibus glorioſa adoleſcentia edocenda & inſtruenda eſt, vt ad profundiores & meliores ſcientias & doctrinas aſcendere valeant. facit text. *in §. oratores. ſupra alleg.* Et non ſunt ferendi (teſte Quintiliano *in libr. de arte oratoria.*) qui artem Grammaticã, vt tenuem ac ieiunam cauillantur: quæ niſi fundamenta fideliter iecerit, quicquid ſuperſtruxerit, finaliter corruet, neceſſaria pueris, iucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes. Et Auguſt. vere ait, quod Grammatica eſt ſcientia, qua aperta cæteræ aperiuntur, & qua clauſa cæteræ clauduntur. Ex quibus & multis aliis eam plurimum extollit Ioann. Ludouicus Viualdus de monte Regali *in ſuo opere Regali de perſecutionibus Eccleſiæ, in perſecutione* 10. & vt dicit, eſt prima; non tamen ordine dignitatis, ſed neceſſitatis.

Qui autem fuerint Grammatici, & qui in Grammatica ſcripſerint, vide per Textorem *in ſua offi ina in c. Grammatici.*

QVadrageſimaoctaua conſideratio; Dialectica etiam eſt laudanda & commendanda. Cum nonnulli philoſophorum eam eloquentiæ comitem dicant. Ariſtoteles vero æquilancem. Hinc opinatur F. Patritius *lib. 2. in lib. de inſtitut. Reipublicæ*, eam ciuili viro nõ negligendam; tum, quod iter ad alias quaſcunque diſciplinas adoleſcentibus aperire videtur; tum, quod ingenium acuit, & ad veritatem cernendam maximas vires habere cernitur.

Nam, cum duo ſint orationis genera; alterum perpetuum, cui oratoria præeſt; alterum conciſum, cui dialectice, vtrumque neceſſarium eſt, vnum probare, alterum perſuadere volenti. Licet primum illud magis ciuile eſſe videatur, quando ſuadendo aut diſſuadẽdo, molliori quadam via animos in voluntatem ſuam alliciat; hoc vero ſecundum magis extorquere videtur, quod probare nititur: & quibuſdam conciſis ſeu truncatis orationib. nos in ſententiam ſuam rapit, cogitque ea fateri verbis quæ nonnunquam animo nullo modo aſſentiri volumus: has tamen diſciplinas Zeno adeò coniunxit, vt hanc compreſſæ in pugnum manus, illam vero explicitæ, ac planæ ſimilem eſſe diceret: vtcunque tamen ſit, Rhetoricam ſine Dialectica imbellẽ; Dialecticam vero ſine Rhetorica rudem omnino, & quaſi elinguem eſſe arbitratur. Ex quo iuuenes adhortantur, vt illi indulgeant, quo melius diffinire ac diuidere valeant, & ſua acrius probare, aliena vero fortius infringere poſſint: vtique ad alias diſciplinas parati magis accedant.

Et licet quodammodo, vt ait Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titium recitatus *in cap. ſi quis artem. 37. diſtinct.* Si recte loquendi rationem habeat, & inter vera & falſa diiudicet, non improbetur ab Eccleſia: tamen; quia non multum placuit Deo patri, filio, & Spiritui ſancto, vt *in ca. omnem. ead. diſtinct.* & Dialecticorum ſophiſmata ſint tendicula, & phantaſmata, & vmbræ quædam & imagines, quæ cito pereunt, & reſoluuntur, vt *in c. vnico. ead. diſt.* Ideo aliter circa laudem illius non inſiſto.

Probat tamen certis rationibus Io. Ludo. Viualdus *in ſuo opere Regali, in tracta. de perſecutionib. Eccleſiæ Dei in decima perſecutione*, q Theologus tenetur ſcire Dialecticam, quam

ibi probat eſſe neceſſariam Theologo,& eam laudat, vt videre poteris.

Sophiſtæ etiam,ſeu Dialectici, in ciuitatibus habendi & admittendi ſunt,pro quo tex. *in l.vnic. Cod. de ſtudiis liberalib. vrbis Romæ.§. Oratores.lib.*10. Et ſunt immunes, vt Grammatici & alii Profeſſores,de quibus in præcedenti conſideratione.per *l.medicos. C. de profeſſ. & medi.lib.*10. Eos tamen excellere oportet moribus,& facundia.*l.magiſtros. C.eod.ti.* facit tex.*in l.vnica.C.de profeſſ.qui in vrbe Conſtantinop.docent lib.*12.

QVadrageſimanona conſideratio; De ſcientiis mathematicis,præcipue de Arithmetica tractat Cælius *lib.ſuarum antiquarum lectionum.*4.c.30. ad rem ſic ait Pythagoras Italicæ Philoſophiæ Princeps, & cum eo multi; ac eo duce ampliſſime aſtrinxerunt, abſque Mathematico quadriuio, non facile philoſophiæ apicem contingi, nec verũ poſſe percipi: propterea, qui illud neglexerit, philoſophari recte nõ poterit: quoniam mathematicæ diſciplinæ, vt ibi ait. *& li.9.cap.4.in fi.* ſubſellia quædam ſint, ac elementa vel gradus,quibus conſcendatur ad altiora.

Eas vero ſic nuncupatas exiſtimat Anatolius, quod cum cæteræ diſciplinæ deprehendi, vel non docente aliquo poſſint omnes: Mathematica ſub nullius cognitionem veniant niſi præeunte aliquo, cuius ſolertia & induſtria ſuccidantur vepreta,vel exurantur,& ſuperciliosa complanentur.Vnde & Mathematicum in anima, ſicut theoreticum, hoc eſt ſpeculatiuum in moralibus vocat Plutarchus. Equidem & M. Tullius Mathematicos in magna rerum obſcuritate, recondita arte multiplicique ac ſubtili verſari ſcribit. Sunt, qui ex demonſtrationum formitate diciMathematicos opinentur.

Cæterum; Initio Geometria præcipue, vt ibi ait Cælius, & Arithmetica in Mathematicatũ album à Pythagora ſunt aduocatę,quod ad omnem ſcientiam, omnemque diſciplinã capeſſendam, has inprimis commodas perſpexiſſet. Hinc & illa iucunda vox Ariſtippi Socratici profluxiſſe opinatur Cælius: qui ex naufragio in Rhodiorum littus maris impetu,& ventis aſſilientibus,cum foret excuſſus, ac inibi mathematicas formulas conſpexiſſet,gaudio geſtiens proſiluit, & bene ſperare comites iuſſit; quoniam veſtigia hominum noſceret. Sed enim mathematica ſpeculatio ad cogitationis acumẽ à Platone ſuſcepta eſt; quia eleuat animum,& ad rerum diuinarum notionem aciem mentis exacuat. Quamobrem, inquit Alcinous, niſi finis iſtius gratia matheſin expetere perrexerimus, omnis noſtra indagatio recaſura in nihilum, eſt nudior Leberide,ac Cinclo pauperior.

Hinc F.Patritius *lib.2.de inſtitutione Reipublica.ti.2.* quadripartitam mathematices ſcientiam ciuili viro neceſſariam eſſe autumat: quia,vt prædixi, Pythagoras opinatur fruſtra quenquam philoſophari, qui eam nõ modo primoribus labris(vt dicitur)attigerit; verum omnino exhauſerit. Cenſet etenim,ſapientiã earum rerum eſſe,quæ ſunt,quæque ſubſtantiam immutabilem habent veram,ratamque cognitionem. Eſſe autem ea ſolum putat,quę cum immutabilis ſubſtantiæ eſſent, neq; intentione creſcerent, neque detractione minuerentur, neque accidentibus vllis variarẽtur,ſed propria vi, propriaque natura ſemper niterentur:veluti ſunt qualitates,formæ,magnitudines,paruitates,æqualitates,habitudines, actus, diſpoſitiones, cæteraq; eiuſmodi, quæ corpori coagmentantur. Intelligibilia namque omnia eſſe dicimus. Videri autem corporea talia per ſeſe ſpectacula,ſemper eodem modo inueniuntur: iuncta vero corpori variantur; quippe, quæ omnia ſuapte natura incorporea ſunt,vigentque immutabilis ſubſtantiæ ratione,ſed corporis contagione mutantur.Subſequenter duas eſſe ſubſtantias aſſerit:vnam continuam,alteram diſcretã:quarum declarationes ibi vide. Et tandem concludit neceſſariam eſſe ciuili viro(quem ſapientem eſſe volumus) huius quadripartitæ ſcientiæ cognitionem.

Et,licet Cælius *in loco iam citato* inferre videatur primam & præcipuam eſſe Geometriam: attamen Iudocus Clictouæus *in ſua epiſt.ad introductionem Arithmet. Iacob: Fabri,* præponit Arithmeticam,vbi ſic ait: inter eas diſci-

Google

diſciplinas (quæ mathemata Græci vocant) duæ, Arithmetica & Geometria, præcipuum ſibi vendicant locum, quod ad cæteras aſſequendas viam ſternant. Ipſiſque ignoratis, nequicquam reliquis ediſcendis præſtetur opera. Quis enim Arithmeticam non edoctus Muſicen ſane intellexerit? Quis item Geometriæ inexpertus, Inſpecticam aut Aſtronomiam prope calluerit? Quandoquidem hiſce duabus cæteræ Matheſeos partes ſubiiciantur, ex ipſiſque pendeant. Quarum prior Arithmeticæ numeros abſolutos, eorumque affectiones determinat ad diuinorũ cõtemplationem priſcorum iudicio accommodatiſſima. Et grauiſſima Pythagoræ authoritate mirum in modum illuſtrata, qui primus quidem numerorũ perſcrutator habitus eſt, eorumque indagatricem Arithmeticam poſteris reliquit commendatiſſimam. Is enim ad cœleſtia diſpiciẽda illorum præſidio vſque adeo euectus fuiſſe creditur, vt de eo non abſurde ceciniſſe videatur Ouid.

Iſq; licet cœli regione remotus,
Mente Deos adiit, & quæ natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

His etiam aſtipulatur Plato, ſcribens *in Epimenide*: Inter omnes liberales artes & ſcientias contemplatrices, præcipuam, maximeque diuinam eſſe ſcientiam numerandi. Interrogatus item, cur homo animal eſſet ſapientiſſimum; reſpondiſſe fertur; quia numerare nouerit. Cuius qnidem ſententiæ & Ariſtoteles meminit in problematis. Et ſane non abs re, nempe in numero, inquam, rerum diſcernicula diſcretioneſque dignoſcere; inter animalia duntaxat homini (vt qui ſolus omnium rationis ſit particeps) conceſſum eſſe perquam exploratum. Hæc ille. Et, vt repetam à loco F. Patritii præallegato; Numerorum quidem cognitio ſingulis pene artibus neceſſaria eſt. Aut enim numerandũ eſt digitis, aut ſcribendi numeri ſunt; ſupputandæque rationes ad vſum ratiocinandi; qui quotidie pene ſingulis vſu venit, ſine qua rudes omnino homines eſſe videntur & inciuiles.

Ex quibus etiam concludo: Magiſtros, & in tali ſcientia expertos, eſſe in ciuitatibus admittendos & honorandos. Cum huiuſmodi ſcientia non ſolum vtilis, ſed etiam neceſſaria eſſe credatur.

QVinquageſima conſideratio; Geometria iiſdem fere laudibus & præconiis (quibus laudata extitit Arithmetica) laudanda eſt: quoniam etiam, vt ait F. Patritius *in lib. 2. de inſtit. reip. tit. 2.* Dimenſionis diſciplina artes ſingulas adiuuat: vix enim quippiam agere poſſumus ſine menſura; & turpe admodum videbitur, in ſingulis quibuſque dimenſionibus, ancipitem fieri virum, qui in cœtu hominum negotiationibuſq; verſatur. Hebetis namq; & obtuſi ingenii eſt, vel manifeſtæ omnino negligentiæ, ea ignorare, quæ ſingulis quibuſq; horis neceſſaria ſunt. Et, vt inquit Iudocus Clictouæus *in epiſtola praeced. conſid. alleg.* Ipſa Geometria circa magnitudines, earumque proprietates verſatur, quæ à plurimis, maxime Archimede Syracuſano ſuo ingenio celebratiſſima effecta eſt. Is enim, teſte Plutarcho, machinamentis geometrica ratione excogitatis, Marcelli Romanorum Ducis (cum Syracuſas obſidione premeret) victoria multos dies remoratus eſt. Et hanc quoque diſciplinam ad diuinam anagogem ſeu intelligentiam quamplurimũ conducere putauit antiquitas: quæ per circulos, ſphæras, triquetra, pyramideſque & cætera id genus: inprimis ardua cognituq; digniſſima, peruestigari poſſe contendit.

Cæterum; Geometria, (teſte Cælio *lib. antiq. lect.* 4. c. 30.) initium eſt ac metropolis cæterarum ſcientiarum mathematicarum. Hæc enim ſenſibilibus inhærentes agglutinatoſq; auellit aſſidue, ſeducitque ad intelligibilem, æternamque naturam, cuius contemplatio ſit Philoſophiæ finis.

Nam etiam Deus ſatis approbat hanc ſententiam; cum ipſe ſolus menſus eſt pugillo aquas, & cibos patina ponderauit, qui appendit tribus digitis molem terræ; & liberauit pondere montes & colles in ſtatera, vt habetur *Eſaia* 4. *c.* & iterum 48. *c.* ait: Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea menſa eſt cœlos. Ita ait Ioan. L. Viualdus *in*

 ſuo o-

bando, vt *in l aut facta*.§.*qualitate ff. de pœnis*. vbi allegatur & dicitur Demoſthenes apud Græcos maximus orator. Et de Cicerone flore & tuba Romani eloquii fit mentio *in l. Cicero. ff. de pœnis. & in l. Fulcinius*. §. *quid ſit autem. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur. & in l in queſt ff. ad leg. Iul. mateſt*. Et, vt ſemel finiam, concludit Beroald. *in ſua declamatione*, quod Orator Philoſopho & Medico eſt anteponendus. Sic, quod credibile eſt, vt ait, poſt peroratam cauſam à tribus fratribus coram ipſis, iudices concordi conſenſu omnib. ſententiis ſimul pronunciaſſe pro oratore; illiq; adiudicaſſe paternam hæreditatem. Et hanc partem fouet ipſe Beroald. cum eſſet orator exactiſſimus, & tota dignitas dicendi fuiſſe exiſtimatur, præcipue in cathedra.

Textor *in ſua officina ſub tit. oratorum quorundam nomina*, ſcribit plures oratores fuiſſe: ſed fere omnes per eum nominati erant pagani & infideles. Et cum nullos Chriſtianos adnumeret, licet reperiantur plures, etiam ita excellentes, vt Pagani: ideo illos oratores Chriſtianos hic deſcribere volui. Et ſunt ſequentes.

Dionyſius Areopagita Pariſiorum Epiſcop.
Dionyſius Epiſcopus Corinthi.
Quadratus Apoſtolorum diſcipulus & Athenarum Epiſcopus.
Ariſtides Philoſophus.
Philocrates Epheſiorum Epiſcopus.
Ignatius Epiſcopus Antiochenſis poſt beatum Petrum.
Polycarpus Io. Apoſtoli diſcipulus, Smyrneæ ciuitatis Epiſcopus.
Egeſippus Hiſtoricus & Martyr.
Philippus Epiſcopus Cretenſis.
Baſilius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ.
Panthæus Philoſophus.
Gregorius Nazianzenus.
Athanaſius.
Pamphilus Martyr.
Ioannes Chryſoſtomus, id eſt, os aureum.
Ioannes Damaſcenus. Ioannes Caſſianus.
Damaſus Romanus Pontifex.
Hilarius Pictauienſ. Epiſcopus.
Iuſtinus Rhetor & Martyr.
Apollonius Rhetor Romanus.
Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis.
Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis.
Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis.
Ambroſius Mediolani Præſul.
Hieronymus Cardinalis.
Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus.
Gregorius ſummus Pontifex.
Fortunatus. Leo Papa.
Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis.
Hilarius Arelatenſis Epiſcopus.
Sidonius Auernorum Epiſcopus.
Boetius.
Bernardus natione Burgundus.
Anſelmus.
Petrus Damianus.
Petrus Comeſtor.
Petrus Alphonſus.
Franciſcus Petrarcha. Bocatius.
Pius Pontifex II.
Beſſarion Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, & Conſtantinopolitanæ Patriarcha.
Paulus gentium Apoſtolus.
Dauid Regius Propheta.
Salomon ſapientiſſimus Rex.
Ieremias Propheta ſanctus ab vtero.
Iob in aduerſis patientiſſimus.
Prudentius hymnorum ſcriptor.

Hi etenim fuerunt oratores maximi, & Chriſtiani, quos nominat & refert Reuerendus quondam pater dominus Petrus Rolin Canonicus & Archidiaconus Heduenſis ſacræ ſedis Apoſtolicæ protonotarius, & ciuis noſter Heduenſis *in ſuo excellentiſſimo libro, quem compoſuit in defenſionem artis oratoriæ. in 1. part.*

Nam etiam (vt ait Caſſiod. *in expoſitione Pſalterii*) omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus Poeticæ elocutionis, quælibet varietas decoræ pronuntiationis à diuinis Scripturis ſumpſit exordium. Recitatur *in cap. legimus. ver. in Leuitico. ibi: denique in expoſitione 37. diſtinct.* Ipſa quoque rhetorica pars eſt ciuilis ſcientiæ, ait Cicero 1. *Rhetoricorum*. Inde Aduocati dicuntur negotia perorare, hoc eſt, poſtulando ornatius loqui. tex. eſt *in l. nemini. in fi. C. de aduoc. diuerſ. iud.*

In his

In his enim non requiritur mobilitas linguæ, non celeritas verborum, non deniq; ea, quæ nobis nõ poſſumus fingere, facies, vultus, ſonus. In oratore autem acumen Dialecticorũ, ſententia Philoſophorum, verba prudentiũ Poetarum, memoria Iuriſconſultorum, vox Tragœdorum, geſtum pene ſummo citatiorẽ non ſane diſplicet adhibere. Educenda deinde dictio eſt ex hac domeſtica exercitatione, & vmbratili, medium in agmen, & in puluerem, in clamorem, in caſtra, atque in aciem forenſem ſubeundus vſus omnium, & periclitandæ vires ingenii. Et illa commentatio incluſa in veritatis lucem proferenda eſt. Legendi etiam Poetæ, cognoſcendæ Hiſtoriæ, omnium bonarum artium Doctores atq; Scriptores legendi, & peruoluendi, & exercitationis cauſa laudandi, & interpretandi, corrigendi, vituperandi, diſputandumq; de omni re in contrarias partes. Et quicquid erit in quaqua re, quod probabile videri poſſit, eligendum atque diſcendum, & perdiſcendum ius ciuile, cognoſcendæ leges, percipienda omnis antiquitas, ſenatoria conſuetudo, diſciplina, Reipublicæ iura, ſociorum fœdera cognoſcenda, eſt libandus ex omni vrbanitatis genere facetiarum quidam lepos, quo tanquam ſale cõſpergatur omnis oratio, vt ait Cicero *lib. 1. de Oratore*. Neque enim ſolum acuenda nobis, neque procludenda lingua eſt, ſed in enarrandum, complendumque pectus maxima rerum ſuauitate, copia, & vbertate, vt idem ibi ait. *in ſecundo*. hæc Luc. de Penna *in rubr. C. de legationibus in pr. lib. 10.* vbi etiam dicit, quod potiſſime legati debent habere virtutem oratoriam, ſeu eloquentiæ, & facũdiæ, & quod ad huiuſmodi legationis officium præcipue Iuriſperiti ſunt aſſumendi, & conſueuerunt aſſumi, qui maxime facundia polleant.

Reperiuntur etiam plures alii Chriſtiani oratores qui non ſunt connumerati à prædicto domino Petro Rolin, vt ſunt Gregorius Turonenſis, Annonius monachus (licet alii Ammonius dicant) Benedictinus, & Gallus, &c. qui elici & extrahi poſſunt ab hiſtoriographis, præcipue à Collectanea de ſcriptoribus Eccleſ. quos hic inſerere potius eſſet faſtidioſum, quam vtile, ideo recurratur ad illam.

Ex quibus cognoſci poteſt, quod ſatis abſurde dicit Antoninus Florentinus omnes artes, & liberales, & mechanicas inuentas fuiſſe ab infidelibus & reprobis hominibus; cum ſi bene conſideretur, omnes ſcientiæ, maxime principales fuerint inuentæ à viris honeſtiſſimis, & à Deo approbatis. Primo, ipſe Deus caput, & autor eſt totius eloquentiæ, ſciẽtiæ & ſapientiæ, vt plene *in d. c. legimus. circa fi. 37. diſt.* Secundo ab Adam omnes ſcientiæ inuentæ & demonſtratæ fuerunt. Nam etiam Ioſephus *in 1. antiq.* tradit liberos Seth, Adę filios, in duab. columnis diſciplinam rerũ cœleſtium à ſe primo inuentam conſcripſiſſe; & ſic conſtat ante diluuium Noe omnino vſum extitiſſe literarum, & ſcientiarum. Poſt vniuerſale diluuium (quo homines perierunt, etiam literarum monumenta deleta fuerunt) Noe literarum artiumque notionem reſtauraſſe, atque Prophetas: vt Abraham, Moyſen, Eſdram ſcribam legiſque Doctorem illuſtraſſe, & introduxiſſe ſemper arbitratus. Et in teſtem pro parte adduco Polydorum *de inuen. rerum, lib. 1. cap. 6.* Et ſic Theologia à Prophetis, ars etiam oratoria à Dauid, Salomone, Ieremia, & pleriſque aliis inuentæ ſunt. Et nullus alius poſt Dauidẽ fuit elegantior eo, quicquid ſentiant Oratores, & Hiſtoriographi. de aliis vero ſuo loco dicemus.

Sciendum eſt etiam, quod intentio Principis eſt, vt Oratores maxime legum, ditiſſimi efficiantur, tex. *in proœm. ff. orum. §. nos vero. ibi; ditiſſimi legum oratores efficiantur. iam ſupra allegat.* Ad quod etiam facit *l. per hanc. §. ſexcẽtis. C. de aduoc. diuerſor. iud.* & leges neque in paupertate viuere, neque mori in anxietate permittunt. text. *in Auth. de hered. b. & Falc. collatio. 1.* vnde dicitur:

Eſurit ars, decreta tumẽt, lex lucra miniſtrat.
Pontificem Moyſes, thalamos medicina ſubintrat.

Et iterum, vt notatur *in d. §. nos vero.*

Dat Galenus opes, & ſanctio Iuſtiniana,
Ex aliis paleas, ex iſtis collige grana.

Et *Prouerb*.18. dicitur. De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum, & 12.*ca*. de fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis. Et hoc habet eruditio, & ſapientia, quod vitam tribuit poſſeſſori ſuo. Ex *cle*.7. & *Prou*.8. In viis iuſtitiæ ambulo, vt ditem diligẽtes me, & theſauros eorum repleam. & *c*.11. Anima, quæ benedicit, impinguabitur. Ipſa quoque iura nimis appetunt literatos honorari, & ditari, vt *in c. de multa.in ſi.de preben.in antiquis*, & *Prou.ca*. 8. dicit Sapientia: *Mecum ſunt diuitiæ, gloria, opes ſuperne, & iuſtitia.*

QVadrageſimaquinta conſideratio; Ars Poetica laudabilis eſt, ipſiſque Poetæ laudãdi ſunt. Et licet in laudẽ illorum plures enauigauerint: tamen copioſius, & præclare de his diſſeruit Beroal. *in oratione habita in enarratione Lucani*, vbi ſic exorditur: Poetica in primis ſacratiſſima eſt, quam antiqui primariam quandam Philoſophiam eſſe tradiderunt; quæ à cunabulis viuendi formulam nos doceret, quæ mores, quæ affectiones oſtenderet. Quæ res gerendas cum iucunditate præciperet: vt vere dici ait Horatius:

Os pueri tenerum, balbumq;, Poeta figurat.
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Inſtruit exemplis, inopem ſolatur, & ægrum.

Quapropter ciuitates Græcorum eruditiſſimæ liberos in poeſi in primis erudiebant, ſolum Poetam ſapientem eſſe dicentes. Et, vt diuus Auguſt. atteſtatur, Poetæ Theologi dicti fuerunt, cum de Diis immortalibus diuinitus multa ſcriberent. Quales Orpheus, Muſæus, Linus fuiſſe commemorãtur. Quippe artis Poeticæ ſtudia, vt ſcribit Cicer. adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis ſolatium præſtant: oblectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.

Huc accedat, quod decor Poeticus exercetur ab Oratore, vt teſtis eſt Corn. quod oratori lectionem Poetarum plurimum conferre Theophraſtus affirmat, vt hic ante *in præc. conſi.* aliquid dictum eſt, apud quos in rebus ſpiritus, in verbis ſublimitas, in affectib. motus omnis, & in perſonis decor exprimitur: ideoque in hac lectione ipſe Cicero exiſtimat eſſe quieſcendum, atque omnem loquendi elegantiam expoliri augerique. Eſt enim finitimus Oratori Poeta, ſuntque inter ſe cognatione quadam coniuncti.

Denique, vt Cicero ait, ſe à ſummis hominibus eruditiſſimiſque accepiſſe. Cum cæterarum rerum ſtudia præceptis conſtent atque doctrina: Poetæ ſoli ipſa natura valent, & mẽtis viribus excitantur, & quaſi diuino quodã ſpiritu inflammantur. Vnde Plato ille diuinus ſcribit *lib.3. de legib.* Poetarum genus eſſe diuinum. Et ab eodem dicitur in libello de furore poetico: Poetas diuino inſtinctu concitatos eundem furorem interpretib. infundere, imitarique magnetis lapidis naturã, qui non ſolum ferreos annulos trahit, ſed eandem trahendi vim ipſis annulis latenter inſinuat. Origenes quoq; in libris Eccleſiæ, quib. titulus eſt, περὶ ἀρχῶν, virtutem quandam eſſe docet ſpiritualem, quæ Poetam inſpiret, cuius inſpiratione Poetæ repleantur. Platonis, Origeniſque ſententiæ aſtipulatur Ouid. ſic ſcribens:

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.

Et alibi:

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli.
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

Idcirco merito Poetas priſci ſacros intitularunt. Vnde ab eodem ſcribitur:

At ſacri vates, & Diuum cura vocamur.

Et Calphurnius in Bucolicis ait:

Ille fuit vates ſacer.

Et Lucanus:

O ſacer, & magnus vatum labor.

Ennius vero ſanctos Poetas appellat, qui quaſi Deorum aliquo dono, & munere præditi eſſe videantur.

Hinc eſt, quod Poetæ antiquitus in maxima veneratione, maximoq; precio habebantur: quod à Principibus fouebantur, quod à Regibus ditabantur, quod ab omnibus certatim amabantur. Vnde ob id vere & pulchre canit Naſo:

Cura Ducum fuerant olim Regumq; Poetæ:
Præmiaq; antiqui magna tulere chori.

Sanctaq;

Sanctaq; maieſtas, & erat venerabile nomen
Vatibus, & larga ſæpe dabantur opes.

Nam vt hic ante *in 7. conſider.* ſcriptum eſt. Charus fuit Scipioni Africano Ennius. Charus Archas merito atque Lucullus. Cherilum Poetam quamuis ignobilẽ in delitiis habuit Alexander. Virgilium fouit Auguſtus, cuius verſiculos cum in Theatro Pop. Rom. audiſſet, ſurrexit vniuerſus, præſentem ſpectãtemque Virgilium, tanquam Auguſtum veneratus eſt. Horatium Mecœnas adamauit. Tibullum Meſſalla dilexit. Papinium Domitianus aureo Palladio coronauit. Auſoniũ Gratianus conſulatu decorauit. Neque ſolum viuentes Poetæ, qui honorificentius vates dici exiſtimantur, ſed etiam defuncti venerabiles extiterunt. Siquidem Alexander Magnus, cum inter ſpolia Darii Perſarum Regis ſcriniolum cepiſſet, auro gemmiſque, ac margaritis precioſum, in eo libros Homericos repoſuit, vt precioſiſſimum humani ingenii opus opere ditiſſimo ſeruaretur. Idem Homerum adeò diligebat, vt eius Iliada, quod diuinũ poema edidicerat, quod viaticum rei militaris appellabat, noctu ſub puluino, vna cum pugione ſubiiceret, & ita cum Homero Poetarum Principe vigilabat, cum Homero dormiebat. Idem Pindari inter Lyricos Poetas præſtantiſſimi, familiæ ac penatibus parci iuſſit, cum Thebas euerteret. Alter vero Alexander, qui Romano præfuit Imperio, Virgilium adeò admirabatur, vt eum Platonem Poetarum vocaret, eiuſque imaginem in Larario conſecraret. Quinetiam Ælius Verus Romanus Imperator Martialem Epigrammaticum Poetam, ſuum Virgilium nuncupabat. Quod & de Fauſto apud nos factum eſt, qui Poeta Regius, ſæpeque regineus dictus eſt temporibus Caroli VIII. Ludouici XI. & Franciſci I. hodie moderantis Francorum Regnum, & ab eis optime ſtipendiatus ſemper extitit.

Huc adde, quod etiam Dii amatores, vltoreſque extiterunt Poetarum; ſiquidem Apollinis oraculum, vt inquit Euſebius Pamphilus, Euripidem laudibus in cœlum tulit, & Archiam tanquam ſceleſtum, ac profanum iuſſit exire de templo, quod Archilochum Poetam interfeciſſet. Sophoclem quoq; tragici coturni Principem Liber pater tanquam delitias ſuas ſepeliri iuſſit.

Præterea Poetæ quadam ſuaui loquentia adeò ſunt dulces, vt non legantur modò, ſed etiam ediſcantur: quorum autoritas tanta eſt, vt illorum dicta pro certiſſimis teſtimoniis habeantur. Nam & Plato, & Ariſtoteles Principes Philoſophorum, Homeri, aliorumque Poetarum carminibus ſuas ſententias, & ſua dicta ſæpe corroborant.

Quin etiam Iuriſconſulti illi ſanctiſſimi *in libris ff.* frequenter allegant Poeticos verſus maxime *in leg. 1. §. ſed an.* vbi ter fit mentio de verſibus Homeri. *ff. de contrahen. emp. & ven. & in §. item precium. cum §. ſeq. Inſt. eod. titu. & in l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis.* vbi Homerus præcipuus Poetarum dicitur, *& in l. non facile. §. affin. ibi; viri ſoror. ff. de gradibus.* & de Virgilio fit mentio *in l. in tantum. in fin. ibi; teſtis in ea re eſt Virgil. ff. de rerum diuiſi.* Verum etiam *in leg. quæ extrinſecus. in princip. ff. de ver. oblig.* apponuntur hæc verba Virgilii: *Arma virumq; cano* & in pleriſque aliis locis citant teſtimonia Poetarum.

In decretis quoque Virgilii carmina afferuntur, vt *in c. nunquam. de conſ. diſt. 5* & ibi; *in c. legimus.* Horatius allegatur. item Lucanus. *in c. nec mirum. §. magi 21. q. 6.*

Et Apoſtolus Paulus vas electionis, Tuba Euangelii, & ſanctarum ſcripturarum armarium Poetas ſtudioſe legiſſe videtur. Qui (vt habetur *in ſua Epiſtola ad Titum*) illum verſiculum Parmenidis Poetæ recitat: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, & ventres pigri. Et apud Athenienſes in Areopago, hoc eſt, Martis curia diſputans illud Arati Poetæ inducit: in quo viuimus, mouemur, & ſumus, habetur *Act. 17.* Præterea ſcribitur *Exodi 3. & 11.* & recitatur *in c. legimus. 37. diſtin.* Dominus præcepit Iſraelitis, vt Ægyptios argento ſpoliarent, Tropologice intelligens, vt argẽtum, id eſt, eloquentiam apud Poetas inuentam colligerent, poſſiderent, in vſumque ſalutiferæ eruditionis applicarent, vt dicit text. *in d. c. legimus.*

Digitized by Google

David quoque ille Pſalmographus Pſalterium numeris Poeticis concinnauit. Quod (vt inquit Hiero.) in morem Horatii, & Pindari, nunc iambo currit, nunc alcaico perſonat, nunc ſapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur.

Denique Eſaiæ, & Iob, & Salomonis luculenta volumina hexametris verſibus (vt Ioſephus & Origenes ſcribunt) apud Hebræos compoſita decurrunt. Quinetiam, vt Caſſiodorus atteſtatur, recitatus *in d.c. legimus.* Omnis poetica elocutio à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium, adeo muſica, venuſtas, lepoſq; Poeticus exiſtimatus eſt omni eſſe ſuauitate refertiſſimus, adeò Carmina moduliq; numeroſi placuerunt, vt Deos exiſtimarent eſſe placabiliores, ſi eos verſibus adorent, & carminibus precarentur. Vnde ab Horatio dicitur:

Carmine Dii ſuperi placantur, carmine manes.

Et non minus vere, quã fœcundè ait Lucr.

Caſſiope requies hominum, Diuumq; voluptas.

Igitur ſanctum ac venerabile nomen Poetarum, qui Principibus chari ſunt, qui fouentur à bonis, quorum carmina ediſcuntur à literatis. Quorum verſus terſiſſimi aures Deorum mulcent, eoſque exorabiles mortalibus faciunt. Qui quibuſdam figmentis adumbrati multa ſaluberrima præcipiunt, adhortãtur: ſententias à penetralibus Philoſophiæ deprõptas ſub velamento quodã interſerunt, mentes noſtras optimis conſiliis frequẽter inſtruunt, & vt teſtis eſt Manilius:

Omne genus rerum docti cecinere Poetæ.

Item linguam ornant, facundiam augent, & ſupellectilem verborum faciunt copioſiſſimam.

Denique ſolis pene Poetis datum eſt, vt ad laudandum & vituperandum pariter ſint accommodati: & quemadmodum immortali laude donantur illi, quos verſibus extollunt, amant; ita indelebili illi notantur infamia, quos maledicis carminibus inſectantur. Merito nos admonet Socrates Platonicus, vt diligenter caueamus, ne Poeticum hominem quempiam nobis infenſum habeamus. Et Principes, quos verſibus ornant, Diui ſeu immortales efficiuntur, quod Horatius ſic exprimit:

Dignum laude virum Muſa vetat mori.
Cœlo Muſa beat.

Hæc Beroald. *vbi ſupra*, vbi etiam excuſat Poetas, qui ludicra atque amatoria carmina cantare, & depromere videntur.

Budæus vero *in ſuis annotat. in l.1. ff. de contraben emp.* plura de laude Poetices explanat. Etiam F. Patritius *in li.2. de inſtit. Reipub. tit.6.* ait, quod Poetæ in ciuitatibus tenendi ſunt, & honore ac laude decorandi, qui commendatiſſimi omnibus eſſe debent. Cum propter eorum raritatem: (nihil enim rarius in omni hominũ æuo optimo Poeta inueniri poteſt.) tum propter ingenii magnitudinem, diuinãque naturam, vt ſupra dictum eſt. Igitur (vt poſt plura omiſſa perſuadet ibi Patritius) Poetæ ab optima ciuitate recipiendi & alendi ſunt, cum vtiles admodum eſſe cernantur. Quid enim Grammatice ſine Poetarum pertractatione eruditionis haberet? Verborum elegantia, linguæ proprietas, ſuaues tranſlationes, verborum ſententiarumque licentia, quę orationes, quaſi ſtellis quibuſdam ornãt, nonne à ſolis Poetis inuenta, & ſuis locis collocata ac diſtincta ſunt? Qui vero ſcripſerint in poeſi tam Græci, quã Latini, vide per Textorem *in ſua officina in titu. de Poetis, Græcis & Latinis.* vbi fere infinitos connumerat. Sed inter Græcos excellentior eſt Homerus, & inter Latinos Virgilius, pro quo tex. *in §. ſed iſte, in fi. de iure nat. gen. & ciui. in Inſt.* & Beroal. *de re ruſtica,* hoc eſt, *in oratione habita in enarratione Georgici carminis.* Et de laude vniuſcuiuſque ſatis ſuccincte ibi deſcribit ipſe Textor.

Sed de Poetarũ Comicorum Latinorum gradu, & ordine dignitatis autore Aul. Gellio *noctium Atticarum lib.15.c.24.* Sedigitus in li. quem ſcripſit de pueris, & quem præſtare ex omnibus cæteris patet, ac deinceps quo quęque in loco, & honore ponat his verſibus ſuis demonſtrat:

Multos incertos certare hanc rem vidimus,

Palmam

Digitized by Google

Palmam Poetæ comico cui deferant.
Eum (iudice me) errorem diſſoluam tibi,
Vt contra ſi quis ſentiat, nihil ſentiat.
Cæcilio palmam ſtatuo de comico,
Plautus ſecundus facile exuperat cæteros.
Dein Næuius qui feruet, precio in tertio eſt.
Si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Poſt inſequi Lacnium, facio Attilium.
In ſexto conſequitur hos Terentius.
Turpilius ſeptimum, Trabea octauũ obtinet.
Nono loco eſſe facile facio Lucium.
Addo decimum antiquitatis cauſa Ennium.

QVadrageſimaſexta conſideratio; Hiſtorici etiam in ciuitatibus recipiendi, & inter alios literatos laudandi ſunt. Quoniam (inquit Beroaldus *in Oratione per eum habita in enarratione Titi Liuii* cuius verba trãſportare curaui.) Cum omnium diſciplinarũ cognitio vtilis atq; iucunda mortalibus ſit: Hiſtoriæ cognitionem, medius fidius vtiliſſimã iucundiſſimamque eſſe cenſeo; ex quo cum multum omnibus ſcriptorib. debeamus, qui non ſibi, ſed etiam poſteris vixiſſe creduntur, plurimum profecto hiſtoricis debere nos nõ poſſumus inficiari, quorum labore ac induſtria effectum eſt, vt omnium ætatum, omnium gentium, omnium populorum res geſtæ, omnia præclara facinora ſcirẽtur à nobis, intelligerentur, & cognoſcerentur: vt cuncta illuſtriſſimorum virorum dicta factave memoratu digna contueri, ediſcere, & recordari liceret; qua quidem re nihil pulchrius, nihil iucundius, nihil magnificentius, excogitari poſſe contenderim.

Etenim (vt à Cicerone ſcriptum eſt) nihil earum rerum ſcire, quæ antequam naſceris factæ ſint, hoc eſt, ſemper eſſe puerum. Cognoſcere vero res geſtas, antiquitatum exẽplorumq; memorabilium habere notitiam, vtile, decorum, laudabileque, ac prope diuinum eſt.

Senibus ideo maior autoritas & fides eſt, quoniam ob longam ætatẽ plurimas res noſſe, ac vidiſſe creduntur, & in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. *Iob.* 12. Ad hoc Iuuenibus cognitio hiſtoriarum valet, vt etiam anteactis ſeculis vixiſſe videãtur, & illi profecto adoleſcentes, qui hiſtorias habeant ad manum, & exempla illuſtrium virorum in promptu, tanto ſenibus ſunt anteponendi, quanto plura negotia complectitur hiſtoria multarum ætatum, quam faciat hominis vita longiſſima.

Accedat, quod qui bonus orator eſſe affectat, inprimis abundare debet exemplorum copia, & legiſſe atque noſſe quam plurima. Nam cum hiſtoria teſtis ſit temporum, lux, & Euangelium veritatis, magiſtra vitæ, nuncia antiquitatis, nihil ambigitur, quin Orator optimus eſſe non poſſit, niſi fuerit vetuſtatis exemplorumque cognitione inſtructiſſimus; niſi hiſtorias perinde ac vngues ſuos habuerit exploratiſſimas: quoniam, vt inquit Quintilianus, hiſtorias alere orationem molli quodam ac iucundo ſucco.

Præterea operæ pretium eſt, teſte Liuio *li.* 1. in voluminibus hiſtoricorum cuiuſque exempli documento, velut in monumento inſigni poſita contemplari, intueri. Vnde quæ ſectanda ſint depromere, ac nobis proponere ad imitandum, quæ fugienda cauere poſſimus: quia (vt vere inquit Diodorus) pulchrũ eſt aliorum erroribus vitam noſtram in melius inſtituere, & quid appetendum, fugiendũve ſit, ex aliorum exemplis poſſe cognoſcere, vnde merito Demetrius Phalereus Ptolemęum Regem ſubinde admonebat, vt libros de Imperio Regnoque compoſitos legeret ſæpiſſime. Quoniam, quæ amici timent Principibus dicere aut demonſtrare, ea in libris ſcripta reperiantur: hoc eſt, in cognitione rerũ, ſalubre atque frugiferum ſcire, quibus artib. qua diſciplina, quibus moribus maxima Imperia orta ſint, maximi Imperatores nomen ſibi immortale comparauerint. Et è diuerſo, quam vitiorum ſentina infecta ampliſſima regna collapſa ſint.

In ſumma. Hiſtoria ad id, q̃ honeſtum & vtile eſt, capeſſendum inflammat, incitat, deteſtatur vitia, probos extollens, improbos deprimens, prout de legibus dicitur *in l* 1. *circa pr. ff. de iuſt. & iur.* Hiſtoriæque (vt ait Vitruuius) per ſe tenent lectores, cum habeant nouarum rerum varias expectationes.

Digitized by Google

Cæterum, cum omnes Hiſtorici ſint legẽdi, ediſcendi, ſcriptores potiſſimum Latini, rerumque noſtratium enarratores ſunt colẽdi,& legendi, quod Hiſtorici Latini ſanctiores, variique Græcis ſcriptoribus fuiſſe exiſtimantur, teſte Satyrico, qui ait: quicquid Gręcia mendax audet in hiſtoria. Annales ideo illorum legamus, qui monumenta rerum geſtarum recta, incorrupta, integra atque fideliter conſcripta reliquerunt, primam illam inprimis obſeruantes legẽ hiſtoriæ, quæ præcipit, ne quid falſi dicatur. Etenim dempta ex hiſtoria veritate, ita narratio omnis inutilis, ac penitus manca efficitur, ſicut corpus animantis inutile fit oculis effoſſis: vt ſcribit Polyb. hactenus Beroald.

Ex quibus ſatis clare concludendum eſt, Hiſtoricos eſſe laudandos & honorandos, atque Latinos Græcis anteponendos. Et ibi Beroaldus inter cæteros multum laudat Titum Liuiũ. Sed in Epiſtola per eum habita in declaratione Saluſtii ait, quod Saluſtius ob elegantiam inimitabilemque in ſcribendo breuitatem, aſſequutus eſt primas inter hiſtoricos partes: teſtę epigrammatico Poeta, qui ſic inquit:

Hic erit, vt perhibent, doctorũ corda virorũ,
Criſpus Romana primus in hiſtoria.

Ex cuius oratione nil demi ſine detrimento ſententię poteſt. Vnde non immerito dicit Macrobius, Saluſtium in genere dicendi breuiſſimo dominari.

Sed attende, dicit inſuper Auguſt. *lib. 1. ſuarum orationum in oratione de laudibus hiſtoricorum, & oratorum*, quod magna ſemper apud præclaros Principes ac populos non modo Græciæ ac Latii, ſed etiam cæterarum totius orbis Nationum atque gentium laude & gloria digni habiti ſunt geſtarum rerum ſcriptores, qui vel Hiſtorias, vel Annales literis commendauerunt, quod plurimum, tum ad antiquitatis memoriam, tum etiam ad ſuadendam rerum publicarum adminiſtrationem ſcriptorum monumenta prodeſſe videantur.

Intantum etiam ſunt vtilitatis Chronicæ, quod probant in cauſis decidendis, ſecũdum Bart. *in l. 1. ff. ſi cer. pet.* Bald. Anton. & alii *in ca. inter dilectos. extra de fide inſt.* poſt gloſſ. *ibi in verb. magis.* & etiam glo. *in verb. tranſtulit in c. per venerabilem. extra de elect.* & glo. 1. *circa pr. in c. cum ex literis extra de reſtit. in integ.* glo. & Doct. *in c. placuit. 16. diſt.* & gl. 2. *in c. in nomine domini. poſito in ſuprascriptione ca. abſit.* vbique Domin. notat 50. *diſt.* & gl. *in verb. regiis vrib. in procem. ff. or. in §. hac autem tria.* vt refert Fel. *in d. c. inter dilectos. col. 7.* vbi etiam dicit idem eſſe in libris hiſtoriarũ quo ad facta antiqua, ſecundum Dominicum *in c. quamuis. ante finem. 21. diſt.* Et vide etiam de materia domin. meum Iaſ. *in d. l. 1. ff. ſi cer. pet.* Si vis videre nomina multorum ſcriptorum in hiſtoria, recurre ad Textor. *in ſua officina in c. hiſtoriagraphi plerique Gracie & Latii.*

QVadrageſimaſeptima conſideratio; Ars Grammatica, etiam laudanda eſt, quę in Republica eſt multum neceſſaria, cũ ſit fundamentum omnium liberalium artium, vt dicit Iſidorus *lib. 1. Etymol. c. 4.* Ideo Grammatici ponuntur, & deſcribũtur ante Oratores, vt habetur *in l. Grammaticos, 1. & 2. C. de profeſſ. & medi. li. 10.* Nam Orator ſine Grammatica eſſe non poteſt; & tamen Grammaticus eſſe poteſt ſine oratoria.

Et vt dicit F. Patritius *lib. 2. de inſtitut. Reipublica titu. 1. in fin.* quod fundamentum omnium diſciplinarum eſt Grammatica; proinde (vt inquit) videndum eſt, vt ſolida ſit: ſi alias res ediſcere volueris; quandoquidem inconcinnæ, & rudes admodum reliquæ doctrinæ videntur, quæ infantes ſunt, & barbaro eloquio hærentes. Grammaticen Romani tanti fecerunt, vt in triuiis eam ex ſenatuſcõſulto publica mercede doceri edixerint: quocirca triuialis ſcientia diutius nuncupata eſt, Hortaturque ibi Patritius Reipublicæ præſides, vt curent, & publica quidem mercede, vt ſingulæ quæque doctrinæ præceptores habeant, & de ipſis mercedibus, vt conſtituantur & ſoluantur. De prædictis etiam aliorum ſtudiorum liberalium præceptoribus cognoſcit præſes prouinciæ. text. *in l. 1. & ibi gloſſ. 1. fin. de variis & extraordin. cognit.* optimus text. *in l. medicos, in fin. Cod. de profeſſ. & medicis. lib. 10.*

Et inter,

Et inter alios ſint egregii profeſſores Grammaticæ: & non tantum literis, ſed etiam moribus probatiſſimi. Cum etiam tales excellere alios oporteat moribus primum, deinde facundia, vt dicit text. *in l. Magiſtros ſtudiorum. Cod. eod. titul. l. vnica. Cod. de ſtudiis liberal. Vrb. Romæ. §. oratores. libr.* 11. Et ſunt immunes ab omnibus muneribus publicis, & ciuilibus, & perſonalibus ciuitatis, vt dicit text. *in l. medicos.* & maxime archiatros, vel ex archiatris Grammaticos, & profeſſores alios literarum & Doctores. *Cod. eod. tit. de profeſſ.* vbi patet, quod Grammatici ponuntur in ordine literæ ante Legiſtas. Etiam ſunt immunes à tutela & cura. *l. ſi duas. §. Grammatici. & ibi gloſſ. ff. de excuſ. tut.* concordat text. *in §. item Romæ. Inſtit. eod. tit.*

Huc adde etiam: quoniam, vt dicit text. *in cap. ſi quis artem Grammaticam,* 38. *diſtinct.* Grammaticorum doctrina etiam poteſt proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta. Et in his artibus triuialibus glorioſa adoleſcentia edocenda & inſtruenda eſt, vt ad profundiores & meliores ſcientias & doctrinas aſcendere valeant. facit text. *in §. oratores. ſupra alleg.* Et non ſunt ferendi (teſte Quintiliano *in libr. de arte oratoria.*) qui artem Grammaticā, vt tenuem ac ieiunam cauillantur: quæ niſi fundamenta fideliter iecerit, quicquid ſuperſtruxerit, finaliter corruet, neceſſaria pueris, iucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes. Et Auguſt. vere ait, quod Grammatica eſt ſcientia, qua aperta cæteræ aperiuntur, & qua clauſa cæteræ clauduntur. Ex quibus & multis aliis eam plurimum extollit Ioann. Ludouicus Viualdus de monte Regali *in ſuo opere Regali de perſecutionibus Eccleſiæ, in perſecutione* 10. & vt dicit, eſt prima; non tamen ordine dignitatis, ſed neceſſitatis.

Qui autem fuerint Grammatici, & qui in Grammatica ſcripſerint, vide per Textorem *in ſua offi ina in c. Grammatici.*

QVadrageſima octaua conſideratio; Dialectica etiam eſt laudanda & commendanda. Cum nonnulli philoſophorum eam eloquentiæ comitem dicant. Ariſtoteles vero æquilancem. Hinc opinatur F. Patritius *lib.* 2. *in lib. de inſtitut. Republica,* eam ciuili viro nō negligendam; tum, quod iter ad alias quaſcunque diſciplinas adoleſcentibus aperire videtur; tum, quod ingenium acuit, & ad veritatem cernendam maximas vires habere cernitur.

Nam, cum duo ſint orationis genera; alterum perpetuum, cui oratoria præeſt; alterum conciſum, cui dialectice, vtrumque neceſſarium eſt, vnum probare, alterum perſuadere volenti. Licet primum illud magis ciuile eſſe videatur, quando ſuadendo aut diſſuadēdo, molliori quadam via animos in voluntatem ſuam alliciat; hoc vero ſecundum magis extorquere videtur, quod probare nititur: & quibuſdam conciſis ſeu truncatis orationib. nos in ſententiam ſuam rapit, cogitque ea fateri verbis quæ nonnunquam animo nullo modo aſſentiri volumus: has tamen diſciplinas Zeno adeò coniunxit, vt hanc compreſſæ in pugnum manus, illam vero explicitæ, ac planæ ſimilem eſſe diceret: vtcunque tamen ſit, Rhetoricam ſine Dialectica imbellē; Dialecticam vero ſine Rhetorica rudem omnino, & quaſi elinguem eſſe arbitratur. Ex quo iuuenes adhortantur, vt illi indulgeant, quo melius diffinire ac diuidere valeant, & ſua acrius probare, aliena vero fortius infringere poſſint: vtique ad alias diſciplinas parati magis accedant.

Et licet quodammodo, vt ait Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titium recitatus *in cap. ſi quis artem.* 37. *diſtinct.* Si recte loquendi rationem habeat, & inter vera & falſa diiudicet, non improbetur ab Eccleſia: tamen; quia non multum placuit Deo patri, filio, & Spiritui ſancto, vt *in ca. omnem ead. diſtinct.* & Dialecticorum ſophiſmata ſint tendicula, & phantaſmata, & vmbræ quædam & imagines, quæ cito pereunt, & reſoluuntur, vt *in c. vnico. ead. diſt.* Ideo aliter circa laudem illius non inſiſto.

Probat tamen certis rationibus Io. Ludo. Viualdus *in ſuo opere Regali, in tracta. de perſecutionib. Eccleſiæ Dei in decima perſecutione,* q Theologus tenetur ſcire Dialecticam, quam

Digitized by Google

diſciplinas (quæ mathemata Græci vocant) duæ, Arithmetica & Geometria, præcipuum ſibi vendicant locum, quod ad cæteras aſſequendas viam ſternant. Ipſiſque ignoratis, nequicquam reliquis ediſcendis præſtetur opera. Quis enim Arithmeticam non edoctus Muſicen ſane intellexerit? Quis item Geometriæ inexpertus, Inſpecticam aut Aſtronomiam prope calluerit? Quandoquidem hiſce duabus cæteræ Matheſeos partes ſubiiciantur, ex ipſiſque pendeant. Quarum prior Arithmeticæ numeros abſolutos, eorumque affectiones determinat ad diuinorũ cõtemplationem priſcorum iudicio accommodatiſſima. Et grauiſſima Pythagoræ authoritate mirum in modum illuſtrata, qui primus quidem numerorũ perſcrutator habitus eſt, eorumque indagatricem Arithmeticam poſteris reliquit commendatiſſimam. Is enim ad cœleſtia diſpiciẽda illorum præſidio vſque adeo euectus fuiſſe creditur, vt de eo non abſurde ceciniſſe videatur Ouid.

Iſq; licet cœli regione remotus,
Mente Deos adiit, & quæ natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

His etiam aſtipulatur Plato, ſcribens *in Epimenide*: Inter omnes liberales artes & ſcientias contemplatrices, præcipuam, maximeque diuinam eſſe ſcientiam numerandi. Interrogatus item, cur homo animal eſſet ſapientiſſimum; reſpondiſſe fertur; quia numerare nouerit. Cuius quidem ſententiæ & Ariſtoteles meminit in problematis. Et ſane non abs re, nempe in numero, inquam, rerum diſcernicula diſcretioneſque dignoſcere; inter animalia duntaxat homini (vt qui ſolus omnium rationis ſit particeps) conceſſum eſſe perquam exploratum. Hæc ille. Et, vt repetam à loco F. Patritii præallegato; Numerorum quidem cognitio ſingulis pene artibus neceſſaria eſt. Aut enim numerandũ eſt digitis, aut ſcribendi numeri ſunt, ſupputandæque rationes ad vſum ratiocinandi, qui quotidie pene ſingulis vſu venit, ſine qua rudes omnino homines eſſe videntur & inciuiles.

Ex quibus etiam concludo: Magiſtros, & in tali ſcientia expertos, eſſe in ciuitatibus admittendos & honorandos. Cum huiuſmodi ſcientia non ſolum vtilis, ſed etiam neceſſaria eſſe credatur.

QVinquageſima conſideratio; Geometria iiſdem fere laudibus & præconiis (quibus laudata extitit Arithmetica) laudanda eſt: quoniam etiam, vt ait F. Patritius *in lib. 2. de inſtit. reip. tit. 2.* Dimenſionis diſciplina artes ſingulas adiuuat: vix enim quippiam agere poſſumus ſine menſura; & turpe admodum videbitur, in ſingulis quibuſque dimenſionibus, ancipitem fieri virum, qui in cœtu hominum negotiationibuſq; verſatur. Hebetis namq; & obtuſi ingenii eſt, vel manifeſtæ omnino negligentiæ, ea ignorare, quæ ſingulis quibuſq; horis neceſſaria ſunt. Et, vt inquit Iudocus Clictouæus *in epiſtola præced. conſid. alleg.* Ipſa Geometria circa magnitudines, earumque proprietates verſatur, quæ à plurimis, maxime Archimede Syracuſano ſuo ingenio celebratiſſima effecta eſt. Is enim, teſte Plutarcho, machinamentis geometrica ratione excogitatis, Marcelli Romanorum Ducis (cum Syracuſas obſidione premeret) victoria multos dies remoratus eſt. Et hanc quoque diſciplinam ad diuinam anagogem ſeu intelligentiam quamplurimũ conducere putauit antiquitas: quæ per circulos, ſphæras, triquetra, pyramideſque & cætera id genus: inprimis ardua cognituq; digniſſima, peruеſtigari poſſe contendit.

Cæterum; Geometria, (teſte Cælio *lib. antiq. lect.* 4. c. 30.) initium eſt ac metropolis cæterarum ſcientiarum mathematicarum. Hæc enim ſenſibilibus inhærentes agglutinatoſq; auellit aſſidue, ſeducitque ad intelligibilem, æternamque naturam, cuius contemplatio ſit Philoſophiæ finis.

Nam etiam Deus ſatis approbat hanc ſententiam; cum ipſe ſolus menſus eſt pugillo aquas, & cibos patina ponderauit, qui appendit tribus digitis molem terræ; & liberauit pondere montes & colles in ſtatera, vt habetur *Eſaia* 4. c. & iterum 48. c. ait: Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea menſa eſt cœlos. Ita ait Ioan. L. Viualdus *in*

ſuo opere Regali de perſecutionib. Eccleſie in 10. *perſec.* vbi laudat Geometriam, dicens talem doctrinam videri neceſſariã Theologo, cum etiam dicatur *Sap.* 11. Omnia in menſura, numero, & pondere diſpoſuit Deus: vt ample *infra in* 12 *parte, in* 56. *conſider.* dicetur: Et ars ſcientia liberalium artium diligẽter edocenda eſt: quia per eam diuina manifeſtantur. *c. de quibuſdam.* 37. *diſt.* Et quemadmodum artes liberales ad virtutem non perdurant, ſed præparãt, vide Senecam *in epiſtolis ad Lucill. epiſt.* 88.

Hęc ars eſt licita, & approbata *l. artem Geometria. C. de malefic. & mathem.* Imo diſcere atque exercere publice intereſt, vt ibi text. eſt formalis. Ex quo poſſunt cogi homines ad illam addiſcendam, vt tenet Lucas de Penna *in l.* 2. *Cod. de excuſat. artific. lib.* 10. vbi ait text. quod tales habent excuſationem a muneribus. Et Geometræ dicuntur calculatores, ſecundum gloſſ. *in verb. calculatores in l. oratione. Cod. de profeſſ. & medicis lib.* 10. Sed potius menſores *l. ſi irruptione. ff. finium regun. l. Geometræ. & ibi gloſſ. de exc. tu.* & habetur per totum titulum: *Si menſor falſum modum dixerit in libris ff. orum*, & ibi Budæus, qui nomina menſurarum deſcribit, quæ ſingula præter duo & plura alia recitat Textor *in ſua officina. in cap. menſure quadam.*

QVinquageſimaprima cõſideratio ad artem Muſices ſe conuertit, & an cantores, & periti in Muſica ſint laudandi. Etenim, vt inquit Beroal. *in oratione ſua habita in enarratione Horatij Flacci.* Muſica adeo delectabilis eſt: vt eius dulcedine cuncta viuentia capiantur, cujus origo cœleſtis memoratur, ipſiuſque ratione mundum eſſe compoſitum Pythagorici ſcripſerunt: Vnde Theologi nouem Muſas eſſe dixerunt, propter octo ſphærarum cœleſtium muſicos concentus, & vnam maximam continentiam, quæ conſtat ex omnibus, quam Harmoniam nominauerunt, Cœlumque ipſum canere aſſeruerunt. Muſicam antiquis illis temporibus in veneratione maxima fuiſſe memoriæ proditum eſt, ac maximos Duces fidibus tibijſque ceciniſſe: quin etiam apud priſcos tam Græcos, quam Romanos in conuiuijs poſt cœnam lyra circumferebatur, qua laudes atque virtutes virorum fortium canebantur, quam cum olim Themiſtocles in epulis recuſaſſet, habitus eſt indoctior, teſtis eſt Cicero *in Tuſcul. qu.* contra laudatus Epaminondas Thebanus, quod citharizare, & cantare ad chordarum ſonum eſſet eruditus Socrates quoque iam ſenio confectus, inſtrui lyra non erubuit: Et Plato, ciuili viro, quem politicum vocat, Muſicam credit eſſe neceſſariam. Et Ariſtoteles *in politicis* dicit, Muſicam inter diſciplinas illuſtres eſſe collocatam, quam vna cum literis, & gymnaſiaſtica adoleſcentes priſcis temporibus diſcere conſueuerunt.

Et hanc a teneris annis didici in gymnaſijs: quia olim & tempore meo præceptores, & gymnaſiarchæ bis in hebdomada poſt prandium, loco ſolatij, & recreationis Muſicam docebant, quod hodie male obſeruatur: ſed hoc contingit, quia ignari ſunt illius ſcientiæ. Ideo non eſt in honore, quemadmodum fuit & eſſe deberet.

Denique Fr. Patritius *in præfatione de inſtitutione Reipublicæ* dicit, quod libera ſunt hominum ingenia, & quiſq; ad ea ſtudia incenditur, quæ patria conſuetudine laudantur. Muſices laus in omni Græcia quam maxima habebatur. Nec quiſquam ſatis egregius, ſatiſque eruditus videri poterat, qui ejuſmodi diſciplinæ expers eſſet, quocirca eam in ſenectute didicit, vt dixi. Quam quidem ipſe Socrates apud Platonem tanti facit, vt ad eius numerum pleraque in Republica conſtituit, & mutationem quoque harmoniæ, ſeu Muſices deterrimam periculoſamque Reipublicæ arbitretur. Hæc etiam, & plura recitat idẽ Patritius *lib.* 2. *tit.* 2. & Cælius *lib. antiquarum lectionum* 5. *ca.* 20. *in princip.* vbi etiam recitat: quod Lycurgus, quamuis duriſſimas Lacedęmonijs ſuis leges injungeret; Muſices tamen ſtudium egregie videtur amplexatus, quando ipſam hæc natura parens impertiuiſſe animaduertitur, quo tranſmitti laborum onus moleſtiſſimum procliuius poſſet. Remigem, vt Fabius inquit, cantus hortatur, & ſingulorum

rum fatigatio quamlibet ſe rudi modulatione ſolatur.

Muſica antiquitus ſacrificiis ac funeribus adhibebatur. Curas enim abigit, clementiam ſuadet, & ad mulcendos affectus plurimum valet, &, vt inquit eleganter apud Philoſtratum Canius tibicen, Muſica mœrentibus adimit mœrorem, hilares efficit hilariores, amatorem calidiorem, religioſum ad Deos laudandos paratiorem, eademque variis moribus accommodata animos auditorum, quocunq; vult, ſenſim trahit, vt ait Beroaldus *in dict. epiſt.* Magnus equidem iuxta citharœdum Theophilum, ſtabiliſq; theſaurus Muſica eſt: mores enim inſtituit, componitque atq; mollit irarum ardores; quod vel Homericus abunde Achilles denotat.

Pythagoras, & qui deinceps ſtudia conſectati ſunt eadem, mundum ipſum non citra Muſices rationes cōcinnatum compoſitumque, argumentorū ſubtilitate vſi ſunt. Cum & artium veluti præſtantiſſima diuinis ſe inſeruit rebus. Et quod teſtatur Ptolemæus, numinibus placandis adhibetur. Plato etiam gentibus contributam putat Muſicam, præclarius quoddam præſtantiuſque opus. Nam cum ſit concinnitatis inter frequentamenta varia, præcipue artifex Muſica, non ideo à Diis data, vt ad delitias conuertamus, & aurium pruritum: ſed vt quod animæ conſonantiam turbat, & harmoniam huiuſce voluptatis delinimento ſedari, ac ad ordinē redigi valeat, vt ait Cælius, vbi ſupra.

Pythagoricis etiam moris fuit animos ad lyram excitare vel lenire, neque ſolum perturbationibus animorum, ſed etiam corporis morbis medetur muſica modulatio. Cum ad febrem quoq; ac vulnera cantiones quotidie adhibeantur. Nam legitur, quod à Pæone & nonnullis aliis Medicis ægroti pene deſperatæ ſalutis Muſicæ oblectamentis curati fuerunt.

Quapropter laudatus eſt Xenocrates, qui organicis modulis lymphaticos liberabat.

Et Aſclepiades, qui tubarum cantu ſurdiſſimis medebatur. Theophraſtus quoque ad affectiones animi moderandas, tibias adhibuiſſe fertur. Quinetiam traditum eſt, Thaletem Cretenſem, citharæ ſuauitate morbos ac peſtilentiam fugauiſſe.

Iſmeniam illum tibicinem celeberrimū, Boetius & complures Iſchiaco ſeu Sciathico morbo diuexatos, modulis ſuauioribus perſanaſſe tradunt. Et in teſtamento Veteri ſcriptum eſt, quemadmodum Dauide citharizante, Saul refocillabatur à furore dementiæ, quo identidem corripiebatur, vt habetur 1. *Reg. 16 in fin.*

Quid, nonne bella muſicis modulationibus accenduntur? Quid aliud in Romanis legionibus litui, tubæ, cornuaque moliebantur? quorum concentus equos, militeſq; pariter acuebat & animabat. Lycurgus etenim tibias in re militari conſtituit, quibus progreſſui receſſuique canerent, & animos militum adeo incitarent, vt ignauiſſimi etiam concentu concitati, fortiſſimi aliquando euaſerint, patriæque victoriam pepererint, velut in bello contra Meſſenios, in quo iam ſuccumbebant in acie Lacedæmonii, quod animaduertens Tyrrheus tibicen egregius, mutatis tibiæ modulis, adeo militum animos ad pugnam concitauit, acrioreſque reddidit, vt Meſſenios iam pene victores Lacedæmonii ſubiecerint. Cretenſes etiam impetum in hoſtes facturi, lyræ ſeu citharæ modulis incitabantur. Argiui autem tibiæ, ſicut Latini tubarum clangore. Et Galli olim cornuum ſtrepitu, nunc vero tibiis ex ære fabrefactis & ſonoroſis. Et de multis tibiarum ſpecieb. ſcribit Cælius *lib. antiq. lectionum. 5. c. 26.* Sed ad rem redeo. Nonne Amazones ad calamos arma tractabant? Nonne Halyattes Lydorum Rex (vt author eſt Herodotus) in exercitu habuit cōcinnantes fiſtulatores, atq; fidicinas?

Timotheus quoque Muſicus, vt teſtis eſt Dioprufenſis, celebratur, quod Alexan. Magnum nihil tale per id tempus cogitantem muſici cantus modulatione ad arma corripienda inflammaret: idem inflammatū mutato concentu cohiberet. Is enim decimam & vndecimam lyræ chordam addidit, & antiquam Muſicam in meliorem modum mutauit:

tauit: & huius Timothæi meminit Cicero *lib. 2. d legibus.* Profuit ergo Lacedæmoniis Muſica, profuit Alex. & multis. Et quam vtilis ſit Muſica, incidat nobis Arion Methymneus citharœdus & Poeta Lyricus, dum Lesbon patriam peteret, videretque inſidias & coniuratione̅ parari ſibi à ſociis, vel nautis, quibuſcum nauigabat, propter opes, quas ferebat ſecum, rapta cithara nonnihil prius modulans, in mare ſe coniecit. Cuius cantu illectus Delphin, dorſo exceptum portauit ad littus, hoc eſt, in Laconiam, antequam nautæ illuc applicuiſſent: in cuius rei monumentum erecta eſt illi ſtatua cum Græco epigrammate, quod Raphael Volaterranus Latinum fecit hoc modo:

Cernis amatore̅, qui rexit Ariona Delphin,
A Siculo ſubiens pondera grata mari.

Ouid *lib. 2. Faſtorum* de eo abunde meminit his verbis:

Quod mare non nouit? quæ neſcit Ariona tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas:
Sæpe ſequens agnam lupus eſt à voce retentus,
Sæpe auidum fugiens reſtitit agna lupum,
Sæpe canes leporeſq; vmbra iacuere ſub vna,
Et ſtetit in ſaxo proxima cerua Leæ,
Et ſine lite loquax cum Palladis alite cornix
Sedit, & accipitri iuncta columba fuit.
Cynthia ſæpe tuis fertur vocalis Arion,
Tanquam fraternis obſtupuiſſe modis.
Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes,
Captaq; erat lyricis Auſonis ora ſonis:
Inde domu̅ repetens puppim co̅ſcendit Arion,
Atq; ita quæſitas arte ferebat opes.
Forſitan infelix ventos vndaſq; timebas,
At tibi naue tua tutius æquor erat.
Namq; gubernato diſtricto conſtitit enſe,
Cæteraq; armata conſcia turba manu,
Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita puppim,
Non ſunt hæc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus, mortem non deprecor, inquit,
Sed liceat ſumpta pauca referre lyra.

Et ſubiungit:

Protinus in medias ornatus deſilit vndas,
Spargitur impulſa cærula puppis aqua.
Inde (fide maius) tergo delphina recuruo,
Se, memorant, oneri ſuppoſuiſſe nouo.
Ille ſedet, citharamq; tenet precium que vehendi,
Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.

De hoc etiam ſatis loquuntur Herodotus *in Clio*, & poſt eum Aulus Gellius *in ſuis commentariis noctium Atticarum lib. 16. c. vlt.* vbi fabulam eſſe aſſerit. Et ab Arione lyra vocatur Arionia. Idem *lib. 3. de arte.*

Quamuis mutus erat, voci fauiſſe putatur
Piſcis Arioniæ fabula nota lyræ.

Quid pacis munia, nonne apud antiquos muſicis cantibus lætis celebrata fuerit? quod & adhuc his temporibus obſeruantiſſimis fit apud nos, dum nunciantur publicæ lætitiæ, & ioci feſtiui, ob quid proſperi, vel pacem compoſitam, aut partam victoriam, natiuitatemq; Delphini, ſeu primogeniti Regis, & huiuſmodi.

Cæterum; huius magna vis ad animos in quemcunque affectum commouendos. Pythagoram enim accepimus concitatos iuuenes ad vim pudicę domui afferendam, mutatis in ſpondæum tibiæ modulis, compreſſiſſe.

Eius quoque diſcipulus Empedocles Agrigentinus furibundum adoleſcentem (qui eius hoſpitem damnati patris accuſatorem gladio adoriretur) cantu reuocauit, & placatum manſuetumq; reddidit.

Et Caius Gracchus fere populum Rom. in voluntatem ſuam pellexit, cum concionanti ſibi ſeruus aſſiſteret, qui fiſtulæ modulis affectus orationis longe præcellentes redderet. Etenim plures Græcorum ciuitates, vt Martianus affirmat, ad lyram leges decretaq; publica recitaba̅t. Quid multa? Muſices diſciplina, non ſolum homines, verumetiam bruta animalia demulcet. Cerui fiſtularum cantu capiuntur, Delphines, vt ante patet, muſica arte mulcentur, aues fiſtulis alliciuntur, architectus quoque citra Muſicen perfectus non erit, quæ in primis efficax eſt, vt inquit Vitruuius, ad baliſtarum, catapultarum, ſcorpionumque temperaturas. Hi-

drauli-

draulicas quoq; machinas efficere nemo poterit ſine Muſices ratiocinationibus. Cum ergo inter homines reliquaq; animãtia, Muſicæ tanta ſit dominatio, eiuſque dulcedine capiatur omne, quod viuit, celeberrimi ſcriptores extiterunt, qui ad lyram carmina cõponerent, & rhythmis muſicis numeroſiſq; modulationibus ſua ſcripta contexerent. Quod non ſolum à Græcis Latiniſque, verum etiam ab Hebræis factũ eſt. Tanta quippe eſt ſuauitas, tantaque voluptas in muſica modulatione. Quid enim Pſalterio Dauidico modulatius? Quid canorũ magis? Quod in morem Pindari, Horatiiq; decurrit? Quid Deuter. & Eſaiæ cantico pulchrius? Quid Salomone pulchrius? Quid perfectius Iob? Quæ omnia hexametris & pentametris verſibus, vt eruditi teſtantur, & hic ante *in 45. conſider.* dictum eſt, apud Hebræos compoſita, circa ſalebroſam aſperitatem progrediuntur.

Qui autem inuentores fuerunt huius ſcientiæ & multorum inſtrumentorum muſicorum, & quomodo, ſcribit Textor *in ſua officina, c. citharœdi, tibicines, cantores, & muſici*, & F. Patriti*in d. lib. 2. de inſtit. Reipu. tit. 2.* Et ibi Textor dicit, quod Poetæ faciunt Orpheum principem muſicæ lyræ; Dorcæus vero cantu citharæ apud Thraces, ſecũdam poſt Orpheũ meruit palmam. Marcianus tamen Capella ait: Nam Orpheus, Amphion, Arionq; doctiſſimi, aurata omnes teſtudine conſonantes flexanimum pariter reddidere concentũ. Et de his tribus Citharœdis omnium præſtantiſſimis meminit Pacificus ſic:

Orpheus Euriticen cithara reuocauit ab orco,
Eq; ſuis mouit ſaxa nemuſq; iugis.
Piſce fuit pelagus per longum vectus Arion,
Hac etiam Amphion mœnia ſtruxit ope.

Anaxenori citharœdo, M. Anton. tributa quatuor ciuitatum legenda conceſſit, propter eius artis peritiam.

Eunomius citharœdus Locrenſis ſtatuam, quę inſidentem citharæ cicadã habebat. Nam cum in certamine, quod cum Ariſtone regio Muſico de cantu ſuſceperat, chorda vna fracta defeciſſet, cicada ſuperuolans vocem fertur ſuppleuiſſe. Et de pleriſque aliis: vide ibi per Textorem, qui enumerat 77. Et apud priſcos tanta fuit copia ac tantus numerus, vt Cicero neget, ſi ſibi duplicetur ætas, ſe habiturum tempus, quo lyricos poetas omnes perlegat. Quorum (teſte Beroaldo) *in epiſt. in princip. huius conſid. allegat.*) apud Græcos longe Pindarus princeps extitit, apud Latinos Horatius, qui, vt ait Quintilianus, fere ſolus lyricorum poetarum legi dignus eſt.

Sed, vt ſemel finiam, de laude illius etiam ſatis conſtat ex dictis Iſidori *in 3. lib. Etymol. cap. 14.* vbi dixit, tam turpe eſſe Muſicam neſcire, quam literas, vt refert Lud. Viual. *in ſuo opere regali. in tractat. de perſecut. Eccleſ. in 10. perſ. Eccl.* vbi etiam de inuentoribus eiuſdem ſcribit. Et ait Chriſtum fuiſſe ſummum Muſicum; & quod plus eſt, quod fere totum corpus Sacræ Scripturæ non ſolum verſatur circa Muſicam, ſed etiam vniuerſos ad cantandum in Muſicis hortatur. Vnde Dauid, qui, teſte Hieronymo, Chriſtum lyra perſonat, & in decachordo Pſalterio ab inferis excitat reſurgentem, *in Pſalm. 32.* ait: Confitemini Domino in cithara, in Pſalterio decem chordarum pſallite illi. Cantate ei canticũ nouum: bene pſallite ei in vociferatione. Et *Pſal. 24.* Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus, quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Et adhuc nos hortatur Sacra Scriptura, laudare Dominum in Muſica, cum dicatur *Pſal. 98.* Pſallite Domino in cithara, & voce Pſalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Et *Pſal. 150.* Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in Pſalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo. Et laudate eum in cymbalis bene ſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis ſpiritus laudet Dominum. Et ideo dicitur *Eccleſ. 40.* Vinum & Muſica lætificant cor, & ſuper vtraque dilectio Sapientiæ. Quocirca, tam exemplo, quam ratione ſatis conſtat, Muſicam in ciuitate admittendam, & ciuili viro vtilem eſſe: verum neceſſariam, & non modo animum oblectare, verum ingenium fouere, & promptiores alacrioreſque viros reddere, non ſo-

lum ad rem militarē, verum ad ſumma quæque negocia obeunda, diuinaque perſoluenda & veneranda. Idcirco in eius commendatione fuimus prolixiores.

QVinquageſima ſecunda & poſtrema cōſideratio; Iamiam ad aliam artis ſeu ſcientiæ Mathematicæ partem deuenire nos admonet, quæ Aſtronomia vel Aſtrologia vocatur; quæ tamen inter ſe diſcrepant; cum Aſtronomia cœli conuerſionem, ortus, obitus, motuſq; ſyderum contineat; vel qua ex cauſa ita vocentur.

Aſtrologia vero partim naturalis, partim ſuperſtitioſa eſſe creditur.

Naturalis; dum exequitur ſolis & lunæ curſus, vel ſtellarum, certaſq; temporum ſtationes.

Superſtitioſa vero eſt illa, quam Mathematici ſequuntur, qui in illis augurātur, quique etiam duodecim cœli ſigna per ſingula animæ vel corporis membra diſponunt: ſydereoq; curſu natiuitates hominum & mores prædicare conantur, vt dicit Iſidor. 3. *Etymologiarum. c. 26.*

Inprimis; antequam vlterius progreſſum faciam; quoniam intētio huius operis ſolum ad laudem protendit, licet multa in reprobationem huius artis dici valeant, de quibus ſuperſedeo, vos remittendo ad illos, qui de huiuſmodi reprobatione ſcripſerunt, videlicet, ad principalem inter alios poſt Doctores Eccleſiæ, Picum Mirandulam *in ſuis diſputationibus contra Aſtrologos.* Dicit tamen Lud. Viual. *in ſuo opere regali de perfec. Eccl. Dei. in 10. perfect.* quod Theologus tenetur ſcire Aſtrologiam, eo; quia in Sacra Scriptura multis variiſque modis de cœlis, de curſu ſolis, lunæ, & aſtrorū tractatur: ideo conuenit, vt Theologus diſcat ipſam Aſtrologiam, de qua hic intendo tantum dicere, prout eſt permiſſa. Et ſecundum quod Eccleſiaſtici & Theologi Doctores illam approbauerunt, deciſionibus eorum me ſubmittendo: & cum proteſtatione, quod nullo modo intendo deuiare à deciſionibus Doctorum Eccleſiæ.

Aſtrologiam ideo dico eſſe laudandam, & maxime extollendam, cum, ſi vera ſit & talis, vt à nonnullis etiam Eccleſiaſticis exiſtimatur, eſt multum neceſſaria & vtilis Reipublicæ, & ſub proteſtationibus prædictis, videtur corroborari poſſe multis rationibus, autoritatibus & exemplis.

Primo, rationibus ſequentibus; quoniam vna eſt vox Theologorum & Philoſophorū, mundum inferiorem à Deo per cœlum gubernari: vnde corpora inferiora à ſuperioribus reguntur: hoc Ariſtotelis vulgatiſſima illa ſcientia docet, neceſſario mundum hunc inferiorem ſuperioribus motibus eſſe contiguum, vt eius omnis virtus inde gubernetur. Sic Aurelius quoque dixit Aug. per corpora ſubtiliora, groſſiora hæc regi atque moueri. Quis igitur (inquiunt Philoſophi & Theologi) dubitauerit, mutationes quaſcunq; rerum terrenarum à motibus fieri corporum ſuperiorum?

Secunda ratio erit experientia, quæ hoc demonſtrat. Cum variatis anni temporibus ex acceſſu ſolis ad nos atque receſſu: vnde viuentium quoque habitus & conditio variatur, dum temporat aura cœlum, dum variat fruges, redditque rapitque. Sed & in diurna reuolutione ſol aeris qualitate immutat plus minus, tum meridie, mane, veſpere, calefaciens, exſiccans, humori, frigorique derelinquens.

Luna quantas habeat vires in omnia corpora, præſertim fluxiora, quis ignorat? Æſtus hæc Oceani faciens, aſcendens atque deſcendens: pontum mouet & terris immittit, & affert: ſed & ſubmerſa, fretis concharum, & carcere clauſa. Ad lunæ motum variant animalia corpus. Criſmi ſeu critici vel decretorii dies à medicis obſeruati, lunæ ſoliſque motus ſequuntur, luna plena naſcente, diurnas perſæpe cieri tempeſtates, & in corporibus agitari videmus humores. Hinc paſtoribus, nautis, agricultoribus obſeruationes multæ de lunæ motibus acceptæ, multiplicique experientia multis retro ſeculis comprobatæ. Cur igitur, ſi luminarium manifeſtiores impreſſiones, & in permutandis inferioribus autoritatem perſentimus, ceſſare aliquas ſtellas, & inefficaces eſſe credimus?

ne-

Digitized by Google

nec eorum vires ad nos, quanquam occultiores peruenire, quibus ſubdita illis corpora variis modis afficiantur. Quarum gnari atque prudentes, ſecretiora quædam de futuris euentis poſſint præcognoſcere, quam quæ Medici, paſtores, agricolæ, nautæ prædiuinant.

Tertia ratio etiam ſumitur ex dictis Pici Mirandulæ *in ſuis diſputationibus contra Aſtrologos*, *libr.* 3. *c.* 2. vbi ait poſt præcedentia. Præterea nemo negabit, aeris habitum tempeſtateſque de ſyderum ſtatu, poſituraque variari: cum & calor, & frigus, & ſiccitas, & humiditas, & quæcunque in ſublimi fiunt impreſſiones à cœlitibus motibus & influxibus generentur. Quod ſi terræ viſceribus incluſi, ſicciores halitus terram mouent, ſi cauſationes in aere ex quatuor illarum qualitatum, vel exuberantia, vel defectu, ſi caritatem annonæ vel humilitas nimia facit, vel ſiccitas, cum aut fructus leguntur, aut feruntur inuicem, fertilitatem ſtatus aeris modicus oportunus. Quis negabit à ſtellis non modo tempeſtatum mutationes & terræmotus, ſed peſtilentias quoque & morborum varia genera in hominibus, in pecoribus, ſalubritatem regionum, & fertilitatem, ſterilitatemque prouenire? Tum ſi conſtamus nos quoque ex iiſdem qualitatibus & corporis temperatura, mores, ingeniaque variantur, integra tamen libertate, ſeu libero arbitrio, cur non fieri poteſt, vt propenſiones in nobis ad iram, manſuetudinem, & affectus alios bonos, & malos, à ſyderibus habeant bilem, ſanguinem, pituitam, atram bilem, vel ſuſcitantibus vel frænantibus, quod humores affectus illi plerunque comitantur? Cur non pariter ſiccæ calidæque colorum impreſſiones bilem in nobis ad litem, iurgia, contumelias, inimicitias excitare poſſunt? Vnde bella, cædes, vaſtationes, vnde imperia regnaque mutantur. Poſt hæc, ita collegit Ptolemæus. Si faciunt ſtellæ diuerſitatem corporis & animi, deriuatur hæc deinceps ad ea, quæ ſunt quidem extrinſeca, ſed habet cum illis affinitatem, qualem cum corpore vxor, & facultates, cum animo dignitas, & honores. Hæc eſt præcipua ratio Ptolemæi, nec omnium effectricem ſyderũ vim probat, alter vllo loco, quam ex efficientia primarum qualitatum, quas producendo cæteras quoq; producant cõſequenter. Quare nec alias affert cauſas, quam hæc quidem Saturnus, hæc Iupiter, illa vero Mars operatur, quam quod Iupiter ſit planeta calidus & humidus. Saturnus ſiccus & frigidus. Mars ſiccus magis & feruidus: hoc de ſtellis erraticis, hoc de nõ erraticis pariter ſentit, ex natura primarũ qualitatum erraticas, ex erraticarum natura iudicans non erraticas: verumenimuero poſſent alii, relictis primis qualitatibus, ad occultas vires eminentioreſq; confugere, quas ineſſe cœleſtibus plurimas & efficaciſſimas ambigi non conueniat.

Quarta ratio aſſignata ab eodem Pico; Si quid in terrenis, quaſcunq; ſingulares & excellentes dotes ditemur, eas cœli ſolemus munera exiſtimare, quæ non elementares: de quibus illa corpora coaleſcunt, qualitates, ſed infuſam illis potius virtutem cœlitus conſequantur. Quanto igitur magis non carebunt huiuſmodi viribus & proprietatib. nobiliſſima illa corpora luce tam clara, mole tam vaſta, agitatione tam rapida; aut quonã pacto, ſi cum motu lumine tranſmittuntur ad terram, non erunt mirabilium apud nos effectrices.

Quinta ratio; vt ait Picus, cum curſus humanarum rerum, de quibus Aſtrologorum potiſſime diuinatio, cœli fatique poteſtatem vel nolentibus vndique perſuadere videtur: in quo varietas ipſa familiaris & frequentiſſima: tum multa ſupra vires noſtræ mortalitatis fieri videmus, multa præter rationem, & meritum, plurima præter ordinem & inſtitutum conditionis humanæ, quæ cauſas alibi, quam in cœlo nullas habere poſſe videntur: hic habilis ad philoſophiam, ille naſcitur ad poeticam, alius literas aſpernatur, vel ciuile negocium, vel arma libentius feliciuſque pertractat: vnde iſta varietas ingeniorum? Eſt qui diuitias nihil faciat, eſt qui animam lucro vendat: hic ſobrius, ille nequam: hic audax, ille meticuloſus: vnde

tanta in moribus diſſimilitudo? Alexander orientem tam cito vicit, quam vidit. Vnde impetus tantæ felicitatis? Quæ vis Ariſtoteli præceptori illius? Quæ Platoni prius, Pythagoræ, Socrati, cæteris naturæ ſecreta releuauit? Hæc ratio maior, quam vt è terra pullulaſſe credatur. Illa rurſus aſtrorum fortuitis curſibus qui non aſcribat? Hominem innocentem condemnari, nocentem præmiis affici. Induſtriamq; plurimorum, ſolertiam, ingenium, doctrinam indicare: aliorum ignauiam, nequitiamq; locupletari. Piratam cædibus cruentatum, inter mille pericula maris & terræ, tandem domi inter ſuos, & ſenectute vita fungi: hominem mitiſſimum & paratiſſimum, vel à nolentibus imprudenter gladiis obtruncari? Tum portenta ingeniorum quædam, & monſtra, vel fœtidis gaudentium: vel, vt ſemel dicatur, à legibus exorbitantium humanitatis: nonne illam ſibi vim quandam, neceſſitatemq; fatalis potentiæ teſtari videntur? vt infra amplius dicetur *in fin. part. in 16. conſider.* Vbi de excellentia climatum: propter influentias maiores in vno climate, quam in alio dicetur. Et has quinque rationes ſcribit Picus *in ſuo loco ſupra allegato*: ad quas tandem reſpondet impugnando eiſdem. Et de quibuſdam rationibus ſupra deſcriptis vide *in margarita philoſophica. lib. 7 tract. 2. cap. 8.*

Et ſic videretur inferendum, quod Aſtrologia ad hoc valet potiſſimum, vt ſciamus quibus auſpiciis, quibus præſidiis, dextróne, an amico Hercule, demum res noſtras ſic frugi, & optime inſtituamus: ne impingamus veluti de cura cuticulæ, de bellis & aciebus inſtituendis, & de itineribus, copiis, ſeruorum, vel amicorum fortuna. Quæque ſua tempora & obſeruationes habent. Herculi propterea feliciter non ceſſiſſe ſuos labores aiunt, quod non in tempore bono natus ſit: & hoc Poetæ probant, vt infra patet.

Et quod Aſtrologia vtilis ſit in Republica, autoritatibus comprobari poteſt, Poetarum dicta inprimis ad adducendo. Vnde Virgilius inquit:

Ipſa dies alios alio dedit ordine lunæ,
Felices operum quintam fuge.
Septima poſt decimam, & ponere vites,
Et prenſos domitare boues, & licia telæ
Addere.
Nona fuga melior contraria furtis.

Omnium vero elegantiſſime Heſiodus *in lib. cuius titulus, Opera & Dies.*

Ab Ioue natæ omnis.
Prima dies ſacra eſt, & quarta, & ſeptima.
Primo natus Apollo radiantia lumina fudit.
Luce demum quarta felix ducenda ſit vxor.
Omine captato ſunt omnia proſpera rebus,
Et licet incurnam trabibus cōponere nauim.
Et quintas fuge, namq; illarū pallidus orcus,
Tum dira Eumenidum facies toto orbe vagantes.
Caſtigant, ſi qua in terra periuria falſum affirmant.
Sexta dies triſtem oſtendit mulieribus ortū,
Læta viris, multiq; etiam naſcuntur in illa.
Hac ouibus fœtum licitū caſtrare, vel hædos:
Scindimus octauo forti genitalia tauro,
Caſtramuſq; ſues, felix eſt ponere plantas.
Nona viros gignit, vel amica ſorte puellas,
Luce viris decima fauſtos quoque credimus ortus.
Vna poſt decima felix incidere vites,
Et tempeſtiuam ſegeti ſupponere falcem.
Tertia poſt decimā plātaribus optima ſurgit,
Spargere ſemen humi.
Quarta poſt decimam mulieribus proſpera natu.

Et rurſus de natura planetarum. Virgilius:

Atq; hæc, vt certis poſſimus diſcere ſignis,
Æſtuſq; pluuiaſq;, & agētes frigora ventos:
Ipſe pater ſtatuit quid menſtrua luna moneret:
Sol quoque & exoriens, & cum ſe condet in vndas
Signa dabit, ſolem certiſſima ſigna ſequētur.
Solem quis dicere falſum
Audeat? ille etiam cæcos inſtare tumultus,
Sæpe monet fraudemq;, & operta tumeſcere bella,
Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atq; metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus.

Nam

Nam etiam, vt inquit F. Patritius *libr. 2. de inſtitut. Reipublicæ, tit. 2.* Aſtrologia vtilis eſt in omni Republica, propter agriculturam (quæ magnam rationem ab ea accipit) ſyderibus ſuis vertendam eſſe terram docet Maro *in Georgicis*, vt ſupra patet. & Heſiodus arandi, ſerendique tempora, ſyderum ratione ſignificat, cum ait:

Pleiados eſt ſubigenda ſeges athlantidos ortu,
Hac autem ſeſe ſtella condente ſerendum eſt.

Columella vero ſingulos quoſque dies aſtronomica ratione obſeruari præcepit, tum propter rei ruſticæ vtilitatem, tum propter pericula quam plurima, quæ moniti à peritis eius diſciplinæ, cauere poſſumus: vt infra dicetur, vbi de exemplis fit mentio.

Et, vt dicit Ptolemæus, Aſtrologiæ maximus indagator, *in ſuo Centiloquio.* Ex conſtellationibus & Planetarum influentiis, ea, quæ in mundo accidunt, cauſantur. Ideo videretur, quod nihil melius aut potentius habere valeat homo, quam ſub bonæ influentiæ Planeta naſci. Fato enim omnia fiunt, inquit Tullius *libr. 1. de Diuinatione, circa fin.* Vnde Lucanus *lib. 6.*

Præceps agit omnia fatum.
Nec medii dirimũt morbi vitamq; necemq;.

Et Seneca *in lib. Tragœd.* ait:

Quicquid patimur mortales, quicquid facimus venit ex alto. Et iterum:
Regitur fatis mortale genus.

Et Plinius *lib. 1. naturalis hiſtoriæ.* Singulis ſydera tributa ſunt nobis: clara diuitibus, minora pauperibus, obſcura defectis, & pro ſorte cuiuſque lucentia ad munera mortalibus. Et Quintilianus *lib. Declamationum.*

Fato viuimus, languem⁹, morimur, medicina quid præſtas, niſi vt iuxta te nemo deſperet? Et de potentia Fati Ouid. 3. *de Triſtibus.*

Ratio fatum vincere nulla valet.

Et Iuuenalis *lib. 3. Satyr. 1.*

Diſtat enim quæ ſyderate excipiant modo primos.
Incipientem.
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentẽ.
Ventidius quid enim, quid Tullius, an ne aliud, quam
Sydus, & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos.

Vt inquit Bern. de Buſtis *in 2. part. ſui Roſarii. ſer. 31. ſub litera N.* Et iterum Iuuen. *lib. vlt.*

Plus etenim fati valet hora benigni,
Quam ſi nos Veneris commendet epiſtola Marti.

Et Boetius de conſolatione.

Mutare fata non poſſumus,
Stant dura inexorabilia.

Et Damaſcenus *lib. 2.* ait. Corpora cœleſtia conſtituunt nobis habitus, complexiones, & diſpoſitiones, & Ptolemæus Aſtronomus *lib. 3. de quadripart.* dixit. Sed interficiendi, & ſanandi vim habent. & ibidem ait, Corpora cęleſtia cogunt hominem peccare & benefacere. Et, vt dixit Q. Curtius *lib. 5.* Eludant videlicet, quibus forte ac temere humana negotia volui, agique perſuaſum eſt. Equidem æterna conſtitutione crediderim, nexuq; cauſarum latentium, & multo ante deſtinatarum ſuum quenque ordinem immutabili lege percurrere, & Augu. *de ciuitate Dei. c. 5.* dixit, Fatũ eſſe ordinem quendam, & diſpoſitionem ſecundarum cauſarum ad effectus producendos in his corruptibilib. & generalibus pręter Dei, & hominum voluntates. Propter quod dictum etiam videntur tenere aliqui, quod tales diſpoſitiones fatales ex ſyderibus prouenientes neceſſitant, quod non eſt verum, & iſtud reprobant Theologi, vt inferius *in vltim. part. in 16. conſid.* dictum eſt. & habetur plene, & catholicè per Bartholomæũ Sibyllæ *in ſuo Speculo peregrinarum q. c. 9. prima dec.* in pluribus quæſtiunculis, in quibus declarat, quid credendum ſit de huiuſmodi influentiis, & conſtellationibus ſyderum, & fato, reprobando aut confutando opiniones philoſophorum, & Aſtrologorum: etiam eas interpretando, prout etiam fecit Picus Mirandula *in loco præalleg.* & Ioan. Lud. Viual. *in ſuo opere regali, in tracta. de perſecutionib. Eccleſ. in 3. perſecutione.* vbi ponit plures errores iſtius ſententiæ exiſtentes in pluribus, & ex quib. Eccleſia multũ grauata, & probata extitit: & eſt tam à Lutheranis, quam pluribus diuinatorib. & ſortile-

Digitized by Google

gis, qui his temporibus pullulāt: ſed cum hæc ſint extra propoſitum, ad materiam redeo.

Exemplis etiam probatur, Aſtrologiam eſſe non negligendam. Nam, vt refert F. Patritius *in loco ſupra alleg.* Anaximander Mileſius Lacedæmoniis prędixit, vt ciuitatem, ac tecta cuſtodirent: inſtare enim terræmotum. Hac diſciplina pręuidit, quod quidem factum eſt, & magna pars eius vrbis montiſque Taygeti concidit.

Sic Hippocrates venientem ab Illyricis peſtilentiam prædixit, diſcipuloſque circum vrbes Græciæ dimiſit, vt ægrotantibus adeſſent. Pro benefi cio omnis Græcia honores illi, quos Herculi, decreuit.

Pericles Athenienſium Imperator, Exercitum ſuum ſolis defectione perterritū, iamiamque hoſti veluti propitiore numine adiuto trophæum concedentē liberauit, reddita ratione, id ſyderis natura fieri, nō ira Dei, aut prodigio aliquo accidere.

Qua diſciplina niſi caruiſſet Nicias, nunquam pulcherrimum exercitum in Sicilia amiſiſſet, ſimili motu confuſum, quæ plaga Athenienſibus non mediocris extitit, ſed principium multorum malorum.

Atqui ne idem accideret exercitui Romano, cui Lucius Paulus imperabat, Sulpitius Gallus multo ante de Lunæ defectione diſſeruit, ne veluti prodigio diuinitus facto militum animi deficerent.

Cicer. *de natura Deor.* adducit exemplum duorum fratrum, qui cum ſimul nati eſſent, etiam ſimul poſtea ægrotare cœperunt, & eorum morbus pariformiter cœpit ingraueſcere, & eodem medicamine ſanati ſunt. De quibus dicit Poſſidonius Aſtronomus, quod ideo hęc ęqualiter & vniformiter illis acciderunt, quia eandem conſtitutionem aſtrorum in conceptione & natiuitate habuerunt.

In hac diſciplina plurimum claruit apud Romanos Publius Nigidius, qui figuli cognomentum habuit, propter eius ſcientiæ commentum. Nam cum diſputaretur, cur Gemini diuerſa haberent fata, cum & geniti & orti iiſdem ſyderibus eſſent: & ipſe artis ſuę parte rueretur, negareturque id fieri propter celerem cœleſtium orbium motum, id hoc pacto oſtendit. Figuli rotam magna vi concitauit, & eadem duas atramenti guttas liquauit, & deſiſtente motu longo interuallo extremitatibus rotæ guttæ inuentę ſunt: quomodo igitur, inquit, opinantur, cum tam celeri vertigine cœlum rapiatur, poſſe & gigni, & oriri geminos eo ſydere, cum figuli rota paruo concitata curſu, excuſſas guttas eodem momento tam diuerſis locis oſtendat?

Aliud exemplum addo de filio Ioan. de Lignano, tempore Papæ Martini, qui quidem Ioan. doctiſſimus iuriſconſultus ac celeberrimus Aſtronomus, præuidens ex genitura, filium quendam ſuum cruci affigendum, volenſque fatali geneſeos diſpoſitioni ſuccurrere, eum ſacris initiari, ac liberalibus diſciplinis apprime fecit erudiri. Sed nec ſic quidē euitare potuit vim fati. Nam cum eum patria Bononienſ. pro pace componenda ad Martinum Pontificem maximum legatum miſiſſet, & ipſe magis ad exitium, quam commodum patriam clanculo prodidiſſet. Pontifici, idque poſt reditum ad domum innotuiſſet, eum nocte patibulo affixerunt. Quem illuceſcente die, cum pater pendentem vidiſſet, deplorans inquit: *Heu, fili mi, tuum infeliciſſimum fatum nec humanis literarum adminiculis, nec diuinis miniſteriis ſuperare potuiſti.*

Item Æſchilus Athenienſ. tragicus primus in Sicilia mœnibus vrbis (in qua morabatur) egreſſus, aprico in loco reſedit, ſuper quem Aquila teſtudinem ferens eluſa ſplendore capitis (quod erat capillis vacuum) eandē perinde ac lapidi illiſit, vt fractæ teſtudinis (Nā ingenium eſt ei teſtudines raptas frangere ē ſublimi iaciendo) carne veſceretur, quo ictu mortuus eſt. Sed illa ſors (*vt ait Plin. lib. natural. hiſt. 10. ca. 3.*) interemit illum Poetam Æſchilum, prædictam fatis eius diei ruinam ſecura cœli fide cauentem.

Audiui etiam à pluribus me exiſtente Mediolani (vbi aſſidebam Capitaneo iuſtitiæ Mediolani.) Cum ſemel quidam eximius Aſtrologus dixiſſet Duci Mediolani (qui vocabatur Galeatius Maria Vicecomes, quintus Mediolanenſium Dux) ſe moriturum ex vulnere

nere inferendo à quodam ſuo vaſallo: interrogatus à Duce, qua morte ipſe Aſtrologus moriturus eſſet: qui cum eidem dixiſſet in publico occidi,& interfici debere ex trabe ligni cadente, mox ei Dux verba fecit dicens, hodie ſecus fiet, ſcientiamque, quam prædicas, ex rei euentu non eſſe veram apparere faciam; quoniam morieris ex gladio,& tunc iuſſit eum decapitari ab executore iuſtitiæ in brolio publice, & cum interim pararetur locus,& campanæ ſolito more in talibus pulſarentur, vt populus intereſſet, ductus fuit ad palatium, & traditus executori. Et cùm hora eum ducendi ad brolium aduenisset, executor eum ducens ad dictum locum, exeundo Palatium ſub porta magna, quæ eſt ante Eccleſiam Cathedralem (quæ vulgo *le Dome* dicitur) tunc cecidit turris ſeu coopertura dictæ portæ, & prædictos Aſtrologum, & executorem iuſtitiæ vna cum certis aliis Birreriis interfecit: & illo anno Dux Mediolani in feſto S. Stephani Protomart. & in Eccleſia ipſi ſancto dicata, Mediolani vniuerſo aſtante populo, omnibuſque Aulicis ipſius, ab vno ex ſuis vaſallis multis vulneribus turpiter cōfoſſus eſt. Quod & verum eſt de cæde ipſius Ducis, ſed de Aſtrologo, & aliis non vidi, nec legi, ſed à quibuſdam (vt dixi) accepi: qui ita referebant: ſed tunc non credidi, nec adhuc credo.

Plures Aſtrologos nominat Text. *in ſua officina, in cap. Aſtrologi*, qui Aſtrologiam inuenerunt,& in eam ſcripſerunt.

Ad hanc materiam, an Aſtrologia ſit prohibita, etiam Legiſtæ & Canoniſtæ inſudauerunt. Ita quod etiam Canoniſtæ diſputauerunt, an eam exercentes peccent. Et in hoc varii varia dixerunt, ſed non multum circa prædicta inſiſtendo, niſi quodammodo remiſſiue, videretur primo, quod non ſit prohibita. Cum ſit vna ex ſeptem artibus liberalibus, vt ſupra dictum eſt. Ideo in ſe non eſt mala: vt inquit Ioan. Andr. *in cap. 2. de ſortileg.* Eo etiam; quia omnis ſcientia à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium, vt dicit gloſſ. *in capit. qui ſine ſaluatore. 26. quaſt. 3.* Imo tales ſcientias exercentes præmiant iura. *leg. 1. ff. de variis & extraord. co.* facit. *lex eorum. Cod. de mathem.*

Sed quicquid ſit, opus eſt, vt ad veritatem condeſcendens, dicam id, quod Canoniſtæ dicunt, quod in deſuetudinem abiit: quia ex eius occaſione homines quandoque incidebant in idololatriam. Ex quo, quod credebant homines neceſſitatos corporibus cœleſtibus: quod non eſt verum, vt dicit Bartholomæus Sibyllæ, *in ſuo ſpeculo peregrinarum quaſtionum.* ſed corpora iſta inferiora reguntur ex vi ſuperiorum, diuina potentia hoc operante. vt dicit Archidiaconus *in ca. non licet. 26. qu. 5.* Vel ideo abiit in deſuetudinem; quia ſtudentes in ea, dum nimia curioſitate eſſent illi ſcientiæ intenti, minus vacabāt his, quæ ſaluti animarum eſſent accommodata, vt dicit tex. *in ca. ſors. 26. q. 3.* not. Pan. *in ca. ex tuarum extra de ſortileg.*

Et ad id, quod dicitur, & quæritur, An eam exercentes peccent? dicendum eſt, quod ſi velint prædicere ea, quæ cauſantur ex corporibus ſupercœleſtibus, vt Eclipſin lunæ, ſeu ſolis, ſiccitatem, vel abundantiam frumenti, non peccant, dummodo non credant neceſſitatem ineſſe: quia Deus poteſt aliter facere, quam aſtra ſignificent: ſeu demonſtrent. Ideo dicit gloſſ. *in cap. non licet. 26. quaſt. 5.* quod medici in dando medicinam, & ruſtici in ſeminando non peccant inſpiciendo curſum lunæ, vel ſtellarum, dummodo non credant neceſſitatem ineſſe: quia iſta corpora ſupercœleſtia ſunt ſigna rerum, & non ſunt cauſæ. de hoc per Arch. *in cap. ſi clericus. 25. quaſtion. 5.* & per Beatum Thom. *2. 2. quaſt. 10. artic. 10.* vbi dicit hoc modo: aut volunt Aſtrologi prædicere caſus fortuitos hominum, certitudinaliter hoc aſſerentes, & peccant. Quia licet corpora ſupercœleſtia habeant inclinationem, non tamen neceſſitatem. Et licet homo inclinetur ſecundum diſpoſitionē corporis ad aliquod vitium; tamen per rationem liberi arbitrii poteſt aliud facere. Anima enim nō ſubiicitur iſtis corporibus ſupercœleſtibus, ſed quia pleriq; homines ſequuntur ſenſualitatem ſuam, & appetitus naturales, captiuantes liberum arbitrium, & rationem

intellectus. Ideo Aſtrologi quandoque dicunt verum, dicendo, quod talis eſt diſpoſitus ad tale vitium. Sed ſi Aſtrologi dicant, quod aſtra inclinent ad tale quod, & non imponant neceſſitatem (quia vir ſapiens dominabitur aſtris) non peccant. ita dicit Panormitanus *in dict. cap. ex tuarum extra de ſortileg.* Et cum his hæc pars decima claudatur.

Decimæ partis Catalogi gloriæ Mundi finis.

VNDECIMA CATALOGI GLORIÆ MVNDI PARS,

De plebeiis, Artificibus, ſeu Opificibus: & de laudibus eorum tractat.

Secta in quinquaginta duas Conſiderationes.

NOTATV dignum venit, Primo, pro inductione huius partis: Qui Reipublicæ præſunt, inprimis operam ſuſcipiant, vt iuuenes, vel ſtudiis bonarum artium indulgeant. Cura enim diſciplinarum præcipua omnibus eſſe debet in omni libera Ciuitate. Plató enim ait beatas fieri Reſpublicas, quæ à ſapiētibus, & doctis viris reguntur, vel ſi minus, quando non omnes doctiſſimi euadere poſſumus: mercatura, nautica, aliive ciuili ſocietati vtiles exerceantur. Pro ſe laborare quiſque debet, vt vſui ſit ſibi, familiæque, & aliis conciuibus. Hinc ocii magis, quam negotii rationem exigere debent, qui Reipub. præſunt, & optimi etiā patresfamilias ab his, quibus imperant: quod quidem & doctiſſimi veteres cenſuerunt, & Gymnoſophiſtæ nudi illi ſapientes, qui in India degebant: nihil magis odio proſequendum arbitrabantur, quā ſegniciem, ac torporem animi. Quocirca, antequam epularentur, adoleſcentes ad mēſam deuocabant, ab eiſque rationem exigebant, quid officii, quidve negotii per diem peregiſſent: & illis ſolis eſculenta apponebant, quorum induſtriam comprobabant. Illos autem ex cœnaculo expellebant, qui per ignauiam & inertiam nihil egiſſent, & cibum officio, negotiove, vt lucrarentur, imperabāt, vt ſcribit Franciſcus Patritius *lib. 1. de inſtitut. Reipu. tit.* 8. vbi ait exemplum formicarum, & apum omnes ſequi debere, & quaſi in communi labore, vt omnia, quæ neceſſaria humano vſui ſuppeditentur. Licet enim (vt inquit) durior eſſe videretur, & ab humanitate aliena illa lex Draconis, vt ocii damnati capite punirentur; tamen ratione neutiquam caret. Cum etiam, vt ſcribit Diodorus, lex fuerit apud Ægyptios, qua ſinguli cogebantur nomina ſua apud præſides profiteri, & qua arte, quove lucro viuerent, oſtendere. Et ſi qui mentirētur,

ant

aut iniuſto quæſtu viuerent, capite damnabantur. Nec, vt dicit, medius fidius iniuria, ocioſi, & ignaui iuuenes venenũ ciuitatis ſunt, proni ad libidinem fiunt, bonis inuident, aliena appetunt, & denique ſeditioſi & turbulenti euadunt; adeo, vt peſſime cum illis agatur (vt etiam plane in præfatione huius operis in initio ſcripſi.) & infra *iſta part. in 29. conſiderat.* Ideo neque admittendi ad munera publica ſunt, ſed ad frugalitatem redigendi: vel ſi hoc minus fieri poteſt, mulctandi ſunt bonis, vel extorres, &, vt ait Paulus iureconſultus *in l. 3. ff. de off. præſidis.* curare debet is, qui prouinciæ præeſt, vt malis hominib. prouincia purgetur: quia homines peſtilẽtes diſſipant ciuitatem. *Prou. 29.* & ocioſi, ignaui, & inutiles patriæ ſuæ magis oneri, quam honori ſunt, teſte Valerio. *lib. de teſtamentis, quæ reſciſſa ſunt. c. 2.* & idem *lib. 2. titu. de inſtitutis antiquis,* dicit. Apud Athenienſes inertes, id eſt, qui ſine arte, ſeu exercitatione viuebant, tanquam obnoxii delicto, etiam in forum protrahebant vt punirentur. eius ſunt verba: *Apud Athenienſes inertia in latebris ſuis languore marcens, in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur, fitque vt facinoroſa, ita erubeſcenda rea culpæ.* & in cap. ſequen. ſubdit. *Areopagitæ (qui officium ſimile Romanis cenſorib. gerebant) quod quiſque Athenienſium ageret, aut quonam quæſtu ſuſtentaretur, diligentiſſime inquirere ſolebant: vt homines honeſtæ vitæ rationem memores reddendam eſſe ſequerentur.* Vnde in Euangelio dicitur: *Redde rationem villicationis tuæ,* hoc eſt, negotiationis, vt ſcribitur *Luc. 16.* Et mirum in modum, & ſeuere increpuit alias quidam Philoſophus adoleſcentem Romanum ex Equeſtri familia ſtantem ſegnem apud ſe, & aſſidue oſcitantem: vt ſcribitur apud Gellium *in c. 2. octaui libri,* qui tamen hac ætate non reperitur.

Et idem Gellius *lib. 4. cap. vlt.* refert vnum exemplum caſtigatiſſimæ diſciplinæ, & quid de eius nota deliberatum, qui ſteterat forte apud cenſores oſcitabundus, dum ait: altera ſeueritas eiuſdem ſectæ, & diſciplinæ eſt, deliberatum eſt de nota eius, qui apud Cenſores ab amico aduocatus eſt, & in iure ſtans, clare nimis ac ſonore oſcitauit. Atque inibi prope, vt plecteretur, fuit: tanquam illud iudicium vagi animi foret, & hallucinantis, & flexæ atque aptæ ſecuritatis. Sed quum ille deieraſſet inuictiſſimum ſeſe, & repugnantem oſcitatione victum, tenerique eo vitio, quod oſcedo appellatur, tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt. & vt ait Gel. P. Scipio Africanus Pauli filius hanc hiſtoriam poſuit in oratione, quam dixit in cenſura, quum ad maiorum mores populum hortaretur. Ideo non immerito Text. *in ſua officina* laudat laborioſos quoſdam ab eo recitatos, ſub verbo *laborioſi,* vbi ait: quod Cleanthes Philoſophus inopia mercenarium ſe fecit, ac noctu quidem in hauriendis aquis victum ſibi comparauit; interdiu liberalibus ſtudiis dedit operam: pinſebat quoque farinas ſæpenumero, vt penuriam illam neceſſarium pleriſque malum excuteret.

Item pugnabat Plautus in paupertatem dies & noctes. Scribebat enim fabulas ſuas interdiu, nocte vero operam locabat piſtori, & in agendis molis (quas truſatiles vocant) qualemcunque faciebat quæſtum. Sed quæ inter alias ſit ratio, vt inertes, & ocioſi extorres fiant, eſt: quoniam ſæpenumero fit, vt eiecti patria cum peregrinantur, & à parentum delitiis abſunt, egendo diſcant quærere, & parta non modo luxu prodigere, verũ omnĩ parſimonia, & continentia conſeruare. Idcirco, cum Opifices parant ea, quæ vſui nobis ſunt, & ſine quibus minus commode viuitur, non modo tolerandi ſunt, ſed inter honeſtos ciues cenſendi, eo etiam cum vrbes diuerſis ornamentis illuſtriores reddant: vt & ibi narrat Franciſcus Patritius, quomodo aliqui Opifices, & Artifices vtiles fuerint ciuibus ſuis, vt de Demetrio Duce, expugnare qui Rhodũ cum vellet, accedens ad eam partẽ muri, in qua notiſſima illa Prothogenis Sicauni tabula collocata erat. Cum iam incendium vrbi pararetur, certior ab oppidanis factus eius rei, ne præclari artificis incendio monumenta deleret, vrbi, & ciuibus pepercit: vt & atteſtatur Aulus Gellius *lib. 15. cap. vlt.* Olympii Iouis ſtatua diutius Phidiæ nomen ſeruauit.

Rrrr Capi-

Capitolini autem Mentoris. Tales Opifices ciuitates illæ, quæ protulerunt, inter ſuas laudes connumerare poſſunt. Solonis lex præcipue laudatur, qua quidem ſanciuit, filium nequaquam parenti neceſſaria vitæ ſubſidia debere, à quo nullam artem ſuſcepiſſet.

Et non ſolum Opifices, verum etiam Mercatores in ciuitatibus fouendi ſunt, & extollendi, cum ciuitates longe magis abundantes reddant his rebus, quæ magis vſui eſſe poſſunt, vt inferius *eadem part. in 45. conſi.* latius deſcribetur. Et ex pluribus concludit Patritius, Opifices honeſtioris quæſtus, qui ciuitatem rebus neceſſariis augent, vel ſpeciem vrbis decorant, neutiquam excludendos. Sed aliter cum his agendum, vt cognoſcant induſtriam ſuam non eſſe pœnitendam. Et ſi illis locus inter Primarios non ſit, inter reliquos honeſte eſſe poſſunt. Iuſtum namque eſſe videtur, & ad concordiam inter ciues ſeruandam maxime accommodatum, ſi hi, ſine quibus ciuitas vix eſſe poteſt, quiq; participes onerum ſint, honorum etiam participes, aliqua ex parte reddantur. Et ſic poſt honeſtos, & virtuoſos primo, ſecundo vero diſciplinarum liberalium expertes, tertio nobis in ſuffragiis reddendis habenda eſt ratio eorum, qui mercatura, artificio, & induſtria ciuibus proſint, & vrbem opulentiorem, nitidioremque reddunt.

An vero Opifices inter ciues connumerãdi, & ad honores aſſumendi ſint, vide Ariſtotelem 5. *Polit. c.* 3.

Inter plebeios reperiuntur quatuor ſtatus, ſecundum Lucam de Penna *in l. in albo. C. de decur. li.* 10. Quidam enim ſunt in primo honore, vt ſunt, qui in Magiſtratu conſtituuntur. In ſecundo honore, qui ſequentem honorem adminiſtrauerint, vt poſt Officiales Regios ſunt Officiales ciuitatis. Et poſt eos tertio dignantur honore, vt ſunt Decuriones, & alii inferiores, qui præſunt alicui cognitioni. Vltimo & quarto, qui nullo functi ſunt honore, vt de ſingulis infra dicitur.

SEcunda conſideratio; Barth. Cæp. *in tract. de re militari, & duello. lib.* 7. vbi de nobilitate ſcribit, *in* 4. *colum.* dicit, Quod triplex eſt hominum ſtatus, ſcilicet, Maiorũ, & hi ſunt, qui ad dignitatem à fortuna prouecti ſunt, & de his ante *in* 4.5.6.7.8.9. *&* 10. *partibus*: Mediorum, & hi ſunt nobiles ſine alia dignitate, & de his *in* 8. *par.* ſcriptum eſt: Minorum, & hi ſunt ignobiles, ſeu plebeii. & horum modi ſunt nouem, vt vult Iac. Faber *in ſua introductione in politica Ariſtotelis.*

Primus Agricolarum, qui circa alimenta verſatur.

Secundus Opificum, qui verſatur circa artes, aut neceſſarias, aut honeſtas, aut voluptarias.

Tertius Cauponum, vendentium, ementiumque, mercatorum, & numulariorum.

Quartus Naualium bellatorum.

Quintus Piſcatorum.

Sextus Portitorum.

Septimus Negotiatorum marmorum.

Octauus manu operariorum paruas facultates habentium.

Nonus Liberorum, non tamen ex vtroq; parente ciue ortum habentium. & de ſingulis ſuo loco dicendum eſt. & in hoc opere explicabitur, vt comprehendatur ſtatus Reipublicæ, in qua multæ ſunt ſpecies hominum & rerum, de quibus ſatis ſcripſi, præter plebeios hic deſcribendos, vt tres ſtatus hominum hic comprehendantur, qui ſunt, ſcilicet eorum, qui ſunt in dignitate nobilium & plebeiorũ, vt dicit Luc. de Pen. *in l.* 1 *colum. vltim. Cod. de deſert. lib.* 12. & vt dicit Guil. Budæus *in leg. diuus Marcus. ff. de off. præſidis.* qui vulgo ſtatus dicitur, in iure ordo dicitur: Et, vt dicit, ſunt tres ordines, inter quos ſunt plebeii. Et ait Zaſius *in rep. l.* 2. *in* §. *poſt hunc maxima autoritatis fuerunt. ff. de origine iuris.* quod Romæ fuerunt tres ordines, ſed inter alios ordo plebeiorum erat infimus.

Ariſtotelis vero ſententia eſt. *Politicorum* 1. eſſe inter homines quoſdam velut natura imperantes, ſeu Principes, & alios velut natura parentes, & ſeruituti mancipatos, ſeu ruſticatores ferina quadam mente, & nimio plus ab humaniore vſu, ac vrbaniore ſequeſtratos: Quod ſit propter conſeruationem. Nam qui

mente

mente rem proſpicere poteſt, natura imperare videtur, ac dominari. Qui vero ita corpore affectus eſt, vt exequi iſta poſſit, nihil ipſe ex ratione diſpiciens, natura paret, atque ſeruit. Nihil enim natura facit tale, qualem Chalcotypi, id eſt, ærarii fabri Delphicum gladium diuerſis accommodum ex inopia: teſte Cælio *lib. antiq. lectio. 10 ca.* 8. de quo infra latius *iſta par. in* 8 *.conſid.*

Tertia conſideratio; Anton. Floren *in ſua ſumm. par.* 1 *tit.* 1 *.cap.* 3. §. dicit: Quod mechanica ars ſeptem habet ſpecies, Lanificiũ, Armaturam, Nauigationem, Agriculturam, Venationem, Medicinam, & Theatricam. Et dicitur Mechanica, ſcientia adulterina, ſiue non liberalis, ſecundum gloſſ. *in ver. mechanicis. in Authen. de non alienan. aut permut. reb. Eccleſi. & c. §. quod autem dictum eſt, coll.* 2. Et ad hanc artem mechanicam omnium rerum fabrica concurrere videtur, quæ humanis neceſſitatibus inuenitur grata, commoda, & neceſſaria. ita etiam dicit Luc. de Penn. *in l.* 2. *C. de excu. artifi. lib.* 10.

Lanificium vero prima eſt eius ſpecies, ad quam pertinet omnis operatio agendi, retorquendi, conſuendi, quicquid fit inſtrumento, colo, fuſo, acu, pectine, calamiſtro, girgillo, alabro. In materia lini, lanæ, cannabis, & ſub eis omnes vſus floccorum, filtrorum, ſagorum, ſagmarum, ſportarum, &c.

Armatura ponitur pro ſecunda, quæ iterum habet duas ſpecies, Architectonicam, ſcilicet, & Fabrilem. Architectonica in cæmentariam. & carpentariã. Cæmentarii ſunt, qui ædificium ex lapidibus & cæmento faciunt, & conſtruunt. Carpentarii, qui ædificia ex ligno componunt. Fabrilis in malleatoriã, & fuſoriam, & hæc fabrilis, & ferraria duabus rebus conſtat, ventis, ſcilicet, & flamma.

Agriculturam ponit Antoninus pro tertia: ego vero eam primam conſtituo, inſequendo modos plebeiorum, à Iacobo Fabro hic *in præceden ti conſider.* deſignatos. Licet lanificium fuerit prius; quoniam antequam Adam laboraſſet terram, dominus Deus fecerat ei, & vxori eius veſtes pelliceas, quibus induit eos, vt ſcribitur *Geneſis* 3. *in fine.* Quod quidem artificium continetur ſub arte lanifica. de qua hic ante, & infra in 41. *conſideratione* dicetur.

Agricultura vero quatuor habet ſpecies, ſcilicet aruum ſeu agrum, qui ſationibus deputatur. Conſitum, qui nemoribus conſtat, vt ſunt vineta, oliueta, pomerium. Paſcuum, qui paſcuis conſtat, vt prata. Floridum, vt hortus, & roſaria.

Venatio pro quarta ſpecie ponitur ab eodem. &, vt ait, tres habet ſpecies, ſcilicet ferinam, aucupium, & piſcaturam: quæ quomodo fiant, vide ibi.

Nauigationem ponit poſt venationem, quæ continet omnem induſtriam emendi, & vendendi. Hęc vniuerſa littora adit, pacem & familiaritatem cum exteris nationibus componit, & priuata bona communicat.

Medicinam deinde ponit Antoninus, ſed Lucas de Penna ponit Chirurgiam, & credo, quod melius: quia medicina eſt ars, ſeu ſcientia liberalis: vt ſupra *in præcedenti parte* dictũ eſt *in* 24. *conſider.* Medicina vero corporis, vel tuetur, vel reſtaurat ſalutem: hæc continet occaſiones & operationes, vt latius infra *in* 48. *conſid.* dicetur.

Septima ſpecies eſt Theatrica, quæ ludos diuerſi generis continet, vt in *pen. conſid.* huiuſce partis videre poteris. Sed in præcedentia horum plebeiorum non ſequar, nec ordinem Antonini Flor. nec Iac. Fabri, nec Zoderici Zamo. *in ſuo Spec. humanæ vitæ.*

Et aduerte ad vnum, quod ſcribit Budæus *in l. vlt. ff. ſi menſor falſ. mod. dixerit.* quod in omni arte, tres homines ſunt conſiderandi: Opifex, Architectonicus, & in arte inſtitutus, & eruditus.

Quarta conſideratio; Priuſquam ad particulares plebeiorum modos, ſeu mechanicorum ſpecies condeſcendamus, præponere generalia decens eſt. Primo, in omni ſtatu ſeu modo maſculi præferendi ſunt fœminis, & ſunt plus honorandi, quam fœminæ: quia per maſculos conſeruatur agnatio, *l. pronunciatio. §. pater. ibi: communi iure. in fi. ff. de verbor. & ver. ſignificat. l.* 1. *iuncta gloſſ. ff. de probatio.* Et per maſculos conſeruatur memoria

æterna aſcendentium. *l. liberorum in fin. ff. de ver. & rer. ſignific.* Facit *l. & quia. ff. de interrogat. actio.* Facit etiam text. *in §. item vetuſtas. in princ. Inſtit. de hære. quæ ab inteſt. deferun. & de ſenatuſconſ. Tertul. in pr.* vbi maſculi præferũtur fœminis. Et naturaliter parentes plus diligunt maſculos, quam fœminas: quinimo matres, quibus forte, & communiter filia dulcior eſſet, & magis gratioſa, velut ei ſimilis, in ſexu ſemper concipere & parere mallent maſculum: quia grauius fœminam in vtero gerunt, & pariunt, ſecundum Philoſophum *in lib. animalium.* Quæ (inquit) fœminam ferũt, fiunt pallidiores, & grauius degunt, & varia auidius appetunt, ſtatimque faſtidiũt, quam quæ mares: & plus motus magna ex parte mas in vtero infert, quam fœmina, & celerius prodit, & ſic matrem non tantum torquet in partu. Et etiam maſculi ſunt longioris vitæ fœmellis, cum calidius animal ſit maſculus, quam fœmella, teſte Ariſtotele, *lib. de longitu. & breuit. vita,* & eodem autore *in libr. de animalib.* in genere humano pauci gemini ſeruãtur, ſi alter mas, & alter fœmina ſit, quæ mari nocet in breuitate vitæ. inde dicitur *Eccleſiaſt. 36.* Omnem maſculum excipiet mulier, id eſt, gratum accipiet in parte plus, quam ſi mulierem pareret, ſecundum Lyram, *ibi:* quia fœmina non eſt homo ſimpliciter, ſed homo occaſionatus, ſecundum Philoſophum *lib. de animalibus.* quod denotat imperfectionem ratione defectus materiæ, ex quo prouenit, quod fœmina generatur, & calor eſt cauſa maris, & frigiditas reddit fœmellam, & per membra dextra generantur maſculi, & ſiniſtra fœminæ. Et in vtero matris à dextris ſunt maſculi, & à ſiniſtris fœminæ, vt ſcribit Arnal. de Villa noua *in ſua tractat. de coitu, in pr. circa fi. & in 1. c.* & Cælius *lib. antiquarum lect. 2. c. 54. & 55.*

Et ex his facile cognoſcimus, & cognoſcere debemus, nos ſummo Deo teneri, & obnoxios eſſe, quod nos homines creauit, & non mulieres. vnde refert Lactantius *lib. 3.* non ſine cauſa Platonem de quatuor gratias egiſſe Deo. Primo, quod homo natus eſſet, & non animal brutum. Secundo, quod Græcus potius, quam Barbarus. Tertio, quod Athenis tempore Socratis. Quarto, quod mas potius, quam fœmina: quia teſte Thoma *in 1. quæſt. 99. articu. 2.* Fœmina eſt quid occaſionatum, & defectuoſum, eo, quod virtus productiua, quæ eſt in ſemine maris producere intendit ſimile ſibi perfectum, ſecundum maſculinum ſexum: ſed quod fœmina generetur, eſt propter virtutis actiuæ debilitatem, vel aliquam materiæ indiſpoſitionem, aut tranſmutationem ab extrinſeco, puta à ventis auſtralibus, qui ſunt humidi, ſecundum Ariſtot. *in d. li. de animalib.* vbi dicit, quod vẽtus ſeptentrionalis coadiuuat generationem maſculorum; auſtralis vero ad generationem fœminarum. Vnde ſi Adam non peccaſſet in Paradiſo delitiarum reſidens, qui eſt ſupra omnes ventos, de quo *in ſeq. part. 4. conſid.* ſcripſi, homines tot fœminas, & non plus, quam viros generaſſent.

Et nobilitas maſculi & excellentia illius vltra fœminam cognoſcitur tam ex eo, quod creatio humanæ naturæ fuit producta in vno indiuiduo ſolo, & ſexu virilitatum: vt habetur *Geneſ. 1. & 2.* vt ſic eſſet primus homo principium omnium indiuiduorum naturæ humanæ, & conſequenter totius ſpeciei ſuo modo: ſicut Deus eſt principium totius vniuerſi, vt quoad eſſet in maſculo quædam ſimilitudo hominis ad Deum propter humanæ naturæ dignitatem, iuxta illud *Act. 17.* Fecit Deus ex vno omne genus hominum, id eſt, ex Adam, quem ſolum (cum Eua tunc adhuc creata non eſſet) poſuit in Paradiſum voluptatis, eique ſoli adduxit omnia, quæ creauerat, quibus ipſe nomina impoſuit, & deinde Euam creauit, vt patet *Geneſ. 2. & 1. ad Timoth. 2.* dicitur; Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua. Nec obſtat, quod *in 1. ca. Gen.* dicitur, maſculum & fœminam creauit eos: quia hoc ibi dicitur per anticipationem, vt dicit Nicolaus de Lyra *ibi,* vt recitat G. Benedict. *in ſua repe. c. Rayn. in verb. duas habens filias. nu. 136. de teſta. & nu. 137.* dicit, quod maiorem habet dignitatem ſexus virilis, quã fœmineus, per tex. *in leg. 1. ff. de ſenatorib.* vbi ſunt verba Vlpiani, quod maior dignitas eſt in ſexu virili.

Digitized by Google

virili. Et ad corroborationem huius ſcribit ibi plura exempla G. Bened *in gl. in verb. ſi abſque liberis, de exemplari ſubſtitutione num.* 41. allegans Auguſtinum *de ciuitate Dei lib.* 18. & ibi dicit, quod dignior eſt homo, quam fœmina; & quod licet ciuitas Athenarum fuerit nominata à nomine mulieris; tamen Neptunus iratus, & iniuria motus; quia mulieres ex vna obtinuerunt, aquas laxauit per totam regionem, in maximam eius deſtructionem & perditionem, pro quo placando fœminæ ea tunc fuerunt triplici pœna afflictæ.

Primo; quod nunquam vocem in deliberatione conſiliorũ haberent. Ex quo etiam ſeruarunt Romani, quod in legibus condendis ſoli viri, & non fœminæ vocarentur; vnde Papinianus *in l. 1. ff. de legib.* Lex, inquit, eſt commune præceptum virorum prudentum conſultum. Et hoc; quia mulieres ſunt fragiles, & earum conſilium inualidum. Et conſilium proprie virorum eſt, non mulierũ, *argum. l. quidam decedens. §. Papinianus. ff. de adminiſt. tutor.*

Secundo; quod nunquam proles nomen matris geſtaret. de quo ſcribitur per eundem G. Benedict. *in eadem repet. in gl.* pro quo text. expreſſus *in §. 1. in fin. Inſtit. de legit. agnat. tutel.*

Tertio; quod nunquam fœmina hoc pulchro nomine Athenæ vocaretur, vt dicit Auguſtinus *vbi ſupra.*

De pluribus priuilegiis, prærogatiuis, & honoribus, quibus viri honorantur, & non mulieres, habetur *in l. fœmina. ff. de regul. iur.* & ibi ampliſſime per Philippum Decium, vbi eſt propria officina, & iam illud ſupra dixi in ſecunda parte huius operis; vnde nõ inſiſto, & pro materia ſemper recurras ad Decium, vbi ſcribit multos caſus, in quibus fœminæ ſunt deterioris conditionis, prout etiam habetur *in l. Papiniani*, quæ incipit: *In multis iuris noſtri articulis deterior eſt conditio fœminarum, quam maſculorum. ff. de ſtatu hominis.* & ibi gloſſ. enumerat 55. & idem Decius multos caſus, in quibus fœminæ ſunt melioris conditionis, & plures, in quibus pari paſſu ambulant, ſcripſi *in d. l. fœmina.*

Adde, quæ notat Dominicus *in c. ſtatuimus.* *3. colum. mihi 1. in fin. de hære. in 6.* Quod quo ad honores, filii ſequuntur lineam paternam & non maternam, quod facit (vt ait) quod filius non debet portare arma familiæ maternæ, ſed paternæ.

Aduerte tamen, quod actus deambulationis in altiori loco, & ſedendi in menſa, denotant prærogatiuam, vt ſupra dixi *in 1. part. in 16. 30. & 38. conſid.* Sed mulieribus debetur honor in deambulando, tam vicatim, quam oppidatim, & etiam in ſedendo, & epulando: vt ſuperius *in 2. part. in 37. conſider.* ſcripſi. Ideo, videtur, quod fœminæ ſunt honorabiliores, ſaltem in illis actibus.

Vlterius ad ante dicta facit, & comprobatur, maſculos fœminis eſſe præferendos pluribus rationibus.

Primo; ratione naturali, ex eo, quod naturale eſt, illum dominari, & præeſſe, qui viribus corporis præſtantior eſt: quoniam, vt ait Ioſephus apud Egeſippum, *lib. 5. excidii Ieroſolymitani, cap. 15.* & etiam *lib. 6. belli Iudaici. cap. 12.* Lex naturæ eadem omnibus hominibus, volatilibus, feris, beſtiis infuſa, vt vnuſquiſq; cedat potentiori, Taurus Leoni, Ceruus Vrſo, Leopardo Caprea, Aquilæ Accipiter, Accipitri Columba, ſeu Alauda, ipſi tauro iuuenci inferiores: Arieti ouium greges, hirco caper, ne diuerſi generis videatur aliqua diſtantia. Et refert Plato *lib. 3. & 4. de legibus.* iuſtum imperium ac ſecundum naturam eſſe, vt potentiora imbecillioribus dominentur. Quod ſatis approbare videntur iura, cum velint victum & captum in bello victoris ſeruum fieri, vt habetur *toto tit. de captiuis & poſtlim. reuerſ. ff. & C.* & late per ſcribentes *in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.* Quæ iura etiam apud extraneos à Romanis locum habuere ex teſtimonio Xenophontis *libr. 7.* Lex eſt, inquit, inter omnes homines perpetua, quando belligerantium vrbs capta fuerit, cuncta eorum eſſe, qui ceperunt, & corpora eorum, qui in vrbe ſunt, & pecunias. Et illam ſententiam ſequitur Ariſtot *lib. 4. Polit. c. 4.* quod locum habet veritatis, cum bellum fuerit iuſtum, vt *in c. fulgentium. diſt. 1. & in c. dicat. 23. q. 5.* vbi Ambroſ. *lib. 1. de Patriarchis*

ſcribit prædam Regis Sodomorum vtiq; fuiſſe in poteſtate victoris Abrahæ. & habetur per ſcriben. ſuper 4. *ſententiarum diſt.* 15. & per Bal. *in cap.* 1. *ver. ſed nunquid. de milite vaſallo, qui contumax eſt.* & dom. meus Iaſ. *in l.* 1. 3. *q. in vtraq; lect. ff. de acq. poſſ.*

Sed conſtat mares fœminis eſſe robuſtiores corpore, atque animi viribus multo præſtantiores. Quod licet ſit clarum; tamen ſic probatur. Primo; quia vir ita nominatur: quoniam maior in eo vis eſt, quam in fœmina: & hinc virtus nomẽ accepit, vt voluit Lactant. *lib. de opificio Dei. c.* 12. Mulier vero, vt Varro interpretatur, & repetit ipſe Lactantius, a mollitie dicta eſt, immutata & detracta litera, quaſi mollior, *vt etiam habetur in c. propoſuiſti* 32. *qu.* 7. licet ibi ad molliriem mentis referatur. Ad corpus vero refert Lactant. *vbi ſupra.* quod & idem ſcribit *lib.* 1. *diuinar. inſtitution. c.* 26. & Plato *in lib.* 5. *de Repub.* vnde Ariſtot. *lib.* 9 *de natur. animal. c.* 1. & Plin. *lib.* 9. *naturalis hiſtor. ca.* 48. ſcribunt, omnes mares in omni ſpecie animalium fortiores eſſe, atq; animoſiores, prẹterquam in Pantheris, & Vrſis: & dixi *in ſeq. par.* 78. *conſid.* Auicenna vero *lib. de animalib.* 9. *in prin.* in Leopardis, & Lupis. Albertus autem Magnus *lib.* 8. *de animalib. cap.* 1. in Vrſis & Leopardis excepit. Ariſto. etiam *lib.* 4. *de gener. animal. c.* 6. ſcribit, fœminas ſua natura debiliores eſſe, quam mares. & idem *orbicularium quaſt. lib* 39. *ca.* 11. dixit, mulierem interfeciſſe iniquius eſſe, quam virum (quanquam naturæ ratione mas ſit præſtantior fœmina) quia mulier infirmior eſt, minusq; proinde injuriã facere poteſt. Hinc idem *lib.* 4. *de natur. anim. c. vlt. & lib.* 3. *de partibus animal. c.* 1. autor eſt, & partes, quas velut arma natura animalibus dedit, vt dentes, cornua, aculeos, calcaria, & cætera huiuſmodi, aut maribus tantum naturam ipſam conceſſiſſe, aut certe potiores atq; robuſtiores, quã fœminis: quod & ſcribit Plin. *lib.* 11. *c.* 32. & Albertus *lib. de animalib.* 12. *c. vlt. ad fin. & lib.* 18. *tractat.* 2. *c.* 5. vbi ex hoc arguit mulieres citius creſcere, compleri, & ſeneſcere, quam viros.

Ex hoc effici poteſt, ſi mas, & fœmella eodem caſu ſimul moriantur, ſeu pereant, quod de jure prẹſumitur vir tanquam robuſtior diutius vixiſſe, & mulier prẹmori, tanquam debilior. Caſus eſt *l. qui duos.* §. *ſi maritus ff. de rebus dub. & in l. cum hic ſtatus.* § *ambo. & ibi gl. in verb. ſimul ff. de dona. inter virum & vxorẽ. & in l. ſi poſſeſſor.* §. *ſi eodem.* vbi hoc notant gl. vltim. & Bald. *ff. de relig. & ſumptib. funer.* Felynus *in cap. Capitulum ſanctæ crucis. col. antepen. extra de reſcript.* Hippolytus de Marſiliis *in repet. rubr. C. de probatio colum.* 83 de quo tamen vide Signorolum de Homodeis, *conſi.* 9. *in c. hoc capute quomodo præſupponitur. conſi.* 155. *inc. in proceſſu facto. col. fin.* Facit; quia ſi gemini, puta maſculus, & fœmina naſcantur, & de natiuitatis ordine non appareat, præſumitur maſculus prior editus. caſus eſt *in l. ſi fuerit.* §. *ſi. ff. de reb. dub.* Et inter Theologos dixit Alexander de Halis *in* 2. *part. ſuæ ſumm. q.* 78. *membro* 5. conueniſſe mulierem fieri corpore debiliorem: virum autem validiorem ex quatuor rationibus ibi per eum deſcriptis.

Illud vero nec admiratione caret ex hoc, quod quæ maſcula ſunt, ea quoq; ſunt valentiora, & firmiora. Vnde & maſculum pro forti, vehementi, & magnanimo vſurpauerunt antiqui, vt ſcribit Næuius. E contrario Hippocr. *lib. Aphoriſ* 5. *ca* 16. carnium effœminationem in ſua translatione ſcribit pro debilitate, vt ſentit ibi Galenus interpres; quoniam fœmina maſculo ſit debilior. Hinc quoq; mulier, vt ſcribit idem Hippocr. *Aphor.* 7. *c.* 44. retulit & Plin. *lib.* 7 *cap.* ambidextra non efficitur: hoc eſt, quæ ambabus manibus pro dextra vtatur, vt nonnulli viri vtraque manu vtentes ſæpenumero nobis apparent. Cujuſmodi Ajoth fuiſſe teſtatur *lib. Iudicum cap.* 3. & Aſteropeum Homerus *lib. Iliad.* 21. Nempe ob naturæ muliebris debilitatem, vt prodit Galen. in eo loco. Nam ſi ambabus (inquit) manibus ob neruorum robur ac muſculorum quidam viri vtuntur, optima ratione, nulla mulier vtetur: ſed ſatis abundeq; habeat, ſi vna dextra modice vtat. Amazonidas quidem ſolitas dextram amburere mammã, tradit hiſtoria, vt in proximam manum plus alimenti concurrens, & perueniens, major vigor, & valentia ei adeſſet. Vt quæ etiam ei per natu-

Digitized by Google

naturam inualida habeatur, vt ſcribit Cælius *lib.antiquarum lect.2.cap.35.circa medium.* vbi etiam ſcribit, qua ratione phyſici tradunt, ambidextrum fieri hominem, aut ſiniſtra vti aliquem pro dextra.

Accedat huc, quod ſcribunt, qui numerorum rationes ſcrutati ſunt, numerum parem fœminam eſſe, imparem vero marem; quia ſemper fortior ſit ad omnia, vt copioſe diſſeruit Macrobius *lib.1.de ſomnio Scipionis.* & Lucas de Pen.*in l.3.poſt initium.C.qui morboſe ex:uſ.lib.10.* vt *in ſequenti parte,in 37.conſider.*dixi.

Pro hac ratione militat, quod rerum naturæ Scriptores, plantis,herbis, arboribus & virgultis, quibus maior vis ineſt, maſculi nomen ac titulum aſſignant: quibus vero minor, fœminæ, licet non proprie, ſed ſimilitudinarie, quod quædam illis inſint maſculorum proprietates, & fœminarum. Et quemadmodum maſculus maioris eſt virtutis, vt plurimum, quam fœmina. Ideo planta, cui maior vis adeſt fructus promendi, maſculi adepta eſt nomen: cui autem minor, fœminæ, vt ſcribit Plinius *naturalis hiſtoria lib.14. c.4.circa initium.* Arboribus imo potius omnibus, quæ terra gignit, herbiſq; etiam vtrumq; ſexum eſſe diligentiſſimæ naturæ tradunt: vt etiam refert Cælius *lib. antiquarum lect.11.c.33.in fin.*& de quibus *in ſeq.par.in 40. conſid.*dictum eſt.

Secunda ratio eſt; quoniam qui plus habet rationis, ingenii, prudentiæ, & conſilii, aliorum rector, & dominus conſtitui debet; qui vero minus, ſeruiat; quia,vt ait Salomon *Prouerb.*10. Qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti. & 17.*cap.* Seruus ſapiens dominabitur ſtultis filiis. Et ſcribitur *Eccl.*10. Seruo ſenſato liberi ſeruient. Et infra *hac parte,in 8.conſid.* late dicetur, ſcilicet, ſapientes eſſe præferendos illis, qui inſcitia, rerumque ignoratione tenentur. Sed conſilium mulierum eſt inualidum, vt inquit Ariſtot.*lib.1.Polit.vlt.c.* & refert Bald. *in rub.C.de rerum permut.ver.item quare donatio.* vbi dicit, hoc eſſe naturale & immutabile.& *in c.1.in 2.lect.col.pen.ver.vltra quaero.extra de iudi.*Cum plerunq; fœminarũ conſilium aduerſus propria commoda laboret,*l.ſi par.in fin.C.de ſponſalib.* Et dicit gloſ.*in l.1.C.de confirm.tut.* quod conſilium mulierũ eſt fragile. Et *in* §.1.*Inſtit.de ſatiſd.tutor.* dicit eſſe infirmum.Et etiam Cicero *in oratione pro Lucio Murena,*mulieres omnes (ait) propter infirmitatem conſilii, maiores in tutorũ poteſtate eſſe voluerunt. Et multo plura alia pro fragilitate huius cõſilii dici poſſent.Quæ cum ſint extra propoſitum, relinquo ea Andreæ Tiraquello *in ſuis legibus connubialib.in princip.* vbi multa cõtra mulieres ſcripſit.Vnde aduerſus eũ Almericus Bonchardus Gallicus Apologiam fœminei ſexus edidit. Et ibi concludit Tiraquellus, quod cum mulieres ſint viris longe inferiores,& animi & corporis viribus, vt ibi; & ante aliquid dictum, & comprobatum eſt,quibus viribus poteſtas proficiſcitur, & dominatio: illud concludendum eſt, vt viri vxoribus præſint, dominentur, imperent, vt domini contra vxores. Quas rationes (vt ait) à diuo Auguſtino aſſumpſit: cuius verba ſunt huiuſmodi *in lib.quæſtionum Geneſ.* vbi & gloſſ.ordinar.citat: eſt ordo naturalis in hominibus, vt ſeruiant fœminæ viris; quia & illius hæc iuſtitia eſt, vt infirmior ſeruiat fortiori. Et hæc in dominationibus & ſeruitutibus clara iuſtitia eſt, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione; quæ verba (corrupte tamen & diminute) repetuntur *in c. eſt ordo.33.q.5.* Imo etiam vir inferioris dignitatis præfertur fœminæ maioris dignitatis. Cum vir præfectorius præferatur fœminæ conſulari, *l.1.ff. de ſenatorib.* vbi Vlpian.ſcribit; *Conſulari fœmina conſularem virum præferendum eſſe nemo ambigit. Sed vir præfectorius an fœmina conſulari præferatur, videndum eſt. Et puto præferri; quia maior dignitas eſt in ſexu virili.* In quam ſententiam Euripides in Iphigenia inquit:

Præſtat vir vnicus,eſtq́; lucis huius munere
Dignior, quam multa ſane fœminarum millia.

Ideo firmabitur,quod nimis glorioſæ quædam Domicellæ in pompis, ſupplicationib. rogationibus ſeu proceſſionibus dominicalibus, & feſtiuis incedũt ſtatim poſt ſacerdotes,

tes,& ante maſculos; quoniam ſemper maſculi in actibus publicis præferendi ſunt.

Tertia ratio; pro excellentia ſexus virilis ad muliebrem quantum ad dignitatem procedit, & eſt in principiando; Omnes tam viri, quam fœminæ ex vno viro fuerunt. In quo eſt expreſſa repræſentatio egreſſus rerum ab illo vnico principio primo & ſummo. Quæ ratio cõfirmatur ex dictis Pythagoræ dicentis: marem in omni genere animalium eſſe naturæ & virtutis principium, ſicut ſcribit Albertus Magnus *lib.18. de animalib. c.2. ad finem*. Et de hoc infra *eadem parte, in 16. conſid. verſi. honor*.

Quarta ratio eſt virtus in agendo; quia viri eſt agere, & mulieris eſt pati. Vnde plus habet ſexus virilis de virtute actiua, propter quod robuſtior eſt & re & nominatione. Et iſtud tenet Bald. *in l. vlt. C. de ſeruis fugit.* vbi dicit marem eſſe fœmina nobiliorem: quoniam agens nobilius patiente. Sicut etiam dicit Bart. *in l.1. ff. de regul. Cato.* & Iaſ. *in princ. 5. col. ff. de verb. obliga.* qui & paulo poſt illud dictũ allegat pro notabili. Et fortior eſt cauſa in agente, quam in patiente, *l.2. & vltim. C. ad Tertull. & l.2. §. obiicitur. ff. eo.* Ideo & res magis denominatur ab agente, quam à patiente, *l.1. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. & l. ſi quis binas. ff. de vſufru.* & vtrunque tradit per ea iura Signorolus de Homodeis *conſil. 167. incip. Hoc capite in curia Barani. col.3. verſ. nunc permeniamus.* vbi & illud quoque dicit ſexũ maſculinum obtinere vicem agentis, per notata *in l.1. C. ad leg. Pomp. de parricid.* Et Alber. de Roſate *in l. veluti. num. 7. ff. de iuſtit. & iur.* dicit, quod pater magis eſt diligendus à filiis, quam mater, ſecundum Philoſophum, in quantum ſunt principium generationis; quia pater eſt agens in generatione, & mater patiens: tamen ibi dicit, mater, quæ multum excederet patrem in virtute, eſſet magis diligenda. Facit; quia boni domeſtici (vt ait Ambroſius) ſunt magis filiis præponendi.

Quinta; quia vir præcellit fœminam, ex quo habet autoritatem in præſidendo. Nam ſecundum verum ordinem, non mulier viro, ſed vir præfertur mulieri, tanquam caput corpori, ſicut dicit Apoſtolus *ad Epheſ. 5. ad Corinth. 11. ad Coloſ. 3. & 1. Petr. 3.* & has tres rationes poſuit Bonauentura *in 3. ſentent. diſtinct. 12. argum. 3. quæſt. 1.* vbi, & alii alias rationes, ſexus virilis dignitatem comprobantes, adducunt ſuper illa quæſtione: An Deus humanam naturam potuit aſſumere ſecundum muliebrem ſexum. In qua re concludunt diuus Thomas, Richardus, & alii, id indubitanter potuiſſe, decentius tamen atque conuenientius, Chriſtum, hominem in ſexu virili induiſſe, qui dignior eſt, perfectior, atque honorabilior, vt tradit Auguſtin. *libr. 83. quæſtionũ*, ante dictis tribus rationibus, quas repetit Tiraquellus *in ſuis legibus connubialibus, in commentario ante primam legem connubialem.*

QVinta conſideratio ſit inprimis de defenſoribus ciuitatum, qui inter plebeios numerantur; ex quo gerunt magiſtratum inter plebeios, omnibus plebeiis præferendi ſunt, vt ex doctrina ante deducta *in 7. part. in 24. conſid.* comprobatum eſt. Sed quia de his *ibi*, & *in 6. parte.* reſeruaueram hoc loco ſcribere: ideo de poteſtate eorum & iuriſdictione dicendum eſt. Nam ante Iuſtinianum Imperatorem iam id officium ferme defecerat, cuius officii autoritas ab ipſo Iuſtiniano reparata eſt, vt habetur *in Authent. de defenſo. ciuit. in initio. col. 3.* Et ratio fuit, vt ſcribitur *ibi, in §. nulla.* quia Præſides prouinciarum ita depreſſerant id officium defenſorum ciuitatum (qui erant magiſtratus ſeu iudices ciuitatum) in quibus ſedes præſidialis erat: vnde ex præſentia præſidum, autoritas defenſorum obumbrabatur.

Iſti defenſores ciuitatum, apud nos in pleriſque locis dicuntur maiores, habentes magnam autoritatem & iuriſdictionem, vt eſt maior Burdegal. Rupellæ, de quo fit mentio *in ſupraſcriptione cap. ex parte extra de conſuet.* Pictauienſ. & multi alii: etiam maior Diuionenſis dicitur Vicecomes, qui magnam habet poteſtatem in ſuos, & ab eis plurimum honoratur, & de multis cognoſcit, quæ ad cognitionem & iuriſdictionem præſidis videntur. In hac vero noſtra ciuitate Heduen. defen-

Digitized by Google

defenſor noſter dicitur Vergobretus, & ſic nomen antiquum retinens, quod habebat tẽpore Iulii Cæſaris, qui tunc ſummus magiſtratus erat creabatur annuus,& vitæ neciſq; in ſuos poteſtatem habebat, teſte Cæſare *in ſuis commentariis, libr.1. de bello Gallico, circa initium*. Et licet tempore Iulii Cæſaris, duo ſcilicet, Diuiaticus & Liſcus huic magiſtratui præerant: nunc autem vnicus præſidet, qui vulgariter *le Vierg*, appellatur, vt per *g* ſcribatur; iuxta alluſionem vocabuli, nec tantam habet poteſtatem: quam officiarii regii ſæpe conantur deprimere, & etiam alii magiſtratus municipales in hac ciuitate exiſtentes, qui habent iuriſdictionem in pluribus locis ciuitatis, vt Epiſcopus, & etiam venerabiles viri domini Decanus & Capitulum Eccleſiæ Heduenſis, qui habent iuriſdictionem in eorum clauſtro; ſed Vergobretus & Scabini ciuitatis pro viribus iura ciuitatis noſtræ tuentur & conſeruant. Verum à diuerticulo ad iter inceptum redeamus, vnde ſciendum eſt, quod ciuitas ſumitur generaliter pro quolibet municipio totius Prouinciæ, quæ caput eſt alicuius Prouinciæ, vnde per ſingulas Prouincias vna erit ciuitas præſidialis, facit *l. in defenſoribus. ibi; ciuitatum vniuerſarum prouinciarum. C. de defenſ. ciuitat. & in Authent. præſides gentium. ibi; per vnamquamque ciuitatum. C. de Epiſc. audien.* & vide hic infra *in* 14. *conſid.* Et quia in huiuſmodi ciuitate erat ſedes metropolis, cui omnia municipia prouinciæ ſuberant; ideo ibi quam plurimi nobiles affluebant, & ſæpius habitabant. Vnde in ipſis ciuitatibus erat ſtatutus magiſtratus, & non de decurionibus coartalibus, ſeu de proprio corpore ordinis, ſed de nobilioribus habitantibus ciuitatem, *l.2. C. de defenſ. ciuit.* & hic magiſtratus defenſor ciuitatis dicebatur, & eligebatur à decurionibus municipalibus vrbis. Idem ab habitatoribus ſimul & ab Epiſcopo, vt *in l. defenſores ita præcipimus. C. eod.* Poſtea tamen iure nouiſſimo, iſta immutata ſunt. Quoniam nec prohibitum eſt de incorporatis municipalibus & decurionibus aſſumere in defenſorem, nec etiã de reliquis habitatoribus ciuitatis, ſed vltra Albũ ſeu matriculam Curialiũ erat Album quoddam ſeu matricula, in qua certus numerus conſtitutus erat nobiliorum ciuitatis, tam decurionum, quam cæterorum ciuitatis habitatorum, & ſecundum decurſum illius Albi ſeu exemplaris obtinebatur dignitas, vt *in Authent. de defenſ. ciuit. §. interim*. Sed circa hæc plus immorari, incaſſum laboraremus: cum electiones horum defenſorum, hodie diuerſo modo fieri cõtingat, vt ſatis innuit *ibi gl. in ver. circuliũ*. Et apud nos raro iura obſeruentur in talibus. Cum fere vnaquæq; ciuitas ſua inſequendo priuilegia à Principibus eis conceſſa, certis anni diebus ſuos defenſores eligat. Et nos Hedui hunc eligimus ſæpius defenſorem ciuitatis noſtræ, qui nec decurio ſeu ſcabinus fuerit, & indiſcriminatim omnes habitatores etiam coartales (quos Petrus Cothereau dixit eſſe Burgenſes) eligebant: ſed à paucis annis, vnus ex ciuibus noſtris proſpectans, quod plurimum gratia valeret apud Burgen. & primarios ciues, ſed non apud plebem literas à Rege impetrauit: quibus cautum erat, vt Balliuus Heduorum ad electionẽ defenſoris ciuitatis procedi faceret, cum num. 50. ciuium principalium, & maiorum ad hoc tantum collectorum, vna cum Officiariis Regiis, quod & actum extitit, plebeiis infimis non admiſſis; & merito, cum tales in præceps ferantur, nec de commodo aut damno ciuitatis præuideant. Et rogati aut per machinationes, ſeu per brigas, vt ita dicam, tanquam coacti eligebant: quia obnoxii, aut ob pecunias creditas, aut propter lucrum, quod in artificio eorum lucrabantur, aut metum, ne, ſi forte contra vota eorum defenſorem eligi contingeret, cum in officio eſſet, vindictam de eis ſumeret: ex quo laudandus eſt mos antiquus & de iure obſeruandus.

Et iſti defenſores ciuitatum taxatam habeant iuriſdictionem vſque ad ſummam 50. ſolidorum de iure Codicis, vt habetur *in l.1. C. de defenſor. ciuit.* ſed de iure nouiſſimo vſq; ad 30. aureos, vt *in Authen. eod. §. & iudicare. collat.3.* prout adhuc & taxatam habent iuriſdictionem apud nos. Et ratio aſſignatur ibi;

 quia

quia in ea ciuitate aderat ipſe Præſes, qui forenſes quæſtiones digne, & pro magnitudine poſſet & deberet determinare. Sed in municipiis non erant præſides, ex quo iuriſdictio magiſtratuum municipalium non erat taxata, vt *in ſeq. conſid.* dicetur. Sic ergo in ſimili idem erit dicendum de magiſtratib. municipalibus, quod ratione propinquitatis, ſi habeant præſidem prouinciæ propinquum, etiam municipales magiſtratus excuſantur à neceſſitate officii, text. *in l. dies cautionis. §. ſi tam vicinum. ff. de dam. infect.*

Item defenſor ciuitatis eſt maioris authoritatis, quam magiſtratus municipii; quia omnium prouincialium ibi repertorum iudex eſt; Imo omnium ruſticorum ibi repertorum totius prouinciæ iudex eſt per præuentionẽ, vt omiſſo magiſtratu municipali, coram defenſore in pecuniariis cauſis litigetur, vt *l. vtili ratione. C. de defenſor. ciuit.* Et huius rei ratio eſt, quando ipſe defenſor eſt tanquam parẽs humilium & plebeiorum. Vnde nomen habet defenſoris, ea ratione, & plebeiis parens dicitur *in l. in defenſoribus. & l. defenſores nihil. C. eod.* Ideo à ruſticis recuſari non poteſt, vel à ſede ſua ruſtici euocari non poſſunt. Cum eis ſit tutor, parens, & defenſor ab omni oppreſſione & moleſtia Officialium: quoniam, ſi temerarie vexatus ſit ruſticus diſtractus à labore ſuo, erit defenſoris coercere calumniã aduerſarii, & omnino in re prouidere, non tanquam ſimplex magiſtratus, ſed tanquam capitaneus plebis decurionum & cæterorum nobilium: ita quod oppreſſiones, & abuſus in prouinciam fieri impedire facto ſuo debet. Vnde quorumcunq; nobilium in hoc caſu oppreſſionis popularis ipſe capturã habet, non tamen cognitionem cauſæ; ſed referre debet cauſam cognitioni iudicis competentis, ſiue ſint militares, ſiue ciuiles iudices, vt *in l. defenſores ciuitatum. cum ſeq. C. de defenſor. ciuitatum. & in §. audient. Auth. eod.* Non enim mulctare poſſunt, nec mulctas infligere plebeiis, nec ſeueriores quæſtiones exercere, ne nomen defenſoris amittant, ſed plebem, & decuriones ab omni improborũ inſolentia, & temeritate tueri debent, *l. defenſores nihil. ſupra alleg.* Ideo non recenſet Petrus Cothereau *in ſuo ſchedulari magiſtratuum ciuilium. tit. de magiſtratibus municipalibus.* Iuriſdictio defenſoris ciuitatum non eſt eis patrimonialis; quoniam plebeios ad emendas condemnare non poſſunt, & hoc eſt, quod vult dicere text. *in l. vnic. in prin. ibi: non tamen, &c. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp.* Et ratio eſt; quia, cum ipſi defenſores, vel municipes arcam communem habeant pro ære, & theſauro ſuæ communitatis, vel vniuerſitatis, vt *in l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. nomin.* periculum erat ne nimis ſuo ærario fauerent, ſi emendas haberent. Iuriſdictio vero Principis eſt patrimonialis. Vide Gui. Papæ *deciſ. ſua 626.* vbi quærit, an caſtellani poſſint mulctare, & mulctas imponere: vnde præſides Principis iuriſdictionem pœnali iudicio, id eſt, à mendis emendare habent, *l. pen. & fin. C. de modo mulctarum.* Hodie tamen aliter obſeruatur fere in omnibus defenſoribus ciuitatum Franciæ, cum habeant poteſtatem condemnandi plebeios ad emendas, & illas ærario ciuitatis applicant. Sed hoc fit ex conceſſione Principis communiter; vt plurimum in diuerſis locis habent cognitionem cauſarũ criminalium, etiam in forenſes delinquentes in eorũ ciuitate, & diſtrictu repertos, vt maior Diuionenſ. qui habet cognitionem in omnibus cauſis criminalibus: ſed gentes Regiæ volunt excipere certos caſus, vt in crimine læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, & aliis, vt de hoc pendent proceſſus in Parlamento Diuionenſi. Etiam iure nouiſſimo videtur habere locum; cum talibus leuiora crimina audire, & competenti caſtigatione tradere permittatur, vt eſt tex. *in §. audient. in initio. Auth. de defenſor. ciuit.* Nec mirum eſt; quia ſimplex iuriſdictio ſine modica coercitione nulla eſt, text. *in l. vlt. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſd.* quod videtur verum; niſi expreſſe prohibitum eſſet à principe.

Et concludam ex prædictis; Defenſor ciuitatis tanquam totius prouinciæ gubernator habetur: vt colligi poteſt ex *l. in defenſoribus. cum quatuor legibus ſeq. Cod. de defenſor. ciuitat.* Eo etiam; quia habet cenſuram, ſeu

polit iam

politiam morum, ſeu ſtatus non ſolum hominum, ſed ipſius patriæ, vt *l.pen.C.eod.* Et ſcias, quod defenſor ciuitatis (cum ſit loco patris ciuibus, vt ante dictum eſt) non poteſt per aliquem ex ciuibus in ius vocari ſine venia, ita tenet Ange. *in l.generaliter.ff.de in ius voc.* quem ſequitur dominus meus Iaſ. *in §. pœnales.num.69.Inſtu.de actio.* allegat text. *in §.eos autem,qui ita ſine mercede.in Authent.vt iudices ſine quoquo ſuffrag.collat.2.* Sed hodie eorum poteſtas non ita extenditur; cum maiores ciuitatum hodie loco defenſorum ciuitatum conſtituti, tantum in vrbe, ſeu intra circuitum & muros ſuæ vrbis, vel incolatum, aut balliuiam defenſionem ſuæ plebis habeant.

Item plebanatum habent in vrbe, qui ordini decurionum coartales ſunt, ſeu fide coartati, quos Franci Burgenſes vocant.

Cæteris autem habitatoribus maiores noſtri non ſunt ius dicentes, ſeu in illis magiſtratus non eſt: ſed ſolummodo tribunus eorũ, id eſt, Capitaneus pro obſeruatione & cuſtodia loci, & habet reſpectum ſuper obſeruandis moribus ſeu ſtatu & politia ipſius vrbis. Et hæc eſt autoritas maiorum vrbicariorum, qui per prouinciam extra vrbẽ nihil poſſunt, nec ſunt iuridici inter ruſticos prouinciæ: ſicut iure ſcripto defenſores ciuitatum. Defenſores vero patriarum ſeu gubernatores maximi decori ſunt, de quibus ante *in 7. part. in 10.conſid. & in 9.part.in 14.conſid.* dixi. Nam ſicut inſigniis Regiis fruuntur, ita Regis perſonæ locum repræſentãt, ſed munus, ſeu partes gubernatoris patrialis eædem ſunt cum partibus defenſorum ciuitatum, vt ſcribit Pet. Cothereau *in loco alleg.*

SExta conſideratio; Sunt & alii plebeiorũ ſeu incolatuum municipiorum, dicti magiſtratus municipales. Et in multis differunt à defenſoribus ciuitatum, de quibus in præcedenti conſideratione dictum eſt. Quoniam iſti meliores partes in iure dicendo habent, quam ciuitatum defenſores, licet in iure agendo minores ſint. Quia ciuitatum capitanei, ſunt defenſores, & non magiſtratus, ſed magiſtratus ius dicunt de iure ſupra 200. aureos, & non ipſi defenſores. Et iſti magiſtratus municipales nullum imperium exercent merum, aut iuriſdictioni mixtum: ſed cauſas tantum expedire poſſunt. In quibus iudicis dandi licẽtia eſt, ſeu quæ delegari poſſunt, iuxta ea, quæ ſcribũtur *in l.imperium.ff. de iuriſd.omn.iud.* Et ſic coram magiſtratibus municipalib. tantum expediri poteſt legis actio, hoc eſt, iuris actiones exerceri coram eis ſolum poſſunt. facit *l.2.§.deinde ex his.ff.de or. iur.* Edicere autẽ vel diſcernere nõ poſſunt hi magiſtratus municipales. Ita ſcribit Petrus Cothereau *in ſuo ſchedulari magiſtratuum ciuilium.tit. de magiſtratibus municipalibus, in initio.* vbi declarat, quid ſit, edicere & de poteſtate Balliuorum, vaſallorum, ſeu dominorum Franciæ, & quam iuriſdictionem habeant, dicens ipſos habere maiorem iuriſdictionem, quam magiſtratus municipales. Et ſcias, quod in Francia communiter Barones & magni domini in ſuis Baroniis, & magnis ſeignoriis, quæ meliori feudi nomine decorantur, duos habent iudices, & apud eos ordo iuris dicendi obſeruatur, nec habet locum præuentio. Nam primus, qui eſt inferior, & ſubalternus, ſæpe in vulgari noſtro Caſtellanus dicitur, & in prima inſtantia cognoſcit de cauſis inter perſonas dictorum locorum; & aliqui habent iuriſdictionem limitatam vſq; ad certam ſummam: & à ſententiis eorum appellare licet ad ſecundum iudicem, qui dicitur Balliuus, & eſt ſuperior, cum maiorem poteſtatem habeat. Iuriſdictionem enim habent nõ taxatam pro quantitate ſummæ. Edicta, & decreta facere poſſunt, dummodo legibus Principis non refragentur. Merum & mixtum imperium, & iuriſdictionem exercere poſſunt: & hoc vel ex ſpeciali beneficio, & expreſſo priuilegio Principis: quia præſcriptis verbis inueſtigare cauetur de collatione iuriſdictionis, vel moribus competit ex tali intitulatione Baroniæ, vel dignioris feudi. iure communi fundatam eſſe iuriſdictionem omnimodam, & ipſum mõdum imperium habere; vnde amplior eſt poteſtas dictorũ Balliuorum. Aliquando etiam, qui habet ita feudum

Digitized by Google

nobile cum iuriſdictione à Principe cum illa poteſtate conſtituendi Balliuum, poteſt omnem iuriſdictionem ſub ſe concedere, nec tamen abdicare videtur iuriſdictionem: quia ad ſuum Balliuum appellabitur à iudice minorum vaſallorum, qui pedanei vaſalli dici poſſent, ad inſtar iudicum, vel minores valuaſores dicantur, qui apud nos habent iuriſdictionem taxatam, & ſolam iuriſdictionem infimam exercere poſſunt. Et à ſententiis huiuſmodi Balliuorum licet ſecundario appellare ad curiam præſidis prouinciarum, qui etiam apud nos Balliui vel Seneſcalli vocantur: de quibus ante dixi *in 7. part. in 19. conſid.* Sed, vnde egreſſi ſumus, redeamus. Municipes hodie dicuntur omnes ciues, ſeu inhabitantes municipium, vt *in leg. 1. ff. ad municip.* Municipium autem eſt, quod proprium publicum, & ordinem habet. facit *l. legatis. ff. ex quibus maiores.* Et ſi ciuitas *l. 1. ante alleg.* Inde de locis, vbi eſt ciuitas habens ſuum defenſorem, diximus *in præced. conſider.* Ideo hic de municipiis fit mētio, quæ forte ſunt oppida, ſeu vrbes nō maximæ, hoc eſt, mediocres vel minores, vt proprie eſt locus Belnæ, qui tamen maiorem habet. Locus de Sinemuro, in quo eſt magiſtratus municipalis. Locus Auxonæ, Montis Barri: imo etiam ciuitas Cabilon. nō habet defenſorem ciuitatis, ſed magiſtrum municipalem, & Scabinos, qui nihil habent commune; quoniam ipſe magiſtratus municipalis, non habet aliquid agere cum ſcabinis, qui habent cognitionem de politia ciuitatis, & nullam habent iuriſdictionem, ſeu ſubiiciuntur ipſi magiſtratui municipali.

Et ipſa vniuerſitas municipii, ſeu ordo decurionum ad iuriſdictionis expeditionē tenebatur ſibi aſſumere magiſtratum. Non enim ipſe ordo ius dicere poterat, ſed per ſuos magiſtratus: qui quidem magiſtratus Duumuiri dicebantur; quia duo in numero ordinabantur iudices eiuſdem poteſtatis in iure dicendo, & per præuentionem vnicum magiſtratum, ſeu officium exercentes, & vnius ſolius hominis vicem agentes, vt *l. magiſtratus municipales. ff. ad municip.* ex qua lege in finalibus verbis conſtat, quod omnia municipia vniuerſitatem ſeu ordinem decurionū habentia, habent ius habendi magiſtratum, vel expreſſa lege municipali, hoc eſt, ex ſingulari lege, & ſpirituali priuilegio Principis, vel ex moribus, & iure communi, dummodo eis municipibus id non ſit expreſſe prohibitum.

Et non ſolum municipia debent habere magiſtratum municipalem, ſi non habeant defenſorem ciuitatis, vel eius vices gerētem: ſed etiam quælibet Caſtellaniæ, & alii diſtrictus iuriſdictionales, qui alio feudi nomine & titulo decorantur, debent habere proprium magiſtratum, per quem iuriſdictionē expedire in ſua terra curabunt domini habentes tale feudum, ex quo omnem meri & mixti imperii iuriſdictionem habent, vel vnam ſpeciem iuriſdictionis tantum, vel ex expreſſa conceſſione inueſtituræ feudi, vel expreſſo priuilegio Principis, vel ex præſcriptione tanti temporis, de cuius initio memoria non extat, ſeu alias qualitercunque, vt declarat Petrus Cotereau *in loco hic ante allegato.* Vnum ex ante dictis concludam, quod cum ipſi magiſtratus habeant iuriſdictionem in ſuos municipes & ſubditos, debēt eis præferri, ex ante deductis *in 7. par. in 24. conſider.* vbi ſcripſi de gerentibus magiſtratum ſeu adminiſtrationem, qui alios præcedere & præhonorari debet.

SEptima conſideratio; Habentes dignitatem, præferuntur non habentibus dignitatem, vt ante *in 1. part. in 66. conſid.* ſcripſi. Ex quo illi, qui præſunt cognitioni Villæ, ſeu villagii, vel caſtri, aut burgi, de quibus *in præced. conſid.* dixi in fine; cum habere dignitatē dicuntur, vt dicit Bald. *in c. 1. § cæteri vero. quis dicatur Dux, Marchio, Comes. in vſibus feudo.* præferuntur omnibus aliis plebeiis: vt etiam *in d. 67. conſiderat.* dictum eſt, & *in 7 part. in 24. conſideratione*: vbi ſcripſi magiſtratus cæteris eſſe præponendos. Videtur tamen, quod dignitas temporalis non ſit in conſideratione quo ad præcedentiam, data paritate in aliis, vt dicit Franciſcus Niconitius *in rep. cap. quoniam contra falſam. verſi. no. a ſexto loco Ab-*

loco Abbas. extra de probat. Sed inter alios Officiarii Regii præferũtur, ex quo maxime ſunt perpetui, & non temporales, nec reuocabiles ad nutum Principis, vt ſcribit G. Benedicti *in repetit. c. Raynutius in verb. vxorem nomine Adelaſiam in 5. deciſione nu. 164. de teſtam.* quod præferantur, facit *ca. vt debitus honor. extra de appellat. & l. omnem honorem ſaluum iudicibus reſeruantes.* quæ eſt *l. fin. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. l. iudices.* & ibi Lucas de Penna *C. de dignitat. lib. 12. & in leg. penult. C. de veteranis eod. lib.* Et poſtea Conſules, quos in Gallia vocamus Scabinos. *cap. 1. de immunit. Eccleſ. libr. 6. & in cle. 1. §. poteſtas. & ibi gl. ſi in ver. Scabini. de pœnis. c. 2.* cuius initium eſt, *ex parte Scabinorũ. extra de alienat. iudicii mut. cau. facta.* & ita refert Ioannes Montagine *in ſuo tracta. de auctoritate magni Conſilii.* Intellige tamen, dummodo exiſtens in dignitate, dico & in dignitate, quia ſi efficeretur vilis; tunc iuniores eo & inferiores præponerentur. Ita dicit Frãciſcus Niconitius *in d. ſua repetit. cap. quoniam contra fa'ſam. ver. nota ſexto loco Abbatis.* vbi plura alleg. *extra de probat.*

Et quilibet magiſtratus, etiam infimi, ſunt in honore, *l. hono. in princ. ff. de muner. & hono. c. fin. 16. diſt in* Dec. *in d. ca. vt debitus honor iudicibus deferatur. extra de appel.* Ideo tales honorandi ſunt, vt dicit Purpura *in l. 1. num. 310. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdict.* qui præferri debent Scabinis, hoc eſt, Decurionibus, ſeu Conſulibus, cum habeant iuriſdictioné ante Scabinos, vt hic ante *in præcedenti conſideratione* dictum eſt.

OCtaua conſideratio; Poſt nominatos in præcedentibus conſiderationibus, præferendi ſunt aliis Satrapæ ciuitatis, qui ſecundum gl. *in verb. Satrapis. in c. fundamenta. de elect.* pro ſapientibus accipiuntur: vt ſunt Aduocati, & Patroni cauſarum, qui debent per iudices honorari. *l. nec quicquam. §. circa. ff. de offi. Proconſ. & legat.* Notat Boerius *in Apoſtillis ad Dynum ſuper reg. in iudiciis. de reg. iur. in 6.* & ante *in 7. par. in 28. conſid.* deductum eſt, & comprobatum. & latius *infra ead. par. in 18. conſid.* & aliquando ſagacitas dicitur Prudentia. *l. quæſitum. ff. de condit. & demonſtr.*

Facit, quod ſcribitur *Deut. 1. ibi; Date ex vobis viros ſapientes & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponam eos vobis Principes.* & ibi ſequitur, ꝙ Moyſes elegit de tribubus Iſrael viros ſapientes, & nobiles, quos conſtituit Principes, Tribunos & Centuriones, & Quinquagenarios, ac Decanos, qui docerent illos ſingula, atq; recte iudicarent, *Prouerb. 11.* Qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti. & 17. *c.* ſeruus ſapiens dominabitur ſtultis filijs. & *Eccleſiaſt. 10.* ſeruo ſenſato liberi ſeruiant. Idq; eſt quod Ariſtot. *lib. 1. Politic.* dixit, Eos eſſe ſeruos in Republica, qui inſcitia rerumq; ignoratione tenentur, qui vero ingenio præſtant, naturaliter præſtant. Dixi hic ante *in 2. conſid. in fin. & in 4. verſi. 2. ratio.* vbi ſcripſi maſculos anteponi fœminis; quia plus habent prudentiæ, intellectus, conſilij & rationis. Et Platonis eſt ſententia *in lib. 3. de legib.* Septem eſſe rationes, quæ ad dignitatem impetrandi facere videntur: quæ ſunt, Paternitas, de quo hic infra *in 16. conſid.* Nobilitas, vt dixi ante *in 8. part.* Dominatio & Potentia, de quibus etiam dixi *in 3. 4. 5. 6. & 9. partib.* Senectus, vt hic infra, *in 17. conſid.* Prudentia, vt s. *in 10. partib.* Sors, vt ante in *1. part. in 43. conſid. & in 5. in 45. conſid.* & ĩ *in vltima in 52. conſid.* Sed prudentiam omnibus anteponit, vt intelligantur, quæ humanorum ſaluti expediant, & ſatis ſcripſi *in d. 10. part. in princip.* & merito; quia Princeps ille (inquit Euripides) quiſquis præeminet ſapientia. Aſtronomi pariter iſtud confirmant, teſtantes Solem ac Mercurium præ cæteris Planetis propinquos aſſidue in cœleſti circuitu Comites inuicem eſſe: vt ſcilicet, quicunque Solem ſyderum dominum viderint, abſque ſapiente Mercurio in Cœlo nuſquam incedere plane intelligant, & in terris, potentiam atque dominationem nunquam abſque ſapientia, vel concedi debere, vel conceſſam diu poſſe regnare: Ideo Principes plurimum laudandi ſunt, ſi ſapientia prædìti fuerint, vt ante dixi *in 5. part. in 10. conſid.* Et in omni negotio, nedum in re militari abſque conſilio, prudentia & ratione (vt dixi *ante in 9. part. in 44. conſideratio.*) nihil aut parum proſpere

geri poteſt. Cum prudentia nimium plus põderis & momenti habeat, quam robur corporis. vt Homerus *lib.23. Iliados.* vbi Neſtor prudentiſſimus introducitur alloquens Antilochum filium, his verſibus comprobat:

Conſilio ſano multo quam robore praſtat,
Hirſutam quicunq; parat ſuccidere ſyluam.
Conſilio rurſum nauclerus in aequore nigro,
Dirigit vndiuagam nauim, raptantibus auſtris.
Conſilio auriga aurigam vincitq;, praitq;.

Accedat & illud Vitinnii apud Marcellum; Sapientia gubernator nauem torquet, nõ valentia. Et illud validiſſimum Ciceronis *in Lælio*: Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum magnæ res geruntur; ſed conſilio & autoritate, & ſcientia. Et quod idẽ ſcribit lib. Officiorum, Parum ſunt arma foris, niſi ſit conſilium domi. quod citat Panor. *in c. ex multa. §.1. verſic. nota quod pollens conſil. ex. de voto.* & ibi dicit text. quod non ſunt inutiles ad pugnandum, qui etſi per ſe pugnare non poſſunt, maturitate tamen conſilii adeſſe valent pugnantibus. Et non ſolum ius poſtliminii eſt his, qui pugnare poſſunt, ſed omnibus, qui eius naturæ ſunt, vt conſilio, vel auxilio, ſeu aliis modis vſui bellico adeſſe poſſunt. *l. poſtliminium. §. vlt. ff. de capt. & poſtlim. reuerſis.* facit *l.2. §. corporis. ibi: cæterum qua cõſilio prudentis viri, &c. non remittuntur. ff. de vacatio. & excuſat. mun.* Nec cum antedictis diſcrepat illud Horatii *in Odis. lib.3. Ode 4.*

Vis conſilii expers mole ruit ſua.
Vim temperatam dii quoque prouehunt in maius, &c.

Et vide *in d. 44. conſider.* Facit etiam; quia aduocati, & cauſarum Oratores non minus prouident humano generi (ex maturitate & ſalubritate conſilii) quam ſi patriam armis defenderent, vt dicit textus, *in leg. aduocati. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* vt ante *in 7. part. in 28. conſid.* ſcriptum eſt.

NOna conſideratio; Stulti & imbecilles, ſeu minus ſapientes, interdum ſunt admittendi, nec ſunt omnino abiiciendi: quoniam, vt ait Gellius *lib.2. cap.6.* & Macrobius *lib. Saturnalium 6.* Nemo quiſquam tam efferis moribus, quin faciat aut dicat nunquam aliquid, quod laudari queat. in quam ſententiam profertur Græcum prouerbium: *Sæpe etiam eſt olitor verba opportuna locutus.* de quo Rochus Curtius *in c. fi. colum. 18. verſicu. ſexto nota. ex. de conſuet.* Sed Eraſmus dicit, quod in illo prouerbio Græco debet eſſe ſtultus pro olitore: ſed vtcunque ſit, vtrumque huic propoſito optime conuenit. Et facit; quia, quemadmodum nemo eſt adeò malus, atque improbus, quin interdum boni quippiã faciat. text. *in ca. quid ergo turbamur. de pœnitent. diſt. 3.* Ideo dicit Plinius *in panegyrico ad Traianũ.* Laudabilia multa etiam mali faciunt. Sic etiam nemo tam infimæ ſortis & notæ, quin interdum dicat quippiam ad rem vehementer accommodatum, & neutiquam ſpernẽdum, etiam ſummis viris, & prudentia præditis. Nõ multum diſcrepat dictum Ciceronis *libr.3. q. Tuſculan.* Sæpe eſt etiam ſub pallio ſordido ſapientia. Summa etiam ſæpe ingenia in occulto latent, vt ſcribit Plautus, in ea fabula, quæ intitulatur, *Captiui duo.* & ait Seneca: poteſt ingenium fortiſſimum, ac beatiſſimũ ſub qualibet cute latere. Sed melior eſt ſententia pro hac conſideratione, *in l.1. §. ſed neque C. de veteri iure enucl. ibi: Cum poſſit vnius forſitan & deterioris ſententia, & multos & maiores in aliqua parte ſuperare.* quem tex. dicit aureũ Franciſ. Curtius *conſil. 57. incip. ſuper eo quod ab ord. col.4.* & ante eum Barbat. *conſil.1. col.19. l.3.* & facit ſingul. Panor. *in c.1. col. vlt. extra de conſ.* & ipſe Barbat. *in l. ſi dari ſtipuler. col.11. de verb. oblig. & conſil.15. incip. Deum innocent. adiutorem col.7. l.3. conſil.40. quod incip. à Ioue princ. col.5. eod. li.3. & conſil. 63. incip. illud referam in medi. col.5. eod. lib. & in repet. rub. C. qui admit. col.8. & in clem. ne Romani. col.2. de elect.* Et alibi dicit eſſe valde notabilem Panor. *in c. capellanus. col.2. extra de feriis.* Et ponderauit ipſe Panor. *conſil.1. in fi. in 1. li.* vbi etiam dicit notabilem. Et iterum *conſi.85. incip. in præſenti q. in prin. eo. lib. & Romanus in repe. l. ſi vero. §. de viro. in 54. falle. ff. ſolut. matr.* & Barb. *conſi. inc. clare praſcribi. col. fi. lib.2. & conſ.34. incip. præclare optimus dicit Pſalmiſta. col.13. eo. li.2. & alibi ſæpe.* vt curioſus lector in his indagare poterit.

Quam

Quam ſententiam clare comprobat illud Dei optimi maximi, vt ſcribitur *Matth.* 11. *&* *Luc.* 10. Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ideo nõ abs re dicit gloſſ. 1. *in c. ad audientiam. extra de cõſuetud.* non eſſe inconueniens ab inſipiẽtibus, id eſt, minus ſapientibus (vt ibi gloſſ. declarat) petere conſilium. Quia quandoque reuelatur minori, quod maior neſcit. *l. potioris. C. de officio rectoris prouinciæ. & c. eſto ſubiectus. in fi. 45. diſt. & c. ſi habes. 24. quæſt. 3.* quam gloſſ. ad hoc notant Doctores *in dict. ca. ad audientiam noſtram.* Et fere omnes ibi ſcribentes poſt Io. And. referunt hiſtoriam huic materiæ cõgruentem, de quodam fatuo Pariſienſ. qui miro modo determinauit controuerſiam inter egenum quendam, & tabernarium. Nam cum tabernarius pecunias peteret ab egeno; quoniam panem veluti ſuauius comederat ad culinæ fumum & odorem. Iudicauit fatuus tabernario ſoluendum ex ſono denarii. Quam quidem quæſtionem non potuiſſet Cato, aut Gratianus (vt dicunt Ioan. And. & Panor.) æquius decidere. Hanc etiam hiſtoriam poſt illos refert Barba. *in l. 1. col. 7. verſ. pone quod furioſus. ff. de verb. oblig. & conſil. 58 incip. Clemẽtiſſimi Dei patris. col. 2 lib. 1. & conſi. 59 incip. illud in medium afferam. col. 3. li. 2* & Rochus de Curte *in c. vlt col. 18. verſ. 6. nota. extra de conſuet.* Subiungit autem Panor. *in d. c. ad audientiam noſtram.* audiuiſſe ſe à ſuo ipſius præceptore (qui fuit Cardinalis) cum locum illum legeret, Bartolum ſæpius in cauſis, in quibus ab eo petebatur conſilium, cum mercatorib. conferre ſolitum, & per notata *in d. c. eſto ſubiectus.* monet Specu. *in titu. de aduocato §. nunc tractemus. verſicu. facto autem intellecto. ante finem.* vt etiam minus peritos conſulamus, cum quibus conferre aliquando profuit. Et ex dicto Specu. ſæpe dixit nonnunquam fore bonum in conſiliis, ſeu conſultationibus, quæ fiunt ſuper difficultatibus iurium alicuius partis litigantis, aut in deciſione cauſarum, ſeu viſitatione proceſſuum aduocare aduocatos iuuenes, etiam non multum peritos, nec ſunt deſpiciendi: quoniam, vt plurimum mouent aliqua dubia, quæ ſi decidi ab eis nequeunt: dant materiam cogitandi prudentia & ſcientia prouectis, facit tex. *in leg. munerum. §. mixta. ibi, vt Herennius Modeſtinus & notando & diſputando bene & optima ratione decreuit. ff. de muner. & honor.*

Accedat huc exemplum apud Gellium *li.* 18 *cap.* 3. ex Æſchine, in oratione, qua Timarchum accuſauit. vbi cum populus Lacedæmonius de ſumma Reipublicæ quidnam eſſet vtile. & honeſtum deliberaret, & vir quiſpiam improbiſſimus & turpitudine priſtinæ vitæ diffamatiſſimus conſilium vidiſſet probatiſſimum, turpi autore mutato conſilium tamen ſecutus eſt. quod etiam recenſet Plutarchus *de ciuili inſtitut.* vbi huncin honorem virum & diffamatiſſimum Demoſthenẽ dicit fuiſſe vocatum.

Refert etiam Valerius *lib. 7 tit. de teſtamentis non reſciſſis, c. 1.* Tuditanus ciuis Romanus, vir notæ inſaniæ, vtpote qui populo nummos ſparſerat, togamque velut tragicam veſtem in forum trahens maximo cum hominum riſu viſus fuerit, multaque alia furoris teſtimonia dederit. Fecit tamen teſtamentum legibus tam conſentaneum, vt à Centumuiris comprobatum ſit: licet T. Longus ei ſanguine proximus, illud ſubuertere conatus fuerit; quoniam ex Romanorum legibus furioſo & inſano teſtari non licet. Magis enim (vt ſcribit Valer.) Centumuiri, quod ſcriptum eſſet in tabulis, quam quis eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſtimauerunt. Et forte rationem iſtam habuerunt, qui licet furioſus, tempore furoris condere teſtamentum non poſſit. *l. in aduerſa. ff. de teſtament.* quæ eſt *l. Pauli iureconſul.* Tamen, ſi habuerit dilucida interualla, illo tempore teſtamenti factionem habet, *leg. furioſum. Cod. qui teſtam. fac. poſſunt. & §. furioſi. Inſtitut. eodem.* De quo ſatis conſtabat ex ordinatione illius teſtamenti. Ideo ratum manſit. Iſtam hiſtoriam poſt Valerium etiam recitat Ioann. Andr. *in capit. fin. in fine. de ſucceſſio. ab inteſta.* Bald. *in cap. 1. colum. 2. in verb. ſed iuſta. titu. per quos fiat inueſtit.* Roman. Alexand. Corneus & Iaſon *in d. l. furioſum.* Barb. *in l. 1. col. 3. ff. de verb. obl. & conſi. 58 col. 2. lib. 2. & l. is cui bonis. col. 2. eo. tit.* Corneus *conſ. 69. incip. viſis nõnullis*

actis.col.antepen.verſ.& quod ex qualitate lib. 1.& conſil.73.incip.viſis & diligenter inſpectis. vol.1.verſ.inſuper dicit eod.li.1.& conſi.217.incip.in cauſa vertenti.col.vlt.lib.3. Ange.Aret.*in §.præterea teſtam.Inſtitu.quibus non eſt permiſſum facere teſtam.* Et ex antedictis vna cũ pluribus aliis rationibus concludit Tiraq. *in ſuis legibus connubialib. in commentario ante 11. legem.* Quod licet etiam conſilium mulieris ſit quodammodo debile & fragile, vt communiter; tamen interdum à maritis exquirendũ eſt,& laudandum, vt dixi ſupra *in 2.par.in* 10. *conſid.* Poſſent & multa adduci ad rem facientia. Et quomodo ab iniquis, & prauis ſententiæ veræ, & certæ interdum proferuntur: vt Cayphas, qui licet non eſſet verax, tamen verum dicit, vt *in c.domianus.1.qu.1.* Et Saul Rex malus prophetauit. *ca.prophetauit.eod.loco.* & ibi plura.

DEcima conſideratio; Vxorati præferuntur nõ vxoratis; cum per matrimonium quis conſequatur magnam dignitatẽ. Quia, vt dicit text. *in Authent. de nupt. §. deinceps.* Nuptiarum magna eſt dignitas. *colla.* 4. dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetud. ducatus Burgundiæ, in rubrica, des droicts & appartenances à gens mariez. ante finem. in additione.* & ibi plura ſcripſi pro laude matrimonii. Et perpulchre ſcribit Aulus Gellius *lib.2. cap.*15. maritos habentes vxores præferri debere nõ habentibus, etiam ſenioribus, maxime ſi habent liberos. Et eius verba elegantiſſima; quia etiam multas quæſtiones in materia huius conſiderat.& 12. ſubſequentis decidunt, transportaui. Poſtquam ſoboles (ait) ciuitati neceſſaria viſa eſt, & ad prolem populi frequentandam præmiis atque inuitamentis vſus fuit, tum antelati quibuſdam in rebus, qui vxores, quippe liberos haberent, ſenioribus, neque liberos neque vxores habentibus. Sic capite ſeptimo legis Iuliæ, priori ex Conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit, non, qui plures annos natus eſt, ſed qui plures liberos, quã collega, aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit. Sed ſi par numerus liberorum vtrique eſt maritus, aut qui in numero maritorum eſt, præfertur. Si vero ambo, & mariti & patres, totidem liberorum ſunt, qui maior natus eſt, prior faſces ſumit, & in omni ſpecie honoris prior, potiorque habetur. Super his antè qui aut cœlibes ambo ſunt, aut parem numerum filiorũ habent, aut mariti ſunt, & liberos non habent: nihil ſcriptum in lege de ea ætate eſt, ſolitos tamen audio (vt ait Gellius) qui lege potiores eſſent, faſces primi menſis collegis concedere, aut longe ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut ſecundum conſulatum ineuntibus. & pro hoc eſt caſus *leg.1.C.de Conſulibus li.*12. vbi deciditur, quod inter habentes eandem dignitatem ille debet antecedere, qui prius eſt adeptus dignitatem, etiam ſi poſterior pluries eandem aſſecutus fuerit. Faciunt quæ dicit Lucas de Penna *in l. mulieres, col.5.C.de incolis li.*10. vbi ſcribit de laude matrimonii. Cælius *lib. antiq. lectionum 15.cap.*9. *&* 23.

Et prædicta apparent vera inter viros, ſed inter mulieres; virgines in inceſſu, & alibi, præferuntur viduis, & maritatis, vt dicit Bald. & poſt eum Barbatia *in cap. cauſam. ex. de probat.* quod tamen non eſt abſque dubio, in veris virginibus & caſtis. cum, vt ait ibi Barbatia, dictum illius c. in muliere virgine, habeat locum in viro. De virginibus dixi ante *in 2.part. in 11.conſid. & 3.par.in 34.conſid.*

Filiis vero etenim pueris conſulum Rom. ante patres eorum ambulandi ius erat: & hũc morem ſumma diligentia retinuerũt, ne quis ab his inter conſules & proximos lictores, quamuis officii cauſa vna progrederetur, ſe interponeret. vt ait Vale. *lib. 2. tit. de inſtitutis antiquis.*

VNdecima conſideratio; Sicut inter plures plebeios præferuntur ciues habentibus incolatum. *l. libertus. §. præſcriptio ibi, potior eſt originis cauſa. ff. ad municip. & de incolis.* de quibus hic infra *in 22.conſid.* Ita Burgenſes aliis inhabitationem ſeu manſionem habentibus. Quoniam Burgenſes dicuntur habere quandam præeminentiam inter alios ex generali conſuetudine Franciæ. & de his fit mẽtio *in ca.2.extra de his, quæ vi metuq́; cauſa fiunt. & in c. ex parte. in ſupra ſcriptione. de conſuetud.* Et apud nos Burgenſes dici poſſunt,

qui eum

qui cum aliqua præeminentia inter cæteros plebeios viuunt, abſque tamen aliqua adminiſtratione, vt ſũt originarii loci, maxime vrbis, aut oppidi, habuerũtque prædeceſſores in loco à tempore longæuo. Item opulenti ſunt, & amplas habent poſſeſſiones, & pingues reditus: raro exercent mercationes, niſi de his, quæ à ſuis percipiunt poſſeſſionibus, & poſt nobiles, & magiſtratus, tertium obtinent honoris & ordinis locum. Et ſcias, quod tales Burgenſes ſi emant Baroniam, vt plures faciunt, non tamen per hoc ſunt Barones, nec inter Barones ſedere debent, niſi habeant id à Principe. ita dicit Iac. Rebuffi *in l. in his, num. 50. C. de prædiis & aliis rebus nauicul ari. lib. 11.* Et de his ſ. *iſta part. in 26. conſid.* etiam aliquid dictum eſt.

DVodecima conſideratio; Inter quoſcunque ſimilis ſtatus, etiam inter plebejos habens filios præfertur non habenti. tex. ſunt ad hoc expreſſi *in l. Spurii. in fin. ff. de decurionib. & in l. in albo. C. eod. tit. lib.* 10. Et, vt dicit gl. fi. *in d. l. in albo.* in ordine ſcripturæ anteferri debet, & ejus vox in ſententijs, & conſilijs debet eſſe prima, etiam anteire deambulando & loquendo. *per iura in ipſa gl. alleg. & per l. 1. C. de conſulibus lib.* 12. Ratio eſt ille fauor publicus, vt ciuitas liberis repleatur. *l. 1. ff. ſolu. matrim. l. liberorum. ſ. præter. ff. de verb. & rer. ſignif.* Et dicit Pyrrhus *in eadem l. in albo. in fi.* ſe audiuiſſe doctos viros legentes illum locũ, qui ex illo textu tenebant doctorem habentem liberos præferri non habenti, & ex multis concludit numerum liberorum in multis operari. Faciunt, quæ ſcripſi hic ante *in 10. conſid. & in Commentariis noſtris ſuper conſuet. Ducatus Burgund. §. 5. in gl. ſur ſes homme. verſ. quid autem.* Et idem dicit Pyrrhus: Idem eſſe in habente filias, ſicut ſi haberet ſolum filios: ſed ex dictis in quarta conſideratione hujus partis, magis præferretur qui liberos maſculos haberet: Et iſta prælatio etiam conſiſtit in ordine ſedendi, vt dicit Petrus de Rauen. *in ſuo compendio iuris. in dictis notabilibus. fol.* 99. Et etiam in honoribus aſſequendis, vt inquit Ioan. Saxon *in conſuetud. patriæ Turcnenſis. tit. des douhaires de femme noble. artic.* 1. & iſta videntur vera in actibus publicis, in quibus benemeritus & vtilior eſt præferendus. Dixi ante *in 7. parte, in 24. conſid.* Secus in actibus priuatis, vt in familia, in cujus ordine ordo naturæ tantum inſpici debet. *can. eſt ordo. 33 q. 5.* Hinc cum in domo ſedetur, ambulatur, in conuiuio quoq; familiari diſcumbitur, ceſſant honores inter patrem priuatũ, & filium gerentem magiſtratum, alias non, vt hic ĵ. *in 16. conſi. ſcribitur.*

Et in rectore ſtudij, qui præcedit Epiſcopũ ſcholarem in ſtudio exiſtentem, ſed in alio loco non, vt dicit Pan. *in c. auditis. col. 3 de elect.* & Fely. *in rubr. de maior. & obed.* & plene dixi ante *in 4. part. in 44. conſid. cum ſequẽt. & in 7. par. in 37. conſi.* Sic etiam filius Epiſcopus in domo tenetur facere reuerentiam patri, ſed in Eccleſia præcedit patrem: vt dicit Hoſt. *in cap. indecorum. de ætate & qualit.* Ex quibus concludendum, quod quis poteſt haberi major, & minor ex diuerſis qualitatibus & ſub diuerſis reſpectibus, & ita omnia concordari & proportionari debent: & ita dicit gl. 2. *in c. quæritur. 2. q. 7.* quæ alleg. *c. quanquam. eod loco. & c. perlectis. 25. diſt.*

DEcimatertia conſideratio; Inter duos æquales, qui eſt in ſuo territorio, eſt major altero. gloſſ. vlt. *in l. apud eum. ff. de manum. iſſ.* Imo etiam Archiepiſcopus, vel Cardinalis in terra Epiſcopi debet honorare ipſum Epiſcopum, vt notant gl. fin. & ibi Ioan. de Plat. per *l. nihil. per illum text. C. de Palatinis. lib.* 12. Dixi ante in *4. part. in 22. conſide.* Et ratio; quia per ejus aduentum & præſentiam non perdit ſuã juriſdictionẽ, nec deſinit eam exercere. *l. cunctos.* quæ eſt *l. 3. C. de metatis. eod. lib. 12 cap. 1. de offic. deleg.*

Et dicit text *in ead. l. nihil.* exemplificando in Palatino Comitis theſauri, qui forte in prouincia præſidis morabatur, quod honor & reuerentia non ſolum debetur, & defertur præſidibus prouinciarum ab inferioribus, ſed etiam à majoribus. Et ex his ſubnotat ibi Lucas de Penna *in colum.* 1. deberi reuerentiam & honorem a majore minori, cum in domo majoris eſt minor, & è conuerſo, cum in domo minoris eſt major. allegat textus *in*

Authent. de defenſ. ciuit. §. iniurandum. in fin. collat. 3. & in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. illud videlicet. verſi. non ſinimus. coll. 2. & d. l. 2. & c. quiſ ſeſcit. 2. qu. 6. & c. quanquam. 23. diſt. & vide ante *in 1. par. in 20. & 21. conſid.*

Ex quo etiam concludo, defenſores & maiores ciuitatum & vrbium debere honorare decuriones ſeu conſules, hoc eſt, Scabinos in ordine & loco, vbi ſunt Scabini. Ideo, quando fit congregatio trium ſtatuum huius patriæ Diuione, non eſt dubium, quod maior Belnæ, & Vergobretus, Heduenſi. præcedunt Scabinos Cabilonenſ. ſed ſi fieret dicta congregatio Cabilone, eſſet dubium, an ibi eſſent præferendi, argumento ſupradictorum.

DEcimaquarta conſideratio; Ciuis alicuius ciuitatis ſupremæ, præfertur, ſeu anteponitur primario mediocris ciuitatis. vt tenet Decius *in cap. clerici. column. 6. extra de iudic.* quod intellige verum in loco indifferenti, ſed in loco eorum quilibet in ſuo territorio, ſeu diſtrictu præfertur: vt dictum eſt *in conſideratione præcedenti.* Fertur tamen, cum Iulius Cæſar in Alpibus oppidolum præteriret, amicis quærentibus, an etiam illic ſeditiones aliquæ de principatu forent. Mallem, inquit, hic eſſe primus, quam Romæ ſecundus.

Et vnum ſcias, ciuitates ſunt in multiplici differentia, vt dicit Bart. *in extrauag. Quoniam in princ. in gl. Lombardiæ, circa medium.* Quædam enim ſunt ciuitates minores, & puſillæ, vt communiter omnes habentes iuriſdictionem abſque mero vel mixto imperio. Aliquæ ſunt mediocres, quæ habent mixtum imperium. Aliquæ vero ſunt maximæ, quæ habent merum & mixtum, vt ciuitas metropolitana. Nec dico, vt ait Bart. propter Epiſcopatum; quia forum cauſarum eſt magnum, cui ſuberant multæ aliæ ciuitates. allegat *l. ſi duas. §. eſt autem. cum §. ſeq. ff. de excuſat. tut.* vide infra *in 60. conſid. in fin.* & hic ante *in 5. conſid.*

Ex antedictis erat argumentũ, quod Vergobretus Heduen. in congregatione trium ſtatuum huius patriæ præcedere debebat, & maiorem Diuion. & Belnen. cum Hedua ſit ciuitas ex vſu noſtro. Diuio vero & Belna ſunt vrbes, ſeu oppida, niſi vrgeret ea ratio, de qua ante: quia dictæ congregationes communiter fiunt, & fuerunt vſque in præſentem diē facta Diuione & Belnæ, & cum Belna ſit de Balliuatu Diuionenſi, & ſic de territorio, dicunt Belnenſes dum ſunt in vrbe Diuionenſi ea ratione, quod maior eorum præcedit Vergobretum Heduen.

DEcimaquinta conſideratio; Inter plebeios legitimi plebeii præferũtur etiam baſtardis nobilibus: vt dicit Geminia. *in c. ſtatutum, leg. 2. de hæret. in 6.* aſſerens Angelum ita conſuluiſſe. eſt *in conſil. 30. incip. domina Franciſca.* prout refert & ſequitur Guilelmus Benedicti *in ſua repetitio. c. Rayn. in verb. Raynutius de Clera. num. 22. extra de teſtam.* Abominabiles enim ſunt & exoſi omni iure ſpurii, & inceſtuoſi. Propterea ſcribitur *in c. ſi gens Anglorum. 56. diſt.* quod diuulgatum eſt, tales inceſtuoſos, & adulterinos, nec bello ſeculari eſſe fortes, nec in fide ſtabiles, nec hominibus honorabiles, nec adeo amabiles, vt ſunt Hiſpani & Burgundiones, qui ſunt fortes, ſtabiles, honorabiles, & amabiles, vt dicit ibi text. Et proles naturalis deturpat familiam. Et ſi proles nõ fuerit legitima, ſequitur, quod habetur *Sapient. 3.* Filii adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur, & ſi quidam longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur. Et tales ſpurii ſunt infames, vt dicit Azo *in Summa Cod. ex quibus cauſis infamia irrog.* vt infra dicam.

Et aduerte, quod conditio liberorum tacita non comprehendit Baſtardos, cum affectio legis non ſit ad eos, qui proprie non dicuntur filii; quia non ſunt ex matrimonio nati. *l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* per quam pulchre dicit Bald. *in c. quæ in Eccleſiarum. colum. pen. extra de conſtitut.* Quod filius nomen naturæ eſt, ſcilicet, geniture: caro ex carne parentis deciſa & ex lumbis eius tranſmiſſa: & ſicut natura manifeſtum eſt. Et, vt dicit Guilelmus Benedicti *in ſua repetit. cap. Raynutius. in verſicu. Raynutius de Clera. extra de teſtam.* poſt Baldum *in eo loco ſupra allega.*

Ex no-

Digitized by Google

Ex nobili præſumptione intelligimus verba de iuſto filio, qui honeſte poteſt filius nominari. qualis eſt filius legitimus, *l.fin.ff. de iure deliberand.* non de eo, in quem non decet, vel non poteſt diſponere virtus agendi in ſplendoribus: illegitimi nec ſuccedunt; quia ſordidi ſunt. Quibus non communicatur dignitas tanquam indignis, & ex peccato productis. Nec concubinæ viri dignitas communicatur, poſtquam deficit matrimonium, titulus nobilitatis, nec mutat domicilium ex perſona viri, ſicut mulier, quę illegitime nupſit, ſecundum Bart. *in l.fin.§.iidem.reſcripſerunt.l.ſec.ff. ad municipal.* Vnde ſi ſtatuto cauetur, quod de relictis factis filiis non ſoluatur gabella; tamen de legato facto & relicto filio Baſtardo debebitur & ſoluetur gabella, ſecundũ Bart. *conſil.222.incip.ſtatuto cauetur.* Baſtardi enim non includũtur in diſpoſitione legali, quantum ad commodum & honores, ſecundum glo. *in cle.vnica.in verb.liberi.in fi. de baptiſmo.* & dixi alibi.

Nec includuntur in feudis, poſito, quod eſſent ſimpliciter legitimati per reſcriptum. *c.1.§.naturales.ſi de feudo fuerit controuerſia.in vſib.feudor.* De quo Panor. *in ca.cum Vintonenſis.col.4.& ca.innotuit.de electio.* quia feudum eſt beneficium & honor; quoniam non intelligitur ſentire de reprobatis. *l.Lucius.§.Lucius.ff.de legat.2.* Alex. *in conſi.64.col.4.in 1.volu.* vbi dicit, quod non eſt veriſimile concedentem feudum de tali ſenſiſſe. Et idem Alexan. *in conſi.128.eod.vol.& conſi.60.in 2.volum.* Pariter non comprehenduntur in diſpoſitione emphyteutica ſecundum Specul. *tit.de locato.§.nunc aliqua.verſi.172.* de quo per Bald. *in dict.cap.quæ in Eccleſiarum.colum.mihi pen.& fin.verſic.dubitatur vtrum naturalis.* vbi etiam dicit, quod in priuilegiis conſequendis non continentur naturales, *per l.lege Iulia.§.nec diſtinguitur.ff.de ritu nuptiar.* Et idem Alexand. *in locis ante allegatis.* & per dominum meum Iaſonem *in leg.generaliter.§.cum autem.colum.pen.Cod.de inſti.& ſubſti.* Ignominioſum eſt enim tales filios habere. *leg.pen.Cod.quemadmodum teſtam.aper.* ſecundum Bald. *in dict.l.generaliter.* Et non ſolum ignominioſum eſt tales filios habere: ſed etiam ignominioſum eſt filiis, patrem habere talem, cuius vitio ſpurii vocantur. Ita, quod melius foret, & honeſtius, patrem habere legitimum quamuis plebeium & pauperem, quam quod ſit filius illegitimus, maxime ſpurius, ſeu adulterinus, aut inceſtuoſus patris excelſæ nobilitatis. Facit text. *in l.ſi qua illuſtris mulier.§.1.C.ad Orfician.* Quod facit contra aliquos nedum intellectu & verecundia; ſed etiam ſenſu carentes, qui malunt ſe filios magnatum (quibus etiam filios habere non licet, vt Eccleſiaſtici, & non coniugati) vt illorum nomina & arma (eis tamen non debita) occupent, quam maritum propriæ matris eorum genitorem honorare, tanquam patrem legitimum, etiamſi agricola, aut mercator, aut alterius negociationis ſit. Tales profecto ſe infames ſpurios fatentur, propriamque matrem impudicam demonſtrant, ſcilicet ſi verum fatentur. Alias ſi faſtu ſuperbiæ fingant, non eſt eis honor, ſed ſummum dedecus apud probos viros. Et talibus debet improperari, cum ſint quomodocunque infames. vt dicit Azo *in Summa C.ex quibus cauſis infamia irrog.ſupra alleg.* & per Alex. *in d.conſil.64.* vt apud nos ſunt aliqui nati in matrimonio (ſaltem præſumptiue) habentes fratres, qui legitimi reputantur: tamen, vt bona conſequi poſſint, ſe Baſtardos & ſpurios dixerunt, & in hoc gloriari volunt, & etiam timorem ex hoc incutere putant ampliorem (cum ſpurii citius, & feruentius ad vindictam domus aduolent) quam legitimi, vt dicit Angel. *conſil.ſuo 30.incip. Domina Franciſca. & conſil.191.incip.ſuper puncto videtur.* Sufficiat exemplum de Goliath ſpurio, vt habetur 1. *Reg.17.* in quo vituperari debent, prout de Hercule legimus, cui improperatum fuit, ſe filium Iouis ex Alcmena matre genitum dicentem. de quo Ouid. *lib.9.Metamor in prin.* ita ait:

Nam quod te iactas Alcmena matre creatũ,
Iupiter aut falſus pater eſt, aut crimine verus,
Matris adulterio patrem petis, elige fictum:
Eſſe Iouem malis, an te per dedecus ortum?

Non ſic fecit Moyſes, qui grandis factus negauit ſe filium eſſe filię Pharonis, magis eligens

Authent. de defenſ. ciuit. §. iuſiurandum. in fin. collat. 3, & in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. illud videlicet. verſi. non ſinimus. coll. 2. & d. l. 2. & c. qui ſe ſcit. 2. qu. 6. & c. quanquam. 23. diſt. & vide ante *in 1. par. in 20. & 21. conſid.*

Ex quo etiam concludo, defenſores & maiores ciuitatum & vrbium debere honorare decuriones ſeu conſules, hoc eſt, Scabinos in ordine & loco, vbi ſunt Scabini. Ideo, quando fit congregatio trium ſtatuum huius patriæ Diuione, non eſt dubium, quod maior Belnæ; & Vergobretus, Heduenſi. præcedunt Scabinos Cabilonenſ. ſed ſi fieret dicta congregatio Cabilone, eſſet dubium, an ibi eſſent præferendi, argumento ſupradictorum.

DEcimaquarta conſideratio; Ciuis alicuius ciuitatis ſupremæ, præfertur, ſeu anteponitur primario mediocris ciuitatis. vt tenet Decius *in cap. clerici. columm. 6. extra de iudic.* quod intellige verum in loco indifferenti, ſed in loco eorum quilibet in ſuo territorio, ſeu diſtrictu præfertur: vt dictum eſt *in conſideratione præcedenti.* Fertur tamen, cum Iulius Cæſar in Alpibus oppidolum præteriret, amicis quærentibus, an etiam illic ſeditiones aliquæ de principatu forent. Mallem, inquit, hic eſſe primus, quam Romæ ſecundus.

Et vnum ſcias, ciuitates ſunt in multiplici differentia, vt dicit Bart. *in extrauag. Quoniam in princ. in gl. Lombardiæ, circa medium.* Quædam enim ſunt ciuitates minores, & puſillæ, vt communiter omnes habentes iuriſdictionem abſque mero vel mixto imperio. Aliquæ ſunt mediocres, quæ habent mixtum imperium. Aliquæ vero ſunt maximæ, quæ habent merum & mixtum, vt ciuitas metropolitana. Nec dico, vt ait Bart. propter Epiſcopatum; quia forum cauſarum eſt magnum, cui ſuberant multæ aliæ ciuitates. allegat *l. ſi duas. § eſt autem. cum §. ſeq. ff. de excuſat. tut.* vide infra *in 60. conſid. in fin.* & hic ante *in 5. conſid.*

Ex antedictis erat argumentũ, quod Vergobretus Heduen. in congregatione trium ſtatuum huius patriæ præcedere debebat, & maiorem Diuion. & Belnen. cum Hedua ſit ciuitas ex vſu noſtro. Diuio vero & Belnæ ſunt vrbes, ſeu oppida, niſi vrgeret ea ratio, de qua ante: quia dictæ congregationes communiter fiunt, & fuerunt vſque in præſentem diẽ facta Diuione & Belnæ, & cum Belna ſit de Balliuatu Diuionenſi, & ſic de territorio, dicunt Belnenſes dum ſunt in vrbe Diuionenſi ea ratione, quod maior eorum præcedit Vergobretum Heduen.

DEcimaquinta conſideratio; Inter plebeios legitimi plebeii præferũtur etiam baſtardis nobilibus: vt dicit Geminia. *in c. ſtatutum, leg. 2. de hæret. in 6.* aſſerens Angelum ita conſuluiſſe. eſt *in conſil. 30. incip. domina Franciſca.* prout refert & ſequitur Guilelmus Benedicti *in ſua repetitio. c. Rayn. in verb. Raynutius de Clera. num. 22. extra de teſtam.* Abominabiles enim ſunt & exoſi omni iure ſpurii, & inceſtuoſi. Propterea ſcribitur *in c. ſigens Anglorum. 56. diſt.* quod diuulgatum eſt, tales inceſtuoſos, & adulterinos, nec bello ſeculari eſſe fortes, nec in fide ſtabiles, nec hominibus honorabiles, nec adeo amabiles, vt ſunt Hiſpani & Burgundiones, qui ſunt fortes, ſtabiles, honorabiles, & amabiles, vt dicit ibi text. Et proles naturalis deturpat familiam. Et ſi proles nõ fuerit legitima, ſequitur, quod habetur *Sapient. 3.* Filii adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur, & ſi quidam longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur. Et tales ſpurii ſunt infames, vt dicit Azo *in Summa Cod. ex quibus cauſis infamia irrog.* vt infra dicam.

Et aduerte, quod conditio liberorum tacita non comprehendit Baſtardos, cum affectio legis non ſit ad eos, qui proprie non dicuntur filii; quia non ſunt ex matrimonio nati. *l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* per quam pulchre dicit Bald. *in c. quæ in Eccleſiarum. colum. pen. extra de conſtitut.* Quod filius nomen naturæ eſt, ſcilicet, geniture: caro ex carne parentis deciſa & ex lumbis eius tranſmiſſa: & ſicut natura manifeſtum eſt. Et, vt dicit Guilelmus Benedicti *in ſua repetit. cap. Raynutius. in verſicu. Raynutius de Clera. extra de teſtam.* poſt Baldum *in eo loco ſupra allega.*

Ex no-

Digitized by Google

Ex nobili præſumptione intelligimus verba de iuſto filio, qui honeſte poteſt filius nominari. qualis eſt filius legitimus, *l. fin. ff. de iure deliberand.* non de eo, in quem non decet, vel non poteſt diſponere virtus agendi in ſplendoribus: illegitimi nec ſuccedunt; quia ſordidi ſunt. Quibus non communicatur dignitas tanquam indignis, & ex peccato productis. Nec concubinæ viri dignitas communicatur, poſtquam deficit matrimonium, titulus nobilitatis, nec mutat domicilium ex perſona viri, ſicut mulier, quę illegitime nupſit, ſecundum Bart. *in l. fin. §. iidem. reſcripſerunt. l. ſec. ff. ad municipal.* Vnde ſi ſtatuto cauetur, quod de relictis factis filiis non ſoluatur gabella; tamen de legato facto & relicto filio Baſtardo debebitur & ſoluetur gabella, ſecundũ Bart. *conſil. 222. incip. ſtatuto cauetur.* Baſtardi enim non includũtur in diſpoſitione legali, quantum ad commodum & honores, ſecundum glo. *in cle. vnica. in verb. liberi. in fi. de baptiſmo.* & dixi alibi.

Nec includuntur in feudis, poſito, quod eſſent ſimpliciter legitimati per reſcriptum. *c. 1. §. naturales. ſi de feudo fuerit controuerſia. in vſib. feudor.* De quo Panor. *in ca. cum Vintonenſis. col. 4. & ca. innotuit. de electio.* quia feudum eſt beneficium & honor; quoniam non intelligitur ſentire de reprobatis *l. Lucius. §. Lucius. ff. de legat. 2.* Alex. *in conſi. 64. col. 4. in 1. volu.* vbi dicit, quod non eſt veriſimile concedentem feudum de tali ſenſiſſe. Et idem Alexan. *in conſi. 128. eod. vol. & conſi. 60. in 2. volum.* Pariter non comprehenduntur in diſpoſitione emphyteutica ſecundum Specul. *tit. de locato. §. nunc aliqua. verſi. 172.* de quo per Bald. *in dict. cap. quæ in Eccleſiarum. colum. mihi pen. & fin. verſic. dubitatur vtrum naturalis.* vbi etiam dicit, quod in priuilegiis conſequendis non continentur naturales, *per l. legem Iulia. §. nec diſtinguitur. ff. de ritu nuptiar.* Et idem Alexand. *in locis ante allegatis.* & per dominum meum Iaſonem *in leg. generaliter. §. cum autem. colum. pen. Cod. de inſti. & ſubſtit.* Ignominioſum eſt enim tales filios habere. *leg. pen. Cod. quemadmodum teſtam. aper.* ſecundum Bald. *in dict. l. generaliter.* Et non ſolum ignominioſum eſt tales filios habere: ſed etiam ignominioſum eſt filiis, patrem habere talem, cuius vitio ſpurii vocantur. Ita, quod melius foret, & honeſtius, patrem habere legitimum quamuis plebeium & pauperem, quam quod ſit filius illegitimus, maxime ſpurius, ſeu adulterinus, aut inceſtuoſus patris excelſæ nobilitatis. Facit text. *in l. ſi qua illuſtris mulier. §. 1. C. ad Orfician.* Quod facit contra aliquos nedum intellectu & verecundia; ſed etiam ſenſu carentes, qui malunt ſe filios magnatum (quibus etiam filios habere non licet, vt Eccleſiaſtici, & non coniugati) vt illorum nomina & arma (eis tamen non debita) occupent, quam maritum propriæ matris eorum genitorem honorare, tanquam patrem legitimum, etiamſi agricola, aut mercator, aut alterius negociationis ſit. Tales profecto ſe infames ſpurios fatentur, propriamque matrem impudicam demonſtrant, ſcilicet ſi verum fatentur. Alias ſi faſtu ſuperbiæ fingant, non eſt eis honor, ſed ſummum dedecus apud probos viros. Et talibus debet improperari, cum ſint quomodocunque infames. vt dicit Azo *in Summa C. ex quibus cauſis infamia irrog. ſupra alleg.* & per Alex. *in d. conſil. 64.* vt apud nos ſunt aliqui nati in matrimonio (ſaltem præſumptiue) habentes fratres, qui legitimi reputantur: tamen, vt bona conſequi poſſint, ſe Baſtardos & ſpurios dixerunt, & in hoc gloriari volunt, & etiam timorem ex hoc incutere putant ampliorem (cum ſpurii citius, & feruentius ad vindictam domus aduolent) quam legitimi, vt dicit Angel. *conſil. ſuo 30. incip. Domina Franciſca. & conſil. 191. incip. ſuper puncto videtur.* Sufficiat exemplum de Goliath ſpurio, vt habetur 1. *Reg. 17.* in quo vituperari debent, prout de Hercule legimus, cui improperatum fuit, ſe filium Iouis ex Alcmena matre genitum dicentem. de quo Ouid. *lib. 9. Metamor. in prin.* ita ait:

Nam quod te iactas Alcmena matre creatũ,
Iupiter aut falſus pater eſt, aut crimine verus,
Matris adulterio patrem petis, elige fictum:
Eſſe Iouem malis, an te per dedecus ortum?

Non ſic fecit Moyſes, qui grandis factus negauit ſe filium eſſe filię Pharonis, magis eligens

gens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. vt dicit Apoſtolus *ad Hebr. 11. c.*

Sic, nec etiam eximius prophetarum Dauid, ſui generis paupertatem manifeſtare veruit clamans, de poſt fœtantes, de prope fontes ſuſcepit me dominus, vt ſcribitur *Pſal. 78. in fine.*

Pariter legimus de Gordio patre Regis Mydæ opulentiſſimi Phrygum, qui Gordius ex agricultura ſumptus ad regimen peruenit, quo potius Gordium ciuitatem inter Aſiam maiorem, & minorem condidit, & à ſe denominauit. In qua templum Ioui conſecrauit, & non immemor, nec veritus originaria conditione, nec eam celans, in eo aratrum, quo interdum vſus fuerat, deſtinauit, & ex funibus, quibus colla boum ſubiugarat, nodum connexuit miro, & inextricabili artificio: vt neq; principium, neque exitus deprehenderetur in eo: eumque Ioui conſecrauit, donec qui eũ ſoluat, occurreret.

Qua de re ſecundum omnes Alexander ille Magnus reprehenſione fuit maxima dignus, quod potius ſe voluit Draconis filium, ſcilicet, Dei Hammonis in ſpecie Draconis apparentis, & ſpurium nuncupari: quam Regis Philippi. de quo Valerius *lib. 9. tit. de ſuperbia.* Et in hoc fuit ſuorum progenitorum deſpector, prout communiter ſunt nobiles, & nimium honoris appetitiui, vt dicit Ægid. *de regimine principum, par. 3.*

Accedat huc Olympiadis Alexandri matris ſuper hoc comis, ac prudens ad filium reſcriptio, quam ſcribit Aulus Gellius *lib. 13. c. 4.* in pleriſque monumentis rerum ab Alexandro geſtarum, & paulo ante *in lib. M. Varronis, qui inſcriptus eſt Oreſtes, vel de inſania.* Olympiadem Philippi vxorem feſtiuiſſime reſcripſiſſe legimus Alexand. filio. Nam cum ipſe ad matrem ita ſcripſiſſet, *Rex Alexand. Iouis Hammonis filius, Olympiadi matri ſalutem dicit.* Olympias ei reſcripſit ad hanc ſententiã: *Amabo*, inquit, *mi fili, quieſcas, neque deferas me, neque crimineris aduerſum Iunonem. Malũ mihi prorſum illa magnum dabit, cum me literis tuis pellicem illi eſſe confiteris.* Ea mulieris ſcitæ atq; prudentis, erga ferocem filium comitas, ſenſim, benigne, non grauate admonuiſſe eũ viſa, deponendam eſſe opinionem vanã, quæ non niſi ex magna gloriæ inanis cupidine, & fatuitate non mediocri oriebatur, & quam ille ingentibus victoriis, & adulantium blandimentis, & rebus ſupra fidem proſperis imbiberet, ſcilicet, genitum eſſe ſeſe de Ioue.

Videmus etiam Romanos, tanquam molles, effœminatos, & laſciuos, ſe ab Ænea adulterino coitu ex Venere Vulcani vxore, & Anchiſe concepto proceſſiſſe, gloriatos eſſe. Vnde Æneadæ dicti ſunt, vt eſt tex. Iuſtiniani Imperat. *in Auth. vt præponatur nomen Imperatoris. §. 1. coll. 1.* Imo tales, qui familiis alienis ſe immiſcent, præſentium infimi, vt magnatũ & potentum honore, & ſucceſſione participent, acriter puniuntur. *l. 1. C. de crimine falſi.* Cum rem nedum priuatam, ſed publicã perturbent: quod ferendum non eſt, vt dicit Valerius *libr. 9. titulo vltimo. qui eſt de his, qui infimo loco nati, mendacio ſe clariſſimis familiis inſerere conati ſunt. in principio.* Hoc impudentiæ genus, & anceps non ferenda temeritas. Et ibi recenſet de quodam, qui cum ſanctiſſimæ & clariſſimæ ſororis Auguſti vtero genitum fingere auſus fuerat, imperio Auguſti remo publicæ triremis (hoc eſt, nauis implendę triplici remorum ordine ad Rempublicam pertinentibus) fuit affixus. Nam veteris moris erat (vt & hodie vſus inoleuit de inertibus, ocioſis, & in tenebris ciuitatum languore torpentibus) pernicioſos & perditos ribaldos ad remigium damnare, vbi talis ſuperbia domatur. Ideo tales ſpurii, & illegitimi nati etiam in matrimonio non verentes impudicitiam matris patefacere propter eorum ſuperbiam, ne dicam temeritatem, & impudentiam in Republica pernicioſiſſimam, & contra bonos mores & politiam, ad remigium damnari ſeu deportari deberent, more antiquorum.

Illegitimi ergo dicuntur indecori, & ideo inhabiles ad ea, quæ in decore conſiſtunt, vt ad dignitates *capitu. cum indecorum. de fili. presbyteror.* Ex quo non poteſt Baſtardus, & ſpurius,

ſpurius; etiam magnatis dicere legitimo, etiam filio plebeii, quod ſit magis æſtimandus & honorandus: Sed poteſt impune filius plebeii legitimus dicere huiuſmodi ſpurio, *qu'il eſt plus homme de bien que luy*: & in hoc non errat. Cum in his, quæ ſunt honoris & dignitatis ſeu decoris, Baſtardi tanquam infames nihil prætendere poſſint: vt ante dictum eſt. Sed infamibus portæ nō patent dignitatum, *iuribus vulgatis*, vt infra dicetur.

Imo etiam Conſiliarii Principis eſſe non poſſunt, ſecundum Bald. *in l. cum legitima nuptiæ. ff. de ſtatu hom.* Et non immerito; cum ſint (vt dixi) infames, ſecundum Azon. *in loco ante alleg.* & Bald. *in l. 4. in prin. ff. de liber. & poſth.* quem ibi ſequitur Alex. & idem Bald. *in l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. & in l. 1. C. de iure aur. annul.* Alex. *in conſi. 94. ante alleg.* Sed etiam ſi ſpurius & baſtardus fuerit legitimatus, remanet infamis de facto, inter bonos & graues notatus, *d. l. 4. in prin. ff. de libe. & poſth.* cum quo tranſit Alex. *in l. ex facto. col. 3. ff. de vulg. & pup. & in d. l. 4. col. 2.* & dixi ſupra *in princ. huius conſid.* Et ſic tabellio ad bancham iudicis, hoc eſt, grapharius eſſe non poteſt, vt dicit Bartol. *in l. eadem. ff. ad leg. Iul. repetund.* quem ſequitur Alex. *conſi. 80. incip. examinato proceſſu. in 2. vol.* Per quorum dicta dixi alias in contingentia facti: quod condemnatus actione famoſa, tanquam infamis, nō poterat eſſe grapharius ad bancham præſidis ſeu Balliui, aut Curiæ ſeu ſedis Cancellariæ: de quibus Curiis ad longum ſupra *in 7. part. in 19. & 20. conſiderationib.* dictum eſt.

Nec ſufficeret, quod communi opinione haberetur pro tabellione, niſi etiam pro homine legitimo reputaretur; quod eſt verum ſecundum aliquos, etiam ſi eſſet legitimatus.

Nec etiam teſtis eſſe poteſt, vt plene not. *in l. 1. in verb. diuina. C. de ſum. trinit.* & Pan. *in ca. teſtimonium. poſt gl. ibi, in verb. emendatus. extra de teſtib.*

Nec etiam poteſt doctorari; quia doctoratus eſt dignitas, vt dicit Bart. *in proœm. C.* & Zabarella *in proœm. clem.* Et, vt ſcribit Bald. *in d. l. 1. C. de ſum. trinit.* licet doctoratus infami & excommunicato conferri poſſit: tamen ſpurio doctoratus conferri non poteſt: vt dicit Zabarella *in clement. 2. de Magiſtris.* quod videtur eſſe verum, etiamſi eſſent legitimati. Cum legitimatus ſit ſimilis Alchimiæ, quæ facit apparere, quod non eſt: vt dicit Bal. *in c. 1. col. 5. ext. de conſti.* quem refert & ſequitur do. meus Iaſ. *in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.* Et idem Bald. *in ca. fin. extra de tranſ. Epiſc.* dicit, legitimatum aſſimilari homini medicato à morbo, in quo ſemper aliquæ remanent cicatrices. Cuius dictum recenſet Curt. *conſi. 78. col. 19. & ſeq.* Sed tamen Guil. Bened. *in d. ſua repet. c. Raynut. in verb. eodem. Raynut. nu. 29. extra de teſtam.* videtur tenere etiam legitimatos doctorari poſſe, licet legitimatio id non exprimat in verbis, quod ſit legitimatus ad doctorandum: quoniam tales etiam ſimplices legitimationes extenduntur ad dignitates alteri non præiudiciabiles, ſecundum Innoc. *in c. per venerabilem. qui filii ſunt legit.* Et plus dicit idem Zabar. *in clem. 2. de Magiſtris.* valere conſuetudinem, vt etiam non legitimati doctorentur: quem ſequitur Felyn. *in c. quanto. de Magiſtris.*

Vnde non ſine cauſa, præſertim inter illuſtres, Baſtardi pro nihilo reputantur, quos magnatum ac nobilium conſuetudo nō nouit, propter bonos mores obſeruandos & retinendos: vt notat Bar. *in add. ad Bal. in c. 1. §. naturales. tit. ſi de feu. fuerit controuer. inter do. & agnat. vaſalli, in vſib. feu.* Et dicit Curt. *in conſi. 26. incip. clarus vir. colum. 6.* quod totus mundus abhorret, & deteſtatur iſtos ſpurios. facit text. *in d. c. per venerabilem. & in §. fin. in Auth. quib. mod. natu. effic. ſui col. 7.* hinc commune Prouerbium de eis habetur, *que ce ſeroit contre nature s'ils faiſoyent bien.* Eo; quia ſunt male nati, vt communiter male nutriti, male edocti: ideo dicit Bald. *in d. §. naturales. ante fin.* ipſos eſſe rudes & indoctos, & ab omnibus ſpretos, ex quo, non niſi mala facere poſſunt, & ſic non niſi male agere, prout ad rei veritatem communiter videbimus. Non enim ſunt de parentela nobilium, cum ſordes nominari nō mereantur inter præcipuos: vt dicit Bald. *in dict. l. cum legitimæ nuptiæ. ff. de*

ſtatu hom. & in cap. per tuas. extra de maior. & obed. quod Baſtardus quantumcunque legitimatus, ſedere non debet in eadem menſa cum fratre legitime nato, cui ſemper honorem & reuerentiam debet, *l. humilem. Cod. de nuptiis.* facit *§. ſoror. Inſtit. de inoff. teſtam.* Nec etiam ſpurii habent ius retractus: vt per plura tenui *in comment. noſtris ſuper conſuet. Duc. Burg. tit. des retraicts. §. 1. in gl. le plus procbain. verſ. adde quando.* Ita etiã decidit Dec. *conſ. ſuo 275. ibi per me alleg. in verſ. plene de hac.* & vide etiam Guil. Bened. *in ſua repet. cap. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. in ſecundo principali articulo circa fin. extra de teſtam.*

Nec poteſt portare Baſtardus nobilium inſignia, vt dicit Bald. *in d. l. cum legitime.* Et eſt de mente Angeli *in conſil. 50. & 191. ante alleg.* niſi eſſet conſuetudo in contrarium, vt apud Francos, vbi Baſtardi portant arma domus, cum quadam tamen barra per tranſuerſum (quæ incipit à ſiniſtris, & tendit ad dextram) vt dicit Guid. Papæ *queſt. 58.* & dixi ante *in 1. part. in 38. conſid. in 24. & 77. concluſionibus,* ſecundũ Nicolaum de Vbaldis *in tract. ſucceſſionum parte 1. colum. 19. & 20.* Quia, ſi Barra inciperet à dextris, & tenderet ad ſiniſtram, non deſignaret genus illud infectum: ſed eſſe de matrice domo legitime, forte collateraliter proceſſum, vt ſunt illi de Borbonio, vel alii, qui habent Barram originalem in ſuis armis, vt illi de Longo vico, qui habẽt Barram azuream in campo aureo. Et illi de Cabilone habent Barram auream in campo rubeo, *in d. 38. conſid. in 37. concluſ.*

Nam ſi Baſtardi illarum familiarum portent arma ſine Barra tendente ad dextram, & incipiente à ſiniſtra, potius facerent agnationi & domui iniuriam, quam honorem; quoniam alias non eſt eis permiſſum. Et poſſunt abradi & deleri ab illis de agnatione, & prohiberi Baſtardis, ne aliter portent; quoniam expedit ita fieri, vt familiæ diſtinguantur & diſtincte recognoſcantur: & præſertim hoc debet ſeruari in Baſtardis, vt differentes & diſtincti à legitimis cognoſcantur, ne ſordes per errorem computentur inter ſplendores. Facit *ca. niſi cum pridem. §. pro graui in fin. extra de renun.* maxime in participatione bonorum. Cum portare arma ſit honor, qui nõ competit Baſtardis: vt tenet Bald. *in d. l. generaliter. & in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* Nec dicuntur Baſtardi eſſe de genere patris, cum appellatione eorum de genere ſolum veniant agnati, & non cognati, *l. 1. iuncta gl. ibi. ff. de probat.* Et ipſi Baſtardi agnati non ſunt, nec habẽt agnatos; quoniam etiam, vt dicit Bal. *in d. l. generaliter.* Baſtardi proprie, iure, aut conſuetudine non ſunt de domo, nec familia ſeu agnatione patris: quod tenet Bar. *in l. fi. ff. de ver. & rer. ſign.* Et Pet. de Anch. *in conſil. 290. in initio. incipien. viſis diligenter.* Ex quo nimis ſuperbe & præſumptuoſe loquuntur Baſtardi aliquorũ magnatum ſeu nobilium, qui dicunt ſe de domo & familia illorum, qui non habent iura ſanguinis: vt *in §. vulgo. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. l. ex parte. & l. ſpurius. ff. vnde cognati. leg. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſign.* Vt dicit Barb. *in addi. ad Bald. in d. § naturales.* Imo plus dicit Pet. de Anch. *in d. loco,* quod filius legitime natus ex Baſtardo non poteſt dici nobilis, cum naſcatur ex radice corrupta, *l. fin. C. de naturalib. liber.* Et ſi mater eius eſſet nobilis. Cuius nobilitas vere obnubilatur, ſi nupſerit Baſtardo. Et ſentit Bal. *in l. ex libera. C. de ſuis & legitim. hæred. per l. 1. C. de dignit. lib. 12.* quod mulier nobilis nubens plebeio, perdit nobilitatem. Et ideo, cum careant agnatis, nõ habent tutores legitimos, ſecundum Bald. per illum text. *in l. matres. Cod. quando mulier tutelæ officio fungatur.* Nec etiam tutores teſtamentarios, ſecundum gl. & Bart. *in l. 1. ff. de teſtam. tut.*

Nec etiam Baſtardus dicitur coniuncta perſona ſecundum Innoc. *in c. nonnulli. de reſcript.* & Bal. *in l. cum acutiſſimi. C. de fideic.* Et Ang. *in conſi. 191. ſupra alleg.* Nec etiam eius filius. Ideo non agunt, vt coniuncta perſona ſine mandato: vt conſuluit Paul. de Caſtr. *conſ. 134.* & dicit G. Bened. *in loco ſupra alleg.*

Nec etiam Baſtardo debetur legitima, nec aliquod remedium contra teſtamentũ patris, ſecundũ gl. in hoc ſingularem *in l. 1. ff. de bon. poſſ. contra tab.* quam ſequitur Bald. *in l. humanitatis.*

Digitized by Google

nitatis. C. de impu. & alii ſubſt. Nihil enim capit contra, vel præter voluntatem patris, vt ibi. Nec econtra pater naturalis in bonis filij naturalis, ſecundum Azon. ſingulariter *in ſua Sum. tit. de legit. hæred.* quem ſequitur Bar. *in l. fi. col. 2. ff. de his quib. vt indig.* & do. meus Iaſ. *in §. pœnales. nu. 61. verſ. accedat dictũ. Inſti. de act.*

Nec poſſunt fieri ſucceſſibiles ex ſtatuto, vel conſuetudine: vt dixi *in Commentariis noſtris ſuper conſuet. Ducatus Burgundiæ, in rubr. des ſucceſſions des baſtards.* vltra quæ ibi dicta ſunt, adduco Bald. *in l. 1. in 3. oppo. C. de his, quæ pœnæ nomine.* vbi dicit tale ſtatutum eſſe contra ius diuinum. Vnde habetur *Gene.* 13. quod renouat Apoſtolus *ad Galat. 4. in fin.* quod filius ancillæ non erit hæres cum filio liberæ. Vnde pœna in contrarium non teneret, neq; iuramentum, ſecundum Bald. *in l. 1.* & Bart. *in leg. Seius & Angerius. ff. ad legem Falcid.* Et intantum legitimi præferuntur Baſtardis, quod ſi ſtatutum ciuitatis, quo ad honores & dignitates, præferat filios nobilium filijs popularium; certe intelligendum eſt de legitimis: quia legitimi plebeii; præferuntur Baſtardis nobilibus: vt dicit Ang. quem refert & ſequitur Dominicus de ſancto Geminiano *in cap. ſtatutum. col. 2. in fin. de hæret. in 6.* Allẽg. enim Angel. *in conſil. ſuo 33. & corrupte:* quia eſt *in conſil.* 30. cujus initium eſt, *Domina Franciſca. ſupra alleg.* Cum Baſtardi ſint duntaxat in defectum legitimorum aſſumendi. *l. generaliter. § ſpurios. ff. de decurionib.* Facit dictum Bald. *in d. l. filium, in 2. lectura in prin.* Quod ſi alicui conceditur priuilegium in cauſam filiorum, Baſtardi vti priuilegio non poterunt. *l. ſi liberti ius ff. de operis liber. & in l. 2. ff. de excuſ. tutor.* & idem Bald. *in dict. cap. quæ in Eccleſ. col. vlt. extra de conſtitut.*

Similiter idem Bal. dicit *in l. parentes. circa fin. ff. de in ius vocando.* quod ſi Doctori fuerit conceſſa immunitas, & filiis: quia hoc caſu non ponderatur ratio naturalis, ſed accidentalis qualitas ipſius patris, ſcilicet doctoratus, tunc naturales, vel ſpurij non continentur. Et generaliter vbicunque agitur de commodo, & honore filiorum & nepotum, non veniunt filij naturales tantum aut ſpurij. Circa ea videatis Bart. *in l. in tutela. ff. de capitis diminut. & in l. pronunciatio. ff. de verb. ſignifi. & in leg. 1. & 2. ff. de accuſat.* Ioan. Andreæ *in addit. ad Spec. in tit. qui fi. ſ. ſint legit.* Bal. *in cap. nonnullis. de reſcriptis.* Panor. *in cap. per tuas.* & ibi etiam Bald. *de probatio.* Bar. Bald. Ang. & alii *in leg. fin. C. de verb. ſignifi.* & plures remiſſiones ad hoc adducit dominus meus Iaſ. *in §. pœnal. 1. nu. 58. inſtitu. de actionibus.*

Ex quibus omnibus concluditur effectus noſtræ conſiderationis, quod legitimitas hominis eſt valde decorus titulus, quem parentes debent filiis procurare per legitimum matrimonium.

Ad vnum tamen eſt aduertendum; quod vbi ageretur de illegitimorum onere & incommodo, & ſic in materia odioſa, veniunt appellatione filiorum, & comprehenduntur in diſpoſitione librorum: de quo plene per Ioan. de Plat. *in leg. 1. C. de impon. lucratiua deſcript. leg.* 10. per Angel. *in dict. conſi.* 30 & Dominicum de ſancto Gemin. *in d. cap. ſtatutum. de hæret. in 6.* Ita, quod ſicut filius patrẽ naturalem & legitimum occidens, tenetur & punitur lege Pompeia de parricid. Sic etiam tenebitur Baſtardus & ſpurius. per text. *in l. hoc accuſare. §. omnibus. ff. de accuſation.* Bald. *in cap. per tuas. col. 2. extra de probatio. & in d. ca. quæ in Eccleſiarum. col. pen. ver. ex nobil. extra de conſtit.* Et comprehenduntur *in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.* Quia tunc, cum de eorum agitur incommodo, diſpoſitio legis ad naturam refertur, & non ad ciuitatem, nec ad fictionem juris. Ideo dicit Bartol. *in leg. cum ſcimus. Cod. de agricolis & cenſitis. lib. 11.* quod ſpurij poſſunt agere actione injuriarum, & pro injuria facta alicui de genere, quod non credo verum, cum ſpurij ſint infames, vt ante dictum eſt. Ideo videtur, quod nulla bona fama tolli poteſt, cum non habeant : & ſic ſpurietas non poteſt eſſe ſine ſubſtantia vel ſubjecto. *l. 2. & ibi Bart. ad hoc not. ff. de vſufr.* Nec poteſt eſſe accidens ſine ſubſtantia vel ſubjecto: ita per illum textum dicit Bald. *in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecundum tabu. & in l. omnium. C. de teſtamen.* Cum enim non ſit ſubſtantia bonæ famæ, quomodo reſtitui poſſit ? &

 priuatio

priuatio præſupponit habitum, & non Entis nullæ ſunt qualitates: vt dominus meus Iaſ. *in l. eius. verſic. quod ſi ſtipulatus. ibi: nota tertio. ff. ſi cert. petat.* & quod non poteſt. *l. quoties. ff. de nouatio.* Idem dominus meus Iaſ. *in l. ſingularia. col. 2. ff. eod. ſi cert. pet.* Faciunt quæ dicta ſunt *in 1. part. in 42. conſid.* quod praui, hoc eſt, infames, & turpes perſonæ, non ſunt digni honore, quoniam & infamibus portæ nõ patent dignitatum. text. *in l. 2.* cujus initium eſt, *neq; famoſis. C. de dignitatibus. lib. 12. & reg. iur. infamibus. de reg. iur. lib. 6.* Et ſic, cum honor debeatur tantum his, qui ſunt capaces honoris: quia actus agentium operantur tantum in patiente bene diſpoſito: ſecundum Philo. *2. de anima.* probatur *in l. 2. ff. de ſtat. homin. & in ca. venerabilem. vbi colligitur. de electio.* Non eſt dicendum, quod homo infamis ſit patiens bene diſpoſitum ad recipiendum honorem. Nam qualia ſunt ſubjecta, talia debent eſſe prædicata, & per conſequens, quod infamis poſſit petere, quod ſibi tanquã honorabili honor fiat: quia honor non cadit in eo, tanquam in ſuo penitus cõtrario. Cum honor & infamia, tanquam duo contraria, non poſſint eſſe in eodem ſubjecto. *l. 1. Cod. de furtis.* Et ſic etiam prædicatum, ſcilicet honor, non eſſet diſpoſitum ad ſubjectum, ſcilicet ad hominem infamem, nec ſimul ſtare poſſunt in eodem ſubjecto, tanquam contraria. Nam homo, qui eſt ſubjectum, habet jam prædicatum infamiæ, quomodo nunc poſſit habere contrarium ſubjectum, reſpiciens honorem; cum infamia, & honor omnino contrarientur? vt dictum eſt. Ideo bene dicit text. *in d. l. neq; famoſis & notatis: Et quos ſcelus aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis porta patebunt.* Faciunt, quæ dicit Luc. de Pen. *in l. vnic. C. de profeſſ. qui in vrbe & c. col. 3. lib. 12.* vbi dicit, quod infamis non poteſt fieri Doctor: quia Doctori eſt honor, vt hic etiam prędictum eſt.

DEcimaſexta conſideratio; Inter plebeios maxime, vbi nulla eſt dignitas, Patres filiis ſunt præferendi. Cum per filios honor debeatur patribus in tribus, ſcil. in exhibitione reuerentiæ: vt habetur *Eccle. 7.* Honora patrem tuum, & gemitum matris tuę ne obliuiſcaris. quod in multis conſiſtit, vt *Eccle. 3.* Secundo, eis obediendo: vt habetur *ad Coloſ. 3.* Filii obedite patribus veſtris. Tertio, in neceſſitate ſubueniendo, vt habetur *1. ad Timot. 5.* Filii reddite vicem parentibus, vt ſcribit Anton. Floren. *in ſua Summ. in 4. part. tit. 5. c. 9. §. 1. & in §. 2.* declarat emolumenta, quæ filij conſequuntur ex hujuſmodi honore & reuerentia erga parentes: quæ ſunt tria: Primum, ſcilicet, prolongatio vitæ: vnde *Eccleſ. 3.* ſcribitur: Qui honorat patrẽ ſuum, vita viuet longiore. Item, Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terrã, vt ſcribitur *Exod. 20. Deut. 5. Math. 15. Marc. 7. & ad Epheſ. 6.* Secundum eſt exauditio orationis, & conſolationis in filijs. *Eccleſ. 4.* Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Tertium eſt in multiplicatione temporalium, & ſpiritualium rerum. *Eccleſiaſt. item 3.* Honora patrem tuum & matrem tuam, ſuperueniet tibi benedictio a Deo. Lege enim naturæ patres ſunt honorandi, & eis obedire tenentur filij. *l. 1. §. 1. iuncta l. ſequẽt.* quæ incipit, *Veluti erga Deum religio, vt parentibus & patriæ pareamus. ff. de iuſtit. & iur.* Lege etiam humana, & ciuili præcipitur filijs, vt reuerentiam & honorem parentibus exhibeant. *l. parentibus. & l. generaliter. cum ibi notatis. ff. de in ius voc. & l. filia. C. de patria poteſtate. & l. 1. ff. de obſequ. à liberis, & libertis parentibus & patronis præſt.* Facit *l. cum oportet. §. non autem. C. de bonis quæ liberis. & in Authent. de nuptiis. §. ſed quod ſancitum eſt. ibi; erubeſcit enim lex caſtigatores filios genitoribus ſtatuere.* & ſequitur: *Illos quidem erubeſcit. col. 4.* Et de hoc ſcribit Bernardinus de Buſtis *in 2. ſua roſarii parte, ſermone 25. in 3. part.*

Hinc parentes (hoc eſt, pater & mater) in jus vocari non poſſunt a filijs, venia non impetrata. *d. l. generaliter. ante alleg. & l. eod. titul. ff. de in ius vocan.* etiam ſi mater eſſet meretrix. *d. l. 4. in fin. cum l. ſeq. eod. loco.* Alias puniuntur filij, vt *in §. pœnales. Inſtit. de action.*

Etiã pater cõuentus a filio venia imperta-

ta

ra habet beneficium; vt ſolum cõdemnetur, inquantum facere poteſt, hoc eſt, deducto ne egeat, & detracto tanto, quod poſſit inde viuere, vt eſt text. *in §. ſed & ſi quis. Inſtit. de act.* concordat *l. ſunt qui in id in fin. cum l. ſeq. ff. de re iud.* Et hoc ob reuerentiam paternam, ſecundum Dyn. *in d. §. ſed & ſi quis.* licet Nic. de Neap. ibi: quem ſequitur do. meus Iaſ. Item ibi dicit, quod ratio eſt: quia tunc habet locum regula, *Dolo facis quod petis, quod ſtatim reſtituturus es.* Cum filius patrem egentẽ teneatur alere, *l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſc.* Et vnum etiam ſcias, quod metus reuerentialis, qui eſt in filio erga patrem, eſt ſufficiens ad reſcindendũ contractũ filii factum præſentia patris, aut cum patre: *l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur.* dom. meus Iaſ. *in l. tranſactionem. C. de tranſact.* & per eund. *in §. quadrupli. nu. 58. cũ 8. num. ſeq. Inſtit. de actio.* & per Fely. *in c. cauſam matrimonii. extra de offic. deleg.* Etiam frater maior, qui gubernat, cauſat metum reuerentialem. Idem do. meus Iaſ. *in l. pactum. in fin. C. de collat.* Et idem dicendum eſt in marito erga vxorem, vt ait dom. Iaſ. *in d. §. quadrupli. loco antedicto.* Quia non minor debetur reuerentia per vxorem marito, quam per filium patri, ſecundum eundem dom meum Iaſ. *in d. l. tranſactionem.* vbi declarat idem eſſe in ſocero, cui etiam huiuſmodi reuerentia debetur. Sed cum hæc non ſint præſentis ſpeculationis, ad alia deueniam.

Et non ſolũ pater naturalis eſt honorãdus, ſed etiam pater ſpiritualis: vt per plura tenet G. Benedict. *in repet. c. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num. 76. extra de teſtam.* vbi etiam ample de patrino, hoc eſt, de illo, qui aliquem de ſacro fonte leuauit, cui debetur honor & reuerentia: ita quod pœnæ inductæ contra vocantem in ius ſine venia patrem naturalem, habent locum in patre ſpirituali, & per do. meum Iaſ. *in d. §. pœnales. nu. 64. Inſtit. de actio.*

Interdum tamen filius præferendus eſt patri, quando pater eſt irrationabilis, vt *in cap. quæritur. 2. quæſt. 6.* vbi eſt text. *ſeruamus honorificentiam patri, quæ debetur à filio, non æquamus filium patri in honore, ſed præponimus filium patri in veritate: & ſic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum.* Et iuxta dictum Senecæ: *non quis, ſed quid dicat attendito.* vt recenſet Lucas de Pen. *in l. omnes iudices. colum. 15. C. de decurio. lib. 10.* quia præualet veritas, & vincit, *c. conſuetudo. 8. diſt.* Et dixi infra *in ſeq. part. in 26. conſid.*

Item, quando filius eſt iudex, aut gerit magiſtratum, vt plene dixi ante *in 7. part. in 24. conſider.* vbi citaui ad hoc Aulum Gelliũ *lib. 2. c. 2.* vbi diſerte ſcribit: quæ ratio obſeruatioque officiorum eſſe debeat inter patres filioſq; in diſcumbendo ſedendoq;, atque in id genus rebus, domi foriſq;, ſi filii magiſtratus ſint, & patres priuati, cui addo Valerium *in l. 2. tit. de inſtitutis antiquis.* dum ait: Q. Fabius Maximus à Senatu legatus miſſus ad filium Conſulem Sueſſam, poſtquam animaduertit eum ad officium ſuum extra mœnia oppidi proceſſiſſe, indignatus quoque, quod ex lictoribus nemo ſe equo deſcendere iuſſiſſet, plenus iræ ſedere perſeuerauit: quod, cum filius ſenſiſſet, proximo lictori, vt ſibi appareret, imperauit: cuius voci Fabius continuo obſecutus; Non ego, inquit, fili, ſummum imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, an ſcires Conſulem agere. Nec ignoro, quid patriæ venerationi debeatur, verum publica inſtituta priuata pietate potiora iudico.

Idem de filio Epiſcopo, aut ſacerdote, qui debet præcedere patrem in Eccleſia, vt hic ante *in 12. conſider.* ſcriptum eſt. Et ratio eſt, quia in illis filius eſt maior patre, & in maiori dignitate: vt *l. ſed ſi vnus. §. interdum. ff. de iniuriis. 56. diſt. cã nunquam. in fin.* habetur per Luc. de Penn. *col. pen. C. de priuileg. ſchol. libr. 12.* Nam alias videretur, & cenſeretur quædam inſania, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum, aut ſuperiorem inferior ſubiugare conetur, *c. ſi quis dubitet. 96. diſt.* Non enim eſt ſeruus maior domino ſuo, nec Apoſtolus illo, qui miſit illum. *Ioan. 13.* & vide *2. q. 7. per totum.* & facit extra *de offic. deleg. c. vlt. 2. & 3. reſponſo.*

Nulla quippe iuſtitia eſt, vt maior minori

 ſeruiat,

Digitized by Google

ſeruiat, 33.q.5.*ca.eſt ordo.* licet nonnunquam Vicarius ſit melior Principali, *l.iuſtiſſime, poſt prin.ff.de adil.edict.* Lu.de Pen *in l.1.ante alleg.*

Et hic notabimus, quod vna perſona dicitur aliis præeſſe quinque modis, vt notat Archidiac. *in ca.quamuis.verſ.in his.21.diſt.* Scilicet officio, vt *in c.nono ead.diſtin.* Secundo, vitæ merito. *ca.beati.2.q.7.* Tertio, ordine, vt *in ca.à ſubdiacono.93.diſt.* Quarto, adminiſtratione, vt archidiaconus, archipresbyter, *cap.1.extra de offic.archipresb.* Quinto, conſecratione, vt Epiſcopus omnibus, *ca.1.diſt.21.* Et hæc prælatio conſiſtit in tribus, in iudiciis, *c.inferior.ead.diſt.* in præceptis *c.nunc autem.eod.loco.* Et in Sacramentis, *c.deniq.eadem item diſt.* vt per ſingula ante *in 4.part.* dictum & comprobatum eſt, & iſta diuiſio etiam ſeruit potius pro illa 4.part.

Subditur, & merito; an parentes ſint præponendi omnib.aliis in honore. Hanc quæſtionem plene examinat Alber. de Roſate *in l.veluti.num.8.ff.de iuſt. & iur.* vbi dicit, diuerſos eſſe gradus honoris, qui debentur diuerſis. Primus eſt commune principalis cauſæ, ſecundus eſt ſapientiæ, & tertius bonitatis.

Honor ſiue præeminentia Principii triplex eſt; Prima eſt, quantum ad eſſe naturale, quæ producit de non eſſe in eſſe, & hanc habet pater carnalis: & huius ratione honorandus eſt parens carnalis præ aliis, & ideo dicitur: *Honora patrem & matrem.* Et Eccl. 6. *Memento, quod niſi per eos, natus non fuiſſes.* Et dixi hic ante *in 4.conſid. verſ. tertia ratio.*

Alia præeminētia principiandi, eſt, quantum ad eſſe ſpirituale, & iſta ratione honorandus eſt Prælatus præ aliis: vnde *Eccleſ.* 3. ſcribitur. Tanquam dominis ſeruite eis, qui genuerunt opere & ſermone. Et de iſta præeminentia dixi ante *in d.4.part.*

Alia eſt præeminentia principiandi, quantum ad eſſe temporale, & ſecūdum hanc honorandi ſunt Principes ſeculares, vt Imperator & Rex: vnde ſcribitur 1.*Pet.2.c.* Deum timete, & Regem honorificate. Et de huiuſmodi præeminentia vide ſupra *in 5.part.*

Secundus gradus principalis honoris, eſt ratione ſapientiæ: & ſecundū hoc honorandus eſt Doctor, iudex, literatus, & ſenex: vnde *Leuit.*19. Coram cano capite conſurge, & honora vultum potentis. De quibus ſingulis ſcripſi, ſcilic. de Doctis & Literatis, *in par. preced.* De iudicibus ſeu Magiſtratibus, ſupra *in 7.part.* & etiam de Senibus *inſeq. conſid.* & de Potentibus, infra *eadem part. in 26.conſid.* & ſupra ample *in 7.8. & 9.par.*

Tertius gradus principalis honoris eſt ratione bonitatis, & ſecundū hoc honorandus eſt vir ſanctus: vnde Apoſt. *ad Phil* 2. de Epaphrodito dicit: *Excipite illum.* Et ſequitur: *Et in honore habetote: quia propter opus Chriſti vſq; ad mortem acceſſit, tradens animam ſuam.*

Eſt etiam ſciendum; quod honor paternus in duobus præcipue conſiſtit, ſcilicet, in reuerentia, & in ſuſtentatione corporali. De quibus ante *iſta conſideratione* aliquid dixi.

Reuerentia autem paterna conſiſtit in tribus: in affectu, timendo offenſam paternam ex amore. Vnde Hieronym. Præbeatur patribus honori mixta formido. In affectu, & hoc obediendo, *ad Epheſ.5.* Filii, obedite parentibus veſtris. Et in ſigno, aſſurgendo, inclinando, eos præponendo, & ſimilia faciendo, quæ ſunt ſigna honoris: vnde Apoſtolus *ad Rom.*13. Cui honorem, cui tributum. Et de huiuſmodi ſignis ſcripſi ſupra *in 1. part. in 11.conſid. & pluribus aliis ſeq.*

Suſtentatio etiam conſiſtit in tribus, ſcilicet, in ſolatio verborum: vnde *Eccl.* 3. Dedecus filii pater ſine honore; quia, vt dicit gl. Honore & ſolatio debent fouere parentes. Vnde Hieron. *De honorandis parentibus*, Nemo patrem aſperis verbis lædat, affectum ſonent, quicquid linguæ dixerint liberorum, hæc filiorum ora loquentur, quod parentes debeant audire. In ſeruitio, vnde *Eccl* 3. Qui timet Deum, honorat parentes: & ibi alia ad hoc. Item in exhibitione neceſſariorum: vnde Hieronym. Honora patrem tuum, non in verborum ſono, qui poteſt inopia parentum caſſa adulatione fruſtrari: ſed in victus neceſſariis miniſtrandis. Et *Philo.9.Eth* dicit, quod in his, quæ pertinent ad ſuſtentationem naturæ, quæ eſt per nutrimentum filii, maxime debent

Google

debent ſufficientiam præbere parẽtibus; ſunt enim in hoc eis debitores, & ſic filii coguntur alere parentes, *l. ſi quis à liberis. in princ. & §. ſi vel parens. ff. de liber. agn.* & hic ante dictũ eſt.

Concludit tandem Alber. *in ead. l. n.* 10. ꝙ non omnis honor debetur patri; quia non eſt largitor vniuerſalis omnium bonorum, ſed particularis, nec continet in ſe omnem præeminentiam honoris. Et id dicit Philoſo. 6. *Ethic.* Non omnem honorem debent homines parentibus; quia, neque eundem honorem debent patri & matri, nec patri debent honorem, qui debetur ſapienti, vel qui debetur duci exercitus: ſed patri debetur honor paternus, & matri maternus, & cuilibet ſeni etiam ſuus debetur honor.

Et vlterius, quærit ibi Alberi. an in omnibus obediendum ſit parentibus? vbi ſic reſoluit. Licet videatur, quod ſic, vt habetur *ad Coloſſ.* 3. Filii, obedite parentibus veſtris in omnibus. Tamen Philoſ. 9. *Ethic.* declarat, quod non omnia parentibus debeantur, ſed quædam etiam debentur cõſanguineis, amicis, benefactoribus, & virtuoſis, & ſecundum Alex. de Hal. 3. *vol. ſum.* Non ſolum obedientia debetur parentibus, ſed & aliis: puta Prælatis Eccleſiaſticis, & ſecularibus, ſecundum gradus & diſtinctionem corporalium & ſpiritualium, vt Prælato Eccleſiaſtico in ſpiritualibus, ſeculari in temporalibus, patri in regimine familiæ. Et idem decidit Thom. *in* 2. 2. *q.* 26. *art.* 3. Apud Legiſtas vero illa quæſtio facilius expeditur, ſic, quod in atrocioribus filii non debent obedire parentibus, alias ſecus, notatur *in l. liber homo,* 2. *in gl. magna. in fi. ff. ad leg. Aquil.* Facit *l. ad ea, quæ non habent atrocitatem. ff. de reg. iur. & c. non ſemper malũ eſt obedire præcepto,* 11. *queſt.* 3.

Et argutius de officio liberorum erga parentes, & an ſemper in omnibus patris iuſſis obſequendum ſit & parendum, ſuper ea re relatis Græcorum Latinorumq; (qui de officiis ſcripſerunt) ſententiis, Aulus Gellius *lib.* 2. *c.* 7. ita concludit: Omnia, quæ in rebus humanis ſic fiunt, aut honeſta ſunt, aut turpia, aut media, quæ ſua vi recta aut honeſta ſunt, vt fidem colere, vt patriam defendere, vt amicos diligere, ea fieri oportet, ſiue imperet pater, ſiue non imperet. Sed, quæ his contraria, quæq; turpia, & omnino iniqua ſunt, ea ne imperet quidem, vt ſi proditionem patriæ, ſi matris necem, aut alia quædam perpetrarit turpia aut impia. Sed ea tamen, in quibus obſequi non oportet, leuiter, & verecunde ac ſine deteſtatione nimia, ſine opprobatione acerba reprehenſionis declinanda ſenſim, & relinquẽda potius eſſe dicunt, qui de officiis ſcripſerunt, quam reſpuenda. Quæ vero in medio ſunt, hoc eſt, indifferentia ſeu media dicuntur, vt in militiam ire, rus colere, honores capeſſere, cauſas defendere, vxorem ducere, vti iuſſum, proficiſci, vt accerſitum venire; quoniam & hæc, & his ſimilia, per ſe ipſa neq; honeſta ſunt, neq; turpia, ſed perinde, vt à nobis aguntur: ita ipſis actionibus aut probanda fiunt, aut reprehendenda; propterea in huiuſmodi omnium rerũ generibus patri parendum eſſe cenſent, veluti ſi vxorem ducere imperet, aut cauſas pro reis dicere: quid enim, ſi imperet vxorem ducere infamem, propudioſam, criminoſam? Aut pro eo Catilina aliquo, aut C. Bibulo, aut P. Clodio cauſam dicere? Non ſcilic. parendũ; quoniam accedente aliquo turpitudinis numero, deſinunt eſſe per ſeſe hæc media atque indifferentia.

DEcimaſeptima cõſideratio; Quia in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, *Iob.* 12. & vbi inter plebeios eſt quæſtio de immunitate, hoc eſt, exemptione ſeu vacatione munerum & onerum: ſemper fuit veneranda ſenectus priuilegio ætatis, *leg. ſemper in ciuitate. ff. de iur. immunit.* vbi ſunt verba hæc Caliſtrati moralia: Semper in ciuitate noſtra ſenectus venerabilis fuit. Namque maiores noſtri pene eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant, circa munera quoque municipalia ſubeunda idem honor ſenectuti tributus eſt, & ſemper honorandos dicit eſſe antiquos, Bar. *in l.* 1. *ff. de albo ſcribend. & in l.* 2. *Cod. de decur. lib.* 10. Canon *in c. ſtatuimus. extra de maior. & obed.* Imo abſurdũ eſt & iniquũ, nouos & ſic iuuenes antiquis preferre, tex. *in c. ſtatuimus, circa*

Digitized by Google

initium,61.diſt. & ibi not. quod ſeniores ſemper præponendi ſunt iunioribus in electione, in reſponſione & in ſubſcriptione, *per plura iura ibi alleg.* Quoniam, qui eſt ætate maior, præſumitur maturitate ſenſus præſtantior, text. *in c. niſi cum pridem. §. alia vero cauſa extra de renunt.* & dixi in pluribus locis *in 4. & 6. part.* Et vtinam Hedui noſtri (qui olim confœderati Romanis, & ab eis fratres conſcripti fuere) more ipſorum Romanorũ ſuos antiquiores concorditer præhonorarét. Cum hodie iuuenes antiquioribus præferri velint, & ſenum cõſilia poſtponant, quod & præpoſtere fit; cum in conſiliis ſenes ſint anteponendi, vt plene ſcripſi *in comment. noſtris ſuper conſuet. Ducat. Burg. in procem. ſuper text. ordonne que ſix de nos conſeillers.* Et corũ prouerbia ſunt etiam attendenda, text. *in l. ſi chorus. §. 1. ff. de legat. 3.* & gl. *in cap. cum in iuuentute, in verb. ſenilem. de præſumpt.* & pro cauſis decidendis ſeniores ſunt cõſulendi, *c. de quibuſdam. in fin. 20. diſt.* Et antiquorum ſententia indubio eſt amplectenda, *c. Domino ſancto. in fin. 50. diſt.* & ibi Arch. de priuilegiis antiquorum: & Ludouicus Romanus *in l. ſi vero. §. de viro, in 53. fallentia. ff. ſoluto matrim.* Et iuuenes antiquis pro eorum eruditione tradendi ſunt, *c. omnis ætas. 12. quæſt. 1.* Et ipſi ſenes primam vocem habere debent in conſilio, vt ſcribitur *Eccleſ. 32.* Loquere maior natu, decet enim te: & poſt alia, ſequitur de adoleſcente: In medio magnatum loqui non præſumas, vt, vbi ſunt ſenes, non multum loquaris. Etiam de iure in deliberando, ſenior debet primitus loqui ſecundum ordinẽ ſeſſionis, *c. 1. de cont. ſen. apud pares termin.* & ibi Bald. Spec. *tit. de aduocat. §. iam nunc videndũ. ver. porro.* Tamen do. de Rota vtuntur, quod iunior prius loquatur, quod practicant aduocati Palatii Pariſienſis in collationibus, vt dicit Coſmas Guymier *in ſuis commentariis.* Ita Bald. *in l. obſeruare. §. antequam vero. ff. de off. procónſ.* Et pro iſto dicto facit bonus text. cum gl. *in c. ſciendum. 26. q. 4.* & text. *in l. clarum. ff. de authorit. præſt.* & *in l. fin. §. filii. C. de bonis quæ lib.* vbi antiqui præſumuntur magis temperatiores iuuenibus; Et dixi ample in parte præcedente, *in 29. conſiderat.* vbi ſcripſi, quomodo Doctores antiqui præferuntur iunioribus. Dixi etiam *in 7. part. in 46. conſideratione.* quod aduocati ſeniores iuuenibus anteferuntur; quæ hic non repeto. Intellige tamen, vt dixi *in d. parte præced. in 39. conſideration.* niſi iuuenes ſint excellentiores ſcientia, quod quadrat ibi ad propoſitum de literatis; ſed in non literatis etiam iuuenes excellentes ingenio naturali, præferuntur ſenioribus. Ita decidit Imol. *in clem. 1. de ætate & qualit.* & Ludouicus Roman. *in repet. d. l. ſi vero. §. de viro. in 5. fallentia. ff. ſolut. matrim.* Alex. *in Apoſtill. ad Bar. in l. 1. ff. de albo ſcrib.* Quoniam, habens ingenium naturale excellens, ita debet doctorari, ſicut habens excellentem ſcientiam.

Et, vt reaſſumam de honore impenſo ſenibus à iuuenibus, quodque antiquitus ætati ſenectæ potiſſimum habiti ſint ampli honores: eleganter ſcribit Aulus Gellius *lib. 2. c. 15. in initio.* Apud antiquiſſimos Romanorũ neque generi, neq; pecuniæ præſtantior honos tribui, quam ætati, ſolitus. Maioreſque natu à minoribus colebantur ad Deũm prope, & parentum vicem. Atque omni in loco, inque omni ſpecie honoris priores potioreſque habiti. A conuiuio quoque (vt ſcriptum eſt in antiquitatib.) ſeniores à minoribus domum reducebantur: eumq; morem accepiſſe Romanos à Lacedæmoniis traditum eſt: apud quos Lycurgi legibus maior rerum omnium honos maiori ætati habebatur. Et graui ſtylo in hanc ſententiam dicit Val. Max. *lib. 2. tit. de inſtit. antiq.* vbi ait: Senectuti iuuentus ita cumulatum & circumſpectũ honorem reddebat, tanquam maiores natu adoleſcentium communes patres eſſent. Quocirca, iuuenes ſenatus die vtique aliquem ex patribus conſcriptis aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam ducebant, affixique valuis expectabant, donec reducendi officio etiam fungerentur: qua quidem voluntaria ſtatione, & corpora, & animos ad publica officia ſuſtinenda impigre corroborant, breuique proceſſu rerum in lucem futurarum virtutum ſuarum verecundia, laboris medi-

Digitized by Google

meditatione ipſi doctiores erant. Et ſequitur: inuitati ad cœnam diligenter quęrebant, quinam ei conuiuio eſſent interfuturi, ne ſenioris aduentum diſcubitu pręcurrerent, ſublataque menſa priores conſurgere & abire patiebantur. Ex quibus apparet, cœnæ quoque tempore quam modeſto ſermone his pręſentibus ſoliti ſint vti. Et ibi ſequitur de maiorib. dantibus exemplum virtutis iuuenibus, quod videre poteris.

Et non ſolum hæc antiquitas conſideratur ex ætate, ſed etiam ex tempore. Nam qui longiori tempore laboribꝰ aſſiduis ſtipendia meruit, in dubio eſt præponendus, vt eſt textus *in l. prouidendum in initio, ibi: aut meritum nobiliſſimos fecerit, aut vetuſtas. Cod. de poſtulando. & in leg. 2. ibi, vt is gradus cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. Cod. de offic. Magiſtri offic. & in c. miramur, circa fin. ibi, nec poteſt de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actionibus ſtrenuis celſioris loci præmium debetur, 61. diſtin. & l. 1. & 2. Cod. de præfectis prætorio, ſiue vrbis, & Magiſtris, &c. & in l. vnica, Cod. de Comitibus & Archiatris ſacri Palatii, & in l. vnicuique. in initio, maxime ibi; vt nemini penitus liceat, cum ſit poſterior tẽpore locum præcedentis abire, C. de proximis ſacror. ſcrinior. & in l. fin. §. illud præcipue, Cod. de primic. lib. 12.* cum pluribus aliis allegatis per Cæpollam *in ſuo tract. de Imper. milit. elig. in prin. ibi: quod autem dictum eſt.* & ante illum in verſ. enumerat 30. priuilegia antiquitatis, in quibus ſenex eſt magis honorãdus, ad quem pro his te remitto. Et declarat Ludo. Roman. *in d. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. in 54. fallen.* Antiquitati ſeu ſenectuti deferendum eſt in multis, ſcilicet in conſiliis quærendis, & etiam ſequendis, in onere excommunicationis, in onere eundi ad iudicem pro teſtimonio ferendo, in onere non comparendi, in onere aſſumendi officia authoritate vel vtilitate publica, aut autoritate tantum, in ſeruitiorum exhibitione, in ſuſpicionis remotione, in pœnæ relaxatione, in maiori probationis fide, in teſtificatione, in reuerentiæ exhibitione, in ſeſſione, vocis redditione, & ſubſcriptione, in conſuetudinibus ſuſcipiendis, in Prælatis eligendis, in facienda reuocatione, in ordinis præpoſteratione, in libris corrigendis, in obſeruatione inſtrumentorum. De quibus ſingulis ample per eundem Roman. *in eo loco.* Et de vltimo in obſeruatione inſtrumentorum, & actorum inter duos Notarios, vide per F. Niconitium *in repeti. cap. quoniam contra falſam. verſic. nota ſexto loco Abbatis, quod notarii officium circa tria verſatur. extra de probat.* vbi etiam dicitur, quod claues caſtri debent eſſe penes maiorem natu. Honeſtum eſt enim iuuenibus miniſtrare, & obedire ſenioribus, quod tamen limitat, niſi ſit maioritas intereſſe in minori; quoniam tunc præfertur minor. Et ideo qui habet maiorem partem in re, dicitur habere maiorem poteſtatem, & ibi plura, ad quæ recurre. Et etiam, in quibus ſenes & iuuenes ſunt laudabiles & vituperabiles, ſcribit ample Lucas de Penna *in leg. 1. Cod. de conſulib. libr. 12.* vbi dicit, quod præſumitur pro ſenibus, quod ſint probi, ſcientes & graues, quem (vt ſim breuior) videre poteris.

Et quis dicatur ſenex, notatur *in l. ſi paterfamilias, §. in arrogationibus, in verb. 60. ff. de adopt. & l. inuiti, in 1. gloſſ. ff. de teſtib.* & per gl. 2. *in d. l. ſemper in ciuitate, ff. de iur. immuni.* vbi notat ſenem eſſe, qui habet 60. annos. *l. non tantum. §. 1. ff. de decurion.*

DEcimaoctaua conſideratio; Inter plebeios etiam præferendi ſunt literati, & habentes aliquam ſcientiam, maxime legalem. Quoniam, vt ſcribitur *in proœm. Inſtitut. §. fin.* habentes illam ſcientiam erant patriarum ſuarum gubernatores, & de hoc ante *in præcedenti parte.* vbi laudaui viros literatos, & *in 9 parte, in 35. conſideratione.* de quo Cæpolla *in ſuo tractatu de Imperatore militum eligendo, in verbo, ſcientia.* vbi probatur, quod miles callens ſcientiam rei militaris, præfertur aliis. Auguſti. Dathus, etiam *in ſuis orationibus, lib. 2. in 14. epiſtola.* dicit inter homines ciuitatum literatos eſſe honorandos, & honore maximo extollendos, vltra quoſcunque alios: cum, vt ait: omnia, quæ ſunt in

ciuitate, non ſunt omnibus apta temporibus: quis enim bellica virtute præditus, toga vir vtitur? Quid militaris diſciplina in pace prodeſt? quapropter bella geruntur: cætera non ſunt ætatum omnium, quod teſtatur Cicero. Delirum namque ſenem appellauerimus, qui canes alat, paſcat equos, ſtudia venandi conſectetur, feris plagas tendat, ac turpiter demũ repueraſcat: cætera non conuenient pluribus locis. Qui enim ciuitate pulſum, atque extortem hominẽ decet Reipublicæ gubernatio? Mitto mercaturam, quæ nuſquam apud priſcos quicquam habuit ponderis: apud Thebanos vero nullus mercator fungi poterat publicis muneribus, niſi 10. annos negotiis ac mercatura deſtitiſſet. Sola literarum ac rerum cognitio ætatem exigit. Nunquam intempeſtiua eſt, & vbique gentium magno celebratur honore. Imo etiam ſcientiam ſupplet: vt ſcribit G. Benedicti *in ſua repetit. ca. Raynut. in verb. adiecta impuberi, nu. 37. de teſtam.* Qui enim adepti ſunt illam, vere homines ſunt, & maximis præmiis, muneribuſque digniſſimi. Quapropter non iniuria plerique Iurecõſulti, quos nullius ferme rei ſcientia fugiebat, cũ de ſcientiæ dignitate ac nobilitate diſſererẽt, doctos viros nobilium nobiliſſimos & vere & eleganter appellare ſoliti ſunt, vt ante *in* 8. *&* 10. *part in pluri b. conſid.* & in *d. epiſtola Auguſtini* deductum eſt.

Concludo igitur; quod inter plebeios aduocati cæteris præferendi ſunt, atque multis honoribus decorari debent, vt & ſupra *in* 7. *&* 10. *parte* dixi *in diuerſis conſiderationibus.* Quomodo enim ſunt honorandi etiam inter nobiles & literatos; ita multo fortius inter ſolos plebeios. Etiam; quia aduocati dicuntur habere officium, vt dicit Iacobinus de ſancto Georg. *in l. 1. in princ. ff. de iuriſdict. omn. iud. per cap. fina. extra de poſtul.* Et poſt eos etiam ſunt honorandi medici, vt *in* 10. *parte* ſcripſi *in* 25. *conſiderat.* Licet inter eos quandoque fuerit contentio de paritate, vt ibi; vtraque tamen ſcientia iuris & medicinæ à Deo eſt. Nam leges diuinitus per ora Principum ſunt promulgatæ, & ſcriptum eſt de medicina *Eccl.* 38. Altiſſimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. Et de iure, ſeu legibus, *Prou.* 8. per me reges regnant, & legũ conditores iuſta decernunt, *in l. inter claras, C. de ſum. Trin.* & vt aque eſt neceſſaria hominibus, iura ad pacificationem hominum; medicina vero ad ſanationem corporum, *ca. facta,* 4. *diſtin.* Et vtriuſque peritus multum ab hominibus honoratur, *c. non ſane, 4. quæſt.* 5. & de iure, quo exercetur iuſtitia. *Sapien.* 8. Per hanc habebo claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores. Et de medico dicitur, *Eccleſ.* 38. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatum collaudabitur. Ideo debent ſeruare Iuriſperiti, & Medici illud Apoſtoli *ad Roman.* 12. Honore inuicem præuenientes, vt ait Antonius *in 3. par. ſua ſum. tit.* 5. *c.* 2. *ſ.* 4.

Et ne abſit dictum pulchrum Arnaldi de Villa noua, ſubiungo id, quod in cautelis Medicorum ſcribit, quod primus locus in menſa ſolet ſeruari ſacerdoti & medico, quod intellige de ſacerdote, qui eſt rector in ſua parochia, vt ſupra dixi *in 4. par. in vlt. conſid.* Et etiã medico in domo infirmi.

Et de laude literarum ſcribit F. Patritius *li.* 2. *de inſtit. Reip. titu.* 1. vbi dicit, literas inprimis ab omnibus, ſi fieri poteſt, ediſcendas eſſe propter fructum illarum, & vix arbitrari poteſt, vt ait, in libera ciuitate quenquam ſine literis ingenui ciuis nomen mereri. Qui enim ſine literis non ſolum liberales diſciplinas, ſed minimas quaſque artes diſcere aut tueri poſſunt? Nec mercatura ipſa, nec agricultura ſine eis ſatis tuta eſſet: cætera proſequere, vt in eo loco.

Decimanona conſideratio; Notarii & tabelliones, etiam tanquam literati poſt aduocatos & medicos præferuntur aliis plebeiis. Tabelliones enim dicuntur iudices ordinarii voluntariæ iuriſdictionis, ſecundum Innocen. *in cap. cum à nobis, de teſtib.* & tenet clarius Paulus de Caſtro *in conſil.* 73. *col.* 4. Et eſſe Notarium aut tabellionem eſt honor, vt habetur *Eccleſi.* 10. ſuper faciem ſcribæ imponet honorẽ. Et magis creditur tabellioni, aut Notario, quam alii, ſecundum gl. *in verb. tabulariis, in §. ſi vero abſunt. in Auth. de hered. & Falc.*

Digitized by Google

*& Falc.coll.1.*Bald.*in Auth ſed cum teſtator.C. ad l.Falc.* Fel.*inc.in noſtra.col.3.circa med extra de teſt.*Et hoc propter officium publicum, quod habet tabellio.*tex. iunctâ gloſſ.in verbo, off in Auth.de teſtib.§.ſancimus,coll.7.* Imo officiũ notariatus & tabellionatus eſt dignitas, vt dicit Lucas de Penna *in l.vniuerſos.C.de dignitat.li.12.* Maxime, quando eſt Notarius aut tabellio à Principe, vt ibi dicit Lucas de Penna. Quis enim, ait, non diligat eum, & honeſtate magna compleri putet, qui decreto Principis ad tabellionatus officium peruenit? *in Auth.vt iudic.ſine quoquo ſuffragio.§.ideo licebit,collat.2.*

Et etiam propter neceſſitatem, & vtilitatẽ in Republica ſunt honorandi, cum videantur eſſe neceſſarii: quoniam tabellionũ ſiue Notariorum ars, & viuendi formula quam honeſta, honorabilis, & laudanda ſit ex plurimis, præſertim illius neceſſitate, & vtilitate facile cognoſcitur: periret ſiquidem omnis iudiciorum tela, niſi eſſent Notarii, qui acta conſcriberent; periret ipſa veritas & fides in contractibus, & commerciis; periret omnis ordo in iudicio forenſium cauſarum, niſi eſſet aliqua fidelis publicaque perſona, cui iudex crederet de his, quæ ab vtraque litigantium parte aut offeruntur, aut dicuntur. Item ſunt inſtituti Notarii ad confirmationem veritatis, ſed ipſa veritas vbicunque ſonuerit, ab illo eſt, qui dicit: ego ſum via & veritas, Ioan.14. vt ſcribit Zodericus Zamorenſis *in ſpeculo humanæ vitæ,lib.1.c.19.*

Faciunt dicta Corſeti *in tracta. de poteſtate reg.quæſt.90.circa medium.* vbi dicit, eſſe Notarium eſt habere officium, vt *in cap. vt officium,de hæret.libr.6.* quod recta ratione eſt laudabile; quia in veritatis comprobatione, & conformatione radicem & fundamentum ſuſcipit.

Etiam huius artis laudes patent; quia publicæ vtilitati deſeruiunt. Hi namque nedum apud pedaneos, minoreſque magiſtratus creditum, & autoritatem obtinẽt: ſed apud Reges & Principes, & cuncta eminentia tribunalia acceptiſſimi & familiariſſimi exiſtunt, de quibus ante dixi *in 11.part.in 9.conſid. & in 7.par.in 16.& 50.conſid.* Hi enim eorum manibus admiranda fide inſtrumẽta, priuilegia, & literas ad perpetuam rei memoriam conficiunt. Et poſt multa temporum ſecula ex horum ſola Notariorum ſubſcriptione indubitatam probationem inducunt. Hi typum tenent Euangeliſtarum Chriſti, qui eius geſta & acta in Euangelio tam fideliter, quam vtiliter deſcripſerunt. Et inter cæteras huius artis commoditates, qui illam exercẽt, magna lucra, ſummos honores aſſequuntur. Et breui tempore, ac paruo labore, opulenta vtilitatis compendia adipiſcuntur, & tandẽ ab omnibus honorantur; quia omnes illis indigent: ita Zoderic.in loco ante allegato.

Notarii tamen Principis ſunt digniores, vt dicit F.Niconitius *in ſua repetit.caput.quoniam contra falſam,in verſic.not.4.num.29.extra de probation.* Quoniam, vt dicit, eſſe Notarium eſt dignitas, vt eſt caſus ſingularis ſecundum eum, *in l.1.Cod.de mandat.Princip.* Bald. *in l. Caſſius,ff.de ſenator.* & de his vide plene Lucam de Penna *in dict.l.vniuerſos.* & per Iacobum Bonaudi *in gloſſis ad Ioannem de Terra rub.in tractatu,qui Vinea Eccleſiæ dicitur,articu.10.3.tractat.in gloſſ.officia.* vbi etiam ſcribit, an infames poſſint eſſe Notarii: & concludit, quod non, licet infamis poſſit eſſe procurator, niſi ſit procurator Regis vel Epiſcopi: quia tales non poſſunt eſſe infames. Dicit tamen Cynus *in l.reum,Cod.de procurat.* quod ille, qui fuit condemnatus de crimine, & ſic infamis per ſententiam, non poteſt eſſe procurator, *per dict.l.reum,* concordat text. *in capit.1.iunctâ gloſſ.1.& 2.3.quæſt.7.* Si enim pendente iudicio criminali, cõtra eum remoueatur, ipſe multo magis poſt condemnationem. Sed ſi eſſet infamis; quia condemnatus alia actione famoſâ, quam criminali; tunc poteſt eſſe procurator vilium perſonarum. Ita Angel.& Ioan.Fab.*in §.fin.Inſt.de exceptio.* De quo late per eundem Iac. Bonaudi *in loco antedicto.* vbi dicit, officium ſimplicium procuratorum eſſe viliſſimum officium, *per l.ſi quis procurationem,Cod.de decurio.lib.10.* cum tamen proueniat ex quadã literatura, præferendus eſt aliis mechanicis & plebeiis artificibus.

Cum omnes tales plebeii quodammodo dicantur feces vrbium, & ſic viles, vt in principio huius partis dictum eſt. Et facit; quia officium procuratoris eſt ars, *c. quia Epiſcopus, in fin. iuncta gl. vlt. 5. q 3.*

Vigeſima conſideratio; Etiam inter plebeios & populares præferri debent Virtuoſi; quoniam virtutum præmia tribui merentibus conuenit. *l. fin.* quæ incipit; *vt virtutum. C. de ſtatuis & imaginib. clem. cupientes in pr. de pœn. & remiſſ.* Facit c. *non loc. 40. diſt.* & hoc eſt, vt dicit Philoſo. 8. *Ethic.* Honor eſt præmium virtutis. Dixi plene *in 1. par. in 47. & 64. conſid. in 4 par. in 48. conſid. in 7. part. in 47. conſid. & in 8. part. in 28. conſid. & in ſequēti proxima conſid.* Faciunt plura, quæ ad hoc accumulat Cæpolla *in ſuo tracta. de Imper. milit. elig. in ver. virtutis.* De quo dixi *in 9. par. in 44. conſid.* vbi ſcripſi, milites etiam ex virtute eſſe honorandos, licet hodie pauci ſint tales. Et ex hac conſideratione etiam laudari poſſunt & aduocati & medici propter virtutes, quas ex ſcientiis ſibi acquirunt. De quo hic ante *in 38. conſid.* dixi. Imo, vt ait Ariſt. *li. 3. Polit. c. 9.* Excellentibus virtute in ciuitate parendum eſt ſponte, ita vt tales pro Regibus habeãtur. Alios autem, excellentes potentia, aut diuitiis, dicit eſſe à ciuitate expellendos. Et inter cęteros præferuntur, qui ſunt probatæ vitæ, & bonæ fidei, aut magnæ legalitatis reputantur, tex. *in l. 3. in prin. ibi; & an honeſta & inculpata vita. ff. de teſtib.* & ibi gl. quæ notat, quod præſumitur bene fieri, ſi à bono fiat, *arg. l. ſi quis ex argentariis, §. 1. ff. de edēdo. & in Auth. de teſtib. § ſancimus, ibi; multorum bonorumq; copia virorum. coll. 7.* Cum tales in multis priuilegientur, & honorentur vltra alios. Et decem caſus ſcribit dom. meus Iaſ. *in l. iubemus. C. de iudic.* & vide eundem *in repetit. l. admonendi. in 67. col. ff. de iureiur.* idem *in l. ſciendum. col 8. ff. de verb. obl.* Barb. *conſil. 23. in 1. vol.* Feli. plene *in c. ſuper his. in fin. extra de accuſ.* idem Barb. *in c. inſinuante, col. 1. extra de offic. deleg.*

Et quantũ valeat virtus in vita beata perficienda ſcribit Gell. *li. 18. c. 1.* & ampliſſime per Beroaldum *in ſuo opere de felicitate.* vbi quęrit, an virtus ſit effectrix vitæ beatæ: & ibi plura ad laudem virtutis diſertæ accumulantur: & in lib. quo ſeptem ſapientum ſententiæ continentur, in ſententiis Cleoboli.

Vigeſimaprima conſideratio; Inter omnes honorandus eſt, & laudandus, qui ab omnibus & publico iudicio bonus & optimus iudicatur. Quod in perſona Scipionis Naſicæ contingit, vt refert Valer. *li. 8. c. quæ cuique magnifica contigerunt, ca. 5.* dum ait, verum ſpecimen honoris à Scipione quoque Naſica oboritur: eius namque manibus & penatibus, nõdum quæſtoris ſenatus, Pythii Apollinis monitu Peſinunte accerſitam Deam excipi voluit; quia eodem oraculo præceptum erat, vt hæc miniſteria matri Deũm à ſanctiſſimo viro prę̨ſtarentur: explica totos faſtos, conſtitue omnes currus triumphales, nihil tamen morũ principatu ſpecioſius reperies. Et tunc vnum eſſe dicit Plinius, qui à condito æuo, vir optimus ſit iudicatus. Dicit tamen Boet. *in 2. de conſolatio. Philoſophiæ.* eſt mentibus hominum veri bonique naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa deuius error abducit. Et nihil eſt tam populare (vt dicit Cicero) quam bonitas, hoc eſt, nihil eſt tam charum & gratum populo, & quod magis fauorem populi conciliet, quam eſſe bonum. Et idem: Deteriorum magna natio eſt: boni vero ſingulares, omne tempus Clodios, non omne Catones, inquit Seneca. Ad deteriora faciles ſumus, & ab adoleſcentia viri procliuis ad malum ſenſualitas humana declinat, vt *in proœm. clem.* & non eſt qui faciat bonum: non eſt vſque ad vnum, Pſalm. 13. & Catilinam, vt ait Satyrographus:

Quocunque in populo videas, quocunque ſub axe,
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus vſquam.
Rari quippe boni numero vix ſunt totidem quot
Thebarum portæ, vel diuitis oſtia Nili.

Quoties igitur virum bonum videre contingit, illi aſſurgito, illi caput aperito, illum vt Deum colito: via vitiorum lata eſt, & decliuis, & ideo cunctis peruia: via virtutis anguſta, cliuoſa, ſenticoſa, & ideo paucis patet. Fimbria olim iudex electus in cauſa Pythiæ, qui ſponſio-

Digitized by Google

ſponſionem fecerat, quod vir bonus eſſet, iudicatu illo ſuperſedit, dicens, nô liquet: quoniam, vt vir bonus aliquis ſit, ea res innumerabilibus officiis & laudibus continetur, &, vt dicere ſolebat Pittacus, perdifficile eſt bonum eſſe. Hæc Beroaldus *in libr. de ſeptem ſapientum ſententiis, in ſententiis Biantis*. vbi concludit, quòd quoquo modo mali dicantur, ſiue improbi, ſiue imperiti, ſiue viles, prout ibi interpretatur, elaborare debemus, ne inter malos enumeremur, imo enixe curemus, vt ſimus potius ſimiles ſacerdotib. Ægypti, quos Piromas vocant. Eſt autem Piromis in Græca lingua idem, quod honeſtus & bonus, in noſtro ſermone.

Itê, qui optimus habetur & iudicatur, non ſine laude nominatur. Quod optimi cognomen Traianus (vt iſte Beroal. ait *libr. de optimo ſtatu*) veluti peculiare accepit ex ſenatus populique Roman. appellatione. Quo nomine ampliſſima haud dubie bona continentur. Quod nomen ſibi quiſque mallet, (vt inquit Liuius) quam honores imperiave, de quo Silius Italicus:

Optimum heu nomen melius maiusq; triumphis.

Et, vt author eſt Plinius Panegyriſta, nomen Auguſti, & Cæſaris, minus eſt, quam optimi. Iupiter apud Ethnicos optimi nomine colebatur. Dicebatur enim Iupiter optimus maximus; qua in re illud annotandum, quod optimus; quia, vt inquit vere Cicer. maius eſt, certeque gratius prodeſſe omnibus, quam opes magnas habere. Interrogatus Ageſilaus ille magnus, quo pacto quis gloriam apud mortales conſequatur, ſic reſpondit, ſi optima dixerit, necnon pulcherrima factitauerit.

Prudenter enim Solon vnus è ſeptem ſapientibus, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem, Rempublicam duabus rebus contineri dixit, præmio ſcilicet & pœna, vt hinc boni ad virtutes inuitentur, & honoribus exornentur: illinc mali à flagitio arceantur pœna, vt in officio omnes ſint, concordat *l.1. §. nam. vt ibi; bonos non ſolum metu pœnarum, verum premiorũ quoq; exhortatione efficere cupientes, ff de iuſt. & iur.* & ibi gl. *in verb. metu pœnarum*, alleg. verſ. Horat.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœna.

Et ſicut bonos præmio proſequi decet; ita malos pœna affligi. Et ſi mali à malitia reuocari non poſſint per indulgentiam, pœna coerceri debent per ſeueritatem. Sic ſecreti ſint à bonis mali, vt à frumento lolium incerniculo ſeparatur. Fiat more medicorum, qui interdum vrunt, ſecant, abſcindunt in corpore membrum, quod inſanabile eſt, ne pars integra, contagione obrepente, pariter corrumpatur, iuxta illud:

—— Immedicabile vulnus
Enſe recidendũ eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Conſimiliter ſecari interdum & amputari debent de corpore ciuitatis membra putrida, hoc eſt, ciues malefici, ſcelerati, perfidioſi, turbatores publici commodi, & molitores rerum nouarum, exterminari atque tolli de medio.

Supereſt, vt & propius ad rem redeamus, & de bene moratis dicamus, qui plurimũ honorari debent; quoniam mores præferuntur ſcientiæ, *argum. ca. ſedulo, 38. diſtin. & l. magiſtros, C. de profeſ. & medicis lib.* 10. vbi dicit tex. quod magiſtros ſtudiorum, Doctoreſque excellere oportet moribus primum, deinde facundia, concordat text. *in l. vnica. ibi; ſi laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtrauerint, ſi docendi peritiam, &c. C. de profeſſor. qui in vrbe Conſtantinop. docent. &c. lib.* 12. & patet ex argumento literali. *Pſalm.* 98. Bonitatẽ, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. Ideo ſcholares bene morigerati, præferendi ſunt Doctoribus male morigeratis & vitioſis: cum Doctores debeant inter alia præcellere ſcholares moribus, *iuribus ante allegatis*, *l.* 1. *& ibi not. Cod. de annonis ciuil. libr.* 11. & viliſſimus computandus eſt, (niſi præcellat ſcientia & ſanctitate) qui eſt honore præſtantior, text. *in cap. viliſſimus. 1. quaſt. 1.* ad minus debet eſſe bonus, vt *ibi gloſſ.* Illaudabilis enim eſt ſcientia, quam vita maculat, *cap. niſi cum pridem, §. pro defectu, extra de renun.* Ideo bene dicitur; mores ornant ſcientiam, qui omnes excedũt diuitias, *l. ſcire opo. §. pen. ibi; neque enim facultates, neque dignitas eſt ita ſufficiens ad fidem, vt*

Digitized by Google

bona electio, & benigni mores. Ex quo concluditur, bonos & optimos, etiam moratos, cæteris præferendos eſſe.

VIgeſimaſecunda conſideratio; Inter plebeios præferri debent originarii cæteris, vt facit textus *in l.2. C. de officio Prætoris*. Hinc dicit ibi Albericus, quod Syndicus potius eligendus eſt de vniuerſitate, quam alius. Facit dictum Ciceronis *in libr. de amicitia*. Potiores, inquit, ſunt ciues, quam peregrini. Vnde inquilinus probri vel odii cauſa, quis appellatur, quaſi domum propriam non habeat. Vnde Saluſtius, M. Tullius inquilinus, ciuis vrbis Romæ: ideo dicit text. *in dict. l.2.* potius eligendos eſſe Prætores, qui habent larem in vrbe, quam illi, qui ſunt de prouinciis, vt facit etiam text. *in cap. in nomine domini. 23. dist.* ideo, vt dicit F. Patritius *in lib. de institutione Reipublicæ. lib.3 titu.2.* quæri ſolet à nonnullis, an omnes magiſtratus inter ciues diſtribuendi ſint, an aliqui peregrinis tradendi. Et, vt ait, placet quibuſdam, magiſtratus omnes, qui iuri dicendo præſunt, quique ditionem aliquam in ſontes exercent, peregrinos eſſe dicunt: namque ſimultates, inimicitias atque odia inter ciues oriri, cum ciuis in ciuem ſuum animaduertit. Alia autem ex parte; longe faciliores eſſe, ad gratiam clementiamque proniores ciues inter ſe, quam ſi res peregrinis agatur. Qua quidem ratione adducti pleriquc Italiæ populi, eiuſmodi magiſtratus aliunde accerſere conſueuerunt, & his aſſentit *l.ſi. C. de crimine ſacril. & l.3.* quæ incipit, *nullus. C. de diuerſis officiis, & apparito. indic. lib. 12.* & de hoc alias fuerunt ordinationes Regię, ſcilicet, Phil. Pulchri, & Caroli V. Regum Francię, de quibus per G. Bened *in ſua repet. ca. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. nu. 1050. vſque ad num. 1052. extra de teſtam.* Vbi ſcribit rationem, quare beneficia originariis ſint cōferenda, & non officia ſecularia. Quoniam, vt ait, officium ſeculare dari non debet illi, qui eſt de loco oriundus propter notitiam, & familiaritatem, quas habet ſeu habere præſumitur cum illis de loco, & compatriotis ſuis, quibus forte nimis faueret, aut odio contra aliquos ex æquali, vel inæquali conuerſatione concepto: inter partes fit aliquando, & ſæpe inuidia, ac dignitatis contemptio, *l. obſeruandum. circa initium, ff. de officio præſidis.* Eā lęderent contra iuſtitiam, quam fauores, & odia multum turbant, & interdum iudicia peruertunt, & ſuffocant. *c. pen. ibi; de terra vxoris ſuæ oriundæ extra, vt lite non conteſt.* Ideo vt dicit, fuit ordinatio Phil. Pulchri, qui prohibuit quem præfici in Seneſeallum, Præpoſitum, Iudicem, Vicarium, aut Balliuum in loco, vnde oriundus dicitur.

Veruntamen, idem Franciſcus Patritius, inclinans ad contrariam opinionē dicit, quod longe melius ciues imperabunt, quam peregrini, quod dicit eſſe manifeſtum, & notorium ex experientia, non ſolum apud Romanos, Carthaginenſes, Athenienſes, Lacedæmonios, alioſque complures, qui magiſtratus omnes ſuis ciuibus tradiderunt: imo ex inclyta Venetorum Repub. in qua, peregrinis nullus eſt locus, & tamen nec iuſtitia, nec ſeueritas deeſt, & ex eiuſmodi iudiciis, nullæ diſcordiæ, nullæ ſeditiones, nullæque inimicitiæ oriuntur. Et vnum de illa Republica refert, quod nunquam alibi ſe lectitaſſe aut vidiſſe meminerit, quod ordo ciuitatis, qui à primis conditoribus conſtitutus fuit, ſemper manſit, & nunquam mutatus eſt. Hi namque, qui eā vrbem ædificauerunt, inter ſe ſuoſque magiſtratus diuiſerunt, quaſi præmium laborum ſuorum, & hanc hæreditatem poſteris reliquerunt, vt aduenam, colonum, peregrinum, inquilinumque ad magiſtratus admitterent nullum, & ita antea obſeruatum eſt, iam pene annis mille. Quocirca poſteri illorum, qui vrbem ædificarunt, ſemper Reipublicæ præfuerunt, & Senatores, Patritii, ac Nobiles appellati ſunt: reliqui autē omnes Plebeii. Plurimum tamen, vt ait, valet conſuetudo, à qua difficile eſt recedere. Sed ſi ab initio conſtituatur, tutius ciues, quam peregrini imperabunt.

Nam etiam vt habetur 3. *Politic.* Noui incolæ, qui ciuitatem, & patriam incolere cœperunt, honoribus ciuitatis non participant: ſed antiqui, qui mores patriæ nouerunt, ſunt illis præferendi. Modernu vero, maxime penitus.

nitus extranei poſtponendi, coram quib. non eſt agendum conſilium: quia ſcribitur, *Ecclef.* 8. Coram extraneo ne facias conſilium. Neſcis enim, quid pariet. Facit text. *in Authen. de collat. § ſed neque prouinciarum iudices. colla.* 9. vbi Imperator poſſeſſores exprimit, eoſque repetit, non autem habitatores ſimplices: de quibus mentionem antea fecerat. Cum hominibus profecto communionis alienæ, nullum fas eſt inire certamen. 24. q. 3. *c. cum quib. in fin.*

Facit, quod dicit Zenzelinus *in extrauag. Ioan. 22. incip. execrabilis. ibi; in diuerſorum Regnorum partibus.* quod contra promotionem, quæ fieret ad dignitatem vnius regni, de Regnicola alterius regni, admitteretur exceptio domini temporalis, ſi promouendum haberet ſuſpectum de proditione terræ ſuæ: vel cōſiliorum, & ſecretorum ſuorum. argumen. *l. ſi quis aliquid. §. transfuga. ff. de pœnis. l. omne. §. exploratores. ff. de re milit. cap. petitio. de iureiur.* Et notant Innocent. Hoſtienſ. Abbas, Aretin. & Fel. *in cap. ſuper his de accuſatio.* Idem Abbas poſt gloſſ. *in cap. ex parte, de teſtib. & in ca. quod ſicut, & in ca. 1. & in ca. cum inter vniuerſas.* & melius *in c. cum terra. de electio.* Et eſt ratio; quia alicui non conuenit ſcrutari arcana Regni alieni *l. mercatores. C. de commerciis & mercat.*

Peregrini enim & incolæ officium eſt, præter negocium ſuum agere nihil, de alio inquirere, minimeque eſſe in aliena Republ. curioſum. *c. leges.* 3. q. 6. & ait Cicer. *li. 1. offic.* Vnde vt amicos quęrat, laborare curat. *Gen.* 19 & Luc. de Penna *in leg. qui quis. Cod. de omni agro deſerto. lib.* 11 vbi tractat prædictam, quæſt. Franciſci Patritii. Et illam decidendo aſſentit opinioni illius, quod originarii ſunt præferendi. Peregrini vero non ſe debent de Republica ciuitatis intromittere; cum certum ſit, oriundos à patria, potius mores Regionis ſcire, quam extraneos. *cap. quoſdam. & ca. quanto. de præſumpt.* Vnde Terentius *in Eunu. ho.* Sola (inquit) ſum, habeo neminem hic, neque amicum, neque cognatum, quamobrem alios cupio parare amicos beneficio meo. Id amabo adiuua me, quod facilius fiat: propter quod à vero facilius in conſilio deuiabit: quæ pericula in originariis, & antiquis habitatoribus, non præſumuntur. Auſpiciis enim patritiis, non alienigenis, Rempublicam adminiſtrare oportere, antiqui iudicabant. Dicit Valerius *lib. 1. titu. de auſpiciis. in princip.* Cum originarii ſint potius in bonis opulenti, & diuitiarum pleni. Pariter olim non præſumebantur in exteris, vbi officia temporalia erant; cum tunc breui tempore, quo officium duraturum erat, magna familiaritas contrahi non poſſet, imo nec appeti. Hactenus G. Benedicti *in loco ante allega.* quæ excerpſit à Luca de Penna *in dict. l. qui, quis.* Qui poſt eum dicit attendendum eſſe, quòd, donec ex antiquis bonus habetur, ex nouis non aſſumatur: quia maior bonitas noui, antiquis non debet præiudicium afferre. Vnde præceptum fuerat Moyſi *Deuteron.* 17. Regem conſtituere de numero fratrum. Non (inquit) poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus, hoc eſt, de tua patria, ſeu gente natus. Et ibi per eundem G. Benedicti pulchra alia vide de literis naturalitatis, quæ conceduntur à Rege noſtro extraneis: quoniam alias non poſſent in Regno habere hæredes ex teſtato, vel ab inteſtato. Et ex his etiam videmus hodie in Regno eſſe conſuetudinē: vt in officiis ſecularibus originarii, & patriotæ potius admittantur, ſublatis illis antiquis conſtitutionibus, & ordinationibus Regum, & in hoc operatur conſuetudo, vt dicit Capolla *in tractatu de Imperatore militum eligendo. in verſic. propter nationem.* vbi de iſtis, *in fin.*

Etiam de iure Canonico beneficia ſunt conferenda originariis indigenis, & oriundis de loco ſeu Regno, aut diœceſi, vbi ſunt ſita. Faciunt notata *in ca. ſi proponente. in gloſſ. fi. extra de reſcript.* & text. *in l. in eccleſiis. Cod. de Epiſ. & cler.* Quæ vult, quod ad eccleſias eligantur potius illi, qui ſunt ex Vico, in quo ſunt poſſeſſiones Beneficii, quam alii, & dicit ibi Bald. quod vbi in Eccleſia reperiuntur idonei ad promouendum, illi debent promoueri de ipſa, & non aliunde. & idem dicit ipſe Bald. & Alberic. *in l. diuus. ff. de tutel. & curato. datis ab*

Digitized by Google

his. Idem not. gloſſ. vni. & Dd. *in l. plane. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomine*. Et idem tenet glo. *in c. cum inter Canonicos. in verb. ad Eccleſiam alienam. extra de electio*. Et idem tenet Cæpoll. *in tract. de Imperatore militum eligendo in dict. verb. propter nationem. in fine, ibi; ſed etiam ſi eſſent*. Idem etiam tenet Rochus de Curte *in ſuo tract. de iure patronatus in verb. honorificum. in 21. colum.* dixi *in praceden. par. in 32. conſid. ver. licet enim oriundi*. Idem tenet Barb. *in dict. ca. ſi proponente, & conſilio ſuo 23. incip. vbi ſcripſit Propheta optimus. in 1. vol. col. 7.* vbi dicit, quod ſi Imperator, beneficii in ſua gratia non faciat mentionem de loco, vnde eſt oriundus, talis gratia eſt ſubreptitia: quia Papa non intendit prouidere extraneo, ſed vnicuique in patria ſua. Imo tenet ibi Barb. quod huiuſmodi prouiſio eſt nulla contra Bald. quos videas, cum caſus euenerit; quia eſt caſus quotidianus, qui euenit mihi conſulendo in caſu, in quo extraneus, ſeu alienigena, à Regno, impetrauit mandatum Apoſtolicum in vim concordatorum, non facta mentione, quod non erat de Regno, tenui ex dictis per Barba *in eo loco*, huiuſmodi mandatum non habere locum in loco, vbi habent locum dicta concordata, cum ipſa & contenta in eis ſint data Regi, & Regno in priuilegium pro incolis Regni, & non extraneis, qui non ſunt de Regno, & ſcripſi ample in commentariis dictorum concordatorum. Et è noſtris aliquid de materia tractāt Coſmas Guymier *in ſuis comment. in verb. exterorum. fol. mihi 10.* & poſt eum Ioan. de Selua *in ſuo tract. de Beneficio in 3. par. in 26. quaſt.* Et maxime; quia Rex Franciæ habet priuilegium, quod alienus clericus nō Regnicola, ſine eius permiſſione, & literis naturalitatis, nō poſſit beneficiari in ſuo Regno. vt per eoſdem *in locis ante alleg.*

Vigeſimatertia conſideratio; Inter omnes cuiuſcunque ſtatus laudabiliores ſunt, qui pulchriora nomina habent: quoniam honor, & decus eſt, habere pulchrum nomen. Hinc dicit Ioan. And. *in ca. cum ſecundum Apoſtolum. de prabend. & in ca. 1. de depoſito.* vxorem ſuam Milanciam dixiſſe, quod ſi pulchra nomina venderentur, caro eſſet precio emē-da, vt dixi ſupra *in 1. part. 10. conſider.* & refert Panor. & alii Doctores *in proæ. decretalium*. Et laudabile eſt habere pulchrum nomē. Panor. *in c. 1. colum. penult. in initio. de iudic.* Ideo pulchra nomina imponenda ſunt filiis. Et bona præſumptio oritur ex bono nomine, & quandoque ſiniſtra ex prauo, & turpi nomine oritur. Faciunt tex. & notata *in l. facta. §. ſi danda. ff. ad Trebell. in proœm. ſexti. in verb. Bonifacius. & in proæ. decretalium. in verb. Ioannes*, & plura ad hæc ſcribit G. Bened. *in ſua repe. c. Rayn. in verb. Raynutius de Cler. nu. 52. & 53. de teſtam.* Quia à nomine & cognomine, multotiens ſumitur argumentum. De quo plene per Fel. *in proæ. decretalium*. Et ſic vnuſquiſque curare debet, & laborare diligenter de bono nomine habendo. Cum multo melius ſit nomen habere bonum, quam diuitias multas. *Prou.* 22. Nobis enim neceſſaria vita noſtra, aliis fama noſtra *in c. non ſunt audiend. 11. q. 3.* & qui negligit famam crudelis eſt *sext. Auguſtinus in ca. nolo. verſ. dua res. 12. q. 1.* Bona autem fama impinguat oſſa. *Eccleſ.* 30. hoc eſt, augmentat virtutes, in quibus robur hominis interioris conſiſtit; ſicut in oſſibus conſiſtit robur hominis exterioris. vt ibi declarat Nicol. de Lyra, de quo hic infra *in 28. conſid.*

Quo etiam clare oſtendit P. Scipio, vir ille inſignis Romanus Conſul. de quo refert Valerius *lib. 3. titu. de fiducia ſui. cap. 5.* Quod cum fratrem ſuum de bene geſtis obtrectatum defenderet, dixit: Nam, cum Aphricam totam poteſtati veſtræ ſubiecerim, nihil ex ea, quod meum diceretur, præter cognomen retuli.

Etiam de Paulo Æmilio, poſt triumphum Macedonicum, *libr. 4. titu. de abſtinentia & continentia*. Penates (inquit) ſuos nulla ex parte locupletiores fecit, præclare ſecum actum exiſtimans, quod ex illa victoria alii pecuniam; ipſe gloriam & memoriam nominis ſempiternam occupaſſet & reportaſſet. Et paulo poſt de Scipione Æmiliano dicitur. Itaque cum per ſocios, & exteras gentes iter faceret, non mancipia eius, ſed victoriæ numerabantur, nec quantum auri & argēti: ſed quantum amplitudinis, ſcilicet gloriæ, famæ,

Digitized by Google

famæ,& nominis pondus ſecum ferret, æſtimabatur.

Ex quibus conſtat,quod de bono nomine curandum eſt, adeo, quod Salicetus *in l.1.in princ. C.de Summ.trinit.* per illum text. parentes exhortatur,pulchra,& honeſta liberis imponere, & non turpia: quæ ſecundum eum quodammodo infamiam & dedecus important. Vna enim quæque res quemadmodum intelligi debeat,ex ipſo nomine apparet. *l.diuus.in princip.ff.de bonis damnat.* & ibi fit argumentatio ex nomine:& pro glo.facit quod ſcribitur *Exod.*23.cum Deus dixerit ad Moyſen: Inuoniſti gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine. Faciunt quæ dicit Fely *in d. procem.decretalium.colum.*6. Hippolytus de Marſiliis *in l.1.in initio. col.penul.ff.de quæſtion.* Petrus Giraldi *in cautelis ſuis,cautela* 85.*incip. magnum.* Caccialupus *in d.l.1.col.*10. *Codic.de Summ.trin.* Simphorianus *in chronic. Sabellici de hoc nomine Franciſcus.*

Et bonum nomen facit,vt plus credatur illi,quam habenti malum. Notatur *in ca. in noſtra extra de teſtibus.* Franciſcus Niconitius *in repet.cap.quoniam contra falſam.ibi; notat Abbas quinto num.*46.& Ioannes Neuizan *in ſua Sylua nuptiali.fol.mihi* 99.

VIgeſimaquarta conſideratio; Inter exteros,& aduenas præferuntur, qui nõ ſunt nationis infamatæ: quoniam, vt dicit text.*in l. quod ſi nolit.* §. *qui mancipia vendunt, nationem cuiuſq; in venditione pronunciare debent. Plerunque enim natio ſerui aut prouocat, aut deterret emptorem. Idcirco intereſt noſtra ſcire nationem. Præſumptum etenim eſt, quoſdam ſeruos bonos eſſe; quia nationis non ſunt infamata, quoſdam malos videri; quia ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt.ff. de adilit.edict.* Id etiam probatur ex Sacra Scriptura. *Ioan.*4. vbi mulier Samaritana dicebat, ſe non eſſe dignã dare aquam Chriſto; quia Iudæus, & natio Samaritanorum erat probrata apud Iudæos. Ex quo etiam Iudæi exprobrauerunt Chriſto, quod eſſet Samaritanus, aut dæmonium haberet, vt habetur *in cap.nonne bene dicimus. extra de præſumpt.*

Et licet vnicuique propria Patria videtur maior,& præſtantior alia *l.fin.& ibi gl.C.ſi ſeruus export.ven.* Nam Patriæ eſt dulcis amor. *l.qui habebat.ff.de leg.*3.vnde Virg.

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.

Et illud Naſonis *ad Rufinum*:

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Et idem:

Dulcis amor Patriæ, quo non præſtantius vllum.

Id efficit charitas Patriæ,qua plerique omnes tenemur: vt ſua cuique Patria chariſſima atq; gratiſſima, dulciſſimaque ſit, vt patriam ſuam qualiſcunque eſt, quiſque laudet,& extollat,more Vlpiani *in l.1.ff.de cenſib.* vt ſuam patriam miris laudibus commendat. Vnam tamen habet gratam, qua caret altera, opem. Et vnus laudat Rhodon,& alius Rhodopen. Alij autem alia pro mentis captu & arbitrio. Nobis ſit ſatis ad rem,propria quarundã gentium Epitheta referre,vt ſcribit Tex. *in ſua officina*,ex quibus aperta eſt diuerſarum gentium differentia.

Apuleius, eruditos appellat Ægyptios,ſicuti Iudæos ſuperſtitioſos. Nabathæos, mercatores. Fluxos veſtibus Arſacidas. Frugum pauperes Scythas, odorum diuites, Arabas. Legimus Alexandrinos eſſe fallaces. Vopiſcus ſcribit,Ægyptios eſſe ventoſos, furibundos, iactantes,iniurioſos,auidoſque nouarum rerum.

T.Liuius,perfidiam Pœnis,Cicero calliditatem,vt numerum Hiſpanis,robur Gallis,artes Græcis, Italis ſenſum; Romanis pietatem aſcribunt.

Ioannes Picus Mirandula,ponebat in Hebræorum doctrina, myſteria & prodigia; in Græcorum diſciplinis,ingenium;in Romana Academia,politiam.

Horatius vocat Britannos hoſpitibus feroces. Perſas infidos.

Iulius maternus ad Mauortium Lollianũ ſcribens,quædam, inquit, Gentes ita à cœlo formatæ ſunt, vt propria ſint morum vnitate perſpicuæ. Scythæ immanis feritatis crudelitate graſſantur. Itali fiunt regali ſuper nobilitate præfulgidi. Galli ſtolidi, leues Græ-

ci, auari Syri, Afri ſubdoli, acuti Siculi. Luxurioſi ſuper Aſiatici & voluntatibus occupati. Hiſpani elata iactātiæ animoſitate præpoſiti.

Blondus vocat Afros fraudulentos; Ligures duros; Campanos ſuperbos.

Ex noſtris vero, Chriſtophorus Longolius Pariſieſis, *in oratione de laudibus diui Ludouici. & Francorum*: vocat Britones duros, vafros Normanos, religioſos Francos, induſtrios Flandros, mites Lotharingos, faciles Andegauos, bellicoſos Vaſcones, Burgundos feroces, Picardos alacres, frugi Santones, atque Pictauos, Narbonenſes fideles, fortes Auernos, Hanonios pertinaces, magnanimos Senones, verſutos Cenomanos, militares Bituriges. Apoſtolus vero, ex teſtimonio Epimenidis Thebani ſacerdotis refert *ad Titum* 1. quod Cretenſes ſint ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Et ſcribitur *in c. dominus. in* 1. *q*. 1. Et de his & aliis *in ſequ. part. in* 16. *conſider*. dictum eſt. Et vnde iſta procedant, inferius paulo poſt dicetur.

Aduerte tamen, quod extanei in multis priuilegiantur, & inter alia, quod in cauſis eorum eſt ſummarie procedendum: vt tenet Paris de Puteo *in tractat. de ſyndicatu. in verb. negligentia chart*. 71. allegat Andr. de Iſer. *in proœm. conſtitutionū feudalium*, qui dicit hoc eſſe verum, maxime vbi cauſa eſt modica. *per Auth. niſi breues. Cod. de ſent. ex periculo recit*. vel ſi ſit cauſa, in qua plus expēditur, qui ſit valor rei, vt ſi ſit quæſtio de equo, qui interim in hoſpitio ſatis comederet, vt dicit Bart. *in l*. 2. *ff. de re iudic*.

Et, vt reaſſumam, quod paulo ante omiſſum fuerat, facit; quoniam ex prima mores accipimus, & ex variis cœli locis aſpectibuſve, diuerſæ ingenerantur morum contemperationes: vt dicit Hippocrates Cous *in lib. de aeribus cœli*. & Plato *in Timæo*. & Ariſt. *lib*. 7. *Polit. c*. 7. *& lib. Orbicularium quæſtionum lib*. 14. *cap*. 20. & ibi Petr. Aponenſis, & Galenus *in lib. de ſubſtantia virtutum animalium. cap*. 9. & Auicen. *li*. 10. *Meta*. & Ci. *in oratione. quam de lege agraria ſcripſit, cōtra Seruilium Rutiliū*. & Plin. *lib*. 2. *c*. 80. & Lucanus *lib*. 8. & Vegetius *lib*. 1. *de re milit. c*. 2.

Huius etiam ſententiæ ſunt omnes Aſtronomi, iſtud aſtris aſcribentes: vt Ptolemæus 2. *quadripart*. Et ibi Hali eius interpres, & Albumaſar *introductorii lib*. 3. *&* 5. & Firmi. Maternus *ad Mauortiū Loll. annum lib. Aſtronom*. 1. *c*. 1. cuius verba hæc ſunt: *Quædam gentes à cœlo ita formatæ ſunt, &c*. vide reliqua ante.

In hanc ſententiam ſcribunt, Herodotus in Calliope, & Plutarchus *in apophtheg*. quod cum montoſa eſſet Perſarum regio & aſpera, vellentq; propterea, regnante Cyro, campeſtrem ac mollem capere, id quidem non paſſus eſt Cyrus, inquiens, & plantarum ſemina, & hominum mores, & ingenia regionum quoq; ſimilitudinem trahere: vnde formatum eſt antiquum adagium: *Mores hominū, vt plantæ, ad Regionis habitum reſpondent*.

Vnde inferri poſſet, quod cum terra Burgundiæ meliora vina & ſubtiliora producat, quam reperiantur in tota Gallia, vt *ſeq. part. in* 84. *conſid*. ſcripſi. Ita etiam indigenarum ingenia conformia habere debet.

Ex quo bene facit text. ante allegatus *in §. mancipia*. Ex quo not. gloſſ. *in Authent. de reuerendariis. in verb. ex patribus. coll*. 2. quod ratione Patriæ quis præſumitur bonus aut malus. facit text. *in cap. quando* 24. *diſtin. & in c. conſtitutus. extra de purgati. canon*. vbi habetur cōſideratio ad Patriam alicuius ordinandi, & cuius nationis ſit: vt inde ſciatur, quibus moribus ſit imbutus. Et ſicut præſumitur pro aliqua ratione Patriæ, & aliquando præſumitur contra aliquem ratione Patriæ: vt eſt text. *in c. Afros*, 89. *diſt*. & ibi gloſſ. 1. & Archi. (qui adducit dictum Firmici Materni, ſupra allegat. tacito autore) & Bald. *in l. data. colum*. 10. *verſ*. 8 *modo. C. qui accuſa. non poſſ*. facit etiam dictum Bar. *in tractat. de Guelphis, & Gibellinis. col*. 4. quod de iure quis præſumitur eſſe eius affectionis, qualis eſt eius Patria. Eſt enim præceptum iuriſgentium, vt patriæ pareamus, *l. veluti ff. de iuſt. & iur*. quod dictū ſingularizat Barb. *conſi*. 34. *incip. præclare optimus dicit, col*. 18. *lib*. 2. & alibi commendat *in rep. c. Rayn. col*. 3. *&* 88. *de teſta*. & Fr. Cur. *conſi*.

45. *in*.

Digitized by Google

45.incip.ſtatuto ſeu conſuet.verſic.quia quilibet. colum.4.

Adduci poſſent multa, quæ faciunt ad hæc ſcripta, per Barth. Cæpol. *in ſuo tractat. de imperat. militum eligendo. verſic. propter nationem. & in tractat. de ſimulat. contract. in 21 præſumptione & in ſuo libello de vita & modo viuendi in ſtudio.* Et quod Albertus de Gandino *in tract. ut. maleficiorum in titul. vnde, aut quo loco poſſit fama procedere. in princip.* quod fama vel infamia poteſt ex loco, maxime originis procedere: cum quis à natura, & origine propria præſumatur eſſe bonus, vel malus. per *dict. §. mancipia.*

Et huius rei aliæ quoque rationes vltra vim aſtrorum deduci poſſent: tum ex eo, qđ quædam Nationes præ cæteris multa virorũ irritamenta ſubminiſtrant. Nam quid aliud Campanos luxu ac libidine affluentes reddidit, quam terra ipſa omnium, quæ libido luxuſque expoſtulat, feraciſſima, quæ & inuictum armis Hannibalem (vt ait Valerius) illecebris ſuis complexa, vincendum Romano militi tribuit? Illa enim vigilantiſſimum Ducem, illa exercitum acerrimum, dapibus largis abundanti vino, vnguentorum fragantia, Veneris vſu laſciuiore ad ſomnum, & delicias euocauit, ac tum demum fracta & contuſa Punica feritas. Nihil eſt profecto, quod magis homines molles reddat quam rerum copia. Hinc Arabes à Virg. *lib. 1. Georg.* molles dicti ſunt:

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.

Vt quæ omnium regionum ſit fertiliſſima Arabia. Deinde ſunt ſui cuique patriæ peculiares mores: vnaquæque enim prouincia ſeu Patria ſuo ſenſu abundat. vt ait Hiero. ad Lucinum, *in c. vtinam. 76. diſt. & in c. certificari. extra de ſepult.* & dicit Quinti. Gentibus proprii mores ſunt. Nec idem in Barbaro Romano Græco probabile eſt, & ciuitatum etiã leges inſtituta ac opiniones habent differentes, ob idque ſcribit argumenta à natione ſumi. Et ſcribitur *in can. omnes. 1 diſt.* aliæ aliis gentibus leges placent. Vnde ortum eſt vetus Græcorum prouerbium, *Lex & Regio.*

Vigeſimaquinta conſideratio; Inter ciues & plebeios eiuſdem qualitatis honorabiliores ſunt, ac præferri debent, qui ex honeſtis, & probis parentibus orti ſunt, & progeniti. vt ſupra dixi *in 2. par. in 24. conſid* vbi ſcripſi, mulieres ortas ex bonis parentibus, eſſe laudandas, potiſſimum ſi ex bona matre, proba, & pudica. Et idem de filiis dicendum. Mouebar ratione ſequenti. Nam licet ſua cuique mens ſit, tamen pleræq; ſunt animi vires, quæ ſimul cum corpore à parentibus transfundũtur in filios. prout ample ibi deductum eſt. Et de filiis facit gloſſ. *in verb. non infamata. in l. quod ſi nolit. § qui mancipia ff. de ædil. edict. & in l. quiſquis. §. 1. in verb. in quibus. C. ad leg. Iuliam maieſtat.* in quibus notatur. Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri, & etiam *in ca. venerabilem. § eos. in verb. progenitores. extra de electio.* & ibi Panorm. *colum. 4* facit text. *in Authent. de referendariis ſacri Palatii. § penult.* & ibi gl. *in verb. ex partibus. colum. 2. & in cap. 1. 61. diſtinct.* & ibi gloſ. 1. quæ dicit hanc vnam eſſe cauſam, quare filii presbyterorum non promoueantur ad ſacros ordines. text. *in c. ſi quis. ibi; filii vero eius. & c. 6. q. 1* & ibi gloſſ. *in verbo, metiuntur.* quæ addit ad verſiculum præcedentem. Et ſequitur leuiter filia matris iter. & *in cap. vlt. in fin. de conſecr. diſt. vlt. & in capit. 2. ſuper ver. deficit de filiis presbyter. in 6.* quæ & illud quoque dicit; hic, inter alias duas rationes ſpurios ſacris non initiari. Et facit quod voluit glo. *in verb. domum. in l. cum vnus. § 1 ff. de alimen. & ciba. lega.* & Cyn. *in l. 1. in bonæ fidei. in 7. qu. C. de iureiur.* & Bald *in l. 1. ad fin. Cod. de locat. & in leg. ſi quoſ in fin.* ibi Angel *C. de captiuis* & Fran. de Aret. *in l. iubemus. in fin. C. de aduoc. diuerſ. iud.* Vnde ſcribitur *Sapien. 3.* de impiis, & iis, qui ſapientiã abiiciunt. Nequiſſimi filii eorum, quaſi nequiſſimorum nequiſſimi ſunt etiam filii. & facit dictum Eſdr. *lib 4. cap. 9.* Qualis ager, talia & ſemina; & quales flores, tales & tincturæ; qualis operator, talis & creatio; & qualis agricola, talis & cultura. atque *Math. 7. & Luc. 6.* ſcribitur: Non poteſt arbor mala bonos fructus facere. Neque arbor bona malos fructus proferre. Cuius ſententiæ

Digitized by Google

initium refert gloſſ. *in verb. non infamata. in d. §. qui mancipia.* Et eleganti ſimilitudine inſinuat Theologus, dum ait in verbis tranſpoſitis:

Non etenim è ſquilla roſa naſcitur, aut hyacinthus:
Sed neque ab ancilla filius ingenuus.

Et ſub ſimili forma Horatius *libr. carminum 4. Ode 4.*

Fortes creantur fortibus & bonis,
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, neque imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et veridice huiuſmodi ſententiam, tanquam prouerbio celebrem, extulit Euripides, verbis tamen translatis:

Heus, heus, vt illi dictitant rectè, probum
Patre ab improbo non poſſe naſci filium.

Et Ariſtot. *Polit. 1. cap. 4.* ex quorundam ſententia ait: Sicut ex hominibus hominem, & ex beſtia beſtiam: ſic ex bonis bonum non generari. *& lib. 3. cap. 8.* Conſentaneum eſt (inquit) ex melioribus ortos eſſe meliores. Et iterum in præceptis Rhetorices, de cauſis ciuilibus: Nemini eſt obſcurum, qui ex bonis clariſque parentibus nati ſunt, eos conſentanee fieri ſuis maioribus non diſſimiles. Et Cicero *pro Roſcio Comœdo.* Nemo ex improbo patre probum filium naſci poſſe æſtimaret. Et Quintil. *lib. 5. de arg.* ſcribit, argumenta ſæpe à perſona eſſe ducenda. Nam ſimiles parentibus ac maioribus ſuis filii plerunque creduntur, & nonnunquam ad honeſte turpiterq; viuendũ, inde cauſæ fluunt. Diogenes Cynicorum Princeps, cum ebriũ in foro vidiſſet: illius (inquit) pater ebrius fuit. Autor Laertius, in quam ſententiã Martialis miratur, quod filia ebrioſi potaret aquam: dum ait *libr. 6. Epigram. ad Catullum,* Miror, quod Baſſi filia potat aquam.

Sunt & ad rem multa antiquis celebrata prouerbia, quale iſtud eſt: *Mali corui malum ouum.* Cuius meminit Gellius *lib. 5. cap. 10.* Et iſtud Homericum *libr. Odyſſeæ 19.* & iterum *Iliad. 22.*

E quercu, è ſaxis prognatus.

Vnde & illud Virg. *lib. 8. Æneid.*

Gensq; virum truncis, & duro robore nata.

Item illud Quintil. Generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu, & plura alia id genus.

Ex quibus illud procedit, vt præſumatur filius eſſe eiuſdem voluntatis & effectus cum patre, *l. ſi operarum iudicio. ff. de ope. lib.* Et ita dicit per illum text. Bald. *in l. liberti. colu. 1. ver. Op. 3. C. eod. tit.* per Dd. *in d. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* Propterea Alber. de Gandino *in tract. maleficiorum. tit. de præſumpt. & indiciis dubitatis. colu. 4. verſ. Præſumptio enim natura eſt.* Monetq; vt parentum eius, qui accuſatur, mores conſpiciantur, vt proinde etiam ſciamus, quibus ſit accuſatus moribus. Nam, qui bonos habuit parentes, bonus; qui malos, malus præſumitur, vt pluribus iuribus hic ante allegatis comprobatum eſt. Et pulchre dicit Ange. *in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit.* quod ex eo quis præſumitur tranſiuiſſe ad hoſtes, quod natus eſt ex progenie eo nomine infamata. Et ſequitur Barbat. *conſil. 53. incip. præclare optimus. colum. 8. lib. 3.* Et Ioan. Neuiza. *inter conſilia Alberti Bruni, conſi. 7. incip. patres conceſſerunt. col. 10.* Hæc Tiraquellus *in ſuis legibus connubialibus, ante legem ſeptimam.*

VIgeſimaſexta conſideratio; Inter populares ſiue plebeios ciuitatis præferri debent Primates: qui inter reliquos maioris poteſtatis vel dignitatis habentur: vt not. Luc. de Pen. *in rub. de Alexandriæ primatib. lib. 11. C. & in l. quinque ſummates. C. de decurionib. lib. 10.* Facit quod dicitur de Chriſto *Matth. 7. in fin.* Erat enim docens eos, ſicut poteſtatem habens. Et de his, qui habent aliquam autoritatem inter alios, quod ſint præferendi & honorandi: ſcribit ample Cæpoll. *in tract. de Imperatore militum eligendo. verſ. autoritatis.* Et dixi *in 1. part. in 31. conſid.* vt ſunt Nobiles & Burgenſes, vt dicit Ioan. Montaigne *in ſuo tract. de autoritate magni Concilii,* allegat *capi. 2. extra quod metus cauſa. & ca. propoſuit. de clerico excomm. miniſtrante. & c. literas. de præſumpt.* Et Luc. de Penn *in l. qui curia. C. de fundis. rei priuatæ. lib. 11.* Et ibi declarat, vnde dicantur Burgenſes, ſcilicet, à Burgis. Sed aliter accipiuntur in Gallia, quia eſt quædã præeminen-

Digitized by Google

eminentia inter plebeios, quæ quibuſdam acquiritur ex ſua declaratione: cum ſe declaret Burgenſem Regis. Et tales ſoluunt certum quid Regi, pro huiuſmodi iure & præeminẽtia. Et ex hoc etiam multa priuilegia conſequuntur: ſed cum non ſint apud nos, non inſiſto. Aliqui vero fiunt ex antiquitate domus, cum antiquiores dicantur Burgenſes. Reliqui vero tantum ciues vel habitatores. Et huiuſmodi Burgenſes cæteris ciuibus præponũtur, vt hic ante *in* 11. *conſid.* dixi. Et an in potentia ſit collocata felicitas, ſeu an potentia ſit ſummum bonum, vide Beroaldum *in ſuo opere de felicitate.*

VIgeſimaſeptima conſideratio; Diuites præferuntur cæteris in honoribus, vt habetur *in l. honor. §. de honorib. ff. de munerib. & honorib.* Cum de honoribus ſiue muneribus gerendis, facultates quoque an ſufficere oneri iniuncto poſſint, conſiderandum eſt. text. *in l. paupertas. & ibi gloſſ. ff. de excuſ. tut. & in l. ad ſubeunda. & ibi gloſſ. ad hoc clarior. ibi: vel poteſt dici. C. de decurio. lib.* 10. & notat gloſſ. *in rubr. Cod. quemadmodum ciuilia munera. ibi: quinto facultates. & ibi: facultas vt ſit ſufficiens. eod. lib. & dixi ſupra in* 1. *part. in* 44. *conſid.* ratio eſt; quia etiam diuites ſunt fideliores. vnde Iuuenalis l. 1. Sat. 3.

Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Et potius obſeruant pacta quam pauperes: quoniam, vt ait philoſophus, pauperes & miſeri cito flexibiles fiunt; & probat text. *in l. 3. in princ. ibi; & an locuples vel gens ſit, vt lucri cauſa quid facile admittat. ff. de teſtib.* Et propter paupertatem quandoque quis eſt ſuſpectus. *l. ſuſpectus. & l. ſuſpectum. ff. de ſuſpectis tuto.* vnde Lucas de Pen. notat *in l. fin. colum.* 2. *C. de ſpectaculis. lib.* 11 etiam per illum textum; quod quis ob timorem paupertatis de facili peccare præſumitur. vide eum ibi, quia plura ad hoc allegat. Saluſtius *in Catilinaria*: Semper in ciuitate, quibus opes nullæ ſunt, bonis inuident, malos extollunt, vetera oderunt, noua exoptant, & odio ſuarum rerum omnia mutari ſtudent. Ergo diuites ſunt præponendi; cum etiã magis credatur diuiti, quam pauperi, text. *in Anthent. de teſtibus. § ſancimus. ibi; aut diuitiarum. iuncta gloſſ. in eodem verb. coll.* 7. & probatur *in l. ſpadonem. §. fin. ff. de excuſat. tut.* vbi dicit text. Iam autem & qui modici patrimonii factus eſt tutor, affectaſſe videtur: & ideo ſuſpectus efficitur, *l. ſcire oportet. §. ſi. ff. de tuto. & cur. datis ab his.* Ad quod optime facit, quod notat Speculat. *tit. de teſtib. §. 1. circa princip. ibi; quarto fallit.* Et dicit Ioan. de Plat. *in l. ne quis. C. de dignit. lib.* 12. Debent enim diuites, contra quos nõ eſt turpis ſuſpicio lucri, & qui poſſunt debitum honorem dignitati impendere, eligi ad honores & dignitates, *dict. l. ad ſubeunda.* Nam etiam cæteris paribus ſunt diuites pauperibus digniores, *d. l. 3. in princip. ff. de teſtib.* Et hæc per plura alia comprobantur per Cæpollam *in ſuo tractatu de imperatore militum eligendo. in verb. diuitis.* vbi ponuntur multa priuilegia diuitum, & quæ diuitibus conceduntur.

In hanc ſententiam ſcribit plura Philipp. Beroaldus *in ſuo opere de felicitate*, vbi quærit, an diuitiæ ſint filiæ honorum. Et dixi *in ſequ. part. in* 54. *conſid.* & ante *in* 6. *part. in* 22. *conſi.* vbi ſcripſi, nobilitatem cauſari ex diuitiis ſaltem antiquis. Et diuitum & potentum laudabilia & vituperabilia ponit Luc. de Pen. *in l. 1. C. vt ruſticani ad nullum obſeq. deuocentur. col. 2. & 3. lib.* 11. vbi refert poſt Philoſophum 2. *Rhetoricorum.* Quod quædam mulier interrogata, vtrum melius foret, hominem diuitem eſſe, quam ſapiẽtem; reſpondit, quod ſæpius videbat ſapientes frequentare ianuas diuitum, quam diuites ianuas ſapientum. Et in quibus caſibus ſit melior conditio paupertatis, & in quibus deterior, recenſet idem Lucas *in l. fin. Cod. de his, qui nu. liber. excuſ. meruerunt. eod. lib.* 10. vbi enumerat 44. priuilegia paupertatis, & 17. incommoda ipſius. Et de priuilegiis paupertatis vide remiſſiones per Cæpollam *in loco ante citato.* De quibus etiam per Bernhard. de Buſt. *in 2. part. ſui Roſarii. ſerm.* 30. poſt Ioan. de Indagine, qui librum vnum ſcripſit de laude paupertatis, qui incipit: *Beati pauperes.* Et recurre ad Bartol.

Digitized by Google

in l.illicitas.§.fin.ff.de off.præſidis. Et Ioan.de Turrecr.*in c.pauper.11.q.3.* vbi octo priuilegia paupertatis refert, & per Doctor. *in l.ſi quis ad declinandam.C.de Epiſc.& cler.* Et dixi ante *in 9.part.in 32.conſid.* quod milites laudantur ex paupertate. Et multa hic poſſent accumulari in laudem paupertatis contra diuites: ſed quia parum faceret ad propoſitum, non amplius immorandum eſt.

VIgeſima octaua conſideratio; Honeſtus præferendus eſt inhoneſto & infami. Et habens bonam famam, anteponitur infami, argum.text *in l.1.in princip.ibi; Et an honeſte & inculpata vita, an vero quis notatus, & reprehenſibilis.* & iterum ibi; *vel propter perſonam, à qua fertur, quod honeſta ſit ff.de teſtib. & in Auth.eod.de teſt.b.§.ſancimus.ibi; bona opinionis eſſe oportet.* & iterum ibi; *quia inculpabilis atq; moderata vita eſt, coll.7.& c.1. ibi; abſq; vlla infam. extra de except.& ca.teſtes.2. q.7.& ca.ſuper eo.§.1.ibi; vbi vir ſuperior eſt diuitiis, & nobilitate potentia vel honore, extra de teſtib.* & Luc.de Penn.*in l.2.C.de dignit.libr.* 12.& per eundem ibi *in rub.col.& hoc eſt; quia bona fama eſt multum extollenda.* Ideo dicit Bernar.de Buſt *in ſer.31 in 2.par.ſui Roſarii in litera S.* quod bona fama omnibus rebus eſt præponenda, quam omnes appetunt, maxime Poetæ, vnde Ouid.*in 3.de arte amandi* ait:

Quid petitur ſacris, niſi tantum fama Poetis?
Hoc votum noſtri ſumma laboris habet.

Et iterum idem *ibi:*

Sed fama vigilare iuuat, quis noſcet Homerũ,
Ilias æternum ſi latuiſſet opus?

Per bonam enim famam homo viuit in æternum, text.& ibi notatur *in §.filii autem ibi; Hi enim, qui pro Republica. Inſtit.de excuſ.tut.& l.qua actione §.quis in colluctatione.ff.ad leg. Aquil.* vnde ſcribitur *Eccl.*30.Lux oculorum lætificat animam: Bona fama impinguat oſſa. De quo dicto vide hic ante *in 23.conſid.* Et idem ſapiens *Eccl* 41. Curam habet de bono nomine; bonum autem nomen permanebit in æuum, atq; idipſum magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni & precioſi: & quod cura ſit habenda de bona fama. text. *in clem.exiui.§.cæterum.in fin.* & Cardi.*de verb. ſignific.c.1.§.ad exhibendum.extra de ſacra vnctione.* Et ait Iaco. Beneuentanus *libr.*2. Ille beatus erit, cui bona fama viget. Et quæ quidem bona fama eſt nobis neceſſaria propter alios.1.*ad Timot.3.& c.non ſunt aud.edi.11.q.3. ca.nolo.12.q.1.& c.iubemus.de conſecrat diſt.*1. cum aliis allegatis per Luc.de Pen.*in d.l.2.col.4 C.de dignitatib.lib.*12.Et probatur hæc conſideratio ex dictis per Luc. de Penn. ibi, iſto modo. Honor namque dignitatis honeſtat homines. Nam illa ſunt honeſta, in quibus ſunt præmium & honor, vt dicit Ariſtoteles 1. *Rhetoricorum.* ſed è conuerſo maculatur dignitas, cum honor tribuitur inhoneſte, *l.2. C.ſi ſeruus ad decurionatum aſpirauerit. libr.* 10. vnde Ariſtoteles 4. *Ethicor.* inquit, quod ſolus bonus eſt honorandus. Itaque honor non debet tribui vilibus & indignis, vt dicit Saluſtius *in Catilina.* Quinimo ſolum honeſti ad adminiſtrationem ſunt dirigendi, vt *in Auth.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.eos autem.ver.ideoq; licebit.coll.2.* Ergo ex his ſequitur, quod ſi ſunt ſimul honeſti & inhoneſti, honeſti veniunt præferendi. Et ſic artifices honeſtioris artis præponi debent exercentibus artem vilem & inhoneſtam. Qui vero dicantur inhoneſti, & qui ſint exercentes artes viles, ſcribit Fr. Patritius *lib.11.de inſtitut. Reipublicæ.tit.*8. Et Luc.de Penn.*in l.maximarum. Cod.de excuſatio.muner.* vbi refert, quod omnes mercenarii, quorum opera venduntur, non quorum artes, ſunt ſordidi. Item etiam, qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim vendant. Nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur, vt ſcribit Cicero 1. *Officiorum.cap.*57. Nam etiam, vtplurimum, mercatores ſunt mendaces. 88.*diſt. c. eiiciens.& c.ſeq.* Lu.de Pen.*in l.1. C. de incolis. lib.*10. Item mercatura, ſi tenuis eſt, ſordida eſt: vt infra *iſta par.in 45.conſi.* Poſſunt enim viles cenſeri, qui huiuſmodi mercimoniis præſunt. argum *l.humilem. C.de nupt. & l.1. C.negotiatores ne militent.lib 12. & l.ne quis. C.de dignitatib.eo.libr.* Potiſſime, ſi vtenſilia vendunt, hoc eſt, eſculenta, & poculenta, vt *l.eos.in prin.ff.de decur.* Et hic tricoli Bononiæ dicuntur, vt *in l.1.gl.vlt.ff.de nundinis.* vbi Caliſtratus

Illuſtratus ait: Denique ſummæ prudentiæ, & autoritatis apud Græcos Plato, cum inſtitueret, quemadmodum ciuitas bene & beate habitari poſſit: inprimis illos negotiatores neceſſarios dixit. Apud nos vero regretarii. Negotiantur enim, & emunt inſimul à ruſticis, & reuendunt minutatim, ſeu ocioſe diſtribuunt ciuibus: ita Lucas *in d.l.maximarum.* vbi etiam ait, quod ſæpe tales mulctantur, eo, quia precio ſtatuto non vendũt, aut quia corrupta vendunt: ex quibus mulctari poſſunt, *l.2.C. de conditis in publicis horreis, lib.11.* Et vltra, quæ ſint artes viles: vide plures remiſſiones per Cæpoll. *in tract. de imperat. mil. eligendo. in verb. nobilitatis. in 18. opin.* de quibus non intendo hic dicere, nec de ſordidis, ſed de honorandis: & de vtraque ſpecie, vide infra *iſta part. 33. conſid.*

VIgeſimanona conſideratio; Diligens & vtilis præferendus eſt inutili & pigro, & de nihilo ſeruienti. Facit text. *in l. ſuſpectum. ff. de ſuſpectis tutor.* vbi ſunt verba Vlpiani. Enimuero tutor, quamuis pauper, eſt fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt. Et illa verba reaſſumuntur *in §. ſi inſtu. eadem ratio.* Cum turpe ſit ciuibus ignorare ſtatum ſeu artem, in quibus verſantur. argum. *l.2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iuris.* vnde inertes, id eſt, ſine arte, cogendi ſunt ad laborem & negotiationem, *l. vnica.* & ibi Luc. de Pen. *Cod. de mendic. validis. lib.11.* Et tales inutiles non afferentes fructum, reprobantur: vt habetur *Matth. 3. & 7.* Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Vel, quia etiam non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt, *l. in illa ſtipulatione. 2. ff. de verb. obligat. in clem. cupientes. de pœnis. in cap. de forma. 22. quæſtio. 5.* notat. gloſſ. *in verb. cuique. in princip. in leg. iuſtitia. §. iuris præcepta. ff. de inſtit. & iur. & Inſtit. eiſdem locis.* in gloſſ. *ius ſuum. in initio. quæ allegat c. non ſatis. 87. diſtin.* Sicut enim piger vituperatur. *Prouerb. 21. & 6.* Ab oppoſito laudanda eſt diligentia, quæ mater eſt omnium virtutum in ſuo quoque opere, *c. nihil. 88. diſtinct.* dixi *in præfatione huius operis circa initium.* Et alia plura ad hoc refert Lucas de Pen. *in d. l. vnic.* Ideo dicit Cicero *libr. 1. Offic. cap. 57.* Quibus artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris vtilitas quæritur, vt medicina, architectura, vt doctrina rerum honeſtarum. Hæ ſunt his, quorum ordini conueniunt, honeſtæ: vbi in hoc laudat artes, quæ afferunt vtilitatem. Inertes autem & ocioſi multum ſunt reprimendi, & à ciuitate expellendi: cum Athenienſes ignauos homines, & languore marceſcentes, qui vitam in ganeis & popinis, atque illecebroſis locis ſilentio tranſigebant, in forum protrahebant, eoſq;, vt facinoroſos & flagitioſos, ſupplicio plectebant: vt plene *in 1. conſid. huius part.* ſcripſi. Et refert Guil. Leporeus Heduenſis *in ſuo tract. artis memoratiuæ. lib. 4. ca. 10.* vbi de ocio diſſerit. Ocia ergo tollamus: cum pro omni verbo ocioſo reddituri ſimus rationem in die iudicii: vt ait Hieron. relatus *in ca. quoties. 22. q. 5.* & multam malitiam docuit ocioſitas. *Eccleſ. 33.* Et ocioſitas & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras animas captiuandas, *c. niſi cum pridem. §. verum. extra de renunt.* & ibi gloſ. *in verb. ocioſitas.* allegans illud:

Ocia ſi tollas, periere cupidinis arcus.

Et iterum:

Quæritur, Ægiſthus quare ſit factus adulter,
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Qui duo verſus etiam ſcribuntur *in c. nunquam. in gl. penult. de conſecr. diſt. 5.* vbi Hiero. hortatur ruſticum monachum, quod, cum in deſideriis ſit omnis ocioſus, faciat aliquid operis, vt ſemper Diabolus inueniat eum occupatum.

TRigeſima conſideratio; Cum pulchritudo in homine ſit dignitas, vt ait Cicero *libr. 1. Officiorum.* Ideo pulchriores cæteris præferri debent. Vnde Beroaldus *in ſuo opere de felicitate* ait: Sine bonis corporis (inter quæ enumerat pulchritudinem) non poſſe eſſe veram felicitatem. Et vt ait Ariſtoteles: Non ſatis idoneus eſt ad felicitatem homo penitus deformis. Eſt enim forma Dei munus. vt inquit Homerus. Deorum dona glorioſa nequaquam aſpernãda. Ideo apud Pla-

tonem *in Gorgia.* & *2.de legib.* cantio conuiualis celebratur, quam cantores in conuiuiis vſurpabant, ita concinentes: Optimum quidem eſſe bene valere. Secundo loco, formoſum eſſe. Tertio, habere diuitias bono modo partas. Et ibi Beroaldus infert quod ſine pulchritudine non poteſt eſſe abſoluta felicitas, ex qua plures laudati fuerunt: vt apud Homerum; Agamemnon, Achilles, Menelaus, Polyxenes, Nireus, Patroclus, Deiphobus, Æneas, Vlyſſes, Thelemachus, Euryalus, & alii, quos in membrorum formæque dignitate laudauit. Nec ipſe Homerus non tam laudauiſſet pulchritudinem in illis inuentam, aut non finxiſſet (vt aliqui opinantur) niſi doceret magnum illud bonum eſſe, & in oculis hominum collocãdum. Virgilius quoque Apollinem formoſum appellauit *Eclog. 4.* ibi; *formoſus Apollo.* Et *in libris Æneidum.* Lauſum, Turnum Auentinum, Iulum, Virbium, & plures alios in formoſitate & ſpecie laudat, & in Euryalo de hac re ita ſententiat:

Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus.

De quo meminit Alexan. *conſi. 209. incip. ponderatis his. col. 6.* vbi refert, quod Cyn. *in l. 1. in 3. q. ff. de iuriſd. omn. iudic.* dicit, quod in corpore pulchro reſidet anima virtuoſa: quia quo quiſque pulchrior eſt, eo magis virtus in illo refulgeat neceſſe eſt: de quo Orpheus extollit Iaſonem hoc pacto:

Clarius in cunctis diuus ſplendebat Iaſon:
Iuno etenim latos oculis afflarat honores,
Et pulchrum dederat, magnumq; & pectore fortem.

Plato vero *lib. 1. de legib. & lib. 6. de Republ.* Bona bifariam diuidit; alia ſcilicet, eſſe diuina, & alia humana: horum primum dicit eſſe ſanitatem; deinde pulchritudinem; tertio, vires ad curſum, & ad alios corporis motus; quarto, diuitias. Imo multi formam & pulchritudinem bonæ valetudini præferri non dubitarunt, moti ex hoc, quod ſecum pariter forma ſanitatem habere exiſtimetur, de quo Cicero *libr. Officiorum. cap. 35.* quo loco de temperantia diſſerit. Venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt à valetudine. Et Ambroſius *lib. 1. Officio.* Pulchritudo, inquit, ſupra ſalubritatem ac valetudinem videtur excellere: & tamen ſine his eſſe non poteſt, neque vllo ſeparari modo: quoniam, niſi bona valetudo ſit, pulchritudo eſſe ac venuſtas non poteſt. Et idem Cicero *lib. 4. Tuſculanarum quæſt.* Inter præcipua corporis bona, pulchritudinem primo loco collocandam inquit. Sunt enim in corpore præcipua; pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas. Etenim apud Poetas forma hominis, & pulchritudo ſemper in honore & pretio fuit, vt hic ante patet, quod & elegantius Titus Lucretius docet verſibus:

Condere cœperunt tum vrbes arcemque locare,
Præſidium Reges ipſi ſibi perfugiumque
Et pecudes, & agros diuiſere, atq; dedere
Pro facie cuiuſq; & viribus, ingenioq;:
Nam facies multum valuit.

Et non mirum, ſi Principes in diſtribuendis rebus formoſos cæteris anteponant: cum & antiquo tempore Principes & Reges apud pleroſq; diligebantur, qui forma cæteris præſtabant, vt dixi ante *in 5. part. in 18. conſid.* vbi dixi, Reges & Principes inter cæteros laudari ex pulchritudine: & decor corporis confert ad felicitatem in hoc mundo. Verum non ſolum Principes, ſed etiam plures alii laudandi ſunt ex pulchritudine, vt plures annumerat Textor *in ſua officina*, & vltra 60. ſub verbo, *formoſi*, vt etiam Iuriſconſulti & Aduocati: vt ſupra *in 7. part. in 49. conſid.* vbi dixi, Aduocatos ex pulchritudine eſſe commẽdabiles. De pulchritudine vero mulierum dixi *in 2. part. in 22. conſid.* & quomodo milites laudentur ex pulchritudine, *in 9. part. in 78. conſid.* dictum eſt, & iſta conſideratio ſit generalis ad illas.

TRigeſimaprima conſideratio ſit de Artificio. Quoniam mutat hominis conditionem, & potentius eſt officio, cum quadam namque perpetuitate diſcitur; & ex Artificio vberior & honeſtior quæſtus etiam percipitur. Notatur *in l. legatis. §. 1. in ver. officium. circa fi. ff. de leg. 3.* Lu. de Pen. *in l. C. de excuſ. artif. li. 10.* Ideo dicit Bar. *in l. ſeruis vrbanis. § ſi al. 1 ff. eod. de lega. 3.* quod Artificiũ ſuperat officium,

officium, niſi quis haberet plura Officia & Artificia, quia tunc attenditur id, in quo magis verſatur. Et ratio, quare Artificium extinguat Officium, eſt; quia Officium, in quo quis prius erat, non poteſt dici Artificiũ, & ſic nouum incipit habere: ſi autem prius erat in Artificio, & poſtea tranſiuit ad Officium, ſecus eſt, quia Artificium poteſt dici Officium. Hęc autem ratio ceſſare videtur, vbi ex Artificio tranſit ad aliud Artificium. Ideo Rogerius *in d. glo. Officium* reddit aliam rationem, quæ nõ ceſſat; quia Officium ideo non mutatur per Officium, quia Artificia potentiora ſunt, & cum quadam animi perpetuitate diſcuntur: eo, quod inde vberior & honeſtior quæſtus percipitur. Officia vero ad tempus propter neceſſitatem, vel inopias inſurgentes ſubeuntur, vt dicit *ibi gl.*

Aduerte tamen, vt intelligamus, id eſt, de quo eſt quæſtio, quod Artifex eſt ille, qui emit rem, & mutata forma vendit: vt eſt emens ferrum, & vendit enſes ex ipſo ferro fabricatos, & ſic de ſingulis. Pro quo facit tex. *in cap. eiiciens dominus. §. quicunque. 78. diſt.* quod facit ad limitationem *ca. quanquam. de cenſibus. in 6.* Quis autem ſit mercator, & negociator, ſcribit Alexand *in dict. l. legatis. & vide in d. §. quicunque. ſed latius infra dicam iſta part. in 45. conſid.*

TRigeſimaſecunda conſideratio; Artificium eſt ita neceſſariũ in Republica, quod non ſolum quis cogitur exercere Artem quã nouit: ſed etiam ignorans compellitur addiſcere. Ideo ſi in ciuitate aliquod Artificiũ fuerit neceſſarium, nec ſit aliquis ibi, qui illud exerceat, vniuerſitas ad hunc actum aliquem eligere poteſt, & debet & cogit facere, Artemque illam addiſcere, vt poſtea exerceat. argumento notatorum *in ca. ſuper ſpecula. extra de Magiſtris. 23. q. 1. in ſumma ca. quid ergo. 11 q. 3. leg. moris. §. ſed damnare. ff. de pœnis. l. ſemper. §. quibuſdam. ff. de iure immunit. ibi; neceſſariam operam, & l. 2. C. de ponderato. & auri illa tione lib. 10. & in Auth. de defenſorib. ciuit. §. & indicare. verſi. præcepta vero faciat. collatio. 3. & leg. 2. §. poſtea ne diutius. ff. de orig. iuris, & c. ex ſtudiis. extra de præſumpt.*

In his enim, quæ ad vitæ communis vſum pertinent, peccatum eſt laicis, niſi ſibiipſis inuicem fideliter operam dederint. *c. te quidem. & c. ſicut enim. 11. q. 1. & c. placuit. 90. d. c. clericus. cum ſeq. 91. d. & ca. in ſcripturis. 8. q. 1.* Nec enim deſidia blandiente quis reſpuere debet, quin obtemperet in his, quæ mater ſua Reſpub. deſiderauit: arg. *c. vos autem. 16. q 1.* Nam & ad militiam exercendam eliguntur tyrones *l. eadem. §. lege. ff. ad leg. Iul. repetund. & l. qui cum vno. §. 1. & 2. & §. eum qui ff. de re mili. & l. quod euitandi. C. de cond. ob tur. cau.* ita tenet Luc. de Pen. *in l. 1. C. de excuſ. Artificum. li. 10.* Et cum ſemel inceperint Artifices aliqui exercere officium, non poſſunt illud dimittere; verum ad hoc cogi poſſunt, vt recenſet idẽ Lu. *in l. 1. col. 4. C. vt ruſtici ad nullum obſeq. denot. li. 11.* Ex quibus pluries dixi in ciuitate noſtra. Quod cum aliquando deſint nec reperiantur, qui velint acceptare aliquod onus, ad faciendum aliquid, quod in Repub. ſit neceſſarium, vt de commiſſariis ad diſtribuendum victualia pro equis armigerorum ſeu militum ſtationariorum, ſecundum ordinationes Regias, quod ad hoc exercendum poſſunt cogi aliqui de ciuitate. Et etiam cum interdum deſint panes, aut carnes, aut alia id genus quæ fiunt, aut exercentur per aliquos mercatores, & per eos, qui de talibus ſoliti ſunt ſe intromittere, quod poſſunt cogi ad exercendum, & ad ea, quæ ſunt neceſſaria, inueniendum: prout ante faciebant, vbi ex deſidia eorũ (aut forte, quia carius velint vẽdere res mercales) mercari deſiſtãt, ex antedictis, & aliis per Lucam de Penna *in d. l. 1. C. vt ruſtici ad nullum off.* Facit tamen dubium ibi, an poſſint cogi ad vendendum potius in vno loco quam in alio. vide eum. Et quomodo Artifices ſint neceſſarii in Republica, hic ante in 1. conſideratione dictum eſt.

TRigeſimatertia conſideratio; Licet Budæus, vir bonarum literarum, dicat *in ſuo tractatu de aſſe, & partibus eius, folio mihi* 139. Artifices eſſe feces vrbium, vt & infra dicetur de aliquibus: tamen inter Artificialia eſt contentio de nobilitate, vt ſcribitur *in Viola animæ, in Dialogo 1. c. 1.* & teſte Bart. *in l. 1. col. 7. C.*

Digitized by Google

*de dignitatibus lib.*12. inter Artifices diſtinctio ſit talis. Nam quidam ſunt nobiles; quidam autem ignobiles. per text. & notata per Doctores ibi *in l.1.ante fin. C.de conditis in publicis horreis lib.*10. *& in l.prouidendum. in princ.C. de poſtulando.* Et iſto modo ſeruus & ancilla poteſt eſſe nobilis. vt habetur *Leuitici* 19. *poſt medium. ibi, quæ ſit ancilla etiam nobilis.* & de hac nobilitate loquitur Ariſtot. 2.*Eth.in prin.* vt refert Bonus de Curtili *in ſuo tract. de nobilitate in 2.part.*

Facit etiam dictum Sabellici *li.* 10.*ſuorum exemplorum.* Pulchrum eſt (inquit) in omni artium genere excellere; & quia pulchrum, & optabile, idcirco natura homo deſiderat cæteris omnibus in ſuo ordine præſtare. Quo enim altiora ſunt ingenia, eo magis laude efferuntur, acriuſque nituntur in arduum, laudis cupiditate. Et ait Caſſiodorus 1.*variarum Epiſtolarum* 13. Quod ars eſt decus vrbium, vt refert Luc.de Pen.*in rub. C.de excuſat. Artificum li.*10. Et æquiparantur à lege aliquem ali, & artificio erudiri. per tex.*in l.1 in fin.C.de infantibus expoſitis. ibi: vt ſi qua in alendo eo, vel forte ad diſcendum Artificium iuſta conſumpta fuerint, reſtitues.* licet alias aliqualiter differãt. *l.impenſa.ff.de verb.& rer.ſignif.* Et interdum Ars laudatur: vt ab Auguſti.4.*de ciuit. Dei.* vbi dicit: Ars eſt virtus, bene recteque viuendi. Et pro hoc *Eccleſiaſt.*38. vbi de multis Artificibus præmiſſio ſubiungitur. Omnes hi in manibus eorum ſperauerunt, & vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt, ſine his omnibus non ædificabitur ciuitas. Item appellatione inopum non continentur Agricolæ, nec Artifices.*c.quod ſuper.*§ 1.*extra de voto. facit l.filii.* §. *vlti.ff.ad municipales.* Et licet ab operariis ſeu Artificibus vectigal exigitur. *l.ad reparationẽ. C.de aquaductu lib.*11. Veruntamen hi odioſe grauandi non ſunt; imo leuandi, ſi ipſorum Artificium vtile eſt in ciuitate. argumen. *leg. ad beſtias.ff.de pœnis.c.quæritur ante finem. ibi, probatur hoc.*22.*queſt.*2. Honor enim alit artes, ait Tullius *lib.Tuſculanarum quæſtionum.* Et propterea his Artificibus conſueuerunt ruſtici immunitatem concedere. *l.vacuatis.Cod.de decurio.libr.*10. Nam & à pluribus oneribus Artifices ſunt immunes. *leg.*1. *Cod. de excuſat. Artificum.eod.libr.* & agricolæ *l.*1. *C.de agricolis, & cenſitis lib.*11. de quibus infra *iſta part.in ſequen.& 37.conſi.& l.fi.ff.de nundinis.* Imo, & omnes artes perutiles, & ex hoc fouẽdæ ſunt; vt enim ait Tullius 2.*de Officiis.* Quid enumerem artium multitudinem, ſine quibus vita omnino nulla eſſe potuiſſet? Quis enim agris ſubueniret, quæ eſſet oblectatio valentium, quis victus aut cultus corporis, niſi tam multæ nobis artes miniſtrent: quibus rebus ex cultu hominum tantum deſtitit à victu, & cultu beſtiarum? Et quomodo ars generaliter ſumpta, multa comprehendat; vide Lucam de Penna *in rub.& l.1.in princ.Cod.de excuſa.artificum.li.*10. vbi dicit, quod magi dicuntur habere artem.

Verum Artifices à pluribus honorib. ſunt arcendi: cenſentur enim quidam Artifices ignobiles.*tex.in* §.*ſancimus. & ibi notat gloſſ.in verb.ignobiles.in Authent.de teſtib.collat.*7. vnde *Eccle.*38.iam ante allegat. præmiſſo de pluribus artificibus ſubiungitur. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in Eccleſiã non tranſilient. Super ſellam iudicis non ſedebũt, & teſtamentum iudicii non intelligent, neq; palam facient iudicium, & diſciplinam, & in parabolis non inuenientur: ſed creaturam æui confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis, accommodantes animas ſuas, & conquirentes in lege altiſſimi, nec eſt grande lucrum ipſorum Artificũ, iuxta illud:

Eiurit ars, decreta tument, lex lucra miniſtrat.

TRigeſimaquarta conſideratio; Multi Artifices deſcripti *in l.1.C.de excuſat. Artific. lib.* 10. in hoc priuilegiantur, & honorantur: quod à muneribus perſonalibus ſunt immunes, qui ſcilicet ſunt ſequentes.

Architecti, hoc eſt, Artifices principales, qui ædificiis conſtruendis, & tectis præſunt, de quibus ĩ *iſta par.in* 42.*conſid.* & de his fit mẽtio *in leg.vlt.ff.de iure immunitatis.*

Medici, de quib. *in præced par.in* 25.*conſid & infra iſta par.in* 48.*conſid.*

Statuarii, de quorum excellentia, & laude hic, ĩ *in* 43.*conſid.*

Mar-

Marmorarii, de quibus *in d. 43. conſider.* & de excellentia marmorum dixi *in ſequ. part. in 91. conſid.* & ſunt illi, qui marmora cædere, vel æquare ſciunt, aut qui marmoratum opus faciunt.

Lecticarii, vt ibi exponit gl. & ſequitur Luc. de Pen. ſunt, qui faciũt breues lectos, de quibus habetur *in l. ſi ex toto. §. ſi ita legatum ſit. ff. de leg. 1. & in leg. legatis. §. 1. & 2. ff. de legat. 3.* vbi gl. vtrobique exponit lecticarios pro illis, qui ſciunt facere lecticas. Aliter tamen exponit Pyrrhus *in d. l. 1.* ſcil. pro illis, qui dominum in lectica portabant.

Actuarii, vt dicit gloſſ. ſunt, qui faciũt machinas inſtar lacus, vel torcularis. Alii dicunt veram eſſe lectionem Arcarii, hoc eſt, qui arcas faciunt, quorum mentio eſt *in l. vlt. Cod. de iure immunit.* Tales etiam vocantur ſcriniolarii.

Actuarius vero habetur tanquam Notarius, & qui acta publica ſcribit: de quo hic ante *in 9. conſid.*

Clauicarii, & tales poſſunt dici, qui claues, ſeu clauos aut clauas faciunt: & ſic ſunt fabri clauium, clauorum aut clauarum. Sicuti Luc. de Pen. *in d. l. 1.* annumerat Securios, hoc eſt, forte qui ſecurim ſeu inſtrumenta ad ſecanda ligna, & id genus ferramentorum fabricant, & Clauſtrarii etiam dicuntur, qui claues, & cætera, quæ ad claudenda oſtia pertinent, laborant.

Quadrigarii, qui faciunt quadrigas, vt declarat gloſſ. Sed etiam quadrigarius ductor quatuor equorum in quadriga ſeu curru iunctorum dicitur, qui & plauſtrarius vocatur: de quo *in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi ex plauſtro. ff. ad leg. Aquil.*

Quadratarii, qui faciunt lapides quadratos, vt fuerunt ſancti quatuor coronati, vt ibi gl. exponit: ſed Pyrrhus ibi ample exponit, & dici poſſunt latomi, qui operantur in lapidib. cædendis, & quadrandis; vel qui lapides inciſos, & ſtructuram conſtituere & componere ſolent, quos ſtatuentes, ſeu collocatores vocant. Et loco vocabuli Græci pectas *in d. l. poſiti*, dicit Luc. de Pen. ibi melius ſtare ſepta, exponens ſepta pro his, qui faciunt clauſas ex quacunque materia ſit: vt in medio aluei libere fluat aqua *all. l. 1. §. ſepta. ff. de riuis*, & hos foſſores dicere poſſumus.

Structores, id eſt, ædificatores murorum, & qui muros faciunt ex minutis lapidibus forte.

Sculptores ligni, id eſt, inciſores, ſecundum gl. ex quibus poſtea ſtatuæ, vel aliæ operationes fiũt. Et bene dicit *ligni*, quia ante de marmorariis, & ſtatuariis dixerat lex, hoc eſt, de his, qui cædendo ſtatuas aliquas in marmore, & aliis lapidibus, aut in ære ſeu ebore faciunt, & ſculpunt.

Muſcarii, quia multi in expoſitione huius vocabuli muſſitant, & credo eos diuinare; ideo pro tuo arbitrio expone, licet Pyrrhus dicat, eos forte gypſarios eſſe: vel qui aurum aliquo colore obſcurant (quod nos emalliare dicimus) quod illic, vel muſcæ interdum, vel flores depingi ſoleant, vel quod muricare à murice legi debeat.

Deauratores, qui res auro cooperiunt, vel cælant: inquit Lucas.

Albini, quos Græci comatas dicunt: vt eſt text. *d. l. 1.* ſed Pyrrh. poſt Alciatum dicit legẽdum eſſe, coniatas, vt per Albinos, Albarioſve intelligamus eos, qui albario muros ſpargũt: & hoc magis quadrat, teſte Pyrrho. Eſt autem albarium (ſecundum eum) calx ipſa liquefacta, qua muri exalbantur ac renouantur. Sed Lucas ibi legit comatas; de hoc remittens *ad l. pen. § in Ægypto. ff. de extraord. criminib.* vbi vero text. eſt: in Ægypto, qui comata rumpit, vel diſſoluit, plectitur extra ordinem. Hi ſunt aggeres, qui quidem ſolent aquam Niloticam continere: ſed de his, qui aggeres & foſſata ſciunt facere, dictum eſt ante in verbo *Quadratarii*.

Argentarii, qui dicuntur campſores ſeu numularii, de quibus *in l. prætor. ff. de eden.* vel, vt dicit gl. qui pingunt in argenteo colore, & de his Budæ. *in l. hominem. §. quoties. ff. de depoſ.* vbi dicit, quod argentarii Romæ tabernas in foro publico conductas habebant: de his hic infra *in 38. conſid.* dicetur.

Barbacarii, gloſſ. Accurſii dicit eos eſſe, qui faciunt recepta, quæ alias dicũtur barbacana,

ſed melius putat ibi eſſe legendum Pyrrhus, poſt Alciat. Barbaricarios, qui barbaricas veſtes intexunt, quas Barbaras & Babylonicas vocat Apuleius *in Floridis*. Hic quoque (vt ait) Phrygiones dicebantur, qui ex auro, & coloratis filis in veſtibus hominum, animaliumq; effigies exprimebant.

Diatrecarii, gl. dicit, quod ſint illi, qui faciunt calices de vitro: pro quo allegat *l. ſi ſeruus ſeruum, §. calicem ff. ad leg. Aquil.* eo forte ſic dictos, quia de facili terantur ſiue rumpantur. Et quamuis (teſte Alciat.) legi poſſet *Diabatrarii*, hoc eſt, coriarii, ſutores: tamen melius ſtabit ſecundum Pyrrhum in ſequendo Budæum, *Diatrecarii*, hoc eſt, tornatores; quamuis etiam ſecundum eoſdem diatrocharii dici poſſint, & ſunt, qui rotas pilaſque ligneas faciunt, & caros.

Ærarii fuſores, qui fundunt æs, glo. exemplificat, vt qui campanas faciunt, vel ſimilia, vt vaſa ænea: vel dic ſecundum illam gl quod ſunt duo vocabula ſeparata, Ærarii ſcilicet, qui operantur in ære, & qui faciunt vaſa ęrea, & Fuſores, qui fundunt æs, ex quo fit lamina, aut aurea, argentea, aurichalcea, ſtannea, plūbea, ferrea, electrea, aut ærea, ſiue ex alio metallo: quia æs capitur pro omni metallo, pro quo facit tex. *in l. vlt ff. de iur. immun.* vbi per ſe ponuntur Ærarii. Et, vt dicit Lucas, Fuſores alias Foſſores legitur, de quibus tamen dictū eſt. Et aduerte, quod quidam Theodorus nomine, primus ferrum fundere docuit, & ex eo ſtatuam fecit ferream.

Signarii, qui faciunt ſigilla, cum ſignū pro ſigillo capiatur, facit *l. 3 iuncta gl. §. hoc interdictum ff. de tab. exhibend.*

Fabricarii, qui dicuntur Fabri, *in d. l. vlt ff. de iur. immun.* Et dicuntur Fabri Magiſtri etiā de lignamine, vel murorum, vt not. gl. *in verb. fabrorum, in §. certe, Inſt. de rer. diuiſ.* facit *l. 1. §. item Iulianus ff. de eo, quod certo loco.* Vel etiam magis proprie á ferro, & inde Faber Ferrarius in omni terra Iſrael, *vt habetur 1. Reg.* 13. Et Faber Lignarius dicitur non ſolum is, qui ligna dolaret, ſed omnis qui ædificaret, *l. ferri, in fin. ff. de verb. & rer. ſignificat. de quo vide infra hac parte. in 42. conſid.*

Bracharii, à longis brachis Teutonicorum vel torcularium, quæ pro fœmoralibus accipiuntur, quibus pudenda teguntur, ſicut vulgariter accipi ſolent. Vnde Ambr. *lib. 1. off.* Sacerdotes (inquit) veteri more brachas accipiebant, ſicut ad Moyſen dictum eſt à Domino: & facies illi brachas lineas, vt tegatur turpitudo pudoris, à lumbis vſque ad fœmora erunt. Vocantur enim ſubligaria, ſeu ſubligacula campeſtria, ſuccinctoria, fœminalia, lubaria, & perizomata, vt habetur *Gen.* 3. Cumque cognouiſſent, Adā & Eua, ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Ex quibus elicitur, quod poſt tranſgreſſionem ipſi Adam & Eua primum ſartoris artificium exercuerunt, faciendo ſibi brachas: & ſic illud indumentum fuit prius ab eis inuentum, quam aliud, vt vſum integendis verecundis præſtaret. Hodie loco bracharū habemus & vtimur caligis, quæ à planta pedis ad vmbilicum tibias & alias partes corporis obtegunt.

Particarii, vt eſt tex. *in d. l. 1.* ſed Pyrrhus voluit legere *Perticarii*, quos putat eſſe menſores ſeu menſuratores ad perticam, de quibus Budæus *in l. vlt. ff. ſi menſor falſum modum dixerit, & in tractat. ſuo de aſſe, in diuerſis locis.* & Textor *in ſua officina in c. menſuræ quædam fol. mihi* 272. Sed forte bene ſtaret *Particarii*, & tunc dicētur negotiatores particulatim, hoc eſt, minutatim vendentes, de quibus hic ante *in 28. conſid.*

Libratores à libra (vt ait Accurſius) id eſt, Ponderatores à pondere: cum libra & pondus idem ſignificent, vt ſcribit Budæus *in lib. de aſſe, in principio libri 1. & in 2 libr. non prope initium.*

Figuli, qui faciunt vaſa ex terra in figuris, *vt l. vlt. ff. de ſeruit. vrba pred.* & iſti Græce dicuntur Ceramei, & non Cenanei.

Aurifices, qui faciunt vaſa aurea, vel annulos, vel id huiuſmodi, de quibus *hic infra in 38. conſid.*

Vitrarii, qui artificioſe de ferro vel de materia trahunt vitrum, vel fundunt. Et iſti apud nos pro nobilib. reputantur, ex quo aliis præferendi ſunt: de quibus *ī. iſta par. in 43. conſid.*

Plum-

Plumbarii, qui extrahunt plumbum.

Specularii ſunt, qui faciunt ſpecularia, &, vt dicit Budæ. *in l. ſylua cadua, ff. de vſufructu.* & Blondus *in 9. libro, de Roma triumphante.* Specularia in domus ornamento fuerũt, quæ nunc per vrbes, Eccleſias, præſertim ad vmbonem ſiue pulpitum Lectionariis paratum videmus, marmora diuerſi coloris ita expedita; vt ſpeculi vices reddant, quibus priſcorum domus, & ipſis in fornicibus & porticibus ornabantur.

Eborarii, qui faciũt opera ex ebore, vt habetur de eboreis tabulis *in l. 2. §. poſtea. ff. de orig. iur.* dicit tamẽ tex. ibi, in tabulis eburneis.

Pelliones dicti ſunt, qui veſtes pelliceas aut alia quæcunque opera ex pellibus conficiunt, qui primo à Deo inſtituti fuerunt. Nam ſcribitur *Geneſ.* 3. Fecitque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & emiſit eos de paradiſo voluptatis. Lucas vero alias legit Polliones. Pollio vero flos tritici dicitur: inde Pollinarii, qui cribrum faciunt de lino, non de ſetis equorum ad pollinem purgandum. Nam cribra, quæ ad excutiendam farinam fiunt, excutoria dicuntur, vnde Plinius *libr.* 18. Cribrorum genera Galli è ſetis equorum inuenere; Hiſpani cliuo excutoria, ac pollinaria.

Fullones vero ſunt, qui maculas è pannis detergunt, & eorum ars vocatur fullonica, vt *in l. aequiſſimum, §. fructuarius, verſ. item ſi domus, ff. de vſufr. & l. apud Trebatium, in prin. ff. de aqu. pluuia arcend.* & ſunt illi, qui lauant pannos ac telas: & dicit text. *in § fin. inſti. de mandato.* quod Fulloni dantur veſtimẽta polienda curandave, & dicitur, vt ait gl. pen. qui tingit & lauat pannos, & etiam pollit eleuando ſuperflua: & ibi etiam addit, quis ſit Sarcinator: & proprie is eſt, qui ſarcit veſtimẽtum, vel ſciſſum conſuit.

Carpentarii dicuntur proprie fabri lignarii, qui carpenta conficiunt. Et carpentum genus eſt currus ſeu vehiculi. Sed ſecundum Iſidor. *lib. Etym. vlt. c.* 12. eſt currus pompaticus, quia in pompis ſolebat haberi, & in quo matronæ & nobiles vehebantur. Vnde Ouid. *li.* 1. *Faſtorum:*

Non prius Auſonias matres carpẽta vehebãt,
Hæc quoq; ab Euandri dicta parẽte reor.

Quaſi carpentum à Carmenta Euandri matre dicatur.

Sculptores ſecundum aliquos text. *in d. l.* 1. ſed Lucas ponit loco illorum Sutores.

Dealbatores (ait gl.) armorum, vbi debent fieri ſubtiliſſimæ picturæ de quocunq; colore, & vulgo, *Forbiſſeurs.* Sed quia dicit de quocunq; colore, videtur tũc non eſſe dealbatio: ſed tamen prius fit dealbatio & nitor, quam pingãtur arma. Ideo potius dici videntur illi, qui dealbant muros & parietes ex calce alba, vulgo, *Planchiſſeurs.*

Et in hac ciuitate Heduenſ. ſunt excellentes, qui conducuntur à multis Prælatis & Nobilibus diuerſarum regionum, ad dealbanda templa & palatia, & quod ante dictum eſt, Albini, iunge deauratores Albini.

Cluſores, alias Clauſatores ſecundũ nonnullos: tamen nulli exponunt, quid importẽt hæc vocabula; & forte dicuntur, qui faciunt clauſuras, hoc eſt, fabri lignarii, qui portas & feneſtras ad claudendum domos faciũt, cum cludo olim pro claudo accipiebatur, & in vulgo *Minuſiers.*

Trigarii, qui faciunt vehicula ex tribus rotis: vnde trigagenus currus habens tres rotas, ſicuti bigæ habent duas.

Signarii ſuperfluit *in d. text. l.* 1. quia ante de eo dictum eſt. Ideo Lucas ſcribit *Tignarii,* hoc eſt, fabri non ſolum ii, qui tigna dolãt, ſed etiam qui ſolaria lignea, hoc eſt, qui trabes cęteraſque ad tabulata domus vtilia, & omnes, qui ædificant, intelliguntur, vt inquit Caius Iuriſconſultus *in l. ferri, §. fabros, ff. de ver. bor. & rerum ſign.* Quia tigni appellatione omne genus materiæ (ex qua ædificia conſtant) ſignificatur, vt ipſe Caius ait, *in l. in tigni. ff. eod. titul.* vel, vt idem Lucas ait, pone Tinarii, hoc eſt, qui faciunt tinas, quæ erant vaſa non ampla, apud antiquos vinis plena menſis adhibebantur, vnde omnibus licebat haurire, & ſic inter epitrapezia numerantur: etiam ſub hoc vocabulo apud nos habentur. His etiam è ligno fabricatis muſta cum vinaceis ebulliunt, & ſic cupæ dicuntur. Pyrrhus vero in di-

Digitized by Google

ﬁcto loco Ciſiarii legit, qui ciſium ducunt, quod vehiculi biroti genus eſt: pro quo eſt lex Vlpiani, *in l. item quæritur*. ſi Ciſiarius, id eſt, carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit, *ff. locati & conducti*. & ibi Budæus *in ſuis annotat.*

Bracteſtarii (vt dicit Accurſ.) ſunt, qui faciunt quædam rotunda, & volubilia in freno circa caput equi, & hi dicuntur Pentalargæ, à penta. quod eſt quinque, & largæ, id eſt, latæ, quaſi quinque latæ, & volubiles rotulæ, quia tantum quinque debent eſſe, vt dicunt Frenarii, & ſic ipſis Opificibus, & ipſis rotulis cõuenit nomen Pentalargæ. Budæus vero *in leg. apud Labeonem, ff. de praeſcript. verb.* vbi fit mẽtio de vaſculariis, dicit, quod inter Artifices ſunt Vaſcularii, Cælatores, Inauratores, & Bracteſtarii, id eſt, qui aurum malleis tuſum, & ad quamuis tenuitatem ductile rebus inaurandis inducunt, & ita tenuiſſimas laminas ex auro, argento, vel alio metallo faciunt. Et, vt ait Pyrrh. non debet legi, Pentalargæ, ſed Pẽtalurgi. Petalem enim bractea, ſeu folium de bracteis dicitur.

TRigeſimaquinta conſideratio; Inter plures Artifices eiuſdem artificii præferuntur illi, qui ſunt Artifices Principum, cum dicantur habere dignitatem, vt habetur de coquo Principis, qui dicitur Artifex, ita, quod venit inſtituto faciente mentionem de Artificibus, vt dicit Franc. de Crema *in notabili ſuo 98. incip. ſtatuto cauetur, per l. ſi quid venditor, §. fin. ff. de ædil. edict.* Martial.

Non ſatis eſt ars ſola coquo ſeruire palato,
Namq; cocus domini debet habere gulam.

Et dicitur habere dignitatem, vt tenet Ludou. Rom. *ſingul. ſuo 649*. Et etiam dicit eum habere artem, & officium, ratione, cuius officiis præfertur, *gloſſ. in verbo, coquus, in l. legat. 3.* ita etiam tenet Fel. *in rubr. de offic. & poteſtate iudic. delega. col. 2. verſ. tribus modis*. Imo dicit Ioan. Andr. *in c. 1. de ſagitta.* quod coquus delicatorum ciborum dicitur habere officium, & artem, alleg. text. *in c. ne tales, de conſecr. diſt. 5.* & de coquo Principis, qui habet officium, vide Iacobin. de S. Georg. *in l. 1. in prin. ff. de iuriſd. omn. iud.*

TRigeſimaſexta conſideratio; Inter plebeios præferendi ſunt, qui habent officium, & ideo, cum habere cuſtodiam portarum, & paſcuorum ſit officium, vel tenere ſtationem ad vendendum ſal & oleum, dicatur officium: ideo videntur præferendi aliis. Sed quia huiuſmodi officia ſunt vilia, vt dicit Iaco. de S. Georg. *in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud.* ideo non præſtant aliquam prælationem inter alios. Exemplifico aliter in habentibus officia in ſua arte, & miniſterio, vt in pluribus ciuitatibus regni, vbi ſunt Magiſtri operum ſeu Architecti: in quo opere ſunt Artifices, puta inter latomos in ciuitate Pictauienſ. eſt Magiſter operum in illa arte: & illud officium conceditur à Rege, & habet certa iura & priuilegia vltra alios eiuſmodi Artifices: & de damnis, ruinis murorum, vel parietum, vel quomodo de nouo conſtruendi, ſolet iudicare. Et dum ſtudebam legibus in vniuerſitate Pictauienſ. Carolus Contant exercebat illud officium, cuius hoſpes eram, & compater fui leuando Bartholomæum vnum ex filiis ſuis ex ſacro fonte: & pro certo probus vir erat, multum expertus in ſua arte, atque laudandus: & cum id officium haberet à Rege, hac ratione quandam dignitatem & præſtantiam in ſua arte habere videbatur. Et huiuſmodi Magiſtros operum Rex creauit in vrbe Diuionenſi.

TRigeſimaſeptima conſideratio; Præmiſſis his generalibus, ad nouem particulares modos plebeiorum hic ante *in 2. conſid.* expreſſos noſtra ſe conuertit oratio. Et primo de primo modo, ſcilicet de Agricolis, laude & honore illorum, qualemcunq; honorem mereantur inter plebeios: & licet videatur, quod nullum merentur. per text. *in l. 1 & 50. colum. 2. Cod. de agricolis & cenſitis, lib. 11. & l. 1. Cod. de agricolis & mancip. dominicis, lib. eod.* vbi dicit Iacob. Rebuff. quod Agricultores, & Foſſores vinearum non debent eligi in Conſules, vbi eſt copia aliorum ſapientum. Quoniam inde eorum eſſet conſulatui tales eſſe cõſules, niſi in defectum aliorum, vt ibi notatur, & per Luc. de Penn. *in l. 2. column. 3. Cod. de agricolis & cenſitis, eodem lib. 11.* vbi ſcribit, ad quæ munera teneantur. Agricultura tamẽ eſt laudanda,

Digitized by Google

danda, quoniam (vt inquit Cicero *libro* 1. *Officiorum.*) omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Ex libro vero de ſenectute ſic ait: Venio ad voluptates Agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quæ nec vlla impediuntur ſenectute, & nihil ad ſapientis vitam proxime videtur accedere: habet enim rationem cum terra; quæ nunquam recuſat imperium, nec vnquam ſine vſura reddit, quod accepit. Agroque ornato & bene culto nihil poteſt eſſe nec vſu vberius, nec ſpecie ornatius; quin etiam ſatis eſt accommoda ad fugiendum odia ciuitatum. Vnde Terentius *in Eunucho*: Ex meo propinquo iure hoc capio commodi: neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit. Optimus etiam populus eſt, qui terræ cultiuus eſt: vt ſcribitur 7. *Politic.* & refert Luc. de Pen. *in rubr. Cod. de agricol. & cenſi. lib.* 11. Ample de laude rei ruſticæ ſcribit Beroald *in quadam oratione, quam fecit in enarratione Georgici carminis*, vbi ait poſt Varronem: vitæ hominum duæ ſunt, ruſtica & vrbana, quę quemadmodum loco diſtinctæ ſunt, ita temporis interuallo ſeparatæ. Longe enim antiquior ruſtica eſt: cum rura diu ante vrbes inuentas homines coluerint, & immenſo annorum numero Agricolæ vrbanis antecellant, & merito. Cum diuina natura dederit agros, ars humana ædificauerit vrbes. Ipſam vero ruſticam vitam eruditiſſimi diuiſerunt in paſtoriciam & agriculturam. Alia nempe ſcientia coloni eſt, & alia paſtoris. Neque idem ſunt paſtio & agricolatio. Quæ ab exiguis profecta primordiis ad id dignitatis proceſſit, vt ruſtici vrbanis præponerentur: vt apud veteres Romanos ruſticæ laudatiſſimæ iudicarentur: vrbanæ vero ignominioſæ. Et apud antiquos Græcos illuſtriſſimus quiſq; paſtor erat, ex quo alios polyarnas, alios polymelas, alios polybutas vocarunt; à multitudine videlicet agnorum, ouium, ac boum. Romani vero, cum virũ bonum laudabant, eum bonum agricolam, bonumque colonum appellabant. Ampliſſime enim laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur. In tanto denique honore, tantaque æſtimatione apud priſcos fuit ipſa ruſticatio, vt Imperatores Romanos non puderet manib. triumphalibus colere agros, tractare ſemina, diſponere arbuſta, & eadem diligentia metiri arua, qua caſtra: & eadem cura exercere ligones & ſarcula, qua gladios & pila. Ipſi proceres vrbis in agris morabantur, &, vt inquit Elegiarum ſcriptor:

Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat.

Et cum conſilium publicum deſiderabatur, à villis acceſſebantur in ſenatum, ex quo viatoribus nomen eſt inditũ. Senatores, Duceſque in vrbem accerſentibus, vt inquit Columella *in præfatione.* Aranti enim Cincinanto viator attulit dictaturam. Seranum inuenere ſerentem oblati honores. Potius Cato ille Cenſorius, & omnium bonarum artium Magiſter, agricolandi ſtudioſiſſimus fuit; & villaticis voluptatibus inprimis oblectabatur. Inter alios quoque Abdolomino agrum colenti regimẽ Tyriorum vltro traditum eſt, & vltro oblata ſunt regiæ maieſtatis inſignia. Præterea nobiliſſimarum familiarum non aliunde cognomina accepta ſunt, quam à rebus ruſticanis. Nam Fabii, Lentuli, Cicerones à leguminibus (quæ quiſque optime ſereret) cognominati ſunt. Piſones à pinſendo nuncupati. Multa quoque nomina habemus veterum Romanorum, partim à maiore, partim à minore pecore deducta. Nam Iunios Bubulcos, Statilios Tauros, Pomponios vitulos cognominauerunt; & Portii Catones, & Annii Capræ inde dicuntur, & Romanum populum à paſtoribus eſſe ortum omnes prędicant.

Item, ex agricolis milites gignuntur ſtrenuiſſimi; & optimi tyrones, ex robuſta ruſticorum iuuentute deligebantur. Firmiora etenim ſalubrioraque ſunt corpora eorum, qui ſub dio artus roborant, foriſque verſantur, quam qui in vrbibus intra conſepta vmbroſa deſides cunctantur. Et hinc eſt, quod Græci, Romanique templa Æſculapio, medicinæ Deo, extra vrbes ædificabant. Quia videlicet credebant fidelius conſtantiuſque illos valituros, qui in agris, quam qui in ciuitatibus

Digitized by Google

bus habitarent. Hinc illa veterum Romanorum maſcula proles agreſtibus operibus exercitata, & ſub dialibus durata laboribus bellicos tumultus, martiaſque exercitationes facile ſuſtinuit, & adu erſus externos hoſtes victrix extitit. Enimuero tempora illi ita partiebantur, vt nonis tantum, & idibus res vrbanas reuiſitarent, reliquis ſeptem diebus res ruſticas exercerent. Vnde & nundinarum conuẽtus conſtituti. Præterea, cum mercatorũ quæſtus ſit periculoſus, & calamitoſus; cum fœneratorum inhoneſtus & dedecoroſus: cum opificum ſordidus & illiberalis: ſola eſt agricultura, ex qua quæſtus ſtabiliſſimus honeſtiſſimuſque conſequitur, minimeque inuidioſus. Quam Ariſtoteles in Oeconomicis potiſſimam ſecundum naturam poſſeſſionũ eſſe commemorat, in qua Catonis oraculum, vitam quæſtuoſiſſimam indicauit. Scropha vero pratis primatum bonitatis dedit, à quo antiqui prata parata nominauerunt. Hinc locupletes appellati loci, hoc eſt, agri pleni. Et ipſa pecunia ipſumque peculium à pecore nomen ſortitur, quod in ruſticatione quæſtuoſiſſimum eſt. Quod vnum diuitiarum genus apud veteres vſurpabatur. Nonnulli tamen volunt pecuniam à nota pecudis eſſe appellatam, qua ſignatus fuit ex ære nummus à Seruio Tullio Rege Romanorum. Theſeũ quoque apud Græcos memoriæ proditum eſt, ſignaſſe nummum bouis nota, vt ita ad agricolationem Atticos prouocaret.

Quin etiam ſcriptores inclyti fortunatiorem, beatioremque ruſticorum vitam, quam vrbicorum eſſe dixerunt. Et olim Delphicus Apollo Aglaum Pſophidium dixit eſſe feliciſſimum, qui paruum quidem prædiolum colebat; ſed annuis victibus large ſufficiens, ex quo nunquam egreſſus ferebatur. Et Diocletianus Imperator Imperio Imperatoriaque purpura depoſitis ſe contulit ad tranquillitatem rei ruſticæ, illicque in quiete beatiſſima conſenuit. Et Attalus Rex omiſſa regni adminiſtratione hortos fodere cœpit, & gramina ſeminare. Vnde non minus vere quam eleganter ſcripſit Virg.

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint.
Agricolas! quibus ipſa procul diſcordib. armis,
Fundit humo victum facilem iuſtiſſima tellus.

Et idem:

Rura mihi, & rigui placeãt in vallibus amnes,
Flumina amem, ſyluaſque inglorius.

Et ab Horatio dicitur:

Beatus ille qui procul negotiis,
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore. Hæc Beroaldus.

Blondus vero de Roma triumphante, *li.* 8. de dignitate agriculturæ ſcribit: & etiam diuidit eam in ruſticam & vrbanam, & inibi dicit. Proxime ad literas & doctrinam acceſſit priſcorum delectatio agriculturæ, quam tamen primam poſuit Varro, tantum ei tribuendo, vt longitudinem vitæ hominum maiorẽ fuiſſe dicat: quo tempore ex ſolo agriculturæ fructu viuebatur: ea quam poſteræ habuerunt ætates delitiis vſæ. Itaque & plura de dignitate idẽ Varro edocet, & origine agriculturæ, quæ recenſet ibi Blondus, & fere omnino ſub eiſdem verbis, vt ſcripſit Beroaldus. Idem Blondus tres agriculturæ partes oſtendit. Nempe agri ſeminarii, curæ, vna pecuariorum, & paſtionis ſecunda, & tertia villarum. Et, vt dicit Franciſcus Patritius *de inſt. reipubl. lib.* 3 *titu.* 2. Niſi nos ipſos nimium amamus, nobiſque ipſis eblandiri volumus, & mollitiem quandam muliebrem ſequi, agricultura ſola eſt, cui & ingenio excellentes viri manus admouere debeant: tum propter neceſſitatem; cum ſine ea neutiquam viuere poſſumus: tum etiam quod quæſtum nobis honeſtiſſimum, & ſine fallacia ac mendacio præbet: ita quod opus agriculturæ eſt ad vitam humanam vtile & neceſſarium: vt enim dicitur *Prouerbium* 28. Qui operatur terram ſuam, replebitur panibus. Et ibi ſcribitur: Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, ſcilicet ad laborandum. Et *Eccleſiaſt.* 7. inquit ſapiens: non oderis laborioſa opera, & ruſticitatem creatam ab altiſſimo. Nam Deus eam inſtituit. Dicitur enim *Geneſ.* 3. Et miſit Dominus Adam de paradiſo voluptatis, vt operaretur terrã, de qua ſumptus eſt: & poſt diluuiũ, vt habetur *Gen.* 9. Noe vir agricola cœpit exercere

Digitized by Google

exercere terram, & plantauit vineam, vt vinum colligeret, quod prius ignorabatur, vt etiam ſcribit Anton. Florentinus *in tertia parte ſuæ ſumma. tit. 8. c. 4. §. 12.* vbi etiam vide de fraudibus agricolarum, cum ſit extra propoſitum.

Propterea, cum agricultura ſit ad vitam humanam vtilis & neceſſaria, agricolæ multum ſunt ſupportandi & confouendi: ita quod tempore agriculturæ nullo pacto debent moleſtari, *l. colonos nunquam. C. de agricolis & cenſitis, lib. 11.* & ab oneribus publicis eximendi, vt dicit Lucas de Pen. *in l. 1. C. eod.* Cum perutiles ſint Reipub. vnde Plutarchus ad Traianum Imperatorem, pedibus ſolo iugiter inhærentibus agricolæ captantur, quibus captis, prouidentia tanto magis neceſſaria eſt, quo plura inueniunt offendicula, dum in obſequio corporis in terra gradiuntur. Eiſque iuſtius tegumentorum debetur ſuffragium, qui totius corporis erigunt, ſuſtinent, promouentq; molem: pedum adminicula robuſtiſſimo corpore tolle, ſuis viribus non procedet: ſed aut turpiter, inutiliter, inhoneſteque manibus repet, aut brutorum animalium ope mouebitur. Ex his ſequitur, quod nimium fouendi ſunt ruſtici. Nam & ipſis propter culturam agrorum nonnulla ſpecialia contra iuris rationem conſtituuntur, vt *l. fin. C. de ſerui. & l. fin. §. item Sabinus. ff. de aqu. plu. arc.* vt inquit Luc. de Pen. *in d. l. 1.* Sed maiora ſpecialia, & priuilegia agricolis conceduntur. Non enim pro quocunque munere etiam tempore guerræ turbari deberent, vt dictum eſt & comprobatum, ne ab agricultura reuocentur aut diuertantur, facit *l. 1. ff. de tigno iniun.* Quod ſi fiat, deſtruitur, aut ſaltem minuitur annonæ præbitio in detrimentum boni publici, pro quo conſeruando ſingulari gaudent agricultores priuilegio, & immunitate. Quia licet videmus ante felicem ambolam, ſeu exercitum Regis nauem Eccleſiæ, & minus cuilibet alterius pro tranſuehendo exercitum nō excuſari, *l. iubemus nullam. C. de ſacroſanctis eccleſ. & l. iubemus. C. de nauibus non excuſ. lib. 11.* Attamen inſtrumenta agriculturæ pro bello occupari non debet, & minus perſona eorum ab agricultura diuerti, ne publica impediatur vtilitas, quæ in præbitione annonæ cōſiſtit, & ſine qua mundus viuere nō poteſt, ſed irrationabiliter periret, vt text. & Doctor. *in l. 1. C. de agricolis & cenſitis. lib. 12.* Idcirco G. Benedict. *in repet. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 93. extra de teſtament.* exclamat contra Principes tyrannos, qui nedum tempore neceſſarii belli agricultores eorumq; animalia occupant, & agros ſegetibus vaſtant, ſed etiam belli occaſionem quærunt, vt omnia etiam ſubditorum ſuorum, quos protegere tenentur, penitus cōſumant & deſtruant, qui ſi iuri poſitiuo hoc prohibenti obedire nolint, quo talia prohibentur, imo menti humanæ ab initio naturaliter inſitum, ipſos Agricolas etiam ob publicam belli gerendi vtilitatem, non eſſe occupandos, nec moleſtandos: ſaltem veterum gentilium annales reuoluant, qui Agricolas omnino in libertate agrorum colendorum tutabantur, nedum in ſuo, ſed etiam in ſuorum hoſtium regno, contra quos bellabant. Vnde Diodorus Siculus *lib. 3* Indorum ante bellum Troianum geſta narrans vetera, confert, inquit, ad Indorum fertilitatem conſuetudo, quæ in bellis ſeruatur. Nam apud cæteras gentes, ſcilicet, tyrannico more viuentes hoſtes bellorum tempore regiones ſpoliant vaſtantque, neque agros coli ſinunt. Apud Indos vero belli tempeſtate in campis opus ruſticum exercent, abſq; cura Agricolæ, procul ab omni diſcrimine belli: hoſtes in prælis mutua cæde graſſantur, Agricolis nulla in re nocent: ſed intactos relinquunt, tanquam communis vtilitatis miniſtros, neque vero hoſtium agros vrunt, nec cædunt arbores. Et idem ſeptem tribus Indorum deſcribens: Secunda, inquit, tribus eſt Agricolarum, qui multitudine ſuperantes alios à bello reliquoq; opere liberi ſolis agris colendis tempus impertiunt, nullus hoſtis laceſſit, neque ſpoliat: ſed exiſtimans eos in communi vtilitate verſari, ab omni iniuria abſtinet, ita ſoluti metu Agricolæ terram libere colentes, rerum afferunt vbertatem.

Pariter Nebuzardam Princeps militiæ Nabuchodonoſor capto Rege Sedechia, eiuſq; filiis in patris conſpectu trucidatis, ac eo excæcato, vincto & compeditato, quibuſcunque occiſis, ciuitate & templo demum ſpoliatis, & in terram proſtratis, crudelis ſuper omnem ſæuitatem, de pauperibus terræ vinitores reliquit, & agricolas in pace pro futura communi vtilitate, vt habetur *Ierem.c.vlti.* Iuſta igitur ratione oportunoq; fauore ſunt agricolæ humaniter tractandi, & ab his publicis tumultuationibus eximendi propter bonum Reipublicæ.

Habent & alia priuilegia agricolæ vltra immunitates prætactas.

Primo; quod non obeſt ei, ſi intra præfixum tempus non petiit bonorum poſſeſſionem pro conſequenda hæreditate alicuius ſui parentis, vel proximi, *l.pen. C.qui admitt. ad bon. poſſeſſ. poſſ.*

Secundo; in corruptione albi Prætoris, vbi nõ ita puniuntur ſicut alii, *l.ſi quis id, quod, §.in ſeruos ibi; vel ruſticitatem. ff. de iuriſd.om. iudic.* quod quomodo intelligendum ſit, & de pluribus limitationibus ad hoc, vide ibi per dom. meum Iaſ. *in 7. colu. & in l.fin. C.de iu.& fact. ignor.& in l.qui admitti.*

Tertio; ſi vocatus in ius non iuit, *l.2.§.1.ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.*

Quarto; in vſura bladi mutuati, vel pecuniæ mutuatæ agricolis, à quibus nõ poteſt recipi niſi octaua pro modio, & filia pro ſolido. Nec poteſt creditor populi retinere pignori terram, boues vel aratra eius, *in Auth.ad hac. & in Corpore vnde ſumitur. C.de vſuris.* Et de hoc etiam eſt ordinatio regia Caroli VIII. de qua meminit G.Bened. *in loco ante allegat.* ita quod, vt ibi dicit, etiam illa ordinatio regia eſt intelligenda pro debito fiſcali, ita quod huic priuilegio etiam ruſticus & agricola renuntiare non poteſt.

Quinto; in teſtamentorum confectione, in quibus ſufficiunt quinq; teſtes, *l.ſi. C.de teſta.* & ibi d.meus Iaſ. de huiuſmodi priuileg.

Sexto; in opponendo exceptionem peremptoriam poſt ſententiam, ſicut opponit miles, vt not. *in l.1.C.de iur.& fact. ignor.* quod an ſit verum, vide dom. meum Iaſ. *ibi 2.col.*

Septimo; boues & aratra, & alia ad agriculturam pertinentia, capi non poſſunt pro executione, vel pignore, *l.executores. & l.ſeq. in Auth. ibi poſita. & in Corpore vnde ſumitur. C.quæ res pignori oblig. poſſunt, vel non.* imo di dicit tex. *in d. Auth.* quæ incip. *agricultores circa ruſticam occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſunt in quacunq; parte terrarum: ita vt nullus inueniatur tam audax, vt perſonas, boues, & agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam ruſticam pertineat, inuadere, aut capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat, in infamiæ notam ipſo iure incurrat, imperiali animaduerſione nihilominus puniendus.*

Octauo; ſi ruſticus ſeu agricola vendat rem in perſonas prohibitas, parcitur ruſticitati, ne perdat pretium, ſed ſibi reſtituatur, *l. vnica. C. non licere habitat. metrocomiæ, lib.11.* & not.gloſſ. *in l. quemadmodum. in verb. emptor. C.de agric. & cenſ. eod.lib.*

Nono; quia coloni & agricolæ dominorum tributariorum nõ poſſunt compelli ſoluere tributa pro dominis ſuis, *l.colonos. C. de agricol. & cenſitis. lib.11.* Et ita dicit Ioannes de Plat. *in l.1.C.eo.tit.* vbi ait ipſos debere inſiſtere agriculturæ, & vacare, vt opera ruſtica in opere expleantur, *l.ſi merces. §.conductores. ff.locati.* ita, quod non poſſunt compelli, vt vadant in exercitum; cum ſint immunes ab ordinariis & extraordinariis: imo, vt dicit, ob officia publica etiam volentes vocari non debent, quod intellige tempore, quo vacãt, ſcil. tempore ſeminum, meſſium & vindemiarum, vel etiam tempore, quo vacant in præparamentis: quoniam eadem priuilegia dantur ſe præparanti ad actum, ſicut illi, qui eſt in actu. *l.qui mittuntur. §.penult. ff. quibus ex cauſis maior.* Eo etiam; quia fructus videntur colligi tẽpore, quo aratur, & terra præparatur ad futura ſemina, *l.diuortio. §.non ſolum, ff.ſolut.matrim.* & quomodo præparamenta item iudicentur, ſicut actus, dominus meus Iaſon *in leg. ſi pecuniam. ff. de condict. ob cauſ.* Et hæc

Digitized by Google

Et hæc nouem priuilegia ponit poſt Luc. & Ioan. de Plat. Ioann. de Montelono ciuis noſter *in ſuo promptuario iuris, in ver. agricola*, vbi & alia duo addidit.

Decimo; quia ruſticitas dicitur patiens & quieta, ex quo in dubio eſt præſumptio pro ruſticis, quod non ſunt autores rixarum, ſed innocentes & quieti. Et alibi dicit gl. *in verb. coloni. in §. item Seruiana. Inſtit. de actionibus.* quod ſancta ruſticitas omnia palam habet. Etiam ſancta ruſticitas ſolum ſibi prodeſt, vt ait text. *in c. ſancta. 2. quæſt. 7.* & hoc cum ſimpliciter & pie viuit, vt ibi gloſſ. inquit, & ita refert Albericus *in l. vtili ratione. C. de defenſor. ciui.* vbi ſcribitur inter alia priuilegium, quod ſemper cauſas eorum debet defenſor ciuitatum cognoſcere, & hic ante *in 5. conſiderat.* dictum eſt, *verſ. item defenſor ciuitatis.* Et ibi Albericus quædam alia priuilegia ex ſupra poſitis deſcribit.

Vndecimo; habet hoc priuilegium agricultura; quod ſi res fuerit ſterilis, & ad culturam redacta, quod fieri non potuit ſine labore & expenſis; tunc dominus minus poteſt prætendere deceptionem, ſecundum quod videtur facere deciſio Bart. *in l. 1. de omni agro deſerto. lib. 11.* ita quod, ſi colonus rem ſterilem ad culturam reducat, de temporali facit perpetuam, etiamſi alias eſſet prohibita alienari, *cap. ad aures, de rebus eccleſ. non alienan.* Nec eidem poteſt augeri penſio aut cenſus, ita per plures optimas deciſiones tenet Guil. Benedict. *in d. ſua repet. c. Raynut. in verb. vxorem nomine Adelaſiam. num. 983. extra de teſtam.* Et plura alia in laudem & dignitatem agriculturæ Beroaldus. & Fr. Patritius *in locis ante allegatis*, accumularunt. Et vt ante *iſta par. in 3. conſider.* dictum eſt. Hæc ſpecies artis mechanicæ, ſeu hic modus plebeiorum conſiſtit in quatuor, ſcilicet in agrorum ſeu aruorum ſeminatione, aut ſatione, in nemorum ſeu arborum conciſione, vt in vineis, olinetis, & pomeriis, & in paſcuis ſeu pratis parandis, & in hortis, & roſariis cultiuandis. Sed quod iſtorum ſit vtilius, an cultiuare terram, an vites, an prati. Columella *in ſuo opere agricolationis lib. 4. cap. 3.* concludit, nihil magis ruſticis conuenire, quam vitam colere, vt ibi ad partes arguit, de quo infra *in ſeq. part. in 84. conſid.* dixi.

Aduerte tamen; quod fodere herbam, vel lapides non eſt ars, gloſ. *in l. lex qua tutores, in verb. labore ſuo. C. de adminiſtr. tut.* Ludouic. Romanus *ſingulari ſuo 649.* Sed cum ars huiuſmodi, ſeu hic modus plebeiorum ſit magis neceſſaria, ſeu magis neceſſarius ad vitæ humanæ neceſſitatem: ideo cæteris eſt præferendus, hac ratione, & etiam ea; quia inuentus ante alios modos, ſcilicet per Adam, vt ante dixi, & poſt diluuium cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineã. *Gen. 9.* (Attamen quaſi ſordidus quæſtus habetur agricultura, & ludibrio habetur: ideo licet ſint in aliquibus priuilegiati; non tamen honorãdi, nec cæteris hodie apud nos præferendi ex communi vſu, qui præfertur propriæ diſpoſitioni & determinationi.) Imo, non ſolum ab Adam; quoniam, vt dicitur *Gen. 2.* Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat, produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue. Ex quo patet illud, quod fuit primo neceſſarium pro vita humana, fuit cultura; quod Deus nobis oſtendit; cum à principio talia fecerit, quod plus eſt, Chriſtus Patrem ſuum agricolam vocat, vt ſcribitur *Io. 15.* Ego ſum (ait Chriſtus) vitis vera, & Pater meus agricola eſt. Huc adde, quod paſtores & cuſtodes animalium fuerunt honorati apud antiquos, vt de caprariis legimus, qui apud Mendeſios populos maximo afficiuntur honore, vt refert Textor *in ſua officina. c. animalia diuerſa, verſ. capra.* Etiam paſtoribus primo annunciatus fuit aduentus Domini, vt ſcribitur *Luc. 2.* Et ſuarii ſeu porcarii ciuitatum ſunt priuilegiati; vt habetur *in tit. de ſuariis. lib. 11. C.*

Trigeſimaoctaua conſideratio; Qui circa maiora & digniora verſantur, honeſtiores dici debent, & qui circa neceſſarias artes verſantur, magis laudandi ſunt & honorãdi iis, qui circa voluptarias & inhoneſtas; cum multo magis propter neceſſitatẽ proſint

Digitized by Google

Reipublicæ, quam alii: ideo cum aurum ſit excellentius omnib. rebus, quæ ſunt in mundo, vt ample diſputauit Matthæus Vegius *in ſuo tractat. de ſole, terra, & auro*, & vt dixi *in ſeq. part. in 95. conſid.* Quapropter, qui circa aurum verſantur, digniores ſunt, ac aliis præferri debent in ciuitate inter plebeios artifices, vbi ſolum ſunt artifices auri, vt ſunt hi, quos communiter vocamus argentarios ſeu aurifabros; & hic tantum loquor de artificibus non habentibus officium circa adminiſtrationem metallorum: quoniam de his alibi dixi. Et abſque dubio (vt paucis abſoluam) ſicut aurum inter omnes res mundi excellit, ſaltem inter metalla; ita inter omnes plebeios metallarios Artifices Aurifabri præferendi ſunt. Inter quos numerantur Vaſcularii, qui vaſa conficiunt Aurea & Argentea; Cælatores, Inauratores, & Bracteatii, qui aurum malleis tuſum, & ad quamuis tenuitatem ductile rebus inaurandis deducunt, vt dicit Budæus *in l. apud Labeonem. ff. de præſcript. ver.* vbi text. facit mentionem de Vaſculariis, de quibus hic ante *in 34. conſid. in verb. Aurifices, & in verb. Bractearii.*

Si vero inſpiciamus initium artificũ metallorum; alii erunt artifices, qui illis præferentur, vt ſunt pelliones, ſeu pelliparii, qui lana vtuntur: de quibus *infra iſta parte, in 41. conſideratione.* qui primo fuerunt inſtituti, & à Deo; quia ſcribitur *Gen. 3.* Deus, cum eieciſſet Adam & Euam ex paradiſo terreſtri, fecit eis veſtes pelliceas. Tubalcayn vero fuit optimus malleator & faber in cuncta opera æris & ferri, vt habetur *Gen. 3.* & ſic artificium ex lana fuit primo factum, & per ipſum Deum.

Poſt aurifabros non videtur eſſe ordo inter metallarios, niſi, prout communis vſus inter eos aſſignat, aut quod aliqui faciunt dignius aut excellentius artificium: quoniam, vt habetur *in additione ſuper glóſſ. in verb. ex multis rerum argumentis, in §. cumq; in proœm. Inſtit.* ex communi prouerbio, *Opus laudat magiſtrum*, dicit text. & Iacob. Rebuff. per illum text. *in l. 1. C. de fabricenſibus, lib. 11.* quod materia ferri dicitur nobilis. Aut quod vnus maiorem experientiam habet, quam alius. Aut, quod ſit felicior, vt de his qualitatibus ante *in nona parte* dixi, vbi ſcripſi, milites eſſe laudandos ex maiori experientia, ex maiori felicitate & fortuna, & ex pluribus aliis, quæ etiam proſunt artificibus, maxime quantum ad maiorem experientiam. Et hoc dico; quoniam inter eos artifices cuiuſque artis magna ſeu lata eſt differentia, vt eſt text. *in l. inter omnes artifices longa eſt differentia. ff. de ſolutio.*

Et inter metallarios, qui ſint præferendi, & qui ſint digniores, an extrahentes materiam, an formam ei dantes. De extrahentibus materiam ſunt textus *in rubro & nigro, de metallariis, libr. 11. C.* & tales nullam habent dignitatem, ſed fabricenſes, de quibus eſt titulus *de fabricenſibus, eod. lib. C.* in multis honorantur & priuilegiantur, vt *in l. iure preenſum eſt. & in l. eos, qui. & in l. fin. C. eod. titul. de fabricenſ.* ſed hoc eſt quantum ad illos; quia quantum ad particulares; quoniam forma eſt dignior materia; ideo fabricenſes in omni ſpecie metalli ſunt digniores metallariis ſimplicibus. Etiam inter iſtos præferuntur, qui dicuntur cælatores, ſeu ſculptores, & fuerũt plures, qui in argento cælando claruerunt, quos refert Textor *in ſua officina, cap. ſculptores, cælatores, ſtatuarii & marmorarii.* Et ſunt proprie illi, qui argentarii apud nos dicuntur; & quanto magis ſunt in eorũ arte experti; tanto magis aliis præferuntur, & plures artifices & fabros enumerat & laudat Textor *in ſua officina in c. fabri & alii artifices.* qui præ cæteris laudantur ab antiquis ſcriptoribus, propter excellentia opera ab eis facta: etiam Plinius *libr. 24. c. 8.* ponit nobilitates operum ex ære.

Trigeſimanona conſideratio; Inter artifices præferũtur Librarii, & Impreſſores, ſeu Chalcographi, aut Bibliothecarii; quoniam, vt ait Polydorus Virgil. *de inuentoribus rerum, lib. 2. c. 7.* Cum indies magis magiſq; hominum ingenia ſola librorum commoditate vigeant, & ad capeſſendas diſciplinarum liberalium artes, facilius omnes alliciantur, ipſaq; literarũ ſtudia mirum in modum vbiq; floreant, piaculum hercle ſe feciſſe duceret, ſi tale

Digitized by Google

ſi tale inuentum ſilentio præteriret. Cum etiam, vt ait Hieron. ad Marcellam, huiuſmodi ſcriptorum libri, ingeniorum effigies, & vera, & æterna monumenta ſint. Vnde Ageſilaus, teſte Plutarcho, cum bene multi vellent ſui corporis ſimulachrũ gratis effingere, nunquam id fieri paſſus eſt, animi tantum monumenta poſteris relinquere ſtudens. Illud enim ſculptorum, hoc ſuum. Illud diuitũ, hoc bonorum eſſe opus ducebat: & plene ſcribit Philip. Beroald. *de inuentorib. literarum*. Et inuentores literarum ſummopere laudat in oratione habita in enarratione Iuuenalis atq; Saluſtij, & etiam ſcripſit *in d. c. 7.* ipſe Polyd. de ijs, qui libros ediderunt, & compoſuerũt, & qui Bibliothecas habuerunt, & primo fecerunt, de quibus *in ſeq. part. in 73. conſider.* dictum eſt, vbi poſuit de excellentioribus Bibliothecis: & tandem dicit, quod fuit hoc magnum mortalibus munus, quod plures libros ſcripſerunt; ſed nequaquam conferendum huic, quod à pauco tempore repertum eſt in nouo ſcribendi, ſeu potius imprimendi genere. Tantum enim vno die ab vno homine literarum imprimitur, quantum vix toto anno à pluribus ſcribi poſſet. Vnde adeo diſciplinarum omnium magna librorum copia ad nos manauit, vt nullum amplius ſuperfuturum ſit opus, quod ab homine quamuis egeno deſiderari poſſit. Illud inſuper addit, quod authores quoque plurimos, tam Græcos, quam Latinos, ab omni prorſus interitus periculo vindicauit. Quare, inquit, tantæ rei author non eſt ſua laude fraudandus, præſertim vt poſteri ſciant, cui diuinum beneficium acceptum referre debeant. Itaque Ioannes Guthenbergius natione Teutonicus, equeſtri vir dignitate (vt ab eius conterraneis accepi) primus omnium in ciuitate Germaniæ (quam Moguntiam vocant) hanc imprimendarum literarum artem excogitauit, primumque ibi ea exerceri cœpit. Non minori induſtria reperto ab eodem, vt fertur, authore, nouo atramenti genere, quo nunc impreſſores tantum vtuntur. Vnde Beroaldus in laudem Germaniæ inter plures verſus hos luſit:

O Germania muneris repertrix,
Quo nil vtilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere qua doces premendo!

Decimoſexto deinde anno, qui fuit ſalutis humanæ 1458. quidam nomine Conradus, homo itidem Germanus Romam primo attulit, quam deinde Nicolaus Ienſon Gallicus, primus mirum in modum illuſtrauit, quæ paſſim hoc tempore per totum fere terrarum orbem floret. Cum ergo ex prædictis conſtet, eos eſſe vtiles Reipublicæ, propter vtilitatem illius artis ſunt laudandi artifices, qui etiam inter ſculptores poni poſſũt, de quibus dictum eſt *in praeced. conſid.*

QVadrageſima conſideratio; An Alchymiſtæ ſint connumerandi inter metallarios, ſic qđ inter Artifices laudari poſſint, & ſi aliquam laudem ax artificio eorum conſequi valeant: & ſic incidenter quæro, an alchymia ſit prohibita, & ſic eam exercentes peccent.

Et videtur, quod ſic; quia vna ſpecies trãſmutatur in aliam. Cum plumbum efficiatur argentum, vel æs aurum; ſed citra Deum nemo poteſt vnam ſpeciem in aliam tranſmutare, *c. Epiſcopi, §. quiſquis ergo, 26. quaſt. 5.* & etiam, quoniam, vt videtur communiter, nullus eſt, qui habeat veram huiuſmodi artem, vt docet experientia, & de ipſis dicitur *2. ad Timoth. 3. & in c. ne mirum. §. aruſpicina, 26. quaſt. 5.* ſemper addiſcentes, nunquam ad veritatis ſcientiam peruenientes. Et ſi aliqui aliquando quid fecerint, non tamen reperitur, quod ſit verum aurum, vel verum argentum, ſed ſophiſticatum, nec habet veritatem cum auro, vel argento, ſed ſolum apparentiam. Et ſi contingat aliquando fieri apparenter verum (quod tamen raro fit) cũ tam magnis expenſis, quod eſt damnoſum; & ſic tale exercitium eſt contra vtilitatẽ publicam, vt dicit Angelus de Clauaſio *in ſua ſumma, in verb. Alchymia.*

Ioannes tamen Andreas *in addit. ad Specul. in tit. de crimine falſi.* commendat Alchymiſtas, qui ex magiſterio ſuæ artis, ſiue magica, vt inquit, ſiue alia arte reprobata, de vili metallo faciunt pretioſum. Nec hoc facien-

do dicuntur mutare vnam ſpeciem in aliam diuerſam. ſed vnam metalli ſpeciem faciunt meliorem, vt de ſtanno vel ære faciunt argentum vel aurum. Procedunt enim omnia metalla ex ſulphure & argento viuo. Habet enim argentum venarum ſuarum principia, vt dicit gloſſ. I. *in c. ferrum. 50. diſtin.* ſed vbi eſt melior influentia aſtrorum, ibi producitur metallum pretioſius. Vnde per influentiam aſtrorum cum herbis & lapidibus, quibus inſunt multæ virtutes, poteſt naturaliter vna ſpecies metalli cōuerti in aliam ſpeciem magis pretioſam, vt tenet Panorm. *in cap. 2. de ſortileg.* Cum ergo ars imitetur naturam in hoc inquantum poteſt, videntur bene agere Alchymiſtæ, ſi per virtutem herbarum, lapidum, vel aliorum elementorum, vnum vile metallum in pretioſius reducant; cum ambo fuerint eiuſdem ſpeciei & principii, ſcilicet ex ipſis ſulphure & argento viuo. Inſunt enim rebus corporeis per omnia elemēta quædam ſeminariæ rationes occultæ, quibus cum data fuerit oportunitas temporalis atque caſualis, prorumpunt in ſpecies debitas ſuis modis & finibus, vt dicit textus *in d. cap. nec mirum. § aruſpicina, circa fin.* Ex quibus etiam Oldr. *in conſil. ſuo 69.* approbat & laudat Alchymiſtas, quos etiam laudarem, ſi ſemel intellexiſſem aliquos ad veritatem artis perueniſſe, ſed potius conſulerem cum Ioan. de Plat. *in l. vnica. Cod. de argenti pretio, quod theſauris inferetur. lib.* 10. ab huiuſmodi artificio abſtinendum, eo; quia non eſt ſcientia pietatis, & in eo ſunt multæ deceptiones. Et de iſto videatur etiam Andr. de Iſern. *in c. quæ ſint regalia, in vſibus feudor.* & Surgetus *in ſuo compendio militaris diſciplinæ*, vbi eos reprobat. Et licet Arnaldus de Villanoua ſe iactauerit, feciſſe virgas aureas ex huiuſmodi artificio, quas omni probationi & experimento ſubmittebat: credo tamen hanc artem eſſe apud humanum genus deperditam cum arte fundendi lapides, & ter refundendi aurum, Ioan. XXII. *in extrauaganti*, quæ incip. *ſpondent*, etiam hanc artem reprobauit.

QVadrageſimaprima conſideratio ſit de artificiis lanificiorum, qui ſunt neceſſarii in vita humana. Vnde dicitur *Prouerb. 31.* Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum. Et ſequitur: Stragulatam veſtem fecit ſibi. Et iſta ars lanificum continet operationes nendi, conſuendi, retorquendi, & quæ fiunt manu, acu, fuſo, pectine, ſubula calamiſtro, girgillo, alabro. Inſuper continet vſum floccorum, filtrorū, ſagorum, ſagmarum, funium, matularum, & ſportarum ex ſtraminibus vel viminibus. Et ſunt in quadruplici differentia; quidam ex lana, quidam ex ſerico, quidam ex pellibus, quidam vero ex lino ſeu conope, vel ex pilo, & ſuberis. Et inter iſtos, qui digniore vtuntur materia, videntur præferendi aliis, vt ſunt illi, qui vtuntur ſerico; cum ſit dignius lino, conope, vel pellibus, vt *in ſequenti parte, in 96. conſid.* tactum eſt. Ideo artifices ſerici ſeu ſericarii digniores videntur. Sed videtur inter iſtos (imo inter omnes artifices lanificiorum) pelliones ſeu pelliparios (qui faciunt veſtes ex pellibus) eſſe præferendos cæteris; tum quia fuit primū artificium factū etiam à Deo ipſo Optimo Maximo, cum ſcribitur *Gen. 3.* Deus fecit Adæ & Euæ (eos extra paradiſum terreſtrem eiiciendo) veſtes ſeu tunicas pelliceas; vt ante *hac part. in 38. conſide.* dictum eſt, & recenſet Bernard. de Buſt. *in 2. parte ſui Roſarii. ſermon. 15. in 2. par. in litera S. ſerm. 32. in litera X.*

Contra tamen nituntur & inſtant architectores, dicentes, Deum prius exercuiſſe architecturam, creando cœlum & terram in principio, *Gen. 1.* Et agricolæ dicunt Deum exercuiſſe agriculturam in horto delitiarum, ſcil. in paradiſo terreſtri, ibi creando & plantando arbores & fructus pro homine, à quo Adam & Euam emiſit propter eorum peccatum, & eos eiiciendo, fecit eis veſtes pelliceas. Ex quo & architecturam & agriculturam primo fecit, docuit & exercuit. Fuerat etiam ſtatuarius; quia fecerat & formauerat hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, antequam feciſſet eis veſtes pelliceas, vt ſcribitur *Gen. 1. & 2.*

Inter hos artifices lanificiorum ſunt etiam tinctores lanarum & pannorum, de quibus habetur

habetur per Bart. Anglic. *in ſuo lib. de proprietatibus rerum. lib. 29 in tractatu de coloribus, in fine.* Sed an tales potius debeant cum artificibus picturæ, quam lanificii poni, dicam infra. Ex quo videtur, pictores lanificis eſſe præponendos, propter picturæ excellentiam & colorum, qui poſt metalla auri & argenti digniores res eſſe cenſentur, quæ ponantur in armis, vt ante *in 1. part. in 60. concluſ. & pluribus aliis ſequentib. 38 conſid.* dictum eſt, *& in ſeq. part. in 93 conſid.*

Sed quicquid ſit, ſi tinctores lanarum inter lanificos computentur, credo illos nõ eſſe præferẽdos illis, qui pannum faciunt cum lana, & pannus non accedat tincturæ, ſed tinctura lanæ aut panno: & ſic cum materia prima ſit dignior & maior, quam illud, quod illi adiungitur per tincturam: ideo maior erit ille, qui pannum facit, quam qui intingit, ſeu inficit, vt eſt text. *in l. ſed ſi ex meis, & l. quicquid. in fin. ff. de acq. rer. dom. & §. cum ex aliena. in gl. ab aliquo. Inſtit. de rer. diuiſ.* & text. magis ad literam, *in §. ſi tamen alienam purpuram veſtimento ſuo intexuit; licet pretioſior ſit purpura acceſſionis vice, cedit veſtimento. Inſti. eod. de rerum diuiſ.* Ideo tanquam acceſſoriũ non eſt maius principali, ex quo tinctores acceſſorii ad lanificos & pannificos non ſunt maiores illis: imo tanquam acceſſorii ſunt illis præferendi lanifici & pannifici.

Contrarium tamen tenet Iacob. Rebuffi *in l. qui aliquem. C. de muril. eg. lib. 11.* vbi dicit, quod tincturarii Montiſpeſſulani præferuntur in ſedibus textoribus & canabaſſeriis: cum habeant dignius officium, *per §. ſi quis in aliena. Inſtit. de rerum diuiſ.* In artificiis vero, in quibus ferruminatio eſt maior materia, tunc materia artificio & ferruminationi accedit: & hoc caſu nimis pretioſum cedit pretioſiori, ſicut videmus in metallariis. Nã quod factum eſt ex ferro, non denominatur ab illo, qui primo ferrum fecit, ſed ab illo, qui ferruminauit. Sic etiam in aurifabris, res aurifica facta per aurifabrum, non eſt illi, qui fecit aurum, ſed illi, qui compoſuit, & ab eo denominatur, & illius eſt, licet aurum ſit alterius, quando forma eſt mutata, quod non poſſit reduci ad priorem ſtatum, in quo erat, *d. §. cum ex aliena. & ibi Doctores.* Et hoc etiam; quia maior & potentior eſt forma, quam materia; quia forma dat eſſe rei, & cõſeruat eam in eſſe, *l. Iulianus. §. quæſitum. ff. ad exhib.* Et eſſe & forma conuertuntur, gloſ. *in cap. in ciuitate. extra de vſuris.* & dom. meus Iaſ. *in l. 4. §. cato. ff. de verb. oblig.* Ideo concluditur, quod omnes artifices dantes formam materiæ, & illam ſpecificantes, tanquam digniores, præferuntur illis, qui faciunt materiam, notatur *in iuribus ante allegatis.*

Intellige tamen prædicta, etiam quando tales artifices faciunt, & ſpecificant materias in opus neceſſarium & honeſtum: quoniam tales, & propter neceſſitatem vitæ humanæ (quæ præferenda eſt) & honeſtatem, quæ etiam ſumme commendanda eſt, vt *in ſequent. part. in 36. conſid. in princip.* præferendi ſunt illis, qui faciunt opus voluptarium, ſeu res voluptati tantum hominis deſeruientes. Vnde facientes pannos neceſſarios ad vitam hominis, vtpote, ad veſtiendum homines, qui neceſſario veſtiri debent ad arcendum frigus, nuditatem tegendam, laſciuiam prouocantem, & decentem ornatum perſonæ, vt dicit Ant. Flor. *in 3. part. ſua ſum. in titul. 8. c. 4. §. 2.* ſunt præponendi illis, qui faciunt ſericũ, qui ſerifici ſeu ſetaroli dicuntur. Et autore eodem *in d. loco. §. 5* & Bernar. de Buſt. *in d. 2. part. ſerm. 32. in litera X.* licet hæc ars ſit honorabilis in humana ciuilitate, tamẽ de ſe eſt illicita, cum deſeruiat vanitati in multis, cum ſericis vtantur hodie, & velutis & carmeſinis ſtipendiarii, & mulieres, non ſolum vxores Principum, Baronum, & militum; ſed etiam mercatorum, artificum: quod eſt ſatis indecens, & magis ſecundum abuſionem, quam conſuetudinem locorum. Et in ſignũ deteſtationis talis vanitatis, legitur *Luc. 16:* quod diues epulo, qui induebatur purpura & byſſo, ſepultus eſt in inferno. Et quod dicitur *in c. quiſquis. 41. diſt.* quod in iis debet quis ſe cõformare moribus patriæ. Intelligitur tamen ſemper ſalua honeſtate & decentia. Ex quo ex dictis Florentini videretur, quod lanifici eſſent præferendi ſerificis ſeu ſericariis.

Digitized by Google

Sed videtur contrarium eſſe aſtruendum, cum *in ſequent.part.in 96.conſid.* dixi, quod veſtes pretioſæ, quæ fiunt ex ſerico & auro, ſunt veſtes ſolis Principibus decentes,& quibus principes ex honeſtate veſtiri debent: & ſolis Principibus conueniunt, vt ibi dictum eſt, & habetur *in rubro & nigro de veſtibus oloberis, lib.*11.*C.* Ideo huiuſmodi artifices in maiori dignitate cõſtituti ſunt, cum videantur eſſe artifices Principis. dixi *hic in* 35 *conſid.* Ex quo etiam coquus Principis, cum dicatur dignitatem habere, vt dicit Romanus *ſingulari ſuo* 649. præferri debet cuicunque plebeio & artifici. Ideo multo magis ſerifici, qui ſunt artifices Principis, quibus Princeps permittit ſericum facere in ſolis gynæciariis, hoc eſt, locis ſecretis, vt ait text. *in l.*1. *C. de veſtibus oloberis.* Et etiam dicit Bernard. de Buſt. *in dict.ſermon.*32. quod ad ſerificos non ſpectat diſcernere, ſi velutum vel brocatum emat ad decentiam ſui ſtatus, vel ad vanitatem, & exceſſum: dummodo iuſto pretio vendant, & bona intentione, ſcilic. pro illis, pro quibus decenter eſt portandum, & ſine fraude. Etiam, quoniam, vt communiter videmus, potius talia fiunt in honorem Dei pro ornamentis maiorum Eccleſiarum, quæ frequentius ex eis, quam ex lana, lino, aut conope fiunt. Ideo verſantes circa hanc artem cæteris præferendi ſunt.

Ex prædictis idem inferendum eſt ad artifices tapetorum, quæ videntur tamen fieri ad ornatum & voluptatem in palatiis & domibus, quod dic eſſe verum, quoad inferiores, ſed quoad Principis ornatum & honeſtatem, videntur neceſſarii. Cum ea, quæ ſunt & tendunt ad honorem Principis, ſint ita neceſſaria, ſicut, ſi ad commodũ: imo, quod plus eſt, comprehendantur in ſupellectili, vt habetur *in l. de tapetis. ff. de ſupell. legat.* Ideo de his dicendum eſt, prout de ſericis, cum videantur eſſe artifices eorum, quæ ſpectant ad Principes & magnates. Ideo cum digniora tractent, & nobiliora, ſeu pretioſiora, cæteris eorum arte, paritate data artificii, præponendi ſunt ex ante dictis.

Inter hos etiam lanificios ſunt textores, & lanarum, & linorum, & conopis. Et vt maiorem experientiam & artem callent, ſunt inter eos honorandi. Hi tamen, cum videntur dare formam & panno & telis, videntur præferri illis, qui præparant & lanas & linũ, nec tales apud nos habentur in magna æſtimatione. Imo etiam in pluribus, quando fit mentio de his in iure, reputantur & qualificantur pro ſeruis, vt ſcribitur *in l. Titia textores. ff. de leg.*1. ideo pro abiectis habentur. Videntur tamen tales aliis ſub hoc artificio lanificiorum comprehenſis præferendi, ſcil. chordariis ſeu ſcenofactoriis. Nam Scenofactorii dicuntur, qui funes ſeu chordas faciunt, in quibus comprehenduntur, qui faciunt funes ad venandum & piſcandum. Et huius artis ſcenofactoriæ fuit Paulus Apoſtolus, vt refert Ant. Flor. *in ſuis hiſtoriis, part.* 1.*tit.*6.*c.*5. Et miror, quomodo Paulus fuerit huius artis artifex, cum eſſet ciuis Romanus, vt ſcribitur *Act.*22.*in fi.* Crederem forte, eum feciſſe ſolum funes ad piſcandum aut ad capiendum aues; non autem groſſiora retia, quæ fiunt ad venandum.

Inter hos etiam ſunt ſutores, cum ſutoris ars in veſtimentis faciendis conſiſtat, tam ex lana, quam panno ſerico aut lino. Et iſti etiam dicuntur Sarcinatores, vel Cerdones, vt facit text. *in l. & ſi quæcunq. §. fin. ff. ad leg. Aquil. & l. item quæritur, §. ſi quis ſeruum. ff. locati.* Et ſunt in multiplici differentia: ſed omnes ſub vno nomine ſutoris (vulgo *conſturiers*) dicuntur. Et tales cum textoribus & pluribus aliis ante nominatis, quaſi habentur pro fecibus vrbium, vt dicit Budæus. Adam tamen & Eua prius officium ſutoris exercuerunt, vt hic ante *in* 34. *conſiderat. huius part.* dixi, *in verſ. bracharii.* De pluribus, qui ſub huiuſmodi artificio lanificiorum comprehendi poſſunt: vide per Textorem in ſuis denominationibus à variis artium profeſſionibus poſitis *in ſua officina.*

Accedat huc, quod lanificiorum artifices debent celebrare feſtum S. Seueri, cum fuerit artifex lanificii, & in tali artificio exiſtens, fuit aſſumptus in Archiepiſcopum, vt eſt text. *in c. ſtatuimus. §. his omnibus authoritatib.* 61 *diſtin.*

Quadra-

QVadrageſimaſecunda conſideratio ſit de artificibus vacantibus circa ligna, quæ ſunt ſub arte architectoria, de qua ante *iſta part. in 3. conſid.* Et hæc conſiſtit in cæmēteria, & carpentaria, & eſt ars neceſſaria vitæ humanæ, pro domibus & habitationibus tĕctis, quæ nos defendunt à pluuiis, & ventis, frigoribus, & caumatibus, vt quieſcere valeat vnuſ quiſque, & ſecreta operari, quæ expedit, vt eſt teſtis Ant. Flor. *in 3. par. ſuæ ſumma, tit. 8. c. 4. §. 8.* Et Bern. de Buſt. *in 2. par. ſui Roſarii, ſerm. 32. in 2. par. in l. t. T.* vbi etiam dicunt, quod Cyn. fuit primus, qui hanc artem inuenit, ex qua condidit ciuitatem & domos, *Gen. 4.* Et ante diluuium Noe fecit arcam de lignis lęuigatis, & manſiunculas in ea bitumine liniens intrinſecus, & extrinſecus, vt ſcribitur *Geneſ. 6.* Et egreſſus arcam Noe ædificauit altare Domino, *Geneſ. 8.* Et poſt diluuium Nemroth, primus tyrannus ædificauit ciuitatem, vt ſcribitur *Gen. 10.*

Et ſicut metalla & lanificia ſunt nobiliora lignis, vt ex deductis *in 3. conſid. huius partū*: & *in ſequ. par. in 95. conſid.* comprobari poteſt: ita etiam artifices metallorum & lanarum, artificibus lignorum præferendi ſunt. Licet F. Patritius *li. 1. de inſtu. Reip. tit. 9.* videatur pręferre architecturam fabricæ, quam dicit nō modo in pace ad vrbium ornamentum atq; vtilitatem neceſſariam eſſe, verum in bello ad repugnandum oppugnandumque, prout eleganti ſtylo ibi deſcribit.

Sed crederem, quod ſicut forma dat eſſe rei, & eſt illa, quæ dat laudem artificio, cum opus laudet Magiſtrum, inter eos, qui in illa arte dāt digniorem formam, & excellentiorē, ſunt digniores, & præferendi: vt ſunt, qui vulgo vocantur menuſarii, cum digniorem, & elegantiorem dent formam lignis, eſſent præferendi carpentariis, qui groſſiorem formā: pro carpentariis tamē faceret ratio ante adducta, quod ea per eos facta ad vitæ humanæ neceſſitatem fiunt, puta domus, & alia ędificia; quę vero fiunt per menuſarios, videntur fieri ad voluptatem ſaltem ac honeſtatem, quæ non eſt præferenda neceſſitati. Cum neceſſitas vitæ humanæ omnia vincat. Et omnes tales etiā dicuntur fabri lignorum. Vnde vt dicit Ioan. Chryſoſt. *in ſer. de Epiphania*, S. Ioſeph ſponſus glorioſæ Virginis, carpentarius lignorum fuit. Et faber pro omni ferri percuſſore ponitur. *l. 2. §. 1. ff ad l. Rho. de iactu.* Et alias pro lignario accipitur, *l. ferri. §. fin. ff. de verb. & rer. ſignifi.* Et etiam dicitur faber lignaminis *l. 2. §. vlt. ff. de eo, quod certo lo.* glo. *in §. certa. Inſtit. de rer. diuiſ.* vt ſupra *hac par. in 33. conſi. verſ. fabricarii.* dictum eſt.

Textor vero *in ſua Offi.* multos ſcribit Architectos, quos dicit fuiſſe nobiles, vt fuit Damocrates, qui Alexandriam metatus eſt.

Spintharus Corinthius Delphicum templum conſtruxit.

Cteſiphon templum Dianæ Epheſiæ, vbi ſimulachrum ipſius Deæ virigineum fuerat. Vnde Plinius: Operi (inquit) præfuit Cteſiphon architectus.

Meleagenes fanum Mineruæ Prienenſis.
Theodorus Phocenſis fecit Tholum Delphicū.
Philo Athenienſis armamentarium Pyrei.
Hermogenes ædem Doricam Iunonis Magneſiæ.
Sngilas Mauſoleum Artemiſiæ.
Zenodotus nobile pauimentum Pergami.
Hermodorus nomen eſt Architecti, qui obeliſcum fecit.

Æmilius, Rholus & Theodorus, architecti fecerunt Labyrinthum Leminium.

Valerius Hoſtienſis architectus fuit, qui theatrum Romæ texit.

Meneſicles architectus Athenis arcem ædificauit.

Nicon pater fuit Galeni geometriæ, & architecturæ peritiſſimus.

Apollodorus, Traiani forum, metodeum & gymnaſium Romæ fabrefecit; hunc interfecit Adrianus.

Et aliquos ex prædictis poſuit F. Patritius *in li. 1. de inſt. Reip. tit. 9. ante alleg.*

QVadrageſimatertia conſideratio; Horū Artificum, qui circa lapides, vel cæmenta operantur, multiplex reperitur differentia: quia aliquando dicuntur cæmentarii, aliquādo vero latomi. Et etiam ſtatus huius artificii exaltandus eſt, & exiſtimandus ſecundum vtili-

tilitatem, quam affert in Republica, & ſecundum excellentiam artificiorum ex huiuſmodi artificio prouenientium. Nam, vt dicit F. Patritius *li. 7. de inſtit. Reip. titu. 6.* Lapidicidæ commoditatem vel maximã habent: ex quibus quadrata ſaxa, & cæmentorum copiæ comparantur. Et præcipue, ſi molles lapides ſunt aut mediocres. Nam duriores illi ſpeciẽ potius præ ſe ferunt, quam vtilitatem: labore enim plurimo indigent, & diligenti impenſa, vt *in ſeq. par. in 91. conſid.* dictum eſt.

Inter hos tamen primos autumo eſſe Vitrarios, qui vitra conficiunt ex lapidibus, & iſti fundunt lapides in fornace vi, & calore ignis, & eſt vnum mirabile. Ideo cæteris præponendi ſunt, cum apud nos ex communi opinione patriæ pro nobilibus habeantur. Et talis communis opinio eſt potens ad cauſandum nobilitatem. & ante dixi *in 8. part. in 6. conſid.* Etiam ſunt immunes à munerib. perſonalibus. vt hic ante *in 38. conſid.*

Sed cum ſit hic quæſtio de excellẽtia, quæ procedit ex forma, quæ maior eſt quam illa, quę procedit ex materia: ideo infero, artifices marmoreos, & circa marmor artem exercentes, eſſe cæteris excellentiores, propter excellentias, & nobilitates ædificiorum, operum, & artificiorum, quæ fuerunt, & fiunt ex marmore potius quam ex aliis lapidibus, & ex iis Plin. *li. 36. naturalis hiſtor. c. 5.* ponit 126. artifices in marmore, & ibi ait, hanc artem tanto vetuſtiorem eſſe, quam picturam, aut ſtatuariam. Etiam Textor *in ſua Officina. in c. ſcul. tores, calatores, ſtatuarii, & marmorarii*, plus artifices marmorarios, quam alios laudat. Et etiam F. Patritius *lib. 1. de inſtitu. Republica. titul. 9.* inter architectores multum extollit marmorarios, pro quibus ad illos recurre, & inter hos artifices ſculptores maxime laudantur.

Dipenus vero, & Scyllis Cretenſes, Sicyonem ſe contulere, vbi fuit quondam pręcipua omnium metallorum officina. Ibique ſculpendo marmore primi omnium claruerunt. teſtis eſt Plin. *in d. loco. c. 4.* Qui vero inter hos excellentior ſit iudicandus, Plin. *eod. lib. cap. 5.* dicit Phidiam clariſſimum artificem nunquã ſatis laudatum. Is fuit Athenienſis ſculptor, & minoribus ſimulachris ſculpendis claruit. Idẽ fecit ſtatuam Mineruæ ex auro, & ebore amplitudine 26. cubitorum. In cuius ſcuto cælauit prælium Amazonum, & Gigantomachiã, in ſoleis Lapitharum pugnam, & Centaurorum. Fabius Phidias (inquit) Diis, quam hominibus efficiendis melior, in ebore vero lõge citra æmulum, vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis, aut Olympium in Ælide Iouem feciſſet. Mart. *lib. 3.*

Artis Phidiacæ toreuma clarum,
Piſces aſpicis, adde aquam, natabunt.

Idem *lib. 6.*

Quis te Phidiaco formatam Iulia cælo,
Vel quis Palladia non putet artis opus?

Statius *lib. 2. Sylu.*

Phidiacæ raſere manus.

Lyſippus Sicyonius adeo claruit ſculptura, vt ab eo ſolo fingi voluerit Alexander, quemadmodum pingi à ſolo Apelle. Horatius:

Edicto cauit, ne quis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra.

Stroza pater.

Cedit Lyſippus Phidiacuſq; labor.

Hunc Plinius ait feciſſe ad 70. opera, quæ ſingula arti claritatem dare potuiſſent. Propertius:

Gloria Lyſippo eſt animoſe fingere ſigna.

Sabellicus vero *in 10. libro ſuorum exemplorum* dicit, tres opifices fuiſſe ſummos. Et etiã dicit, Alexandrum ſuo edicto tribuiſſe tribus diuerſarum artium principibus viris præclarũ laudis teſtimonium, ſuum cuique in ſuo genere. Et inter cæteros, quod nullus alius præter Pyrgotelem imaginem ſuam ſculperet, & de his ſculptoribus, & ſtatuariis, & laude illorum etiam ſcripſit F. Patritius *lib. 1. de inſt. Reipublicæ titu. 10.* Etiam plures ſtatuarii laudantur à Textore in loco præallegato poſt Plinium, ex notabilitate operum, quæ fecerunt tam ex marmore, & lapidibus, quam alia materia.

QVadrageſimaquarta cõſideratio tractat de Artificibus, qui circa colores verſantur, qui ſunt in duplici differentia. Quidam ſunt tinctores, de quibus ante *hac part. in 41. conſid.*

Digitized by Google

conſid.verſic.inter hos dictum eſt. Alii vero ſunt pictores, & de his hic ſcribitur: de excellentia vero colorum dicetur *in ſeq.part.in* 94. *conſid.* & ſupra *in* 1. *part.in* 64. *concluſi.* 38. *conſiderationis.* vbi de armis narratur, quæ laudantur, diſtinguuntur, aut deprimuntur ex coloribus. Nunc ſolum eſt quæſtio de excellentia pictorum. Nam ars pictorum verſatur in omnibus tam lanis, quam linis, ſerico, argento, auro, & metallis, lignis, & lapidibus. In quibus ſolet cauſa voluptatis, honeſtatis, aut etiam laſciuiæ, adiungi pictura, quę olim fuit in multo, & maximo honore, miraque æſtimatione. Et, vt ait F. Patritius *de inſtitutione Reipublicæ lib.* 1. *titul.* 10. Pictura eruditionem maximam præ ſe fert, & commercium cum Poetica, & oratoribus habet. Hinc dicit Laurentius Valla *in procem.ſuarum elegantiarũ*, quod artes liberales proximæ ſunt, ars pingẽdi, ſculpendi, fingendi, architectandi. Sextus Empericus ex Symonidis Poetæ ſententia, picturam dicit eſſe tacentem poeſin: Poeſin autem loquentem picturam. Et certe magni ingenii eſt, & diuinam prope cognitionem attingit, varias animalium rerumque ſpecies ſic mente concipere, vt penicillo, & variis coloribus adeò exprimantur, quaſi in illis nihil præter ſpiritus deſit. Et certe cum optimam picturã cernimus, id dicere poſſumus, quod Valerius Martialis de catella picta cecinit. Ipſam denique pone cum catella, aut vtranque putabis eſſe veram, aut vtranque putabis eſſe pictam. Legimus etiam bouem ad aſpectum pictæ bouis mugiſſe, & pictis vuis nonnullos fuiſſe deceptos, auesque ad pictam ſpeciem ſui generis excitatas, vt refert Plinius *lib.* 35. *cap.* 10. Et vt diſſerit Budæus *in leg. Athletas.ff. de his, qui not. infamia.* Huiuſmodi artifices non modo iconicas imagines effingunt, id eſt, omnibus lineamentis ad exẽpla expreſſas: ſed etiam ethicas, id eſt, ſenſibus expreſſit propemodum ſpirantes. Non modo enim gratiam habet pictura, & delectationem mirificam præbet, verum præteritam rerum memoriam ſeruat, & hiſtoriam rerum geſtarum ante oculos noſtros perpetuo refert. Quin etiam legendo picturas, in quibus præclara facinora exprimuntur, excitamur ad ſtudium laudis, & ad magna negotia obeunda, veluti, ſi alicuius hiſtoriæ monumenta voluerimus. Quanta autem autoritas huiuſmodi artibus olim fuerit, etiam ex eo coniicere poſſumus, quod Plinius *libr.* 35. *capit.* inquit de Pamphilo pictore loquens. Docuit neminem minoris talento annis decem; quam mercedem & Apelles, & Melanthius ei dedere, & huius autoritate effectum eſt Sycionem primum, deinde, & in tota Gręcia, vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc eſt, picturam in buxo docerentur. Reciperetur que ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honor ei fuit, vt ingenii cauſa exercerentur, mox vt honeſti perpetuo interdicto, ne ſeruitium docerentur.

Locum igitur habent (teſte F. Patritio *de inſtit. Reipub.*) Pictores, & honeſtum quidem, vt ſtudio gloriæ incendantur: & ad parem laudem adoleſcentulos inuitent. Non enim puduit Fabium Patritium illum Romanum optimo genere oriundum, qui maiorum ſuorum nobilitatem ab Hercule vſque recenſebat, pictura exerceri, & ab eo cognomentum accipere. Nec diu poſt pœnituit Marcum Antonium doctiſſimum ac ſanctiſſimum Imperatorem operam picturæ dare ſub Diogene præceptore, quanquam illuſtrioribus diſciplinis indulgebat, & magiſtris quibuſq; eruditiſſimis vtebatur.

Legimus etiam, Platonem picturæ ſtudioſiſſimum fuiſſe, & Cicero in ea eruditos oculos ſe habere aſſerit. Quocirca non erit verendum, ne manus adoleſcentulorum coloribus inquinentur; cum proxime doctrinæ accedat pictura; hinc fundamentum præbet ars illa, quam ſignandi nuncupare poſſumus: vnde & ſigna dicuntur, & per diminutionem ſigilla. Hanc artem Ariſtot. ſummopere laudat, vultque vt pueri illam ediſcant, quando aliis pleriſque artibus neceſſaria ſit, non modo ſculpturæ & cęlaturę, quæ ſine ea nullo modo eſſe poſſunt; verum compluribus, & præcipue architecturæ: de qua ſuperius *hac part. in* 3. & 42. *conſid.* diximus.

Qui enim fuerint primi pictores, & quorũ opera apud Veteres gratiam aliquam meruerint: ſcribit Plin. *eod. lib.* 35. *cap.* 8. 9. 10. *&* 11. & primum Polignotus, & Aglaophon fuerunt, qui ſimplici duntaxat colore vſi ſunt, & ſuos ſtudioſos complures habuerunt propter ſimplicitatem illam, quæ fundamenta artis ſola imitatione naturæ iecit. Fuerunt tamen alii ante eos, & Canachus inprimis, cuius ſigna rigidiora extitiſſe, quam vt imitarentur veritatem. Cicero ait, dura etiam Calamidis fuiſſe, ſed tamen meliora, quam Canachi. Mironis propius ad veritatem accedebant. In Protogene, Actiono, Nicomacho, & Apelle iã perfecta omnia videri idem adſtipulator eſt. Nihil enim ſimul & inuentum & perfectum eſſe docet.

At vero Zeuxis, & circa eius tempora Parthaſius (qui vixit tempore Socratis) plurimũ huic arti addiderunt. Nam Zeuxis luminum vmbrarumque rationes inueniſſe dicitur, & picturæ arte tantas opes ſibi comparauit, vt in earum ſuſtentatione Olympiæ nomen ſuũ aureis intextum literis oſtentaret: poſtea opera ſua donare inſtituit, quod nullum precium putaret eſſe illis dignum, autor eſt Plin. *in loco ante alleg. c.* 9. Parrhaſius autem lineas examinaſſe ſubtilius traditur, & geometricam quãdam rationem picturæ addidiſſe, & de eo Plinius *in d. loco. c.* 10. ait: Parrhaſius Epheſi natus primus ſymmetriam picturæ dedit, primus argutia vultus, elegantia capilli, venuſtate oris, confeſſione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Inter alia eius opera quam plurima pinxit Archigallum, quam picturam amauit Tyberius Princeps, atque LX. ſeſtertiis æſtimatam cubiculo ſuo incluſit.

Suam quoq; laudẽ meruit Ariſtides Thebanus, quem æqualem dicit Apelli Plin. *d. ca.* 10. *colum.* 4. primus omniũ animum pinxit, & ſenſus omnes expreſſit. Vnam eius tabulam Attalus Rex centum talentis emiſſe traditur. Cæſar quoque dictator eiuſdem pictoris tabulas duas 80. talentis emit.

Philipp. Macedo, & eius filius Alexander quandoquidem pictura delectati ſunt, artem hanc ſummopere extulerunt, quorum temporibus præcipue floruit, & diuerſis virtutib. laudabatur.

Verum & omnes prius genitos (vt vtar verbis Plinii) futuroſque poſtea ſuperauit Apelles. Eo vſque in pictura prouectus, vt plura ſolus prope, quam cæteri omnes contulerit, voluminibus editis, quæ doctrinam eam contineant. Nam decorum optime ſeruauit, & ſuæ cuique perſonæ modum dedit & venuſtatẽ, hoc eſt, ſuam Venerem, (quam Græci *charita* vocant) ne aut nimium offenderet, aut parũ defraudaret, qua in re alios pictores peccare dicebant, qui non ſentirent, quid eſſet ſatis. Eius prudentia maxime apparuit, cum Antigoni imaginem pinxit, quam latere tantum altero oſtendit, vt amiſſi oculi deformitas lateret. Fuit enim & comitas illi, propter quam & gratior Alexandro Magno erat, frequenter in eius officinam ventitanti (vnde etiam edicto vetuit, ne ab alio pingeretur) ſed & in officina imperite multa diſſerenti ſilentium comiter ſuadebat, rideri eum dicẽs à pueris, qui colores tererent: tantum autoritatis & iuris erat, & in Regem alioqui iracundum. Pinxit & ipſum Alexandrum Magnum fulminigerum in templo Dianæ Epheſiæ talentis 20. Venerem Cois inceptam moriens reliquit imperfectam, nec inuentus eſt, qui tam egregio operi ad præſcripta lineamẽta ſuccedere vellet.

Idem perfecta opera proponebat in pergula ſeu porticu tranſeũtibus, atq; poſt ipſam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auſcultabat, vulgum diligentiorem iudicem, quam ſe præferens: ipſumque à ſutore reprehẽſum, quod in crepidis vnam, intus pauciores feciſſet anſas: eodem poſtero die ſuperbe emẽdationem priſtinæ admonitionis cauillante circa crus, indignatum proſpexiſſe denunciantem, ne ſupra crepidam ſutor iudicaret, quod & ipſum in prouerbium venit. Apelli autem fuit perpetua conſuetudo, nullum diem quibuſcunque negociis occupatum præterire, quin lineam aliquam duceret, ducendo exerceret artẽ. Et de Apelle & Parrhaſio fit mẽtio *in §. ſi quis in aliena. Inſtit. de rer. diuiſ.* vbi dicit tex. *Ridiculum eſt picturam Apellis vel Parrhaſii in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere.*

Nec

Digitized by Google

Nec minor prudentia Timanthis Cichicii in ea tabula, qua colorem vicit. Nam cum in immolanda Iphigenia triſtem Chalcanta feciſſet, triſtiorem Vlyſſem, & mœſtum admodum Menelaum: conceptis animo affectibus obuoluendum caput Agamemnonis eius patris eſſe dixit, vt videlicet cogitandum relinqueret ſummum illum luctum, quem penicillo non poſſet imitari.

Protogenem vero cura commendabat, de quo *in 1. conſid. huius partis* dictum eſt. Ratio autem Pamphilum, ſicut facilitas Meluntiū. Antiphilus per id ferme temporis concipiendis viſionibus laudem meruit; vt diligentia & decore Polycletus, cui plerunq; palmam tribuerunt; vnum tantum defuiſſe volūt, quod pondere quodam careret in pingendis numinibus. Et vt humanæ formæ aliquid ſupra veritatem adderet. Ita aliquid de autoritate Deorum demeret. Atqui lenes duntaxat genas pingere nitebatur, grauiorem autem ætatem conſilio fingebat. Hæc F. Patritius de laude pictorum, qui in multis laudati fuerunt: & de laudibus plurium aliorum ſcripſit Text. *in ſua Officina in c. pictores diuerſi.* Sed ne laudem ab aliena opera conſequar, fatetur ſe omnia delibaſſe à Plinio, prout & re vera fecit, & Patritius & Budæus, & qui poſt Plinium de hac re ſcripſerūt: ideo ad eum recurre *in d. c. 35.* Quæ tamen opera præcipuam laudem meruerint, ſcribit Text. *in d. loco c. ſculptores, cælatores, ſtatuarii, & marmorarii. in fine.*

Aduerte; quod pictores ſunt ita de iure priuilegiati, quod exempti ſunt ab hoſpitiis militum *text. in l. ge archiatros. Cod. de metatis. lib. 12.*

Et ex his antedictis, & multis aliis per Plinium, Patritium, & Text. *in ſuis locis ſupra alleg. enarr.* pictores plurimum laudari poſſunt & debent. Sed obſtare videtur, quod illa ars ſit quodammodo plus voluptaria, quam neceſſaria & vtilis, ex quo non ita ſit laudanda. vt comprobat Ant. Flor. *in 3. part. ſuæ ſum. titu. 8. cap. 4. §. 11.* Tamen quia eſt honeſta, & grata Principibus & magnatibus, vt ante ſcriptum eſt. Etiam quia tendit ad ornatum Eccleſiæ, ita quod à quocunque non obſtante prohibitione fieri poteſt. dicit Bart. *in l. 1. ff. ne quid in loco ſacro fiat.* vbi habetur, quod pictura, quæ fit ad ornatum, poteſt fieri non obſtante prohibitione. Ideo videtur, quod tales aliis artificibus ſint præferendi, intellige tamen, prout ſupra dictum eſt.

QVadrageſimaquinta conſideratio ſit de mercatoribus, qui ſunt honorandi, cum nobis neceſſarii eſſe videantur: cum quæ nobis ſuperſunt, deuehant, & permutando & vendendo ea aduehant, quæ neceſſaria ſunt. Et vt ait Cicer. 1. *de offic.* Mercatura ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt; ſi magna & copioſa multa vndique apportans, multiſque ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vituperanda, ac etiamſi ſatiata quæſtu vel contenta potius, vt ſæpe ex alto in portum, ex ipſo portu agros, poſſeſſioneſque contulerit, videtur iure optimo poſſe laudari: vt per plura tenet & comprobat Bart. Cæpol. *in tracta. de Imperatore militum eligendo, in verbo, nobilitatis. in 18. opinion.* vbi dicit, quod apud Venetos mercatores etiam ſunt nobiles, quod intellige tamen ſapienter. Fortuna enim illa ſemper optanda, ſtudentibus minus optanda eſt, vt glorianti mercatori, quod in omnes oras maritimas nauigia dimiſiſſet, dixiſſe fertur Lacon. Finis præſcribendus eſt lucro propter varios fortunæ euentus. Ne paruo temporis momento id mercator amittat, quod in omni vita ſua perlucratus eſt, cogaturque decoquere; quod quidem ſine ignominia & probro nequaquam accidere poteſt, etiamſi id ſine culpa aliqua fieret: hæc Cicero *in 2. Philippica* Antonio obiicit his verbis: Tenes ne memoria prætextatū te decoxiſſe? patris, inquies, iſta culpa eſt; etenim eſt pietatis plena defenſio. Illud tamen audaciæ tuæ, quod ſediſti in 14. ordinibus. Cum eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus; quamuis, qui fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſent: eiuſmodi ignominia vt careant mercatores, auiditati finem imponant, ne pauperiem in ſenectute cum irriſione etiam pati cogantur. Plures vituperationes de mercatoribus dici poſſent: & quaſdam refert Luc. de Penna *in rubr. Cod. negotiatores ne militent. lib. 12.* Et

12. Et in quibus committunt crimen ſtellionatus, ſcribit Vlpianus. *in l.3. ff. de crimine ſtellionatus*. Sed quia tantum, quæ faciunt ad laudem intentionis noſtræ eſt ſcribere: ideo dic ſecundum eundem Lucam, quod mercatores neceſſarii ſunt in ciuitate, ſicut agricolæ, *extra de voto c. quod ſuper*. Et ſine iis omnibus non ædificabitur ciuitas. *Eccl.* 38. Et Plato cum inſtitueret, quemadmodum ciuitas bene ordinari debeat, inprimis negotiatores neceſſarios dicit: & vide plene ea, quæ dicta ſunt ante *hac par. in 1. conſid.*

Adde, quod locatores ratiociniorum dicuntur mercatores, vt vult Bart. & Alex. *in Apoſtillis, in l. legatis. ff. de legat. 2.* Et ibi ponit Alexander differentiam inter mercatorem ſeu negotiatorem, & artificem. Nam, vt dicit: negotiator ſeu mercator eſt ille, qui emit vnam rem, & non mutata forma illam vendit, vt lucretur, vt ſunt, qui emunt candelas, & vendunt. Et tales an dicantur candelarii, an vero ſolum illi, qui eas faciunt, vide Iacobum Rebuffi *in rubr. de nauicularüs ſeu naucl. lib.* 11.

Artifex vero eſt, qui emit rem, & mutata forma vendit, vt eſt, quando emit ferrum, & vendit enſes, vt eſt text. *in c. paratum.* 88. *diſt.* Et remiſſiue quis ſit mercator negotiator, & artifex: vide allegata per Fely. *in procem. decretalium, incipient. Gregorius. in fine.* & ibi, an ex vno actu, antequam ſit inſcriptus in matricula mercatorum, quis dici poſſit mercator, & de ſtatu mercatorum, & diuerſis negotiatoribus, vide Anto. in ſua Sum. *in 3. par. tit. 8. c. 1. 3. & 4.* Bern. de Buſt. 2. *par. ſui Roſarii, ſerm.* 32.

Aduerte tamen; quod nobiles ſe negotiationi & mercaturæ immiſcentes perdunt nobilitatem: vt dicit Bal. *in l. nobiliores. C. de commerciis & mercat.* Quod an ſit verum, diſputat Anton. de But. *in rub. extra ne cler. vel monachi.* & Bart. Cæpoll. *in loco ante alleg.* Et lex fuit apud Romanos, ne Senatores mercaturę eſſent nimium intenti, autor Blondus *lib. 5. de Roma triumphante.*

Plures laudauerunt mercaturam & artificium, vt Aug. Dathus *in ſuis Epiſtolis li. 3. orat.* 9. & teſte F. Patritio *libr. 1. de inſtit. Reipublicæ titu.* 8. fouendi ſunt propter vtilitatem Reipublicæ mercatores, & dixi *in diſt. 1. conſider. huius partis*. Et refert Blondus *eod. loco*, mercatorum ſocietates Reipublicæ vſui fuiſſe. Vnde Cicero *pro Plancio* orans, cum ex bono loco viſus eſt laudare, cum patrem eius equitẽ Romanum dixit, maximum ſocietatum autorem plurimarum fuiſſe magiſtrum. Et ad Craſſipedem ſcribens idem de Bithyniis mercatoribus ſic habet. Quanquam tibi præſens commendaui, vt potui, diligentiſſime ſocios Bithyniæ, quæ ſocietas ordine ipſo in hominum genere pars eſt maxima ciuitatis. Iuuerunt autem difficillimis temporibus Rempublicam ſocietates mercatorum. Liuius 23. Cum Scipiones in Hiſpania frumentum, veſtimentaque exercitui ſupplenda poſtulaſſent, nec vnde darent, ſenatus populuſq; haberent: Fuluius prætor in concione exhortatus eſt eos, qui redemptitiis auxiſſent patrimonia, vt Reipub. qua creuiſſent, tempus cõmodarent. Tres ſocietates 19. hominum effecerunt pacti, vt quæ in naues impoſuiſſent ab hoſtium tempeſtatiſque vi publico periculo eſſent, exoluitque poſtea ſenatus. Et 24. cum cenſores ob inopiam ærarii ſe iam locationibus abſtinerent ædium ſacrarum tuendarum ciuiliumque equorum præbendorum, ac ſimilium his rerum: conueniunt ad eos frequẽtes, qui haſtæ huius generis aſſueuerant, hortanturque Cenſores, vt omnia perinde agerent, locarẽt, ac ſi pecunia in Ærario eſſet, neminem niſi bello confecto pecuniam ab Ærario petiturum eſſe.

QVadrageſima ſexta cõſideratio ſit de laude hoſpitum, quos crederem inter alios mercatores multum eſſe laudandos, & extollendos. Et ſub iſtis mercatoribus comprehenduntur etiam tabernarii, vt not. Bart. *in l. cum pater. §. menſa. ff. de legat. 2.* Ideo etiam comprehenduntur Caupones & ſtabularii: cum quibus addendi ſunt nautæ, vt hic titulus de tribus furibus, ſcilicet de nautis, cauponibus & ſtabulariis, qui eſt in ff. veteri, *Nauta, caupones, ſtabularii, vt recepta reſtituãt:* quia, vt dicit text. *in l. nauta, & caupo, & ſtabularius, mercedem accipiunt. ff. eod. ti.* Et licet iſti

ſine de

ſunt de genere prædonum, cum ne nunc quidem abſtineant ab huiuſmodi fraudib. vt dicit tex. *in l.1.§.1.ff.eod.not.* Alex. *in l.1.in prin.C. de eden.* & Fr.Niconitius *in repe. cap. quoniam contra.in prin.nu.16.& 17.extra de probat.* Tamẽ hodie apud nos alio & honorabiliori nomine vocantur hoſpites. Cum hoſpitalitas ſit multum neceſſaria, & multum etiam cõmendatur ab Apoſt. vt ſcribitur *ad Rom.12.ibi, hoſpitalitatem ſectantes.* Et ex cauſis laudanda, amplectenda & inquirenda eſt. vt dicit Ioan. de Turrec. *in ſum.42.diſt.*

Primo; quia eſt res valde decora & honeſta. Sacra enim res eſt menſa hoſpitalis, vt ait Seneca *lib.4.de offi.* Tullius *li.2.de offic.* Recte, inquit, à Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas. Eſt enim, vt mihi videtur, valde decorum, patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus; idque etiam Reipubl. eſt ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in vrbe non egere. Eſt etiam vehemẽter vtile his, qui honeſte poſſidere multa volunt, per hoſpites, apud externos populos valere opibus & gratia.

Secundo; quia hoſpitalitas diſponit ad ſuſceptionem diuinæ gratiæ & præparat, vt oſtenſum eſt *Luc.vlt.* vbi diſcipuli cognouerũt Dominum coactum hoſpitari cum eis, etiam in fractione panis. vnde Gregor. *in Homilia.* Ipſe quoque dominus non eſt cognitus in via à diſcipulis, dum loqueretur, & in domo cognoſci dignus eſt, dum paſceretur. Sic etiam ex hoſpitalitate Chriſti in domo Marthæ: ipſa, Lazarus eius frater, & Magdalena eius ſoror receperunt à Chriſto diuinam cognitionem. Sic etiam quandoque diuina cognitio infunditur hoſpiti gratia alicuius ſancti viri in hoſpitio recepti.

Tertio; quia hoſpitalitas bona temporalia multiplicat, exemplo viduæ, quæ Eliam hoſpitio recepit: cui toto tempore famis, farina & oleum non defecerunt. 3.Reg.17.

Quarto; quia à malo etiam temporali ſeruat, exemplo Raab, quę, quia recepit nuncios filiorum Iſrael, ideo cum parentibus ſuis ſaluata eſt, & omnes alii ciues in Iericho occiſi ſunt. *Ioſua 6.*

Quinto; quia meretur Angelos recipere, exemplo Abrahę, & Loth, vt habetur *Gen.18. & 19. & in Summa 42.diſt. & in c.6.§. At non Abraham.35.diſtin.* vnde Apoſt. *ad Hebr. vlti.* Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enim quidam placuerũt, Angelis hoſpitio receptis. vnde Hiero. Abraham & Loth Angelos ſuſceperunt; quia hoſpites dilexerunt.

Sexto; Hoſpitalitas eſt amanda; quia Deũ mereretur recipere. *Matth.10.* Qui vos recipit, me recipit. & *Matt.25.* Qui recipit vnum talem paruulum in nomine meo, me ſuſcipit. vnde Hier. *ad Nepotianum*: Menſula tua pauperes & peregrinos ſuſcipiat, & cũ illis Chriſtus conuiua erit. Hoc autem non modo accipiendum eſt, cum in membris ſuſcipitur Chriſtus, ſed etiam quandoque perſonaliter, vt narrat Gregor. de multis, tam in Dialogo, quam in Homiliis Euangeliorum.

Septimo; quia etiam per Chriſtum commendatur hoſpitalitas, vt ſcribitur *in d. Summa.42.diſtinct.* Cum dicatur *Matth.25.* Hoſpes fui, & non recepiſtis me. Et etiã per Paulum & Petrum Apoſtolos, vt de Paulo *ad Roma.12. & ad Hebr. vltim.* & de Petro 1.*Petri 4:* cum dicit, Hoſpitales inuicem ſine murmuratione, &c.

Octauo; quia etiam apud Barbaras gentes commendatur, vt facit tex. *in c. afferebat.32.q.* vbi dicit, illam debere eſſe inuiolabilem, ita quod hoſpes hoſpitem defendere tenetur. vt tenet ibi gl. *& l.1.ff nauta, caupo. ſtabu.* cum illius dicatur habere cuſtodiam.

Nono; quia hoſpitalitatem ſectantes exẽplo Lothi, qui primo hoſpitalitatem fecit, habent multa priuilegia, de quibus habetur *in l. omnia priuilegia. Cod. de Epiſcop. & cleri.* Et licet text. videatur loqui de his, qui pauperes recipiunt gratis & ſine mercede, crederẽ forte etiam prædicta priuilegia debere habere locum in aliis hoſpitib. etiam peregrinos recipientibus: cum, vt dicit Hiero. *ad Nepotianum*: Menſula tua pauperes, & peregrinos ſuſcipiat. Ecce quomodo non ſolum cõmendat pauperes, verumetiã peregrinos. Si enim nulli eſſẽt hoſpites ad recipiendũ peregrinos, non pauperes, quomodo hoſpitari poſſent?

Digitized by Google

ecce quomodo pauperibus ſubueniretur, & aliis non. Ideo putarem hoſpites eſſe ita priuilegiandos, ſicut hoſpitalarios, ſaltem in his, quæ poſſunt impedire hoſpitalitatem peregrinorum, vt eſt in recipiendis & hoſpitandis militibus, niſi tãquam hoſpitibus, in quo priuilegiantur hoſpitalaria, vt ſcribitur *in dict. l. omnia priuilegia*. Ex quo pluries dixi, quando milites, ſeu armigeri, ponuntur in aliqua ciuitate, vel vrbe ad caſtrametationem ſeu potius ſtationem (*garniſon* vulgo) & eis deputantur hoſpitia ab officiariis loci in domibus ciuium, vt moris eſt fieri in Gallia: quod non debent poni in domibus hoſpitum, ne per eos impediantur peregrini ad hoſpitandum. Et licet alias contrarium viderim fieri in hac ciuitate; hoc tamen perperam contra meum judicium fiebat. Nam hoſpites ſaltem principales ab huiuſmodi hoſpitiis militum eximi debebant.

Et facit vna alia ratio. Quoniam ſicut videmus ergaſteria mercatorum eſſe exempta, quia à mercimoniis occupata. *l. in qualibet, & l. pen. Cod. de metatis li.* 12. Eadem ratione domus hoſpitum, quæ omni hora poſſunt, & ſunt hoſpitibus occupatæ, ad quod etiam tenentur eos recipere. *l.* 1. *§ fin & ibi Bar. ff. nauta, caupones, ſtabularii.* ex quo cum teneantur ex debito peregrinos recipere, & in hoc onerantur, debent in alio onere releuari; quia eſt onus patrimoniale, quod recuſare non poſſunt. *l.* 3. *Cod. de muner. patrimon. lib.* 10. Ideo in alio ſimili grauari non poſſunt. Et differit Budæus *in leg. ſolent. ff. de officio proconſ.* quod huiuſmodi ius hoſpitandi erat neceſſitudinis. Cum ſecundum morem antiquum dabatur teſſera dimidiata, vt agnoſci poſſent, & Deus hoſpitalis erat Iupiter. Et tale ius erat honorarium, vt ibi narrat, & etiam vt erat ſanctiſſima hoſpitii neceſſitudo, ideo violari non poterat. Sed an hodie ſit honorarium, & nomen amiſerint ex fama eorum? videtur, quod ſic; cum vtplurimum ſint rapaces, & plus exigere ſoleant à peregrinis, quam expenderunt.

Adde tamen vnum; quod ex quo quandoque ſunt multum rapaces in exigendis debitis hoſpitii cauſa (quod *ſcotum* vulgo vocāt) poteſt pro hoc taxari certum preciū, vt tenet Alber. *in ſuis ſtatutis. in* 1. *par. rubr.* 79.

Aduerte etiam ad vnum, quod ex quo dixi hoſpites debere eſſe immunes ab hoſpitio militum, ita etiam ab hoſpitio iudicum, qui debent hoſpitari prout milites in loco, vbi nō eſt domus principis, & ſic in loco, vbi non eſt Prætorium, poſſunt exercere eorum iuriſdictionem, nec poteſt ei denegari locus, ita videtur tenere Luc. de Pen. *in l. fi. C. de profeſſ. & medicis, li.* 10. vbi tex. ante finem parificat hoſpitium militum, & iudicum in his verbis: *Nec eorum domus vbicunque poſita militem, ſeu iudicem ſuſcipiant hoſpitandum.* Ample vero de hoſpitiis militum, vide in tractatu, quem fecit Surgetus, qui dicitur *Enchiridion militaris diſciplinæ.*

QVadrageſimaſeptima conſideratio; Cū in præcedenti conſideratione de hoſpitibus attigerimus, binas ordinis officiorū ſententias vtramque grauem afferre libet, ſcilicet quo loco ponendus ſit hoſpes, ex teſtimonio Auli Gellii *lib.* 5. *cap.* 13. vbi ait in hæc verba; Seniorum hominum, & Romæ nobilium, atque in morum diſciplinarum veterum doctrina, memoriaque præſtantium diſceptatio quædam fuit; præſente atque audiente me, de gradu atq; ordine officiorum: cumque quæreretur, quibus nos ea prioribus potioribuſque facere oporteret, ſi neceſſe eſſet in opera danda, faciundoque officio, alios aliis anteferre non conſtabat. Conueniebat autem facile, conſtabatque ex moribus pop. Roma. Primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere, fidei, tutelæque noſtræ creditos. Secundum eos proximum locum cliētes habere, qui ſeſe itidem in fidem, patrociniumque noſtrum dederunt. Tum in tertio loco eſſe hoſpites: poſtea eſſe cognatos affineſque. Maſſurius autem Sabinus *lib. iuris ciuil.* 3. antiquiorem locum hoſpiti tribuit, quā clienti, & poſt primum locum tutelæ, ſecundū hoſpiti tribuit. Verba ex eo lib. (teſte Gellio) hæc ſunt. *In officiis apud maiores ita obſeruatū eſt, primū tutelæ, deinde clienti, tū cognato, poſtea affini.* & poſt Aulum Gellium vtramq; ſenten-

Digitized by Google

ſententiam ſuccincte enarrat Blondus *de Roma triumphante, lib.5.*

QVadrageſimaoctaua conſideratio; Hic ſcribi poſſet de medicina, cum inter artes mechanicas ponatur, author eſt Ant.Florent.*in 1.part.ſuæ Summæ.tit.1.cap 3.* §.vbi ait, quod medicina corporis, vel tuetur, vel reſtaurat ſalutem. Hæc continet occaſiones,& operationes. Occaſiones ſunt ſex: Aër circũdans nos, Cibus & Potus, Somnus & Vigilia, Motus & Quies, Exinanitio & Repletio, & Accidentia animæ, id eſt, paſſiones inſurgentes: Operationes ſunt intus, & foris. Intus, vt ea, quæ intromittuntur per nares, per os, per anum, ad excitandas ſternutationes, vomitationes,& purgationes. Foris, vt ſunt emplaſtra, inciſio,& vſtio. Et duplex eſt medicina, ſpiritualis, ſcilicet,& corporalis.*cap.vlt. 29.diſtinct.* Corporalis medicinæ præcepta diuinæ conditioni contraria ſunt: quia nec ieiunare, nec flere, nec ſimilia ſinunt.*cap.contraria.de conſecr.diſt* 5. vt ſcribit Luc.de Pen. *in rubr. de profeſſorib. & medicis, lib.*10. Sed quia de eis dixi *in præced.part.in* 24.*conſid. & hac part.in* 3.*&* 28.*conſid.* ad ibi dicta de laude medicorum,& excellentia recurrendum eſt. & ad Eraſmum *in ſuo Encomio de laude medicinæ.* Sed quia ſub his comprehendi poſſunt Aromatarij, Chirurgi. *c.tua nos de homicid.*& etiam dentarij: vt ait Franciſ. de Rip.*in tract. de peſte.fol.* 75. *verſicu.ſed iam de ſalariis medicorum.* non tamen barbitonſores, ſecundum gl. *in cap.1.in verb. cum de ſtatu regularium. in 6.de regul.* dicam ſtatim, & ideo de eis pauca dicenda ſunt. Etenim Aromatarij honorandi ſunt: quia, quoad medicinalia, deſeruiunt ad vitæ humanæ conſeruationem: & eſt neceſſarium eorum miniſteriũ ad eius conſeruationem, & ſanitatem humanã, & quoad alia ad bene eſſe: vt dicunt Anton.Floren. *in 3.part.ſuæ Sum.tit.*8.*cap.*4.§.6. & Bernard. de Buſt.*in 2.part ſui Roſarii.ſerm.*32.*in 2.part. in litera Y.* Et iſti Aromatopolæ, vulgo apud nos Apothecarij dicuntur, & propriè ſunt Pharmacopolæ, ſeu Vnguentarij, qui vendũt medicinas,& vnguenta, aliaſque medicinas ſecundum recepta medicorum conficiunt. Vnde gloriantur in hoc, quod Deus dictus ſit Vnguentarius, vt ſcribitur *Eccleſiaſt.*38. *ad princip.*& per Ioannem de Turrecrement.*de conſecr.diſtinct.* 1. *in procem. num.*3. cum dicatur: Et approprians alligauit vulnera eius, oleum ſuperinfundens, & vinum. & habetur *Eccleſiaſt.*87. Sicut Deus creauit medicinalia.& *Eccleſiaſtici eodem.* Altiſſimus de terra creauit medicinam. Ita & ipſe primus author extitit artis, & ſcientiæ medicinalis, vt refert Antonius Florent.*in 3.part.ſuæ Summæ.tit.*7. *cap.*1.*in princ.* Et de ſapientia habetur *Eccleſiaſt.*24. Quaſi cinamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi. Et Myropola etiam dicitur venditor vnguentorum. Et medicamentarius eſt, qui medetur, ſeu qui morbis affert remedia.

Barbitonſores etiam ſub medicina comprehenduntur, author Ant.Flor.*in d.loco.*§.7. & Bernar.*loco ſupr citato*: quia ad medicinalia pertinet minutio ſanguinis ſedandi feruoris gratia, quæ phlebotomia dicitur. Ideo propter vtilitatem, quam afferunt Reipub.& etiam neceſſitatem, creauit Deus medicũ. *Eccleſ.*38.*in princ.* Sed iſti proprie ſunt Chirurgi, qui ſunt medici vulnerarij, multum neceſſarij & vtiles in Republica: maxime in exercitu militari: & apud nos ſunt in magno honore & pretio. Inter hos etiam comprehenduntur Obſtetrices, quæ medicinam exhibere videntur.*leg.*1. §.2.*ff. de var. & extraordin. cognitio.& l.item ſi obſtetrix.ff.ad legem Aquilam.* Plinius *lib.*28.*ca* 7. Sotyram & Salpem obſtetrices facit, quarum etiam placita in quibuſdam morborum remediis citat. Idem *lib.*32.*capit.*10. de Salpe meminit. Et dicuntur eſſe artis probatæ & fidei. text. *in l.*1 *circa princip.ff.de ventre inſpic.* Et ibi Bartol. quomodo iurent. Quandoque tamen eatum manus & oculus fallitur. text. *in cap. nec aliqua.*27.*quæſt.*1.*cap.pen.extra de proba.cap.fraternitatis. ext de frigid.* Et tales obſtetrices debent ſcire formã baptizandi, cũ fere ſemper ſint in partu fœminarũ, vt vbi eminet periculum de vita infantis, & cũ neceſſitas ſuadet, baptizare poſſint:*c.mulier,de conſecr.diſt.*4.

Crederem, & forte non incõſulto omnes

cuiuſcunque ordinis ſub hac arte comprehendi poſſe. Cum fere nullus ignarus & expers huiuſmodi artis reperiatur, ſaltem pro aliqua parte corporis. Cum etiam Medicus dicatur, qui alicui parti corporis medicinam præbet, vt dicit Bart. *in d.l.1.§.1.ff. de variis & extraord.cogn.* Ex quo euenit, cum ſemel quidam Aulicus Ducis Mediolani, & quidem familiaris de ſuo fratre conquereretur, quem medici non recte curauerant: vt ex eorũ incuria (ne dicam forte inſcitia) morbo interiiſſet, petiit ab eo Duce vnum Carlinum impoſitionis ſuper vnum quemque medicum ſui dominii, & Ducatus Mediolani. Quod & facile conceſſit Dux, putans deridere Aulicum, cum pauci eſſent medici: ſed aliud in mente retinebat Aulicus. Quoniam tandem coram vno ſe finxit infirmum dolore dentiũ, coram alio dolore ventris, & ſic de aliis. Et poſtremo omnes reperit eſſe medicos: & vnuſquiſque dedit ei aliquam medicinam pro ſpecie morbi, quo detineri, & affligi aſſerebat, & ita plus exegit, quam cogitaſſet Princeps. Idcirco cum ſit ars omnibus communis, omnes illam laudare debent, ne ſeipſos illam deprimendo vituperent. Maxime, qui paſſi interdum fuerint aliquam infirmitatẽ, ſi poſtmodo conualeſcant, infinita conſilia dant. Vnde Terentius:

Dum conualuimus, ægrotis recta conſilia damus.

Quid autem de magonibus ſeu Hippocomis (quos vulgo *mareſcallos* vocant) & aliis curantibus corpora brutorum, an dicantur medici? Vide gloſſ. *in l.1. C. de excuſa. artific. lib.* 11. Ioan. de Plat. *in l. cum te. C. de profeſſor. & medicis lib.* 10. vbi ait, eos habere excuſationem à muneribus perſonalibus.

Et aduerte; quod non ſolum eſt licitum laudare medicos, verum etiam ipſi ſe laudare poſſunt, vt dicit Cardinalis, *in c. ad aures. extra de ætate & qualit.* Et Fran. de Ripa *in tract. de peſte. fol.* 75. *verſ.* 1. *aduertant ad artis peritiam.* vbi ſcribit, quomodo licet alicui ſe laudare, de quo ante *in* 1. *part. in* 59 *conſid.*

QVadrageſima nona cõſideratio ſit de venatoribus, ſeu de arte venatoria, quæ, vt autor eſt Ant. Flor. *in* 1. *part. ſuæ ſummæ. tit.* 1. *&* §. *eo. num.* conſiſtit in tribus ſpeciebus, ferina ſcil. aucupio, & piſcatura: ſed proprie venatio ferina conuenit nobilibus: plebeiis autem venatio aliorum animalium. Et iſti proprie apud nos ſunt Macellarii: tamen pro ſordidis artificiis & mechanicis reputãtur. Macellarii vero dicuntur, qui macellum exercẽt, non ſolum carnium, ſed omnium obſoniorum: quinetiam panis & frumenti venditor, quippe hæc omnia in macello venundabantur. Varro: Duo ſunt Orinthonis genera, hoc eſt, auiariorum; vnum delectationis cauſa; alterum fructus gratia, quo genere macellarii, & in vrbe quidam habent loca clauſa, & rure maxime conducta, & ſunt loca, vbi mittuntur proprie aues & gallinæ ad vendendũ & diſtribuendum: & magis extenſe, vbi nutriuntur animalia ad eadem diſtribuẽda pro alimento ciuium & popularium. Macellum vero eſt locus, quo venalia omnia, quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur: dictum Macellum à Macello quodã viro, qui in vrbe latrocinium exercebat, quo damno cenſores Æmilius & Fuluius ſtatuerunt, vt in domo eius obſonia venderentur, redactis in fiſcum eius bonis. Donatus à mactandis pecoribus deriuat. Alii à macerando, quod pecora, dum eo ducuntur, ibiq; tenentur, macerantur. Hinc dicti ſunt macellarii, eo, quod mactent carnes, & vendunt in illo loco publico ad hoc deſtinato. Et de hoc ſcribitur *ad Corinth.* 10. Omne, quod vænit in macello, mãducate. Et ſi qui artifices, aut negotiatores laudem & honorem conſequi debeant ex communi vtilitate & neceſſitate, quam afferunt Reipub. iſti nullo pacto ſunt prætermittendi abſq; honore. Cum multum ſint neceſſarii in Republica, maxime eorum, qui carnibus veſcuntur, vt Alani, non autem ichthyophagi, qui piſcib. viuunt, apud quos piſcinæ & viuaria in pretio. Etiam, qui tales diſtribuunt carnes populo, vocantur viſceratores; quoniam carnis crudæ diſtributio viſceratio dicitur, quæ fieri ſolebat antiquitus, vel in ſolenni feſtiuitate, vel in funere alicuius excellentis perſonæ.

Quinque

Digitized by Google

QVinquageſima conſideratio; Cum in præſenti conſideratione, de materia venationum tractatū ſit, quæ eſt frequentata apud nos: hic quæro, primo, an ſit licita venatio, & quibus perſonis. Et in hoc, vt breui abſoluam, non inſiſtendo in venatione, quæ dicitur hominum oppreſſiua. Nec in venatione arenaria, de quibus ſcripſit Ioan. de Turrecrem. *in c. qui venatorib.* 86. *diſtinct.* Sed ſolum in venatione, quæ dicitur ſaltuoſa, quæ eſt illa, quæ exercetur, & fit in ſyluis & ſaltibus interficiendo feras vel aues: ſiue fiat propter neceſſitatem indigentiæ, vt, cum quis ex tali artificio ſuſtentatur, ſiue propter neceſſitatem violentiæ, vt, cum quis venatur feras vaſtantes fructus ſuos vel pecora: quo caſu licitum eſt omnibus venari de iure lupos, apros, vrſos & leones, *l. vnica. C. de venat. ferarum. libr.* 11. ſiue fiat propter vtilitatem, vt carnes habeat in cibum, vel pelles ad veſtimentum, ſiue propter recreationem. Et licet omnia iſta genera venationum, de quibus ante dictum eſt, ſint opera ad ſe indifferentia, & bene & male fieri poſſint. Et dicit idem Ioan. de Turrecrem. *in loco ante alleg.* quod in laicis eſt licite, & licite ab eis exerceri poteſt, dum tamen fiat ſine damno & læſione proximi. Ex quo primo fac concluſionem ſequentem, quod venatio omnibus laicis eſt permiſſa, ita quod licitum eſt omnibus, laicis venari ad feras beſtias, & fiunt occupantis, §. *feræ igitur beſtia. cum* §. *ſeq. Inſtit. de rer. diuiſ.* quæ tamen in multis non habet locum. De quibus ſcripſi *in comment. noſtris ſuper conſuet. Ducat. Burgund. tit. Des Forets.* §. 7. ad quem recurre, & ad G. Bened. *in repet. cap. Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. à num.* 868. *vſque ad num.* 922. *extra de teſtam.* Et inter alia attende de ea, quæ dicit, quod conſuetudo poteſt inducere, vt aliquibus ſit prohibita venatio, vt autor eſt Ioan. Fabri *in* §. *fi. Inſtit. eod. de rer. diuiſ.* Ex quibus idem Guil. tenet. ibi, quod in Francia ex generali conſuetudine, & etiam ex prohibitione dominorum agricolis eſt prohibita, nec ab agricultura euocentur, aut diuertantur. Non enim turbari debet, nec interrumpi agricultura, *l.* 1. *in princip. ff. de tigno iniuncto.* Quod ſi fieret, deſtrueretur, vel ſaltem diminueretur annonæ præbitio, in detrimentum boni publici. Nec etiam ex ſua venatione pecuniam lucrarentur, ex qua fieret ab agricultura diuerſio, quod fieri non debet, vt dicit Ioan. de Platea *in l. domini. C. de agricolis & cenſitis, lib.* 11. vbi etiam dicit, quod nec canes, nec aues ad venandum debent habere agricolæ. Et non ſolum in Gallia eſt eis prohibitum; ſed etiam aliis non nobilibus, vt eſt teſtis idem Guilelmus *in loco ante alleg. num.* 917. Et cum huiuſmodi ſit prohibitum, non poſſunt etiam venari, vt venationem captam domino, aut Principi darent, à quo manauit prohibitio, *l.* 1. *C. nemini licere in frenis equeſtri. lib.* 11. Quia omni caſu caderent in pœnam prohibitionis, ac ſi pro eorum lucro proprio venati fuiſſent, ſecundum Ioan. de Plat. *ibi.* Maxime vbi venatio artificioſa prohibetur per ſuperiorem; quia etiam intelligeretur inhibita in apris & aliis feris iure permiſſis, vt prohibitio aliquid addat & operetur: In ſignum cuius Domitius prætor Romanus olim Siciliam regens; quia paſtor quidam contrafecerat, & aprum captum ei obtulerat, ipſum crucifigi fecit, vt recitat Valerius *lib.* 6. *tit. de ſeueritate.* pro quo facit; quia ex hoc lex erat ſcripta, ſeruāda erat, *l. proſpexit. ff. qui & à quib. manumi. libert non accip.*

Quomodo vero, & quando venatio ſit clericis prohibita, ſcribit Ioan. de Turrecre. *in d. c. qui venatorib.* 86. *diſt. & toto tit. de clerico venatore, in antiquis.* Et per G. Benedict. *in loco ſæpe alleg. num.* 875.

Item etiam venatio non poſſet fieri per illos, (licet habeant poteſtatem venandi) in alienis garenis, nec in alienis foreſtis, aut iuriſdictione alterius, vt per plura comprobat idem Guil. *in ſæpe dict. loco, num.* 869. *vſque ad num.* 875. Plures celebres venatores *num.* 33. laudat Textor *in ſua officina, c. venat. res.* Et ibi ait, Mithridatem venandi ſtudio adeo intentum fuiſſe, vt ſeptem annis, neque vrbis, neq; ruris tecto vteretur.

QVinquageſima prima conſideratio de piſcatura tractat, & an ſit licita. De qui-

bus dico, autore Ioan. de Turrecr. *in cap. qui venatorib. 68. diſt.* quod piſcatio, quæ fit propter neceſſitatem, vt ſunt illi, qui de ea victũ quærunt, eſt licita. Et dixit iſtam eſſe cõcluſionem Gregorii *ſuper Ioan. 21. cap.* vbi leguntur Apoſtoli poſt Chriſti reſurrectionem rediiſſe ad opus piſcationis: quod idem dixit, ſi propter ſolatium adhibitis debitis circumſtantiis. Imo ius & facultas piſcandi non poteſt prohiberi per Principes & Dominos, niſi in contrarium ſit conſuetudo, vt dicit Ioan. Fabri *in § flumina. Inſtit. de rerum. diuiſ.* Quæ quidem eſt in Francia in multis locis, vt de hoc etiam meminit Guido Papæ. *q.* 514. & dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuet. Duc. Burgun. tit. des Foreſts. §. 7.* Et duo ſunt genera piſcandi, quæ conſiſtunt in retibus & hamo; vt ait Ioan. de Turrecr. *in c. eſt aliud. 24. q. 1.*

Aduerte; quia, vt autor eſt Blondus *lib. 9. de Roma triumphante*, fuerunt olim venationes & piſcationes in villis, prout hodie multis in villis & vicis apud nos adhuc reperiuntur venationes: vt ſunt ad lupos venatores, qui vulgo Luparii dicuntur, hoc eſt, qui capiunt lupos, & habent iſtud officium à Rege, & percipiunt pro lupo capto certum quid à ſingulis habitatoribus loci, vbi capitur, vſq; ad certas metas & loca huiuſmodi collectæ ſubiecta.

Qui vero olim habuerint piſcinas celeres, ſcribit Textor *in ſua officina, in cap. piſcinarii.* Piſcinarii vero dicuntur, qui piſcinas habent refertas piſcibus, eaſque magno ſtudio curãt. Oſtrearum viuaria primus omnium Sergius Orata inuenit, optimumque ſaporem Lucrinis adiudicauit.

Licinius Murena reliquorum piſcium viuaria primus inſtituit. Lucullus ad piſcium receptacula montem excidit iuxta Neapolim, maiore impendio, quam villam ædificauerat, admiſſo mari. Varro ſcribit M. Catonem Vticenſem, cum hæres teſtamento Luculli ſeu Lucilii eſſet relictus, piſces de piſcina eius 40. millibus vendidiſſe. Murenarum viuaria excogitauit C. Hirtius, qui cœnis triumphalib. Dictatoris Cæſaris ſex millia murenarum mutua appẽdit, & dedit in pondus. Vedius Pollio, cum piſcinas magno ſtudio coleret, ſolebat ſeruos occidere, eoſque piſcibus vorandos præbere; vt hominum cruore paſti, delicatiores eſſent.

Curauit & piſcinas Hortenſius orator, qui murenam adeo dilexit, vt mortuam multos dies atratus fleuerit.

Antonia, Druſi murenæ, quam diligebat, inaurem, hoc eſt, ornamentum ex aure dependens addidit.

Cochlearum viuaria primus inſtituit Fuluius Hirpinus.

Aliquos recitat piſcatores Textor *in ſua officina, cap. piſcatores*, quos laudat ibi. Et, vt autor eſt Hieron. *in Pſal. 82.* & recitatur *in c. Eſau. 86. diſtinct.* Non inuenimus in Scripturis Sanctis, ſanctum aliquem venatorem. Piſcatores inuenimus ſanctos. Nam Eccleſiaſtici dicunt Petrum Apoſtolũ omnium Pontificum primum, fuiſſe piſcatorem profeſſione. Item Andream eius fratrem. Item Iacobum Zebedæi & Ioannem fratres, vt ſcribitur *Matth. 4. Marc. & Luc. 5.* Et dicitur in Scripturis Sanctis, hoc eſt, in Veteri & Nouo Teſtamento, vt exponit Ioan. de Turrec. *in d. c. Eſau.* propter Euſtachium & etiã Hubertum, qui fuerunt venatores.

QVádrageſima ſecunda conſideratio, Erit de arte theatrica, quæ conſiſtit in ludis, & ſic in artificibus huiuſmodi ludos exercentibus, qui inter tales ſunt extollendi & laudandi. Et iſta ars theatrica continet ludos diuerſi generis, vt ait Antonius Floren. *in 1. par. ſuæ ſumma. tit. 1. c. 3. § 3.* De quibus etiam per F. Patritium *libr. 2. de inſtitut. Reipublica. tit. 8.* vbi etiam originem ludorum & genera illorum ſcribit, quæ ſunt quatuor, ſcilicet, Ludi Gymnici, Circenſes, Gladiatorii, & Scenici. Nam Ludus Gymnicus, eſt, quando fit luctatio nudo corpore, & exercetur in gymnaſio, & illius quinque ſunt genera, ſcilicet, ſaltus, curſus, virtus, atque luctatio. Dicitur autem hic virtus, immenſitas virium in labore, & pondere corporis.

Aut vero ludus, teſte eodem Ant. Floren. dicitur Agon, & fiebat in quodam loco Romæ, qui *circus Flaminius* dicebatur, & exercebatur

Digitized by Google

rebatur per modum certaminis, aut belli. Et agonum genera fuerunt curſus, celeritas, ſagittandi peritia, ſtandi patientia, ad citharam quoque, & tibias incedendi geſtus, decantandi modulatio, terreſtris quoq; & naualis perpetiendorumque ſuppliciorum certamina.

Aut Circenſis; & circenſes ludi dicti ſunt à circumeundo, vt dicit Ant.Floren. *loco ante alleg.* Textor vero *in ſua officina. in c. Ludi, & ſpectacula diuerſa*, ait, ludos circenſes factos fuiſſe in circo, vbi loca erãt, & ſubſellia equitibus, patribuſq; deſignata. Primus circum deſignauit Tarquinius Priſcus.

Aut vero ludus eſt Scenicus. Scena autem, eodem Anton. Florent. autore, locus eſt intra theatrum in modum domus inſtrata cum pulpito, vbi cantabant comici & tragœdi, ſaltabant hiſtriones & mimi: hodie in Chriſtianitate ad formam huius domus in conuentu religioſorum, maxime in loco, qui dicitur refectorium, ſolent ſimilia loca fieri, vbi cantatur aut legitur aliquid alta voce in laudem Dei, dum religioſi prandent. Blondus *lib. 2. de Roma triumphante*, dixi ex Placido Grammatico, ſcenam eſſe cameram hinc inde compoſitam, quæ in vmbræ locum in theatro erat, in quo ludi actitabantur. Item Scenam dici arborum in ſe incubãtium quaſi concameratam denſationem, vt ſubterpoſitos tegere poſſit. Item Scenam vocari compoſitionem alicuius criminis, quæ digna ſit agi in theatro exclamationibus tragicis. Vlpianus autem Iuriſconſultus *in l. quod ait prætor. §. ignominia cauſa. verſ. ſcena autem eſt*, vt *Labeo diffinit: quæ ludorum faciendorum cauſa, quolibet loco, vbi quis conſiſtat, moueaturque, ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſint in publico, priuatoque, vel in vico: quo tamen loco paſſim homines ſpectandi cauſa admittantur. ff. de his, qui not. infamia.* Et, vt ibi declarat Accurſius; Scena eſt obumbratio cortinarum vel pannorum, quæ poſita ſunt in publico, vel priuato loco. Et dicitur ſcena à ſcenoſi ſecundum Accurſium, quod eſt chorda: quia ioculatores faciunt ire caballos per chordam: & teſte Blondo *eodem loco, & libr. 3. de Roma inſtaurata*, poſt Caſſiodorum, theatrum, Græca appellatione, viſorium interpretatur, quod turba conueniens eminus videatur, & videat. Et ſcenam theatri frontem binis, plurimiſve contignationibus cõſtratam, in quibus hiſtriones recitabant, mimique mirmilones & cæteri ludiones varios ludos geſticulationeſque edebant. In ſcena autem, cum hemicicli formam haberet, gradus ſediliaque fuere, de quibus primarii magiſtratus honoratioreſque ſpectarent, eorumq; ſedilium pars intima. Et ad hæc loca oſtendenda debent eſſe officiarii in ciuitate, qui dicuntur deſignatores, de quibus eſt textus *in l. athleta. in princ. ff. de his, qui not. infam.* Inſtituti fuere huiuſmodi ludi ob peſtilentiam, accitis ex Hetruria ludionibus ad tibicinis modos ſaltantibus. Qualiter tamen omnes ludi ſcenici fierent, difficile eſſet docere, vt vtar verbis Blondi *in d. l. 2.* quod ſingulis pene vicibus ex hiſtrionum ingenio ac induſtria variarentur, vt ſatis conſtat, omnes fabulas à Plauto Terentioq; & aliis comicis fictas in ſcena & theatro, ab hiſtrionibus eorumq; miniſtris perſonarum Deorum cultui, ſpectante populo, fuiſſe actas. Ludi ſcenici fiebant in theatris, venationes & gladiatorii in amphitheatris.

Aut vero (in ſequendo ordinem Ant. Flo. in hac re) eſt ludus gladiatorius: &, vt ait, gladiatores pugnabãt in amphitheatro, & dixi ante *proximo loco*. Illic iuuenes vſum armorum diuerſo modo diſcebant, & modo inter ſe pugnis aut gladiis, modo circa beſtias intendebant. Hodie apud nos huiuſmodi ludi per nobiles exercentur, & fuerunt primo inſtituti à Torniamine, vt autor eſt Blondus *loco prææallegato*, vt & inſtituti iuuenes in hoc exercitio armorum (quando res poſtularet) aſſueſcerent non expaueſcere congreſſum hoſtilem, vulnera, ferrum, aut ſanguinem. Et adhuc hodie in multis ciuitatibus ſunt magiſtri huius artis, qui docent artem gladiatoriam. Et ordo inter iſtos erat, quoniam primi erant equites equis albis ſigniſque militaribus in honorem Martis. Secundi in honorem Neptuni, quem in bello nautico in-

uocabant. Tertij ſecutores dicebantur, quod retiarios inſequerentur, & ad honorem Vulcani pugnabant. Quarti erant laquearij. deinde pugiles & alij hujuſmodi, de quibus per eundem Franciſcum Patritium, *libro 2. de inſtitutione Reipubl. titul.* 8. Gladiatorum ſpectaculum fuit, authore eodem Blond. *lib. 2. de Roma triumph.* non ex eo genere hominum, ex quo laniſtas comparare mos eſt ſeruorum, qui ſanguinem venalem habent. Voluntaria omnis, & gratuita opera pugnantiũ fuit. Nam alij juſſi à regulis ſuis, ad ſpecimen inſitæ genti virtutis oſtendendum. Alij profeſſi ſe pugnaturos in gratiam Ducis. Alios æmulatio, & certamen, vt prouocarent prouocative, aut abnuerent, traxit. Quidam, qui diſceptando controuerſias finire nequiuerãt aut noluerant, pacti inter ſe vt victorem res ſequeretur: ferro decreuerunt, neque obſcuri generis homines, ſed clari illuſtreſq;. Et de gladiatoribus habemus *l. vnicam. C. eo. tit. lib. 11.* vbi duella & torneamenta prohibentur, item pugna ferarum.

Sed nunquid hujuſmodi luſores ſiue alij quicunque ſint, laudandi veniant. Non eſt dubium, quod illi, qui fiunt cauſa mercedis, ita quod fiant ludibria perſonarum, tales ludi ſunt reprobati, & non ſolum ſunt vituperandi, imo etiam infamia notantur, vt dicit text. *in l. athletæ. ff. de his qui notan infam.* Ludicros & Scenicos actores cenſura damnauit nota, vt improbos mente, & nihili homines. Propterea Labienus eques excuſauit ſeſe per epigrammata à Cæſare coactum, in hiſtrionica inuitum deſcendiſſe. Nero eam ob cauſam infamis habitus eſt. Hodie apud nos ſunt de hujuſmodi luſoribus hiſtriones, & mimi, & alij dicti ſcenobates, *abatelours*, in vulgari. Hos tamen hiſtriones non eſſe infames, ſed eos laudandos dicit Blondus *eodem lib. & li. 3. de Roma reſtaurata.* Imo olim erant ſtipendiati de publico. Habebant enim merc[edem] diurnam mille denarios ſine gregalibus. Et Epiſcopus ex hiſtrionico qua[e]ſtu ducenties ſeſtertiũm filijs reliquit Et Roſcius vir doctus, librum ſcripſit, quo eloquentiam cum hiſtrionica comparauit. Qui vero amœnitatis cauſa prædictos ludos faciunt, ſunt laudandi & extollendi: quoniã vt ait Blondus *dicto loco*, Ludi qua cauſa fuerint inſtituti, Cicero *legum 1.* etiam Platonis authoritate oſtendit: Erat enim lex de ludis talis: *Ludi publici, quod ſine curriculo & ſine corporum certatione fiant, popularem lætitiam cantu, & fidibus, & tibiis moderanto: eaque cum diuino honore iungunto.* Aſſentiorque Platoni (vt ait Blondus.) Nil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi ſonos: quorum vix dici poſſet, quanta ſit vis in vtramq; partem; namq; & incitat languentes, & languefacit excitatos, & tum retrahit animos, tum contrahit. De ludorumque laudibus Cicero pro Murena hæc habet: Nunquid ego dicam populum ac vulgus imperitum ludis magnopere delectari? minus eſt mirandum. Quanquam huic ſatis eſt, ſunt enim populi ac multitudinis comitia. Quare ſi populo ludorũ magnificentia voluptati eſt non eſt mirandum, eum lege Murenæ apud populum profuiſſe. Quid tu admiraris de multitudine indocta? Lucius Otho, vir fortis equeſtri ordini reſtituit non ſolum dignitatem, ſed etiam voluptatem. Itaque lex hæc, quæ ad ludos pertinet, eſt omnium gratiſſima, quod honeſtiſſimo ordini cum ſplendore fructus quoque jucunditatis eſt reſtitutus. Et ideo de his habemus plures leges tam *in titulo de ſpectaculis & ſcenicis, lib. 11. C.* Imo dicit text. *in eod loco. in l. nemo.* quod feſtiuitates in cunctis oppidis non debent impediri, quam etiam *in titul. de expenſis ludorum. ibi; & etiam de mainma. & in vlt. rubr. trium librorum C. & in pluribus aliis locis C.*

Nonne etiam ex veterum monumentis proditur, ſummos viros, & multa laude præſignes, luſu non abſtinuiſſe? Nam Herculem illum portentorum domitorem, Iouis & Alcmenæ filium ferunt, cum puerulis ſæpius colluſiſſe, eoq; modo curas animi remiſiſſe.

Ab Alcibiade quandoq; deprehenſus eſt Socrates cũ Lamprocle infantulo colludens. Ageſilaus cum filio in arundine equitabat, qui puerilis mos eſt, alludente Horatio:

Lude-

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Tarentinus Architas cum pueris de famulitio luſu agitabat, hiſque oblectabatur plurimum, dum agitaret conuiuia. Volaterranus ait, Coſmum Medicem iam ſenem, & patriæ principem nepotibus paruis colluſiſſe, & ex his cuidam auenã in medio foro aptaſſe, vt autor eſt Textor *in loco ante alleg.* vbi diuerſos ludos & varia ſpectacula ſcribit, maxime omnium ludorum ſeu ſpectaculorum & certaminum. Apud Græcos præcipua & celebratiſſima quatuor fuerunt genera, Olympia, Pythia, Nemea, & Iſthmia, quorum præmia & honores magni conſtituti erant victoribus, athletis oleaſter ſeu corona oleagina, laurus, apium, & pinus. Fiebantq; in honorem Pelopis, Apollinis, Archemori Lycurgi filii, & Palæmonis: licet aliqui ad Iouem & Neptunum Olympia & Iſthmia referant. Vnde Statius *in lib. 1. Thebaidum:*

Non aliter, quam Piſæo ſua luſtra tonanti
Quum redeunt.

Nam quinto quoque anno in honoré Olympii Iouis celebrabantur, quos conſtituit Hercul. apud Eliden & Piſam Græciæ oppida.

Apud Romanos vero quatuor erant ludi, Megalenſes, funebres, plebeii, & Apollinares, & de aliquibus ſcripſerunt prædicti.

Auguſtus vero, vt ſcribit Sueton. ſpectaculorum aſſiduitate & magnificentia omnes anteceſſit. Et Domitianus ſpectacula edidit magnifica & ſumptuoſa. De his & pluribus aliis ſcripſit Textor *in loco prædicto.* & Blond. *lib. 3. de Roma inſtaurata, & lib. 2. de Roma triumphante.*

Inter alia ſpectacula, quæ fuerunt in tota Gallia, & etiam Europa, à multis annis edita, non fuit excellentius eo, quod fuit factũ in hac ciuitate Heduenſi anno 1516. in honorem diuinæ Maieſtatis, nec non diui Lazari noſtræ ciuitatis & diœceſeos patroni. Cuius vita per ſpectacula & ludos theatrales ita oſtenſa fuit; vt nihil excellentius videri aut dici queat. Fuit enim conſtructum theatrum ligneum & rotundũ, mira arte & ſumptuoſitate, in quo erant ducétæ & quadraginta cameræ omnino diſtinctæ: vt qui in vna poſiti erant, ad aliam non potuiſſent accedere, & qui in ſuperioribus ſedebant, nec nocere his, qui in inferioribus cameris erant, potuiſſent, vt ample *in ſequ. par. in 66. conſid.* dixi, vbi de excellentia theatrorum videre poteris.

Quicquid ſit, licet ludis gladiatoriis, & ſic torneamenta de iure canonico videátur eſſe prohibita, vt ſcribitur *in tit. de torneamentis, extra.* etiam iure ciuili, vt ante dixi. Tamen cum ars militaris ſit vnicuiq; populo & Reipublicæ multum neceſſaria, vt ante ſcripſi *in 7. parte, in principio.* quæ commode exerceri non poteſt ſine arte gladiatoria. Ideo crederem, tales artifices, docentes in ciuitatibus huiuſmodi artem ſeu ludos gladiatorios, eſſe recipiendos, & in oppidis inſtituendos, vt armis iuuentutem exerceant, & iis iuuenes aſſuefacti, minus hoſtes timeant, nec vulnera aut ſanguinem abhorreant: quæ ratio nos docuit, temporibus elapſis, vtile fuiſſe, iuuentutem Heduorum eſſe inſtitutam atque exercitatam in armis, ad incurſiones & deprædationes illorum furciferorũ (quos vulgo *auanturerios* vocant) euitandas & reprimendas, nec alias, niſi armis reſiſtendum erat. Ex quo dico, vtile eſſe in ciuitate, imo quaſi neceſſarium, vt ſint tales, qui doceant artem gladiatoriam in omni genere armorum. Et fere in tota Gallia, tam in ciuitatibus, oppidis & aliis locis obſeruatur, vt ſint certæ ſocietates ſagittariorum & iaculatorum, qui ſe exercent circa artem ſagittariam, & ſingulis annis in menſe Maio fit certa congregatio ſeu certamen inter eos, vt qui vincat, deiiciendo ſignum alicuius auis ictu ſagittæ, quod ſolet fieri & dici ſub ſpecie pſittaci, dicitur rex ſagittariorum pro illo anno, & priuilegiatur, & in hoc honoratur; quia efficitur immũnis à ſubſidiis, collectis, & impoſitionibus ciuitatis, & vocatur rex ſagittariorum ad illiciendum iuuenes, vt artem illam diſcant, ita, quod ſi Reſpublica indigeat armis, ſint exercitati hoc genere armorũ: & iſti ſunt laudandi & extollendi inter plebeios, prout milites inter alios; cũ in hoc ma-

effici Muſarum & Apollinis opera clarum eſt. Ineruditumque hominem eſſe, qui choreæ Muſarum expers ſit. Eruditum vero, qui compos eius ſit. Totumq; id genus in choreā ſaltationemque, & cantum diſtribui declaratur. Vnde fit, vt qui bene eruditus eſt, bene cantandi, ſaltandique peritiam habeat. Ex quibus denique omnibus liquet, ſaltationem nullo modo facilium, expoſitorumque artificem videri; imo (vt graues volunt autores) qui diſciplinarum excellentium apicem attigit, non muſices modo, ſed & rhythmices & geometriæ: inprimis vero philoſophiæ, tum phyſices, tum ethices, ſed nec theorices cognoſcitur ignarus: quatenus mores indicat & affectus, quos rhetores permouent: verum nec à graphica ſeponitur, aut plaſtica; quoniam harum concinnitatem, eurhythmiamque ſibi vendicat, ſed inprimis memoria præcellens in ſaltatore exigitur. Imo vero iuxta Calchantem Homericum, ſcire ſaltatorem oportet:

Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,

vt nihil prorſus eum lateat. Caput autem ſummaque ſaltationis eſt, imitationis ſcientia, eorum, quæ conceperit, enuntiatrix; obſcurorum latentiumque illuſtratrix. Et quod de Pericle pronuntiauit Thucydides. Excellens eſt ſaltatoris laus, noſſe quod deceat, & id ipſum poſſe explicare. Quoniam vero imitatrix eſt ſaltatio, prima in ea virtus, perſpicuitas, quæ in oratore deſideratur inprimis, vt eorum, quę exprimuntur, geſticulatione ac motu tanta ſit claritas, vt nullis prorſum ſit opus interpretibus.

Apud Lacedæmonios, (qui inter Græcos diu habiti præſtantiſſimi ſunt) ſaltandi ſtudium non erat incelebre, quando ephebi non accuratius quicquam, quam ſaltationem diſcebant. Ab Caſtore & Polluce acceperant Chariatiſſare, ſpecies ea ſaltationis erat, vocabulo à Cariis ducto, quæ eſt in Laconia ciuitas. Hactenus Cœlius: vbi & *in c.*4. ſaltationū ſpecies, & partes plures ſcribit: & cum his pars vndecima finem ſortiatur.

Vndecimæ partis Catalogi gloriæ Mundi finis.

Digitized by Google

DVODECIMA ET VLTIMA HVIVS LIBRI PARS CENTENARIA ERIT:

Centum enim conſiderationes continet, concernentes diuerſarum rerum materias, & laudes illarum.

INCIPIENDO à dignioribus, erit prima conſideratio de dignitate diuina, cuius tanta eſt excellentia, quod mẽs de Deo cogitans deficit. Cum ſit ipſe incomprehenſibilis. Senſus enim non percipit, cum ſit inuiſibilis. Lingua ipſum non explicat, cum ſit ineffabilis. Locus eum non capit, cum ſit incircũſcriptibilis. Scriptura eum non explicat, cum ſit inæſtimabilis. Tempus eum non menſurat, cum ſit immenſurabilis. Virtus eum non attingit, cum ſit inacceſſibilis. Deſideria & vota tranſgreditur, cum ſit inſuperabilis, vel incõparabilis. Et breuiter, omnis creatura ad Deũ comparata defectum habet: quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio.

Quomodo ergo illum laudare potero? Et in hoc primo dicam cum Auguſtino *in ſuis ſoliloquiis. c. 10.* Vnde hoc mihi, domine, vnde mihi laudes ad laudandũ te? Sicut feciſti me ſine me, ſicut complacuit ante te; ita laus tibi eſt ſine me, ſic vt complaceat ante te. Ante te, Domine, laus tua, tu ipſe es, laudent te opera tua ſecundum multitudinem magnitudinis tuæ. Laus tua, Domine, incomprehenſibilis eſt. Corde non cõprehenditur, ore non menſuratur, aure non percipitur; quia iſta tranſeunt, & laus tua, Domine, manet in æternum. Cogitatio incipitur, & cogitatio finitur; vox ſonat, & vox tranſit, auris audit, & auditus deſinit. Laus vero tua in æternum ſtat. Quis ergo eſt, qui te laudet: Quis homo annuntiet laudem tuam? Laus tua perpetua eſt, tranſitoria non eſt. Hic te laudat, qui te ipſum & laudem tuam credit. Hic te laudat, qui te ipſum noſcit in tua laude nõ poſſe pertingere. Laus perpetua, quæ nunquam tranſit. In te eſt laus noſtra, in te laudabitur anima mea. Non nos laudamus te, ſed tu te, & per te, & in te: nobis etiam eſt laus in te. Tunc verã habemus laudem, quando à te habemus laudem: quando lux approbat lucem; quia tu vera laus tribuis veram laudẽ. Quotiens ab alio, quã à te quærimus laudem, totiens tuam amittimus laudẽ. Illa tranſitoria eſt, ſed tua æterna. Si tranſitoriam quærimus, æternam amittimus laudem. Si æternam volumus, tranſitoriam non amittimus. Laus æterna Domine Deus meus, à quo omnis laus, ſine quo nulla eſt laus, non valeo laudare te ſine te, habeã te, & laudabo te. Quid. n. ego ſum domine per me, vt laudẽ te? puluis & cinis ego ſum, canis mortuus & fœtens ego ſum, vermis & putredo ego ſum. Quis ego ſum, vt laudẽ te Domine Deus fortiſſime? ſpiritus vniuerſæ carnis, qui inhabitas æternitatẽ? Nunquid tenebræ laudabunt lucem, aut mors vitã? Tu lux, ego tenebrę: tu vita, ego mors. Nunquid vanitas veritatem laudabit? Tu es veritas, ego homo ſimilis factus vanitati. Quid ergo Domine laudabo te: Nũquid miſeria mea laudabit te? Nũquid fœtor laudabit odorem? Nunquid mortalitas hominis, quæ hodie eſt, & cras tollitur, laudabit te? Nunquid laudabit te homo, & filius hominis vermis? Nunquid laudabit te Domine, qui in peccatis conceptus eſt, & natus, & nutritus? Non eſt enim ſpecioſa laus in ore peccatoris. Laudet te Domine Deus meus incõprehenſibilis potentia tua, inconſcriptibilis ſapientia tua. & ineffabilis bonitas tua. Laudet te ſupereminens clementia tua, ſuperabundans miſericordia tua, ſempiterna quoque virtus & diuinitas tua. Laudet te omnipotentiſſima fortitudo tua, ſumma quoque benignitas tua, & charitas tua, propter quam creaſti nos Domine Deus vita animæ meæ. Hæc Aurelius Auguſtinus *loco ſupra allegato.*

Lau-

Laudent te tamen Dominum Deum omnes Angeli, & virtutes tuæ, laudent te ſol & omnes ſtellæ, & lumen, & omnis ſpiritus laudet te, & dicat laus, gloria, & virtus ſit in Domino Deo noſtro: prout dicebat vox magna turbarum multarum audita per Ioannem, vt habetur *Apocal.*19. & habetur 1. *ad Timoth.*1. Regi ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria. Sibylla Erythræa etiam præcipit eum honorari, cum dicat omnium nutritorem, creatoremque, qui dulcem ſpiritum omnibus appoſuit, ac principem omnium Deorum fecit, cum dedit Deus fidelibus viris honorare.

Et licet etiam de huiuſmodi gloria, laude & honore Deo attribuendis, dictum ſit *ſupra in* 3. *parte, in* 1. *conſider.* tamen vltra prædicta, quod adorandus, magnificandus, laudãdus, & honorandus ſit, ex pluribus ſacræ ſcripturæ authoritatibus comprobatur, vt ex ſequẽtibus patet, propter eius ſapientiam, bonitatem, iuſtitiam, & potentiam, & alia innumerabilia.

Ipſe enim Deus creauit cœlum & terram, cum omni ornatu eorum, vt habetur *Gen.*1.

Ipſe Dominus eſt omnipotens, *Gen.* 17.

Ipſe eſt Dominus, cuius non poſſumus reſiſtere voluntati, *Gen.*50.

Ipſe eſt Dominus Deus meus, qui facit magna & inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero.

Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ, & irrigat aquis vniuerſa.

Qui ponit humiles in ſublime, & mœrentes erigit ſoſpitate.

Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum, quæ cœperãt.

Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorũ, & conſiliũ prauorũ diſſipat, vt habetur *Iob* 5.

Qui ſapiens corde eſt, & fortis robore.

Qui tranſtulit montes, & neſcierunt hi, quos ſubuertit in furore ſuo.

Qui commouet terram de loco ſuo, & columnas eius concutit.

Qui præcipit ſoli, & non oritur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.

Qui extendit cœlos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris.

Qui fecit arcturum, oriona, & hyadas, & interiora auſtri.

Qui facit magna, & incomprehenſibilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus.

Ipſe eſt Dominus Deus, apud quẽ eſt fortitudo, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur qui portant vrbem, vt deſcribitur *Iob* 9.

Qui excelſior cœlo eſt, profundior inferno, longior terra menſura eius & latior mari.

Si ſubuertit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei, vel quis dicere ei poteſt, cur ita facis? *Iob* 10. Nam quis reſtitit ei, & pacem habuit? *Iob* 9.

Ipſe eſt, in cuius manu eſt anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis.

Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo, & ipſe habet conſilium & intelligentiam.

Si deſtruxerit, nemo eſt, qui ædificet, ſi incluſerit hominem, nullus eſt, qui aperiat.

Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: ſi emiſerit eas, ſubuertent terram.

Ipſe nouit & decipientem, & eum, qui decipitur.

Qui adducit conſiliarios in ſtultum finẽ, & iudices in ſtuporem.

Qui baltheum Regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum.

Qui ducit ſacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat.

Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens.

Qui effundit deſpectionem ſuper Principes, & eos, qui oppreſſi fuerant, releuans.

Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.

Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit.

Qui immutat cor Principũ populi terrę, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium.

Palpabũt quaſi in tenebris & nõ in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios, vt ſcribit *Iob* 12.

Ipſe eſt Deus, qui fecit ſpiramentum.

Ipſe eſt, coram quo nudus eſt infernus, & nullum eſt operimentum perditioni.

Qui extendit aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihilum.

Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum.

Qui tenet vultum ſolii ſui, & extendit ſuper illud nebulam ſuam.

Qui terminum circumdedit aquis, vſque dum finiantur lux & tenebræ.

Ipſe eſt, ad cuius nutum columnæ cœli cōtremiſcunt & pauent.

Ipſe eſt, in cuius fortitudine repente maria congregata ſunt, & prudentia eius percuſſit ſuperbum.

Ipſe eſt, cuius ſpiritus ornauit cœlos, & obſtetricāte manu eius eductus eſt coluber tortuoſus, vt habetur *Iob* 26.

Ipſe eſt Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legum latoribus.

Quis poterit ſcrutari vias ſuas, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem?

Ipſe eſt Deus magnus, vincens ſcientiam noſtram.

Ipſe eſt, cuius numerus annorum inæſtimabilis.

Qui aufert ſtiuas pluuiæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum, qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta deſuper.

Qui ſi voluerit extendere nubes quaſi tētorium ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoque maris operiet, vt ſcribitur *Iob* 36.

Qui facit magna & inſcrutabilia.

Qui præcipit niui, vt deſcendat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis ſuæ.

Qui in manu omnium hominum ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua.

Ipſe magnus fortitudine, & iudicio, & iuſtitia, & enarrari non poteſt. *Iob* 37.

Qui poſuit fundamenta terræ, & eius mēſuras.

Qui tetendit ſuper eam lineam, & baſes eius conſolidauit.

Ipſe eſt, quem laudant aſtra matutina, & ante quem iubilant filii Dei.

Qui concluſit oſtiis mare, circūdans illud terminis ſuis, poſuit vectem & oſtia: & dixit, huc vſque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.

Qui auroræ locum ſuum oſtendit.

Qui concuſſit extrema terræ, & excuſſit impios ex ea.

Qui ingreſſus eſt profundum maris, & in nouiſſimis abyſſi ambulauit.

Ipſe eſt, cui apertæ ſunt portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidit.

Ipſe dominus conſiderauit latitudinē terræ, qui nouit, in qua via habitet lux, & tenebrarum quis locus ſit: vt ducat vnumquodque ad terminos ſuos, & intellige ſemitas domus eius.

Qui ſcit, quando naſcituri ſint homines, & numeros dierum eorum nouit.

Qui ingreſſus eſt theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexit, quæ præparauit in tempus hoſtis in diem pugnæ & belli.

Qui ſcit, per quam viam ſpargatur lux & diuidatur æſtus ſuper terram.

Ipſe Dominus dedit vehementiſſimo imbri curſum & viam ſonantis tonitrui, vt plueret ſuper terram abſque homine in deſerto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret inuiam, & deſolatam, produceretque herbas virentes.

Ipſe eſt pluuiæ pater.

Qui genuit ſtillas roris, ab ipſo egreditur glacies, & genuit gelu de cœlo.

Qui indurat aquas in ſimilitudinem lapidis, & ſuperficiem abyſſi conſtringit.

Ipſe, qui coniungere poteſt micantes ſtellas pleiades, & gyrum arcturi diſſipare poteſt.

Qui producit luciferum in tempore ſuo, & veſperum ſuper fines terræ conſurgere facit.

Ipſe nouit ordinem cœli, & ponit rationē eius in terra.

Qui mittit fulgura, & vadunt, & reuerētia dicunt ei, aſſumus.

Qui poſuit in viſcerib. hominis ſapientiā, & qui dedit gallo intelligentiā. Et hæc ſupradicta ordine ſucceſſiuo enarrantur de Deo *Iob*. 38. & ibi etiam ſcribitur, quod ipſe præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad eum vagientes, eo quod non habeant cibos.

Et concordat dictum Pſalmi, *Pſal*. 146. cū ait:

Digitized by Google

ait: *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.*

Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus, & nõ eſt fortis, ſicut Deus noſter: Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.

Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & ſubleuat.

Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem, vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat.

Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem, 1. *Reg.* 2.

Ipſe eſt, quem cœlum, & cœli cœlorum capere non poſſunt, 3. *Reg.* 8.

In fine 1. *Paral.* vbi Dauid orat: Benedictus es Domine Deus Iſrael patris noſtri ab æterno in æternum.

Tua eſt, Domine, magnificentia & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus.

Cuncta enim, quæ in cœlo ſunt & in terra, tua ſunt.

Tuum, Domine, Regnum, & tu es ſuper omnes Principes.

Tuæ diuitiæ, & tua eſt gloria, tu dominaris omnibus.

In manu tua virtus & potentia.

In manu tua magnitudo, & imperium omnium.

Et *in fin.* 2. *Paral.* in oratione Manaſſe.

O Domine, immenſa eſt, & inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuæ! Quoniam tu es Dominus altiſſimus ſuper omnem terram, longanimis, & multum miſericors, & pœnitentia ſuper malitiam hominum.

Ipſe eſt Deus Deorum, & Dominus Dominorum, cuius miſericordia in ſeculum, & in æternum.

Qui facit mirabilia magna ſolus.

Qui fecit cœlos in intellectu.

Qui firmauit terram ſuper aquas.

Qui fecit luminaria magna.

Solem in poteſtatem diei.

Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis.

Qui percuſſit Ægyptum cum primogenitis eorum.

Qui eduxit Iſrael de medio eorum.

In manu potenti & brachio excelſo.

Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones.

Et eduxit Iſrael per medium eius.

Et excuſſit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro.

Qui traduxit populum ſuũ per deſertum.

Qui percuſſit reges magnos.

Et occidit reges fortes.

Qui in humilitate noſtra memor fuit noſtri.

Et redemit nos ab inimicis noſtris.

Qui dat eſcam omni carni, *Pſal.* 135.

Qui fabricatus eſt auroram & ſolem.

Qui fecit omnes terminos terræ, æſtatem, & ver, plaſmauit ea, *Pſal.* 73.

Qui ambulat ſuper pennas ventorum, *Pſal.* 103.

Ipſe eſt Dominus excelſus, terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram.

Non eſt ſimilis illi in Diis, *Pſal.* 85. Et etiam omnes gentes, quaſcunq; fecit, adorãt & glorificant nomen eius: quoniam magnus eſt faciens mirabilia, & Deus ſolus eſt. *eod. Pſal.* 85.

Ipſe eſt Dominus, qui vitæ & mortis habet poteſtatem, & deducit vſque ad portas mortis, & reducit. *Sap.* 16. Et ipſe eſt, qui liberat ab omni malo. vbi ſupra.

Ipſe eſt, qui conſtitutus eſt iudex viuorum & mortuorum, *Actor.* 10.

Ipſe Dominus dinumerat arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies ſeculi.

Qui dimenſus eſt altitudinem cœli, latitudinem terræ, & profundum abyſſi, *Eccl.* 1.

Ipſe eſt omnipotens ſuper omnia opera ſua, terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipſius.

Honora Deum ex tota anima tua, *Eccl.* 7.

Ipſe maior eſt omni laude. *Eccleſ.* 43. & ibi pleniſſime de laude creatoris.

Qui omnia in menſura, numero & pondere diſpoſuit, *Sap.* 11.

Ipſe eſt Deus noſter, ſuauis, & verus, patiẽs & in miſericordia diſponens omnia, *Sap.* 15.

Ipſe eſt Dominus, qui menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit.

Qui appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera, *Eſa.* 40. *cap.*

Ipſe eſt, cui millia millium miniſtrant, & decies centena millia aſſiſtunt ei. *Dan.* 7.

Ipſe eſt, qui bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui, *Mar.* 7.

Ipſe eſt, apud quem omnia poſſibilia ſunt, *Mar.* 10.

Ipſe eſt, ante cuius thronum turba magna, quam dinumerare nemo poteſt, gratias agit, *Apoc.* 7.

Ipſe eſt, ante cuius conſpectum centũ quadraginta quattuor millia ſunt cytharizantes in cytharis ſuis. *Apoc.* 14.

Ipſe eſt Dominus, quem laudat omnis militia cœleſtis exercitus, & omnis creatura. *Luc.* 2.

Ipſe ſolus omne bonum.

Ipſe ſolus omnia ſciens, *cap. fundamenta.* §. *proinde, de elect. li.* 6.

Ipſe ſolus nouit corda filiorum hominũ.

Ipſe ſolus cognoſcit omnia præſentia, præterita & futura.

Ipſe ſolus ſeipſum comprehendit.

Ipſe ſolus eſt vbique præſens.

Ipſe ſolus creat res de nihilo.

Ipſe ſolus de inſtanti operatur.

Ipſe ſolus ſtabilis manens, dat cuncta moueri, inquiens: Ego enim Dominus, & non mutor. *Malach.* 3.

Ipſe eſt ſecretorum cognitor, *c. erubeſcant,* 32 *diſt.* apud quem omnia ſunt cognita, *c. nouit, de appell. c. nouit. de offic. leg. & c. nouit. de iudic.* & Barb. plene *in d. locis.* Auguſtin. *in lib. de Trinitat.* Oportet Deum, cuius eſt & ſumme cuncta ſentire atq; intelligere, nec mori, nec corrumpi, nec mutari poſſe, nec corpus eſſe, ſed ſpiritum omnipotentiſſimum, mitiſſimũ, optimum, beatiſſimum fateamur.

Ipſe eſt, cui omnia ſeruiunt.

Ipſe eſt iuſtus, & rectũ iudiciũ eius. *Pſ.* 118.

Ipſe ſolus ex authoritate miracula facit.

Ipſe ſolus de qualibet creatura facit, quod vult.

Ipſe ſolus voluntatem hominis cognoſcere poteſt.

Ipſe ſolus in ictu oculi mortuos ſuſcitare poteſt.

Ipſe ſolus eſſentiæ animæ illabi poteſt.

Ipſe ſolus peccata dimittere poteſt.

Ipſe ſolus gratiam infundere poteſt.

Ipſe ſolus in igne perpetuo corpus ſeruare poteſt.

Iſta ſoli diuinæ maieſtati conueniunt, & nulli alteri, in quibus excellentia ſuæ dignitatis apparet, vt deſcribitur *in compendio ſacræ Theolog. c.* 22. *in* 1. *lib.*

Ipſe vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. *Tim.* 2. Ipſe eſt, qui in rebus per tempus ortis ſummam gratiã fecit. Cum propter ſalutem humani generis, quod nimia charitate dilexit, miſit filium ſuũ vnigenitum, æternaliter generatum, in plenitudinis tempore in Maria virgine humanatũ, quem verum Deum & hominẽ confitemur. Qui factus eſt obediens vſque ad mortẽ crucis, vt nos redimeret à peccato: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur; quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. *ad Phil.* 2. Hæc eſt fides noſtra, hæc conſolatio noſtra, hæc vita noſtra, hæc ſpes beatitudinis noſtræ, firmior, quã cœlum & terra, per eum, qui dixit, *Marc.* 13. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Cui Deo noſtro benedictio, claritas, ſapientia, gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo in ſecula ſeculorum. *Apoc.* 7. Qui eſt ſplendor gloriæ, vt dicit Paulus *ad Hebr.* 1. & gloria eius eſt ſuper omnem creaturarum gloriam, claritas ſuper claritatẽ, ſublimitas ſuper altitudinem, beatitudo ſuper beatitudinẽ, thronus deniq; ſuper thronum, vtpote cui iuxta ſacra eloquia data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. & dixi ſupra *in* 3. *part. in* 2. *conſid.*

Aduerte etiam; quod Deus fecit omnia propter honorem ſuum, vel hominis vtilitatem. Deus enim cum ſit omnium bonorum, & pulchrorum ditiſſimus poſſeſſor, & copioſiſſime plenus ſeipſo, ideo intra ſe credere nõ poteſt. Non ergo accipit à rebus aliquam vtilitatem, ſed ſolum extrinſecum honorem. Homo vero, cum ſit creatura de nihilo facta,

ſemper

Digitized by Google

ſemper indigens, & de ſe ad nihilum vergens: idcirco creſcere poteſt interius in bonitate, in veritate, in omni perfectione, & ideo ei debetur vtilitas, ſeu commodum, ſed honor nequaquam. Deus igitur, qui omnia operatur principaliter propter ſeipſum, & quia intus creſcere non poteſt, ideo omnia operatur extra ſe propter ſuum honorem. Et cum ſit ſumme bonus, ideo omnia operatur propter creaturarum vtilitatem; multo tamen principalius ſuum intendit honorem, quam vtilitatem creaturæ. Quod quomodo hæc intelligantur, ſcribitur *in tract.* intitulato, *Viola animæ, in 4. Dialogo ca.* 35. vbi multipliciter comprobatur, quod Deus omnia operatur ad ſuũ honorem. Et *ibidem in c.* 37. ponitur, quomodo homo tenetur Deum honorare, & ad hoc obligatur propter octo cauſas ibi relatas, quas videre poteris.

Et in iſta diuinitate ſunt tres perſonæ, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, æquales in Deitate, ita quod vna non videtur eſſe maior altera: quod quomodo intelligatur, vide Magiſtrum ſententiarum, *in* 1. *lib. diſt.* 20. Ordine tamen illarum poſui *ſupra in* 3. *part.* qui intelligendus eſt, ſecundum quod dicitur ibi. & quod ibi ponit ſanctus Thomas, vbi quærit: vtrum in diuinis perſonis ſit ordo? vbi dicit aliquem eſſe ordinem, quem clare explicat, ponendo: quod ordo in ratione ſua includit tria, ſcilicet rationem prioris & poſterioris, diſtinctionem & rationem ordinis, de quib. dixi ſupra *in* 1. *part.*

Et de laudibus Dei ponit Dionyſius Ryktel, qui fecit tractatum vnum. Et de honore Dei Ioann. de Teneramunda ſcripſit librum vnum. Ipſe enim magnus eſt Dominus ſuper omnes Deos, vt habetur *Pſalm.* 94. Sed olim apud homines idololatras plures habiti fuerunt pro Diis, de excellentia quorum non curo, cum in eis non poſſit dici excellentia quoad Deitatem; quoniam omnes Dii gentium dæmonia. *Pſalm.* 94. & de pluribus Diis & Deabus vide Textorem *in ſua officina in cap. Diis.* vbi ponit de viris, qui fuerunt reputati Dii, & de mulieribus, quæ fuerunt reputatæ Deæ: quoniam loquendo etiam de mulieribus Deos dicimus, vnde Virg. de Venere:

Deſcendo, ac ducente Deo flammam inter & hoſtes
Expedior. ——

Et etiam de ſtellis & Planetis, qui colebãtur pro Diis, & etiam de animalibus, & omnes illos multi inuocabant in eorum neceſſitatibus, & putabant auxilium habere ab eis ſecundum diuerſitates neceſſitatum, vt ibi declarat, & in maximo honore aliqui in vno loco, alii in alio habebantur. Hodie vero loco iſtorum Deorum, nos Chriſtiani inuocamus ſanctos, vt orent Deum pro nobis, nec Deos alienos adoramus, prout nec fecit Dauid.

SEcunda conſideratio; Paradiſus cœleſtis eſt excellentior in omnibus paradiſo terreſtri, propter infinita, quæ non ſunt in ipſo paradiſo terreſtri. Quoniam in eo eſt inclyta felicitas, cum ſit ciuitas cœleſtis, in qua ſcripti ſumus, & ciues decreti: vnde dicit Propheta *Pſalm.* 86. O quam glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei! Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te; fundaris enim exultatione vniuerſæ terræ. Non eſt in te ſenectus, nec ſenectutis miſeria: non eſt in te mancus, nec claudus, neque gibboſus, neque deformis, dum omnes occurrunt in virum perfectum in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti. Quid hac vita beatius, vbi non eſt paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas? Nemo læditur, nemo iraſcitur, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardeſcit. Nullum cibi deſiderium. Nulla honoris aut poteſtatis pulſat ambitio. Nullus ibi Diabolicus metus, inſidiæ dæmonum nullæ, terror gehennæ procul. Mors neque corporis, neque animæ, ſed immortalitatis munere iucunda vita. Nulla erunt tunc mala, nuſquam diſcordia, ſed cuncta conſona, cuncta conuenientia; quia omnium ſanctorum vna erit concordia, pax cuncta, & lætitia continet: tranquilla ſunt omnia, & quieta, iugis ſplendor. Non ille, qui nunc eſt, ſit tanto clarior, quãto felicior: quia ciuitas illa, vt legitur, non egebit lumine ſolis, ſed Do. Omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius eſt agnus, vbi ſancti fulgebunt vt ſtel-

ſtellæ in perpetuas æternitates, & ſicut ſplendor firmamenti, qui erudiunt multos. Quapropter nox ibi nulla, nullæ tenebræ, concurſus nubium nullus, nec frigoris ardor, vel aſperitas vlla: ſed talis erit tẽperies, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: niſi illorum, qui ea perfrui digni inueniũtur, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Verum ſuper hæc omnia eſt cõſociari choris Angelorum & Archangelorũ, atque omnium cœleſtium virtutum, intueri Patriarchas, & Prophetas: videre Apoſtolos, atque omnes ſanctos, videre etiam parentes noſtros. Glorioſa ſunt hæc, ſed multo glorioſius eſt præſentem Dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre: ſuperexcellens gloria erit, cum Deum videbimus, in ſe ipſo, videbimus & habebimus in nobis, quem cernere finis non erit, hæc Auguſt. *in ſuo manuali, c.* 17. ponit de gaudio paradiſi, vbi ſic dicit: *O vita vitalis, vita ſempiterna, ſempiterne beata, vbi gaudium ſine mœrore, requies ſine labore, dignitas ſine tremore, opes ſine amiſſione, ſanitas ſine languore, abundantia ſine defectione, vita ſine morte, perpetuitas ſine corruptione, beatitudo ſine calamitate. Vbi omnia bona in charitate perfecta, vbi ſpes, & viſio facie ad faciem, vbi plena ſcientia in omnibus & per omnia, vbi ſumma Dei bonitas cernitur, & lumen illuminans à ſanctis glorificatur, vbi præſens maieſtas Dei conſpicitur, & hoc vitæ cibo ſine defectu mens intuentium ſatiatur, vident ſemper, & videre deſiderant, ſine anxietate deſiderant, & ſine faſtidio ſatiantur: vbi verus ſol iuſtitiæ mira ſuæ pulchritudinis viſione omnes reficit: & ita vniuerſos cœleſtis patriæ ciues illuminat, vt luceant, ipſi lumẽ vident illuminatum per Deum, lumen illuminans vltra omnem ſolis noſtri ſplendorem, atq; cunctarum ſtellarum immortali adhærentes Deitati, ac per hoc immortales, & incorruptibiles facti iuxta promiſſionem Domini Saluatoris. Pater, quos dediſti mihi, volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam, & omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, & ipſi in nobis vnũ ſint.* hæc ille. Et idem Auguſt. ample *in lib. ſoliloquiorum, cap.* 36. ponit gloriam cœleſtis patriæ. Forte dicam latius infra, quãdo ponam de excellentia patriarum.

De huiuſmodi paradiſo cœleſti ſcripſit Dantes in vna Comœdia, quæ appellatur *paradiſus*, allegatus per Alberic. de Roſate *in ſuo dictionario.* Sanctus Thomas *in 3. ſenten. diſtin.* 22. *q.* 1. *articu.* 1. *q* 3. dicit, triplicem eſſe paradiſum; cœleſtem, terreſtrem, & ſpiritualem, quę dicitur viſio Dei. Vide, quid dicant Philoſophi & Catholici de beatitudine huius cœleſtis patriæ ſeu paradiſi, per Symphorianum Campegium *in ſuo libro, de vita ſuperc œleſti, c.* 1. 2. 3. 4. 5.

Aduerte etiam, quod paradiſus dicitur cœlum empyreum, vt dicit gloſſ. *in verb. quæ in paradiſo, in c. eccleſia. de conſecra. diſt.* 1. vt habetur etiam *Ezech.* 29. In delitiis paradiſi fuiſti: de quo habetur *de pœn. diſtinct.* 3. *c.* 1. Et etiam dicitur viſio Dei, ſiue vita beata, iuxta illud dictum latronis: Hodie mecum eris in paradiſo, *Luc.* 23. Et etiam habetur 2. *Cor.* 12. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, &c. & poſt. Quoniam raptus eſt in paradiſum. Vel dicitur etiam paradiſus, quaſi parans Dei viſum, vel quaſi paratis dans viſum; quia ibi facie ad faciem Deum videbimus, 1. *Cor.* 13. vt dicit Io. de Turrecre. *in d. c. Eccleſia de conſecra. diſt.* 4.

TErtia conſideratio eſt de Anima, eo; quia animę beatorum collocantur in paradiſo cœleſti, qui locus deputatus eſt pro illis: gloſſ. 1. & ibi Io. de Turrecrema. *in cap. tempus.* 13. *q.* quoniam dicitur *Pſalm.* 44. Aſtitit Regina, id eſt, anima, à dextris Dei in veſtitu deaurato, circundata varietate, vt dicit Anton. Flor. *in* 3. *part. in proœm. illius* 3. *partis.* & dixi ſupra *in* 3. *parte*, vbi dixi, quod nedum Angeli ſunt in paradiſo; ſed etiam ſancti. Ideo etiam ante omnia laudanda eſt; quia cunctis rebus præferenda eſt: Primo corpori, vt eſt text. *in can. ſchedula,* 38. *diſtinct.* Secundo, quibuſcunque rebus inanimatis, text. eſt *in l. ſancimus,* 1. *C. de ſacroſan. eccleſ.* dom. meus Iaſ. *in l. licet inter priuatos, in* 1. *col. C. de pact.* & *in Auth. ſacramenta puberum. in* 16. *col. C. ſi aduerſ. vendit,* Alex. *conſil. ſuo* 38. *in* 3. *col. in* 1. *vol.* facit tex. *in ca. cũ infirmitas. extra de pœ. & remiſſ. & in c. præcipimus, in princ.* 12. *q.* 1. *& ca. ſi habes.* 24. *q.* 3. *& ca. ſolitæ.* §. *verum.*

Digitized by Google

§. verum. verſ. quod autem. extra de maior. & obed. corpus tamen rebus, *l. in ſeruorum, in fin. ff. de pœn.* Alex. *in conſ.* 14. *in fin. in* 3. *vol.*

De excellentia animæ videatur Florent *in ſua ſumma. part.* 1. *tit.* 1. *c.* 1. vbi ponit, quomodo eſt facta ad ſimilitudinem Dei, & *in* §. 2. & 3. de nobilitate illius & pulchritudine habetur *in c.* 2. § 1. & 2. Etiam de dignitate & excellentia illius ponit Bernard. de Buſt. *in* 2. *part. ſui Roſarii, ſerm.* 10 *in litera T. vſque ad finem.* vbi dicit, quod nobilitas animæ ex tribus appareat, ex ordine ſcil. magnitudine, & pulchritudine.

Primo ordine; quia in ſupremo loco ordinata eſt: bonum enim vniuerſi conſiſtit in ordine, 11. *Metamor.* Primo; Deus in infimo loco poſuit terram, & terrena grauia. Secundo loco ſuperiori, & aſcendendo poſuit aquam. Tertio aerem. Quarto vero ignem, quem propter caliditatem à nobis elongauit. Poſt ignem poſuit lunam in primo cœlo: deinde Mercurium in ſecundo cœlo: poſt Venerem in tertio, Solem in quarto, Martem in quinto, Iouem in ſexto, Saturnum in ſeptimo. Cœlum ſtellatum cum duodecim ſignis in octauo, & quaſi ſeptuaginta duabus conſtellationibus, quod dicitur firmamentum. Poſt firmamentum ſiue cœlum ſtellatum poſuit cœlum cryſtallinum: & poſt cœlum empyreum, in quo iacent & collocantur animæ beatorum: dicam infra *ſuis locis.* Cum igitur natura ordinet ignobiliora inferius: nobiliora vero ſuperius: patet animam eſſe nobiliſſimam omnibus ſupra dictis ordine; quia collocatur in nobiliori loco.

Secundo vero dicitur nobilior magnitudine; quia magna eſt terra, vt infra dicemus. Vnde dixerunt Theodoſius & Euriſthenes Philo. quod longitudo eſt triginta & vnum millia milliarium. Licet autem terra ſit tantæ magnitudinis; tamen maior in decuplo eſt aqua, & ſimiliter vnum cœlum altero. Et ideo cœlum empyreum eſt indicibilis altitudinis & magnitudinis: vnde dicunt quidam, quod ſi maſſa plumbea à cœlo empyreo deſcenderet, vix in quingentis annis vſque ad terram veniret. Nam, vt refert Rabbi Moyſes magnus Philoſophus, quodlibet cœlum cuiuslibet planetæ habet in ſpiſſitudine viam 500. annor. id eſt, tantum ſpacium, quantū quis poſſet ire de via plana in quingentis annis. Et idem Philoſophus dicit, quod inter cœlum & cœlū ſimiliter eſt diſtantia viæ 500 ann. vnde ſecundum eum à centro terræ vſq; ad concauum cœli Saturni, eſt via 7700. annorum, id eſt, tantum ſpacium, quantum de via plana aliquis iret de ſeptem millibus & ſeptingētis annis, ſi tantum viueret, ita quod quilibet annus computatur ex 365. diebus, & iter cuiuslibet diei ſit quadraginta milliariū, & quodlibet milliare ſit duorum mille cubitorum. Si autem tanta eſt diſtantia à terra vſque ad cœlum Saturni, quod eſt ſeptimum cœlum; quanta erit vſque ad decimum, ſcilicet empyreum? dicam latius infra de his cœlis: ſed an ſint hæc vera, Deus ſcit; qui omnia fecit in pondere, numero, & menſura, *Sapient.* 11. Indubitanter tamen eſt tenendū, quod cœlum ipſum empyreum eſt maximum & altiſſimum: in loco autem illo maximo collocabitur anima. Vnde ipſa dicere poteſt illud Eſaiæ: Cœlum ſedes mea. & *Eccl.* 24. Ego in altiſſimis habitaui. & *Baruch.* 3. O Iſrael, quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius, magnus, & non habens conſummationem, excelſus & immenſus! Ex quo apparet nobilitas animæ in tam excelſo loco & nobili collocandæ.

Tertio; patet animæ nobilitas ex eius pulchritudine, & pretioſitate, de qua Aug. *in Epiſtola ad Deodatum*, inquit, *Anima natura, nec terra, nec maria, nec ſidera, nec luna, nec ſol, nec quicquam omnino, quod tangi aut videri poteſt, non denique ipſum, quod à nobis videri non poteſt, cœlum melius eſſe credendum eſt. Imo hac omnia longe deteriora eſſe, quam eſt qualibet anima, ratio certa conuincit.* Hæc ille, vt dicit Bernard. de Buſt. *in dict. ſerm.* 10 *in fin.* Ex quo dicit, quod nobilior eſt anima, quam omnes aliæ creaturæ, præter Angelicam, quod etiam probat ſic: Nobilior eſt finis his. quæ ſunt ad finem, 2. *Phyſic.* ſed finis quodammodo omnium eſt homo, vt dicit Ariſtoteles 2. *de Anima.* Quodammodo dicitur: quoniam, vt ha-

Digitized by Google

habetur 1. *Ethic.* Duplex eſt finis, ſcilic. principalis & ſecundarius, ſiue finis ſub fine, vt ibi habetur. Si loquamur de fine principali; tunc ſecundum Bonauenturam *in 2. diſtin. 5 art. 2. quæſt.* 1. & Rich. *in eodem libr. diſtinct. 5. q. 3. art. 2. q. 1.* quod Deus eſt finis omnium creaturarum, quas ad ſui gloriam creauit. *Prouerbior.* 16. Si autem loquamur de fine ſecundario, ſic homo eſt finis omnium. Vnde *Geneſ.* 1. dicit Dominus: Dominamini piſcibus maris, volatilibus cœli, & beſtiis vniuerſæ terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra: dixi ſupra *in 2. part. in 1. conſidera.* Si ergo homo eſt finis aliarum creaturarum; ergo eſt nobilior illis. Pars autem hominis dignior eſt anima, vnde Auguſtinus *de ciuitate Dei, lib.* 8. *cap.* 15. dicit: Omni corpori præferuntur animæ. Et idem *lib. ſoliloquiorum cap.* 20. ait: Quicquid enim cœli ambitu continetur inferius, ab humana natura eſt, quæ facta eſt, vt ſummum ſuperius poſſideret, cuius poſſeſſione beata fieret. Et ait Ouidius 2. Metamorph. *Cœloq; animus præſtantior omni.* Et ſic anima dignior eſt cœlo empyreo, in quo eſt collocanda. Nam & plerunq; contentum dignius eſt continente, ſicut lapis precioſus ſuam capſellam valore tráſcendit. Ideo de anima loquens *in lib. de quantitate animæ.* Auguſt. ait: quemadmodum fatendum eſt, animam humanam non eſſe, quod Deus eſt, ita præſumendum eſt, nihil inter omnia, quæ creauit, ipſi Deo eſſe propinquius. Et dicit Chryſippus *in libro de contemptu mundi*: Quanto cœlum terra pulchrius; tanto animæ pulchritudo omnem formam, quamuis pulcherrimam, ſuperat. Et ibidem ait, ſi fieri poſſet, vt corporalibus oculis animæ pulchritudinem videremus, derideremus omnia hæc, quæ ex terrena ſubſtantia decora eſſe videntur. Ita dicit Bernar. *in loco ſupra alleg.* Et ibi etiam in principio ponit de animæ immortalitate, vbi probat ipſam eſſe immortalẽ authoritate, ratione, & exemplo. Ad quam beatitudinem peruenire poſſit anima, vide Symphorianum Campegium *in ſuo lib. de vita ſupercœleſti, ca.* 5. 6. & 7. & ample *in Margarita Philoſ. libr.* 11. *c.* 30. 32. & 33. & totus ille liber vndecimus, eſt de anima, ad quem recurre.

Et aduerte, quod determinatio Pariſienſis ita ſe habuit in concilio vniuerſali Pariſiis celebrato, quod vna anima eſt perfectior alia, etiam in naturalibus, ita quod vna anima differat ab alia naturali præſtantia: quod etiam tenuit Bonauentura, & plures alii contra Tho. & Alex. de Halis, vt refert Symphorian. Campeg. *in lib. de vita cœlitus comparanda, lib.* 9. dicam forte alibi, quando ponam, vnde hoc, quod vnus eſt perfectior altero.

Aduerte etiam, quod anima iure humano in multis priuilegiatur. Primo enim dicit ius humanum, quod vnius animæ amiſſio maius damnum cenſetur, quam ſi innumerabilium corporum mors contingeret, text. *in c. ſi habes. verſ. quid dicam de coniug.* 24. *q.* 3. Secundo; quod probatio, quæ animæ fauorem reſpicit, quamuis dubia, acceptari debet, vt in notabili caſu ponit Fel. *in ca. præſentia in 2 notabili. col.* 7. *de probat.* Tertio; quia relictum pro anima dicitur relictum ad pias cauſas, gl. eſt 1 *in l. ſi quis Titio. ff. de legat.* 2. Quarto; quia fauori animæ non poteſt renuntiari, Bald. *in l.* 1. *in colum. C. de vſu & vſufr. legat.* Quinto; in his, quæ ſalutem animæ reſpiciunt ad vitandos graues conſcientiæ remorſus, tutior pars eſt tenenda. Ita dicit text. *in clem. exiui de paradiſo. §. item quia. verſ. nos itaque. de verbor. ſignif.* not. *in c. iuuenes. in text. & gl. ſ.* 1 *extra de ſponſ. & in c.* 1. *in gl. fi. de ſcrutin. in ordine facien.* & eſt text. *in c. illud §. licet autem & ibi gl. ſ. in verb. in dubiis, de cler. excom. miniſtr.* facit etiam text. *in c. fin. de ſentent. & re iudic.* Sexto; licet vaſallus feudum irrequiſito domini cõſenſu alienare non poſſit, etiam pro anima, vt eſt text. *in cap.* 1. *§. donare. qualiter olim poterat feudum alienari, in vſibus feudor.* Tamen dominus tanquam habens ius potentius, inuito vaſallo poterit feudum pro anima ſua relinquere, text. *in ca. vnico.* 1. *reſponſ. de allodiis.* Ludouic. Roma. per illum text. *in repet. Auth. ſimiliter. in* 13. *col. in tertio priuilegio piæ cauſæ inter vltimas voluntates. C. ad l. Falc.* Septimo; quamuis pater poſſit filium exhæredare, & filius patrem, ex cauſis *in Auth. vt cum de appel.*

cogno-

Digitized by Google

cognoſcitur, in §. *cauſas, coll.* 9. Tamen propter fauorem animæ, ſi filius monaſterium fuerit ingreſſus, nō poterit à patre exhæredari, *cap. non licet in prin.* 19. *q.* 3. quem pōderat ad hoc ſingularem Lud. Rom. *in d. Auth. ſimiliter.* facit text. *in Auth. de monachis, in princ. collat.* 3. Octauo; quia alias filiusfamil. qui non poteſt teſtari, *l. tam is.* §. *fi. ff. de don. cau. mor. l. ſenium, cum gl. fin. C. qui teſt. facere poſſ.* tamen pro anima teſtari poteſt, *c. licet.* §. *fin. de ſepulturis.* Romanus *in d. Auth. ſimiliter. in* 15. *colu.* Nono; verba fauore animæ debēt interpretari & accipi In latiori ſignificatione, Bart. *in Auth. ſacramenta puberum. Cod. ſi aduerſ. vend. t.* Hæc prædicta dicit conciuis & contemporaneus noſter do. Io. Monthel. *in ſuo Promptuario iuris. in verb. Anima.* Quam vim poteſtatemq; & imperium habeat anima rationalis in corpus humanum, & quam procliue ipſum corpus deprehēdatur ad animæ obſequia: multum eleganter deſcribit Cælius *lect. antiq. lib.* 11. *c.* 15. *cum ſeq.* vbi philoſophice & hiſtorice procedit.

QVarta conſideratio eſt de Paradiſo terreſtri. & ſecundū aliquos, ſunt ſex, quos enumerat Phil. Berg. *in* 1. *libr. ſui ſupplementi Chronic.* vt infra patet. Et excellentior omnibus aliis eſt ille, qui eſt in Oriente, de quo *Gen.* 2. Plantauit Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominē, quem formauerat, produxitq; Dominus de humo omne lignū pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue: lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumq; ſcientiæ boni & mali: & cætera huiuſmodi, vt ibi habetur; & hic locus eſt in Orientis partibus, cuius vocabulum ex Græco in Latinum vertitur, hortus. Porro Hebraice *hau eden* dicitur: hau hortus, & eden, noſtra lingua, delitiæ interpretatur, quod vtrumq; iunctum, facit hortū delitiarum. Etenim omni genere ligni, & pomiferarum arborum cōſitus, habens etiam lignū vitæ, non ibi frigus, ſed perpetua aeris temperies, in cuius medio fons prorumpens totum nemus irrigat, diuiditurque in quatuor naſcentia flumina: de quibus infra *in* 13. *conſi.* dicam: de quo cecinit Poeta Ouid.

Ver erat æternum, placidiq; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores,
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.

Vt refert Ioan. Laziardus *in ſuis Epitom. hiſtoriæ vniuerſalis, in cap.* 5. *de paradiſo terreſtri.* Cuius loci aditus poſt peccatū primi hominis interclusus eſt: ſeptus eſt enim vndique romphea flamma, id eſt, muro igneo accinctus, ita vt cum vertice eius cœlo pene iungatur incendium. Cherubin quoq;, id eſt, Angelorū præſidium arcendis ſpiritib. malis ſuper rompheæ flagrantia, ordinatū eſt, vt homines flammæ, angelos vero malos Cherubin ſubmoueret, ne cui carni, vel ſpiritui trāſgreſſionis aditus pateat, vt dicit Ptolemæus *in ſuo lib. de tribus orbis partibus, cap.* 2. Ita etiam de hoc paradiſo loquitur Arch. *in c. omnibus. in prin.* 24. *q.* 1. & Alb. de Roſ. *in ſuo diction. in verb. Paradiſus in* 3. *notabili in fin.* vbi dicit quod paradiſus eſt amœniſſimus ex mirificis infectionibus, & plantis, & fragrantiſſimis aromatibus ex vernantibus floribus, & temperatiſſimis roribus, & moderatiſſimis ventis ac placabilibus, ex amœniſſimis auium cantibus, ex plurimis floribus, ex validiſſimis ſepibus, & ex oculoſiſſimis cuſtodibus. De eo etiam loquitur Bald. *in c.* 1. §. *mutus in princ. in tit. Epiſc. vel Abbatem, & c. in vſibus feudor.* vbi dicit, allegando Albertum, quod de Paradiſo terreſtri propter eius altitudinem, aquæ cadentes faciunt tantum ſtrepitum, quod omnes, qui ibi naſcuntur, perdunt auditū: tamen non ſunt ſurdi à natura: quia, ſi tranſportarentur ad alium locum, antequam ſurdeſcerent, audirent. Et de huiuſmodi Paradiſo terreſtri dicit Damaſcen. *lib.* 2. *c.* 11. ſic. *Quia vero Deus ex viſibili creatura plaſmaturus erat hominem ad ſuam imaginem & ſimilitudinem, tanquam quendam Regem, & Principem vniuerſæ terræ, & eorum, quæ in ea ſunt: præſtruxit ei quandam veluti Regiam, in qua diuerſans beatam, & ex omni parte felicem duceret vitam, & ipſe eſt diuinus Paradiſus, Dei manibus in Eden plantatus, lætitiæ & voluptatis omnis promptuarium. Eden enim voluptas interpretatur: in Oriēte vero omnis terra excelſior*

collocatus eſt, optima temperie, & aere ſubtiliſſimo ſplendidus, plantis ſemper virentibus, inſignis odoris ſuauitate refertus, plenuſque lumine vniuerſæ ſenſibilis venuſtatis, & pulchritudinis ſuperexcellens intelligentiam: diuinus profecto locus ac dignus eius, qui ad imaginem Dei creatus fuerat incolatu, in quo nullus irrationalium habitabat: ſed ſolus homo diuinarum manuum factura. In medio vero eius lignum vitæ Deus plantauerat & lignum ſcientiæ, &c. Hæc ille. & ibi ample *in Commentario*: An ſit verum, quod nullum ibi habitauerit irrationale? Sed non inſiſto, cum non ſit præſentis ſpeculationis, & ſolum intendo ad gloriam, & commendationem illius Paradiſi terreſtris, qui vltra commendari & laudari poteſt in multis.

Primo; propter antiquitatem plantationis; quoniam, vt habetur *Geneſ.3.* & ſupra *eadem conſid. in princip.* dixi: Plantauit Deus Paradiſum voluptatis à principio, &c.

Secundo; nobilitate ſituationis ſiue fundationis: quia fundatus eſt locus ille in parte Orientis, vt dicit beatus Iſidorus, vt quidam Doctores exponunt illud *Geneſ.2.* Plantauit Dominus Paradiſum in principio, non quidem ſolum temporis, ſed etiam loci: cuiuſmodi eſt pars Orientis, quæ nobilior eſt, ſicut dextra pars in homine. Et quod ſit in Oriente, ponitur *in Margarita Philoſ. lib.7.45.* vbi ſatis ample.

Tertio; propter nobilitatem hoſpitis: Habuit enim nobilem habitatorem, ſcil. hominem: etenim dicitur *Geneſ.2.* Plantauit Deus Paradiſum voluptatis, in quo poſuit hominem, quem formauerat.

Quarto; excellentia denotatur ex affluentia voluptatis ſiue delitiarum: vnde *Geneſ. vbi ſupra*: Plantauit Deus Paradiſum voluptatis.

Quinto; excellentia illius denotatur ex arborum & florum amœnitate: cum *Gen.2.* dicatur: Produxitque Deus omne lignum pulchrum viſu.

Sexto; ex precioſitate fructuum, cum in loco præallegato dicatur; Erat enim in medio Paradiſi lignum vitæ.

Septimo; & ex puritate & mundicia, quæ ſatis comprehendi poteſt ex fluuio egrediente de illo, cum dicatur *Geneſ.2.* Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ Paradiſum. Iſta dicit & refert Ioan. de Turrecremata *in d.c. Eccleſ. de conſecrat. diſtinct.4.* vbi dicit, Eccleſiam conuenienter comparari debere Paradiſo terreſtri, propter illa ſeptem commendabilia, quæ adaptat ibi Eccleſiæ militanti. vt ibidem videre poteris.

Et, vt ait Philip. Bergom. & ſupra dixi, ſunt ſex Paradiſi terreſtres. Vnus, vt dicit, eſt in Oriente verſus Zephyrum. Alter, in æquinoctiali inter Eurum & Euronotum. Tertius, de quo Beda meminit, inter Cancri tropicũ, & circulum antarcticum. Quartus, ad Orientem verſus Eurum vltra æquinoctialem, in quo ſolis calores ſunt. Quintus Paradiſus terreſtris ad polum antarcticum eſſe dicitur, de quo Solinus meminit.

Inuenitur etiam in Occidente alius voluptatis & delitiarum Paradiſus, de quo ſic habemus, quod ſenatus populuſq; Rom. mandauit, ſummum ſacrorum Pontificem, non niſi de Italiæ horto delitiarum eligi debere. Et de huiuſmodi Paradiſo terreſtri multa à Theologis habentur *in 2. ſententiarum, diſt. 19.* Vide etiam Cælium *in lib. ſuar antiq. lect. lib.1. cap.21.* dicentem, apud Platonem eſſe regionem ſimilẽ Paradiſo terreſtri, & in quo loco ſit ipſe Paradiſus terreſtris, ſecundũ Arrianum, apud Græcos hiſtoricos tantæ in ſcribendo integritatis, vt veritatis conſeruator, ſtudioſuſq; vulgo ſit cognominatus, atque ita etiamnum honeſtetur in libris. Hic in parte poſtrema Indicis commentarii, ac ſi ipſi quoque Moyſi ſuccineret, ita ſcribit: Hanno Carthaginenſis, profectus claſſe à columnis Herculeis in Oceanum, relicta ad læuam Lybia, diebus triginta enauigauit, occidua petens: mox vbi in Meridiem diuertiſſet, plurima ſeſe illi obiecere impedimenta. Nam præter ardores feruidi ſideris, vt in perusta regione mundi, aqua potabili deficiebatur: audiebatur porro creber de cœlo fragor, interim late promicantia in ſublimi fulgura oculos perſtringebant, videbanturq; veluti flamma-

Digitized by Google

flammarum riui præcipitâtes è cœlo. Quanquam Cyrene ad extrema Libyæ in tâta camporum vaſtitate herbis nuda non ſit, neque item aquarum inops. Et ibi allegat de Paradiſo dicta Damaſceni, & S. Thomæ, & Conciliatoris, dicentium, Paradiſum eſſe in Oriente, quæ portio mundi nobilior eſt; quia dextra, vt ibi Cælius, quem videas.

QVinta conſideratio eſt de cœlo, quod dicit Aug. eſſe Regnum feliciſſimum, carens morte, & vacans ſine fine, cui multa tempora ſuccedunt per æuum, vbi cōtinuus ſine nocte dies neſcit habere tempus, vbi victor miles poſt laborem donis ineffabilibus cumulatur: Nobile perpetuâ caput amplectente corona. Hæc dicit Auguſt, *in ſuo manuali, c.8.* Sedes enim Domini eſt, & omnibus dominabitur, *Pſal.*102. *& Pſalm.*10. Dominus, in cœlo ſedes eius. Et habetur *Eſa.66.* Cœlum ſedes mea. Et habetur *Marc.5.* Nolite iurare per cœlum; quia thronus Dei eſt, *cap. & ſi Chriſtus. extra de iureiur.* Altitudinem illius nemo dimenſurare. *Eccleſ.2.* Nec quæ in cœlis ſunt, quis inueſtigare poteſt. *Sapien.9.* Aliqui dicunt, quod ſunt vndecim cœli. In primo ſtat Luna, & nulla ſtella in eo ſtat præter Lunam, totum in ſuperficie cœli ſecundi concaua continetur, & in orbes quatuor, & Epicyclum dicitur. Habet inprimis tres orbes, ſicut Sol, in figuratione diſpoſitos: vltra hoc, habet vnum orbem mundo concentricum, prædictos tres ambientem, qui deferens caput draconis dicitur inſuper, & Epicyclum habet profunditatis medii primorū trium orbium immenſum, in quo corpus Lunæ figitur & mouetur.

In ſecundo vero ſtat Mercurius, & in ſuperficie concaua cœli tertii continetur, & in orbes quinque & Epicyclum partitur: habet enim duos orbes inæqualis ſpiſſitudinis, quorum ſuperficies connexa ſupremi mundi concentricæ ſunt; ſuperficies vero concaua ſupremi, & connexa infimi mundo ſunt eccentricæ, ſibiipſis tamen concentricæ, & harum centrum (quod etiam centrum parui circuli nominamus) à centro æquantis tantum, quantum centrum, quantis à centro mundi diſtat, & vocantur hi duo orbes augen æquantis deferentes. Quomodo autem mouentur, dicam infra in explanatione Planetarum.

Tertium eſt cœlum, in quo ſolus Planeta, qui dicitur Venus, rotatur: & in ſuperficie concaua cœli ſolaris continetur, inſuper, & in orbes particulares, quemadmodum Saturni, Iouis aut Martis cœlum partitur. Circumfertur autem hoc cœlum totum in 24. horis, ſemel ab Oriente per Occidentem in Orientem redeundo per primi mobilis motum: ſed orbes eius augen deferentes ſuper axe, & polis Zodiaci ad motū octauæ ſphæræ circumducuntur. Quo autem motu moueatur, vide in Margarita Phil. *lib.7. de principiis Aſtronomie, cap.32.*

Quartum cœlum eſt, in quo Sol eſt, & in quo mouetur, in ſuperficie concaua cœli Martis continetur, & in tres orbes particulares diuiditur, duos ſcil. augen deferentes, & ipſum deferentem ſolare corpus: æquantem autem, & Epicyclum non habet. Mouetur autem motu raptus ab Oriente per Occidentem redeundo in Orientem in 24. horis ad motum primi mobilis, orbes augen deferentes eiſdem mouentur motibus, quibus & orbes auget Saturni, Iouis & Martis deferentes. Deferens autem Solis ſuper polis, & axe propriis ſecundum ſucceſſionem ſignorum ab Occidente, ſcilicet verſus Orientem quotidie 59. fere minutis, & octo ſecundis circumfertur. Et ita Sol totum Zodiacum in 375. diebus, & ſex horis ferme peragrat, nobiſq; annum complet. Dicam latius infra, vbi fiet mentio de Planetis.

Quintum cœlum eſt, in quo ſolus Mars rotatur cœlo ſexto contiguum, & ſub eo locatur, quemadmodum ſextum ſub ſeptimo. In totidemq; orbes diuiditur, & mouetur, & eiſdem motibus, quibus cœlum Saturni, & Iouis, de quibus ſtatim dicam.

Sextum cœlum eſt, in quo ſtat ſola ſtella Iouis, & eſt cœlo Saturni contiguum, ita ſcilicet, ſuperficies eius connexa concauam cœli Saturni contingat: de motu eius etiam infra dicetur.

Digitized by Google

Septimum cœlum eſt, in quo continetur Saturnus in orbes tres ab inuicem diuiſos, & contiguos partitur, de cuius motu infra vide.

Octauum cœlum eſt, quod firmamentum dicitur, & ſtellis innumerabilibus ornatum eſt, quæ fixæ appellantur; quoniam omni tempore æqualiter à ſeipſis diſtant. Nec proprium motum à motu ſui cœli habent. Et in hoc cœlo ſunt 10. circuli imaginarii ſeſe interſecantes, ac imaginum in cœlo ſitum, motum, & diuerſitatem notificantes. Et mouetur triplici motu. Primus eſt ab Oriente verſus Occidentem ad motum primi mobilis ſuper polis mundi, & completur in ſpacio naturalis diei. Secundus & huic contrarius ab Occidente, ſcilicet, in Ortum ſecundum ſucceſſionem ad motum nonæ ſphæræ in 200. annis, gradu vno, & 28. minutis fere, & ſic in 49000 ann. totus perficitur: & motus augium, & ſtellarum fixarum dicitur: quo ſcilicet motu, ſtellæ, quæ ſunt in firmamento cœli, variantur de ſigno in ſignum reſpectu Zodiaci primi mobilis. Vnde pleiades ſtellæ fixæ, quæ iuxta figurationem ſunt in capite Tauri in firmamento, reſpectu Zodiaci ſuperioris ſunt in vigeſimoſecundo gradu Tauri: & ſic de aliis. Tertius motus trepedationis, quo ſcilic. octaua ſphæra mouetur ſuper duobus circulis paruis, quorum poli ſunt capita libræ, & arietis nonæ ſphæræ, & ſemidiameter illorum circulorum eſt gradus 4 minuta 18. & ſecunda 43. & iſte motus acceſſus & receſſus nominatur, & in 7. millib. quoque annis completur: & ſolus octauæ ſphæræ proprius eſt; quia vnius corporis naturalis, tantum vnus eſt motus, ſecundum naturam, ratione illius motus ſtellæ fixæ, nō ſemper æque diſtantia polis immobilib. primæ ſphæræ. De his ample per Margaritam Philoſ. *vbi ſupra, c. 6.*

Nonum cœlum ſtellis caret, ſimilibus characteribus, quibus & decimum eſt inſignitum, de quo ſtatim dicam. Et duplici motu reuoluitur. Primo quidem ad motum primi mobilis. Secundo motu proprio ab Occidente verſus Orientem ſuper polis propriis in 200. annis, gradu vno, & minutis 28. fere ſecundum ſucceſſionem ſignorum reſpectu Zodiaci primi mobilis. Totam reuolutionē in 49000. annis complet, quæ reuolutio à quibuſdam magnus annus Platonis dicitur. Aiunt enim, Platonem ſcripſiſſe integra reuolutione iſta completa omnia in eodē ſtatu & diſpoſitione conſiſtere, quo initio reuolutionis fuerant. Hanc poſitionem diuus Auguſtin. *de ciuitate Dei, libr. 12. & c. 13. in fine*, explodendam, & religioni noſtræ contrariam oſtendit, dicens: Abſit, inquam, vt nos iſta credamus: ſemel enim Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris; reſurgens autem à mortuis iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur, & nos poſt reſurrectionem ſemper cum Domino erimus, *ad Rom. 6.* Hoc cœlum à quibuſdam aqueum, ab aliis cryſtallinum appellatur: ſuper firmamentum enim (quod octauum cœlum dicimus) ſcriptura aquas eſſe multipliciter aſtruit: vnde *Gen. 1.* Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: & dicunt Scripturæ, firmamentum eſſe conſtitutum in medio aquarum, & diuidere aquas illi ſupernenientes ab aquis ſubſidentibus.

Quod autem ſupra firmamentum ſint aquæ, præter Geneſeos ſententiam, oſtendit etiam Dauid *Pſal. 103.* Qui extendis cœlum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius. Et *Pſal. 148.* Et aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini. Dicam infra amplius, quando fiet mentio de elementis, ſed nunc ſufficit, quod etiam iſtud vocetur ab aliquibus cryſtallinum.

Decimum cœlum omnium corporum, primum eſt mobile motu, ſcilicet diurno ab Oriente, verſus Occidentem, iterum redeundo in Orientem in 24. horis, ſine fatigatione & pœna regulariter, id eſt, non velocius vno tempore, quam alio: & illo motu ſecum rapit omnes ſphæras inferiores: ſitq; talis motus ſuper polis mundi. Et in hoc cœlo nullæ ſunt ſtellæ, nec characteres, & lineationes, quæ percipi poſſint, ſicut nec in nono cœlo. Quidam tamen contendunt, viſu acutiſſimo quaſdā percipi poſſe, ſed alios fallūt quia

Digitized by Google

quia falluntur, vt habetur *in d. Margarita loco ſupra citato, ca.* 9. De his decem cœlis ſcripſit Ioan. Laziardus *in Epi. thiſtor. vniuerſ. c.* 4.

Vndecimum cœlum primo de immobili creatum, & mox Angelis ſanctis repletum, eſt corpus ſubtiliſſimũ, primum mundi fundamentum, & quantitate maximum, qualitate lucidum, figuratione ſphæricum, locali ſitu ſupremum, amplitudine ſpirituum, & corporum viſibilium, & inuiſibilium contentiuum, Dei ſummum habitaculum, & diuerſas ob cauſas varie denominatur: potiſſime tamen dicitur empyræum, hoc eſt, igneum: cum à ſuperbenedicta Trinitate, in eodem reſidente, ſecundum nonnullos, illuminatum ſit.

Rabanus tamen dicit, quod ſint tantum ſeptem cœli, ſcilicet empyreum, quod ſupremum, cryſtallinum ſeu aqueum, ſidereum, igneum, olympicum, æthereum & aëreum.

Inter hæc tamen, de quibus Bart. Anglici, *in ſuo libro de propriet. rib. rerum, lib.* 8. Cœlum empyreum eſt dignius, & excellentius omnibus aliis. Cum ſit primum & ſummum, & talis eſt locus Angelorum regio, & habitaculum hominum beatorum. Illud enim eſt primum mundi firmamentum quantitate maximum, &c. Vt hic ante dictum eſt. Et in hoc cœlo empyreo ſunt Animæ ſanctorum collocatæ, vt dicit N. de Lyra *Daniel.* 7. ſuper illo verbo: *Regnum autem, & poteſtas, & magnitudo Regni, quæ eſt ſubter omne cœlum, detur populo ſanctorum altiſſimi.* Licet enim Deus ſit vbique, tamen ſpecialiter dicitur eſſe in cœlo; quia ibi relucet potiſſime virtutis ſuæ operatio. Et ideo cœlum dicitur ſpecialiter ſedes Dei. Quia in corpore mundi ſpecies cœli pulchrior eſt, vt dicit Ioan. Damaſ. *in lib.* 2. *c.* 6. quem videas cum commentario illius, quorum dicta infra latius referentur. Ideo ſpecies cœli in viſione gloriæ eſſe. *Eccle.* 43. dicitur. Et ſpecies cœli gloria ſtellarum mundum illuminãs in excelſis dominus. De huiuſmodi cœlis videatur Ariſtot. *in lib. de cœlo, & mundo.* & Anton. Flor. *in* 1. *part. ſuæ Sum. titul.* 14. & Cœlius *lib.* 1. *antiquarum lectionum, cap.* 13. vbi ample, & *in* 3. *conſid. ſequẽt.* Vide de nobilitate Cœli *circa principium. verſicul. & quod corpora.* Sed mihi ad propoſitum ſufficit, vt denotem, quod inter omnes cœlos ſit vnum excellentius, & nobilius aliis, ſcilicet, cœlum empyreum, quod dicitur Regnum cœlorum, de quo hic ante dixi. Habet enim circumfluentiam in omnibus inferioribus. Et de huiuſmodi cœli dignitate multi admirantur, & comprobatur per Ludouicum Cœlium ex multis hiſtoriis, vt habetur *in ſuis libris lectionum antiquarum lib.* 1. *cap.* 19. vbi ſic inquit: Cœli dignitatẽ eximiam, vel inenarrabilem potius contẽplanti mihi ſubit quandoque, quod de Arabibus ſcriptum reliquit Arrianus, coli ab illis duos modo Deos, Cœlum, & Liberum patrem. Ac Cœlum quidẽ, quia cernatur, & ſiderum collucentibus oculis excellenter contextum, ſolem præferat vtilitatis immenſæ authorem incomparabilem. Neque item excidit, quod de Anaxagora Philoſopho proditum ſcimus, qui interrogatus, Curnam ſe natum arbitraretur? Reſpondit cœli ac ſolis videndi cauſa. Quam quidem vocem, à Philoſophis ſumma exceptam admiratione, riſu proſequitur Lactantius, putans neſcientem quid reſponderet, in hæc prompiſſe: Ego vero, ni me quid ſecretius fallit (ait idem Cælius) facile contenderim, non temere id omnino effuſum, ſed vt ab ſapientiæ ſtudioſo penſiculate admodum, & excuſſe. Nam qui exactius penſitarit rem totam, comperiet liquido cœleſtem claritatem adeò præcellere naturæ quadam præſigni maieſtate, vt in perenni ac vitali luce illa auguſtiſſimum diuinitatis myſterium ſit facile deprehenſurus. Siquidem vertiginoſus ille motus ampliorem nobis indicat poteſtatem. Lux nitidiſſima ſapientiam. Calor ſuauiſſimus amorem. Quibus à Principe rerum Deo mouentur, illuſtrantur, perficiuntur omnia, atque ſeruantur: primo inquam, inter ſeparatas, atque ſpirituales formas, ſicut inter corpora, longe clariſſimo cœlum principatu cenſetur. Extra hæc, qui plura in clariſſimo putat globo requirẽda, is plane, quæ ſit corporeæ naturæ perfectio, parum perſpexiſſe deprehenditur.

Eeeee 2 Quic-

Quicquid alii partiario, ac diuiſim poſſidet, in vnum id eſſe ampliſſime congeſtum. Sine hoc nec inferius generabitur quippiam, nec genitum ſuas exercebit operationes. Et quidem ſicuti intimus & vitalis noſter calor corpora confouet ac ſeruat, eiuſque momento, quæ agunt in nos, non fruſtra agunt: ita ſi non adſit cœleſtis ille calor, corporum virtus omnis, præſertim ille ipſe tam vitalis, tamque familiaris nobis calor profligatus depereat, neceſſe eſt, cœlum vtique naturale corpus eſt omnium corporum naturalium perfectiſſimum. Corpus naturale tam motus, quam ſenſibiles qualitates conſequuntur: perfectiſſimo igitur corporum naturalium, perfectiſſimus quoque motus, & ſenſibilium perfectiſſima congruunt. Nullus motus perfectior orbiculari, nulla qualitas ſenſu perceptibilis, luce perfectior: quare hæc cœleſtis corporis propria ſint neceſſe eſt. Quoniam vero perfectiſſimum corpus eſt, comparem quoque locum, id eſt, ſupremum habere, ex rerum dignitate conſequens fuit. Ideo ſecundum Apuleium finis altitudinis dicitur. Scitum illud Ariſtotelis eſt, *ex libro 8. Auſcultationis Phyſicæ*, motum primi cœli vitam eſſe omnibus; quandoquidem euidentiſſima eſt, & communis operatio vitæ intimus motus. Ceſſante autem cœlo, nec cætera mouebuntur. Sicut in minore item mundo, ſi ceſſet motus cordis, omnes animalis motus perire neceſſe eſt. Nec lapis itaque deorſum moueretur, neque aſcenderet ignis; quod mirum vtique eſt; ſed verum rationibus oſtenditur, ſi motus quieſceret primus. Eſt autem quod primum in vnoquoque genere, cauſa reliquorum, quæ ſub ea continentur ſerie, licet non omnia eandem cauſæ habeant rationem. Porro, quod de motu aſtruimus, patet in caloris ratione. Nam, ſi cœleſtis intereat calor, nec à frigore profluet frigiditas, nec ab caliditate calor. Siquidem non eſt frigori cõtrarius calor ille ſidereus, ſicut calor igneus. Sed omnes continet elementares qualitates eminẽtia ſimplici, ſicut lux omnes calores. Hæc ille Cælius, vbi ſupra: pro quibus allegat Picũ Mirandulã.

Hic non eſt ſuperuacuum inueſtigare; Cum Angeli ſint in vndecimo cœlo, vt hic ante dictum eſt. Et virgo Maria ſit exaltata ſuper choros Angelorum: &, vt dicit gl. verbo, *Apoſtolica. in l. omnes dies. C. de ferus*, exaltata eſt ſuper Apoſtolos, Angelos, & Archangelos, an concedenter ponatur in duodecimo cœlo, quod eſt trinitatis, ſecundum nonnullos, de quo nunc dicam, quod non videretur eſſe inconueniens. Cum etiam Deipara dicatur, vt dicit Ioan. Damaſc. *lib. 3. c. 12.* vbi Deiparam, Dei genitricem, Deiq; parentẽ, & proprie, & vere ſanctam virginem celebramus. Nam, vt verus Deus eſt, qui ex ipſa natus eſt; ita vera Dei genitrix verum Deum ex ipſa incarnatum genuit. Si ergo Dei genitrix eſt, & mater, collocetur ſeu collocari debet ad dextram filii, prout mater collocãda eſt, vt dixi ſupra *in 5. part. in 40. conſid.* & non ſub filio. Videtur ergo, quod virgo Maria cõdecenter poni poſſit in duodecimo cœlo, vbi eſt Deus. Et hæc dico ſolum pro quadam inueſtigatione, non tamen iſtud aſſero, ſed me remitto ad dominos Theologos. Quicquid ſit, tamen ego teneo, quod in quocunq; loco ſit, eſt ſuper omnes choros Angelorum, ſuper omnes beatos & ſanctos cuiuſcunq; autoritatis & præeminentiæ fuerint. dixi ſupra *in 3. part. huius libri. in 4. conſid.*

Etiam ex prædictis conſtat, quod cœli enarrent gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiet firmamentum, *Pſal. 18.* quod fit triplici via, & modo mirabili. Primo; ex eorum creatione ab immenſa potentia. Secundo; ex eorum conſeruatione & manutenentia ab eadem infinita ſapientia. Tertio; ex eorum virtuali operatione multiplici eis collata à ſuprema & impendenti clementia.

Circa primum; Cœlorum creatio pandit & enarrat gloriam Dei; quia tanta & talis operatio, quæ eſt de nihilo ad eſſe productio, non potuit fieri ab aliqua intelligentia: cum ad eorum creationem requiratur infinita potentia, quæ potentia repugnat intelligentiæ, & Angelo. Ideo ſuo modo cœli pandunt, & enarrant gloriam Dei ex parte eorum creationis.

Circa

Circa ſecundum; Cœlorum manutenentia, & eorum conſeruatio, quæ immediate à Deo pendet, etiam enarrat, declarat, & manifeſtat gloriam Dei: quia omnis creatura tam ſpiritualis, quam corporalis, quantum eſt de ſe, tendit ad non eſſe; & quanto perfectior, tãto maiori indiget manutenentia Dei. Sicut equus minori indiget manutenentia, quã Angelus: quia Angelus plures perfectiones habet equo. & omne eſſe præter primum eſſe, quantum eſt de ſe, intendit ad non eſſe. Ideo cœli in manutenentia tali tam mirabili enarrant gloriam Dei.

Circa tertium; Cœli enarrant gloriã Dei, ex eorum operatione virtuali. Vnde tot variationes, & temporum mutationes, frigora, calores, pluuiæ, ſterilitates, guerrarum abundantia, & pauca pax, & iuſtitia, & quandoque inter homines infirmitates, peſtes, & inter animalia terræ, volucres aeris, & viuentia in aquis, talia Dei concurſu proueniunt, ex influentia cœlorum, qui enarrant gloriam Dei: licet Deus poſſet aliter facere, & faciat quandoque, teſte Beato Auguſt. *in lib. de ciuit. Dei.* Sic Deus condidit res, vt ſuis moribus ſinat eas peragere. Agunt cauſæ ſecundæ, virtute primæ cauſæ, & operationes earum, quando placet, ſuſpendit prima cauſa, concurrens immediatè ad effectum cuiuslibet cauſæ ſecundæ, quam cauſa vniuerſalis ſecunda. Ita dicit amicus medicorum, in declaratione illius Pſ. 18. *Cœli enarrant gloriam Dei, &c.*

Aliqui vero ponunt duodecimum cœlum, quod eſt cœlum trinitatis, quod dicunt Deum eſſe, ſecundum rem, & differre ratione. Nihil tamen aliud eſt, (vt inquit Albertus) quam virtutis eius excellentia, quæ continet, & ambit omnia creata. Et eſſe in tali Cœlo, eſt eſſe in æqualitate virtutis Dei omnia continentis atque ſaluantis, quod ſolũ conuenit Patri, Filio, & Spiritui ſancto.

Nonnulli tamen dixerunt, tantum eſſe tres cœlos: ad quorum tertium ſe dicit raptum Apoſt. 2. *Epiſt. ad Corinth. cap.* 12. cum ait: Scio hominem in Chriſto ante annos 14. ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit, raptum huiuſmodi vſque ad tertium cœlum. Tres autem cœli, de quorum tertio meminit Apoſtolus, ſunt, vt dicit Damaſcenus *lib.* 2 *cap.* 6. Cœlum aereum, firmamentum, & cœlum firmamento ſupereminens, ad quorum ſupremum ſe mentis exſtaſi raptum Paulus aſſerit. Alii interpretantur alio modo, quod primum ſit aereum, ſecundum firmamentum, tertium ſpirituale; vbi angeli, & Animæ ſanctæ, Dei fruuntur contemplatione. Alii diſtinguunt ſecundum tres angelicas hierarchias, vt primum Cœlum dicatur poſtrema hierarchia, ſecundum Cœlum media, tertium vero ſuprema hierarchia, vt ample explicant Io. Damaſcenus, & commẽtator ipſius *in loco ſupra allegato.*

Sexta conſideratio; In cœlo empyreo ſunt tres hierarchię, vt dixi ample ſupra *in* 3. *par. huius libri.* Prima ſcilicet ſupercœleſtis, quæ conſiſtit in tribus perſonis. Secunda cœleſtis, quæ conſiſtit in Angelis. Tertia ſubcœleſtis, quæ perficitur in prælatis, vt dicit Dionyſius *in ſuo libro de cœleſti hierarchia.* Et hæc cœleſtis hierarchia eſt triplex, quædam ſuperior, quæ dicitur epiphania, & hæc continet tres ordines, ſcilicet, ordinẽ Seraphin, Cherubin, & Thronorum, & iſta eſt excellentior aliis, vt dictum eſt ibi. Ideo non aliter inſiſto, ne fiat repetitio eorum, quæ iam dixi. Et ibi etiam dictum eſt, quod inter nouem ordines, ordo Seraphin eſt dignior, & excellentior. Et ad ibi dicta me remitto circa huiuſmodi excellentiam hierarchiarum, quæ ſunt in vndecimo cœlo, vt etiam ſupra dictum eſt.

Sunt enim quidam, qui ſubtiliori ſucco de non diſcendo, torporem operiunt. Dicunt enim cœleſtem hierarchiam non in plenitudine ſcientiæ, ſed charitatis culmine ſiniri; vnde Seraphin, qui denominatur à plenitudine charitatis, ſupremus eſt ordo, ſub quo Cherubin, qui à plenitudine ſcientiæ nomen accepit. In Seraphin tamen minorem eſſe ſcientiam, quam in Cherubin, Catholici negant, patet ex 2. *li. ſent. diſt.* 9. Tantũ igitur Seraphin in ſcientia Cherubin excellit, quantum in charitate excedit. A charitate autem ille ſupremus

mus ordo tanquam nobiliori Dei dono nominatur, ad quod profecto ſciētia ordinatur. Cherubin autem non à charitate, ſed à ſcientia nominari debuit; quia iam ſuperior ordo à charitate nomen ſibi vendicabat.

Sed aduerte ad vnum, quod tanta ſit nobilitas, & excellentia Angelorum, quod, vt dicit Anſelmus in quodam ſermone, ſi vnus Angelus ſtaret in cœlo ſtellato, & tot eſſent ſoles, quot ſunt ſtellæ, claritas iſtius ſolius Angeli offuſcaret omnes illos ſoles ſua claritate; ſicut modo claritas ſolis offuſcat claritatem ſtellarum. Et ibidem dicit, quod ille Angelus tantum tranſcendere noſceretur pulchritudinem ſolis, quantum ſol tranſcēdit pulchritudinem terræ; imo magis incomparabiliter. Hæc dicit Bernar. de Buſt. *in 2. par. ſui Roſarii. ſerm. 10. litera B.*

SEptima cōſideratio S. Thom. *in ſcripto eius ſuper libris de Cœlo: & mundo. 2. lect.* 25. dicit, quod omnes ſtellę pręter Planetas ſint in ſupremo cœlo; quod intellige in firmamento, quod dicitur ſecundum aliquos ſupremum: ſed in empyreo nullæ ſunt ſtellæ, vt dictū eſt ante. Ex quo ergo prædictæ ſtellæ ſunt ſupra Planetas, videntur eſſe digniores propter altitudinem, & ſuperiorem locum, quem obtinent; & quia approximant diuinitati. Et de poteſtate huiuſmodi ſtellarum fixarum, an ſit maior poteſtate Planetarum, vel econtra, ponit Cœlius *li. 1. ſuarum antiq. lect. ca.* 17. vbi inquit, magnam altercationem eſſe inter ſtudioſos, qui quandoque ſtellis non errantibus, quæ ſunt fixæ, vim eminentiorem cæteris aſcribunt; quandoq; vero è diuerſo, & vt plurimum, communem felicitatem pro naſcētis modo, menſuraque à proſperiore Planetarū ſtatu contribui ſanciūt: à fixis vero quandam incomparabilem, extra quam opinetur aliquis, fortunæ benignitate. Quam ſentētiam dicit comprobatam eſſe à Ptolemæo. Alii omnino Planetas vi effectuque præpotentiores oſtendere conantur, cum Procli ſententia, tum rationibus id euidenter monſtrantibus. Accidente item veterum teſtimonio, qui Planetas velut quoſdam mundi Principes intelligerent. Quo autem diſcerniculo certiore iſta teneant bonarum literarū ſtudioſi. Aſtra (inquit *2. cœli* Ariſtoteles) nequeunt per ſe, & propriis moueri motibus aut locum mutare, ſed orbi infiguntur, veluti in tabula nodus. Itaque orbis motu feruntur, cui inhærent. Cęterum Planetas deprehenſum eſt diuerſo ferri inceſſu, at tum velocitate, tum tarditate plurimum diſcrepante, atque ſitu etiā: quoſdam namque exortum petere, in occaſum alios remeare: porro in auſtrum deiici hos, in ſeptentrionem protolli aliquos. Ideoque ex motus inæqualitate nomen quoq; adeptos, & aſſequutos. Ex qua item certius coniectatum orbibus eos diſtinctis ferri. Fixas vero globi octaui ſtellas dicimus, non quod non moueantur. Nam duplici ſaltem circumagi motu animaduerſum iunioribus eſt, quibus & globus, in quo ſunt, motibus rotatur. Altera ab ortu in occaſum. Reliqua ab occaſu in exortum ſuper Zodiaci polis, tantæ tamē tarditatis, vix vt percipi vel annis centum queat. Nec item fixas dixeris, quod orbis modo circumferantur ambitu. Nam & hoc eſt illis cōmune cum Planetis, quod *2. cœli*, (vt dictum eſt) aſtruitur. Sed ita dicuntur, quia eandem perpetuo ſeruant figuram, ſitum, propinquitatem, diſtantiam. Diuerſitas Planetarum in motu, dum vel propiores nobis fiunt, vel remotiores; cauſa eſt (ſicut philoſopho placet) valida, vt varii producantur effectus. Vniformis autem, & conſtans motus mobilis primi, id agit, vt diuerſitas hæc æterna ſit, ac vniformi pergat periodo. ita dicit Cœlius *in prædicto loco.* qui etiam aſſerit, Chaldæos dixiſſe, Planetas interpretes; quoniam ex aliis aſtris, quæ tum minime errāt, tum certum ſeruant, & ſtatutum meatum, ſola hæc, inceſſu proprio, ſuoq; nitentia, res futuras inſignitus oſtendant, ac veluti Deorum mentem interpretentur. Eſſe autem hoſce Saturnum, Martem, Venerem, Mercurium, Iouem : de his ſtatim dicā. Sed quo ad ſtellas fixas, quæ ſunt in octaua ſphæra, cum ſit aliis inferiorib. nobiliſſima, vt dicit Ariſtoteles *in fine libri 2. de Cœlo.* ex quo ergo, etiam ſtellæ ibi poſitæ ſunt aliis nobiliſſimæ.

In hoc octauo cœlo ſunt quadraginta octo ima-

cto imagines ſtellarum, in quibus eſt concordia apud omnes antiquos, ſicut dicebatur, & ſunt in eis 1022. ſtellæ, quæ dicuntur ſtellæ fixæ, & mouentur vno motu, ſcilicet ad motũ octauæ ſphæræ in centum annis fere vno gradu, & antiqui poſuerunt in ſex ordinibus. Ita, quod illas, quæ ſunt maiores, poſuerunt in primo ordine, & ſunt quindecim: & quę ſunt infra has, poſuerunt in ſecundo ordine & ſunt 45. quæ ſunt infra has, poſuerunt in tertio ordine, & ſunt 208. Quæ vero ſunt infra has, poſuerunt in quarto ordine, & ſunt 474. Et quæ ſunt infra has, poſuerunt in quinto ordine, & ſunt 217. Et quæ ſunt infra has, poſuerunt in ſexto ordine, & ſunt 63. Ex his 48. duodecim ſunt in via ſolis, & in Zodiaco, vt dicetur infra, & ſunt in eis ex ſtellis 346. Nomina earum ſunt Aries, Taurus, Gemini, Cãcer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Vrna, Piſces. de quibus infra dicetur. Et remanent trigintaſex imagines, quarum viginti vna declinant à via Solis ad Septentrionem, & quindecim ad meridiem: quæ declinant ad ſeptentrionem, habent ex ſtellis ſupradictis 360. & nomina imaginum ſunt hæc: Prima eſt vrſa minor. Secunda eſt vrſa maior. Tertia draco. Quarta dominus flammæ, vel ſucceſſus. Quinta canis latrans, vel vlulans. Sexta corona ſeptentrionalis. Septima incuruatus, vel genuflexus. Octaua vultur cadens. Nona gallina. Decima ſedens ſuper ſedem. Vndecima deferens caputalgol, id eſt, diaboli. Duodecima tenens habenas. Decimatertia ſerpentarius. Decimaquarta ſerpens. Decimaquinta accuſator. Decimaſexta aquila volans. Alii habent, vultur volans. Decimaſeptima delphinus. Decimaoctaua equus primus. Alii habent, caput equi. Decimanona equus ſecundus: alius liber habet, equus alatus. Vigeſima mulier, quæ non nouit virum. Vigeſimaprima eſt triangulus.

Quæ vero declinant ad meridiem, habent ex ſtellis ſupradictis 316. quarum imaginum nomina ſunt hæc. Prima earum eſt, Leo, quẽ quidam vrſum appellant. Secunda, algobor, id eſt, canis validus. Tertia, flumen. Quarta, lepus. Quinta, canis maior. Sexta, canis minor. Septima, arca Noe. Octaua, Serpens. Nona, vas. Decima, coruus. Vndecima, deferens leonem, & ipſius medietas eſt humanæ figuræ, altera equi. Duodecima, Leopardus. Decimatertia, thuribulum. Decimaquarta, corona meridionalis. Decimaquinta, piſcis meridianus. Hæc nomina ponit, & ordines ſupradictos. Io. de Saxonia, *in cõment ſuper textum Alchabitii*: quæ hic recitantur ſolum pro ordine ſupradicto: & intentio mea pro complemento huius operis non tendat ad aliud.

Eaſdem tamen imagines ponit etiam amicus medicorum *in c. 2. ſecunda differentia.* vbi etiam ponit de ordine ſtellarum, & imaginũ viſibilium Cœli, tam in parte ſeptentrionali, quam meridionali, quem ideo vide; quia ibi ampliſſime.

Harum ſtellarum nomina ponit Auſonius Gallus his verſibus:

Ad Borea partes, arcti iunguntur, & anguis.
Poſt has arctophylax, pariterq́; corona, genuq́;
Prolapſus, Lyra, auis, Cepheus, & Caſſiopea,
Auriga, & Perſeus, doltoton, & Andromeda aſtrum.
Pegaſus, & delphinus, telum, aquila, anguitenenſq́;.
Signifer inde ſubeſt; bis ſex, & ſidera complent.
Hinc aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libra, & ſcorpius, arcitenens, capricornus, & vrnam
Qui tenet, & piſces: hi ſunt in partibus Auſtri,
Orion, procyon, lepus ardens ſirius, Argo,
Hydrus, Chiron, thuribulum quoque piſcis & ingens,
Hunc ſequitur piſtrix, ſimul Eridaniq́; fluẽta.

OCtaua cõſideratio; In cœlis ſeptem ſunt principales Planetæ: Luna ſcilicet, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iupiter, & Saturnus. Venerem autem dicunt quandoque luciferum, quandoque vero heſperum fieri. Cæterum Planetas, id eſt, erratiles hos vocarunt, quod ex aduerſo Cœli ſuum motum peragunt. Nam Cœlum, & reliquæ ſtellæ ab oriente in occidentem mouentur: at ipſi ſoli ab occaſu in orientem motum habẽt. Et hoc exploratum habemus ex luna parũper ſingulo-

Digitized by Google

quoque veſperi ad orientem remeante, vt dicit Ioan. Damaſcenus *in lib. 1. cap. 6.* vbi enumerat illos ſeptem Planetas, & poſſet conſiderari maioritas illorum ex altitudine loci, ſecundum ſcilicet quod ſunt in altiori loco, ideo videntur eſſe digniores, vt dictum eſt in genere de exiſtentibus in altiori loco ſupra *in 1. part. in 14. conſid.*

Et quod corpora ſuperiora ſint nobiliora, conſtat ex eleuatione eorum ſuper omnia inferiora. Quanto enim corpus eſt nobilius, tãto debetur ei altior locus. Et nobilitas corporum ſuperiorum patet ex figura ſiue forma ipſorum, quæ eſt rotunditas, quæ eſt nobilior omnibus aliis figuris, ſicut dicit Ariſtot. *in lib. de Cœlo, & Mundo*, quod patet ex eo, quod omnes aliæ figuræ habent terminos. Rotunda autem figura habet formam circularem. Et circulus non habet principium, neq; finem, ſed in ſe terminatus eſt. Et primo Cœlum nobilius eſt inter omnia corpora. Eſt enim ingenerabile, & incorruptibile, virtutem habens actiuam reſpectu inferiorum. Omne autem agens nobilius eſt patiente: ſed corpori nobiliori debetur forma nobilior, & forma ſphærica ſiue rotunda nobilior eſt omnibus aliis formis, ſiue figuris corporalibus propter ſui capacitatem, & interminabilitatem; quia nõ habet principium, neque finem, & eſt vna ſuperficie contenta. ergo ſphærica forma debetur cœlo; ergo cœlum eſt ſphæricum, ſiue rotundum, vt dicit Alber. Magnus *in ſua philoſophia naturali de cœlo, & mundo. c. 3. & in cap. 5.* ſcribit etiam quomodo nobilitas corporum ſuperiorum probatur ex impaſſibilitate eorũ. Sunt enim impaſſibilia, & ingenerabilia, & incorruptibilia, virtutemque actiuam reſpectu inferiorum habentia. Et ideo, ex quo Saturnus eſt in altiori loco, vt dicit amicus medicorum *in 4. cap. doctrina quinta*: videtur eſſe dignior Iupiter poſt, & ſupra Martẽ, & Mars poſt, & ſupra ſolem, & ſol poſt, & ſupra Venerem, & Venus poſt, & ſupra Mercurium, & Luna poſt, quæ eſt in primo cœlo aſcendendo, & Saturnus in ſeptimo, vt ſupra dixi *in hac parte.*

Vel etiam vnus poteſt dici dignior, & maior altero propter longitudinem, latitudinẽ, & magnitudinem, in eo quod continet plus altero. Ideo, cum Sol, & Luna plus contineant, quam alii Planetæ, eo; quia Sol continet terram centies ſexies ſexageſies, vt habetur *in Margarita Philoſophica lib. 7. tract. 1. c. 3.* Luna vnam de tribus partibus terræ. Alii vero minus continent, cum Mercurius ſit vna pars de triginta duabus mille partibus terræ, Venus vna de triginta ſeptem, Mars contineat tantũ terram ſemel, & dimidiam. Iupiter terram nonaginta quinque vicibus, & Saturnus nonaginta vna vicibus, vt habetur *in d. lib. 7. tract. 1.* & ibi ponitur de motu illorum, prout etiã ſupra hac eadem parte dixi. Nam Saturnus in triginta annis totum perficit Zodiacum. Iupiter in annis ferme duodecim percurrit Zodiacum. Sol vero in centum ſexagintaquinque diebus, & ſex horis. Et, vt dicit Archid. *in c. 1. de regu. lib. 6.* Sol omni anno curſum ſuum repetit, & Venus fere idem, & idem etiam de Mercurio, ſed Luna fere perambulat totum Zodiacum in viginti octo diebus, vt habetur *in d. loco. c. 34. 33. 32. 31. & 30.* Sed quicquid ſit hac ratione, & ea etiam ratione; quia Sol eſt in medio ſtellarũ, & Planetarum totum mũdum vniuerſaliter illuminans, tanquam ſit luminare maius ſpecialiter à Deo creatum, vt habetur *Gen. 1.* dicitur Rex ſtellarum, & Planetarum ſecundum Iſidorum *in lib. de natura rerum*, quem refert, & ſequitur Guil. Benedicti *in ſua repetit. c. Rayn. in verb. duas habens filias extra de teſtam.* Solis laudes præcipuæ deſcribuntur ſatis ad longum per Cœlium *libr. ſuarum antiquarum lectionum 13. cap. 14.* quas hic referre volui. Sic enim ait: ſolem Plato ipſius boni conſpicuum filiũ nominauit, credidit quoque eſſe ſolem perſpicuam Dei ſtatuam in hoc mundo ab ipſo Deo poſitam. Hunc veteres vt Deum venerabantur; denique quiſquis non videt Solem in mũdo imaginem eſſe vicariumque Dei, is certe noctem nunquam cõſiderauit, nec ſolem ſuſpexit exorientem, neq; item illius animaduertit munera, nec Areopagitæ Dionyſii monumenta vnquam adiit. Theologi veteres dicebant reginam omnium iuſtitiam è medio ſolis throno per

no per cuncta propagari, omnia dirigentem veluti ſol ipſe omnium ſit moderator: quicquid adeſt nobis boni, ſolari poteſtate adeſt, vel ab ipſa tantum, vel etiam ſi ab aliis: id quidem, vel à Sole abſoluitur, vel à Sole per alia. Eſt quoque Sol elementalium virtutum dominus. Luna virtutis Solis domina generationis. Ideo Albumaſar per ſolem, inquit, & lunam omnibus vim inſinuari. Moyſes, cœleſtium dominum in die Solem arbitratur, nocte lunam, quaſi nocturnum Solem. M. Tullius Solem veneratur vt ducem, & principem ac moderatorem luminum reliquorum, mũdi mentem, & temperationem. Heraclytus fontem cœleſtis lucis nuncupauit. Phyſici etiam cor cœli: id enim in æthere Sol eſt, quod in animali cor. Cuius id proprium, ne vnquam ceſſet à motu. Sunt, & qui ætheris oculum nuncupent Solem. Plerique ex Platonicorum ſcholis in Sole mundi animam conſtituiſſe videntur. Quæ ſphæram Solis totam implens per globum illum quaſi igneum, tanquam cor effundat radios veluti ſpiritus inde per omnia, quibus vitam, ſenſum, motum vniuerſo diſtribuat. Hinc Aſtronomi dicunt: ſicut Deus ſolus intellectualem animam nobis tribuit; ita ſub Solis modo influxu eam mittere, id eſt quarto duntaxat menſe poſt conceptum, vt etiam infra patebit. In Sole etiam eniteſcere imaginem diuinæ Trinitatis miram excogitatum eſt. Inibi ſiquidem tria quædam viſitari diſtincta pariter, & vnita. Primum quidem naturalis animaduertitur ipſa fœcunditas ſenſibus noſtris prorſus occulta. Deinde, lux eiuſdem manifeſta ex ipſa manans fœcunditate, ipſique æqualis ſemper. Poſtrema eſt ab vtroque propagata calefactoria vis, penitùs vtriſquẽ par. Cæterum ex Platonicorum doctrina, non eſt negandum, Cœlum ſolemve eſſe calidum. Calefaciunt autem ſolis radii ſalubriter pro ignea ſolis viuificaque natura. Sed ex quo prorogatur talis calor, & lux Cœli, vide *ibidem*. De eo etiam habetur *Eccleſiaſt*. 1. Oritur ſol & occidit & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Ioan. Montaigne *in ſuo tractatu de præeminentia ſacri conſiſtorii*. in primo argumento pro magno concilio, dicit, quod ſol amplius illuſtrat lunam ſibi proximam, quam cæteros Planetas, & ſtellas eidẽ remotiores: ſed non dicit verum; quoniam Luna non eſt illi proxima. Cum inter Solem, & Lunam, ſint Venus, & Mercurius, ideo ſtandum eſt in hac ratione, eo; quia eſt in medio Planetarum, dicit etiam Plinius *libr*. 2. *capit*. 6. quod ſol medius fertur ampliſſima magnitudine ac poteſtate, nec temporũ modo terrarumque: ſed ſyderum etiam ipſorum cœlique rector, hunc mundi eſſe totius animum ac plenius mentem, hũc principale naturæ regimen ac numen credere decet opera eius æſtimantes. Hic lucem rebus miniſtrat aufertque tenebras. Hæc reliqua ſydera occultat. Hic vices temporum annumque ſemper renaſcentem ex vſu naturæ temperat. Hic cœli triſtitiam diſcutit, atque etiam nubila humani animi ſerenat. Hic ſuum lumen cæteris quoque ſyderibus fœnerat præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens. Et ſol ex ſententia Platonis ſecundum Cœlium *libr*. 13. *antiquarum lectionum cap*. 12. ſic deſcribitur: Sol cœleſtis eſt ignis, qui ſolum ab ortu ad occaſum ab eiſdem aſpici poteſt. Animal ſempiternum, aſtrum animatum, diurnum ac maximum, huius ſyderis maieſtas veteribus credita eſt diuina. Proinde religioſius dum percutitur fœdus, ab Agamemnone aduocatur apud Homerum, vt fœderum cuſtos, & inſpectrix omnium. Sunt qui tam amplæ poteſtatis ſydus oculorũ metiantur argumentis, & animi coniectura ſcrutentur, ſed vanitas multis coarguitur indiciis, immenſum eſſe. Plinius inquit; quia arborum in limitibus porrectarũ in quolibet paſſ. millia vmbras paribus iaceat interuallis tanquam toto ſpacio medius. Epicuri ſcholæ ſunt, quæ ſtatuunt ea magnitudine eſſe Solem, qua videtur. Cæterum non peruidiſſe illos, quanta inde conſequeretur abſurditas. Si enim, inquit Cleomedes, in cœleſtium orbium contemplatione tantus ſit Sol, quantus apparet, profecto multæ ſimul in ipſo magnitudines erunt; ſiquidem exoriens, & occi-

Digitized by Google

dens maior videtur. Porro, non apud omnes eodem exoritur tempore. Nam cum ſit globata ſpecie terra, alius apud alios oritur, & occidit, & medium cœli tenet. Quamobrem cũ accidat eundem apud alios oriri, & apud alios in medio Cœli exiſtere, ſimul & maior, & minor fiet. Maior videlicet, quibus oritur, minor, quibus eſt in medio Cœli hora eadẽ, quod certe in eo abſurdiſſimum cenſendum eſt. Horum namque effectuum ratio ea promitur à ſcientiſſimis. Maior inquiunt nobis Sol oriens, & occidens videtur, & minor in cœli conſtitutus meditullio, propterea, quod in horizonte per aerem denſiorem, & humectiorem ipſum videmus. Eiuſmodi namque eſt vicinus terræ aer. In medio autem Cœli; quia in puriore cernimus, emiſſus ab oculis ad ipſum radius non reflectit, quod in alio contingit ſitu. Argumento ſunt, quæ in aqua viſuntur grandiora, corpulentioraque. Nam, & ex puteis altiorib. Sol conſpectus, idipſum patitur. Eiſdem porro rationibus colligitur, cur in medio cœli Sol conſtitutus nobis videatur propior. Oriens vero, aut occidens remotior: hoc ſiquidem aeris efficit qualitas. In humectatiore namque craſſioreque conſpectus longius abeſſe creditur. Per purum vero interuallo videtur propinquiore. Proinde dicit Poſidonius: ſi fieri poſſet, vt per parietes aliave ſolida corpora Sol videretur, multo amplior ſe nobis ingereret, & ampliore diſtare interuallo crederet. Viſum porro inſigniter falli, iudicio eſſe poteſt colorum ſubinde in ſole mutatio, quod aeris affectio facit. Hactenus ille. Iſti tamen Planetæ diuerſis cauſis alias altiores, alias inferiores videntur, vt plene declarat Plin. *eod. li. 2. c. 16.* quem videas, & altitudinem illorum etiam ponit communẽ Io. Damaſc. *li. 2. c. 7.*

Si vis tamen ſcire diſtantiam à ſuperficie terræ ad ſuperficiem Planetarum, vide quæ dicuntur *in d. Margarita in dicto lib. 7. tractatu 1. c. 36.* vbi dicitur, quod diſtantia à ſuperficie terræ ad ſuperficiem concauam orbis lunæ, (vt quidam ſcripſerunt) eſt milliarium 207412. Diſtantia vero à terra ad ſuperficiem conuexam orbis lunæ, & concauum Mercurii, eſt milliarium 2081250. Ad conuexam mercurii, & concauam Veneris 541750. Ad conuexã Veneris, & concauã Solis 3640000. Ad conuexam ſolis, & concauam Martis 3965000. Ad conuexam Martis, & concauã Iouis 28845000. Ad conuexam Iouis, & cõcauam Saturni 46818250. Ad conuexam Saturni, & concauam firmamenti 65357500. Et eſt quantitatis dimidii diametri, ſingulorum diameter tota eſt 230715000. Circumferentia eſt 410818571. Continet autem cubitos 3000. Ex his orbium ſpiſſitudo facile cognoſcitur, & ibi dicitur, quod id, quod de quantitate ſtellarum in ſuperiorib. dictum eſt, credibilius redditur. Continet enim Sol terrã centies ſexageſies ſexies, & tres eius octauas. Terra autem continet lunam trigeſies nouies, & inſuper fere quartam eius. Sol autem maior eſt Luna ſexies millies ſexcenties quadrageſies ter: & inſuper eius continet medietatem, vt videre eſt in quinto Almageſti Ptolemæi. Diſtantia autem Planetarum à terra nõ ſemper eſt eadem propter eccentricitatem deferentis, & Epicyclorum quantitates propior eſt. Igitur Planeta terræ in inferiore parte Epicycli, circa oppoſitum augis, & remotior in ſuperiori parte Epicycli, & augem deferentis. Et dicam in hoc cum aliis, quod nec ego iam dicta verificaui, ſed ab aliis poſita recitaui: cæteris de eadem re opinionibus prætermiſſis, & ſint hæc iucunda & miranda.

Vlterius eſt aduertendum. Nam vt dicit gloſſ. *in ver. die ſolis in leg. omnes iudices. Cod. de feriis.* Septem dies denominantur à ſeptem Planetis, & Sol eſt in medio illorum, & deſcenſiue ſunt in firmamento affixi. Hoc modo, ſcilicet Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna. Et iſti ſeptem Planetæ maximam habent poteſtatem atque operationem in hominis generatione; quoniam ſecundum Aſtrologos, Galenum, & cæteros medicos: cum mulier concepit: in primo mẽſe, dominabitur ibi Saturnus, qui ſemẽ in matrice mulieris receptum coagulat, & condenſat frigiditate, & ſiccitate ſua, iuxta illud *Iob 10.* ſicut caſeum me coagulaſti. In ſecundo menſe, Iupiter ibi membra, & ſanguinem tribuit, &

Digitized by Google

buit,& ſi ſit maſculus, anima rationalis à Deo infunditur, ſcilicet quadrageſima die à die conceptionis computanda, vt notat. *in l. diuus. ff. de extraord. criminibus*. In tertio menſe, Mars ſubtiliat ſanguinem, & humores condenſat,& ordinat,& componit. Et à Deo anima rationalis infunditur embryoni, ſi eſt fœmina, die octuageſima pariter à die conceptionis computanda. vt not. in glo. fi. *in c. 1. 5. distinct.* In quarto menſe, Sol ibi vitalem calorem, & ſpiritum capiti, & cordi tribuit. In quinto menſe, Venus organa ſenſibilia, & officialia membra, ſcil. aures, & nares, & ſimilia perficit, & diſponit. In ſexto menſe, Mercurius omnia foramina corporis componit. In ſeptimo menſe, Luna ſuis limitib. membra diuidit. Et in hoc ſeptimo menſe (quia non ſunt niſi ſeptem Planetæ conceptui principaliter operantes) naſcitur partus perfectus, vitalis, & ſalubris. Textus eſt de authoritate Hippocratis *in leg. 7. menſe. ff. de ſtatu homi.* Et ſufficit intraſſe in ſeptimo menſe per duos dies, text. eſt *in l. inteſtato. §. fina. ff. de ſuis, & legit. hered.* & notatur *in d. l. ſeptimo menſe.* Ideo ſi naſcatur puer in ſeptimo menſe, poſt nuptias iuſtas præſumitur legitimus. Bald. *in l. iura conſtitui oportet. cum l. ſequ. ff. de legib.* Sed pro hoc text. eſt clarus *in d. l. ſeptimo menſe. in fin.* Si autem in hoc ſeptimo menſe partus naſci diſtulerit, & naſcatur in octauo menſe; tunc partus moritur; quia Saturnus redit ſuper eo, qui frigiditate, & ſiccitate ſua partum mortificat. Alias rationes refert Cœlius *libr. 11. cap. 1.* quas vide. Anima certe (quando ſpiritus eſt in ſicco) habitare non poteſt. text. *in capit. Moyſes. 32. quæſtio. 2.* quod valde facit pro Normannis, Anglicis, & Polonis, vt poſſint bibere fortiter, ne anima habitet in ſicco, vt dicit ibi glo. *in verb. in ſicco.* Si vero naſci diſtulerit in octauo menſe, & naſcatur in nono: hinc redit Iupiter, qui ſuo calore temperato partum refouet, & cuſtodit, taliter, quod naſcitur vitalis. Sed ſi partus diſtulerit naſci in nono menſe, naſci poterit in decimo, in quo redit Mars, qui ſui caloris, & ſiccitatis beneficio partum facit regredi iam robuſtum. facit text. *in l. Gallus. in princip. ibi, in decem menſibus proximis. ff. de lib. & poſthum. in l. fi. Cod. de poſthum. hæredit. inſtuut.* Salomon vero decem menſium tempore fuit nutritus in vtero, vt habetur *Sapient. 7. in princip.* Et etiam capiendo menſem pro triginta diebus, Chriſtus natus fuit in decimo menſe poſt quinque dies, vt dicit G. Benedict. *in ſua repetit. cap. Raynutius, in verb & ſobolem, quam geſtauerit in vtero numer. 28. extra de teſtamen.* vbi ponit quatuor miranda, quæ fuerunt in conceptione Virginis. Vltra vero decem menſes mulier conceptum non portat in ventre, vt *d. l. inteſtato. §. fin. ff. de ſuis & legit. hered.* ſaltem vltra duos dies in menſem vndecimum, vt *in Authent. de reſtitut. & ea, quæ parit in vndecimo menſe poſt mortem viri. §. vnum ſiquidem. verſ. quamobrem. vbi bona gloſſ. in verbo, perfecto. collat. 4.* in quo vndecimo menſe redit ſol ſuper partum, qui vitalitatem, calorem, & ſpiritum epati, & cordi refouet. Videatur de hac materia Plin. *in 7. naturalis hiſtoriæ cap. 5. Ariſtoteles in lib. de animalibus.* dominus meus Iaſon *in l. Gallus. in princip. in 12. colum. in gloſſ. in verbo, in decem menſibus. ff. de liber. & poſthum.* De huiuſmodi tempore partus quæſierunt, & Medici & Aſtrologi, vt dicit Aulus Gellius *in noctibus Atticis, libr. 3. capit. 16.* qui ibi plura differit. Tandem *in fine illius capit.* refert ſenatum adiudicaſſe bonorum poſſeſſionem nato in vndecimo menſe. Quoniam nullum certum tempus ſtatutum ei videretur. & ibi etiam ponit de natis in octauo menſe, qui non ſunt vitales, quod reprehendit Picus Mirandula *libr. 3. ſuarum diſputationum. 18. capit. & in eodem lib. 25. capit.* dicit aſtra in his inferioribus nihil agere, niſi per modum cauſæ vniuerſalis, ſed non in particulari: quem allegat idem Benedicti *loco præalleg. num. 31.* quem videas. Et prædicta hic inſerta ſunt ad denotandam excellentiam dictorum Planetarum ſupra alias ſtellas Cœli fixas. Amicus medicorum ponit etiam quinque dignitates eſſentiales horum ſeptem Planetarum. *5. capit. differentia. 2. & in capit. ſequent.* ponit virtutes accidentales, per quas influentiæ eorum fortificantur. Altitudines autem eorum ſiue exaltationes ponit

commentator ſuper Damaſcenum *lib.2.ca.7.* non inſiſto; cum non ſit præſentis ſpeculationis, nec ſit materia ad propoſitum.

Aduertendum tamen eſt ad vnum, quod dicit Abrahamus, vt Landinus ait, ſunt ſepté angeli conductores horum Planetarum, ſcilicet, Caphiel, qui interpretatur, virtus Dei, & eſt conductor Saturni. Saliel, qui interpretatur, iuſtitia Dei, & eſt conductor Iouis. Samael auxilium Dei, & eſt conductor Martis. Annael populus Dei, & eſt conductor Veneris. Michael domus Dei, & eſt conductor Mercurii. Raphael medicina Dei, & eſt cõductor ſolis. Gautici & Gauriel, & eſt conductor Lunæ. Et dicit quemlibet illorum ducere mundum annos 354. & quatuor menſes: fuit talis ordo, vt Saturnus duceret primo; quia hora Saturni creati ſunt Sol, & Luna, & poſt Saturnum ducit Venus: inde Iupiter, inde Mercurius, inde Mars, inde Luna, inde Sol. Itaq; ducatus omnium ſeptem Planetarum aſſumit ann. 2480. & quatuor menſes. Et cum Saturnus habuerit initium à creatione mundi, durauit vſque ad an. 354. & quatuor mẽſes: quo tempore incepit Venus, & durauit vſque ad annos mundi 708. cum octo menſibus, quo tempore incepit Iupiter, & durauit vſque ad ann. mundi 1063. quo tempore incepit Mercurius, & durauit vſque ad an. mundi 1417. cũ quatuor menſibus. Quo tempore incepit habere curſum Mars, & durauit vſque ad ann. 1770. & menſibus octo. Quo tempore Luna incepit habere curſum ſui regiminis, & durauit vſque ad an. 2136. Quo tempore Sol incepit, & durauit vſque ad an. 2480. & menſibus quatuor. Quo tempore iterum incepit Saturnꝰ habere curſum, & durauit vſq; ad an. 2834. & octo menſibus. Et iterum Venus hoc tempore incepit, & durauit vſq; ad an. 3189. Quo tempore incepit Iupiter, & durauit vſque ad an. 3543. & menſibus quatuor. Quo tempore incepit Mercurius, & durauit vſque ad ann. 3897. & menſibus octo. Quo tempore incepit Mars, & durauit vſque ad an. 4252. Quo tempore incepit Luna, & durauit vſq; ad annos mundi 4606. cum quatuor menſibus. Quo tempore incepit Sol, & durauit vſq; ad an. 4960. cum octo menſibus. Quo tempore incepit iterum regnare Saturnus, & regnauit vſque ad annum 5305. ſub quo natus eſt Chriſtus, vt teſtatur ſatis Virgilius:

Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Quo tempore iterum incepit Venus, & durauit vſque ad an. 5669. cum quatuor menſibus. Quo tempore incepit Iupiter, & durauit vſque ad an. 6023. cum octo menſibus. Quo tempore incepit Mercurius, & durauit vſque ad an. 6378. Quo tempore incepit Mars, & durauit vſq; ad an. 6732. cũ quatuor menſib. Et ſic hoc anno dom. 1525. ſumus adhuc ſub regno, & curſu Martis, & regnabit vſq; ad annum Domini 1355. Quo tempore incepit Luna, & erit annus mundi 7066. de aliis futuris temporib. non curo amplius determinare: cũ ſciam & certus ſim me talia non viſurum: qui vero illis temporibus extiterint, ſemper ſic dinumerabũt, & videbũt, ſub quo Planeta erũt, & quis tunc regnabit. Cum tamen de Martis Ducatu adhuc habeamus decẽ annos, dubitandũ eſt, ſi illo tempore viguerit pax, & Martis furor remiſſus fuerit, (quod ſpero Deo annuente) ſcire tamen melius poſſunt Aſtrologi, ſi eorum ſcientia vera ſit: ſed quicquid ſit, ipſe ſolus Deus nouit, qui nihil ignorat. Non negabimus tamen, quod influentia Planetæ aliquando aliquid operatur, ita quod magis poteſt aliquid euenire ſub vno Planeta, quã ſub alio, & diuerſimode, vt dicit amicus medicorum *in 6. & 7. c. differentia ſecunda.*

NOna cõſideratio in octauo cœlo (ex quo magis excellit) ſunt decem circuli, quorum ſunt ſex maiores, & quatuor minores. Maiores ſunt Zodiacus æquinoctialis, colurus ſolſtitiorum, colurus æquinoctiorum, circulus meridianus, & horizon. Et inter iſtos Zodiacus eſt maior, cum in eo contineantur duodecim ſigna, quorum aliqua verſus auſtrum declinant, & dicuntur auſtralia, vt Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. Alia vero declinant verſus ſeptentrionem, & dicuntur borealia à vento ſeptentrionali, ſcil. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo. Et hæc duodecim ſigna habent maximam operationem in cœlo, & maxi-

Digitized by Google

maximam influentiam circa corpora inferiora. Inter prædicta tamen ſemper Aries præcedit, & dicitur dignius aliis. Vnde ſecundũ Philoſophos, eſt primum ſignum: & ſecundum Catholicos, Sol creatus eſt in Ariete, de quo ſigno & omnibus aliis vide Ant. Florent. *in 3. part ſua ſumma. tit. 31. cap. 2. & 4.* vbi ponit de omnibus ſignis, & de naturis illorum, & quomodo Chriſtus tranſiit de vno in aliud. Et etiam eſt dignius; quia in primo loco ponitur. Et, vt dicit Cælius *lib. 1. cap. 8.* vt principem inter Zodiaci ſigna locum Aries habere creditur: ex quo dicunt Aſtrologi, mundum habuiſſe initium, tempore, quo ſol habuit introitum in Arietem, & vocant Aſtrologi iſtud ſignum principem aliorum ſignorum, vt habetur *in Algoriſmo, in libr. 3. de ſignis, de ariete, & tauro.*

Et ad obiectum, quod fieri poſſet, quare ſit principium, cum circulus nõ habeat principium, neque finem. Reſpondet Ptolemæus *in 156. propoſitione primæ partis quadripartiti,* quod ideo eſt principium ab Ariete, eo; quia eſt maſculinum ſignum, & agens eſt dignius paſſo, & æquinoctialis tranſit per ipſum, & abunde, id eſt, ab æquinoctiali incipit maior mutatio totius firmamenti.

Sed aliquis diceret, per iſtam rationem, videtur, quod initium debeat eſſe à Libra; quia eſt ſignum maſculinum, & æquinoctialis tranſit per ipſum, & maior motus firmamenti eſt ibi: quare ergo inceperunt ab ariete potius, quam à libra? Ptolemæus *in 140. propoſ. quadripartiti*, ſoluit, & dicit: quod principium in firmamento eſt ille locus, in quo complexio corporis eſt humidior, ſicut prima ætas animalium eſt, in qua complexio eſt humidior. Poteſt tamen aliter dici, quod ab ariete incipit generatio, à libra vero corruptio. Ita dicit Ioannes de Saxonia *in commen. ſuper textum Alchabitii.*

Et licet dicatur ab Aſtrologis, quod prædicta ſigna habent magnam influentiam in corporibus inferioribus. Eo tamen; quia Auguſtinus *in libro 5. de ciuitate Dei*, iis non aſſentit, nec etiam alii ſancti patres, Doctores Eccleſiæ, & Theologi, vt habetur *in Margarita Philoſophica, libr. 7. tractatu 2. cap. 12. 13. & 14.* Etiam Picus Mirandula in ſuis diſputationibus multa ſcripſit contra eos. Ideo aliter non inſiſto, ſed me remitto in reliquis ad Theologos: vnde non liceat Chriſtianis obſeruare, & colere elementa, aut lunæ, aut ſtellarum curſus, aut inanem ſignorum fallaciam pro domo facienda, vel propter ſegetes, vel arbores plantandas, vel coniugia ſocianda, vide text. ad hoc *in c. non licet.* 28. *q.* 5. alias eſt idololattria, vt *in cap. illos planetarios. cum c. ſeq. 26. q. 2.*

Aliquid tamen (ſub proteſtatione, quod non intendo his aſſentire) ex doctrina aliquorum, dico de virtutibus & potentiis eorundem in ſpecie, ſcilicet, quod homines, qui naſcuntur ſub his ſignis magnis, & vtplurimum participant de vna qualitate, quam de alia, hoc modo: Primo; nati ſub ariete ſunt capite malleari, denſis crinibus inſtar velleris ſupra frontem eleuatis, quaſi capite certarent vel pugnarent. Iulius Firmicus tradit, naſci gibboſos, qui in 7. par. arietis habuerunt horoſcopum. Et idem refert ſericarium textorem naſci, qui habuerit horoſcopum in 28. par. arietis. Homines vero ſigni tauri, ſunt oculis magnis, barba rotunda, collo groſſo & breui, & magni comeſtores. Et inquit Iulius Firmicus, & quicunque habuerit horoſcopum in 21. par. tauri, lanceati, hoc eſt; ictu lanceæ morientur. Sub ſigno Gemini nati, calidi, bifrontes, & duplicis animi natura ſunt. Sub Cancro naſcuntur breues, ſed lati pectoris, vt cancri, homines & ſub hoc ſigno nati ſemper habent lites cum ſuis fratribus & ſororibus. Homines vero lati cordis ſunt ſub Leone, ad magnos aſpirantes honores, dignitates, & dominia procurantes. Sub Virgine homines nati, ephebi, & tenues, plerique tamen eorum ſubtili ingenio ſunt. Libra, tam viros, quam mulieres, pulchra facie barbaq;, & ſuperciliis, & planis capillis, decenter ornat atq; parat. Scorpioniſtæ facie ſunt rubea, naſo aquilino, oculiſque ardentibus, fraudulẽti, & deceptores, vt in pluribus euadunt. Sagittarius, bellicoſos, venatores, ſagittarios facit. Hæc Ca-

præ conſtellatio, homines longa facie, ſcilicet mento acuto, capillis aſperis, atque voce caprina apparentes. Huius Aquarii homines bonorum ſunt profuſores, damna inferentes. Paruæ ſunt ſtaturæ homines conſtellationis piſcium.

Quoniam ſupra vidimus, quod Aries eſt primus; ſed quare poſitus ſit Taurus poſt Arietem: deinde Gemini, poſtea Cancer: dicit Albumaſar, quod quatuor ſunt qualitates ſimplices Elementorum, ſcilicet caliditas, ſiccitas, humiditas, & frigiditas. Et duæ ex iſtis ſunt ſicut agentia, ſcilicet caliditas, & frigiditas. Aliæ vero duæ, ſicut patientia. Agentia autem digniora ſunt patientibus, ideo inceperunt ab agentibus. Et agentium vnum eſt principium generationis, ſcilicet caliditas, & aliud principium corruptionis, ſcilicet frigiditas. Res autem prius generatur, quam corrumpitur: ideo poſuerunt Arietem in principio, quod eſt ſignum calidũ & ſiccum de natura ignis, qui eſt primo calidus. Et Cancrum in fine, quod eſt ſignũ frigidum & humidum, de natura aquæ, quæ eſt primo frigida. Et Taurum poſt Arietem, quod eſt ſignum frigidum & ſiccum de natura terræ, quæ eſt primo ſicca; quia ſiccitas terræ conueniens eſt calori ignis. Etiam poſuerũt ſignum Geminorum ante Cancrum; quia eſt ſignum calidum & humidum de natura aeris, qui eſt primo humidus, & humiditas aeris eſt conueniens humiditati aquæ. Ita dicit Ioan. de Saxonia *in loco ſupra alleg.*

Decima conſideratio eſt de mundo, & prius videndum eſt, quid ſit Mundus. Nam Cleomedes *in libr. de orbium cœleſtium contemplatione*, ita diffinit: Mundus eſt conſtitutio cœli & terræ, & naturæ rerum, quæ intracluduntur. Hic omnia continet corpora, nullo penitus extra relicto, non infinitus quidem, ſed terminatus: argumento, quod à natura gubernatur. Nullius enim infiniti natura eſſe poteſt, cum id continere, & ei dominari naturam oporteat, cuius ſit naturæ. Quod vero naturam habeat adminiſtrantem, liquet; Primo; ex ordine partium: deinde earum rerum, quæ oriuntur: inde tertio, ex partium inter ſeſe conſenſu, mox ex miro ordine, quod hinc profluit emolumento. Naturam eſſe, Ariſtoteles cenſet, principium motus & quietis, in quo primo eſt, & non per accidens; at naturam efficientem, gubernantem, continentemque Plato opificem vocauit. Ariſtoteles vero *in lib. de mundo*, dicit, quod mundus ſit vniuerſitatis ordo, ac exornatio à Deo, & per Deum conſtituta: & quomodo mundus cõſtet ex duobus, refert Cælius *libr. antiquarum lectionum* 1. *c.* 4. & ibi etiam tria principia mundi eſſe aſſerit poſt Platonicos, quæ cum non ſint præſentis ſpeculationis, non aliter inſiſto. Dicit etiam Poſſidonius, quod mundus cõſtet ex cœlo, terra, & terrenis, cœleſtibusq; naturis, ex quo, licet in hoc meo libro mea etiam ponatur aliqua de cœleſtibus, & laudibus ſeu excellentiis eorundem, ſententia; tamen omnia comprehendens, intitulaui, Catalogum gloriæ mundi, tam terreni, quam cœleſtis: qui quidem mundus laudandus eſt; vt ait Lucius Apuleius, in libro *de dogmate Platonis*: Quid mundo præſtantius, lauda quam putas ſpeciem, potiо à te mundabitur. Pulchritudo etenim illius ex quatuor à nonnullis commendatur, & orbiculari figura, quæ omnium prima eſt. ac maxime capax; item ex colore, qui Cyaneus eſt, id eſt, cæruleus. Ex magnitudine, poſtremo ex tot tantorumque ſiderum varietate. Ita Cælius *libro prænominato, c.* 5. & ibi vide, cur pulchra fiant in mundo, & in ſequ. determinatur, non eſſe dabile vacuum in mundo. Quid autem ſit mundus, & vnde ſit dictus & quare homo microcoſmus, id eſt, minor mundus appelletur, & quod caput eius, & facies oriẽtalis regio, vltima pars occidẽtalis eſt: vide *in tractatu de locorum admirabilium mundi deſcriptione, cap.* 52. *qui eſt impreſſus cum Geographia Ptolemai.*

Orbis dimenſionem hic addere forte non erit alienum, vt eam deſcribit Philip. Bergomas *in ſuo ſupplemento Chronic. libro* 7. ita dicens: Cæſar diuinis humaniſque rebus ſingulariter inſtructus, cum conſulatus ſui faſces ageret ex ſenatuſconſulto (vt Priſcianus

in ſua

in ſua Coſmographia ſcribit) cenſuit omnem orbem per prudentes viros admetiri. Et ideo à ſuo conſulatu vſque ad conſulatum Saturni per triginta continuos annos miſſi ſunt dimenſores legati viri doctiſſimi, & in Geometrica arte periti, per omnem terram ad Præſides, Duces, & iudices Prouinciarum: vt deſcriberent, menſurarentq; terras, aquas, nemora, plana concaua, montes, colles, itinerarium maritimumque, etiam loca nauigaturi tangere debuerant: & ſi forte aliquid prodigium in his occurreret, illud ſenatui Reique publicæ ſcripto nuntiarent. Et ſi in eodem authore referẽte, repertum eſt, quod omnis orbis habet famoſa maria 30. inſulas 27. montes famoſos 40. prouincias 78. vrbes inſignes 370. flumina magna 94. gentes 125. Cuius etiam orbis ambitus eſt trecenties, & quindecies centena paſſuum millia. Longitudo vero terræ habitabilis eſt ab ortu Solis vſque ad occaſum, & ab India vſque ad columnas Herculis in Gaditano freto octies quinquies centũ ſeptuaginta octo milliaria. Cuius quidem longitudinis dimenſio comprehenſior, id eſt, intelligibilior eſt per mare, quam per terras. Latitudo autem terræ ab auſtrali litore Oceani, ab Æthiopia vſque ad oſtium Thanais fluminis in Septentrione fere dimidio minor eſt, quam lõgitudo prædicta & continet quinquagies 462 milliaria. Repertum eſt etiam, quod profundiſſimum mare continet ſpacium 15. ſtadiorum in perpendiculo.

VNdecima cõſideratio determinet, quale ſeculorum ſit dignius & excellentius aliis: ſed prius ſcitu dignum eſt, quod Ioan. Damaſcenus *lib.1.c.1.* varias enumerat ſeculi acceptiones. Quoniam, vt dicit, hoc nomine quæuis duratio, ſiue principium habens & finem, ſiue ſortita principium ſine fine, ſiue carens, vtroq, exprimi & ſignificari comperitur. Enimuero, ſeculum pro vita præſenti, quæ principio & fine clauditur, frequenter in Sacris literis accipitur, vt habetur *Luc. 20 c.* Filii huius ſeculi nubunt, & traduntur ad nuptias: & *Matth.28.* Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. Inde tempora ſecularia dicta ſunt, quæ altera dierum noctiumque reuolutione hac in vita ſuccedunt. Vnde Paulus *ad Titum 1. cap.* Quam promiſit, qui nõ mentitur, Deus, ante tempora ſecularia. Seculum etiam ſæpenumero pro huius vitæ deſideriis cupiditatibuſque ponitur, quemadmodum etiam mundus. Paulus *ad Rom.12.* Nolite conformari huic ſeculo, ſed renouamini in nouitate ſenſus veſtri. Deus etiam ante ſecula eſſe dicitur quod ante mundi conſtitutionem ab æterno extiterit. *Pſalm:74.* Deus autem Rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio: & creaſſe ſecula dicitur, quod hanc viſibilem mundi machinam condiderit. Paulus *ad Hebraos.cap.11.* Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo DEI, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. At vero ſeculum pro futura vita, quæ interminata eſt, & principium habens fine caret: inuenitur frequenter in Scriptura, ſiue ea beatitudinis conſecutorum ſortem fuerit, vt *Marc.cap.10.* Et in futuro ſeculo vitam æternam, ſiue æterna felicitate perpetua priuandorum, vt *Pſalm.80.* Inimici Domini mentiti ſunt ei, & erit tempus eorum in ſecula; quia perpetuus eorum futurus eſt cruciatus & damnatio Demum pro æternitate principii & finis, ſæpe ſumitur ſeculum, vt *Pſalm 89.* Priuſquam montes fierent, aut formarentur terra & orbis, à ſeculo & in ſeculum es Deus, & in hoc ſignificatu ſumptum, ſeculum ſeculorum omnium contentiuum eſt, quod æternitas omnia præambiat & ſuperambiat ſecula. Hinc Deus ipſe, Rex ſeculorum dicitur apud beatum Paulum, vbi ait *1 ad Timoth.1* Regi ſeculorum ſoli inuiſibili Deo, honor & gloria, vt dixi *in 1. conſideratione ſupra eadem parte.* Et regnum eius, regnum omnium ſeculorum nuncupatur. *Pſal.144.* Regnum tuum omnium ſeculorum, & dominatio in omni generatione & generationem. Et, vt dicit commentator Damaſceni, dictio geminata, ſiue in ſingulari, ſiue multitudinis numero, perpetuitatem deſignat fine carentem, vt habetur *Pſalmo 144.* Et laudabo nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Et *Apocal.*

4.*cap.* adorabant viuentem in ſecula ſeculorum. Idem Ioannes Damaſcenus accipit ſeculum pro ætate mundi, id eſt temporali du ratione inter duas inſignes atque notabiles hominum mutationes intercepta.

Et hoc pacto, vt dicit commentator Damaſceni, ſeptem ſolent aſſignari ab authoribus ſecula. Primum fuit à mundi exordio vſque ad exordium Noë, quod durauit ſecundum Hebræos ann. 1556. ſecundum vero 50. interpretes, & Iſidorum *in* 15. *Ethicor.* 2242. Diuus vero Hieronymus millia duo nō plene dicit. Auguſtinus vero *in* 15. *de ciuit. Dei, ca.* 20. 2262. Philippus Bergomenſis 1. *lib. ſupplementi Chronic.* Secundum vero ſeculum à Noë vſque ad Abraham, cui primum mandata eſt circumciſio, & durauit ſecundum Hebræos 292. annis: ſecundum vero 50. interpretes, & Iſidorum 942. Tertium, ab Abraham vſque ad Moyſen, & hoc durauit 25. annis, ſecundum eundem Philip. Bergomatem, computato numero ſuo ab vno tempore ad aliud. Quartum fuit à Moyſe vſque ad Regem Dauid, quod durauit ab anno mundi 3686. vſque ad annum mundi 4124. & ſic durauit annis 485. vt refert Philipp. Bergom. *in princip. lib.* 6. *ſupplementi Chronic.* Quintum, à Rege Dauid, qui fuit primus Regum, à quibus ſecundum carnem deſcendit Chriſtus, vſque ad transmigrationem Babylonicam: quod durauit per annos 485. vt Iſidorus ponit. Aduerte tamen, quod Philip. Bergom. de his duobus ſeculis non fecit niſi vnum. Sextum ſeculum fuit à prædicta tranſmigratione Babylonica ad Chriſti aduentū, & durauit annis 50. vel circa. Septimum, ab aduentu Chriſti in carnem ad finem mundi extenditur. Octauum verò conſummatione ſeculi ſempiternum durabit. Et id ipſum eſt, quod venturum futurumq; ſeculum dicitur prorſus interminum. Et iſtud eſt poſterius omnium, ſiue ſit ſeptimum ſecundum aliquos, cum ante conſummationem ſeculi complures enumerat tantum ſex, vt Philipp. Bergom. & gl. *in procem ſexti, in ver. profectus.* & Alexand. *in l. ſi infanti. C. de iure delib.* Cardinalis & Moderni *in cap.* 4. *de ſponſalib. & in rubric. de del. puerorum.* Siue ſit octauum, vt dicit Commētator Damaſceni, quod vtrunque eſt vero conſonum, & non alienum à ratione, & excellentius & dignius; cum ſit poſterius omnium, & cætera claudat, ſit ſine fine futurum, & beatis diem perpetuæ claritatis ſine noctis alternatione irradiaturū. Quoniam, vt habetur *Apocalypſ.* 21. Nox ibi non erit: Improbis autem noctem perpetuam, ignem atq; intranſibilem; quia nunquam finiendam, neque in diem commutandum eſſe ſuperuenturam, ita dicunt Damaſcen. & eius commentator *in loco prædicto.*

DVodecima conſideratio eſt de quatuor elementis, quæ ſunt in mundo, quod illorum ſit dignius, nobilius, & excellentius. Et ſi credamus Ariſtotelis ſententiæ, ex Auerrhois 1. *cœli* confirmatæ. Terra inter elementa ignobilior eſt. Ignis vero nobilitate præſtat, quæ rerum ſeries, vt dicit Cœl. *lib. antiquar. lectionū. cap.* 3. non modo in iis viſitatur inferioribus, ſed in corporibus item cœleſtibus. Nam, vt Ariſtot. *in* 1. *lib. de animalibus*, dicit, Lunæ naturam perſimilem videri terreſtri naturæ. Cæterum, ſicut ignis naturæ ſuæ nobilitate, raritate, luciditate in mundi ratione, qui ambiret, maxime contulit. Ita terra ſoliditate inſita ad media mundi compingenda perutilis ac neceſſaria fuiſſe videtur. Eam vero Optimum Maximum Deum chorum aliquem diuini templi medium conſtituiſſe, amplius animaduertenti patet. Nam cum mundum (vt Platonici volunt) vbique conſtrueret rationis pleniſſimum, quo clarius ſuum referret authorem: in ſphæra qualibet viuentia pleraque collocauit, quæ non templum modo redderent excultiſſimum: ſed ſummi Pontifices laudes aſſidue concinerent. Quod ipſum humanas itidem mentes in meditullio poſitas facere voluit. Hæc vero eſt illa veteribus celebrata Muſarum chorea, quæ ad Apollinis ipſius imperium recinit perpetuo ſaltatque. Ipſe vero, vt ait Orpheus, Cœlum vniuerſum cythara temperat canora. Apollo vero hic non alius eſt, quam Deus, quem vniuerſalem vocat Pythagoras, dictumque vult ſimplicem

ac

Digitized by Google

ſe vnum, vel ab alijs ſequeſtratum, & multitudinis neſcium. Et quoniam Pythagoræ incidit mentio, quem Plato eximie veneratur. Id quoq; ingenium effulſiſſe diuinũ grauiſſimi authores prodidere. Succurrit, quod ex doctrina promitur eiuſdem, pertinetque ad noſtri huius Eleméti præconium. Hic enim, ſicut accepimus, & meminit in libris de cœlo, & mundo Ariſtoteles, terram è ſtellis vnam eſſe prædicabat, & plerique alij dicentes terram, ſi vniuerſo comparetur, eſſe veluti punctum, vel quaſi ſtellam quandam minimam reliquarum. Propterea ſi mente reuoluas te eſſe in quodam ſublimi mundi loco, vnde oculis ſubjiciatur terræ moles, aquis circumfuſa, & ſolis ſyderumque radiis illuſtrata, non aliam profecto viſum iri probabile eſt, quam qualis modo viſatur lunaris globi ſpecies. Verum hoc quæſo cujuſmodi putas, quod in ſpacii medio ęquilibrata per ambitum tanta cœlorum majeſtate obuallatur, quorum rotata vertigo motu, vt Varro dicit, orbito, immenſam illi confert ſalubritatem, dum noctis diei que cuſtos ita attemperat annum, vt alimentorum omnis generis nec copia deſit, nec bonitas? Illa vero cœleſtium radiorum in vnam eam coniectio, ac veluti disjectorum aggregatio, qualem non modo ſplendoris excitat micantiſſimam claritatẽ: ſed comparat inde virtutem quandam, non me fallit. Plotinum ſcribere etiam radiis con temperationem non poſſe obuenire, vt coalitu cumuloque nouam ſibi concilient virtutem, aut mirabilis aliqua inde forma diſſultet. Quid vero ibi afferendum? Cum Plato terram vocat Deam antiquiſſimam Deorum omnium, qui cœli ambitu clauduntur: putat Plotinus hoc loco terræ à Platone animam eſſe contributam. Quæ cum animantia propaginet innumera, ſitque animalis maximi, id eſt, mundi membrum; tum inprimis non abſque neceſſitate, tum nec aſpernabile cenſendum eſt, inquit, animal eſſe, ſed intellectuale atque diuinum, & ſenſu pollens. Nam cum anima vim iudiciariam habeat, habet & facultatem, per quam, dum ſpectat in corpus, de paſſionibus illius valeat iudicare: ſed hæc ille viderit. Nobis certe ex iis, quæ hactenus deprompta ſunt, iamiam minus videtur mirum, cœleſtẽ patrem rationales animas conditoris lumine obſignaſſe, vt late dominentur. Sed hic lubet concludere, rurſumque præſcripto ambitu peracto, canere receptui. Quod ſi quem peruicacius terræ nomen, vt vile, offendit; is mihi haud ita multa videtur lectitaſſe, cum & ſcientiſſimi Philoſophi Lunam ætheream terram appellare non dubitarint. Nam & Mercurio aquam attribuerunt, aërem Veneri, ignem Soli. Sed amplius ordine mutato, ignem Marti aſcripſerunt, aërem Ioui, Saturno aquam; ſphæram vero, quæ procul ab errore conſtituta Aplanes dicitur, dixerunt eſſe terram, in qua celeberrimi apud Poëtas Elyſii cogitentur campi, quod ne quis riſu explodere pergat, non abſimile eſt, quod in ſanctis habetur literis, *Math.5.* Beati mites; quoniam ipſi poſſidebunt terram. Et in theſauris eiſdem, nonne terram legimus viuentium? Nonne Moyſes & Dauid aquas per cœleſtia fundunt? Et Nicolaus Theologus, Aquæ dicuntur (inquit) æquiuocæ. Nam quæ ſunt ſuper firmamentum, cœleſtis ſunt naturæ, quæ ſub firmamento, elementaris. Auguſtinus in Geneſeos explanatione, Saturni ſtellam eſſe frigidam contendit, ex aquarum ſupercœleſtium vicinia. Soliditatẽ vero quaſi terram adeſſe cœlo, ratione coniectari Plotinus putat: Nam terræ naturam opacam luci aduerſam, & denſitate immobilem, brutaque à cœlo luciditſſimo & admotum maximè pernici, longè abeſſe arbitratur. Rurſus & aquam, quæ inſita frigiditate inprimis cœlo aduerſetur, quod eſſe cõſtat calidum primum. Latini firmamentum, a firmitate dictum autumant: quoniam, vt in Iob. legimus, Cœli quaſi ære ſolidiſſimi fundati ſunt. Ex iis ſatis conſtare poteſt, terrę elementum non eſſe contemnendum. Sed audi Platonis Timæum: Diuini (inquit) decoris ratio poſtulabat, talem fieri mundum, qui & viſum pateretur & tactum. Conſtabat autem, neque videri poſſe aliquid abſque ignis beneficio, neque tangi ſine ſolido,

& ſolidum nihil eſſe ſine terra. Vnde mundi omne corpus igni & terra inſtuere fabricator incipiens, vidit duo cōuenire ſine medio colligante non poſſe: idem aerem & aquam inter ignem terramq; contexuit. Qualem igitur hunc mundi cardinem eſſe exiſtimemus, tanta prouidentiæ maieſtate conſtitutum? nonne regium vere? nonne animalium principe dignum? Vtinam tam grate beneficam in nos, ac propenſiſſimam conditori bonitatem recognoſcamus omnes, qui non pigebit æqua modo lance expendentes. In ſede media tam auguſti, tam diuini templi, veluti ſacerdotes locatos, qui iugiter tanti artificis laudibus perſonemus. Iam etiam finem huic materiæ impoſiturus, cum illa ipſa (veluti munificentiſſima parens) terra, laſciuia ſua retractum commonuiſſe eſt viſa, ac ornamenta ſua ingerere perrexiſſe: Satis (inquit) me in mundi ſede media conſtitutam ſolidam, & vndique in me, nubibus meis conglobatam, contemplatus es. Cæterum, quæ ſpecies rerum eſt, quæ varietatis maieſtas, ſic me inenarrabili herbarum, florum, fruticum, arborum, frugum copia conueſtitam, &, vt Apuleius inquit, cæſariatam conſpici? Quid Arabum odoramenta recenſeam? Quid nata Dei thura? Quid Orientis aromata, & medicamina numeroſa, ſine quibus, vt nunc eſt, vix vita conſtiterit? Quid tot tantorumque animalium, & mitium & ferorum, ac cicurum agmina ſubiiciam? Quid tantorum marium vaſtitatem? Quid gelidorum fluminum ac fontium perennem iucunditatem, lauacris abundis & collucentibus mire gratam? Quid piſcium portentoſam molem, temperatam, modicā, puſillam, ac pene magnitudinem nullam, memorem? an non cernis hic me ſpeluncis vſque ad delitiās excauatam? illic accliuem, ac ſuperba montium proceritate ſurrectam, & quodammodo ſcanſibili ſupercilio cœlū affectantem, ac humano genere dictantem vitæ leges? Alibi ſum depreſſa vallibus & campeſtri planitie ſpecioſa incultaque, dulciſſima vobis ſuggero alimenta in viſceribus, nec homini ſterilis. Ibi vero recondita ſeruantur auri, argenti, æris, ferri, aliorumque metalla. Nec ſatis marmora produco omniuaria molibus fulciendis, conſtituendis, incruſtandiſq; parietibus excidenda, & in ſtatuas tantum nō ſpirantes confirmanda. Nec gemmarum defuerit ſupellex pretioſa, quibus veſtri niteant articuli.

Sed & maris conchylia margaritas fœminis ſuggerūt. Nec linificæ Serum ſyluæ luxui veſtro molliſſimam abnegarint veſtem. Taceo auicularum muſicos cantus. Quid ſubſtructiones magnifico impendio nobiles repetam? Quid vrbium tantarum ſplendidiſſimam claritatem? Sed quod omnem exceſſerit admirationis captum: ego te animal prouidum, ſagax, memor, plenum rationis & conſilii, natum ſuſtineō, vagientis fletum excipio prima, adultum educo etiam delitioſe: opibus te contego meis, quicquid mihi eſt, ſumma hilaritate cōdonatur tibi; quia magni conditoris lumen in animorum claritate ſignatum animaduerto, iamiam à reliquis naturæ partibus abdicatos in ſinus vos admitto meos: plura quoque & largius impertitura, niſi Principem naturæ Deum, rebelli animo atque inteſtabili nulla non hora conuelleritis. Hæc ſunt terræ præcōnia, & quæ pro excellentia & laude ipſius dicta ſunt à Cœlio *in loco ſupra alleg*. Plura etiam laudabilia, & multum ſingularia de ipſa terra, vide per Plinium *in ſuo 2. lib. cap. 65*.

Ioannes Damaſcenus *in libr. 2. cap. 6.* ponit ordinem quatuor Elementorum, & proprias qualitates explicat, dicens inter cætera, quod aqua eſt leuior terra, vbi nomen *leuior* tantundem valet, atque *minus grauis*, cum aqua prorſus ſit leuitatis expers; ſicut & terra: verum; quia illa minus grauitatis, quam hæc obtinet, minuſque deorſum deprimitur, aquea grauitas ad terram collata, quodammodo leuitas eſſe videtur. Et plane hac ratione motus maiorē, quam terra ſortitur nobilitatem; quod terra ad ſuum duntaxat locum, vbi extra illum fuerit, decumbit: in ſuo vero loco ob denſitatem & craſſitudinem torpida manet, & immota. Aqua vero & ad ſuum præceps ruit, & in eo collocata

Digitized by Google

locata vltro citroque agitatur, vt aqua fluuialis ſuo contenta alueo manifeſtum præbeat indicium. Hinc cognoſcitur & cognoſci poteſt, quam pulchro ordine rerum Opifex hunc mundum conſtituerit, & pro ſuæ naturæ conditione Elementum collocauerit. Terram quidem in imo, quod omnium ſit imperfectiſſimum, ob torporem, maximam denſitatem, grauitatem, opacitatem, & ad ima depreſſionem. Aquam vero terræ ſupereminentem, quod minus ea immobilitatis, denſitatis, grauitatis & motus deorſum, & perſpicuitatem, translucentiamque in ſe oſtendat. Deinde aërem aquæ ſuperpoſuit, quod agitabilior ſit, rarus, leuis, ſurſum tendens, magisque perſpicuus. Demum ignem ſupremo conſtituit loco, vt qui Elementorũ omnium maxime ſit agitabilis, leuiſſimus, tenuiſſimus, in ſummum locum emicans, & ob ſuam tenuitatem ampliusque cætera diaphanus, reliquaque naturæ dignitate excellens eſt. Sed, vt dicit idem Cœlius, omnium bellariorum, iucundiſſimus ignis. Cœlius tamen *lib. ſuarum antiq. lection.* 14. *cap.* 38. dicit: Quod aquæ vtilitates longe videantur igni præſtare, & ſic magis laudanda eſt. Quoniam multa ſunt animalia, quæ abſque ignis vſu degunt: degit autem ſine aqua nullum. Nam ſi fuerint ſine humoris poteſtate & exanguinatã, exutaque à principiorum liquore, interareſcunt. Qui nec plantas ipſas, aut herbas floreſcere cernas citra aquę humectationem. Qua ex cauſa Pindarum recte autumant dixiſſe; *optima quidem aqua*; & Heſiodum *in Theogonia*, Aquam ſtatuiſſe rerum initium, & chaos nominaſſe, velut ab effuſione. Siquidem fuſilis fluibilisque, ac fluitans aqua eſt. Ad laudandam aquam affertur, & illud, creditum veteribus Deos per ſtygiam paludem iuſiurandum concipere, vel quia à Diis & hominibus odio habentur qui ad decurſum procliuiores ſunt, vel quia iuxta Heſiodum, omnibus Elementis antiquior eſt aqua. Porro cum aquarum infinitæ propemodum vtilitates ſint, gratiſſimæq;. Qui ſacerdotia gerunt moribus Ægyptiorũ, oſtendunt res omnes à liquoris poteſtate conſiſtere. Itaq; cum hydria ad templum ædemque caſta religione defertur, tunc in terram procumbentes, manibus ad cœlum ſublatis diuinæ gratias agunt bonitati. Cum prædictis concordant dicta Fr. Patritij *in inſtituto. Reipubl. lib.* 7. *titu.* 10. vbi primo dicit, quod aqua ciuitatis perquam neceſſaria eſt. Mortalium namq; natura facilius cuiuſq; rei indigentiã, quam aquæ ferre poteſt: deſint frumẽta, ſuppetent ſurculorum, arborumq; fruges, tutabimur vitam carne, aucupio, piſcatu, olerib⁹, radicibus etiam herbarum: verum, vbi aqua deeſt, nulla cibi virtus, aut ſeruari, aut parari poteſt. Infelicem illam omnino patriam dicemus, quæ aqua careat, vel quæ eam noxiã habeat. Aqua itaq; pro humana vita neceſſaria eſt; qui enim aqua priuatur, ſine gladio interficitur, *Iudith cap.* 7. Et ex ariditate aquæ is, qui patitur, inter mortuos cõputatur, *ibid. c.* 11. Ad idem aperte facit text. *in l. fin. ff. de riu. & l. de pupillo. § ſi quis riuos.* & ibi not. gloſſ. *in verb. ſecuritatis. ff. de oper. non. nuntiatio.* Et illud *Eccleſ.* 39. Initium neceſſariæ rei vitæ hominum aqua, ignis, ſal, panis, botrus, vuæ, & veſtimentum. & *cap.* 29. Initium vitæ hominis aqua & panis, veſtimentum & domus. Coluntur aquarum calentium fontes, & ſtagna, quæ vel opacitas, vel immenſa altitudo ſacrauit. De aquarum præſtantia, ſicut apud Græcos comperitur, optimam ex aquis, quæ citra vllam ſit qualitatem, vel ſaporis, vel odoris: ſed quæ mox hypochondria transmittãt. Illæ vero incomparabilis ſunt excellentiæ. Nam quæ illis immorãtur, ac inflãt ventrem, grauãtque, cenſentur non bonæ. Et amplius de aquarum præſtãtia per eundem Cælium *cap. ſ. q. & infra iſta part. in* 18. *conſider.* Circa huiuſmodi autem quatuor Elementa nõ aliter inſiſto, cum reliqua, quæ de ipſis poſſent dici, non ſint præſentis ſpeculationis: ſed videatur ſupra allegatus. & in *Margarita philoſophica in lib.* 7. *tract.* 1. *cap.* 42. 43. 44. ad quã recurre pro ſummaria recognitione illorum, & ibi videre poteris multos Doctores allegatos. Aduerte tamen ad ea, quæ dicit *in* 43. *cap.* vbi aſſerit: Quod in terra eſt quadruplex infernus, de

quibus ibi: & ampliſſime *in 12 libr. c. 42. 43. 44. 45. & 46.* Etiam de huiuſmodi locis inferni ampliſſime per Auguſt. Datum *in ſuo libro, in 1. part. cap 14.* vbi de prædictis recenſet, quid ſentiant, & Philoſophi & Poetæ & Oratores, & Theologi, in quo non inſiſto; cum noſtræ tantum intentionis ſit laudare ea, quæ ſunt laudanda, & quæ tendunt ad excellentiam, gloriam & honorem, non ad pœnam. Et etiam de excellentia & præſtantia terræ, videatur Matthæus Vegæus *in tract. quem fecit de terra, ſole, & auro.* Et ſicut vſus aquæ neceſſarius, quoad potum, communis eſt omnibus brutis de iure naturæ, ſic & hominibus: vide per Luc. de Penn *in l. penult. C. de aqua ductu lib. 12.* Et quam vtilis & neceſſaria ſit aqua fructibus terræ, dixi infra *in 76. conſid.*

DEcimatertia conſideratio; Sunt quatuor partes Mundi, ſeu terræ, ex quibus tota terra diuiditur. Vna eſt, quæ dicitur Oriens, alia Occidens, tertia Septentrio, & quarta Meridies. Et, vt dicit Cælius *lib. 1. ſuarum antiquarum lect. c. 21.* Oriens eſt nobilior pars mundi; quia dextra, quod tenet Ariſt. *in 2. de cœlo.* Cleomedes tamen dicit, dextram mundi eſſe in Septentrione, ſiniſtram in Meridie, antica in Occidente, poſtica in Oriente. Secundum quod idem Cælius *eod. lib. c. 9.* dicit in mundo eſſe antica, poſtica, dextra & ſiniſtra, ſurſum & deorſum. M. Varro *ſexto lingua Latina fragmento*, diuerſimode orbis haſce conſtituit partes. Nam, inquit, cœlum qua tuemur dictum templum, eius templi partes quatuor dicuntur: ſiniſtra, ab Oriente; dextra, ab occaſu; antica, ad meridiem; poſtica, ad Septentrionem. Eandem ſententiam amplexatur & Plinius, cum ait: *Errantia ſidera contrarium mundo agere curſu, id eſt, læuum ſeu à læuo in dextram præcipiti.* Pythagoras vero, Plato, & Ariſtot. mundi dextras ad ortum partes eſſe dixerunt, à quibus ſit principium motus. Siniſtras vero occiduas. Empedocles autem dextras quidem in æſtiuum tropicum, ſiniſtras in hybernum reiecit. Et T. Liuius ab V. C. ex augurum ſcientia, dextras ad Meridiem partes ſtatuit, ad Septentrionem ſiniſtras. Et vide infr. *in 61. conſi.* Si vero dextra cœli pars oriens eſt, dicitur dignior & nobilior. Cum dextra pars ſit dignior, vt ſupra dixi *in 1. part. in 11. conſid.* Et, vt dicit Ant. Flor. *in ſua Summa, in 3. part. tit. c. 2. §. in prin.* oratio fit verſus Orientem propter tria. Primo; propter diuinæ Maieſtatis iudicium, quod nobis manifeſtatur in motu cœli, qui eſt ab Oriente. Secundo; propter Paradiſum ad Orientem conſtitutũ, quaſi quæramus ad Paradiſum redire. Tertio; propter Chriſtum, qui eſt lux: & Oriens nominatur *Zach. 6.* Et ab Oriente aſcendit, & ab Oiente aſpectatur ad iudicium venturus, vt habetur *Mat. 29.* Sicut fulgur erit ab Oriente, & apparet vſq; ad Occidentem; ita erit filius hominis. Io. de Turrecr. *in c. Eccleſiaſticarum. 11 diſt.* citat alias rationes, videlic. eam, quod in Oriente natus ſit nobis Saluator noſter: &; quia ibi habuit initium Euangeliũ, & per cõſequens ſalus noſtra; Ex quibus concludit, conuenientem eſſe conſuetudinẽ orandi ad Orientem, tanquam ad dextram exiſtentem, & ſic in digniori loco. Et has tres rationes ponit etiam Ioan. de Selua *in ſuo tract. de beneſic. in 1. part. q. 5.* vbi dicit, quod caput Eccleſiæ Orientẽ reſpicere debeat. Et vide infra *in conſider. quæ ſit de numeris verſ. & inter alios.* vide etiam Polydorum *de inuentorib. lib. 5. cap. 9.* vbi ſcribit: *Cur in Orientem verſi adoremus.*

Licet ex prætactis ſoluta videatur quæſtio, an regio orientalis, communiter infidelium, eligibilior, gratior, excellentior ſit regionib. occidentalibus, & cõmuniter Chriſtianorum; maxime propter ea circa quæ attenditur ſalubritas regionum. Tamẽ eam altius diſputando, prout diſputatur *in Speculo peregr. quæſt. in c. 3. pr. decad.* dicunt, Orientales, quod patria eorũ ſit gratior occidẽtali, & ad habitandũ eligibilior, & rationibus comprobabant. Primo ſic; nã eſt de mente Philoſophi *6. Polit.* ſeptem eſſe, circa quæ attẽditur ſalubritas & nobilitas patriarũ: quæ maxime ad plagam orientalẽ dextram cœli, vt dictum eſt, reperiuntur. Primum; nobilitas vegetabilium, ſ. metallorum, aromatũ, & gemmarum. Secundum; ſalubritas fontiũ, & fœcunditas flumi-

fluminum pro generatione piſcium,& irrigatione terrarum. Tertium, ſitus congruentior ad Solem, & propitior influentia quoad influxum cœleſtem. Quartum, abundantia vtilium,& nobilium animalium vſibus hominũ conuenientium. Quintum, amœnitas ſitus ex montibus, ſyluis, fluminibus, fontibus,& mari proueniens. Sextum, conueniens copia & ſalubris victualium. Septimum, temperies aeris ex regulari naſcens diſpoſitione horum. Et ex his ſeptem orientales ſe iactant excellere occidentalibus, reddentes cauſam ſuæ iactantiæ: Nam, teſte Petro Comeſtore, ſunt inſulæ ſuauiſſimæ, & multum ſeneſcentes nutriunt homines: ita quod nec in ipſis inſulis mori poſſint, niſi ad alias inſulas transferãtur. Etiam in India ſunt arbores (vt ſcripſit Alexãder Magnus in Ariſt.) quarum fructibus ſacerdotes Solis,& Lunæ, quibus dicatæ ſunt, veſcũtur: ex quorum vſu ad trecentos annos ſacerdotum vita protenditur.

Secundo ſic probatur ex ſcriptura ſacra, per quam Deus obedientibus promiſit terrã promiſſionis in Ægyptum, ad plagam orientis, quæ abundat lacte, melle, aquis, vt patet *Eſaie 1. Deut. 6.* Ad hanc quæſtionem duabus concluſionibus *in dicto Speculo* reſpondetur. Prima, quod in quibuſdam aromatibus, metallis, fructibus, gemmis precioſis orientalis infidelium Regio excellit occidentaliũ Chriſtianorum Regiones,& è conuerſo. Hoc patet ex ſupradictis. Quod fecit Deus propter duo. Primo, propter mutuam & amicabilem Regionem & hominum ad inuicem cõmunicationem, quæ nutrit dilectionem & amorem, ad quæ etiam diſpoſuit, quod vnus homo vel patria altero homine vel alterius patriæ rebus indigeret,& è conuerſo. Quoniam plerunque euenit, vt quod alteri ſupereſt, alteri deſit. vnde ad hoc inuenta fuit permutatio, vt eſt tex. *in l. 1. in prin. ff. de contrahen. empt.* Secundo illud factum eſt, vt nemo vel nulla Regio inſpectis propriis excellentiis ſe extollat & ſuperbiat, quaſi omnibus perfectior ſit & ſibi ipſi ſufficiens omnino,& nullius egeat. Sicut raro eſt aliquis homo, quin à quolibet alio in aliquo bono manifeſto vel occulto excedatur, & ipſe quemlibet alium in aliquo excedat: ſic Deus ſapientiſſimus moderatus eſt, & temperauit Regionum conditiones, quod fere quælibet Regio abũdat in aliquo, quo alia caret vel minus habet.

Secunda concluſio; Regiones occidentales Chriſtianorum ſimpliciter in his cõmunibus, quæ ſunt conuenientis, & optimi victus humani, pro conſeruatione legalis & moralis vitæ longe eligibiliores ſunt, & in temporalibus ordinatiores, & in naturalibus honeſtiores, temperatiores,& ſalubriores Regionibus infidelium orientalibus. Et Italia, Francia, Hiſpania, Regiones occidentales Chriſtianorũ, omnem terram Eiulath, Indiam, Iudæam, ſuperant & excellunt in bonis ſpiritualibus, in conuenientiſſimis bonis corporalibus, & in ordinatiſſimis & honeſtiſſimis vſibus. Quod patet ratione; cũ felicior ſit illa patria, in qua conditiones omnes optimę Regionis conueniunt mediocriter & moderate, quàm illa, in qua vna aliqua ex his vel plures, non tamen omnes concurrunt. Sed ea ſunt felicitate Italia,& Francia, vt quæcunque bonam Regionem efficiunt, ipſæ ſibi mediocriter, & temperate miniſtrent & ſuggerant: quod in aliis non contingit. Idcirco non iniuria videntur cæteris Regionibus orientalibus præferẽdæ. Orbis dimenſionem poſui 5. *in 10. conſid. quæ de mundo tractat.*

DEcimaquarta conſideratio; Secundum Aſtrologos, Philoſophos,& Coſmographos, ſunt quatuor principales venti, à quatuor mundi plagis orientes: Subſolanus ſcilicet, ab Oriente, Auſter à Meridie, Fauonius ab Occidente, Boreas à ſeptentrione. Et iſti quatuor venti dicuntur cardinales, vt dicitur *in rubr. de mundi deſcript. c. 49.* qui eſt additus Geographiæ Ptolemæi. Habent enim geminos hincinde ſpiritus. vt ibidem dicitur *ca. 25.* Et ibi autor ponit Subſolanum pro primo, in d. vero *ca. 42.* ponit Boream pro primo, quem alio loco poſuerat pro vltimo. Ideo non eſt multum inſiſtendum in excellentia illorum ex prima denominatione; cum diuerſificẽtur per eundem, ſed ex alio excellentia illorũ requirenda eſt. Et ita diffinit Albertus; Ventum

eſſe vaporem terrenum, aeris ſuperiora tranſcendentem, & Aerem ipſum fortius percutiendo impellentem. Sed *in d. c.* 25. ventus dicitur, quod ſit vehemés & violentus. Vis enim tanta eſt, vt non ſolum ſaxa & arbores euellat, ſed etiam cœlum, terramque conturbet, mare commoueat. Et ideo inter fortiora connumerari poſſet, de quibus *infra*. Seneca (autore Cælio *lib.* 11. *ſuarum antiq. lect. ca.* 18.) eleganter & iucunde de ventorum cauſis finem complectentibus ſic inquit: Ventos dedit ſummus ille rerum Artifex ad cuſtodiendam cœli, terrarumque temperiem. Ad euocandas ſupprimendaſque aquas. Ad alendos ſatorum atque arborum fructus: quos ad maturitatem cum aliis cauſis adducit iſta iactatio. In ſumma cibum attrahens, & ne torpeat, permouens. Dati quoque venti ad vlteriora pernoſcenda. Quippe fuiſſet imperitum animal, & ſine magna experientia rerum Homo, ſi circumſcriberetur natalis ſoli fine. Dedit enim ventos parens Deus, vt commoda cuiuſque Regionis fierent communia, non vt Legiones Equiteſque geſtarent, nec vt pernicioſa gentium arma transueherent. Habent etenim quatuor prædicti principales ſeu cardinales venti geminos hincinde ventorum ſpiritus. Nam Subſolanus, qui Græcè *Apeliotes* dicitur, & eſt calidus & ſiccus, ſic vocatus, eo, quod ſub ortu Solis naſcatur, à latere dextro habet Vulturnum, qui & Caracias vocatur. Hic diſſoluit cuncta, atque deſiccat, & hic alte tonat, de quo Lucret.

Altitonans Vulturnus & Auſter fulmine pollens.

A latere vero læuo habet Eurum, eo, quod ab eo fiat, id eſt ab Oriente, & eſt calidus. Et videtur, quod, ſicut Oriens eſt nobilior pars mundi ex quatuor, quod etiam hi venti prouenientes & flantes ex Oriente ſint nobiliores & digniores.

Alius ventus cardinalis & principalis dicitur Auſter, ab hauriendis aquis, & eſt validus & humidus, vnde & craſſum ſeu nebuloſum Aerem facit & nutrit: hic Græce Notus appellatur, eo, quod interdum Aerem corrumpat. Nam peſtilentia (quæ ex corrupto aere naſcitur) Auſter flans in reliquas Regiones tranſmittit. Sed ſicut Auſter peſtilentiam gignit; ſic Aquilo repellit, & in hoc eſt extollendus Aquilo plus quam Auſter. Nec eſt alienũ inſerere, quod refert Cælius *loco prædicto*, Ventorum proprietatem miram in Lesbo fere apud Mitylenem obſeruatam, vbi Auſtro flante ægrotant homines; at Coro tuſſiunt: à ſeptentrione in integrũ facile reſtituũtur. Scribit etiam Porphyrius, Atablum ventum eſſe in Apulia feruentiſſimum, nocumentum peſtilentiamque inferentem. Nam Atabli flatus nimio calore Apuliæ peſtifer eſt & grauis. Habet & hic auſter ventus plane meridionalis à dextris Euroauſtrum, ſic dictum, quod ex vna parte habeat eurum, ex altera auſtrũ: & eſt calidus. A ſiniſtris vero habet Euronotum, & ex humili flantem, & eſt humidus, calidus atque fulminans, generans largas nubes, & pluuias latiſſimas, ſoluens etiam flores, temperate calidus, dicit Virgilius *in Georg.* quod melior eſt vitis, quæ reſpicit Auſtrum. Et hic ventus à Gallis Marinus ventus dicitur.

Alius & tertius eſt ventus principalis ſeu cardinalis, quem Ptolemæus eſſe primum autumat, & dicitur ab eo Septentrio, frigidus & niualis, flat rectus ab Axe: & facit arida frigora, & ſiccas nubes. Hic Apractias dicitur. Circius, qui & Thracias: hic à dextris ſeptentrionis intonans facit niuium & grandinum coagulationes. Hunc Hiſpani Gallicium vocant, propter quod eis à parte Galliciæ flat. Aquilo, qui & Boreas, à ſiniſtris ex alto flans gelidus atque ſiccus, & ſine pluuia; quia non diſcutit nubes, ſed conſtringit. Hic enim ſanus eſt corporibus humanis, cum peſtem repellat, ſed non fructibus terrenis, cum eos ſua ſiccitate nimis conſtringat, & ſemina adurat. Vnde Virg.

Rapidive potentia ſolis
Acrior, aut boreæ penetrabile frigus adurat.

Et vidi pluries, quod quando diu fiat ille ventus, inducitur fames. Hunc Galli biſeam vulgari ſermone vocant. de quo philoſophice cecinit Ouid. *li.* 6. *Metam.*

Apta mihi vis eſt, qua triſtia nubila pello,

Et ſ...ta

Digitized by Google

Et freta concutio, nodoſaq; robora verto,
Induroq; niues, & terras grandine pulſo,
Idem ego cum fratres cœlo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego cum ſubii conuexa foramina terra,
Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis,
Sollicito manes totumq; tremoribus orbem.

Et vt habetur *Ieremiæ* 1. ab Aquilone panditur omne malum. Vnde vulgo dicitur: Anglos Gallorum, Gallos vero Italorum virgam & ſcuticam eſſe. Anglos quidem Galli, Gallos Itali ab Aquilone ſpectant. Aquilo igitur, quem repurgatoriam cœli ſcopam Philoſophi vocant, hos in Italiam, illos in Galliam reflans expellit. Vnde Hier. appellat Aquilonẽ ſcopam viarum, cum flando purget quicquid temere in viis obiacet, ſimulque conuertat puluerem. E diuerſo Auſtrum ab eodem dici reperio, pincertam pluuiarum; quoniam eſſe notum pluuiæ conciliatorem, indicio nomẽ eſt. De his Hippocrates dicit *Aphoriſm* 3. Auſtros, hebetare auditum, caliginem obducere, corpora diffundere ac pigriora facere: itẽque caput aggrauare, quod ſi tempus Aquilonium fuerit, tuſſes, fauces, aluos duras, difficultates vrinæ, dolores horrificos coſtarum & pectorum accidere. Hæc & plura refert Cælius *lectionum antiq. li.* 8. *c.* 28.

Quartus ventus cardinalis Zephyrus, qui & Fauonius dicitur, quia fouet, quæ naſcuntur. Ab occidente inferiore flat. & eſt humidus, hyemis frigora grauiſſima, & niuem relaxat, floreſque producit. Aphricus, qui dicitur Libs, ex Zephyri dextro latere intonans generat tempeſtates, pluuias facit, & nubium colliſiones, & ſonitus tonitruorum, & crebreſcentium fulgurum viſus, & fulminum impulſus. Eurus, qui & agreſtis ex ſiniſtra parte Fauonii aſpirans, eo flante in Oriente nubila ſunt in die ſerena. De huiuſmodi ventis vide Ioann. Damaſcen. & eius commentatorem *lib.* 2. *cap.* 8. & Plin. *li.* 2. *naturalis hiſtoriæ c.* 39. vbi ponit, quomodo regnent ſecundum quatuor tempora anni, quod aliqui magis regnent in vno tempore, quam alii, vt ibi plene. Accedat & huc, quod Cælius *lib. antiq. lect.* 11. *c.* 78. in laudem venti Borealis, ait ſic: Dionyſius claſſem coegerat aduerſum Turios, inſtructamque ducebat. At vehementior coortus Boreas naues diſiecit omnes, attriuitque, quo tanto permoti beneficio Thurii, Boreæ, vt Deo, ſacra peregere, inſuperque in ciuitatis iura cooptarunt, domo itidem illi comparata, vt minus iam mirandum accidat, dici ab Athenienſibus ventum hunc affinem: à Pauſania etiam Megalopolitem.

DEcimaquinta conſideratio eſt de quinq; partibus terræ (quas zonas vocant) quibus ipſa tota terra partitur, ex quibus duæ tãtum ſunt habitabiles. Vna eſt, quæ à tropico cancri verſus ſeptentrionem vſque ad circulum arcticum protenditur. Altera, quæ à tropico capricorni verſus meridiem vſq; ad circulum antarcticum porrigitur. Quod autem inter tropicos ſub æquinoctiali terræ eſt, torridam zonam vocant, ob vicinitatem Solis nimio calore non habitabilem. Quod autem terræ inter circulos arcticum, & antarcticum comprehenditur, zonas frigidas nominãt, nimio frigore non habitabiles; quia nullius hominis in his terræ partibus habitatio eſſe poſſit: ſed ſi qua admodum parua eſt, ob caloris modicitatem; quo tamen humanum genus præcipue indiget. Et hæ quinque zonæ ponuntur *in libro poſt Geographiam Ptolemæi additio qui intitulatur de Mundi deſcriptione cap.* 53. *& in Margarita philoſophica li.* 7. *tract.* 1. *ca.* 45. Sed quæ illarum ſit excellentior & dignior, licet Aſtrologi dicant, quod æquator ſeu zona torrida ſit maior, aliç vero minores; credo tamen, quod illa ſit dignior, quæ eſt in circulo antarctico vſq; ad tropicum Capricorni. Quoniam ille eſt magis habitabilis, quam alia, queçunque ſit zona, & ideo magis digna & excellentior. Cum digniora ſint ea, quæ afferunt fructum, quam ea, quæ ſunt ſterilia & ſine fructu, iuxta illud Euangelii dictum, vt habetur *Luc.* 3 Arbor non afferens fructum, ſcindatur, & in ignem mittatur. Et etiam propter frugalitatem illius, quæ multum eſt laudanda & extollenda, ſecundum quod eam

extollit Polycrat. *de nugis Curialium li.8.c.* de qua latius infra dicturus ſum, vbi laudes Galliæ deſcribentur ob frugalitatem illius. Et etiam; quia eſt maxime temperata, vbi aliæ ſunt nimis, aut in frigore, aut calore exceſſiuæ, quę temperies eſt cauſa frugalitatis, & multũ laudatur: cum ſit corpori non ſolum neceſſaria; imo etiam fructibus terræ, qui ſunt neceſſarii ad vitam humanam. Nam, vt dicit Phil. Bergomen. *in ſui ſupplementi Chronic. li.1.* Media Solis torretur flammis: vltimas autem continuum infeſtat gelu. Duæ ſunt habitabiles, quæ inter exuſtam, & rigentes ſunt, altera à quibus incolatur, nullis vnquam licuit, aut licebit agnoſcere. Interiecta autem torrida vtrique hominum generi commercium ad ſe commeandi omnino denegat. Sola ergo ſuperior incolitur, videlicet inter ſeptentrionẽ & æquinoctialem circulum. Vel, vt alii voluerunt, inter tropicum æſtiuum, & circulum arcticum, ab omni, quale ſcire poſſumus, hominum genere ſemotum. Hæc ergo ab ortu porrecta ad occaſum longior eſt, quam vbi latiſſima.

Ex his patet, quod tantum vna quinta pars terræ ſit habitabilis, & quod aliæ ſunt inhabitabiles. vnde videtur dicendum, quod Coſmographi non bene nouerint omnia climata, vt infra dicam. tamen vt dicit Bergomen. *vbi ſupra*, tantum terra habitabilis diuiditur in ſeptem climata: de his Virgil. *in Georg.* ita inquit:

Quinque tenent cœlum zonæ, quarum vna corusco
Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni,
Quam circum extremæ dextra lauaque trahuntur.
Cærulea glacie concreta: atq; imbribus atris:
Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere cõceſſæ diuũ, & via ſecta per ambas.
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.

Etiam Ouidius de his quinque zonis *in libro Metamorph.*

Vtque duæ dextra cœlum totidemq; ſiniſtra
Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis.
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem:
Cura Dei, totidemq; plagæ tellure premuntur.
Quarũ quæ media eſt, nõ eſt habitabilis æſtu.
Nix tegit alta duas, totidem inter vtramque locauit.
Temperieq; dedit mixta cum frigore flamma.

Ratione huius temperiei etiam hæc plaga ſeu zona ſuper alias extollẽda, vt iam hic ante dixi.

DEcimaſexta conſideratio; in qua de climatibus terrę fit mentio, quę ſecundum aliquos ſunt ſeptem, maxime ſecundum Ptolemæum & alios Coſmographos antiquos: ſed noui Coſmographi aliud clima addunt, quod dicunt nouiter fuiſſe inuentum, quod apud nos noua terra dicitur.

Et ſeptem climata ſecundum quod deſcribuntur *in lib. de locorum ac mirabilium mundi deſcript. c.55.* & per alios antiquos Coſmographos ſunt ſequentia. Videlicet primũ, quod initium habet, vbi dies maximus eſt, & horarum quatuordecim & ſemis & quartæ vnius, & eleuatio poli arctici ſupra horizontem graduum ſimiliter 12. & ſemis & quartæ vnius. Medium vero, vbi dies maximus eſt horarum 13. & eleuatio poli graduum 16. Finis huius climatis eſt, vbi dies maximus horarum 13. & quartæ vnius: & eleuatio poli graduum 20. & ſemis. Habitantes in hoc climate in temporũ, & vmbrarum variationes, cum habitatoribus æquinoctialis aliquid participant. Hi namq; duo habent ſolſtitia alta, cum Sol Arietem vel Libram ſubintrat, ſic habent Æſtates duas, vnam circa feſtum D. Gregorii. Alteram circa Lamberti, quod eſt in menſe Septembri. Habent etiam duo ſolſtitia. Ima Sole initia Cancri & Capricorni luſtrante, quibus temporib. etiam habent duas hyemes. Sed noſtra æſtate calidiores propter Solis vicinitatem. In æſtate vmbra eorum mane iacitur ad occidentẽ, veſpere ad orientem. In meridie vero nulla eſt, Sole ſuper capite eorum currente. Cum autẽ Sol in Cancro eſt, vmbra eorum verſus Auſtrum iacitur, in Capricorno ad ſeptentrionẽ protenditur. In hoc climate habitabiles ſunt hæ prouinciæ Lybia maior, pars Æthiopiæ ſub Ægypto, mare rubrum, pars Arabiæ felicis, pars vtriuſque Indiæ intra Gangem fluuium, Sinarum Regio.

Secun-

Digitized by Google

Secundum clima initium ſumit in fine primi climatis. Medium vero habet, vbi dies maximus eſt horarum 14. & dimidiæ, & eleuatio poli graduum 24. & quartæ vnius. Finis autem, vbi dies horarum 13. & ſemis & quartæ vnius, & eleuatio poli graduum 27. & ſemis. Hi æſtatem & hyemem nobiſcum habent, ſed calidior eſt omni tempore. Vmbra eorum ſicut & noſtra ad ſeptentrionem iacitur, præterquam eo die, quo Sol tropicum Cancri deſcribit; tunc enim in meridie vmbra eorum nulla eſt: in ortu Solis vmbra ad occaſum vergit, occidēte Sole vmbra ad oriētem proiicitur. In hoc climate habitant Æthiopes: & horum mores ſunt peſſimi. Facies habent corruptas & atroces, & comedentes homines. Et in hoc ſecundo climate ſunt iſtæ prouinciæ, pars vtriuſque Mauritaniæ, & Tiganicæ, & Cęſarien. Getulia, & deſerta Libya, pars Africæ minoris, pars Numidiæ, Cyrenæ, & Marmaricæ, fere tota Ægyptus, & pars Libyæ inferioris, Arabiæ felicis & Carmaniæ, Gedroſia, maior pars vtriuſque Indiæ & Regionis Sinarum.

Tertium clima incipit, vbi finis ſecundi eſt. Medium eius eſt, vbi dies eſt horarum 14. & eleuatio poli graduum 30. ſemis & quartæ vnius. Finis autem, vbi dies eſt etiam horarū 14. & quartæ vnius, & polus eleuatur gradib. 33. & duabus tertiis. Habitatores in illo tempora & vmbras nobiſcum habent, nunquam Sol à Zenith capitis eorum pertingit minus his, qui Ieroſolymam incolunt. Fabula eſt ergo, quod à nonnullis dicitur, in terra ſancta aliquando Solem perpendiculares radios in cauatam rupem dimittere. Dicit tamē Campegius in ſuo *libr. de vita cœlitus comparanda capit. 9.* quod Ieruſalem & Ægyptus ſunt in quarto climate. Inde dicit, quod Chriſtus, Abraham, Iacob, Moyſes, ex quarto climate venerunt, vt dicam ſtatim. Et in hoc climate ſunt maior pars vtriuſque Mauritaniæ, pars etiam Africæ minoris, & Numidiæ, & Cyrenæ, & Marmaricæ, aliqua etiam pars Ægypti, & Libyæ interioris, pars Cypri inſulæ, & Syriæ, tota fere Iudęa, Arabia petræa, Arabia deſerta, pars Babyloniæ, Suſianæ, Perſides, Carmaniæ & Ariæ, Paropaniſi, tota Drangiana, Aracoſia, & pars vtriuſque Indiæ, & Regionis Sinarum.

Quartum clima initiatur in fine tertii, & medium habet, vbi dies eſt horarum 14. & ſemis, & polus eleuatur gradibus 36. & duabus quintis. Finitur autem, vbi dies eſt horarum 14. ſemis, & quartæ vnius: & polus attollitur gradibus 39. Habitatores in eo ſunt Rhodiani, & vt quidam dicunt, Ægyptii & Iudæi. Et eſt terra multum temperata, in qua nati & effecti ſunt plures Prophetæ, & Sapientes, *vt infra dicam.* propter temperantiam aeris, quę multum in hoc operatur, vt dicunt Aſtrologi. Et in iſto climate eſt fere totum mare mediterraneum, cum ſuis Inſulis & Regionibus ei collateralibus, ſcilicet parte Hiſpaniæ, quæ dicitur Bethica, ſeu Granata, & alia, quæ dicitur Taraconenſ. & parte vtriuſque Mauritaniæ, Numidiæ, Africæ minoris, Marmaciæ, parte etiam Illyridis & Italiæ, cum fere tota Sardinia, Sicilia, Epiro, Achaia, Macedonia, Erobonia, cum parte Peloponneſi. & Creta inſula, pars Aſię minoris, Lyciæ, Galatię, Cappadociæ, vtriuſque Armeniæ, maioris, ſcil. & minoris, tota Pamphilia, & Cilicia, Rhodus, & Cyprus inſulæ, pars Syriæ Meſopotamiæ, & Arabiæ deſertæ, Babyloniæ, tota Aſſyria, pars Mediæ, Suſianæ, pars Perſidis, tota Parthia, Aria, & Paropaniſus, pars Hircaniæ, Margimiæ, Bactrianæ, & Scythiæ, quæ eſt extra Imaum montem, pars Sericæ Regionis, atque vtriuſque Indiæ.

Quintum clima habet principium in fine quarti, medium vero, vbi dies eſt horarum 15. & altitudo poli graduum 41. & tertii vnius: terminatur autem, vbi dies maior eſt horarū 15. & quartæ vnius, & polus ſuſtollitur gradus 43. & ſemis. Nomen illi Diaromes; quia parallelus ipſius Romanam ciuitatem ſummi ſacerdotis ſedem meritur. Ex quo dignius & excellentius aliis dici debet: cum ſummus ſacerdos omnes quoſcunque homines huius mundi præcedit, vt dixi *ſupra in 4. part. in 7. conſider.* Et eo etiam; quia ciuitas Romana eſt dignior & excellentior aliis, cum ſit caput & domina orbis terrarū, vt plene *in gl. 2. in Auth.*

*vt Eccleſia Romana centum annorum. in princ. colla.*2. vbi appellatur ſplendidiſſima, æterna, regia, antiqua, inclyta, alma, ſacratiſſima, feliciſſima, florentiſſima, maxima, prima ſedes Eccleſiarum, origo legum, & fons ſacerdotii. Licet poſſet argui de nobilitate, & excellentia illius climatis, quod procedit ab Oriente. Cũ Oriens ſit nobilior pars mundi, vt ſupra dixi *in hac part. in 13. conſid.* Habitabiles vero in eo ſunt Prouinciȩ ſequentes, fere tota Hiſpania, Luſitania ſeu Portugallia, pars Galliæ Narbonenſis, Pannoniæ, hoc eſt, Vngariæ, Illyrici, hoc eſt, Boſinenſis. Dalmatia, id eſt, Sclauonia, magna pars Italiæ, Daciæ, Myſiæ inferioris, tota Myſia ſuperior, Thracia, Cherſoneſus, pars Macedoniæ, Peloponeſi, Cretæ, Põtus, Bithynia, pars Aſiæ minoris, Galliciæ, Cappadociæ, Armeniæ, vtriuſq; Mediȩ, Hyrcania, tota fere Margiana, Bactrianæ pars Godiani, & vtriuſque Scythiæ, Sacharum Regio, atque pars Sericæ Regionis.

Sextum clima exoritur, vbi quintum finitur, ad medium autem peruenit, vbi dies horarum 15. & ſemis, & altitudo poli graduum 45. & duarum quintarum. Finitur autem, vbi dies eſt horarum 15. & ſemis & vnius quartæ. & polus extollitur gradibus 47. & quarta vnius. Et in iſto ſexto climate ſunt hæ Prouinciæ. Pars Hiſpaniæ Taraconenſis (quæ vulgo Catalonia ſeu Galacia, hoc eſt, prouincia ſancti Iacobi) Aſturiæ, Nauarra, Vaſconia, tota fere Gallia Narbonenſis, & pars Aquitaniæ & Galliæ Lugdunenſis, Germaniæ & Italiæ, Rhetiarchæ eſt patria Pedemontium, ſeu Auſtria, Vindelicia, Noricum, Pannonia ſuperior, & pars inferioris Pannoniæ, Illyridis, vtraque Sarmatia, Taurica, Iaſiges, Dacia, Myſia, inferior pars Aſiæ minoris, Galatiæ, tota Colchis, Iberia, Albania, pars Armeniæ maioris, Meſopotamiæ, Bactrianæ, Godianæ, vtriuſq; Scythiæ & Sericæ.

Septimum clima exoritur in fine ſexti, & ad medium peruenit, vbi dies maximus eſt horarum 16 & altitudo poli graduum 48. & duarum tertiarum. Et illud Diaripheos nominant, quod parallelus Ripheos montes, qui ſunt in Scythia, contingat. Exquiſitius tamen intuentes orbis partitionem, clima ſextum à Ponto, ſeptimum à Boryſthene nominant, & Ripheos montes octauo climati deputant. Huic climati antiquiores finem non ſtatuerunt, nec reſiduam terram verſus ſeptẽtrionem in climata alia diuiſerũt. In 7. climate Regiones ſunt, tota fere Galliæ quadripartita, magna Germania, pars Cappadociæ, Sarmatiæ, Aſiæ minoris, & vtriuſque Scythiȩ, atque Sericæ Regionis.

Octauum vero clima antiquis Coſmographis fuit incognitum, vt dixi hic proprie. Nã vltra hæc ſeptem climata ſunt plures inſulæ, & hominum habitationes: omnes tamen intemperatæ ſunt, aut propter nimium calorẽ, aut exceſſiuam frigiditatem, ſub climate non merentur computari: quapropter particula iſta habitabilis & temperatæ diffinitioni climatis ab Aſtronomis datæ addi poteſt. Verũtamen, vt dicit Petrus de Aliaco & commentator ſui interpres *in 4. part. Sphæræ mundi c.* 4. Moderni Aſtrologi ex Germania, & Anglia octauum clima addiderunt, ne Regiones illȩ extra climata remanerent. Et, vt dicunt aliqui præter Regiones & climata nominatæ ſunt multæ aliæ habitationes hominum, ſcil. ante primum clima & poſt ſeptimum. Ideo videtur inſufficienter climata eſſe diuiſa in ſeptẽ. Regiones vero ante primum clima ſunt iſtæ, pars Æthiopiæ, quæ eſt ſub Ægypto, & Arabiæ Felicis & Libyæ interioris, & tota Æthiopia, interior pars vtriuſq; Indiæ. Aurea Cherſoneſus, pars Regionis Sinarum, & Taprobana inſula. Regiones autem vltra ſeptimum clima ſunt hæ; Hibernia, ſeu Hirlandia inſula, Albion inſula, vbi & Anglia & Scotia, & plures aliæ prouinciæ ſitæ ſunt, magna pars Sarmatiæ Europeȩ, & Sarmatiæ Aſiaticæ, Hyperborei montes, & pars Imai montis & Sericæ regionis: Dacia, Suetia, Lubecia, Dantiſcum, Gillandia, Hollãdia, Thile inſula, Orchades, Gothia. Ex quib. facile perpendi poteſt, quod ſint nouem climata, prout etiam dicit Petrus Apianus *in ſua Coſmographia,* 1. *part. capit.* 6. *de climatibus.* Et octauum dicitur Diaripheon. Nonum vero dicitur Diadamas, vt ibi dicit Apianus.

Aduerte

Aduerte, quod terra vltra partiri poſſet: latitudo tamen ſemper magis magiſque decreſceret, ad modicam quippe diſtantiam verſus polum dies ſenſibiliter augetur; quanto enim polus mundi amplius eleuatur, tanto Zodiacus horizonta obliquius interſecat, maioreſque arcus dierum ſupra hemiſphærium noſtrum relinquũtur, quam ſint arcus noctium ſub hemiſphærio dimiſſi. Sole ſigna ſeptentrionalia percurrente. Contrarium autem euenire ſolet Sole in oppoſita parte vagante. Vnde habitantes ſub parallelo, tranſeunte per gradum 52. ab æquinoctiali, diem habent maiorem horarum 16. & ſemis. Sub parallelo, hoc eſt, circulo tranſeunte per gradũ quinquageſimum quartum, dies horarum eſt 17. Sub parallelo ducto per gradum 56. dies eſt horarum 17. & ſemis. Sub parallelo ducto per gradum 56. dies maior habet horas 18. Sub parallelo autem contingẽte gradum 61. dies eſt horarum 19. Sub parallelo vero ducto per Thilem inſulam in mari Oceano & gradum 63. dies eſt horarum 20. Nam in ea ſolſtitio æſtiuo nullas eſſe noctes Plinius tradit, è contrario, vt Solinus refert, Brumali ſolſtitio, nullus pene dies: ſub parallelo autem ducto per gradum 64. dies eſt horarum 21. & nondum completo gradu 65. dies efficitur horarum 22. In gradu 66. dies eſt horarum 23. Sub arctico autem circulo dies vna cum ſole à fine geminorum initium cancri aggreditur eſt horarum 24. & in oppoſita parte Zodiaci dum ſol fuerit, nox eſt eiuſdem quantitatis; tunc enim tropicus horizontem vbique ſine interſectione contingit, & quaſi circulariter ſupra horizontem Sol vertitur in parte oppoſita totus ſub horizonte circunrotatur. In parallelo autem tranſeunte gradum 78. vnius menſis eſt dies, cum Sol à medio geminorum ad cancri medium mouetur, & vnius menſis eſt nox, cum Sol in oppoſitis ſignis moratur. In parallelo vero, qui gradum ſeptuageſimum attingit, duorum menſium dies eſt, ſole currente à principio geminorum vſque ad finem Cancri. Et nox duorum menſium erit ſole oppoſita ſigna luſtrante. In parallelo, qui gradum 72. tranſit, dies vna erit trium menſium. Sole à medio tauri ad medium leonis vagante, nox tanta erit ſole exiſtente in parte oppoſita. Creſcent dies paulatim, donec ad polum peruenias, ſub ipſo quidem medietas ſphæræ mundi ſemper ſupra horizontem relinquitur, altera iugiter occultatur, & æquinoctialis cum horizonte concordat. Cum igitur Sol eſt in medietate ſupra horizontem, continuatus dies eſt dimidii anni, cum autem in medietate mouetur, quæ ſub horizonte relinquitur, nox continua eſt dimidii anni. Veruntamen, cum ibi Sol vltra ſignum vnũ ſub horizonte nunquam demergitur, radiis ſuis ſuperiora ſemper aliqualiter illuſtrat, & ſic quaſi ſemper ibi dies eſt, niſi quantum aeris groſſities, & nebuloſitas interturbat & offuſcat. Prædicta ſcribuntur *in Margarita phil. lib. 7. tract. 1. cap. 47.* Sed de his vltimo dictis non meminit Ptolemæus, ſed ſolum de climatibus, de quibus ſupra. Et quod illorum commendabilius & excellentius iudicatum ſit, ſatis perſpici poteſt ex habitatorib. illorum, & aliis infra dicendis.

Et ne videantur prædicta fore ſuperflua, dico, quod ſint neceſſaria etiam Legiſtis ad iudicandum, & cognoſcendum, quando ſit ortus ſolis ſecundus, & quando incipit in pluribus acquiri ius. Nam, vt ſtatuto cauetur in Eccleſia Heduenſi, Canonici illius Eccleſiæ, qui ſunt ebdomaderii in ſuo turno ad beneficia præſentanda, & ad præſentationem illorum exiſtentium de iure patronatus illius Eccleſiæ, ebdomada eorum incipit quælibet die ſabbati in ortu ſolis, qui quidem ortus eſt, & incipit diuerſimode ſecundum diuerſitatem temporum & locorũ, & ſecundum ꝙ ſol aſcendit, & deſcendit: ad cognitionẽ illius ſupradicta noſcere oportet. Et de hoc alias fuit proceſſus in caſu emergẽti, vt dixi *in comm. Duca. Burg. tit. des iuſtices. §. 8. in gl. & Iour. ibr, Sed nunc manus eſt dubiũ.* Et an curetur de momento, vide Sozo. *in l. ſi tibi decem millia ff. ſi cer. pet.* & F. Curt. *in ſuo tract. de feud. in tit. ex quib. cauſis feudũ amittatur. in 4. par. ver. 7. quæro.* Item etiã ad cogñoſcendũ & videndum, vnde hoc, quod vnus eſt perfe-

ſtior altero; ita, quod multi quærunt ſcire, vnde iſtud procedat, quod cur Deus hoc ita diuerſimode diſtribuit, vt prophetiam Dauid, Eſaiæ, Ieremiæ, & ſimili Salomoni ſapiētiam, Diuinarum legum peritiam apud Hebræos Moyſi, apud Ægyptios Mercurio Triſmegiſto, apud Bactrianos Zoroaſtro, apud Carthaginenſes Corondæ, apud Cretenſes Minoi, apud Lacedæmonios Lycurgo, qui aſtrictis ciuibus iuramento, quod tam diu eas intemerate obſeruarent, donec ipſe rediret, è patria nunquam rediturus emigrauit: apud Athenienſes Soloni, apud Rom. Numę Pompilio, apud Chriſtianos vero Petro, Paulo, & reliquis Apoſtolis eorumque zelatoribus. Ipſam Poeſin Homero & Virgilio, Rhetoricam Demoſtheni & Ciceroni, Philoſophiam naturalem Ariſtoteli, Moralem Socrati, Metaphyſicam & diuinam Platoni, Medicinam Hippocrati, & Galeno, Aſtrologiam Ptolemæo, Iuris ciuilis prudentiam & ſcientiam Paulo Africano, Iuliano, Scæuolæ, Iaboleno, & cæteris, de quibus *in leg. 2. ff de origine iuris.* Accurſio, Ioanni Placentino, Martino, Azoni, Petro de Ballaper. Ioann. Fabro, Bartolo, Bald. dom. meo Iaſ. & cæteris. Iuris pontificii ſcientiam Gregorio, Innocent. Hoſtienſi, Gratiano, Panorm. Ioann. de Imola Petr. de Anchar. Zabarellæ, Ioann. Andr. Anton. de But. Artem militarem Alexandro Magno, Iulio Cæſari, Hannibali. Conſiliorum ſagacitatem Catoni, Magiam Zoroaſtro, Arithmeticam Iordano, Geometriam Euclidi, Muſicam Pythagoræ, & Boetio: Logicam Chryſippo: Phyſicam Straboni. Lapſanſeno tribuent.

Quænam ratio fuit ita diſpenſandi, caſu ne iſta, an influentia, an prouidentia vlla gubernentur? Hæc pro certo magnæ præſumptionis eſt indagatio. Cui Apoſtolus, vas electionis, vſque ad tertium cœlum raptus *ad Rom.9.* ſatis reſpondere videtur: cum, vt habetur *Pſal.125.* Nonne habet poteſtatem figulus ex eadem maſſa, aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam facere? vnde ſufficeret hæc dixiſſe; cum, vt dixit idem Paulus *ad Ro.11.* Iudicia Dei abyſſus multa; & quā incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles vitæ eius, & occulta conſilia! Nec tantum debet humana temeritas audendo procedere, vt ea cernere velit, quæ latere Deus voluit. Neque enim domino gratus erit ſeruus, qui penetralia cuncta, quæ in domo ſunt, perluſtrare tentauerit. Eaque temeritas magis videtur explorantis inſidias, quā ſerui præ ſe ferre officiū. Et ſic licet reſponderi poſſit: tamē cum Symphoriano Campegio *in ſuo lib. de vita cœlitus comparanda. c.9.* dicam, quæ ipſe dixit, cum proteſtatione tamen, quod cōcluſiue non intendo ab Eccleſia Rom. & præceptis illius diſcedere, & de omnibus me remitto determinationi dominorum Theologorum, ab opinionib. & determinationibus, quorum non intendo diſcedere: dixit enim Campegius *vbi ſupra*, quod omnis ſapientia à Domino Deo eſt, *Eccl.1.* Et omne datū optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Et etiam allegando Auguſtinum, dicit eundem ſic dicere: ſic Deus res quas condidit adminiſtrat, vt eas agere proprios motus ſinat. Igitur, ſicut anima in toto corpore; ſic Deus ſemper operās in toto mūdo, vires naturis pro mucrone addidit & operari eas inſtituit: imo inſtrumenta ſua fecit, quibus cum Deo patre fabri filius vſque modo operans vteretur. Has igitur vires, nec operari impedit, nec operantes deſerit: ſed ſicut nauta nauim, ſic iuuat & dirigit, ille in portum, iſte in finem. Et quemadmodū ociante anima membra ſopiuntur: ſic ceſſante Deo, vt in igne Babylonię monſtratum eſt, omnis naturę conatus inanis eſt. Igitur omnia bona à Deo ſunt.

Sed cur ergo hunc eligat, alium vero repellat, hæc nequeunt humanæ vires agnoſcere. Nam Iacob ſanctiſſimus & optimus, Eſau frater eius peſſimus. Petrus optimus, Iudas autem peſſimus, cæterique Apoſtoli ſanctiſſimi. Ideo dicit Chriſtus: *Non vos me elegiſtis ſed ego elegi vos.* & Paul. ad Timoth. 3.c. *Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundū miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit.* Et Aug. in lib. de præd. ſancto. *Non quia futuros nos tales eſſe præſciuit, ideo elegit, ſed vt eſſemus tales per iſtam electio-*

Digitized by Google

electionem ſua gratia, qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. Idem Aug. in libr. de libero arbitrio: *Non propter fidem vel aliqua merita elegit Deus aliquos ab æterno, vel appoſuit gratiam iuſtificationis in tempore, ſed gratuita bonitate ſua elegit, vt boni eſſent.* Hæc ibi Auguſtinus. Ad iſtud dubium ſoluendum, quamuis excedat vires ingenii, abſque tamen diſceſſione à Romana & Catholica Eccleſia, inquantum aliqui videntur diſcedere, quod in hoc operentur influentiæ ſiderum & naturæ climatum, recitabo tres opiniones: ſed illi adhærere volo & intendo, cui Eccleſia adhæret.

Prima opinio eſt philoſophantium & medicorum, qui complexioni attribuunt excellentiam ingenii, de quo Phil. *part.* 3o. *probl.* 1. ait: Propter quod homines, quicunque excellentes fuerunt viri, aut ſecundum politiam, aut philoſophiam, aut artes, melancholici fuerunt: ſed, vt *in libris de vita ſana* dicitur, non intelligit Philoſ. quod omnis melancholia, vel omnis complexio melancholica hoc faciat: ſed intelligit de illa ſolũ, quæ eſt temperate calida, quæ facit excellentes viros. Et ſic ſecundum Ariſtot. videtur, quod prima complexio, quæ facit homines ingenio excellentes, eſt complexio melancholica, quæ eſt calida temperate, de qua infra latius in alio loco dicam: ideo hic alia non referam, ſed condeſcendo ad ſecundam opinionem, quæ eſt præſentis ſpeculationis, ſecundum quod fit hic mentio de Aſtrologis.

Secunda ergo opinio eſt Aſtrologorum, dicentium, complexiones inſequi climata & diuerſitatem cœli: vt differre nonnulli ſpecie & colore, & corporum quantitate, & animorum diuerſitate videantur. Vnde Græci leues, Aphri verſipelles, Germani fortes robuſti, Itali graues. Nam præ ſe ferunt quandam firmitatem, ſeueritatem, ac cõſtantiam animi, ac in vultu, moribus, verbis, rebus quoque agendis. Hiſpani iactabundi, Galli in armis feroces, religione fideles, vt Chriſtianiſſimi appellentur. Latini ſuperciliosi ac elati dicantur. Vnde Iulius Maternus ait: Quædam gentes ita à cœlo formatæ ſunt, vt propria ſint morum vnitate perſpicuæ. Scythæ immanis feritatis crudelitate graſſantur, Itali ſiunt regali ſemper nobilitate fulgidi, auari Syri, acuti Siculi, luxurioſi ſemper Aſiatici, & voluptatibus occupati. Hiſpani elata iactantia animoſitate præpoſiti, Galli ſtolidi. Quod tamen non ſine liuoris acerbitate ab ipſo Iulio in Gallos ructatum, aut quia (teſte Strabone) Galli ſunt ſimplices, ac nulla morum malignitate, & ideo aliqui hoc referunt ad ſtoliditatem, vt dicit Cælius *lib.* 10. *cap.* 21. Non enim omnium æque nationum corpora ſunt ad ſapientiæ ac intelligentiæ perceptionem idonea. Vnde more Thaletis, ſiue, vt alii dicunt, Socratis, dicunt multi, ſe propter tria Deo gratias maxime habere, ſcilicet, quod mares ſint, non fœminæ, homines, nõ beſtiæ, Galli, non Bohemi. Sunt enim Galli ſuapte natura ad philoſophiam veram, & religionem magis apti, eo, quod propter aeris & cœli temperiem, corpora ſortiti ſunt ab excellentiis contrarietatum, vt Philoſophi aiunt, remotiora. His de cauſis Pariſienſes ingenioſiores, Delphinenſes robuſtiores inter Gallos habiti ſunt; quia videlicet, illi in puriore; iſti in craſſiore, ob montes altiſſimos, aere verſentur. Notatu etiam dignum eſt, quod ſibi vicinæ, imo & contiguæ prouinciæ, in hominibus & animalibus, multum differre videntur. Vnde Lugdunenſes, (vt dicit idem Campegius tanquam Lugdunenſis) ingenioſiores, Delphinenſes vero fortiores, robuſtiores, moribus imbecilliores, animoſiores, & in armis magis ſtrenui inuenti ſunt. Forenſes, ſeu Forenſiani vani, ingenioſiores, ſubtiliores, & eximii ſcribæ ſeu ſcriptores. Aruernigenæ robuſtiores, moribusq; inhumaniores. Lemoncinenſes aſtutiores, moribus tamen minus vrbani, Gaſcones & Vaſcones ad verbera promptiores, Normanni corpulentiores & loquaciores, vt dicit Campegius *vbi ſupra.* Sed ſi vidiſſet gloſſam *in l. ſequitur. §. pupillus. in verbo animum. ff. de vſucap.* quæ dicit, Normannos eſſe doli capaces, etiam à pueritia eam allegare non omiſiſſet. Quod vnde procedat, vndecunque ſit illa gl. non omnino caret veritate: imo etiam ipſi Normanni alias incendiarii Eccle-

ſiarũ fuiſſe perhibentur, vt *in c. concedimus. de conſecrat. diſt.* 1. & nimis crudeles, ſeueri, & furioſi, vt notarunt Pariſienſ. qui cum ſoleãt orare, vt fertur, inter alia dicunt, A furore Normãnorum libera nos, Domine: quod in malum ſonat. Burgundiones vero ſunt ſimplices, amicabiles, beneuoli, & manſueti, generoſi ingenii, bello ſeculari fortes, fide ſtabiles, hominibus honorabiles, & Deo amabiles, vt dicit tex *in c. gens Anglorũ. 6. diſt.* Inhabitãtes enim regiones temperatas, ſunt ſapientiores & meliores; eo, quod ſuper iſtas regiones ſiderum & planetarũ influxũs ſunt optimi. Et regiones intemperantes incolentes, ſunt ſylueſtres, & ſyluarum mores habentes: ideo Philo. *par.* 14. *probl.* 15. dicit, quod habitantes loca temperate calida, ſunt prudentiores & ſapientiores, & in locis intemperatis, contrario modo ſe habent. Dicam etiam infra *in* 44. *conſi.* vbi de potentiis animæ, *verſ. 1. de potentia. & in præced. par. in* 44. *conſid.* Et in eod. loco dicit Ariſt. quod loca intemperata ſunt, quæ aut nimium calida, aut nimium frigida exiſtunt, in quibus locis habitãtes ferinos mores & aſpectus atroces habent. Haly enim 2. *quadripar.* dicit, quod videl. illi, quorum latitudo eſt intra 34. gradũ à linea æquatoris, vſq; ad latitudinem 40 grad. extant ſapientiores, quam habitantes regiones frigidas. Sicut ſunt aliquæ regiones in 6, & 7. climate, maxime in locis ſic extraneis, non poſſunt naſci homines bonæ complexionis nec boni ſenſus. Gal. vero *de virt. anima. c.* 9. ita ait de Plat. ſic dicens *in Tim.* quidem *in princ. ſer.* ſic ſcribit: Hunc quidem vniuerſum ornatũ & ordinem Deus prius perornans, nos inhabitare fecit, eligens loca, in quibus generãtur eucraſia: horum viri generantur prudentiſſimi. Et *in prin. leg.* dicit Plato, quod in regione temperata naſcũtur homines meliores. Hoc idem ſentit Auic. quem inducit Petr. de Ebano. Et dicit Haly, Ariſt. & Gal. fuiſſe de 5. climate, qui optimi fuerũt naturales & metaph. Platonem & Ptolem. de 3. climate, qui excellentes fuerunt in Mathem. Et Albumazar 3. *introductorii*, dicit, ſapientiſſimos eſſe Babylonios & Ægyptios. Sol n. non multum elongatur ab eorũ capitibus, neq; appropinquat. Eſt enim motus ſolis æqualis ſuper eos, ideo aer eorum fit complexionis temperatæ, neq; ſuperflue calidus, neq; ſuperflue frigidus. Calores eorũ & natura & corpora ſunt temperata. Et ſenſus & ratio, & animi qualitas ſunt bona, abundatq; in eis ſapiẽtia, & intellectus, & rerum præſtantia, & honeſta qualitas animi. Et hęc eſt terra Prophetarũ & Sapientum.

Sed qui ſunt habitantes ſecundum clima, ſicut ſunt Æthiopes, horum mores peſſimi, & facies habent corruptas & turpes, atroces, & comedentes homines, vt Haly teſtatur, ſe vidiſſe in fine Septentrionis & Meridiei. Et dicit, quod ibi ſunt ſpiritus maligni & beſtiæ comedentes homines, & ideo dicunt multi, quod diutius remanſit Regnum Romanorũ, & ſic auctum eſt; quia medio modo ſe habet Regio Rom. inter Septentrionales & Meridionales. De Noe autem dicunt ſapientes, eum in Aſtrologia claruiſſe, & filius eius Sem inter Aſtrologos annumeratur, & pater & filius viri præſtantiſſimi in Chaldæam venerũt poſt diluuium, regionem temperatam. Iſte Sem, poſt diluuiũ biennio genuit Araphaxat, qui fertur fuiſſe Melchiſedech, qui primus poſt diluuium vrbem Salem condidit, quæ eſt Ieruſalem: quæ eſt in 4 climate, quod eſt medium inter 7 climata. Videtur tamen, quod ſecundum nonnullos alios, ponatur in in 3 climate, vt ſupra dictum eſt.

Et, quod ex diuerſis & variis cœli locis, aſpectibuſve, diuerſi generentur mores, vide per Cælium *lect. antiq. lib.* 10. *c.* 18. Et cur vergentes ad Meridiem, ſint timidi, ad Septentrionem vero audaces, per eund. *in d. lib. c.* 20. Idcirco, ſi ad ſaturitatem quiſpiam velit ſcire diuerſarum gentiũ mores diuerſos, & varios ritus, ſcil. Perſarum, Gallorum, Britannorũ, Pannoniorum, Germanorum, Hiſpanorum, Myſorum, Thracum, aliorumq; populorum. De Getis Scytharum, Athenienſium, Maſſagetarum, Tapyrorũ, Bactrianorum. De Phigaleis, Caſpiorumq;, ac Derhicum, Medorum, & Armeniorum, Cappadocum, Heptacometarum, Moſynocorum. De Tibarenis & Starmis, Indorum, Taxilitarum, Aſſyriorum, Sy-

rum,Syrorum,Phœnicum, Arabum, Nabatheorum, Ægyptiorum, Aphrorum, nec non de Carthaginenſibus, videat & legat ipſum Cælium *in prædicto lib. cap.18. & c.20. cum 18. cap. ſeq. & in globo, in cap.66. in eod. lib.* vbi refert diuerſos populorum mores.

In qua quidem famatiſſima ciuitate Ieruſalem omnia grandia & admiratione digna, tam veteris, quam noui Teſtamenti, patrata leguntur facinora. Quod verum oſtendere per humanas rationes, quæ nonnunquã minus validæ inueniuntur, atq; à pertinacibus diſputationib. veritatiſq; æmulis reprobãtur, præſens minime videtur expoſtulare negocium. Nec, vt dicit Andinus Poeta, *Hoc ipſa ſibi tempus ſpectacula poſcit.* Sed quiuis pius lector veritatiſq; cultor, nedum ex diuinarum literarũ, ſeu (ſi mauis) Sacræ Bibliæ contextu, cui nullus, niſi infidelis Chriſtianæ fidei perpetuus hoſtis, aut hæreticus, à ſanctæ matris Eccleſiæ gremio excluſus, refragrari audet; verum etiam, ex fide dignorum hiſtoriographorum, qui res geſtas literarum monumentis fideliter mandauerunt, complurib. voluminibus facillime percognoſcere poterit: vnde Do. noſter Ieſus Chriſtus, ſecundum humanitatem, item Abraham Chaldæus ſummus Aſtrologiæ magiſter, Iſaac, Iacob, Ioſeph filius eius, Moyſes, Prophetarum ſummus, & totius Veteris Legis Cælius edoctus interpres, cæteriq; Prophetæ diuino afflati ſpiritu, & quarto venerunt climate.

Albumazar, Chaldæos omnium peritiſſimos affirmat. Chaldæi n. ſapientes interpretantur, & poſt ipſos Ægyptios. Philoſ. enim *in prologo Metaph.* dicit, ſcientias ſpeculatiuas apud Ægyptios inuentas, & maxime Math. Ex diuinis Scripturis habemus, quod Abraham ex Chaldæa in Ægyptum Aſtrologiã, nunquã ibi cognitam, tranſtulerit. Et, vt Laert. *lib.3. in vita Platonis*, ſcribit, Plato in Ægyptũ ad Prophetas & ſacerdotes ſe contulit. Et Diodor. *lib.2.* apud Ægyptios ſacerdotes in eorũ ſacris libris ſe contineri. Tranſiiſſe in Ægyptũ Orpheum, Muſæum, Melampidem, Dædalum, Homerũ, & Lycurgum, Solonẽ, Platonem, & Pythagoram Samium, & complures inſignes viros, qui in Ægypto perceperũt omnia, quæ illos apud Græcos mirabiles fecerunt. Quinetiam Lycurgus, Solon, & Plato, multas ab Ægyptiis ſumptas leges, ad ſuã Remp. detulerunt. Et Pythagoras Geometriam, & Arithmeticã, & curſum Aſtrorum, & Zodiacum, ab Ægyptiis ad Græcos tráſtulit. Et Orpheus Theologiã didicit ab Ægyptiis. Quatuor profecto celeberrima, & bonarum literarum & ſcientiarũ ſtudia, in orbe extiterunt, ſc. in Chaldæa, Ægypto, Græcia, & poſtremo in Italia, & nunc Gallia ipſa, ſiue Pariſienſe Gymnaſium, pace omnium dicatur, in Theologia principatum tenet. Et dixi *ſupra in 10. part. in 32. conſid.* Habuerunt nempe ſemper Galli facundiam ſuam, magiſtroſq; ſapientiæ Dryidas, qui terræ mundiq; magnitudinem, & formam, motus cœli & ſiderum, ac quid Dii velint, ſcire profitentur. Quemadmodũ apud Indos Brachmani ſeu Gymnoſophiſtæ erant: ſic Dryidæ apud Gallos vocitabantur, qui vitæ erant integerrimæ. Sic magi apud Perſas, Philoſophi apud Græcos, Sapientes apud Latinos, Prophetæ ſiue ſacerdotes apud Ægyptios, & Chaldæi apud Aſſyrios. Sic ergo volunt Aſtrologi, quod hæc omnia ex cœlorum & ſiderum influxibus proueniant, ſcilicet Regio temperata, & viri probatiſſimi, & ſcientiæ, & artes, & omnia bonorum genera, ab ipſis cœlorum aſpectibus: qui ſuperficies cœli concaua, liber eſt primæ cauſæ, in quo omnia ſcribuntur, quæ in mundo ſunt. Si quis ergo in illam inſpicere ſciret ſuperficiem, omnia illa ſciret præterita, præſentia, & futura. Volunt etiam Aſtrologi, quod nõ modo temperatæ regionis influxus faciat ſapientes, & viros optimos, verum etiam, quod particularis requiratur influxus in conceptione & natiuitate illius, dum & concipitur & naſcitur. Similiter dicunt, quod ſi quis in temperata naſcatur, & educatur regione, in ſua natiuitate malum habens influxum, hic peſſimus erit. Et ſic cœleſtes valere volunt influxus, quod diuitias magiſtratus, militiã, bellum, victorias, & rerum omnium proſperitatem, cœli, & cœlorum influxibus attribuant. Et hæc ſunt, quæ Aſtrologi

ſentiunt, ſecundum Campegium vbi *ſupra*. De hac materia, licet interdum ſomnient & deuient à ſemita veritatis: ideo his non aſſentit, nec ego etiam, ſed ſto cum opinione, quæ ſequitur. Ex dictis tamen Aſtrologorum ſupra poſitis, multum ſunt laudanda, quartum & quintum climata, in quibus ſunt Ægyptii, Iudæi, Rhodiani, Græci, & Itali, & ſic Romani. De ſexto vero climate, vbi eſt Gallia, etiam credo illud eſſe extollendum, ex his, quæ dicturus ſum infra de Gallia *in conſideratione ſeq.*

Omiſſa ergo opinione Aſtrologorũ, quæ ſomnia & phantaſmata recitat, ad tertiam opinionem veram, quæ eſt Theologorum, maxime Pariſienſium, qui determinauerunt vnam animam in naturalibus eſſe alia perfectiorem & excellentiorem, cui determinationi ſtandum eſt. De hac autem perfectione animæ, ſecundum Theologos, dixi ſupra *in hac part. in 4. conſid.* Licet, vt dicit idem Campegius, S. Thomas, Alexander de Hales, & multi alii Theologi, tenuerunt ante hanc determinationem Pariſienſem, animas in naturalibus nequaquam differre, ſed omnes in naturalibus eſſe æquales. Bonauentura tamen, & complures alii ex Theologorum ſchola, animas in naturalibus differre aſſeuerant: ita, quod vna ſit nobilior alia, & ita tenent Theologi moderni, inſequendo prædictam determinationem Pariſienſium Theologorum, ſecundum eundem Campegium. Qui etiam dicit, quod licet prædicta aliquid operentur ad perfectionem artium & ſcientiarum; tamen hæc non fiunt ſine actibus frequentatis, quod probat quinq; rationibus, ex quibus deueniri poteſt ad triplicem perfectionem. Sed cum iſta non ſint præſentis ſpeculationis, ea referre omitto. Satis autem mihi eſt, ad præſens aliquid depromere de excellentiis climatum, & vt cognoſcatur excellẽtia vnius climatis ad aliud: & iſtud eſt intentum huius conſiderationis, vnde etiam diuerſitas ingeniorum ſit. Sed de cauſa præſtantis ingenii, vide Cælium *lib. antiquarum lect. 6. cap.* 29. vbi triplicem aſſignat cauſam, humanam ſcilicet, naturalem & diuinam, quæ cum ſupra dictis videntur concordare, licet breuiori & elegantiori ſtylo referant, ideo ad eum vos remitto.

DEcimaſeptima conſideratio aliam orbis diuiſionem complectitur: nam in tres partes generales diuiditur, ſeu partitur: In Europam ſcilicet, Aphricam, & Aſiam: ſed quæ harum ſit maior & excellentior, videndum eſt. Et inprimis; quoniam dignitas & excellentia poteſt imaginari ex latitudine & longitudine: ideo videretur dicẽdum, quod Aſia ſit dignior aliis: cum tantum ipſa contineat, quantum aliæ duæ, vt ſcribitur *in lib. de mundi deſcriptione. c.* 1. licet *c.* 3. dicat, quod Aſia ſit tantum tertia pars orbis, & eo etiam; quia eſt in parte orientali, quæ præferri debet, ex cauſis ſupra poſitis *in hac par. in* 13. *conſ.* Et Aphrica tantum continet, quantum duæ continerent Europæ; ex quo Europa eſt tantum dimidia pars Aphricæ. Ideo videtur dicendum, quod Aſia ſit maior & excellentior Aphrica, & Aphrica ſit excellentior Europa: licet dicat Ptolemæus, quod Europa eſt maior Aphrica.

Quæ autem regiones ſeu nationes in his partibus contineantur, & quomodo diuidantur, ponunt Coſmographi, maxime *in d. lib. de mundi deſcriptio. c.* 1. *vſq; ad c.* 16. & plures alii antiqui relati à modernis. Et compendioſe ponit Pomponius Mela, *in princip. ſua Coſmographia.* Et Strabo *lib.* 3. *de ſitu orbis, & in Margarita Philoſ. in lib.* 7. *tract.* 2. *c.* 49. *l.* 51. 52. quas hic non tranſporto, ſed ſolum, quantum facit ad materiam ſubiectam, dico, Europam eſſe digniorem & excellentiorem aliis partib. terræ habitabilis. pluribus cauſis.

Primo; Quoniam, vt dicit Strabo *lib.* 3. *de ſitu orbis*, inprimis multiformis eſt, & ad virorum virtutem ingenue diſpoſita, ciuiumque & domeſticarum ad alios rerum transfuſiua: eſt enim tota habitabilis, in exigua tantummodo parte, propter frigoris vim inhabitabilis, quæ finitima Tanaidis & Mæotidis incolis, Boriſtenenſibuſque in curribus degentibus.

Secundo; Quia digniores & nobiliores ſub ſe continet regiones, quam aliæ duæ: & ſub ea

Digitized by Google

ſub ea digniores populi exiſtūt. Europa nempe ab Occidente clauditur mari Atlantico, à Septentrione Oceano Britannico, ab Oriēte Tanai, Mæotide palude & Ponto, à Meridie mari Mediterraneo. Et in ea ſunt regiones & populi, ob aeris temperiem. Ab occaſu, verſus ortum Prouinciæ magis nominatæ ſunt Hiſpania, quæ Iberia & Heſperia nonnunquam nominatur, cuius partes ſunt, Bethica ſeu Tudertana, ſiue regnum Granatæ, quod Ferdinandus Rex Hiſpaniæ decennali obſidione & bello Sarracenis abſtulit, Chriſtianitatique adiecit. Huius longitudinem & latitudinem ponit Plin. *lib.* 3. *c.* 2. Et dicitur Granata à grano, quod Græci coccum, hoc eſt, gramen rubens vocant. Nam in ea fere tota, copioſum coccum in maxima laude gignitur. Luſitania ſeu Portugallia, in ea laudatiſſimum coccum naſcitur circa Emeritā, Luſitaniæ inſignem ciuitatem, vt docet Plin. *libr.* 9. & in hac eſt regnum de per ſe, vbi eſt Rex. Luſitanum vero littus cerauno gemma pollet, quod aduerſus vim fulgurum opitulari creditur. Taraconia ſeu Taraconenſis, quæ & Catilonia, hinc Saraconēſia vina nobilitantur elegantia. Vnde Martialis: *Taraco Campano tantum ceſſura Lyeo.* Habet hæc prouincia Taraconenſis, Taraconen ciuitatem, quæ caput eſt Prouinciæ, quam Scipiones condiderunt. Hæ partes principales Hiſpaniæ, in qua & alia Regna ſunt. Inter quæ Regnum Galliciæ longe lateque vulgatum, propter vniuerſalem peregrinationem ad S. Apoſtolum Iacobum Compoſtellanum. Compoſtellanum regnum, inſuper Caſtellæ & Legionis, Aſtronomis memorabile reddidit Alphonſus Rex prudentiſſ. qui tabulas motuum corporum cœleſtium miro ingenio compilauit.

Plinius vero diuidit Hiſpaniam in vlteriorem & citeriorem. *eodem lib.* 3. *c.* 3. *&* *c.* 1. & ibi ponuntur plures & fere omnes particulares partes totius Hiſpaniæ, cuius principatū obtinet ſolus Carolus Auſtriacus, Rex Romanorum, & electus in Imperatorem, præter Portugalliam. Et in Hiſpania obtinet ſeptem Regna, videlic. Regnum Granatæ, Regnum Caſtellæ, Regnum Legionis, Regnum Galliciæ, Regnum Aragoniæ, Regnum Cordouæ, & Regnum Andeloſiæ. De laude vero & excellentia Hiſpaniæ, vide ample per Phil. Bergom *in ſuo ſupplemento Chronic. lib.* 2. qui eam laudat ex pluribus. Primo; quia maxima eſt prouincia; quia felix & fertilis; quia plurima Regna continet; quia plures habuit viros doctiſſimos, ſanctos & Romanos Pont. & etiam habet mare vndiq; & plures fluctus nauigabiles. Vide etiam Cælium *lib.* 10. *cap.* 22. vbi dicit, quod puerperæ viris ipſarū decumbentibus adminiſtrant; & ibi plura alia ſcitu digna. Originem vero & eius antiquitatem ponit Io. Annius *lib. ſuo* 12. *ad Beroſum, de temporibus priſcis. cap.* 1. 2. 3. *&* 4. *v q, ad finem dict. libr.* deſcribit ſeriatim 24. Reges Hiſpaniæ, & ſunt ſequentes:

Thubal V. Iaphet filius.	*Athlas.*
Iberus.	*Sicorus.*
Iubalda.	*Sicanus.*
Brigus.	*Syceleus.*
Tagus.	*Luſus.*
Betus.	*Siculus.*
Gerion.	*Teſta.*
Trigeminus Gerio.	*Romus.*
Hiſpalus.	*Palatuus.*
Hiſpanus.	*Cacus.*
Hercules Libyus.	*Erythrus.*
Heſperus.	*Mellicola.*

Gallia ſequitur Hiſpaniam medio monte Pyrenæo, alia pars Europæ, omnium Regionum excellentiſſima. Et huius partes ſunt, Aquitania, Lugdunenſis, Narbonēſis ſeu Delphinatus, ſiue Prouincia, & Belgica, fere ad Rheni fluenta vſque protenſa, & plures aliæ, quas enumerat Plin. *lib.* 4. *naturalis hiſtoriæ c.* 18. vbi tamen non fecit mentionem de Delphinatu ſeu Prouincia. Partiales Prouinciæ Galliæ ſunt plures, quas alibi ponā: ſed nunc capiendo diuiſionem antiquorum Coſmographorum, diuiditur in Narbonēſem, Lugdunenſem, & Aquitaniam, vel ſecundum Iulium Cæſarem *in ſuis commentariis*. Et Philippus Bergom *lib.* 4. *ſui ſupplementi*, in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam. Et alia etiam Gallia, quæ Ciſalpina dicitur, reſpectu

Tranſalpinæ. Et hæ Galliarum partes, plures alias partiales continent. Belgica vero prima eſt, quæ & à Belga inſigni ciuitate nomen accepit, & hæc nunc Treueris. Et dicta eſt Belgica, quaſi bellorum genus: vbi vehicula quædam primum inuenta fuere, quæ Eſſeda dicuntur, *Eſſi* Gallice. Vnde verſus:

Belgica vel mollis melius foret eſſeda collo.

Quo vehiculo potius vtuntur adhuc Flamingi & circumuicini populi. In hac quoq; complures Ducatus ſunt & Comitatus, Brabantia, Luguburgenſis, Flandrenſis, Picardia, Atrabatenſis, Barenſis, atque aliæ Regiones permultæ. Dicunt tamē aliqui, quod Flandria eſt Germaniæ Regio, vt dicit idem Berg. *vbi ſupra, & in 12. lib. Chronic.* Celtica diuiditur in duas: quædam Lugdunen. dicitur, quædam vero Narbonen. Lugdunenſ. cuius Lugdunum ciuitas eſt caput, tripartita eſt: cum prima ſit Lugdunenſis, ſecunda Rothomagenſis, quæ continet Normanniam, cum caput ſit Normanniæ; tertia deniq; caput eſt Turin metropolis ciuitas Andegauiæ & Bituricen. finitima, Oceanoq; proxima, vt dicit Philippus Bergomenſis *in ſuo loco ſupra allegato.* Sed hodie aliter fit diuiſio; quia diuiditur in Ducatus & Comitatus, vt *infra* dicam. Tertia eſt Narbonenſis Gallia, & ipſa in duas ſubdiuiditur partes, ſcil. in Gothiam, cuius metropolis eſt Narbona, & Burgundiam, in qua plurimæ ſunt vrbes, videlic. Arelatæ regionis, olim caput Aquis, Vienna, & Terentaſia. Hæc regio longo tempore ſub Regibus fuit, ſed nunc regia dignitate amiſſa, Ducatus titulo admodum eſt inſignis: cuius Duces cæterorum Chriſtianorum Duces facile præcellunt. In hac duæ præcipuæ ciuitates, Auguſtudunum ſcil. quam Iulius Cæſar Heduam nominat (cuius ſum ciuis) quæ tantæ fuit potentiæ, vt Rom. auxilio, vniuerſam pene ſibi ſubiugauerit Galliam. Senonenſis item altera fuit, quæ Romam obtinuit, & incendit ac ſpoliauit. Cuius populi & Mediolanum, Papiam, Bergomū, ac alias vrbes in Tranſalpina Gallia condiderūt. Garumnam vero, Sagonam, Matronā, & Sequanā, inter alios fluuios, hæc Gallia habet.

Alia eſt Gallia, quæ dicitur Aquitania, quæ ſecundum Ptolemæum *lib. 1.* ab occaſu, mari Aquitanico, ab ortu & ſeptentrione, Lugdunen. regione terminatur; & à Meridie, Pyrenæis montibus. Habet inſignem ciuitatem, Burdegalliam. Populi eius Aruerni, Pictones, Santones, Bituriges, & alii permulti.

Alia eſt Gallia Tranſalpina, quæ in ſex diuiditur partes ſeu regiones, à Gallis Celtis nuncupata. Ipſi namq; Galli Celtici, quia etiam terra eos, quos genuerat, capere non poterat præ multitudine, Duce Brenno Senonenſi, trecenta eorum millia vna cum vxoribus & liberis, ſiue gloriæ cupiditate pellecti: ſiue, vt alii volunt, ad inteſtina bella vitanda ducti, ad nouas ſedes acceſſere, & in Italiā ſe tranſtulerunt, (vt Iuſtinus *in 34. epi.* habet) Quorum portio nobilior in Italiam conſedit, vbi maſculis omnibus incolarum interfectis, eorum fœminas duxerunt vxores, è quibus liberos ſuſcipientes, & habitu, & lingua, ac moribus paternos mores imitantes, puriſſimi remanſere Galli. Atq; ita vniuerſa Ciſalpina prouincia, appellata eſt Gallia, quę poſtea diuerſis nominibus appellata fuit Gallia. Quia tamen illa hodie nō eſt de Gallia, nec etiam tunc erat, ſed de Italia: ideo illas relinquo in parte Italiæ. Gallia concomitatur, & iungitur Germaniæ, ita, quod Germania magna ſequitur Galliā, quæ Germania magna extenſa vſq; ad Sarmatiam, inter Rhenum fluuium ab Occidente, mare à Septentrione, & Danubium à parte Meridionali. Et hæc Germania diuiditur in duas partes, in ſuperiorem videlicet, & inferiorē. In ſuperiore vero Saxones ſunt ab Rheno diuiſi, vbi Oceanum influit, quibus ſemper, quaſi bello contendunt: deinde Bauaria, Auſtria, Sueuia, Bohemia, & Alemania, ac ſecus Lemni fluenta, eſt Curuania, & aliæ nationes multæ.

In inferiore autem Germania, ab Albio flumine ad Oceanū protenſa, quæ circa Rhenum conſiſtit, ſunt, Albia, Daunia, Ruſia, Marcomandia, & aliæ multæ nationes: &, vt fertur, quinquaginta quatuor gentes inhabitant v-

Digitized by Google

tant vniuerſam Germaniã, vt Anſimari, Quadumgeri, & aliæ gentes ferociſſimi & indomiti animi, quarum immanitas etiam in ipſis vocabulis horrorem ſignificat, & de plurib. aliis vide per Philip. Berg. *in lib. 12. ſui ſupplementi Chronic.* Aliæ etiã partes Germaniæ nominantur *in Margarita Philoſophica, libr. 7. tract. 1. cap. 47.* videlicet Franconia ſiue Francia Orientalis, Weſtualia, Friſia, Saxonia, Thuringia, Haſſia, Marchia, Brãdeburg. Miſia, Sileſia, Bohemia, Morauia, Cimbrica Cherſoneſus, quæ nunc Dacia, vulgo *Dennmark* ad Septentrionem, cum alia ſit Dacia, quæ Walachia nunc dicitur, de qua infra. Poſt Cymbricam Cherſoneſum Noruegia, Suetia in mari. Inter Danubium, & Alpes Rheticas, primã Rheticam ponunt, quæ & Sueuia, quamuis vltra Danubium protenſa ſit. Poſt hanc Vindelicia ſeu Bauaria, cuius pariter magna pars vltra Danubium extenditur. Noricia, cui nonnulli Stiriam, & Carinthiam aſcribunt. Pannonia ſuperior, nunc Auſtria. Pannonia inferior, quæ & Vngaria à mari Adriatico, Hiſtria, Illyris, Liburnia, quam dicunt Croatiam, Dalmatia, quæ Sclauonia: & iſta videtur eſſe maior, quam aliæ tres Regiones.

Italia vero, altera pars Europæ, ſequitur Germaniam, & eſt ab Alpibus vſq; ad mare mediterraneum. In ea ſunt plures Regiones ſequentes. Lõbardia, Thuſcia Etruria, Campania, Marchia, Aprucia, Calabria, Apulia, & ſic de aliis. Et hæ partiales poſitę ſunt *in Margarita Phil. vbi ſupra.* Philip. vero Bergo. *lib. 4. ſui ſupplementi*, dicit, hanc prouinciam omnium totius orbis celeberrimã, & in forma crucis poſitã, inter Adriaticum & Thuſcum mare, ſiue ſuperum & inferum, & à iugis Alpium dorſoq; Apennini montis porrectam, ſe paulatim attollentem, vſq; ad Rheginum verticem, & littora Brutiorum extenditur, in vltimoq; ſui in duo ſcinditur cornua. Eius autem latitudo ab Auguſta prætoria, quæ in Alpium ſiue verſus Occidentem eſt conſtituta, & per Romã Capuamq; porrigitur, vſque ad oppidũ Rhegium, *Sólino teſte*, decies centena, & viginti paſſuum millia colligit. Latitudo vero 410. vbi eſt maior latitudo: vbi vero minor 136. vniuerſæ autem ambitum tricies centena 58 millia complectitur. Vmbilicum eius in agro Reatino eſſe, autor eſt Varro: ſequitur idem Bergo. *ibidem*: vbi ponit, quod ſubdiuiditur in 18 regionib. ſed *lib. 10.* dicit tantum 15 regiones eſſe in Italia. Et *in d. libr. 4.* dicit, quod Iginus, qui de Italiæ vrbibus ſcripſit, refert, ſeptingentas fuiſſe ciuitates. Blondus vero, facta per ſingulas regiones dinumeratione, dicit tantummodo 260. quatuor, quæ Epiſcopos habere dicuntur: & ibi multum laudat Italiam inter cætera, dicendo, illum non vel mediocriter doctũ, quem eius laudes aufugiant: quæ non ſolum humanarum rerum, ſed etiam diuinarum mater habita eſt. Dicit etiam Beroald. *in ſuis orationibus*, quod Italia omnium rerum alumna ac parens nuncupatur. Eadem cunctarum gentium in toto orbe traditur, quæ omnes nationes ſine controuerſia antecellit, viris, fœminis, Ducibus, artium præſtantia, ingeniorum claritatibus. De laude cuius, vide etiam Strabonem *lib. 6. ſuæ Geographiæ*, vbi laudat eam ex multis, ad quem recurre, & ad Bartholomæum Sibyllam *in ſuo ſpeculo, in 2. cap. 1. dec. 4. quæſt.* Inter has partes Europæ, poſt Vngariam eſt adhuc Miſia, aut verius Mœſia ſuperior: quæ Seruia, ſiue Rhoſciana, & partim Boſna dicitur: Meſia inferior, quæ cõtinet Boſinenſes, & Walachos, Baſſos, & nunc Bulguria: Dacia, quæ Walachia Thracia, in qua Conſtantinopolis quondam ciuitas imperialis Græciæ. Cherſoneſus, Epirus, ſeu Romaniola, Dedania, Moloſſa, Chaonia, Peloponneſus, ſeu Morea, Achaia, ibi Corinthus, Arcadia, quæ & Sicyona à Sicyone Rege, à quo Regnum Sicyonorum, Macedonia Theſſalonica, Ellados, ſeu Attica, vbi Athenæ, Boetia, vbi Thebæ ciuitates nominatiſſimæ.

Græcia, ecce, quam lata hodie, heu! à ſpurciſſimo inimico crucis Chriſti Turco, ferme tota deuaſtata. A Germia vſq; ad Scythiam, Sarmia eſt Regio latiſſima: cuius partes, vt aiunt, Polonia, Maſſouia, Pruſſia, Lithunia, Samethia, Liuonia, Ruſſia, &c.

Digitized by Google

Scythia, & quæ nominatæ ſunt Sarmatiæ Regiones. Barbaria dicebatur à feritate gentium ſeu Tartaria. Hæ enim partes & regiones ſupra dictæ, ſunt omnes de Europa, & fere omnes Chriſtianam fidem agnoſcunt: vt infra amplius dicetur. Ex quo magis laudanda Europa. Has partes ampliori ſtylo declarat Io. Laziardi *in Epitomatib. hiſtoriæ vniuerſalis, c. 42.* quem videas.

Sed quæ iſtarum quinque Regionum Europæ ſit dignior & excellentior, & quæ magis laudanda & extollenda, antequam ponam alias duas partes orbis, Aſiam ſcilicet, & Aphricam, & cum ſim Gallus, & quiſq; ſuum laudet, plus expedit laudare Galliam, eo etiam; quia vtplurimum & opera noſtra videbuntur apud Gallos, quam alios, ne ſim illis infeſtus, plurimum eos laudare cupio. Quoniam rerum noſtratium cognitio, magis ad nos, quam externarum pertinere exiſtimamr: & quantum quiſque ſuæ patriæ debeat, dici non poteſt, *l. velut ff. de inſtit. & iure.* De quo aliquid retuli *in præfatione ad commentaria noſtra ſuper conſuet. Duc. Burg.* etiam quoniam, vt dicit gloſſ. & Bald. ſummando *l. fin. C. ſi ſeruus export. ven.* patria ſua debet cuilibet eſſe maior, quam alia, cum pro ea pugnandum ſit, vt ait Cato, *argum. l. fallaciter. C. de abolit. l. penult. & C. ad leg. Iul. maieſt.* Et pro patria multi ſe deuouerunt, quos vide per Iac. Capelli *in ſuis fragmentis.* Id quod etiam efficit charitas quædam patriæ: qua plerique omnes tenemur. Eſt ſua cuique patria chariſſima atq; gratiſſima. Eſt & amor patriæ ratione valentior omni, vt ait Naſo ad Ruffinum, & qui paulo poſt ſubiungit:

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Et idem:

Dulcis amor patriæ, quo non præſtantius vllum.

Ita patriæ amor quidem ingẽs natura ſingulis innatus eſt. Ideo apud Scæuol. Iureconſultũ *in l. qui habebat. ff. de leg. 3.* teſtator quiſpiam patriam ſuam dulciſſimam vocat, & ibi Accurſ. notat ſuam cuiq; patriam eſſe dulciſſimam. Atq; etiam Mar. Soz. *conſi.* 35. incip. *circa prædictam. colum. 3. v. 2. magis proxime.* & per illum text. etiam dicit Romanus *conſi.* 47. quod incipit, *propoſita quæ. verſ. 4. ad idem, quod ſua cuiq; patria cæteris dulcior eſt & amabilior.* Itaque natura ita comparatum eſt, vt patriam ſuam, qualiſcunq; eſt, quiſque laudet, extollat, prædicet, ſicut etiam facit Vlp. Iureconſ. *in l. 1. in princ. ff. de cenſib.* vbi ſuam ipſius patriam mirum in modum commẽdat, magniſq; laudibus effert. Et conſi. Ariſt. eſt relatum per Polycr. *libr. 8. c. 2. de nugis Curialium,* dicentis, intereſſe plurimum, vbi quicquid laudetur, vel vituperetur. Nam plurimum refert, qui ſint audientium aut legentium mores. Ideo de laudibus, & prius de origine gentis noſtræ aliquid attingere decreui. Sed ne grauem materiam, omiſſa præfatiuncula, ſeu ne illotis, vt aiunt, manibus aggrediar, dicam cum noſtro Textore Gallo *in ſuis Epithetis,* in verbo, *Galli.* Cum rerum clariſſime geſtarum celebritas diu nunquam lateat in obſcuro: miror atq; miror, quid fuerit cauſæ, vt Gallorum (qui totius orbis, nedum Europæ, clariſſimi fuerunt, & potentiſſimi) obſcura, ac velut neſcio quo obliuionis conopeo, ſeu velo, ſepulta ſemper dormiuerit origo, neq; certum aliquid non modo prioris ſeculi ſcriptores poſteris reliquerint: ſed nec liberis quidem nobis, proaui noſtri, verbum vnquam fecerint vllum. Nulla eſt ortus quantum peregrini & obſcuri natio, quæ aliquam ſui ac principum ſuorũ memoriam poſteritati non dimiſerit. Qui de Scythis (exempli gratia) agreſti tamen & barbara gente non loquatur, quique de eorundem Regina Thomyri nõ multa garriat, inuenitur nemo. Ponticã gentem ſolus Mithridates fecit memorabilem. Colchos nulla re magis, quam veneficio inſignes. Sola Medea ſuis clarauit parricidiis. Sauromatæ ſeu Sarmatæ tractilibus caſulis volubilibuſq; tuguriis (quia plauſtris pro domib. vtuntur) famam ſibi compararunt. Troglodytas, Erembos, Aſtrata, Homeritas, Brachodios, Blennyas, Æthiopiæ gentes, & ſi remotiſſimas memorãt Coſmographi. De Getulis, Numidis, Maſſylis, Mauris, & Marmaridis, Aphricæ loquũtur omnes Gymno-

Gymnoſophiſtæ, Bragmanes, Hermanes, Orithæ, Ichthyophagi, Cynamolgi. Indorum remotiſſimi etiam prædicantur. Arabiæ, quæ Petrea nuncupatur, Agrei, Gerrei, Ammanitæ populi, & ſi ignoti, nomen tamen meruerũt, vt multa paucis perſtringam: Parthi, Medi, Babylonii, Aſſyrii, & aliæ cuiuſq; regionis gentes, ſuis illuſtratæ ſunt titulis, & ampliſſimis plerunq; voluminibus decoratæ. Si ab Aſiaticis ad Europeos ſit veniendum, Ethruſci, Piſani, Inſubres, Volſci, Hernici, Equi, Vmbri, Sabini, Picentes, Prçcutini, Veſtini, Marſi, Samnites: omnes Italiæ populi, ſcriptorum monumentis efferuntur. Spartanis, Athenienſib. Myceneis, & Corinthiis, quantum ampulletur, & ſuperbiat Græcia, nemo non nouit. Soli Galli, omnium tanto nobiliſſimi, quãto rei bellicæ peritiſſimi, omittuntur, ac velut incognita Demogorgonis ſpelunca inhumati, nihil omnino, aut certe parum in lucem adhuc emiſerũt: magiſne iniuria temporum an ſcriptorum negligentia contigerit, ignotum eſt. Audeam tamen dicere, virtutum magnitudine, probitate morum, conſilio, prudentia, comitate, religione, pietate, bellãdi peritia nullis vnquam terrarum populis fuiſſe inferiores: quod ſatis ample, & veridice, ſtyloque elegantiſſimo proſequitur Textor in dicto loco, & ita Galliam cæteris Europæ partibus eſſe extollendam conſtat, tam ex prædictis, quã origine, amœnitate, frugalitate, ſeu fertilitate: ex fide Chriſtiana ſemper obſeruata literarum traditione, & pluribus aliis, quæ etiam teſtimonio autorum extraneorum, ſigillatim declarabimus. Nempe, vt ibidem diſſerit Textor, Gallorum prima origo incerta, & obſcura eſt. Sunt enim, qui dicunt, Gallos dici quoque Galatas à Galate filio Herculis: qui vt ſcribit Diodorus, deuicto Geryone in Galliam veniens, ex virgine quadam eius loci indigena, Galatam genuit, qui Regno præfectus, incolis dedit nomen. Quod & Beroſi verba confirmant ſcribentis, Celtas, qui ſunt Galatæ veteres, conſtat à Rege Galate filio Herculis nuncupatos, à quibus etiam *Galatæ* in Aſia, & *Gallograci* in Europa dicti ſunt. Appianus tamen Celtas à Celto Polyphemi filio appellatos putat. Sed hæc omnia ficta & commenta ſunt, eorum ſcilicet arbitrio, qui vt aliquid ſcire viderentur, aut ſaltem lectores non viderentur deſtituiſſe, has pro animi ſententia fabricati ſunt origines. Verior videtur ratio, vnde Galli dicti ſint, *à niueo lactis colore*, quod gala dicitur, quod ſcilicet eorũ corpora ob frigoris vim modo lactis ſint alba, & candida. Quod etiam non diſcrepat à Virgiliano verſu:

Virgatis lucent ſagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur.

Vnde Baptiſta Mãtuanus ex Dionyſio, *li.* 2.

Ignea mens Gallis, & lactea corpora, nomẽ
A candore datum populis.

Cuius ſententię adſtipulator eſt Laziardus *in ſuis Epitomatibus Hiſtoriæ vniuerſalis. cap.* 17 *in fin.* licet Ioan. le Maire *in ſuis illuſtrationibus Galliæ* originem Gallorum à Rege Galate filio Herculis, de quo ſupra, fuiſſe aſſerat.

Extollenda eſt etiam ex amœnitate loci, & terræ frugalitate ſeu fertilitate: cũ terra prior ſit homine, prior laudanda eſt, & vt facile cognoſcatur, nulla eſt pars terrarum, quæ merito Galliæ conferri poteſt: ſiue eius ſitum, ſiue perennem ſalubritatem: ſiue quicquid quo carere vita non debet, ſcrupuloſiſſime requiras. Itaque ad hanc exornandam omnes naturæ vires incubuiſſe, cur ſit credibile dicam. Principio cœli eius ea eſt clementia, ea felicitas, vt nec immodicis æſtuet calorib. nec rurſus arcticis frigoribus torpeat. Tam moderata loci natura, tam blanda amœnitas, vt innocentiſſimus vbique ac ſaluberrimus aer duriùs neſcias, an mollius trahatur. Id facit maxima ex parte peſtiferis obiecta Auſtris, Alpium vaſtitas, ſummouens ab arcto horridos aquilonis rigores: Britannia patens ab ortu Regio, quæ nos à Germanis Rhenus diſcriminat: prætenta occiduis flatibus Pyrenæi iuga. Non hic, vt in Italia crebro fulmina ſæuiunt. Nam capitolium non ſemel, ſed ſæpius fulmine ictum conflagrauit, ait Lactant. *lib.* 3. Nec anniuerſariæ lues debacchantur, vrbeſque totas exhauriunt. Nulla hic infida graſſantur maria, nulli terræmotus vrbes abſorbent, quod in Italia, Græcia, & Aſia frequentiſſimum.

Digitized by Google

Non hic campi vaſtis arenarum ſolitudinib. ſqualent: nec, vt in Aphrica innumeræ, tum belluarum, tum ſerpentum peſtes, homines & deuorant, & lenta venena tabe conficiunt. Soli tanta eſt feracitas, tanta fœcunditas, vt Galliarum vbertati Sicilia inuidere poſſit: quæ tyrannicis crudelitatibus nunquam non exercita ſtupendæ fertilitatis pœnas etiamnum luit: hic nullæ paludes latifundia occupant, nec tenuiſſimo ceſpitum corio ſtatim arena ſubeſt, peculiare Germaniæ, & ſeptentrionis malum. Dixeris hic Palladem cum Baccho certaſſe, maior ne vini copia an olei exundaret? Quibus Anglia, cum non tam careat, quam indigeat: fateantur Britanni oportet, ſe duos precioſiſſimos naturæ liquores Francis debere: accepto referant, quod & Galliæ abundantia Britannicam ſterilitatem quotannis fere leuet. Etenim vnde frumenti omnigeni copiam, atque ex Gallia expectabunt? Non ab Hiſpania, quæ frequentiſſimis rupibus aſpera, torrido Solis vapore magna ex parte ſqualida, & ſiticuloſi tractus iniuria, famem vel incolis ſuis indicit. Profecto Luſitaniæ, Galliciæ, Aſturiæ, Cantabriæ, Gallia horreum eſt. Non à Germania. Hac enim quicquid frugis à cibo ſupereſt, id omne in potum coquit abſumitque in ceruiſiã. Quid bellatores Morinorum Treuerorumque, & Burgundorum equos commemorem? Quid optima Britonum armenta? Quid felicia Lemonicum, Aruernorumque paſcua? Quid perpetua Cereris, & Pomonæ in Armoricis ſtudia? Tot nobilia Biturigum, & Alceti vellera? Tot generoſa Leodiorum ſaxa? Tot ſplẽdida Heluetiorum æra? quid tenuia? quid cãdida? quid neruoſa Atrebatum, Rhemorum, & Camoracenſium lina? quid illa terris omnibus expetita Neruiorum aulæa? Allobrogum, Lotharingorum, & Coriſopitentium, quo recentiores ſunt argenti aurique fodinæ; hoc magis arguunt, Galliam nondum effœtam eſſe tot ſeculorum prouentu. Nam apud Tectoſagos, Tarbelios, & Aquitanici maris accolas, aurum effodi ex Strabone, apud Metellam ex Plinio nemo neſcit. Et etiam apud Iuriſconſultum Papinianum *in leg. diuortio. § ſi vir. ff. ſolut. matrimon.* relatum eſt in Gallia lapides renaſci. Sed quis obryzum Baionenſibus fluere non potius mirabitur? Quid tam profecto verum, quam certũ Garonæ, Rhodani, & Dordonæ auriferas eſſe vndas? Druentiæ vero non ſolum aureis arenis beata, ſed & gemmeis lapillis precioſa fluenta. Narbonenſis prouinciæ dotes, qui pro merito attigerit? tam ſuaues florum odores? tam numeroſos ſuccorum ſapores? tam varios infectricum herbarum colores? tot ſuaue-rubentia cocci grana? fragrantes thymo ſaliunca libanotide campos? emicantes benigne calidorum fontium ſcaturigines? fertiliſſimos croci Albigeſiorum agros? In plenum autem Galliæ promiſcua, tot munifica opacorum nemorum genera? tam teneras luxuriantis ſoli glebas? Tot læta apricorum collium vineta? Tam ſuperba frugiferarum arborum poma? Tam multiplices pecorum greges? Hæc Chriſtophorus Longolius in ſua oratione de laudibus diui Ludouici atque Francorum habita in vniuerſitate Pictauica pro natione Franciæ. In qua multa dictu maiora, quo ad amœnitatem, temperantiam, & feracitatem eiuſdem breuiloquii cauſa ſciens prætermiſit, vt ſunt vina Belnenſia ſeu Burgundiæ, quæ ſuper omnia vina ſunt pręcipua, & extollenda: & fere per vniuerſam Galliam, Flandriam, Picardiam, Normanniam, & Britanniam vehuntur. de quibus infra *in* 84. *conſider.* huius partis. Quinetiam, vt ait Campegius *in libr. de tropæis Gallorum, tract.* 1. Terra Galliæ eſt frumenti præcipue, & pabuli ferax, hinc temperato calore, inde felicibus & tempeſtiuis imbribus, in omnia frugum genera fœcunda eſt adeò, vt non ipſis tantum incolis, verum etiam Hiſpaniæ, Italiæ, & præſertim Genuenſibus cunctarum rerum abundantiam ſufficiat & ſubminiſtret. Hinc etiam non frumenti tantum copia magna eſt, verũ etiam vini, olei, melliſque. Noxio genere animalium minime frequens, fluminibus & fontibus irrigua, duobus magnis fluuiis Rheno, & Rhodano inſignis: omnia ad vſum animantium fœtu beatiſſima. Et de huiuſmodi Galliæ fertilitate, & bonis; meminit Budæus noſter

noſter *in libro de Aſſe, & partibus eius, lib.*4. vbi ait: O beatam futuram Galliam, ſi tam ei contigiſſet heros habere frugi, quam bonos habere ſolet! Nam mancipia, vel quæ maxime vnquam prouincia dicto habet audiētia. Iam primum in ea ſummum Liberi patris cũ Cerere certamen, vt vini nobilitates nõ poſſit ſine nomenclatoris opera numerare. Mitto temperiem cœli, & clementiam, & quod vtriuſque maris cinctu, & commercio commode comiterque habitatur: ſoli vbertas tãta eſt in vniuerſum, etiam inter inopes frugum ſterileſque prouincias, vt quaſi annonæ præfecturã ſub cardine noſtro gerere exiſtimemur; prorſus (abſit inuidia verbo) vt ieiunia indicere finitimis, victumq; abſtemiũ cum libuit poſſimus, quum ſumem (vt ita dicam) occidentis arare videamur, ſi in vniuerſum fiat æſtimatio. Adde animorum alacritatem ad res omnes inceptandas, & dexteritatem corporum impigram atque eximiam ad voces obeundas. Et idem Budæus *in dicto libro, & libr.*3. Inter alios Principes mundi dicit Regem Franciæ, qui tenet fere totam Galliam, habere magnas opes, & tot nummos redituales habere, quot olim Rom. Imperium habuit. Vnde dicit: ſi tributa, quæ quotannis ex occaſione gerendarum rerum varie indicuntur, ad ſtatam fixamque ſummam, & formulam redigerentur, poſſe hilari populi conditione ad quinquies, & vicies centena millia peruenire. Vectigalia autem, & patrimonium regium, ac diadematicum duodecies centum millium conficere. Reliqua omnia, quæ vices ſtatas non habent, qualia ſunt fortuita, & aduentitia, & omnia in fiſcum cedētia, in paginam liberalitatum ſunt ſeponenda cum muneribus & magiſtratibus, & omnib. diſpenſationibus, quæ codicillis conferuntur à Rege, ſed illa non taxat *in dict. lib.*4. ſed *lib.*3. aliter æſtimat reditus Regni Franciæ, ideo eum vide.

Extollenda & magnificanda eſt etiã Gallia ex morib. antiquis Gallorum, qui erant multum vtiles, laudabiles, & virtuoſi, de quibus multi atteſtantur. Nempe Gallorum prioris ſeculi mores noſtris longe diſſimiles fuerunt. Primo enim liberos ad conſpectum ſuũ prius venire non patiebatur, quam per ætatem adoleuiſſent, ac ſubeundis militaribus periculis eſſent idonei: quod etiam legitur obſeruatũ fuiſſe à Spartanis ſeu Lacedæmoniis, qui optimis Lycurgi legibus ſeu inſtitutis regebantur. Vtinam atque vtinam ille mos apud nos obſeruaretur, ne liberi ab vtroque parente nimis delicate enutriti deperderentur. Item viuentes amicis mutuo concedebant, quæ apud inferos creditoribus exoluerent: hæc nõ approbo, nec approbat fides noſtra Chriſtiana, licet mutuum dare ex charitate procedat. Tertio; viri, quantas ab vxoribus pecunias nomine dotis accepiſſent, tantundem domeſticarum fortunarum æqua æſtimatione cũ dote conferebant: quicquid inde fructuum ſuccreſcebat, aſſeruabatur, eratque eius, qui alteri fuiſſet ſuperſtes cum capite. Ita enim (teſte Bapt. Fulg. *in ſua collect. de dictis factiſq; memorabilib. lib.*2. *titu. de priſcis inſtit.*) facta inter virum vxoremque par conditio, plus amoris retentura in matrimoniis putabatur. Et ibi ſcribit de Gallorum conſuet. circa matrimonia. Haud malus, ait, Gallorum is mos erat, quo in copulandis matrimonio puellis vtebantur. Nam ne propter ingratum matrimonium puellæ parentes incuſarent, parata magno inuitatorum numero cœna, virgini permittebant, vt ex inuitatis maritum ſibi deligeret. Electionis autem illud ſignum erat, cui ipſa ante alios aquam manib. dediſſet. Quarto; viri in vxores ſicut in liberos, vitæ & necis poteſtatem habuere. Et pro hoc facit; quoniam non minor debetur reuerentia per vxorem marito, quam per filium patri. Dominus meus Iaſ. *in l. tranſact. C. de tranſact.* dixi ſ. *in* 11. *par.* Quinto; ſi qua mulier veneficii fuiſſet conuicta, à mariti ſui propinquis incẽdio, aliiſq; cruciatibus conſumebatur. Sexto; quæ viuentibus chara fuiſſent, cum eiſdem defunctis in funere cremari conſueuerant, vel ipſa etiam animalia, ac etiam alias ſerui, & clientes, quos ab his dilectos eſſe conſtabat. Septimo; de Republica, niſi in publicis conſiliis, nõ licebat loqui, & de prædictis vide *in commen. Cæſaris, li.* 6. *de bell. Gall.* Octauo; qui vltimus

in conſilio venerat, morti dabatur, vt idē Cæſar ait *ibi lib.5.* Nono; Ei, qui tumulatus eſſet, miniſter publicus veſtes reſcindebat, adeò, vt reliquæ partes prorſus eſſent inutiles. Decimo; Prolixas nutriebant comas: hodie vero breues deferunt ad modum Alamanorum. Vndecimo; Veſtes auro pictas geſtabant, & hirſutis vtebantur ſagulis: propterea Iuuen. *Satyra 9.* textorem appellat Gallum, vbi ait:

Et male percuſſas textoris pectine Galli
Accipimus.

Viliores enim veſtes texebant. de his Strabo *lib.4.* ſic ait: Sagis veſtiuntur, comaſq; nutriunt. Promiſſis vtebantur fœminalibus. Pro tunicis ſciſſos gerebant amictus, vix pudenda nateſque velantes, lana quidem aſpera & oblongis villis, ad quod alluſit Martial. dicens:

—— Me pinguis Gallia veſtit.

Et lib.4.

Accipe Sequanicæ pinguem textricis alumnam.

Et Virg. lib.8. de eiſdem ſic meminit:

Aurea cæſaries illis atq; aurea veſtis:
Virgatis lucent ſagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur, duo quiſque Alpina coruſcant
Geſa manu, ſcutis protecti corpora longis.

Et ſicut diuerſos colores picturæ Babylonii: plurimis vero liciis Alexandrini texuere, quæ polymita appellant, ita Galli ſcutulis veſtes diuidere, quæ ſcutulata dixerunt, inſtituere. Haſtas alii, alii arcus, plerique fundas, nonnulli fuſtes in bella ferebant, prælongiſq; vtebantur gladiis.

Duodecimo; Galli humi corpora reſupinabant ad quietem Strabonis ætate, ſtramētis ſedentes cœnitabant, lacte, & ſuilla carne veſcebantur, feroci omnes ingenio, ducebātur maiore belli quam agrorum ſtudio: torques aureos penſiles collo portabant; Victoria efferebantur, victi autem ſtupebant, eorū (quos in bello cæcidiſſent) capita, equorum ſuorum ceruicibus appendebant.

Decimotertio; mos etiam fuit apud Gallos, præcipue Belgas, vt in comm. Cæſ. *lib.1. in pri. & in 2. de bello Gall.* laudabilis, quod mercatores minime ad ſe venire patiebantur, qui ea importent, quæ ad effœminandos animos pertinent, quæ conſuetudo approbatur à F. Patritio *in ſuo lib. de inſt. Reip. li.1. tit.8.*

Decimoquarto; Mercurium præter cæteros Deos venerabantur, quem omnium artiū prædicabant inuentorem, vt patet in comm. Cæſ. *lib.6. de bello Gal.* Ituri in pugnam, quicquid manubiarum inde retuliſſent, vouebāt Marti. Fraudantes aliquid ex prę̨da graui ſupplicio puniebant.

Decimoquinto; vt ſcribit Diod. Sicu. *lib.5.* Fuit etiam apud eos moris, nullum abſque Philoſopho ſacrificium facere. Exiſtimabant enim per diuinæ naturæ conſcios ſacra fieri oportere, tanquam Diis propinquiores. Horum interceſſione bona à Diis cenſebant petenda, quorum conſilio in bello, & pace vterentur, vnde & Druydas (qui vetuſtiſſimi eorum ſacerdotes prædicantur) ſacrificia curare publica, & priuata ſolitos, Religiones item interpretari, adoleſcentes diſciplinis inſtituere, rerum naturalium cauſas ſcrutari, de cæde, de finibus, cæteriſque controuerſiis cognoſcere fama eſt: ita vt ſi quis, ſiue publicā, ſiue priuatam perſonam gerens decreto non ſtetiſſet, eidem ſacrificiis interdicerent. Hi omnem hominum congreſſum & ſermonem declinabant, ne contagione polluerentur; vnus omnibus præerat, in cuius defuncti locū, ſuffragio alius ſufficiebatur. Animas credebant non interire; ſed in alia tranſire corpora. Multa de ſyderibus diſputabant, de mundi, & terrarum magnitudine, de rerum natura, & poteſtate, vt de iis, & pluribus aliis Cæſar fecit mentionem in ſuis comm. *lib. 6. de bello Gall.* & infra dicetur *in 59. conſider.* vbi præcipue laus huius ciuitatis Heduæ deſcribetur.

Decimoſexto; autore Cæl. *lib. antiq. lect. 12. ca.42.* Galli ſagittas helleboro conſueuerant collinire, quod iis in venatibus transfixæ feræ, multo viderentur & efficerentur teneriores, & delicatiores ad cibum. Reſcindebant tamen partes quæ ambibant vulnus, propter hellebori contagium.

Tanta denique, *teſte Cælio li. antiq. lect. 7. c. 54* fuit Gallicarum mulierum virtus, vt inter infeſtas ciuilis furoris acies, quandoque ſeſe immit-

immittere conſueuerint, ac lachrymis interdum, quandoque etiam precibus obliterata diſcordia pacem procurare. Vnde & apud veteres Gallos mos diutiſſime ſeruatus inoleuerat, vt cum de pace belloque conſultaretur, mulieres adhiberentur. Si qua præterea, vt fit inter ſocios, incidiſſet controuerſia, mulieres ſedebant arbitræ, quod adhuc de conſuetudine approbata, (quæ pro lege ſeruatur) apud nos obſeruatur. Cum in partibus Gallicanis fœminæ præcellentes, vt Regina, in ſubditos ſuos ordinariam iuriſdictionem habere noſcantur, vt dicit textus *in ca. dilecti. de arbitris. in antiquis.*

Præterea in fœdere (quod ſanxerunt cum Hãnibale) voluerunt, vt ſi quis Gallorum ſe à Carthaginenſium aliquo iniuria affectũ quereretur, eius rei iudex eſſet Carthag. magiſtratus. Sin Carthaginenſium quiſquam ab vllo Gallorum iniuſti quippiam paſſus eſſet, Gallicas mulieres de ea re iudicium facere: hæc Cælius, vt refert Textor *in ſua officin. in fine*, vbi deſcribit diuerſos mores populorum, & *in ſuis Epithetis, in verbo, Gall.* & dixi ſupra *in 2. par. in 19. conſid.* vbi laudantur mulieres ex ſagacitate. *in fi.*

Sed de Gallis vlterius proſequamur cum Textore noſtro: Si virtutes Gallorum inſpexeris (ait ipſe) maxime Regum, & Principum, perpaucos reperies, omnibus Romanorum Imperatoribus non facile præferendos. Quis Regum noſtrorum pronus fuit in ſtupra, & rapinas, vt Iulius? in adulteria, vt Auguſtus? Ebrietatem, & comeſſationes, vt Tyberius? vim ſororibus inferendam, vt Caligula? ad crudelitatem, vt Claudius? Quis vnquã matrem interfecit, vt Nero? Auaritiæ ſtuduit, vt Galba? ſordidæ fuit gulæ, vt Vitellius? portentoſæ libidinis, vt Heliogabalus? ſenatorum interfector, vt Domitianus, vt Traianus, & Diocletianus? Chriſtianorum homicida, vt Adrianus pædolatres? Aleator, & popino, vt Antoninus vetus, vt Commodus, Neronis imitator? Parcus, vt Ælius Pertinax? Parricida, & inceſtuoſus, vt Caracalla? Inſtar Maximini guloſus? Inſtar Gordiani iunioris, mulieroſus? Cæterorum denique inſtar omnium probroſis omne genus flagitiis adortus? Sed noſtra Gallia his portentis caruit. Felix Gallia Regibus, inquit Italus Politianus. Et de virtutibus illorum ſcripſit ſatis breui ſtylo Symphorianus Campegius *in ſuo tractatu de trophæis Gallorum in cap. de genealogia*, & Guaguinus ample, *in ſuis Chronicis, de geſtis Francorum.* Et in hoc præ cæteris Principibus & Regibus mundi veniunt laudandi, quod à tempore fidei Chriſtianæ ſuſceptæ, continuo veri zelatores, & protectores eiuſdem extiterunt, quod patet ex ſignificatione vocabuli (cui eſt ſeruiendum, *vt inſt. de dona. §. eſt & aliud.*) cum Chriſtianiſſimi nuncupati ſint, nulloſque errores contra ipſam fidem receperunt, fouerunt que: ſed illos à Regno exſtirpauerunt, tanquam fortes hæreticorum malleatores: ita quod ſola Gallia caruit monſtris, vt infra proxime amplius dicetur. Inter alia etiam ſemper floruit Gallia in adminiſtranda iuſtitia, vt dixi in pluribus locis, propterea verificatum eſt dictum Pſalm. in Gallis, vbi ait: *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Nec mirum, cum maxime Gallis innata ſit iuſtitia, temperantia, concordia & vrbanitas, vt ſtatim dicam.

Præconizanda eſt vlterius Gallia, tam ex Religione antiqua, & cultu Deorum obſeruato, prout tunc temporis mos tulit, de quib. iam aliquid retuli ſupra proxime, quam ex fide Chriſti, ſemper ſeruata, quam nunquam à tempore, quo illam receperunt, quod fuit an. Domini 478. quo tempore Clodoueus Rex Franc. effectus eſt Chriſtianus, hortatu, & deprecatione Clotildis eius vxoris, filiæ Regis Burgun. quæ Chriſti documenta ſequebatur, cum ante id tempus iam effecti eſſent Chriſtiani Reges Burg. quæ pars eſt Galliæ, dimiſerunt, reſpuerunt, repudiauerunt, nec ab illa receſſerunt: ſed ſemper in fide Chriſtiana firmi, & veri permanſerũt; Ita, quod Gallia ſemper monſtris caruit, vt dicit Pet. Bleſ. *in ſuis Epiſt.* & etiam Hier. *in Vigilantium*, & Pet. venerabilis Ab. Cluniac. *li. 4. Epiſtolarum Epiſt. 11.*

Et primo de Religione antiqua, & cultu Deorum, videas Iuſtinum de Maſillia loquentem.

gem dixerat, à gregario milite amputatū, ad calones & lixas eſt proiectū. Otho 95 imperii die ſe ipſum pugione confodit. Domitianus, ex optimo patre peſſimus filius, Chriſtianorum perſecutor ſæuiſſimus, anno Imperii ſui 15 necatur à ſuis: tanto infelicior, quanto eius potentia diuturnior. Prolongatio enim tam ſæuæ tyrannidis quid fuit, quam coaceruatio diuinæ indignationis? iuxta dictum Valerii Maximi: Lento etenim gradu ad vindictā ſui, diuina procedit ira, tarditatéq; pœnæ ſupplicii grauitate cōpenſat. Antoninus Cōmodus, omnibus, vt dicitur, incōmodus, duodecimo Imperii anno ſtrangulatur. Ælius, quod illiberalis eſſet, & ſordidus, imperii menſe ſexto palā occiditur. Antoninus Caracalla 7 imperii ſui anno, dum leuandæ veſicæ gratia deſcendiſſet ex æquo, à Parthis opprimitur. Heliogabalus, homo flagitioſiſſimus, quarto imperii anno tumultu militū necatur. Decius, Chriſtianorū inimicus, Imperii anno ſecūdo à Barbaris eſt occiſus cadauere eius nuſquam reperto. Valerianus, qui cū Galieno regnauit, captus à Pacoro, Parthorū Rege, non occiſus ſtatim, ſed occœcatus, & catenatus atque ad diuturnā mortē reſeruatus. Erat n. ei equū aſcendenti ſcabellū pedum, quod aliter dicitur ſuppedaneū. Nonne & Tyberius veneno periit, qui ex manſueto Principe in ſæuiſſimam permutatus eſt beſtiā? Pertinax Imperator in domo ſua à militibus occiſus fuit. Iulianus Didianus in Palatio occiſus eſt. Macrinus poſt Baſſianū à ſuis occiſus fuit. Alexander Verus, Heliogabali filius, à militib. opera Maximini occiſus fuit. Maximinus apud Aquilegiā cum filio ſuo à militib. occiſus eſt. Gordianus tertius interfectus eſt à ſuis militibus. Philippus, & ſuus filius eiuſdē nominis, ambo in tumultu militari fraude Decii interfecti ſunt, pater Veronæ, & filius Romæ. Quintilis frater Claudii occiſus eſt. Florianus occiſus eſt inſidiis militū. Probus de Pannonia occiſus eſt à militibus. Carus Romanus cū exercitu fulminatus eſt. Carinus occiſus eſt à Diocletiano, frater eius. Numerianus occiſus eſt proditione Apri, ſoceri ſui. Diocletianus venenum bibit. Galerius, poſtquam multis moleſtiis affecerat Chriſtianos, diuturno morbo contabuit, & cum vermes ex eius corpore ſcaterent, cruciatus impatiens, manu propria ſeſe interfecit. Licinius occiſus eſt à ſuis. Maxentius in fluuiū, cum ſuorū magna parte ſubmergitur. Conſtans, Conſtantini magni filius, occiſus eſt. Iulianus Apoſtata transfixus telo in deſerto Parthiæ ab vno ignoto milite, occubuit. Valens, vulneratus ſagitta, fugiens in vilem caſam, viuus crematus eſt igne. Valentianus ſecundus ſtrangulatus eſt apud Viennam, fraude Arbogati, comitis ſui. Honorius occiſus eſt Romæ. Valentinianus tertius occiſus eſt Romæ, ab vno ſuorum militum. Marianus occiſus eſt coniuratione ſuorum militum apud Conſtantinopolim. Conſtantinus ſecundus occiſus eſt à ſuis in Balneo. Iuſtinianus ſecundus, qui à Leone relegatus fuerat, vbi recuperauit Imperium, Leonem ipſum, & Tyberium, qui inuaſerat Imperium, in publico iugulare fecit: ſed ipſe ab vno militum ſuorum, quem relegauerat, vincitur, & occiditur. Sed quid pergo Tyrannorum cædes recenſere, cum meæ tantum intentionis ſit laudes, honores, & glorias recenſere? Deſcendamus ergo ad laudes, & triumphos Gallorum Principum, qui non ita periere, vt de Clodoueo, & aliis Regibus, vſque ad Carolum Magnum videri poteſt, qui non minor in bello fuit Cæſare. Hic fuit optimus Princeps Chriſtianorum, qui terram ſanctam occupatam à Sarracenis recuperauit in Oriente, & in Occidente totam Hiſpaniam liberauit de manibus eorum. Maximus pugil fidei Chriſtianæ, & Eccleſiæ Romanæ protector. Hic fuit Princeps, qui occaſus & ſeptentrionis ſparſa Regna ſub Francorū congregauit imperio. Carolus is eſt, cui à rerū geſtarum magnitudine, Magni, cognomen fuit, qui patria æmulatus veſtigia, Hadrianum, & Leonem Romanos Pontifices, illum obſeſſū, hunc exulantem in integrum reſtituit. Hic ille eſt, qui Longobardorum Tyrannidem euertit, Hunnorū Imperium excidit, Angliam recepit, Bauariā domuit, Hiſpaniā ſubiugauit,

Italiam poſſedit. A Corſica Mauros, Sardinia Pœnos, Balearibus Saracenos exegit, expulit, exturbauit. Hic ille, qui Bohemos contudit, Danorum impietatem coercuit, Sclauorum ferociam fregit, Saxones Chriſto audientes reddidit. Hic ille, qui Fluentinorum vrbem ruderibus obrutam inſtaurauit, denominauitque Florentiam, à liliorum floribus, Francorum inſignibus. Hic ille, qui cum tantus foret, vixque ab armis (ingruentibus vndique hoſtibus) reſpiraret; Interea tamen Papiæ iuris vtriuſque profeſſores; Sed & Pariſiis maius aliquanto diuinæ humanæque ſapientiæ gymnaſium inſtituit, ex quo quam multi, omnibus diſciplinis conſpicui, Chriſtianũ orbem, veluti micantia ſydera, illuſtrauerint, tã mihi nimirum dictu reor difficile, quàm longum, vel ſummos hominum flores nobilitatis Franciæ delibare, vel nuda deuictarũ Prouinciarum commemorare nomina. Hic ille, cuius felicitatem miratus Oriens, ab India vſque legatos cum muneribus, amicitiam eius petentes, miſit. Hic denique ille eſt Carolus, quem Auguſto parem fuiſſe, atq; adeo maiorem, haud immerito contendimus: niſi quod nec vim patriæ intulit, nec imperium armis inuaſit, neque Conſules de ſe optime meritos extinxit, neque ciues ſuos truculentiſſime proſcripſit, neque Collegas, & conſanguineos ad mortem compulit. Vixit autem annis 71. & mortuus eſt, non vt Cæſar, per violentiam, ſed feliciter apud ſuos, cum regnaſſet ſuper Gallos annis 47. & imperaſſet poſt bellorum ſuorum finem, non tribus annis duntaxat, & menſibus ſeptem, vt Cæſar, ſed annis nouem cum magno omnium ſuorum planctu. De victoria eius, quam fecit pro fide, dixi ſ. *in 5. par. in 23. conſid.* vbi ſcripſi, qualiter de eo fuerit prophetizatum per Ioannem Euang. pro tuitione Eccleſiæ.

Multi ex Principibus Gallorum poſt Carolum in Imperio claruerunt, cuiuſmodi fuerunt Ludouicus primus cognomento Pius, Caroli Magni filius, Lotharius, Ludouicus II. Carolus II. dictus Caluus, filius Ludouici Pii, patruus Ludouici II. & frater Lotharii, Carolus Minor, ſeu tertius, nepos Caroli Calui, Arnulphus, qui ex Carolorum fuit progenie, qui Normannos mirabili cæde deleuit, & Romam cepit, Ludouicus III. Arnulphi filius. Iſti fuerunt Gallorum Reges, qui non per tyrannidem, ſed per electionem rite celebratã, Romanum feliciter obtinuerunt Imperium. Et de morte iſtorum vide Pyrrhum, *in ſuo ſerm. de fortuna, in Plutarchũ,* & Campegium *in genealogia Francorum Regum*, vbi vitam illorum, initium Regni, & annos deſcribit; & ex computatione temporũ, ſecundum Chronicas, Imperium annis centum & decem Caroli Magni progenies poſſedit, & cum M. Sabellico dicere poſſum, nõ minus Romanæ Eccleſiæ, quam reliquæ Italiæ calamitoſum eſſe, quod à Francis ad Germanos translatum ſit Imperium.

Quid amplius de Gallis dicendum venit: profecto nihil, niſi, quod vnus & verus eſt Deus, Regnum à gente in gentem transferens, propter iniuſtitias, iniurias, & contumelias, ac diuerſos dolos, & diſponens tẽpora, peccata quoq; puniens. *Eccl. 10. c.* Quæ enim infirma ſunt mundi, quandoq; eligit, vt confundat ſuperba. Nam poſtquam res Aſiæ, Ilionq; ſuperbum cecidit, Troianis per vniuerſum pene orbem profugis, ab eiſdem tandem exordium Francorum ſumpſit Regnum: quod per Duces, alioſq; officiales diutius moderatum in ſublimeque prouectum, paulatim Normanniæ, Picardiæ, Aquitaniæ, atq; Lugduni, cæteriſq; circumadiacentibus Regionibus ampliatum fuit. Tandem Regem fortiſſimum, totam Galliam, & Ciſalpinam, & non minimam Tranſalpinæ partem occupantem, & cunctas Regiones, à mari vſq; ad mare, in ditione ſua poſitas, in manu forti & brachio extento, & prouida ordinatione, maturoq; ſemper conſilio eaſdem regentem, huic Regno diuina impertiri dignata eſt clementia. Huic generi hominũ, quod reliquæ omnes ferme nationes admirentur, & amore timoreq; permixtis, non immerito honorarent, Deus verus, qui ſuperſtitione ſolicita ab ignorantibus colebatur, ſuæ intelligentiæ fontem adaperuit: promptiuſq; per hominem recturus homines, Gallorum Regem

Digitized by Google

gem, non modicas virtutes, & ſemper in exteras nationes mirabilia operantem, vt Eccleſiam ſuam, non habentem rugam, aut maculam, ab infidelibus, qui Heracliti Imperatoris negligentia per orbem increuerant: atque in Chriſtianos inualuerant, defenſaret, & vt inter Gallos fidelium tuta eſſet libertas, in ſubſidium excitare voluit. Propter quod & cum etiam ſummos Pontifices, Roma pulſos in ſuum locum reſtituerit: tum quia Francorum gens plus cæteris diuinæ dedita viſa eſt Relioni. Hinc Franci, iuſto titulo Chriſtianiſſimi dicti ſunt. Dixi amplius & latiſſime ſupra *in 5. huius libri part. in 24. conſid.* vbi ample dixi de Regibus Francorum. Et ex ibi dictis & his, conſtat illud verificatum, quod Gallia, quo ad fidem, caruit monſtris, nec vnquam deuiauit à fide, prout cæteræ aliæ nationes, vt ſunt Orientales, Aſiani & Africani, Afri, & Græci, vt ample ſcribit Ioan. Eccius *in 3. libr. de primatu Petri.* Vbi ponit, quomodo aliàs omnes prædictæ nationes fuerint ſub Romano Pontifice, & deuiauerint ſeu receſſerint à ſede Apoſtolica, imo etiam quaſi omnes à fide. Sunt tamen aliqui, qui tenent aliquid de fide Chriſtiana: ſed habent aliquos errores, vt dicam alibi. Imo etiam & Alemani, Itali, & Hiſpani, non caruerunt monſtris, prout Galli: quia ſemper fuerunt aliqui hæretici, qui omnes fere fuerunt Bohemi, Alemani, Itali, aut Hiſpani, & pauci fuerunt Galli, de quibus *in c. quidam hæretici. 24. q. 3.* Et ibi ample Ioan. de Turrecremata, qui ibi omnes illos declarat. Adhuc temporibus noſtris inſurrexit quidam hæreticus, Lutherus nomine, apud Germanos, qui multas opiniones hæreticas ſcripſit, quæ nec receptæ fuerunt, nec pullularunt in Gallia: & ſic verificatur illud, quod Gallia ſemper caruit monſtris. Itaque nulla alia natio Chriſtianæ fidei cultu vnquam habita eſt religioſior. Romam ſane, quam, vt ſacroſancta, Itali gloriantur, prophaniſſimam dixerim, ſi tantum Chriſtiani ſanguinis ſola pene hauſit, quantum nec reliquus orbis, illa imperante, effudit, vt inquit Longolius *in dicta oratione de laudibus Francorum.* O praua interpretatio! an quia per tot piorum greges, decem illis præſcriptionibus pluſquam ferina rabie deſæuiit, ideo puræ, ideo religioſæ, ideo inuiolabilis cognomentum meruit? Saeerne Diocletianus, quod ſe Chriſtianorum cædibus vſque contaminauerit? Pietate ne inſignis Romanus ille populus, quod ſuos in Pontifices pene ſemper graſſatus eſt? Nō Galliam æquius ſacroſanctam appellaueris, quæ profugos Eccleſiæ Præſules ſuo ſemper aſylo texit, fouit, venerata eſt: & à ſede ſua expulſos ter reduxit. Sacra nimirum Roma, cui ſi vel humillimum tuguriolum hoc nomine conferam, Chriſtianæ Reipublicæ nedum Galliæ ſugillatio eſſet. Quod ſi ideo locus quiſpiam ſacer eſt, quod multis, nobilibuſque beatorum reliquiis ſcateat, pulchre vicimus. Nam apud vnam Francorum gentem omnes Chriſti exuuias reperies: quippe præputium, inconſutilem togam, ſpineum diadema, crucem, clauos, ſpongiam, lanciæ cuſpidem, &, cum qua ſepultus eſt, ſindonem. Adde, quorum, dum in humanis ageret, obſequio maxime vſus eſt, auiæ Annæ, ſeptemque Apoſtolorum, ac trium Magorum corpora. Neque non Lazari (cuius corpus in hac noſtra ciuitate Heduen. iacet) Magdalenes (cuius etiam corpus habetur, & in capſa nobili, & diuiti repoſitur in monaſterio Vezelien. huius diœceſis Heduen.) Marthæ, Martialis, ac trium Mariarum cineres. Ad hæc precioſum diui Ioannis Baptiſtæ caput, & digitum, quo agnus Dei immaculatus demonſtratus eſt, Virginum inſuper millia vndecim, cum deuota fidei Thebanorum illa legione. Præterea Dionyſii, Martini, Coſmæ, Damiani, Sebaſtiani, Antonii, aliorumque ſelectorum Heroum innumerabilium reliquias, perpetua Romanæ pietatis monumenta. Inſuper Claudii, & Edmondi (quorum corpora, cum carne, & oſſibus apud nos à peregrinis viſitantur frequentiſſime. Leodegarii Epiſcopi Heduen. Hilarii, Radegundis, Reginæ Francorum, Nicolai, Barbaræ, Benigni, Andochii, Trium gemellorum, Genoueſæ, & Ger-

&Germani. Non omitto & corpus Diui Quintini martyris, quod in vrbe à ſuo nomine dicta ſeruatur: licet antea Samarobrina, ab origine Samonæ fluminis dicebatur. Poſtea vero ab Auguſto Cæſare, qui Iulio ſucceſſit, & muro auctam, & fortiſſimo munitam Caſtello, à ſuo nomine Auguſta appellata eſt: quod nomen illi ad inuentionem vſque corporis S. Quintini manſit.

Et quia eſt meus, & Baſilicæ, ſeu Parochiæ meæ patronus, & numen tutelare apud Heduos, ideo ad laudem eius quippiam referre arbitratus ſum. Is enim Quintinus origine Romanus fuit, Zenonis Senatoris filius, baptizatus a Marcellino, Petri ſucceſſore, à quo in Galliam cum vndenis condiſcipulis miſſus, in Ambianorum vrbē, Chriſti verbum prolaturus, conceſſit: comprehenſus tandem a Rictiouero præfecto, perductuſq; Samarobrinam, quæ tunc Auguſta vocabatur, ibidem poſt multa ſupplicia, ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus capite truncatus, ſanctorum martyrum cœtui annumerari dignus habitus eſt. Corpus eius cum capite in Samonam fluuium abiectum, 50 annis ibi delituit: donec matrona quædam Romana, nomine Euſebia, monita ab Angelo in Viromanduos, ſubleuandi ab aquis eius corporis gratia, peruenit: viſum quem antea perdiderat ſperans ſe recepturam, quod & merito ſanctiſſimi martyris impletum eſt. Nam inuento corpore, & capite, mox viſum recepit. Corpus, & caput humo abſcondidit, eo in loco, qua ingens Baſilica nomini eius dicata hodie viſitur. Corpus deinde, & caput poſt trecentos annos, a diuo Eligio, Nouiodunenſi Antiſtite (qui ſub Dagoberto Francorum Rege ſanctitate claruit) ſubleuatum è terra, aureo in loculo condita ſunt. Templum quoque a Regibus extructum percelebrius, præclarius & felicius. Exinde haberi cœpit Diui Quintini nomen, quod nunc ſeruat, turmatim, ob indies facta ſanitatum miracula, conuolarunt & conuolant peregrini, & deuoti viri. Aliorum vero martyrum, confeſſorum, ac virginum corpora apud Gallos beatificata, & mirifice venerata, ſub ſilentio prætereo, cum innumera ſint, & forte tædioſum foret.

Et, quod Galli pientiſſimi religioſiſſimique ab antiquo fuerint, atteſtatur exemplū memorabile, & vetuſtiſſimum, quod deſcripſit Valerius, *tit. de ſeruata Religione.* Licet ſummo labore nixus ſit offuſcare veritatem rei, ac nebulam, & tenebras obiicere, vti gens illa Italorum nostræ gentis gloriæ ſemper inuida: ſed conuicti, verum (quod celari non poteſt) fateantur oportet. Namque Gallis noſtris Capitolium obſidentibus, vrbe iam capta, ne ſtatutum Fabiæ gentis ſacrificium interrumperetur, G. Fabius dorſo, Gabino ritu cinctus, manibus humeriſque ſacra gerens, cum de Capitolio deſcendiſſet, per medias Gallorum acies egreſſus in Quirinalem collem peruenit, ibique omnibus ſolenniter peractis, in Capitolium, poſt diuinam venerationem, ad ſuos ſine offenſa rediit, & hoc Gallis religione motis, cuius nequaquam negligens gens eſt, vt teſtatur Liuius, & Cæſar, *in ſuis comment lib. 6. de bello Gallico.* ita enim ait: *Natio eſt omnium Gallorum admodum dedita religioni, &c.*

Laudanda eſt etiam, ac plurimi facienda Gallia, eo, quia nulla eſt alia terrarum pars, quæ ſit vrbibus frequentior, atque ſacratiſſimis ædibus ſanctior. Et licet ambitioſis titulis Itali, ciuitates, & cætera quoque eorū oppida inſigniuerint: Certe Veneto auro, non inuidebit Lutetiæ ſeu Pariſianæ vrbis opulentia, quam Architenius Chryſeam metallis dixit; Ædium apparatu, ac turritorū mœnium pulchritudine; Metis æmulam reddet Florentiam, de magnitudine cum Mediolano contendet Gandauum, Neapolis elegantiam ęquabit, vel Rothomagus, vel Auenio, vel Lugdunum, vel Colonia, vel Turo, vel Diuio; Sanctonum, ſeu Aurelianorum feracitati cedet Bononia; Heduorum vetuſtati Rauenna.

Inſignienda eſt quoque Gallia eo, quod ſi de riguis amnium fluxibus, & piſcoſis lacuū vbertatibus litem Galliæ mouerint, num Thraſimenum Lemano æquabimus? Verba-

[Tr]ſianum Laternæ? Larium Conſtantienſi lacu? Benacum Ruſcinouenſi? Sabinum Tholoſano? Eupilim Maſſilienſi? Fucinum Burdegalo? Nam, quod ad fluuium meatus pertinet, vicimus: haud dubie Carantono Ticinum, Moſa Vulturnum, Dordona Arnum & Athesim, Druentia Truentum, Iſara Lyrim, Moſella Tiberi concurret; Rhenus Pado. ſed quem Rhodano conferent? quem Garumnæ opponent? quem Ligeri cōmittent? & quod turmatim recenſuiſſe conueniat, quos Scaldi, Liciæ, Sequanæ, Matronæ, Arari, ſeu Sagonæ, Sabi, Dordonæ, comparabũt? cum nullus ex iis non quarumlibet magnarũ nauium capax, multis paſſuum millibus nauigetur. Cæteri Italiæ fluuii, imo torrentes, trabibus verius, quam ratibus meabiles, niſi qua mare influunt, nauigia patiantur.

Hæc denique illa eſt regio, quæ in orbis principatum nobiles, religioſoſq; Frācos extulit, quæ frequenti gentium incolatu duros educat Britones, vaſros Normannos, induſtrios Flādros, mites Lotharingos, faciles Andegauos, bellicoſos Vaſcōnes, animoſos Burgundos, & feroces, Picardos alacres, frugi Santones, Aurelianos atq; Pictauos, Narbonenſes fideles, fortes Aruernos, Hannonios pertinaces, magnanimos Senones, verſutos Cenomanos, deniq; militares Bituriges, Cadurcos, Petragoricos, & merito omnes, qui cis Rhenum habitant, Teutogallos.

Et ſi de ſanctitate, & excellentia ſacratiſſimarum ædium cōtendere voluerimus, nonne repetiemus, quod capita ordinum B. Benedicti, tam in eiuſdem ordine, quam Cluniac. quam etiā Ciſtercienſ. ſunt in Burgun. Regia. Etiam in Gallia eſt caput ordinis Carthuſienſium, & ordinis Præmonſtratenſis.

Si Roma ſe ſanctam nominare voluerit, quid facient Lutetia, Pictauis, Aurelianum, & infinitæ aliæ ciuitates Galliæ, quæ excellentiores incredibili, ac indicibili prope, tum impenſa, tumque artis elegantia constructas habent Eccleſias cathedrales, quam Italia, quam Hiſpania, quam Germania, aut quæcunque aliæ nationes. Quænam eſt in Italia, quæ noſtræ dominæ Pariſiēſi æquari poſſit? quæ Eccleſiæ Bituricenſi, Carnotenenſ. Cluniacenſ. & infinitis aliis, quas faſtidioſum eſſet enumerare.

Extollenda & laudanda eſt etiam Gallia, vltra alias nationes, ex literarum traditione. Quoniam licet à multis inuidis, & detractoribus, artium ignari ac diſciplinarum iudicati ſint Galli: Certum eſt tamen, apud ipſos antiquius, quam apud Latinos, & Græcos literas floruiſſe. Nam, vt Beroſus *lib. 5. antiquit.* ſcribit, anno quarto Nini, literis, & legibus, Celtas formauit Sametis. Dis cognomento, & Celtiberos Thubal. A quibus demum mille poſt annis Græci, non à Cadmo, vt docet Ioan. Annius, ſuas acceperunt. Nam quas primus adiecit, rudes quidem, paulo ante excidium Troianum Cadmus quintus, eas à Galatis traxerat. Quas Galatæ, & Meones prius à Gallis ſuſceperant. Neque ergo, inquit idem Annius, Galli à Græcis, ſed potius à Gallis Aſia, & Græcia, cum coloniis, etiam literas, & diſciplinas conſecutæ ſunt. Aliquot deinde annis poſt repertum literarum vſum, regnauit apud Celtas Sarron, (quod fuit apud Heduos, cum Celtarum Hedui principatum tunc obtinerent, vt infra dicetur in conſiderat. vbi excellentiæ aliquarum ciuitatum deſcribentur.) qui, vt hominum tum recentum ferociam contineret, publica primus inſtituit Gymnaſia. A quo Celtarum Theologos, & Philoſophos vocauerunt Sarronidas, & in maximo, & præcipuo quondam honore habitos. Quin etiam illa Dea dicendi præſes, Pitho nomine, quam alii, Suadam, Suadelam, Leporem, Flexanimam, Græci Pſychagogon, quaſi ductricem animæ, & oblectatricem vocant, maximi numinis loco olim apud Gallos habita eſt, vt optime ex Luciano docet noſter Budæus *in libr. de Aſſe, & part. eius lib.* 4. Et per Textor. *in ſua officina, in vltim. c.* Addo quod & ſcribit Iul. Cæſar *in libr. 6. comment. de bello Gall.* vbi de diſciplinis Gallorum loquitur. Ita enim de eis; quod ipſi in rebus publicis, priuatiſq; rationibus, Græcis literis vtantur. Et ſi quis arguat, cur ergo priſca illa Gallicæ gentis

facinora ad poſteros clarius, & notius multo non fluxerunt, cum tunc apud eoſdem literas dicant floruiſſe. Reſpondet idem Textor *in ſuis Epithetis in ver. Galli.* Vel nulla omnino, tanquam poſteritatis negligentem, monumenta reliquiſſe, vel ſi qui reliquerũt, iniuria temporum euanuiſſe. Budæus vero in prædicto loco dicit, Gallos, & Hiſpanos priſcis Hiſtoricis fuiſſe ignotiſſimos: & cauſa ignorantię fuit, quod illi ſecum ipſi viuerent, commercia aliarũ gentium auerſantes. Longolius vero, in ſua oratione, de qua ſupr. laudando Galliam, ex literarum eruditione, dicit, eam eruditionis ſplendore Italiæ præferendam: quippe Itali de vnius Eloquentiæ laudibus nobis controuerſiam faciunt. Sed quæ tanta eſt oratoris in inueniendo ſubtilitas, in diſtribuendo diligentia, in eloquendo copia, in dicendo cum memoria pronunciatio, vt Phyſic. rerum indagationi, vt morum vitæq; rationibus, vt diſſerendi ſubtilitati, vt Arithmeticis ſupputationibus, Muſicæ concentui, dimenſionibus geometricis, ſiderali diuinitati, Medicæ vtilitati, atque ſacratiſſimæ Theologiæ myſteriis collidi poſſit? Quibus diſciplinis quantopere, vel ſola Pariſiorũ Academia reliquum orbem vicerit (vt Rom. Pontificum, Architreuiiq;, haud minus crebra, quam illuſtria Elogia tranſeam) aſſiduus teſtis edocet Mantuanus, alter Poëta, alioquin Franco nomini infeſtus: apud quẽ Paulus, Areopagitam Dionyſium, Galliarum Apoſtolum, ita compellat, Caroli præcinens magnitudinĩ:

Nec deſit Gallis vllum decus, illa per orbem
Clara per Æthiopes nigros audita per Indos.
Illa tua, quibus in Cœlum tolluntur Athenæ,
Tot ſophia fœcunda bonis, tot lucida claris
Scriptorũ ingeniis: quæ tanquã ſydera lumẽ,
Æterno ſplẽdore ferũt, gymnaſmata primas
Transferet ad Gallos.

Mox ſubdit:

Et ſua de gratis migrans Academia campis,
Ibit ad occaſum, vacuasq; relinquet Athenas.

Ex his patet, Athenas in Francia conceſſiſſe, & tale ſuper Francos Baptiſtæ Mantuani fuiſſe iudicium, quale Apollonii Mollonis de Cicerone. Et tamen, an Romani literariâ gloria Athenienſ. ceſſerint, in dubium qui reuocat, is dubio procul de omnibus dubitat. Ergo, & ſtudiorum laudem Romanis abſtulimus, & doctrinarum decus, vt Athenienſiũ hæredes, nobis merito vindicemus. Hinc illa per vniuerſam Galliã reſperſa literarum Gymnaſia, cum ſummorum Antiſtitum, Regũ, Imperatorumq; liberalitate opulentiſſima: tum omnium liberalium diſciplinarum profeſſoribus, necnon ſtudioſæ iuuentutis multitudine, nobiliſſima. Nam præter Pariſienſium ſcholam, & ſuas habent Diatribas, Colonia, Louanium, Moguntia, Treueris, Baſilæa. Iam celebrantur Pictauium, Aurelia, Tholoſa, Auenio, Burdegalia, Nanetum, Caturcum. Ad hæc Biturix, Andegauum, Valentia, Cadonium, Monſpeſſulanus, Dola, Hyſſidorus, & Bilonius. Quotus quiſque eſt in tam numeroſa priſcorum Romanorũ turba, qui præter linguæ lenocinium, ſuperſtitioſam verborum feſtiuitatem, calamiſtratæ orationis cincinnos, aliquid ex naturæ ſacrariis depromptum, aut ex cœli Regia huc translatum, commode, ſapienter, apte tractauerit? Francia autem, quam omnis ſermonis eliminato fuco, quam omni relegato exotico ornatu ſint in diſquirendo prudentes, in explorando circumſpecti, graues in conſiderando, in diſſerendo verſuti, religioſi in decernendo, ingenue omnes Europei fatentur: in Galliam commeando ſanctioris doctrinæ gratia: vt quondam in Ægyptum Græci, ipſique Romani Athenas, & Maſſiliam. Cæterum, quia eloquentiam veluti filiolam exoſculantur ſuam, non dixerim, quod ex ipſis quidam haud aliud oratoris eſſe quam mentiri, decipere, circumſcribere, præſtigiari, fallax verborum modulamen, non niſi ad circumagendam imperitæ plebeculæ multitudinem, pollere, ſapientem à propoſito linguæ tectorio auerti, nunquam Francos patrii ſermonis ſuos habere oratores. Et inter eos vnum Octauianum à S. Gelaſio, quo Romanos omnes Poetas, Rhetoreſq; fere prouocamus. Sed illud dicam, Lu. Plotium Lugdunenſem, Romanos primum

Digitized by Google

primum docuiſſe Rhetoricam. Tullius certe Latinæ facũdiæ antiſtes, ſeſe ab eo prima Romani eloquii rudimenta didiciſſe fatetur. Quid Satyricus Aquinas, non peculiari appoſito Gallos ornandos putauit?

Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos.

Et iterum:

Gallia, vel potius nutricula cauſidicorum.

Quid Lucianus ille Samoſatenus, in nullam alioqui gentem non debacchari ſolitus, an nõ lepido apologo ex Herculis ſtatua Gallicam eloquentiã inſinuauit? Audiamus D. Hieronymum *in Vigilantium*: Sola, inquit, Gallia monſtra non habuit; ſed viris ſemper fortibus & eloquentiſſimis abundauit. Quid Crinam ſeu Chriſtiam? Quid Charundam, Maſſilienſes, commemorem? Quorum ille, ob ſideralem Mathematumq; peritiam, Romani populi facta, Nerone Principe, rexit; hic damnatis Chryſippi, Eraſiſtrati, Herophili, Aſclepiadis, priſcorumq; medicorum placitis, omnibus, tam Græcis, quam Latinis reclamantibus, medendi artem immutauit: adeo vel eruditione, vel eloquentia vterque præſtitit. Quis Pythia Coſmographiam repræſentauit apertius? Quis Luc. Floro hiſtoriam compendioſius elegantiuſq; texuit? Quis Hilario diuina tractauit diuinius? Quis Irenæo Lugdunenſi hæreſes proſcidit acerbius? Quis Victorino Aquitano paſchalis diei curſum numeroſius ſtabiliuit? Quis animæ eſſentiam Claudiano ſubtilius aperuit? Quis Fauſtino diuinam gratiam cum libero arbitrio copulauit ſanctius? Quis omnes dicendi veneres Remigio excoluit blandius? Vincentii nitidum apertumque in dicendo eloquium, eo certe magis ſuſcipiendum exiſtimo, quo modeſtius, ſe ſua gloria, peregrina inſcriptione defraudare conatus eſt. Saluiani quam ſublimis fuerit doctrina, cognomen eius declarat, qui vnus à condito æuo, Epiſcoporum magiſter dictus eſt. Quid Paterium? Quid Gennadium? Quid Muſæum referam? Quid Euridemum, Statium, Surculum, Seuerum Sulpitium, Rheticiũ? Quid duos Conſentios, patrem & filium? Quid Herditium? Quid Clodium Quirinalem? Quid Eucherium, alioſq; innumeros, diuinarum humanarumque rerum peritiſſimos: in quibus eloquendi artificium, & eruditionis altitudo de principatu certaſſe videri poſſunt?

Habuit Gallia, etiam alios quam plures multifariæ eruditionis viros conſummatos, inter quos merito primarium ſibi vendicat locum Robertus, regio honore digniſſimus. Multa quippe Reſponſoria in Eccleſia compoſuit, vt ſunt, *Sancti ſpiritus adſit nobis gratia*: ſiue, *Veni Sancte Spiritus, & emitte, &c.* Reſpõſorium de natiuitate Domini, ſcilicet, *Iudea, & Ieruſalem.* Item illud Alleluia, *Eripe me de inimicis.* Item, illud de ſanctorum martyrum triumpho, *O conſtantia martyrum!* Item, illud de S. Petro, *Cornelius centurio, &c.* Quod Romæ, ſummo Pontifice miſſam celebrante, S. Petro in altari, offertorii tempore, cum magna deuotione obtulit. Scripſerunt & Victorinus Epiſcopus Pictauienſis, Auſonius Gallus, Epiſcop. Burdegalen. Victorinus Maſſilien. Rhetor. Sabbaſius Epiſcopus Prouinciæ Gallicanæ. Muſæus, & Saluianus, presbyteri Eccleſiæ Maſſilienſis, Claudius Epiſcopus Viennen. Sydonius Epiſcopus Aruernorũ, Gennadius Maſſilienſis Eccleſiæ presbyter, Gregorius Epiſcopus Turonenſ. Audoenus Archiepiſcopus Rhothomagenſis, Stephanus Epiſcopus Heduenſ. Rugandus Epiſcop. Metenſis, Petrus Bertrandi Epiſcopus Heduenſ. Freculphus Epiſcopus Lexouienſ. Theodolphus Epiſcopus Aurelianenſ. Hyldiuinus Abbas Monaſterii S. Dionyſii apud Pariſios. Anſegiſus Abbas Lobienſis, poſtea Archiepiſcop. Senonenſ. Turpinus Archiepiſcopus Rhemenſis. Chriſtianus, qui & Druchmanus, monachus Aquitanicus, Milo Monachus, Hugbaldus Monachus, Otto primus, Abbas Cluniacen. Bernardus, Monachus Cluniac. Hildebertus, Epiſcopus Cenomanenſis. Remigius Altiſiodorenſis Epiſcopus, Sigebertus Monachus Gemblacenſ. Gilbertus Porreta, Epiſcopus Pictauienſ. Otto Epiſcopus Cameracenſ. Richardus, Monachus S. Victoris Pariſienſ. Petrus Bleſen. Mauritius E-

 piſcopus

piſcopus Pariſienſ. Petr. Abbas Cluniacenſ. Petr. Cantor Pariſienſ. Hubert. ordinis Prædicatorum, Vincentius natione Burgundus, Theologus eximius, & Hiſtoricus præcipuus, Galterus Epiſcop. Pictauienſ. Bernard. Burgundus. Abbas Clareuallenſ. ordinis Ciſtertien. Philip. Cancellarius Pariſien. Simon de Tornaco, Petr. ordinis prædic. Guil. Epiſc. Pariſienſ. Henricus de Gandauo. Io. Pariſien. ordinis prædicatorum, Nicol. ord. fratrum B. Mariæ de monte Carmeli. Guil. Peraldi. Io. de Alerio, Carmelita, Bernardi. de Parentinis Tholoſanus, ordinis prædicat. Io. de Regno, Carmelita. Petr. de Palude, ordinis fratr. prædic. Petrus de Caſa, Lemouicenſ. Carmelita, Prior generalis illius ordinis, deinde Patriarcha Hieroſolymitanus. Pet. Raymundi, Carmelita. Robertus, Carmelita, Petr. Rogerii, Petr. Berthorii, Pictauienſ. Ioan. Goleni Normannus, Iſuardus, qui Martyrologium compoſuit, Alquinus Caroli Magni præceptor, ſummus Theologus, & Philoſophus, Honorius Auguſtudun. ſeu Heduen. Eccleſ. præsbyter. Petr. de Tarentaſia, Burgundus, Petr. de Bellapertica etiam Burgund. Io. Fabri, Aquitanicus. Iaco. de Raigneriis, Lotharingus, Io. de Blauaſco Burgundus, Luc. de Pen. Iodocus Lauuerinus Flamingus, doctor Tholoſan. Iacob. Dorbellus, Doctor Theologus in Gymnaſio Pictauiẽſi. Guil. de monte Lauduno, etiam Doctor Pictauienſis Nicolaus Ritzcius, Tholoſanus Carmelita, Philippus Ferrarienſ. Tholoſanus, Ioannes, cognomento Groſſus, Tholoſ. Blaſius Andenarius Carmelita, Io. Abbas monaſterii S. Bauonis Gandaui in Flandria, Ioan. Capreolus Tholoſanus, Carmelita, Petr. de Aliaco, Epiſcopus Cameracen. Io. Gerſon, Cancellarius Pariſienſ. Ioan. Nobler, Carmelita, Pet. Dorbelli. Io. Foreth, Normannus, Henricus cognomento Prudens, Flandrenſ. Laurentius Burellus, Diuionenſ. Carmelita, ex Heduis ortus, Robertus Guaguinus, Arnoldus Boſtius.

Hi ſupra nominati Galli, ſcripſerunt in Theologia, Philoſophia, Hiſtoria, & Rhetorica multum ſplendide & ample, vt per opera eorum conſtare poteſt, prout Campegius Lugdun. *in ſuo tractat. de Galliæ viris illuſtribus* declarat. Et ibi etiam ponit multos ex illis, & alios, qui ſcripſerunt in poeſi, & in vtroq; iure ciuili, & canonico, qui ſubtili ingenio præditi fuerunt, vt ſunt prædicti, Petr. de Bellapertica, Ioannes Fabri Cancellarius Franciæ, Guill. de Gugnyo, & Iacob. de Rauenna, ita quod ab Italis nomen ſubtilium vltramontanorum acquiſiuerunt, Guillelm. Durandi dictus Speculator, Guido Papæ, Io. Auferii, Henricus Bohic, Brito, Coſmas Guymier, Nicolaus Boerius, Præſidens Burdegalenſ. Ioannes Saxon, Turonenſis, Pyrrhus Igneus, & Stella, Doctores Aurelianenſes, Ioan. de Monthelono, conciuis & contemporaneus noſter, nunc presbyter S. Victoris Pariſienſis, Vincentius Cygault. Ioan. Raynauldi, Io. Brunellus, Doctor Aurelian. Ioan. de Garouis, Guillelmus Rouillus, Alenconienſis, Ioan. le Cirier, Pariſienſis, Petrus de Brazio, Io. Montaigne, & plurimi alii, qui in Iure ſcripſerunt multum copioſe & eleganter.

Plures etiam in Hiſtoria ſcripſerũt, vt iam dictum eſt, vt Hilarius, Epiſcop. Pictauienſ. Gregor. Turonenſ. Annonius monachus, Emardus, Cancellarius Caroli Magni, Otto primus, Abbas Cluniacenſ. Sigebertus monachus, Richardus monachus, Guillelmus monachus S. Dionyſii apud Pariſios, Vincentius, de quo ſupra, Guaguinus, & plures alii.

Longolius vero, proſequens laudem Gallorum in prædicta oratione, enumerat multos ex prænominatis fuiſſe Poetas, & plures alios, qui ex gente noſtra orti ſunt. Sed inter modernos, excellenter ſcripſerunt, Germanus Brixius, in quo inuenies & demiraberis facilitatem, in Varannio ſimplicitatem, in Burro ſanctitatem, in Iacobæo elegantiam, in Delpho candorem, in Pio ingenium, in Conrado varietatem, in Briando acumen. in Caſtello eruditionem. Dicit Budæus diligenter, Briconetus leuiter, narrabit aperte Seiſellus, eloquetur grauiter Tiſardus, apposite Badius, Guaguinus luculenter, Pinus ſcite, duo

duo Fernandi ſplendide, Eraſmus copioſe, acute, nitide, Faber Stabulenſis philoſophice, cuius incude expolita, iam pure loqui didicit Philoſophia. Clictouei caſto ſermone Theologia melle dulcius concionabitur, Literatura Bouilli Matheſi rubiginem deterſit. Copo duce, medici, etiam cum eloquentia, morbos curabunt: præeunte Campegio, omnes Philoſophiæ partes tentabunt. Quid de Text. Niuern enſ. qui tot ſingularia laborioſe *in ſua Officina* in vnum coniecit? Quid de Petro Tulero, Heduo, qui alter Ptolemæus in Coſmographia, alter Alcabitius in Aſtrologia, alter Cicero in arte dicendi, alter Bias in Philoſophia, alter Liuius in Hiſtoria dici poteſt: & vnum dicere non pudebit, quod nec maiorem, imo nec parem recipit Gallia, nec ſimilis inueniri poteſt. Non tamen ſingulis has ſolas ineſſe virtutes exiſtimo, ſed his inſigniores, cum nemo ex eis, & proſa, & verſa oratione non polleat. Nemo item, quin ſit aut medicinæ, aut philoſophię, aut iuris, aut Theologiæ conſultus, omnes fere articiſſantes. Pleriq; Hebraicè periti, & Chaldaicè, & omnes fere Græcam linguam, tanquam maternam, habentes. Ex quibus ſatis notum eſt, vnam Gallorum gentem plures in quocunq; genere eximios, vel tuliſſe, vel extuliſſe, quam reliquæ terræ. Ex quibus verificari poteſt dictum Iulii Celſi, dicentis, Galliam diſciplinarum parentem; hinc dico:

Gallia doctrina genitrix, tu prima probaſti
Quicquid mendacii Græcia voce refert.

Extollenda eſt etiam Gallia ex rebus bellicis, in quibus ſuperauit omnes alias nationes mundi, ſi bene videantur opera eius bellica, quod clare apparet, maxime ex hiſtoricis extraneis. Nam Galli quinquies ante aduentum Hannibalis Alpes traiecerunt: &, vt dicit Textor *in ſuis Epithetis, in verb. Galli.* Ipſi Galli habent incredibiles virtutum titulos, qui ſi Romanis contigiſſent, Dii boni, quantum laudum ſuarũ pelagus effudiſſent: quantas verborum ampullas, quot inanes flauiſſent glorias, cum etiam Camillo vnico, duobus Deciis, paucis Fabiis, Scipionibus, Curiis, Coclite, Attilio, & Curtio ita efferantur, vt Deos magis, quàm mortales ſe prædicent. Quanti ergo Galli fulminantes per Italiã, duce Brenno, Senonas æſtimare poſſumus? quorum fulgurantem impetum non prius retuderunt, quam (vt in ſuo ſterquilinio canes plurimum valent) Romam, omnia populabũdi intrauerint, de quo meminit Laziardus *in Epitomatibus hiſtoriæ vniuerſalis, c.* 57. Quid concinemus, oppreſſam à Gothis Italiam, Merouei Gallorum Regis (cum iam res Italorum proxima ruinæ, & ad triarios, hoc eſt, in dubium videretur redacta) ſubſidio fuiſſe liberatam? Et, vt idem ſubdit: Quo tempore rerum omnium ſumma, & poteſtas Romanis legibus paruit, nullam vnquam, ſcriptorum memoria, gentem conſtat vixiſſe, Romano populo magis formidoloſam; nihil Carthaginenſium furores, nihil orientaliũ motus obſtabant, quo minus in vtramuis aurem dormirent ocioſi: nihil denique æſtimabantur omnium gentium vires, habita Gallicæ virtutis ratione & comparatione. Sciebant enim terribilem eſſe populum, auidum belli, & vtriq; paratum fortunæ. Cum nulla vnquam gente Romanus ipſe populus, intra extraq; Italiam, maiore hominum ſtrage, maioribuſq; ducum & exercituũ periculis debellauit. Nam, licet ex eorum exercitu centum hominum millia quãdoq; deſiderata ſint; nihilominus tamen animoſi pugnam acrius inſtaurabant, pudorem vlciſcebantur, ad vnum interfici, aut interficere volentes: ex quo apparet, indomita bello ingenia ſcire tantum vincere, vel mori. Certarunt Romani cum finitimis de Principatu; cum Carthaginenſibus de Imperio: cum Gallis autem pro vxoribus, pro liberis, pro vita ſemper; cum cæteris nationibus non niſi pro gloria. Hoc eorum præconium fortaſſe videretur fictitium, niſi Strabo *libr.* 4. etiam nobis teſtis eſſet fideliſſimus; Vniuerſa, inquit, natio (quam hæc ætas Gallicam, vel Gallaticam nominat) Martis ſtudio, & animorum arder impetu, conferendæ pugnæ alacritate impigra, ſemperq; ſpectãtes in Boream, aut Oceano propiores, conferendis pugnis ſunt audaciores. Florus item de

piſcopus Pariſienſ. Petr. Abbas Cluniacenſ. Petr. Cantor Pariſienſ. Hubert. ordinis Prædicatorum, Vincentius natione Burgundus, Theologus eximius, & Hiſtoricus præcipuus, Galterus Epiſcop. Pictauienſ. Bernard. Burgundus. Abbas Clareuallenſ. ordinis Ciſtertien. Philip. Cancellarius Pariſien. Simon de Tornaco, Petr. ordinis prædic. Guil. Epiſc. Pariſienſ. Henricus de Gandauo. Io. Pariſien. ordinis prædicatorum, Nicol. ord. fratrum B. Mariæ de monte Carmeli. Guil. Peraldi. Io. de Alerio, Carmelita, Bernardi. de Parentinis Tholoſanus, ordinis prædicat. Io. de Regno, Carmelita. Petr. de Palude, ordinis fratr. prædic. Petrus de Caſa, Lemouicenſ. Carmelita, Prior generalis illius ordinis, deinde Patriarcha Hieroſolymitanus. Pet. Raymundi, Carmelita. Robertus, Carmelita, Petr. Rogerii, Petr. Berthorii, Pictauienſ. Ioan. Goleni Normannus, Iſuardus, qui Martyrologium compoſuit, Alquinus Caroli Magni præceptor, ſummus Theologus, & Philoſophus, Honorius Auguſtudun. ſeu Heduen. Eccleſ. præsbyter. Petr. de Tarentaſia, Burgundus, Petr. de Bellapertica etiam Burgund. Io. Fabri, Aquitanicus. Iaco. de Raigneriis, Lotharingus, Io. de Blauaſco Burgundus, Luc. de Pen. Iodocus Lauuerinus Flamingus, doctor Tholoſan. Iacob. Dorbellus, Doctor Theologus in Gymnaſio Pictauiẽſi. Guil. de monte Lauduno, etiam Doctor Pictauienſis Nicolaus Ritzcius, Tholoſanus Carmelita, Philippus Ferrarienſ. Tholoſanus, Ioannes, cognomento Groſſus, Tholoſ. Blaſius Andenarius Carmelita, Io. Abbas monaſterii S. Banonis Gandaui in Flandria, Ioan. Capreolus Tholoſanus, Carmelita, Petr. de Aliaco, Epiſcopus Cameracen. Io. Gerſon, Cancellarius Pariſienſ. Ioan. Nobler, Carmelita, Pet. Dorbelli. Io. Foreth, Normannus, Henricus cognomento Prudens, Flandrenſ. Laurentius Burellus, Diuionenſ. Carmelita, ex Heduis ortus, Robertus Guaguinus, Arnoldus Boſtius.

Hi ſupra nominati Galli, ſcripſerunt in Theologia, Philoſophia, Hiſtoria, & Rhetorica multum ſplendide & ample, vt per opera eorum conſtare poteſt, prout Campegius Lugdun. *in ſuo tractat. de Gallia viris illuſtribus* declarat. Et ibi etiam ponit multos ex illis, & alios, qui ſcripſerunt in poeſi, & in vtroq; iure ciuili, & canonico, qui ſubtili ingenio præditi fuerunt, vt ſunt prædicti, Petr. de Bellapertica, Ioannes Fabri Cancellarius Franciæ, Guill. de Gugnyo, & Iacob. de Rauenna, ita quod ab Italis nomen ſubtilium vltramontanorum acquiſiuerunt, Guillelm. Durandi dictus Speculator, Guido Papæ, Io. Auferii, Henricus Bohic, Brito, Coſmas Guymier, Nicolaus Boerius, Præſidens Burdegalenſ. Ioannes Saxon, Turonenſis, Pyrrhus Igneus, & Stella, Doctores Aurelianenſes, Ioan. de Monthelono, conciuis & contemporaneus noſter, nunc presbyter S. Victoris Pariſienſis, Vincentius Cygault. Ioan. Raynauldi, Io. Brunellus, Doctor Aurelian. Ioan. de Garouis, Guillelmus Rouillus, Alenconienſis, Ioan. le Cirier, Pariſienſis, Petrus de Brazio, Io. Montaigne, & plurimi alii, qui in Iure ſcripſerunt multum copioſe & eleganter.

Plures etiam in Hiſtoria ſcripſerũt, vt iam dictum eſt, vt Hilarius, Epiſcop. Pictauienſ. Gregor. Turonenſ. Annonius monachus, Emardus, Cancellarius Caroli Magni, Otto primus, Abbas Cluniacenſ. Sigebertus monachus, Richardus monachus, Guillelmus monachus S. Dionyſii apud Pariſios, Vincentius, de quo ſupra, Guaguinus, & plures alii.

Longolius vero, proſequens laudem Gallorum in prædicta oratione, enumerat multos ex prænominatis fuiſſe Poetas, & plures alios, qui ex gente noſtra orti ſunt. Sed inter modernos, excellenter ſcripſerunt, Germanus Brixius, in quo inuenies & demiraberis facilitatem, in Varannio ſimplicitatem, in Burro ſanctitatem, in Iacobæo elegantiam, in Delpho candorem, in Pio ingenium, in Conrado varietatem, in Briando acumen, in Caſtello eruditionem. Dicit Budæus diligenter, Briconetus leuiter, narrabit aperte Seiſellus, eloquetur grauiter Tiſardus, apposite Badius, Guaguinus luculenter, Pinus ſcite, duo

duo Fernandi ſplendide, Eraſmus copioſe, acute, nitide, Faber Stabulenſis philoſophice, cuius incude expolita, iam pure loqui didicit Philoſophia. Clictouei caſto ſermone Theologia melle dulcius concionabitur, Literatura Bouilli Matheſi rubiginem derterſit. Copo duce, medici, etiam cum eloquentia, morbos curabunt: præeunte Campegio, omnes Philoſophiæ partes tentabunt. Quid de Text. Niuernenſ. qui tot ſingularia laborioſe *in ſua Officina* in vnum conieci? Quid de Petro Tulero, Heduo, qui alter Ptolemæus in Coſmographia, alter Alcabitius in Aſtrologia, alter Cicero in arte dicendi, alter Bias in Philoſophia, alter Liuius in Hiſtoria dici poteſt: & vnum dicere non pudebit, quod nec maiorem, imo nec parem recipit Gallia, nec ſimilis inueniri poteſt. Non tamen ſingulis has ſolas ineſſe virtutes exiſtimo, ſed his inſigniores, cum nemo ex eis, & proſa, & verſa oratione non polleat. Nemo item, quin ſit aut medicinæ aut philoſophię, aut iuris, aut Theologiæ conſultus, omnes fere articiſſantes. Pleriq; Hebraicè periti, & Chaldaicè, & omnes fere Græcam linguam, tanquam maternam, habentes. Ex quibus ſatis notum eſt, vnam Gallorum gentem plures in quocunq; genere eximios, vel tuliſſe, vel extuliſſe, quam reliquæ terræ. Ex quibus verificari poteſt dictum Iulii Celſi, dicentis, Galliam diſciplinarum parentem; hinc dico:

Gallia doctrinæ genitrix, tu prima probaſti
Quicquid mendacii Græcia voce refert.

Extollenda eſt etiam Gallia ex rebus bellicis, in quibus ſuperauit omnes alias nationes mundi, ſi bene videantur opera eius bellica, quod clare apparet, maxime ex hiſtoricis extraneis. Nam Galli quinquies ante aduentum Hannibalis Alpes traiecerunt: &, vt dicit Textor *in ſuis Epithetis, in verb. Galli.* Ipſi Galli habent incredibiles virtutum titulos, qui ſi Romanis contigiſſent, Dii boni, quantum laudum ſuarũ pelagus effudiſſent: quantas verborum ampullas, quot inanes flauiſſent glorias, cum etiam Camillo vnico, duobus Deciis, paucis Fabiis, Scipionibus, Curiis, Coclite, Attilio, & Curtio ita efferantur, vt Deos magis, quàm mortales ſe prædicent. Quanti ergo Galli fulminantes per Italiã, duce Brenno, Senonas æſtimare poſſumus? quorum fulgurantem impetum non prius retuderunt, quam (vt in ſuo ſterquilinio canes plurimum valent) Romam, omnia populabũdi intrauerint, de quo meminit Laziardus *in Epitomatibus hiſtoriæ vniuerſalis. c. 57.* Quid concinemus, oppreſſam à Gothis Italiam, Merouei Gallorum Regis (cum iam res Italorum proxima ruinæ, & ad triarios, hoc eſt, in dubium videretur redacta) ſubſidio fuiſſe liberatam? Et, vt idem ſubdit: Quo tempore rerum omnium ſumma, & poteſtas Romanis legibus paruit, nullam vnquam, ſcriptorum memoria, gentem conſtat vixiſſe, Romano populo magis formidoloſam; nihil Carthaginenſium furores, nihil orientaliũ motus obſtabant, quo minus in vtramuis aurem dormirent ocioſi: nihil denique æſtimabantur omnium gentium vires, habita Gallicæ virtutis ratione & comparatione. Sciebant enim terribilem eſſe populum, auidum belli, & vtriq; paratum fortunæ. Cum nulla vnquam gente Romanus ipſe populus, intra extraq; Italiam, maiore hominum ſtrage, maioribuſq; ducum & exercituũ periculis debellauit. Nam, licet ex eorum exercitu centum hominum millia quãdoq; deſiderata ſint; nihilominus tamen animoſi pugnam acrius inſtaurabant, pudorem vlciſcebantur, ad vnum interfici, aut interficere volentes: ex quo apparet, indomita bello ingenia ſcire tantum vincere, vel mori. Certarunt Romani cum finitimis de Principatu; cum Carthaginenſibus de Imperio: cum Gallis autem pro vxoribus, pro liberis, pro vita ſemper; cum cæteris nationibus non niſi pro gloria. Hoc eorum præconium fortaſſe videretur fictitium, niſi Strabo *libr. 4.* etiam nobis teſtis eſſet fideliſſimus; Vniuerſa, inquit, natio (quam hæc ætas Gallicam, vel Gallaticam nominat) Martis ſtudio, & animorum ardet impetu, conferendæ pugnæ alacritate impigra, ſemperq; ſpectãtes in Boream, aut Oceano propiores, conſerendis pugnis ſunt audaciores. Florus item de

Senonibus ſic ait: Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita. Ad hæc, ipſa corporum mole, perinde ac armis ingentibus, adeo omni generi terribilis fuit; vt plane nata ad hominum interitum, & vrbium ſtragem videretur. Hi quondam ab vltimis terrarum oris, & cingente omnia Oceano, ingenti agmine profecti, cum media vaſtaſſent, poſitis inter Alpes & Padum ſedibus, ne his quidem contenti, per Italiã vagabantur. Romam quin etiam aggreſſi, vniuerſum populum in Capitolium ſe ſuaq; omnia recipere compulerunt. Et, vt paucis multa dicantur, quaqua verſum tránſirent, non fulminantes, ſed fulmina plane videbãtur, dolebantq; ignaram cruoris victoriam ſibi concedi, & ſine ruina tranſitum patere. Et quod maximi terroris indicium eſt, pacem vnicuique empturienti proponebant venalem. Neque potentem adeo gentem reperiſſes, quæ non habito Gallorum præſidio, & fauore, ſecuram ſe crediſſet. Merito propterea T. Liuius auidas armorum Gallicas gentes ſemper fuiſſe ſcribit. Idem quoq; habere inquit, accolas Gallos, inter ferrum & arma natos, feroces, cum ſuopte ingenio, tum aduerſus Romanum populum, quem captum à ſe, auroque redemptum, non vana iactantes, memorant. Fuerunt etiam Galli tanta hominũ frequentia, & multitudine, vt trecẽta & amplius armatorum millia gens vna Belgica olim ad bellum mitteret. Eorum virtus aptius cognoſci non poteſt, quam lectione Trogi apud Iuſtinum, *lib.* 24 ſcribentis: Galli abundanti multitudine (cum eos non caperẽt terræ, quæ genuerant) trecenta millia hominum, ad ſedes nouas quærendas, velut peregrinatum miſerunt. Ex his portio in Italia conſedit, quæ & vrbem Romam captam incendit, & portio Illyricos ſinus, dulcibus auibus (nam augurandi ſtudio Galli præter cæteros clarent) per ſtrages Barbarorum penetrauit, & in Pannonia conſedit, gens aſpera, audax, bellicoſa, quæ prima poſt Herculem (cui ea res virtutis admirationem, & immortalitatis fidem dedit) Alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca tranſcendit; ibi domitis Pannonis per multos annos cum finitimis, varia bella geſſere; Hortante deinde ſucceſſu, diuiſis agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam, omnia ferro proterentes, petiuere: tantuſq; terror Gallici nominis erat, vt etiam Reges non laceſſiti, vltro pacem ingenti pecunia mercarentur. Item *lib.* 25 ait: Ea tempeſtate Gallorum iuuentus tantæ fœcunditatis fuit, vt Aſiam omnem, velut examine aliquo, implerent. Denique neq; Reges Orientis, ſine mercenario Gallorum exercitu, vlla bella geſſerunt, neq; pulſi Regno, ad alios, quam ad Gallos confugerunt; tantus terror Gallici nominis, ſiue armorum inuicta felicitas erat; vt Regũ nullus ſuam maieſtatem tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitraretur. Itaq; in auxilium à Bithyniæ Rege inuocati, Regnũ cum eo, parta victoria, diuiſerunt; eamque regionem Gallogræciam cognominauerunt. Nec modo Gallorum (quos & Celtas Græi dixerunt) innumeras recenſebo victorias, vt in Septentrionem profecti, Celtoſcytis nomen impoſuerunt, vt Hiſpania longe lateque domita, Celtiberos, & Gallicos ſua victoria teſtes reliquerũt. Omittam, quomodo à fertiliſſima Italiæ regione (quam Latini propterea Ciſalpinam Galliam vocarunt) exactis Tyrrhenis, Mediolanum, Laudam, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Vincentiam, Tridentum, Papiam, condiderint, & decimam Italiæ regionem, ab incolatu ſuo, Venetiam appellauerint. Non dicam, qua virtute Senam, fuſis Ethruſcis, deuictis Vmbris, Senogalliam, profligatis Lucanis, Galliopolim extruxerint. Qui Romanos ad Alliam fluuiũ ſtrauerint, Romam ceperint, captam diripuerint, direptam incenderint; qui perpetuo ſucceſſu Tribalos, Getas, Pæones ſubegerint: Græciam impleuerint; vt iam dixi; Macedoniam occuparint, ſedes in ea parte Aſiæ poſuerint: quam à ſe Gallatiã nuncupauere. Mitto, habuiſſe Romanos (etiam cum iam ſibi viderentur rerũ Domini) ad Gallicos tumultus aurũ ſanctius repoſitum. Pontifices eorũ (qui in reliquum militiæ vocatione hone-

honeſtabantur) Gallicis bellis, ab aris ad arma progredi ſolitos. Hic referam, quod ſolus Rex Macedoniæ, Ptolemæus, aduentū Gallorum intrepidus audiuit: iſque cum paucis, & incompoſitis, quaſi bella non difficilius quam parricidia patrarentur, furiis agitatus, occurrit; Dardanorumque legationem, viginti millia armatorum in auxilium offerentem, ſpreuit, addita inſuper contumelia, actum de Macedonia dicens, ſi cum totum Orientem ſoli domuerint, nunc in vindictam finium, Dardanis egeant, milites ſe habere filios eorum, qui ſub Alex. Rege ſtipendia toto orbe terrarū victores fecerint: quæ, vbi Dardano Regi nunciata ſunt, inclytum illud Macedoniæ Regnum breui immaturi iuuenis temeritate, caſurum dixit. Igitur Galli, duce Beldio, ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolemæum mittunt, offerentes pacem, ſi emere velit. Sed Ptolemæus, inter ſuos, belli metu pacem Gallos petere, gloriatus eſt. Nec minus ferociter ſe legatis, quam inter amicos iactauit, aliter ſe pacem daturum negando, niſi principes ſuos obſides dederint, & arma tradiderint: non enim fidem ſe, niſi inermibus, habiturum: renunciata legatione, riſere Galli, vndique acclamantes, breui ſenſurum, ſi ſibi, an illi conſulentes, pacem obtulerint. Interiectis diebus prælium conſeritur. Victi Macedones cæduntur, Ptolemæus multis vulnerib. ſaucius capitur, caput eius amputatur, & lancea fixum, tota acie ad terrorem hoſtium circumfertur, paucos ex Macedonibus fuga ſeruauit, cæteri, aut capti aut occiſi. Hæc cum nunciata per omnem Macedoniam eſſent, portæ vrbium clauduntur, luctu omnia replentur, nunc orbitatem amiſſorum filiorum dolebant, nunc excidia vrbium metuebant; nunc Alexandri, Philippique Regum ſuorum nomina ſecuti, numina in auxilium vocabant; ſub illis ſe nō tutos, verum etiam orbis victores extitiſſe, vt tuerentur patriam ſuam, quam gloria rerum geſtarum cœlo proximam reddidiſſent: vt opem afflictis ferrent, quos furor, & temeritas Ptolemæi Regis perdiderat, orabant, deſperantibus omnibus non votis agendum. Soſthenes, vnus de Macedonum principibus ratus, contracta iuuentute, & Gallos exultantes, victoria compeſcuit, & Macedoniam ab hoſtili depopulatione defendit. Ob quæ virtutis beneficia, multis nobilibus Regnum Macedoniæ affectantibus ignobilis ipſe præponitur; Et cū Rex ab exercitu appellatus eſſet, ipſe, non in Regis, ſed in Ducis nomen iurare milites coegit. Interea Brenus; quo Duce portio Gallorum in Græciam ſe effuderat; audita ſuorum, qui, Belgio Duce, Macedones vicerant, indignatus, parta victoria, tam opimam prædam, & oriētis ſpoliis onuſtam, tam facile relictam eſſe, ipſe adunatis centum quinquaginta millibus peditum, & quindecim millibus equitum in Macedoniam irrumpit. Cum agros villaſque popularentur, occurrit ei cum inſtructo exercitu Macedonum Soſthenes; ſed trepidi à valentibus facilè vincuntur. Itaque, cum victi ſe Macedones intra muros vrbium cōdidiſſent, victor Brenus, nemine prohibente, totius Macedoniæ agros deprædatur. Audi & eundem Trogum, apud Iuſtinum *li.20. Epitomarum*, ita loquentem: Dionyſium, gerentē bellum, legati Gallorum, qui ante mēſes aliquot Romam incenderant, ſocietatem amicitiamque petentes, adeunt: gentemque ſuam inter hoſtes eius poſitam eſſe, magnoq; vſui ei futurum, vel in acie bellanti, vel de tergo intentanti prælium, hoſtibus, affirmant: grata legatio Dionyſio fuit ita peracta ſocietate, & auxiliis Gallorum auctus, bellum, velut ex integro, inſtaurat. Sed quid in tātis ſeculis Galli valuerint, qui & Romanos varia ſæpenumero victoria fatigarunt? Nam, vt ſcribit Antias hiſtoricus, anno ab vrbe cōdita. 64?. Caius Manlius, & Quintus Cepio proconſules, aduerſus Cymbros, & Teutones, Tigurinos, & Ambronas, Gallorum gentes, quæ tunc, vt Imperium Romanum extinguerent, conſpirauerant, miſſi, prouincias ſibi, Rhodano flumine medio, diuiſerunt; ibi dum inter ſe grauiſſima inuidia & contentione diſceptant, cū magno periculo Romani nominis Italici victi ſunt: ſiquidem in ea pugna, Marcus Æmilius cōſularis captus atq; interfectus eſt, duo

filii Conſulis cæſi, 80 M. Romanorum, ſociorumq; ea tempeſtate trucidata, ſeptuaginta millia calonum, atq; lixarum interfecta, ita, vt ex omni penitus exercitu, 10 tantummodo homines, qui miſerum nunciũ, ad augendas miſerias, reportarent, ſuperfuiſſe referantur. Galli binis caſtris, atq; ingenti præda potiti, noua quadã execratione cuncta, quæ ceperãt, peſſundederunt, veſtis diſciſſa, & proiecta eſt, aurum argentumq; in flumen abiectum eſt, loricæ virorũ conciſæ, phaleræ quoque equorum diſpertitæ, equi ipſi gurgitibus immerſi, homines, laqueis collo inditis, ex arboribus ſuſpẽſi ſunt, ita vt nihil prędæ victor, nihil miſericordiæ victus agnoſceret. Maximus tunc Romæ, non ſolum luctus, verum etiã metus fuit. Hæc Antias, recitatus à Campegio, *in ſuo tract. 1. de trophæis Gallorum*. Et vltra inquit, ꝙ circa annũ ab vrbe condita 483. Galli Ciſalpini noui extitere Romanorũ hoſtes, aduerſum quos varia ſorte bellatum eſt. Nã in primo conflictu, Valerio cõſule, 3500 cecidere Romanorum. Et, vt Fabius hiſtoricus atteſtatur, anno ab vrbe condita 645. Lucio Æmilio Catulo, Gaio, Attilio Regulo Conſulibus magna formidine conſternatus Senatus defectione Ciſalpinæ Galliæ. Cum etiam ex vlteriore Gallia ingens aduẽtare exercitus nunciaretur, maxime Geſſatorum, ꝙ nomen non gentis, ſed mercenariorum Gallorum eſt; Itaq; permoti conſules, totius Italiæ ad pręſidiũ imperii, contraxere vires; quo facto, in vtriuſq; conſulis exercitu 800 mill. armatorum fuiſſe referuntur; Ex quibus Roman. & Campanorũ fuerũt peditũ 368000. equitum vero 26600. cętera multitudo fuit: commiſſo prælio apud Aretium, Attilius conſul occiſus eſt 8000. Rom. nec ſaltem tanta, quanta eius terrere debuit cæſio, ſed multò maior multitudo, ſui parte fugerunt: Nam 3000. eorum tantum interfecta hiſtorici tradunt: ꝙ ideo ignominioſius turpiuſq; etiam, tam paucis amiſſis, tanta agmina diffugiſſe. Idem Iuſtin. *li. 38 de Gallis & eorum virtutib. contra Rom.* ait: Audiui populos Tranſalpinæ Gallię, Italiam ingreſſos, maximis eam, pluriміſq; vrbibus præſidere. Et latius aliquanto ſolum finitimũ, quam in Aſiam, quæ dicatur in bellis, eoſdem Gallos occupaſſe: nec victã ſolum dici Romã à Gallis, ſed etiam captam, ita, vt vnius illis montis tantum cacumen relinqueretur: nec bello hoſtem, ſed pretio remotum. Gallorum autem nomen, ꝙ ſemper Romanos terruit, in partem virium ſuarum ipſe habeat. Nam hos, qui Aſiam incolunt, Gallos, ab illis, qui Italiam occupauerant. ſedibus tantũ diſtare, originem quidem, ac virtutem, genuſq; pene idẽ habere. Quid enim Plutarch. de Gallis dicit? Nonne de Cæſare loquens, ſic ait? Cęſar nouem annis militans, Galliam vniuerſam, à Pyreneo ſaltu alpibuſque, ad montem vſq; Gebennam, & Rhenũ, Rhodanumq; pop. Rom. ſubegit, quod vt alius ſcribit Hiſtoricus, pacata Gallia à Cęſare, maior gloria illi fuit, quam ſi totum ſibi ſubegiſſet orbem. Fatetur tamen Cæſar in comment. ſuis *lib.* 1. ſe Rhenum tranſiiſſe, non ſua ſponte; ſed rogatum & accerſitum à Gallis, non ſine magna ſpe, magniſq; præmiis prædicauit, ſe domum, & propinquos reliquiſſe, ſedes habere in Gallia, ab his conceſſas, obſides ipſorum voluntate datos, ſtipendium capere iure belli, qđ victores victis imponere conſueuerunt, non ſe Gallis, ſed Gallos ſibi bellum intuliſſe. Quid igitur de Gallis dicendum venit, ſi Cæſar ob Galliã, non tam deuictam, quam ab ipſis Gallis deditã, maiorem gloriam meruiſſe videatur, quã ſi reliquum ſibi orbem pacaſſet: ô glorioſum Gallorũ genus! ô genus fortiſſimum! ô gens bellicoſa! vt Saluſt. *in bel. Catilinario*. Præterea, quod natura gens Gallica bellicoſa ſit, gẽs aſpera, nec minus religioſa, gens fœcunda, gens animoſa, ferox, diues, armipotens, eximia, egregia, fortis, alacris, armorum auida, & pluribus aliis Epithetis, teſtimonio tam poëtarum, quã hiſtoricorum adornatur: Per ipſam enim Reges regnãt, per ipſam Imperatores triũphant. Si Galliã Cæſar non cognouiſſet, non ſolum Imperium non vſurpaſſet, ſed nec Dictatoris perpetui nomen obtinuiſſet. Soli Franci, ſoli Francorum Principes, ac duces, ex omnium gentium numero, auſi ſunt Cæſareæ conſulere vtilitati, & Pompeianam, bello Pharſalico,

lico, inuadere, ac debilitare audaciam; Sub Pompeio multo plures militabant, quam ſub Cæſare: ſed Cæſar, virtute Gallorum, qui ſub ipſo militabant, atque impetu magno hoſtes adoriebatur, ac multos cędēdo vulnerandoq; ſtrauit. Cæſariani, more hoſtium ora ferieētes, eos telis cuſpideque infeſtabant: quo feriendi genere hoſtes territi, oculorum periculo, terga dare coacti ſunt: Cæſar autem 22 tantum millibus, quorum maior pars Gallorum erat, imperabat. Sub Pompeio vero, multo plures, quam bis totidem, militabant: Sed hæc victoria non Italorum, ſed Callorū fuit; quod tanquam Perſæ, ſub vno Cyro contra Crœſum, & Aſſyrios, homines timidos, bella geſſerunt. Item Iulius Celſus, Gallorum tamen æmulus *lib. 5. de bellis Cæſaris*, de Gallis ſic ait: Galli homines ſunt aperti, minimeque inſidioſi, qui per virtutem magis, quam per inſidias dimicare conſueuerunt. Et Cæſar *in commentar. ſuis.* Illud quoque prouidentiſs. Ducis augebat curā, quod inſidioſiſſimo cum Rege rem gerebat, aſſuetus dimicare cum Gallis, apertis hominibus inſidiarum neſciis, nec fraudibus, ſed virtute bellantibus. Et hæc Camp. *in d. lib. de trophæis Gallor. tract. 3.* Dicit tamen F. Patr. *in lib. de inſt. Reip. lib. 9. tit. 3.* Quod antiqua conſuetudo Gallorum fuerit, vt ſagaces aliqui viri præficerentur, qui famam, ac rumorem hauriant, & viatores, inuitos etiam, conſiſtere cogant; vt quod quiſque eorum de quaque re audierit, aut cognouerit, quærāt, diſcantque, quibus è Regionibus veniant, quidque acturi ſint; & quæcunque acceperint, moliantur q;, pronunciare cogant: & iſta conſuetudo eſſet bona, ſi obſeruaretur in Gallia; ſed pro certo ſciunt alię nationes iſtud optime deducere ad effectum: Galli autem omnibus confidunt, omnes etiam exteras gentes, & hoſtes ſuos ad ſe aduentare, & reſidere ſinunt, vnde eorum conſilia ſunt omnibus etiam inimicis nota, & cito promulgata, quod non fit, neque apud Italos, Hiſpanos, Anglos, nec Alemanos, qui non ſinunt extraneos patriam eorum aggredi ſine ſaluo conducto.

Et licet multi hiſtorici Itali & alii extranei æmuli ſint, & Gallis infeſti ſuis ſcriptis, attamen verum nonnunquam profiteantur neceſſe eſt, mitto antiquos. Quid autem recentiores de eis ſentiant, adduco Fr. Philadelphū Italum, in quadā epiſtola ad Carol. VII. Franciæ Reg. Ita enim ait: Si verum ſine cuiuſquā inuidia fateri licet, poſteaquā impia, & immanis illa ſceleratiſſima Mahumeti ſecta inualuit, nullum eſt vſquā hominum genus, cui plus debeat Chriſtiana religio, quam inuictę Francorum nobiliſſimæque virtuti, vt ſupra iam dixi, vbi Galli laudantur ex fide Chriſtiana.

Anton. Sabellicus *Ennead.* 10. *lib.* 3. de virtutibus & moribus Gallorum, ſic inquit: Ritus Gallorum omnino diuerſus ab eo, qui olim fuit: Malorum quondam dæmonum cultores hi, & cæteræ gentes, nunc veræ pietatis obſeruantiſſimi: viuebant tunc populi quique ſibi, viuebant & ciuitates: Pauci numero reguli in tota gente, nunc regis Imperium late omnia tenet, Matrimonia Italico ritu celebrant; Liberales artes multis curæ ſunt, & inprimis diuinarum artium ſtudia: Gymnaſiū quod Pariſiis eſt, id declarat, omnium, quæ ſunt in terris, celeberrimum. Sunt & Romanarum literarum appetentiſſimi, nec Græcas aſpernantur, pene magiſtratus iudicia ſunt; Regum eſt hos legere, & inſtituere; in bellis cataphracto equite, pediteque leuiter armato vtuntur, & ſagittariis, qui longiores intendunt arcus, nec corneos, vt Scythæ, & totus ferè Oriens: ſed ex taxo, aliave duriore materia; Sunt Franci è Troiana ſtirpe oriundi. De pluribus aliis hiſtoricis, æmulis Gallorum, per Campegium, *in trophæis in verb. Gallor. tract. 3.* per Textorem *in ſuis Epithetis, in verb. Galli.* per Longolium, *in oratione de laudibus Francorum*: vbi & ample de laudibus Caroli Magni aliorumque Regum Franciæ, De Rolando, de Gothofredo Bollionio, & de Balduino, qui pro fide Chriſtiana multa bella geſſerant: de quibus s. *in 5. part. in 31. conſid.* vbi fit mentio de Regum Franc. laudibus.

Baptiſta Mantuanus, (qui vt Italus nobis fauere non conſueuit) teſtimonium de Gallis, & Gallia tulit, *in lib. 2. de S. Dionyſio.* Vbi terram ipſam, mores, & virtutes populi collaudat, in hunc modum:

Gallia terreni pars eſt, non infima mundi:
Sed longe lateq; patens, Hiſpanica tangit
Oppida ab occaſu, ſeſe coniungit ab ortu
Italiæ: noſtro hinc pelago (quæ reſpicit auſtrum)
Clauditur: Oceano, geminas quæ reſpicit vrſas.
Vnde venit boreas, hybernaq; frigora ſurgunt,
Et vada Teutonici tangit vaſtiſſima Rheni.
Terra hominum, frugumq; ferax, armenta, gregesque
Vberius paſcens, plebis non languida Cœlo
Tabifico: non mortiferis infecta venenis,
Vt Libyæ, non perpetuis adoperta pruinis,
Sicut hyperborei montes, non torrida ab æſtu.
Qui faciat ſteriles (vt decolor India) campos.
Non etiam noctis pollens ſemeſtribus vmbris:
Quale ſub arcturo poſitũ mare, & vltima Thule
Sed nec, vt Ægyptius, quia fuſa paluſtribus vndis.
Sed cœlo, & tenera fœcunda vligine terræ.
Inſita Gallorum ingeniis (quanquam modo circa
Numina, cum reliquis luſi mortalibus, errent)
Religio, poſtquam fuerint ad ſancta redacti
Legis ſcita, non vlli conſtantia maior,
Nulli maior erit pietas in numina genti.
Defendent mucrone fidem, belloq; domabunt,
Quoſcunque audierint Chriſtum ſe attollere contra:
Et certum munimen erunt, quod non ſinat iram
Barbaricæ gentis noſtros incurrere fines.

Subiungit tandem:

Gallia fert acres animos, & idonea bello
Corpora, non illis auſit componere ſeſe
Thracia, quæ Martem genuit, nõ Parthia verſis,
Quæ bellatur equis fugiens, licet inclyta Craſſo
Facta ſit extincto, ſigniſq; ſuperba Latinis.
Quas gentes olim non contriuere? per omnem
Inuecti Europam, quaſi grando aquilone, vel auſtro,
Importata graui paſſim ſonuere tumultu:
Scit Romanus adhuc, & quam Tarpeia videtis
Arx, attollentem caput illo in monte ſuperbum:
Pannones Æmathii norunt, ſcit Delphica rupes:
Quæ niſi terrificis ſubito conuulſa ruinis
Oppreſſiſſet, eos non defendiſſet Apollo.
Conferta argento templi ſacraria, & auro.
Intrauere Aſiæ fines, prope littora Ponti.
Ingentem creuere nouam, quæ tenditur vſq;
Ad iuga Pamphilium, Garamantica ſidera contra.
Inter Cappadoces poſita & Bithynica regna.

Item in eodem libro.

Ignea mens Gallis, & lactea corpora, nomen
A candore datum populis, muliebria tingit
Ora color Tyrius, Paphium meditata decorem.
Ex geminis fecit natura coloribus vnum:
Læti, alacres, luſu, choreis, & carmine gaudent:
In Venerem proni, proni in conuiuia, proni
Ante dapes ad ſacra Deûm ſeruire, iugumq;
Ferre negant, fugiunt figmenta, & hypocriſin, ore
Liberi, & ingenuus mos eſt, tetricoſq; peroſi.
Venatu, aucupio campos, montana, lacuſq;
Solicitant: bellandi vſu lætantur equorum.
Terga fatigantes lorica, haſtilia, & arcus,
Deliciæ genti, ſub dio ad ſydera ſomnum
Carpere, fuſcari ſole, & ferrugine pulchrũ eſt,
Puluere conſpergi, & grauius ſudare ſub armis,
Pro patria, pro cognatis, pro [illegible]ibus ire
In pugnam & gladios, & morti occumbere dulce eſt.

Ludouicus Bologninus, Iuriſperitus, de felici imperio, & ſtatu Gallorum ſic ſcripſit:

Francorum Reges ſacro ſub nomine nati,
Conſilio ſemper valuerunt ſemper & armis,
Sanctaq; fautores bonitatis iura tenentes
Appellat Romana ſuos Eccleſia agnatos,
Et primogenitos, tali ſunt nomine digni.
His Deus imperium dedit, & ſua iura tuetur.
Vnguntur, ſancti fiunt quicunque creantur,
His ſubſunt centum generoſi nominis vrbes.
His populi ſubſunt, Gentes, & maxima Regna,
His fines ſine fine patent, pater vnus, & orbis.
Innumeri his ſubſunt Domini, Dominique tenentur,
His præſtare fidem verbo, hos defendere & armis.

Omnes

Digitized by Google

Omnes cõueniũt, nemo eſt his arma recuſans
Pro ſacro imperio Francorum, & iure tenẽdo.
His medio eſt ſextus Ludouicus nomine magnus,
Qui belli & pacis Dominus, bene cuncta gubernat,
Auget & imperium propria virtute Deorũ.
Hic prius indomitos ſuperauit Marte Ligures
Auſpice, Sforciados pariter captosq; ſubegit.
Sed pius, & clemens vitam donauit vtriſque,
Hæc generoſa fuit maior victoria prima.

De aliis vero duabus principalibus Orbis partibus Aſia, ſcilicet, & Aphrica, & earum partialibus prouinciis, ſeu regionibus, & de laudibus & commendatione ipſarum, nunc ſcribere ſuperſedeo, cum ſatis ſuperque de ipſis per Hiſtoricos, Coſmographos, & alios, quiſque ſtudioſus videre & indagare poterit.

DEcimaoctaua conſideratio; Quoniam, ex quo aquæ ſunt neceſſariæ ad victum omnium animalium, plus quam aliæ res mundi, ita quod ex ſiti homines morerentur, vt dicit textus *in l. fi. ff. de riuis.* Excellentias aquarum paucis perſtringendo complectitur: quoniam aliquæ ſunt aliis excellentiores. Et primo de aqua cœleſti, ſeu pluuiali, quæ excellentior eſt aliis. Cum, vt dicit Ariſtoteles *libr. 8. de natura animal.* Piſcium, inquit, genus maxima ex parte amnis fluuiis bene viuit: ita enim non modo plus cibi nanciſcuntur, verum etiam pluuio humore iuuatur, vt ea quæ terra gignuntur: olera enim quamuis rigentur; tamen non tantum proficiunt, quantum imbre. Quod & ipſum, arundinibus lacu prognatis, euenit. Nihil enim fere accreſcunt, niſi aquæ pluuiæ accedant. Adde Auerroem quoque *tractat.* 2. 1. *part. Cantic.* ſuper eo cantico. *Aqua pluuialis purior cæteras antecellit: Aqua pluuialis optima eſt, at fontanis fluuialibus ve excellentior longe.* Addit Auicenn. eam præcipue probari, quæ æſtiua ſit, & Ioue tonante decuſſa, tenuitatis ratione, ſicuti interpretantur naturalium periti. Quæ quidem attenuatio fit, tum virtute Cœli eleuantis, ſurgentiſve, tum calidæ, ſiccæque exhalationis, intra nubem inflammatæ, vnde fiunt tonitrua perrupta nube. Illud obſeruatione dignum, quod ab eodem ſubnectitur Auicenn. nec præteriit medicinæ primas Paulus Ægineta; eſſe quidem præcipuum aquæ pluuiæ humorem, verum citiſſime computreſcere, cum ſit attenuatus nimium, proinde celerius in eum agere, corrumpendo terreſtrem aereum ve colorem nõ naturalem, hauſtum vero, potu humoribus putredinem concinnare, pectus oblædere, vocem hebetare. Putreſcendi tamen cauſam inde eruunt nonnulli, & Paulus præcipue; quoniam aquæ id genus à diuerſis admodum humiditatibus protollantur, velut de cadaueribus paludibus, vt lacus, præterea ſtagna, mare; quam rationem approbaſſe Galenus videtur: ſed inquit Auicenn. ſi probari cauſa hæc poſſet, vituperari digna foret cœleſtis aqua: igitur, attenuationem excellenter factam putrefactioni præceleri anſam præbere, vero fit ſimilius. Vt enim attenuatiſſimũ quodque eſt, ita etiam mutationi obnoxium maxime cenſetur. Statuendum tamen ſic opinantur, qui diſceptantes cupiunt ſententias conciliare: nil prohibere, quin quandoque computreſcat aqua pluuia: quia à tabidis corporibus aquarum, ſecernatur materia, quod euenit fere latius graſſante peſtilentiæ vi. Verum ſubnotemus & diuerſitatem alteram: Gal. idem *in libr. de bonitate Aquæ*, ſic propemodum ſcriptum reliquit: aquas, inquit, pluuias fero leuiſſimas eſſe, ſubtiles eſſe, ſubtiles item ac puras, bonaſque & guſtui prædulces: educit enim Sol & rapit tenuiſſimum quodque ex aquis: vernæ hyemaleſque cenſeri debent præſtantiſſimæ; ſicciores quidem à terra tolluntur æſtate vapores, nec non autumno quoque: at terroſus, vt ſic dicam, aer eſt quem deiecta perpurgat pluuia. Propterea per id genus aquæ duriores res euadant neceſſe eſt, inquit Hippocrates. Ex aquis leuiſſimæ ſunt pluuiæ & dulciſſimæ, atque item clariſſimæ, ac tenuiſſimæ: ratio autem, inquit idem, ex ſole, tenuiſſima quæque proliciente, ac leuiſſima; Hæc Cælius *lib. 4. lection antiquarum* 35. Et rationem bonitatis cœleſtium aquarum ponit *eod. lib. cap.* 36. quod videas. & *in c.* 37. po-

37. ponit quib. nocumento ſit cœleſtis aqua: Sed circa talia nõ inſiſto & de laude aquarum iam aliquid ſupra *ea. par.* 12. *conſi.* relatum eſt, in qua ſit mentio de quatuor Elementis, & infra latius videbitur. Fertur & Athenis terræ fuiſſe ſimulachrum (vt Pauſanias ait) ſuppliciter à Ioue pluuiam comprecantis: Cuius in monte Hymetto viſebatur Ara, vt refert Cælius *lib. lect. antiq.* 14. *c.* 39. Addo, Aquam benedictam multum laudandam, cum magis proſit ad ſalutem: nam ſanctificat, & purgat nos, tollendo venialia peccata: bona multiplicat, inſidias diaboli auertit, & à phantaſmatis, verſutiis homines defendit, vt dicit tex. *in cano. aquarum. de conſecrat. d.* 3. & ibi Archid. referens quod in concilio Naneten. ita fuerit ſtatutum; omnibus diebus dominicis quiſquis presbyter, in ſua Eccleſia, ante miſſarum ſolennia, aquam benedictam faciat in vaſe nitido, & de eadem populus aſpergatur: & vnum mirandũ eſt, & eſt grande experimentum fidei noſtræ, quod Aqua benedicta, quæ fit in vigilia Paſchæ, vel Pentecoſtes, nunquam putreſcit, ideo præſtantiſſima.

Hic etiam de aquis terreſtribus eſt dicendum; quæ quidem ſunt diuerſæ: Aliæ enim ſalis, aliæ nitri, aliæ aluminis, aliæ ſulphuris, aliæ bituminis, aliæ curam morborum adhibentes. Nam, vt ſcribitur *in tractat. de locorum ac mirabilium mundi deſcriptione, c.* 26. & eſt poſt Geographiam Ptolemæi. Iuxta Romam Albulæ ſunt quę vulneribus medentur. In Italia Fons Ciceronis, oculorum vulnera, & languores curat. In Æthiopia lacus eſt, quo perfuſa corpora velut oleo niteſcunt. Zaniæ fons in Aphrica canoras voces facit. Ex Clitorio, fonte Arcadiæ, qui biberint, vini tædium habent, eoſque abſtemios reddit. In Chio inſula fontem eſſe dicunt, quo hebetes fiunt. In Bœotia duo fontes, alter memoriam, alter obliuionem affert. Cocici fons, amorem Veneris tollit. Bœotiæ Lacus furialis eſt, de quo qui biberit, ardore libidinis exardeſcit. In Campania ſunt Aquæ, quæ ſterilitatem fœminarum, & virorum inſaniam abolere dicuntur. Et refert Cælius *libr. antiquar. lection.* 9. *c.* 25. *in fi.* fuiſſe in Achaia ciuitatem, Argyram nomine, ac fontem quoque, & in propinquo fluuium Selemnum, ab adoleſcente dictum, qui Argyræ Nymphæ illaqueatus amore, ac deſiderio exardeſcens, ſit à Venere in eum deformatus. Vnde Selemni aquam id adeptam laudis ferunt, vt ablutos amore liberet, tam viros, quam fœminas. Quod ſi eſt (inquit Pauſanias) omni auro precioſior eſt Selemni aqua. In Æthiopia fonte rubro qui bibit, lymphaticus fit. Lechircis fons Archadiæ, abortus fieri non patitur. In Sicilia fontes duo ſunt, quorum vnus ſterilitatem fœcundat, alter fœcundam ſterilem reddit. In Theſſalia duo ſunt flumina, ex vno bibentes oues nigras fieri ferunt, ex altero albas, ex vtraque varias. Clitumnus lacus in Vmbria, maximos Boues gignit. Reatini paludis aquis, iumentorum vngulas indurari dicunt. In Aſphaltide lacu Ideæ, nihil mergi poteſt, quicquid animam habet. Et eum aliqui mortuum mare vocant, & à fundo aſphalthen, ſeu picem euomit, quam etiam bitumen appellant, & pro pice in nauib. vtuntur. Quæ res cum adhuc humida ab aqua educitur, aiunt alio remedio diſiũgi, atq; à ſe ipſa ſeparari nõ poſſe, niſi mulieris menſtruo ſanguine, aut vrina. In India Syden vocatur ſtagnum, in quo nihil natat, ſed omnia merguntur. E contra in Alce lacu per Porcidamũ, omnia fluitant, nihil mergitur. Marſiæ fons in Phrygia ſaxa generat. In Achaia aqua profluit è ſaxis, Styx appellata, quod illico potata interficit. Celomium ſtagnum Siciliæ, tetro odore remouet approximantes. Fons eſt in Aphrica, circa templum Ammonis, qui humoris nexibus humum conſtringit. Fons Iob in Idumæa, quater in anno colorem mutare dicitur, in puluerulentum ſanguinem, viridem, & limpidum: tribus menſibus in anno retinens ex his vnum colorem. In Troglodytis lacus eſt, qui ter in die fit amarus, & deinde toties dulcis. Fons Silua ad radicem montis Sion, non continuis aquis, ſed incertis horis diebuſque ebullit. In Iudæa quondam riuus ſabbatis omnibus ſiccabatur, licet aliis diebus ſatis ingentib.

gentib. aquis, præcepsque deflueret. Ab eo facto ſabbaticus appellabatur, & inter Acharam Apameamq; labebatur, in ea Iudeæ parte, in qua regnauit Agrippa. In Sardinia fontes calidi oculis medentur, fures arguunt. Nam cæcitate detegitur furtum eorum, ſi ſacramento dato, oculos aquis eis tetigerint. Et alii dicunt eſſe Palici ſtagna in Sicilia iuxta Symnetum amnem. In Aſia quoq; iuxta Thianam fons Iouis appellatus, frigidus, vehementer ebullit, ac potantes ex eo periuros, ſtatim, graui vlcere manibus ac pedibus eorum percuſſis, magno dolore illic vera fateri cogebat: vera autem iurantes nihil omnino lædebat, vt Philoſtratus ſcribit, & recitat B. Fulgoſius *lib. 1. de miraculis. c. de ſtagnis Palici, &c.* In Epiro fontem eſſe ferunt, in quo faces extinguuntur accenſæ, & accenduntur extinctæ. Apud Garamantas fontem eſſe ita algentem dicunt, vt nõ bibatur, ita ardentem nocte, vt non tangatur. De pluribus aliis fontibus diuerſarum virtutum, vide eleganter per F. Patritium *in inſtitut. Reipub. lib. 7. tit. 10. & infra iſta conſiderat. in fine.*

Iam vero in multis locis aquæ manant perpetim feruentes, tanta vi, vt balnea calefaciant, vt apud nos Heduos, in oppido Borbonii Anſerici, apud Borbonios larchenbaut; Et eſt Aquis, quæ eſt vrbs Capitalis prouinciæ, & in plurib. aliis locis Galliæ. In Germania, vt Aquiſgrani, aquæ etiam calidæ ſcaturiunt. Item in Italia, apud Viterbium, quæ ciuitas dicta eſt, quaſi vita inermium veteranorum, quibus benemerentibus, & honeſta militia miſſis, locus ille quietis, ac inter Balnea ad curandas ægritudines, Romæq; proximus, vt ab his, ſi opus eſſet, conſilium haberetur, deſignabatur. Quod euenit. Nam quædam terræ ſunt, quæ multum ſulphuris & aluminis habent. Itaque cum per venas calentes aqua frigida venit, vicino ſulphuris calore contacta, excandeſcit, nec talis ab origine profluit: ſed permutatur, dum ſcaturit, & venit. Sulphur enim & alumen, ſecum ferunt aquæ materiam, igne plenam, mirisq; motibus incaleſcentem. Sed de hoc plene *infra 77 conſid.* dictum eſt. Et adde vnum ſcitu dignum: ſcribit Vict. *lib. 4.* Quod aquæ neruicos, & podagricos efficiunt, Sulphuroſi fontes neruorum labores reficiunt. Hæc ſingularia, proprietates, ſeu naturæ de prædictis ſcribuntur *in loco ſupra alleg.* & pleniſſime Plin. *in lib. 2. naturalis hiſtoria. ca. 106.* vbi de multis fontibus mirandis, & vt dicit ibi, quod aquarum natura à miraculis non ceſſet. Nam plures ſunt fluuii & fontes, qui non ſolum diuinis honorib. coluntur, verum etiã Iconiis, & ſimulachris etiam humanis dicari conſuetum eſt, vt infra dicetur.

Natura autem aquarum eſt multiplex, & habet multas proprietates aqua, vt dicit Anton. Florent. *in ſua ſumma. in 3. par. ti. 14. c. 2. §. 1.* vbi dicit: Quod eſt refrigeratiua, purgatiua, ſuſceptiua luminis, fœcundatiua animaliũ, ſuffocatiua, & mollificatiua terræ. Aquarum item mirandam naturam, vide per Cælium *lib. antiq. lection. 14. in fi.* Vbi inter alia dicit, fontem apud Trezenios fuiſſe, cuius perennes aquas præcipue ſunt admirati, in 9 annorum ſiccitate, quibus nunquam pluit, accreſcentibus cæteris omnibus.

Et inter plura maria eſt vnum, quod dicitur mare magnum, quod ab occaſu ex Oceano fluit, in meridiem vergit, deinde ad ſeptẽtrionem, quod inde Magnum appellatur, quia cętera maria in comparatione eius minora ſunt. Iſtud eſt Mediterraneum, quia per mediam terram vſq; ad Orientem, Europã, & Aphricam, Aſiamque diſterminatur. Cuius primæ partis ſinus, quæ in Hiſpanis perfunditur, Ibericus, & Balearicus appellatur. Deinde Gallicus, qui Narbonenſem prouinciam alluit. Mox Liguſticus, qui iuxta Genuam vrbem eſt proximus. Poſt hæc Tyrrhenus; qui Italiam attingit, quem Græci Ionicum, alii inferum vocant. Deinde Siculus, qui a Sicilia vſque ad Cretam vadit. Deinde Creticus, qui in Pamphiliam & Ægyptum pertendit, & ſic de ſingulis, *vt in dicto libro de mundi deſcriptione c. 28* Vbi deſcribuntur alia maria à diuerſis reb. locis, regionibuſue denominata, vt ibi videre poteris: Ex quo non inſiſto, cũ ſufficiat quod mare magnum ſit aliis excellentius.

Nilus Alexandriam. Hæc ſunt, quæ dicuntur in ea mundi deſcriptione, *cap.33.* vbi ex ſupra dictis ſatis perſpici poteſt; Nilum eſſe excellentiorem omnibus aliis fluuiis, quod aperte aſſerit Philip. Bergo. *in ſuo ſupplemento Chronic. lib.1. circa prin.* Vbi ita inquit quod ſit fluuius totius orbis permaximus, qui totã circuit Æthiopiam atque Ægyptum: de quo Lucanus *in 10* dicit:

Arcanum natura caput non dedit vlli.

Excellentia enim illius conſideratur ex multis: primo, propter eius longitudinem & amplitudinem, cum ſit totius orbis permaximus, vt dixi. Secundo; quoniam in eo ſunt ſeptingentæ inſulæ, inter quas eſt illa celeberrima Meroe, Sabbæ Reginæ ſapientiſſimæ regnum. De Niloticæ aquæ laude præcipua refert Cælius *lect. antiqu. lib.14. cap.39.* Cum ait, quod ea cunctis virtutibus inſignita creditur. Nam in medicinæ ratione fluuialis aqua, & paluſtris damnatur, præter Niliacam, eſt hauſtu ſuauis, mediocrem in aluo moram ducens, ſitim porro reſtinguit commode, nec frigida quidem vllum inferens nocumentum. Et Galenus Nilum ita laudat, vt bonitatis excellentia paucis admodum comparari fluminibus poſſit. Nam & mulierum fœcunditatem, & partionem inſigniter adiuuat. Ex eo præterea in Ægypto ſole, omnium paluſtres aquæ redduntur commodiores, quando æſtate nec computreſcunt omnino. Seneca *in natura quæſtionibus*: Pleraque ſunt (inquit) quorum ratio reddi non poteſt, vt cur aqua Nilotica fœcundiores faciat fœminas: adeo vt quarundam viſcera longe præcluſa ſterilitate, ad cõceptum relaxauerit. Auicenna 1. *canoni.* quatuor ex cauſis Nilo incomparabilem bonitatis vim ſcribit attributam. Quarum primam ſtatuit à curſus longitudine; Secundam aſſcribit regionis nitori ac præſtantiæ, per quam fit aquarum delapſus; Tertiam putat, quod à Meridie in Septentrionem deferantur: ſic enim attenuari amplius; Poſtremo, & immenſam ſuffragari fluminis molẽ. Præterea, dicunt Iouis vice fuiſſe Ægyptus Nilum: vnde apud Poetam Parmenonem ſcribitur: *Iupiter Ægypti Nile.* Quoniam, vt dixi, certis anni temporibus ſuperfuſus ripis, imbrium modo, miram campis fertilitatem inferat. Vnde Tibullus de eo:

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Dicitur inde & Chryſorrhoas, quaſi auro fluens. Ex quo videmus, quod graues pœnæ ſanciuntur à iure contra eos, qui comata ſeu aggeres Nili ruperint, vel violauerint omnino, vel præter vetuſtatis morem, ita quod concremari debeant, vt eſt textus ad literam *in l. vnic. C. de Nilis aggerib. non rumpend.* & ibi gl. Cyn. Albericus, & Salic. dicunt idem eſſe in aliis fluuiis, vbi poſſit eſſe magnum damnum, vt in Pado fluuio Italiæ, quod nõ credo eſſe verum. Cum non poſſit eſſe talis & eadem ratio, ſed alia pœna extraordinaria puniri deberent. Nam in Ægypto non pluit, vt dicit gloſſ. *in rubric. C. de cupreſſis.* Sed ſecus in Italia, aut aliis locis. Ideo ex ruptione aggerum Padi, vel alterius fluuii ſterilitas, & tantum damni inferri non poteſt. Ideo, &c. Ad prædicta facit; quia etiã ementes & vendentes arbores cupreſſos in certis locis Ægypti, quinq; libris auri mulctandi ſunt, *vt in l. 1. C. de cupreſſis. lib.11.* Et eſt ratio, quia dictæ arbores continent aggeres, tenentes aquam Nili, quæ oportunis temporibus ſpargitur per agros, vt dicit gloſſ. rubricaria, & iam ſupra tactum eſt.

Sed vlterius pergamus cum Cælio qui altius de aquarum præſtantia inueſtigat. Reliquorum (inquit) aquæ fluminum difficiles cenſentur areſaciendo, ac ſitim amplius accẽdendo, præſertim ſi regionum adſit malignitas, nec aer admodum accommodus, quod notauit Dioſcorides. Auicenna eam aquam ita probat, quæ ortum præcipue æſtiuum habet, ſemperque bonitate proficere, dum à fonte diſcluſa abit longius. Secundo probatur, quæ in Septentrionem profluit; licet Paulus Ægineta ſatis eam non probet; quoniam ſit inceſſu tarda, duraq; aqua, rurſum incaleſcat tardius, ac frigeſcat, cui diuerſum faciat ortum petens. Improbantur o-

omnino, in Occaſum Meridiemve delabentes, præcipue Meridionali aſſiliente afflatu.

Puteanas quoque, nec ſatis probas, præ fontanis, arbitratur Auic. quod terroſæ plurimum ſint: vt quæ in arcto contineantur occluſæ. Porro ineſſe & putreſcentis materiæ quippiam neceſſe eſt, illuc Solis radio minus pertingente, nec prorſum perflatum vllos vapores corruptioni obuios detergente: dicunt Galenus & Paulus, vnam eſſe bonarum & malarum aquarum cognitionem; ſi hyeme quidem caleant, frigeant vero æſtate: deinde, ſi puræ ſint, nec colore oblæſo vitiatove; & ſi mala nequaquam fuerit hypoſtaſis, hoc eſt, ſubſiſtentia, ſiue ſubſtantia; item, ſi leues ſint, quando terræ permixtionem coarguit pondus. Conſideratur præterea, incaleſcantne ſtatim, frigeſcantve, huiuſmodi enim præſtare. Niuis aqua potui peſſima eſt, vt ſcribit Ariſtot. vt refert Aul. Gell. *noctium Attic. lib. 19. cap. 5.* An autem aqua ſit caloris expers, Cælius *lect. antiq. lib. 14. cap. 9.* & *eod. lib. cap. 16.* ſcribit rationem, cur aquæ fluentes ſint dulces, & aquarum colores.

De balneis & medicis aquis elegãter ſcripſit Fr. Patritius *de inſtitutione Reip. lib. 7.* vbi de ſulphuratis, aluminoſis, bituminoſis, & nitroſis fontibus, & quomodo vrbes & caſtra iuxta optimas aquas ædificari debeant. Item de ſignis aquæ puræ, & de aquis inſalubribus.

Sed continuando materiam, ſunt & plures alii fluuii, qui & à Poetis & Hiſtoricis celebres memorantur, vltra quatuor ſupra enumeratos, inter quos enumerantur *in d. deſcriptione locorum,* 22. & ſunt ſequentes, Hydaſpes, Arar ſeu Araris, qui fluuius eſt Galliæ Celticæ, per fines Heduorum & Sequanorũ in Rhodanum fluens. Lucanus *libro 6. Rhodanumq; fluentem Præcipitauit Arar.* Oritur è finibus Germanorum, & labitur inter Ducatum & Comitatum Burgundiæ, à parte Orientis, & vulgo apud nos, *Sagona*, dicitur, mira tranquillitate per ciuitatis Lugdunenſis medium interlabens: & ita influit vbique incredibili leuitate, ita vt oculis, in vtram partẽ fluat, iudicari non poſſit. Iſta ſunt verba Cæſaris *in comment. de bello Gall. lib. 1.* Ideo molendina nulla, aut rara habet, nec naufragium facit. Fluuius quippe piſcibus diues & laudatiſſimus, carpis craſſiſſimis præcipue. Bactrus, Coaſpis, Araxis, Orontes, Iordanis, Cydnus, Pactolus, Smyrnus, Meander, Thanais, Inachus, Padus, Italiæ fluuius, alio nomine Eridanus dictus, qui rex fluuiorum à Virgilio *in Georgic.* deſcribitur, Tyberis ſeu Albula. Danubius ſiue Iſter, qui in Europa plus omnibus, ſecundum eundem Ptolemæum, famam habet, cum ſit permagnus Germaniæ fluuius, à niuium copia, quibus augetur (vt fertur) vocatur, de quo Auſonius Epigrammatiſta:

Danubius penitus caput occultatus in oris,
Totus ſub veſtra iam ditione fluo.
Qua gelidum fontem mediis eff undo Süeuis,
Imperiis grauidas quas ſeco Pannonias.
Et qua diues aquis Scythico ſoluo oſtia Ponto,
Omnia ſub veſtrum flumina mitto iugũ.
Auguſto dabitur, ſed proxima palma valeti,
Inuenies fontes hic quoq;, Nile, tuos.

De cuius laude & excellentia vide Franc. Irenicum *in ſua deſcript. Germaniæ, libr. 8. cap. 17. cum pluribus ſequ.* Et ibi ſcribit, an Nilus Danubio ſit maior. Et ibi etiam de pluribus Germaniæ fluminibus.

Rhenus, fluuius Galliæ, inter tres Europæ maximos fluuios computatus, qui iugo Rheticarum Alpium, vſque in Oceani profunda, curſus ſuos dirigit.

Rhodanus, Galliæ fluuius, qui adeo magni & velocis curſus eſt, vt vix (præcipue flãte borea) aduerſa poſſit nauigari aqua. Ferunt, & verum eſt, hunc fluuium in Alpibus oriri, quæ Italiam à Gallia diuidunt: nõ longe à fontibus Rheni & Danubii. Fertur per Lemanum lacum, Gebennæ vicinũ, & verſus Occidentem, per Galliam fluens motu præcipiti, ciuitatis Lugdunenſis muros ab Orientali parte alluit, & in loco plano ſub ipſa vrbe, & prope eam Arar Rhodano commiſcetur, inde ad Meridiem conuerſus, & Iſaram Druentiamq; ſuſcipiens, in Tyrrheni æquoris freta irrumpit. Scribit Aul. Gell. poſt M. Varronem *noct. Attic. lib. 10. c. 6.* inter flumina,

Digitized by Google

mina, quæ vltra imperium Romanū fluunt, prima magnitudine eſſe Nilum, ſecunda Iſtrum, proxima Rhodanum.

Iberus, Minius, Tagus, qui cæteris fluuiis Hiſpaniæ prælatus eſt; quia copioſus aureis arenis, Bæthis.

Sunt & plures alii fluuii in Gallia percelebres & maximi, nauigabileſq;, de quibus nō fit mentio in prædicta deſcriptione locorum, ſed Ptolem. *in ſuis tabulis, libr.* 2. & de eis iam meminimus *in iſta part. ſupra, de laudib. Gallorum,* & ſunt Carontonus, Moſa, Moſella, Dordona, Atheſis, Druentia, Iſara, qui duo fluuii Rhodano ſe iungunt, Scaldus, Lizia, Matrona, qui oritur apud Lingonas, Sabus, Garumna, dilabens ex Pirenæo in Oceanum excurrit. Eſt enim in Gallia Narbonenſi, terminans Aquitanos, diſtans à Narbone ſtadiis octoginta tribus: deinde amplificatus amnibus, per Bituriges & Santones, Gallicam vtramque gentem, effluit.

Ligeris ſeu Liger, oritur in finibus Aruernorū, & diſterminat campos noſtros à campis Borboniis, à parte Meridiei, & in Oceanum influit, maximi curſus eſt, & vtriuſque, Liguris ſcilicet, & Garumnæ, duobus ſtadiorum millibus nauigatio eſt.

Sequana, fluuius eſt Galliæ Celticæ: nam oritur in Ducatu Burgun. in finibus S. Sequani, nō procul ab vrbe Diuionenſi, & per medium ipſius Ducatus labitur, etiam ciuitatis Trecenſis & Pariſienſis, vnde flumen Pariſienſe dicitur, vt dicit gloſſ. *in verb. manumitti, in l.* 1. *ff. de offic. proconſulis.* Textor vero *in ſua officina* ponit nomina fluuiorum præcipua, vbi multa ponit, quæ videri poterunt, & eſt *in fol.* 257. Et *in fol.* 256. ponit fluuios auriferos & gemmiferos. Et *in fol. eod.* ponit aquarum mirabilem naturam, allegans Ouidium, quos videas; quia idem dicunt, quod hic ante dictum eſt.

Cælius *libro antiq. lect.* 9. *cap.* 57. fluminum ſimulachra varie, nunc humana, nunc bubula, ſeu bouilla ſpecie exprimi conſueuiſſe refert: cuius verba ſunt; Quoniam Poetæ, multa fabuloſitate illuſtres, in fluminum mentione, quaſcunque collibitum fuerit, illis imagines circumponunt, ac velut graphice deliniantes conformant viſum ad præſens, quæ mihi ſuggerit hiſtoria ex ſuperſtitione veteri, ſtudioſis communicare, quo in poeticis fiant, quaſi Meandris adminiculatiores. Compertum igitur illud inprimis, non ſolum diuinis cultos honoribus fluuios: ſed & iconas illis, ac ſimulacra dicari frequenter conſueuiſſe, verum non modi vnius: ſiquidem humana eos ſpecie effingere nonnulli, quibus bouinam alii effigiem induxerunt: in iis Eraſmus eſt. Eurotas item apud Lacedæmonios, Æſopus apud Sicyonios, ac Phlyaſios, apud Argiuos Cephiſſus, hominis figuram præfert, Alpheus, Cephiſum Athenienſes hominem monſtrant vtique. Sed ita, vti promant ſe nihilominus cornua. Syracuſani & Anapum, in Sicilia forma inſigniunt eadem. Cyanenſes vero fontem fœminea circumueſtiunt ſpecie, Crimniſum quoque & Telmiſſum, humana honeſtari facie legimus. Pueri formoſioris ſpeciem adamarunt Agrigentini, in cognomine ciuitatis fluuio, qui & apud Delphos ſtatuæ ex ebore dicatæ fluminis aſcripſere nomen; at pueri nihilominus ſimulachrum erat. Et ita Pariſienſes Sequanam eorum fluuium, ſub forma & effigie puellæ venuſtæ depingere ſolent, cui titulum addunt, videlicet, Sequana, mater Pariſiorum. Sicut & Arar, ſeu Sagona, mater Lugdunenſium dici poteſt.

De fontibus autem ſcitu dignum eſt, quis omnium fontium ſit excellentior, & extollendus ſupra alios, & de quo hiſtorici meminerint, aut Poetæ: & videtur eſſe fons paradiſi terreſtris, totum nemus irrigans, diuiſuſq; in quatuor naſcentia flumina, de quibus hic ante de pluribus ponit Textor *in ſua officina, fol.* 340.

Inter cæteros fontes ſunt excellentiores in Europa tres fontes ſalſi in Comitatu Burgun. in oppido ſeu vrbe nomine Salinæ, quæ vulgo *Salins* dicitur, ex quorum aquis, quæ igne comprimuntur, fit ſal admodum album, quo tota Burgundia fere, Sabaudia, & Sueuia vtitur: in quo ſunt ædificia am-

qui ſunt immunes, quoad eos, ſed alii ciues ſupportant eorum onera; quia in aliis deſeruiunt ciuitati.

2. Prædicti aquarum cuſtodes ſunt ita priuilegiati, & ab omnibus honorãdi, vt quo melius cognoſcantur, ſignari debeant in manibus, per impreſſionem ſigni Principis, aut illius Domini, vbi ſunt deputati, vt inquit text. *in l. decernimus*. Loco cuius impreſſionis ſeu characteris hodie ſeruientes Principi, aut alteri in aliquo officio, debent ferre baculum depictum ſigno Domini: vel aliud ſignum ab ipſis ſeruientibus portari ſolitum, vt cognoſcatur ab omnibus, quod ſeruiens ſit curiæ talis Domini. Sic etiam legati Romanorum herbam quandam deferebant (quæ vocatur ſagmina) vt cognoſceretur, vt nullus eis inferret iniuriam, *l. ſanctum. ff. de rerum diuiſ.* Ad quod accedat *l. 1. Cod. de lati. libert. tollend. circa med.* vbi patet, ſeruos debere portare pileum: ita dicit Iacobus Rebuff. *in d. l. decernimus.* vbi etiam deducit, quod in ſimili, ſi ponatur quis in ſaluaguardia, vt cognoſcatur, debeant apponi penuncelli regii in domibus ſeu prædiis, vbi apponitur ſaluaguardia: & iſtud communiter fit apud nos, & in tota Gallia. Et iſti penuncelli denotant, talia eſſe in ſaluaguardia Principis datiua: alii vero officiarii, qui habent ſigna conſueta, ex quibus cognoſcuntur, vt ſunt clientes Principis, ex huiuſmodi ſignis ſemper ſunt in eius ſaluaguardia, hoc eſt, protectione: ideo in locis, vbi aquarum cuſtodes portant ſua ſigna, tutantur ſaluaguardia Principis, nec impune offendi poſſunt.

3. In hoc priuilegiatur aquæ, quod prædia, in quibus tranſeunt & ſunt aquæductus, conſequantur immunitatem ab omnibus oneribus extraordinariis, & ſuperindictionibus, quæ pro illis prædiis imponuntur, *l. 1. C. de aquaduct. lib. 11.* Et iſtud rationi congruit, eo; quia poſſeſſores prædiorum, vt per quæ aqua publica defluit, tenentur ſuo ſumptu aquæductum purgare, *dict. l. 1.* Ideo ius & ratio ſuadet hoc caſu, cum in hoc grauentur, vt in aliquo releuentur: ideo, ceſſante cauſa, ſcilicet, ſi non teneantur aquæductum purgare ſuis expenſis & ſumptibus, ſed vtplurimum eum purgent expenſis publicis, ideo non habent illam immunitatem.

4. Quia pro vtilitate publica, & ad vſum publicum licet tranſducere aquam per agros priuatorum, etiam dominis inuitis, *l. ſi locus. §. cum via. ff. quemadm. ſeruit. amit. dict. l. 1. Cod. de aquaduct.* ſatisfacto tamen damno Dominis prædiorum, *leg. ſi venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. prædior.* Fel. *in c. quæ in Eccleſiarum, colu. 10. Extra de conſtitut.* quod intellige ad vſum publicum, vt dictum eſt, & non ad vſum priuatum, *l. quemadmodum. §. ſi protectum. ff. ad leg. Aquil.* Franc. de Ripa tamen *in loco ante citato*, dicit, eum eſſe ad vſum priuatum, ex decretis ducalibus Ducatus Mediolani.

5. Quia in fauorem aquarum fuit interdictum Dominis prædiorum, per quæ aqua publica commeat, ne plantent arbores prope aquæductus, nec natas vel renatas teneant per quindecim pedes, *d. l. 1.* Ratio ibi aſſignatur, ne arborum radices fabricam formæ corrumpant: & vt ait Franc. de Ripa *loco ante allegato.* Ex hoc cognoſcitur illud ſolum procedere, quando aqua ducitur per canales lapideos, ligneos, vel plumbeos (vt in hac noſtra ciuitate Heduenſi, vbi aqua fontis, qua fere omnes vtuntur, ducitur per canales, olim plumbeos, nunc ligneos. Crederem tamen neceſſarium fore, vt reducerentur ad priſtinam naturam, & ad canales plumbeos.) Secus vero, vt ait, ſi conducatur per patentes alueos; quia ripæ arborum radicibus magis muniuntur, quam corrumpuntur, *l. 1. §. oportet. ff. ne quid in loco publ. rip. eius fiat.*

6. Quod qui ex publico aquæductu ad ſuum fundum aquam diuerterit, abſque licentia Principis, vel illius, ad quem ſpectat, fundum amittat, & fiſco acquiratur, *l. 2. C. de aquaduct.* & vſurpatam aquam reſtituat, *d. l. decernimus.* etiam librarum decem mulcta plectatur, *l. fin. C. de aquaduct.* Et contra eos, qui in damnum accolentium quicquam in flumine publico ripave eius faciunt, proditũ fuit remedium & interdictum, *Ne quid in flumine.*

Digitized by Google

7. Quia intereſt Reip. ne aqua publica minuatur, corrumpatur, deteriorve fiat, cuilibet de populo prodita eſt actio aduerſus cōtrafacientes, *l.1.§.hoc interdictum.ff.ne quid in flum.p..bl.rip.eius, &c.*

8. Quia priuilegium extrahendi aquam ex publico aquæductu, fauore publico reſtringitur ad aquã ſuperfluam & ſuperabundantem, *l.ſi quis per diuinam liberalitatem, C. de aquaductu.* Quod facit ad permiſſiones, ne dicam licentias, mercatoribus (etiam alterius gentis, vt Anglis & Ianuenſibus) cōceſſas, ad extrahendum à patria certas quantitates frumenti; quoniam huiuſmodi indulgentiæ debent intelligi, ſi talis quantitas ſuperſit ab vſu habitantium, & ſic recipit conditionem, ſi Reſpub. non indigeat; vt in ſimili de indulgentia cōceſſa Ianuenſibus, de qua per Bart. & Ioan. de Platea *in d.l.ſi quis per diuinam.* Et merito; quia priuilegium alicui conceſſum, non extenderetur ad ea, per quæ lædetur publica vtilitas, *l.fin. C. de officio magiſt.milit.l.humilioribus.C.de ſuſcept.* & Arch.*l.2. C.de priuilegiis ſcholarum, lib.12.* Priuilegia enim publicæ vtilitati damnoſa, non ſunt recipienda, *l.nec damnoſa. C.de precib.imper.offer.* Etiam facit quod de ſuperfluo erogari debeat, & elargiri, iuxta illud; Sitientibus agris noſtris aquam non dabimus alienis, *l.præſes. C.de ſeruitut.* Quilibet enim primo ſibi eleemoſynam facit, deinde proximo, *c.ſane deponitur.diſt.3.* & vnuſquiſq; regulam diligendi à proximo accipit, *c.ſi non licet.23.quæſt.5.* Et dicitur *Tobiæ* 4. Quomodo potueris, eſto miſericors; ſi tibi fuerit multum, abundanter tribue, ſi exiguum, etiam hoc libenter impertire. Et dixit text. *in Auth. quomodo oporteat Epiſcopos. §.in omnibus.* Dandum eſt ex his, quæ Deus dedit; quod eſt poſſibile miniſtrare. Vnde *Eccleſiaſt.*35. ſcribitur: Da Altiſſimo ſecundum donatum eius. Hæc dicit Luc. de Pen. *in dict.l.ſi quis per diuinam.* vbi multum exhortatur magiſtratus, qui Rempub. adminiſtrant, vt prouideant, vt primo ſit copia rerum neceſſariarũ in ciuitate, antequam aliquid extrahatur. Ita ſi viderint aliquod mercimonium vrbibus pernitioſum, prohibere debent, ne ibi exerceatur. *l.nobiliores. C.de cōmerc.& mercat.* Quod notandum eſt pro noſtris ciuibus, qui aliquando in fine anni volũt extrahere vina de ciuitate, & vendere Comitatenſibus: quoniam officiales prouidere debent, ne tot vendãtur & diſtribuantur, vt ciuitas ſit euacuata illis, ſed tantum vendantur de iis, quæ ſuperabundãt, & pro neceſſitate.

9. Quia aquarum malignitas quandoq; inficit ciuitates, debent, qui Reipub. gerunt adminiſtrationem, aut curam, prohibere, ne in publico aquæductu, aut in aquis, quæ pro vſu publico ſunt neceſſariæ, quis res immundas proiiciat, neque mulieres pannos, cæteraque ſordida, ne ſeruitores mulas, equos & reliqua huiuſmodi lauent, neve porcos immittant, iuxta illud: *Heu liquidis immiſit fontibus aprum!* Neve in eo quis natet, vel ſe abluat, niſi forte in inferiori parte, & ſecreta, vt eſt textus *in leg. cum ſupra virentes, vbi Bartol. & Ioann. de Platea, C. de re militari, lib.* 12. Et, qui contrauenerit, & quodammodo aquas publicas ſpurcauerit, arbitrio iudicis grauiter eſt puniendus, *l.1.§.1.ff. de variis & extraord.cognit.* Imo non licet habenti fontem, ſeu aquam priuatam, eam aliquo modo ſpurcam reddere, ſi cum eadem ſpurcitia in aquam, vel fundum defluat alienum, *l.apud Trebat. in princip.ff.de aqua plu.arcend.* Aret. *conſil.*30. Cæpolla *in tract.de ſeruit. tit. de fonte.* Alias teneretur actione iniuriarum, Franc. de Ripa *in d.loco.verſ.*7.

10. Pro fontibus conſtruendis, & aqua habenda ad vſum publicum, poſſunt decuriones collectam imponere, vt per plura deducit & cōprobat idẽ Ripa, *in præd.tract.fol.*33.*verſ.*8. Et ita olim Romani faciebant, eodem authore.

11. Quoniam priuilegium immunitatis ab omni munere, non eximit priuilegiatum ab oneribus, quæ imponuntur pro aquis publicis habendis, vel pro aquæductibus purgandis, aut reficiendis, *l.ad portus. C. de oper. publ.* Nam ad talia onera etiam Eccleſia tenetur, *l. ad inſtructionem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſecundum Io. de Platea *in l. ad reparationem. C. de aquaduct.* Adducit etiã textum *in l.abſit. C.de pri-*

C. de priuilegiis domus Auguſtæ, lib. 11. & in l. 2. C. de immunit. nemini conced. lib. 10. Per quæ iura videtur, quod etiam nemo poſſit ſe excuſare à refectione pontium ciuitatis, per quodcunq; priuilegium immunitatis, quod habere poſſit.

12. Extrahens aquam de publico aquæductu, detiuando eam ad fundum ſuum, punitur amiſſione illius fundi, vt eſt text. ad literã *in l. ſi quis de cætero, C. de aquaduct. lib. 11.*

Ad cognoſcendum ergo aquę bonitatem, quæ nobis neceſſaria eſt, ponenda eſt in vas æneum, vel Corinthium, & ſi maculam non fecerit, neque in fundo vaſis arena, limusve inueniatur, vel ſi legumina in ea aqua coniecta, & ad ignem poſita celeriter percocta fuerint. Cognoſcitur denique, ſi limpida & perlucida fuerit, & quocunque profluxerit, locum ab omni inquinamento mundum reliquerit, neque muſcum, neque iuncos produxerit. His ſignis, aqua tenuis, & in ſumma ſalubritate nobis oſtenditur. Probatur autem aquæ bonitas ex aſpectu incolarum, ſi ſint corpore robuſti, colore nitidi, non gibboſi, non ſtrumoſi, non vitiati cruribus, non lippis oculis, non fatui. Et vt ait Franciſc. de Ripa *in dict. ſuo tractat. de peſte. fol. 32. verſ. dixi ex aqua.* vt cognoſceretur aquæ puritas ſalubritasque, maiores noſtri inſpiciebant iecora pecorum, quæ his locis paſcebantur, & plures experti, ſi liuida, vel vitioſa reperiebãt, ex aqua, & pabulo malignis id euenire arbitrantes, iudicio, mutabant Regionis locum, dubitantes aquam illam humanis corporibus peſtilentem futuram. Et ibi ample ſcribit, quomodo ex aquá fœtida generetur vt plurimum peſtis: Ideo conſulendum eſt hominibus, vt habitationem loci ſibi eligant, vbi ſit aquarum ſalubritas & vbertas.

DEcimanona conſideratio; Montes depromit: Nempe, vt dicitur, *in lib. de locorum ac mirabilium mundi deſcriptione cap. 23. qui eſt additus Geographiæ Ptolemæi.* Quidam montes propriis ex cauſis vocati ſunt, ex quibus notandi ſunt, qui opinione maximi celebrantur.

Mons Caucaſus, ab India vſque ad Taurum montem porrectus, pro gentium & linguarum varietate quoquo verſum vadit, diuerſis nominibus nuncupatur. Vbi ad orientem in excelſiorem conſurgit ſublimitatem, propter initii candorem, Caucaſus nuncupatur. Nam Orientali lingua, Caucaſum, ſignificat candidum, id eſt, niuibus denſiſſimis candidantem. Hic fertur ſecundũ nonnullos ſyderibus proximus, vnde aſtra maiora viſuntur, & eorum ortus, occaſusque diligenter perſpiciuntur, & eſt aſper, & inhoſpitabilis, Vnde Virg.

Sed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus. ———

Et à pleriſq; mons Taurus idem vocatur, qui & Caucaſus, & Indiam à Scythia dirimit in finibus Aſſyriorum, de quo meminit Plin. *lib. natur. hiſt. 5. c. 27.*

Libanus mons Phœnicum altiſſimus, cuius meminerunt Prophetæ, dictus a thure, quia ibi colligitur. Alius eſt mons, qui dicitur Libanus in Iudæa, ſed vt dicit Nicolaus de Lyra, ſuper illud *Canticorum* 4. Non eſt ille mons, de quo ibi fit mentio : & ſic ſunt duo montes Libani, ſed excelſior, ſeu altiſſimus eſt ille, qui eſt in Phœnicia: de iſto monte meminit Plinius *lib. naturalis hiſtoriæ 5. capit. 20.*

Arath mons Armeniæ, in quo Archam hiſtoriæ poſt diluuium reſediſſe teſtantur: vnde & vſque hodie ibidem lignorum eius videntur veſtigia. Altius de materia refert Philippus Bergome. *in ſuo ſupplement. Chronicorum lib. 1. in verb. Noe.* Et ita inquit, quod ſtetit Archa ipſa (vt ſacræ tradunt literæ) ſuper altiſſimos Armeniæ montes quindecim cubitis, vt patet *Geneſ. 7.* Ex ſiccatis vero aquis, Noe primum animalia ex Archa dimiſit, quibus emiſſis, ipſe ſua cum generatione ſimul egreſſus confeſtim pro gratiarum actione Deo ſacrificauit, atque cum ſuis comedendo carnes epulari cœpit. Eum autem locum, vt Ioſephus refert, Armeni poſtmodũ, egreſſorium vocarunt, vbi & Archæ ſaluatæ reliquias per multa tempora ipſi prouinciales oſtenderunt. De huiuſmodi Archa Beroſus Babylonicus Hiſtoricus *in ſuo 1. libro*

de temporib. cuius titulus, Beroſi deploratio, eſt, perpulchre tractat, dicens: *Ante aquarum cladem famoſam, qua vniuerſus periit orbis, &c.* Ait enim *in fine libri*, quod Archa quieuit in vertice montis Gordiei, vbi aliqua ipſius pars ſuo tempore erat, & homines ſui temporis ex bitumine illo colligebant, & ad expiationem peccatorum ſuorum vtebãtur.

Olympus, mons Macedoniæ, eſt nimium præcelſus, ita vt ſuper illo nubes eſſe dicantur. Vnde Virg.

Nubes exceſſit Olympus.

Dictus Olympus, quaſi hololampas, hoc eſt, totus lucens, quia ſolem clarum habet, nulliſque vnquam nubibus fuſcatur. In eius cacumine aram Ioui dicatam commemorãt Poetæ, vt dicit Nicolaus Perottus *in ſuo libro Cornucopia.* Hic mons Macedoniam à Thracia diuidit. Et de iſto monte, & pluribus aliis meminit Iſidorus *lib.* 14. *cap.* 8. poſt ipſum Ptolemæum. Sunt autem quatuor montes hoc nomine: primus, mons altiſſimus inter Theſſaliam & Macedoniã, qui tamen Theſſaliæ aſſcribitur; alter, in Gallogræcia, vel in Cypro; alius & tertius apud Myſos, ad cuius radices Pruſa ab Hannibale cõdita eſt. Quartus, ad mare rubrum in Æthiopia, non longe ab Heliopoli oppido, qui oriente Sole vſque ad quintam diei horam flammas emittit, vt dicit Calepinus *in verbo, Olympus.*

Alius eſt mons in Macedonia, dictus Athos, altior nubibus, adeoque ſublimis, vt in Lemnum inſulam vmbra eius protendatur, quæ ab eo 76 milliaribus ſeparatur. De multis aliis montibus, ſcilicet Parnaſſo, Ætna, Apennino, Pyrenæo, Calpa, Cerauneis, & Acrocerauneis montibus, videatur in dicta deſcriptione, *vbi ſupra.* In Talaro monte Epiri, centum eſſe fontes docet Plinius *lib.* 4. *c.* 1. Talarus, inquit, mons centum fontibus circa radices Theopompo celebratus.

VIgeſima cõſideratio, de trib. ſectis mundi declarat, quæ illarum ſit excellentior, cum genus humanũ in tres ſectas principales diuidatur. In Gentiles, ſcil. Iudæos, & Chriſtianos, hoc eſt, in præputium, circumciſionem, & baptiſmum. Petrus Venerabilis Abbas Cluniacenſis, *lib.* 1. *Epiſtol.* quatuor ſectas in mundo præcipuas ſcribit, ſcilic. Chriſtianorum, Iudæorum, Sarracenorum, & Paganorum.

Secta vero Gentilium ſiue Paganorum olim erat, quæ colebat multos pro Diis, videlicet Saturnum, Iouem, Mercurium, Herculem, Iunonem, Proſerpinã, Palladem, Deam Veſtam, Cererem, Vulcanum, Bacchum, ſiue Liberum, Ianum, Quirinum, ſeu Martem, Æſculapium, Æolum, Dianam, Venerem, Apollinem, Plutonem, Neptunum, ac multa alia idola manufacta. Et pro hac ſecta quidam allegant illud dictum Apoſtoli 1. *ad Corinth.* 8. Si quidem Dii ſunt multi, & Domini multi. Sed Scotus 1. *ſentent. diſtinct.* 2. eis reſpondet, quod Apoſtolus ibi loquatur ſecundum opinionem idololatrarum. Vnde *eodem cap.* reprobat eorum ſectam, dicens: Nam & ſi multi ſunt, qui vocentur dii, ſiue in cœlo, ſiue in terra, nobis tamen eſt vnus Deus: omnes autem Dii Gentium dæmonia, *Pſalm.* 95. Vel poteſt dici, quod Apoſtolus ibi loquatur de his, qui aliquid amant plus, quam Deum, & in eo ponunt fidem ſuam: hoc enim eſt eis pro Deo, iuxta illud Auguſtini *in quodam ſermone*, dicentis: Hoc pro Deo ab homine colitur, quod ab eo præ cæteris diligitur. Vnde deguloſis inquit Apoſtolus *ad Pilipp.* 2. Quorum Deus venter eſt. Dicit tamen Bernard. de Buſt. *in* 1. *part. ſui Roſarii. ſerm.* 14. *in* 1. *part. illius ſermonis, in litera N.* quod prima expoſitio Scoti ſit melior contra Gentiles, & Paganos, adorantes ſtatuas manu factas, pro Deo, qualis erat ſtatua aurea Nabuchodonoſor. *Danielis* 3. Contra quos inquit Dauid *Pſalmo* 113. *Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum; os habent, & non loquuntur, oculos habent, & non vident, &c.* Et tandem: *Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.* Talia tamen ſimulachra Gentiles ſapientes deridebant: vnde refert Ambro. *lib.* 2. *de virginib.* quod Dionyſ. Tyrannus, cum intraſſet templũ Iouis, amictũ aureũ, quo eius operiebatur ſimulachrũ, detrahi

detrahi iuſſit, & imponi laneum, & dixit: aurum hyeme eſt frigidum, æſtate vero onerosum; Deum autem ſuum ſic irriſit, vt nec onus ferre poſſet, nec frigus portare. Item, cum Æſculapii vidiſſet barbam auream, tolli eam imperauit, dicens, incongruum eſſe ipſum barbam habere, quam Apollo eius pater non haberet. Item, ſimulachris tenentibus pateras aureas, ademit eas, allegans, ſe accipere debere quod Dii darent; & ſubdit Ambroſius: ita ludibrio habiti ſunt, vt neque Iupiter veſtem ſuam defendere potuerit, nec barbam Æſculapius, nec Apollo pubeſcere ad hoc cœperit: nec hi, qui dicuntur Dii, defendere potuerũt pateras, quas tenebant. Apparet autem ſtultitia Paganorum, qui, vt refert Salomon, *Sapient.* 13. putauerunt eſſe rectores terrarum Deos, Solem, aut Lunam, aut Stellas, ſiue Aerem aut Aquam, vel Ignem: nam nulla rationabili cauſa ad hoc moueri poterant, ſed inſipientia; Sicut Chaldæi, de quibus legitur in quadam hiſtoria ſcholaſtica, quod cum ipſi adorarent ignem, quem ipſi appellabant Deum Deorum, ad hoc etiam cogebant alios, hoc modo; Offerebant enim quibuſcunque negantibus ignem eſſe Deum, & alium Deum pugnantibus, pugnam; ita, vt ſi Deus eorum ab aliquo vinceretur, eius culturam admitterent; ſi vero ignis, eorum Deus, aliorum idola conſumeret, illi ad ignem ſemper colendum ſe obligarent. Quapropter Canopei, qui idolum Beli adorabant; depoſuerunt de capite idoli ſui coronam auream, & ſuper caput eius quoddam vas teſtaceum poſuerunt, & illud multis foraminibus perforauerunt, & cum cera obturauerunt, & illud aqua impleuerunt. Venerunt igitur Chaldæi ad illud idolum examinandum, & poſuerunt in ignẽ, ſtatimque in foraminibus cera liquefacta, deſcendit aqua, & ignem extinxit: & ſic præualuiſſe creditum fuit idolum Canopi, cuiuſdam ciuitatis Ægypti, Deo Chaldæorum. Et ideo dicit Bernard. de Buſtis *in dicto ſermone* 14. *in* 1. *parte ſui Roſarii.* quod hæc ſecta fuit reprobata, duplici de cauſa, & ſecundum comprobat ex pluribus aliis de cauſis, vt ibi per eum, vbi plures Theologos pro hoc allegat. Ideo hæc ſufficiant, cum non ſit intentionis meæ illam laudare: ſed hæc retuliſſe ſat ſit, vt in tantum aliarum ſectarum laus pateat. Dixit tamen Ioannes de Turrecremata *in capit. caue.* 28. *quæſtion.* 1. quod hodie pauci ſint gentiles; ex quo aliter in his non eſt immorandum.

Aliæ autem ſunt ſectæ, vt Mahumeti, Iudæorum, & Chriſtiana. De ſecta autem Iudæorum, an ſit aliquo modo laudanda, videtur quod ſic; eo, quia videtur, quod Chriſtus non fuerit miſſus, niſi pro natione Iudaica; cum ipſe, vt habetur *Matth.* 15. dicat: non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Et in Iudæa natus eſt Chriſtus, vt habetur *Matth.* 2. Et ex Virgine Maria, quæ erat Iudæa, & de ſinu Dauid, vt habetur *Matth.* 1. qui non venit ſoluere legem, ſed adimplere, vt dicitur *Matth.* 5. Et quibus Iudæis data ſunt decem præcepta legis, ſcilicet, Moyſi, conductori filiorum Iſrael, vt patet *Exod.* 3. Et illis dati fuerunt Prophetæ, plus quam cæteris nationibus. *Matth.* 23. Et ſalus ex Iudæis eſt. *Ioan.* 7. Et in quibus duodecim millia ſignatorum, ſtantium ante Thronum Dei, fuerunt viſa à Ioanne Euangeliſta, vt ſcribitur *Apocal.* 7. Et quibus etiam dedit benedictionem, domino Iacobo, Aaron, Iſrael, & ſemini Dauid, & omni generationi eius, ita quod, vt breui abſoluatur, non fecerit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauerit eis, *Pſalm.* 148. Cum humanam carnem in Iudæa aſſumere voluit, & ex virgine Maria, Iudæa, quæ eſt nunc exaltata ſuper omnes Choros Angelorum: qui omnes ſuos Apoſtolos, qui ſunt tãquam Principes, ſedentes ſuper duodecim tribus Iſrael, iudicantes, ex ipſa Iudæa, in cõſortium aſſumere voluit; qui illam in medio terræ poſuit, cum Ieruſalem ciuitas principalis Iudaicæ gentis ſit in medio terræ: vt dictum eſt ſupra. Ratione cuius medii conſideratur maioritas, vt prætactum eſt ſupra *in* 1. *part. in* 12. *conſid.*

Sed quicquid ſit, ſola ſecta Chriſtianorũ, ſeu ſola fides Chriſtiana eſt extollenda, & laudanda, cum aliæ reprobentur. De reprobatione vero ſectæ Mahumeti, non aliter inſiſto,

cum illam reprobet ſatis Bernard. de Buſt. *in 1.par.ſui Roſ.ſermon.14. 1.litera V.* Secta Iudæorum etiam eſt ſatis reprobata per eundem, *in dicto loco, in litera Z. vſque ad fin illius ſermonis*, vbi ponit notabile conſilium contra Iudæos blaſphemantes Deum, & Sanctos, quo modo debeant puniri.

Cum ergo illæ omnes Sectæ reprobentur, ſola ſecta Chriſtianorum eſt extollenda, & illam dicit commendandam ex tribus Bernar. de Buſtis *in 2.par.ſui Roſ.ſerm.15 in litera E. vſque ad literam X.* Dico autem illam eſſe extollendam pluribus aliis de cauſis.

Primo; quia fuit prophetizata à Prophetis, non ſolum Iudæis, ſed etiam per vniuerſum orbem ante natiuitatem Chriſti fuit cognita. Et quia principaliter in duodecim articulis fidei, contentis in Symbolo, facto ab Apoſtolis, qui quidem omnes articuli fuerũt ante Chriſtum præcogniti, & qui figurati fuerunt in duodecim lapidibus fundamenti muri ciuitatis Ieruſalem, de quibus *Apocal.21.* Et in duodecim ſtellis, quæ erant in corona mulieris, de quibus *Apocal.21.* Et in duodecim lapidibus, portatis per duodecim viros perfectos, de quibus *Ioſu.4.* ponit Alexander de Hales. *in 3. part. ſuæ ſummæ: in tractatu de fide informi. quæſtio.1.* Et Bonauentura *in 3. diſtinct 25. artic.1. quæſt.1.* Et Richardus *in ea diſtinct. artic.2. quæſt.1.* Et de fide & Articulorum fidei nobilitate, vide *infra in 27.conſider.* Et deueniendo ad primum articulum, particulariter demonſtrando, quomodo in ſacra ſcriptura dicti Articuli erant iam cogniti, cum dicatur per Petrum, *Credo*, de hoc habetur *Eccleſ.2.* vbi dicitur: *Qui timetis dominum, credite illi.* Et cum dicitur, *In Deum*, habetur *Deuteron.6. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Deus vnus eſt.* Et cum dicitur *Patrem*, habetur *Ierem.3. Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis.* Et cum dicit *Omnipotentem*, habetur *Geneſ.7. Ego dominus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus.* Et cum dicit *Creatorem Cæli & terræ*: habetur *Geneſ.1. In principio creauit Deus Cœlum & Terram.* Secundus Articulus fuit Andreæ, qui dicit quinque videlicet, *Et in Ieſum*, quod habetur *Abac.3.c.* vbi dicit Propheta: *Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo.* Secundo; *Chriſtum*, Abac. *vlti. Egreſſus es & in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo.* Tertio; *Filium eius*, vt habetur *Pſalm.2. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te*, & *Pſal.88. Ipſe inuocauit me, Pater meus es tu.* Quarto; *vnicũ*, dicit ibi, quia *Pſal.88.* habetur: *Et ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ.* Quinto; *Dominum noſtrum*, quia habetur *Pſal.23. Domini eſt terra & plenitudo eius, Orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo.* & *Pſal.2.* Dicit Deus Pater Filio, quem mittere volebat ad incarnandum: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea.* Tertium Articulum poſuit Ioannes, dicens, *Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto*, & hoc habetur *Eſa.63.* vbi dicitur, *Spiritus ſanctus ductor eius fuit.* Deinde dicit: *Natus ex Maria Virgine*, Eſa.7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur, nobiſcum Deus.* Quartus Articulus fuit Iacobi maioris, dicentis; *Paſſus ſub Pontio Pilato.* & hoc habetur *Eſa.50.* vbi inquit Chriſtus per os Eſa. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me.* (*Crucifixus*) inde dicit, quod habetur *Iob 7. Suſpendium elegit ſibi anima mea.* & *Pſal.21. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Item, *& mortuus*, dicit, quod habetur *Eſa.53. Tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt.* Tertio dicit: *Et ſepultus*, quod habetur *Eſa.11. Et erit ſepulchrum eius glorioſum*, dicit Propheta, videns in ſpiritu Chriſtum de ſepulchro reſurgẽtem in gloria. Quintum articulum poſuit Iacob. minor, dicens: *Deſcendit ad inferos.* Et hoc habetur *Zachar.9.* vbi Propheta loquitur, dicens: Futura velut præterita more Prophetico, vnde ait: *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua:* Anima enim Chriſti deſcendens ad inferos, liberauit ſanctos patres. Sextum articulum poſuit Thomas, dicens, *Tertia die reſurrexit à mortuis.* Oſeæ 6. Dicebãt mortui, qui debebant reſurgere cum

re cum Chriſto, poſtquam intellexerunt illũ eſſe mortuum, forte per annunciationem Euangelicam; *Viuificabit nos poſt duos dies, tertia die ſuſcitabit nos*: & ſic ſe inuicem confortabãt. Septimus articulus fuit Philippi, qui dicit, *Aſcendit ad cœlos*. & hoc habetur *Pſal.46. Aſcẽdit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ*. & iterum; *Sedet ad dexteram Dei patris omnipotẽtis. Pſ.109. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis*. Octauum articulum, poſuit Bartholomæus (cuius nomen inditum eſt mihi in baptiſmate) qui dixit, *Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos*. De quo habetur *Eſa.4. Dominus ad iudicium veniet cum ſenioribus populi ſui, & Principibus eius*. & *Pſalm.97. Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate*. Nonus articulus fuit Matthæi, qui ait, *Credo in Spiritum ſanctum*; de quo habetur *Ioel.2.* vbi dicit Deus de Spiritu ſancto, quem mittere debebat in die Pentecoſtes: *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri*. Decimũ articulum poſuit Simon, dicens *ſanctam Eccleſiam Catholicam*, ſcilicet eſſe vnicam per totum mundum. *ca.1. §. vna vero. de ſum. trin. & fide cathol.* & extra quam nemo poteſt ſaluari: de qua *Sophonia vlti.* dicit Spiritus ſanctus: *Reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine domini, & ſeruiant ei humero vno*. Omnes enim Chriſtiani dicuntur eſſe vnum corpus Eccleſiæ, iuxta illud Pauli *ad Rom.12.* Multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Et eadem ſententia habetur *1. ad Corinth.12.* licet per alia verba. Item dicit, *Communionem ſanctorum*. De quo habetur *Sap.7. Sine inuidia communico, dicit quilibet ſanctus*. & *Pſalm.118.* dicit Dauid Domino: *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua*. Vndecimus articulus, fuit Thadæi dicentis; *Remiſſionem peccatorum*. & hoc habetur *Ezech.36.* vbi dicit DEVS de aqua baptiſmali: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*. Hinc ſumpta occaſione Bernardus de Buſt. explicans talia *in 1. part. ſui Roſarii ſerm.15.* ponit materiam indulgentiarum, vide ibi per 4. folia. Duodecimum articulum poſuit Matthias, dicens, *Carnis reſurrectionẽ*. Et hoc habetur *Ezech.37.* vbi dicitur à Domino mortuis reſurrecturis: *Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulturis veſtris, & dabo ſpiritum in vobis & viuetis*. Deinde dicit: *Vitam æternam, Amen*. In quib. verbis continetur virtualiter, vt prædictũ eſt, etiam æterna damnatio peccatorum, per argumentum ab oppoſitis, vt dicunt Theologi *in 3. diſt.25.* Et iſte articulus habetur *Dan.12.* vbi dicitur: *Qui dormiunt in terra puluere euigilabunt, alii in vitam æternam, alii vero in opprobrium ſempiternum*.

Vltra autem Symbolum Apoſtolicũ, ſunt alia duo, ſc. Symbolum ſanctorum patrũ 150. in concilio Niceno, ſecundũ aliquos, ſed melius, in concilio Conſtant. congregatorum, *vt in c. canones 15. diſt.* & hoc factum fuit contra Manichæum, & Macedonium, negantes Spiritum S. eſſe æqualem Patri, & Filio, ac cantatur in miſſa. Aliud vero, quod cantatur in prima, in dieb. dominicis, fuit factum contra Arrium, negantẽ filium eſſe Patri æqualẽ. Compoſitũ fuit ab Athanaſio, excellentiſſimo Doctore, & Epiſcopo Alexãdrino: & vtrunq; iſtorum fuit editũ, ad declarationem primi, ſc. Apoſtolici, contra Hæreticos male exponẽtes. Primũ tamen eſt dignius, tum propter cõpoſitorum excellentiã, tum, quia omnes articulos fidei plenius continet, & eſt magis ſentẽtioſum quam alia, vt dicunt Theologi *in 3. diſtinct.25.*

Proſequendo materiam noſtram, quod Secta Chriſtianorum magis ſit extollenda, ex eo, quod Articuli fidei illius ſunt approbati à veteri teſtamento, & cogniti à prophetis, etiã ante aduentum Chriſti, qui eſt autor, & inſtitutor illius fidei, in quẽ omnes fideles Chriſtiani, tenentes fidem, & Sectam illius, credunt, ipſum fuiſſe natum ex Virgine Maria, paſſum ſub Pontio Pilato, &c. Huiuſmodi, quæ ſunt de articulis fidei, & de vero Chriſto, qui in mundum venit, & quod vere fuit incarnatus. vnde dicitur *Amos 3. ca.* Non faciet Dominus verbum, ſcil. incarnari, quin prius loquatur ad Prophetas ſuos: & ideo videndum eſt, quæ fuerint principales Prophetiæ de Chriſto loquentes; vt cum patuerit eas eſſe verificatas,

Digitized by Google

credamus, eum verum fuiſſe Meſſiam, per illam ſententiam Nico. de Lyra, *in ſuo opuſculo contra Iudæos*, dicente: Quotieſcunq; aliqua ſcriptura denunciat aliquid eſſe futurum, & determinat tempus, locum, & modum, ſi omnia prædicta ſimul concurrant & veniant, manifeſte patet, quod illud, quod prædictum fuerat, veriſſimum ſit: & ideo ad oculum demonſtrabitur ex plurib. Prophetis, quod verificatæ fuerint in Chriſto, qui habuit teſtimonium pro ſe validiſſimum, itaque fides eius eſt tenenda, & vltra alias extollenda.

Nonne primo de eo prophetizatum fuit *Geneſ.* 49? Vbi Abraham Patriarcha dicit: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, neque Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt*: & ſecundum translationem Chaldaicam habetur, *donec veniat Meſſias*: ſequitur: *Et ipſe erit expectatio Gentium*; quia gentiles eius fidem recepturi erant. Et hoc quoque prophetarum erat *Dan.* 9. vbi dicitur. *Cũ venerit Sanctus Sanctorum, ceſſabit vnctio veſtra*. Quod patet eſſe impletum; eo primo, quia conſtat Iudæos nunc non habere Regem: nam antiquitus eorum Reges vngebantur, vt habetur 1. *Regum 9. cap.* quod hodie non fit. Sed hæc vnctio data à Deo Regibus, fuit translata in Regem Franciæ, propter Chriſtianitatem in ſuo Regno inuiolabiliter obſeruatam, vt dixi ſupra *in 5 parte, in 23 conſider.* de Clodoueo leg. Rege Francorum Chriſtiano, cui diuinitus vnctio ſancta in ſuo baptiſmate demiſſa fuit, ex quo adhuc Reges Franciæ inter alios Reges vnguntur, cum mirabili deuotione, & ſolennitate. Nam in natiuitate Chriſti, Iudæi amiſerunt regnũ; quia ablatum fuit eis ab Herode Aſcalonita, qui fuit Idumæus, & auxilio Romanorum, debellauit Antiochum Regem Iudæorũ, qui deſcẽderat à Macchabæis, & prolem Regiam occidit, & libros de genealogia combuſſit, ne in poſterum eiiceretur ipſe, vel filii eius, tanquam alienigenæ, & interfecit etiam legis Doctores, qui dicebant in populo illud *Deuteron.* 15. *De medio fratrum tuorum pones ſuper te Regem.* Tempore cuius Herodis, natus eſt Chriſtus, & ideo audiens magos, dicentes; *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum*? turbatus eſt. *Matth.* 2. Ipſe enim vſurpauit Regnum Iudæorum, anno incarnationis, ſeu natiuitatis CHRISTI, & ab illo tempore translatum fuit Regnum Iudæorum in Romanos, vt habetur *Ioannis 19. non habemus Regem, niſi Caſarem; & qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.* Ex quibus patet, quod verificata fuerit illa prophetia, quod verus Meſſias, qui mittendus erat (qui dicitur Chriſtus) venit in mundum, & fuit ille, qui natus eſt de Virgine Maria, paſſus ſub Pontio, verus Deus & Homo; Cuius eſt fides Chriſtiana, quam tenemus, & ſeruamus, quæ vera eſt, & infallibilis: & ſic inter alias, & ſupra alias extollenda. Per cuius Chriſti natiuitatem, lux orta eſt nobis cum, vt habetur *Eſa.* 9. *Populus Gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in Regione vmbra mortis lux orta eſt eis*; & omnes Gentes, præter Gentes Iudæorum, erant in regione vmbræ mortis. Cum non haberent cognitionem veri Dei, nec præcepta legis, ſed erant gentiles; ſed tunc talibus lux orta eſt eo; quia Deus ſciebat, illos debere tenere fidem Chriſtianam; & Gens Iudæorum fuit maledicta, eo, quod non cognouit dominum. Ideo habetur *Eſa.* 1. *Cognouit Bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus præſepe domini ſui; Iſrael autem me non cognouit, væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis.* Et ideo ſequitur *Eſa.* 9. Quod ex quo fides Chriſti debebat recipi à Gentib. *populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam, &c.* Ex quo conſtat, hanc fidem Chriſti eſſe extollendã, cum per illam lux orta ſit nobis.

Etiam fides noſtra Chriſtiana eſt multiplicata, iuxta dictum *Eſa.* 9. *Multiplicabitur eius Imperium vſque in ſempiternum.* & *Daniel.* 2. *cap. In diebus illis ſuſcitabit Deus Cœli Regnum aliud, quod non diſſipabitur in æternum*: quod poteſt intelligi de Regno Frãciæ, in quo Chriſtianitas nunquam ceſſauit, nec ceſſabit: & ſic eſt imperium diuinum, datum à Deo in hoc mundo Regi Franciæ, vel ſecundum Theologos, eſt imperium Chriſti, quod eſt in locis, vbi fides ſua ſeruatur & tenetur; quod erit ſemel in toto mundo, cum dictum ſit: data eſt ei omnis poteſtas in Cœlo, & in terra, *Matth.*

Digitized by Google

Matth. vlt. Et fiet vnum ouile, & vnus paſtor.

Extollenda eſt etiam hæc ſecta; quoniam eam tenentes peruenient ad vitam: quia, vt dicit *Baruch. 4. cap.* Hic liber mandatorum Dei, ſcilicet, datur ab iſto Deo incarnato, de quo *in cap.* 3. ibi, *Qui adinuenit omnem viam diſciplinæ, qui cum hominibus conuerſatus eſt, & lex quæ eſt in æternum, ſcilicet, Euangelica, omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerint eam, in mortem: Conuertere Iacob. & apprehende eam.* pro quo bonus eſt text. *in l.* 1. *Cod. de ſumma trinit. & fid. cathol.* Ex illis enim prophetiis ſupra deductis, & allegatis, conſtat, quod fides Chriſti ſit prior, & antiquior lege Moſaica, quod etiam aliis comprobatur mediis *in fortalitio fidei lib.* 1. *in 2 conſider. artic.* 2. Eo videlicet, primo, quoniam Abraham ante legem, & ante circumciſionem iuſtus fuit, & non fuit iuſtus, niſi merito fidei, vt patet *Geneſ.* 19. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, & merito fidei fuit ei facta repromiſſio, & ſpecialiter illa: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*, vt patet *Geneſ.* 22. Sequitur ergo ex his, quod fides Chriſti fuerit ipſa lege Moyſis tempore prior: & quamuis Apoſtolus hoc ſpecialiter probet *ad Galat.* 3. exemplo Abrahæ, tamen hoc idem probat *ad Hebræos* 10. & 11. per plura exempla, ſicut patet de Abel, Enoch, Noe, Sara, Iſaac, Iacob, Ioſeph, & Moyſe. Iſti enim, & multi alii iuſti fuerunt ante legem iuſtificati, vt patet ibidem. Eo etiam, ſecundò, quia Deus promiſit Abrahæ inter cætera quatuor. Primo; hæreditatis ſucceſſorem; Secundo, hæreditatis adeptionem. Tertio ſeminis multiplicationem. Quarto vniuerſæ Gentis benedictionem: & licet ad literam iſta quatuor ei promiſſa fuerint de aliquo temporali; principaliter tamen Deus ſpiritualia intelligebat. Primo enim promiſit ei Deus heredem, ſcilicet, Iſaac, *Geneſ.* 25. Sed in hoc principaliter promiſit ei Chriſtum, qui pro tanto, Hæres Abrahæ, dicitur: quia ex eo ſecundum carnem deſcendens, in eius regnauit, regnat, regnabit hæreditate: vnde Gabriel ait de Chriſto: *Regnabit in domo Iacob æternum. Luc.* 1. Secundo; promiſit ei hæreditatem temporalem, ſcilicet, hæreditatem Chanaam, à fluuio Ægypti vſque ad fluuium Euphratem, non vt dicto loco, *Geneſ.* 15. Non quod ipſe vnquam illam poſſederit, niſi in ſemine ſuo: vnde & ſemini ſuo dicebatur: *Et dabo tibi terram hanc.* In hoc ſpiritualiter ei promittebatur vt ſpiritualis hæreditas, ſcilicet, vniuerſa congregatio fidelium, tam Iudæorum, quam Gentilium, cuius ipſe per fidem pater eſt. Promittebatur etiam ei hæreditas gloriæ, qui propter fidem eius, ſinus Abrahæ, nuncupatur. Tertio; promiſit ei ſeminis multiplicationem, ſicut ſtellas Cœli, & arenam maris. *Gen.* 22. Boni, qui ex ipſo deſcendunt per Iſaac, & Iacob, ſunt ſicut ſtellæ Cœli. Sed præcipue veri Chriſtiani, qui ſunt eius ſemen ſpirituale, & ſemen Dei repromiſſum, inquantum eius fidem imitamur: ſed mali, qui ex eo deſcendunt per Iſmaelem, & filios Zethuræ, & per Eſau, fuerunt ſiccæ, & ſteriles, velut arena maris; ſed præcipue mali Chriſtiani, qui ſi habent fidem Abrahæ, nomine fidei, tamen eius operibus contradicunt. Quarto; promiſit ei Deus omnium gentium benedictionem, gratiæ quidem in præſenti, & gloriæ in futuro: non quod per eum eſſet danda, vel fienda hæc benedictio: ſed per ſemen, non per quodcunque ſemen, ſed per vnicum, quod eſt Chriſtus. Non enim in Iſaac, Iacob, vel Ioſeph, vel Moyſe, Dauid, Salomone, vel in aliquo alio homine potuit hoc verificari: *In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes, Geneſ.* 22. quod declarat Apoſtolus *ad Galat.* 3. dicens: *Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius: non dixit*, in ſeminibus, *quaſi in multis; ſed quaſi in vno; & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.* Nota, quod dicit, Abrahæ, cui Deus non falleret propter eius fidelitatem & amicitiam, dictæ ſunt, ſupple, à Deo, merito ſuæ fidei, repromiſſiones: loquitur in plurali, propter promiſſiones ſupradictas, vel, quia, ſecundum gloſſ. frequenter idem eſt, æterna beatitudo eſt ei promiſſa, & ſemini eius; id eſt, Chriſto; non ad Chriſtum fieret promiſſio, ſed quod ad eum pertine-

Ooooo bat,

bat, quia per eum promittebatur danda benedictio. Et, quod illud ſemen ſit Chriſtus, & non alius, notatur ex verbis ſcripturæ, quæ eſt. *In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes*; non ſolû Iudæi. Vnde ait: *non dicit*, ſupple *ſcriptura*; *in ſeminibus, quaſi in multis, quod faceret ſi de multis vellet intelligi, ſed dicit, quaſi in vno; & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus*. Vnde de vno ſolo vult intelligi, & iſtud vnum, eſt Chriſtus. Si enim de multis vellet intelligi, dixiſſet. *In ſeminibus tuis benedicentur, &c.* Sed dicit ibi; *ſemini*; volens de vno intelligi, propter quod Apoſtolus; *& ſemini tuo*: Patet igitur, quod promiſſio facta fuerit Abrahæ, merito ſuæ fidei, vt Apoſtolus innuit ad *Hebræos* 10. & 11. & iſta promiſſio quia diu fuit facta ante legis dationem, ſatis demonſtrat, quod fides Chriſti promiſſi, præceſſerit legem Moyſis: Et ſic ex prædicta ſcriptura Pauli, quaſi ex quadam aureola aromatum, collectus eſt etiam hic flos pulcherrimus; de quo *in dicto fortalitio fidei*, quod fides Chriſti ſit lege Moyſis antiquior Rom. cuius antiquitatis ratione, extollenda eſt vltra alias leges & ſectas. Et non ſolum extollenda eſt ex prædictis, ſed etiam, quia lege Moyſis eſt ſtabilior. Ad probationem cuius articuli, dicitur *in dicto fortalitio fidei, artic.* 3. quod duo ſint notanda.

Primum; quod ſicut Apoſtolus dicit *vbi ſupra*, à tempore factæ promiſſionis Abrahæ, vſque ad tempus, quo lex Moyſis fuit data, fluxerunt anni 420. quos ſic computat Rabanus: ſicut dicit Magiſter, in Hiſtoriis *Actuum* 7. Dicit enim Rabanus, quod à tempore promiſſionis primo, factæ Abrahæ, fluxerunt vſque ad ingreſſum Ægypti, ann. 215. quod verum eſt; quia à tempore futuræ promiſſionis erat Abraham 75 annorum: & ab illo tempore, vſque ad natiuitatem Iſaac, fluxerunt 25 anni; Et ab illo tempore vſque ad natiuitatem Iacob, fluxerunt 40 anni; Et ab illo tempore vſque ad ingreſſum Iacob in Ægyptum, fluxerunt anni 75. Deinde ab ingreſſu Iacob, vſque ad mortem Ioſeph, anni 71. Poſtea vſque ad exitum filiorum Iſrael de Ægypto anni 144. & quinquageſimo die egreſſionis data eſt lex. *Exod.* 19. 20. Et ſic ſunt 400. & 30. anni. Etſi dicatur contra Apoſtolum id, quod dicit Dominus Abrahæ, *Geneſ.* 15. quod ſemen eius eſſet futurum peregrinum in terra non ſua, 400 annis. Idque dicit Stephanus *Act.* 7. non faciendo mentionem de 30 annis. Dici poteſt, quod ſcriptura non computet inimicitias. Dicit etiam Auguſtinus, quod hæc computatio debet protendi vſq; ad mortem Seon Regis Amorreorum, & Og Regis Baſan.

Secundum vero; quod eſt notandum, eſt; Quod promiſſio facta Abrahæ, quæ fuit iuramento Dei confirmata, *Geneſ.* 23. *Per memetipſum iuraui, dicit Dominus, &c.* ſequitur; *In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes terræ*, & *Luc.* 1. Iuſiurandum, quod iurauit Abraham, fuit dictum propter ſui ſtabilitatem, & firmitatem teſtamenti: eſt enim teſtamentum ſcriptura authentica, & ſolida; & talis fuit illa promiſſio, quia fuit ſummæ autoritatis, & ſtabilitatis: vnde tantæ fuit firmitatis, vt lex poſt data eam non euacuauerit, ſed potius ſemẽ promiſſum euacuauit legem; ſicut declaratur *in eod. libr.* 1. *artic.* 6. *de ceſſatione legis Moſaicæ*. Si enim lex euacuaſſet promiſſionem, tunc hæreditas gloriæ non eſſet ex promiſſione, ſed ex lege: & ſi eſſet ex lege, cum Abraham, Iſaac, & Iacob, cum fuerit ante legem, non habuiſſent iſtam hæreditatem: cum tamen dicat Chriſtus, *Matth.* 22. adducens illud *Exod.* 3. *Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Deus autem non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum; viuunt ergo illi*, non vita *naturæ, ergo vita gloriæ*. Quod plane dicit Chriſtus. *Matt.* 8. *Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob, in Regno Cælorum*. Ideo hæc hæreditas non eſt ex lege, ſed ex promiſſione, quæ cum fuerit merito fidei Chriſti promiſſi; quia illam repromiſſionem habet iam Abraham, & non habet eam per legem: ergo cum promiſſio fuerit facta, & iurata, vt prædictum eſt, merito fidei; ſequitur, quod fides Chriſti ſit ſummæ ſtabilitatis, & ſtabilior lege Moſaica; cum illa ſit euacuata per ſemen promiſſum. Et hæc omnia pulcherrime poſuit Apo-

ſtolus

ſtolus *ad Galatas 3. Hoc autem dico vobis, teſtamentum confirmatum à Deo: quæ poſt 400. & 30. annos facta eſt lex non irritum facit ad euacuandam promiſſionem: nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahæ autem per repromiſſionem donauit Deus*: quod ſic explicatur: hoc autem, id eſt, promiſſionem Abrahæ factam, dico, id eſt, firmo, per teſtamentum, confirmatum à Deo, etiam per iuramenta, quod, ſcilicet, teſtamentum, poſt 430 annos, poſt quos, ſupple, facta eſt lex, non irritum facit, id eſt, non euacuat; quod quidem faceret, ſi per eam daretur benedictio: non ergo lex irritum facit prædictum teſtamentum, ad euacuandum, id eſt, vt euacuet promiſſionem, ſupple Abrahæ factam: non igitur per legem benedictio; quia data eſt lex poſt multum tempus à promiſſione facta: quæ quidem non dicit, quod per legem eſſet promiſſio, ſed per ſemen: ſi enim ex lege eſſet hæreditas, non eſſet ex promiſſione: & tunc Abraham non haberet eam; quod eſt falſum, vt ſupra dictum eſt; Propter quod dicit Apoſtolus: Lex non euacuat promiſſionem: nam ſi ex lege hæreditas, quod oporteret, ſi lex euacuaret promiſſionem; iam non eſſet, ſupple, hæreditas ex promiſſione: quod probat, dicens: Abrahæ autem donauit Deus, ſupple, iſtam hæreditatem, per repromiſſionem. Conſtat enim, quod Abraham iam habeat eam, & non habeat eam ex lege; quia diu ante legem fuit mortuus: ergo habet eam per promiſſionem. Cum ergo promiſſio fuerit facta merito fidei, ſequitur, quod fides Chriſti promiſſi ſit ſummæ ſtabilitatis, & ſtabilior lege Moſaica. Et iſta veritas colligitur ex prædictis verbis Apoſtoli, vt dicitur *in praalleg. loco*.

Extollenda eſt etiam Fides ſeu Secta Chriſtianorum, ex alia cauſa, eo, quia lege Moyſis eſt nobilior, & perfectior; ad cuius probationem, prius quatuor notanda veniunt.

Primum; quod quamuis lex Moyſis non ſit effectiuæ iuſtitiæ, nec meritoria benedictionis gloriæ, non tamen fruſtra fuit data. Fuit enim data propter quatuor cauſas, quas breuiter tangit: & de quo infra, *in 34. conſid.* apertius dicetur. Prima; propter peccati prohibitionem, vt ſaltem timore pœnæ homines ceſſarent tranſgredi, vt hoc tandem facerent voluntate, iuxta illud Horatii:

Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.
Oderunt peccare boni, virtutis amore.

Prout notat gloſſ. in verbo, *metu. in l. 1. de iuſtitia, & iure.* Et pœna vnius, eſt metus multorum, text. eſt *in l. 1. in princip. Cod. ad leg. Iul. repetund.* Faciunt text. *in l. aut facta. §. fin. & l. capitalium. §. penult. ff. de pœnis. & §. hodie autem. in fin. inſtitut. de exceptio.* Secunda; propter populi eruditionem, diſpoſitionem, vt ſcilicet, per legem morbum ſuum agnoſceret; de cuius ignorantia in lege naturæ conuictus erat, vt ſcilicet populum Dei erudiens, ipſum dignum faceret ad percipiendum promiſſionem, quæ eſt Chriſtus. Tertia; propter remedii flagitationem, vt ſcilicet, homo ſuperbe in ſuis viribus fidens, præcepta acciperet, in quibus deficiens, factus præuaricator, liberatorem, ſaluatoremque requireret: data eſt enim lex, vt dicit Auguſtinus, vt ceruix ſuperborum, qui tantum ſibi arrogabant, vt liberum arbitrium ſibi putarent ad iuſtitiam ſufficere, quos cum lex tranſgredi faceret; humiliaretur, & ſic medicus optaretur. Quarta; propter futurorum ſignificationem: legalia enim fuerunt quædā vmbra, futura ſignificans, quædamque figura, futuram veritatem præſignans, vt ſtatim dicetur.

Secundum; quod eſt notandum, eſt; ꝙ lex fuit ordinata, id eſt, ordinabiliter Angelorum miniſterio data, & bene ordinabiliter; quia inter Abraham, & Chriſtum; inter promiſſionem, & ſemen; inter tempus legis naturæ, & tempus gratiæ. Magno enim conſilio factum eſt, vt non ſtatim poſt hominis caſum veniret mediator, ſed quod primo humanum genus conuinceretur de ignorantia tempore legis, quæ nec morbi, nec medici claram notitiam dabat, nec ad ipſa homo ex ſuis naturalibus attingere volebat: demum conuinceretur de impotentia legis ſcriptæ, quam homo virtute propria ſeruare non

Digitized by Google

potuit, nec ipſa dabat adiutricem gratiam, ad ſeruandum, vt propter iſta duo, ſcilicet, ignorantiam, & impotentiam, cogeretur Saluatorem petere, ne Chriſti aduentum ſuperfluum reputaret: multiplicatæ ſunt infirmitates hominum, cõtra quas, nec per legem naturæ, nec per legem Moyſis ſe iuuare poterant: propter quod, accelerauerunt ad medicum; qui veniens, tanquam alter Samaritanus, vulnera ſanauit languidi, quem ſacerdos, & leuita, id eſt, vetus lex, & ſacerdotium immiſericorditer pertranſierant. *Luc.* 10. Qui etiam, tanquam alter Eliſæus, coaptans ſe corporaliter puero mortuo, Sunamitis filio, ſuſcitauit eum, quem tamen eius puer cum ſuo baculo, qui deſignabat legis duritiem, non potuit ſuſcitare, 4. *Regum* 4. Qui, tanquam alter Angelus, deſcendens in piſcinam noſtræ immortalitatis, ſanauit illum, quem inuenit ſibi ſuæque Eccleſiæ vnitum. *Ioan.* 5. Qui omnipotentis ſermo Dei patris, venit in mundum, dum omnia medium ſilentium tenerent. *Sapient.* 18. Primum ſilentium fuit ante legem ſcriptam, ſecundum ſub lege, tertium in gloria. Primum fuit ignorantia languoris, Secundum, deſperatio creatoris, Tertium adeptio ſanitatis: ante legem enim Homo morbum ſuum non cognoſcebat, ideo ſilebat, nec remedium quærebat: lex autem oſtendit vulnera languidis; & ideo data lege, mox fuit ruptum ſilentium, & cœperunt ægri petere remedium. Sed quia lex grauis erat, nec auxilium conferebat per diuturnos clamores, fatigati homines, & de ſalute deſperantes, ceſſauerunt loqui, & ſic ſubſecutum eſt ſilentium ſecundum. Et tunc omnipotens ſermo patris venit in mundum, Samaritanus appropriauit ad vulneratum, Angelus magni conſilii in piſcinam deſcendit, & Eliſæus ad ſuſcitandum mortuum acceſſit, id eſt, Summi Regis Filius deſcendit de æqualitate Patris, ad patibulum crucis, & de ſede patris, ad officinam peccati, de lumine cœli, ad tenebras mundi, & inferni, & veniens locutus eſt pacem, dedit gratiam, propoſuit miſericordiam, promiſit veniam, & ita rupto ſilentio, cœperunt ægri magnis clamoribus flagitare remedium, & accelerare ad medicum, per quem vulnera ſanarentur, morbus curaretur. Recepta vero ſanitate, & donata immortalitatis felicitate, nihil vltra reſtabit petendum, & tunc erit tertium beatum ſilentium ordinabiliter. Ergo, & magno Dei conſilio data eſt lex, ſc. inter Abrahã, & Chriſtum, inter promiſſionem, & ſemen promiſſum, inter tempus legis naturæ, & tempus legis gratiæ, inter primum ſilentium, & tertium. Quando enim data eſt lex, cœpit frãgi primum ſilentium. Ipſa autem manente, fuit ſecundum ſilentium; & tunc veniẽte medico, ruptoque ſecundo ſilentio, tertium homines optauerunt.

Tertium; quod notandum eſt, quod quando lex fuit data, fuit poſita in poteſtate, qui venturus erat verus mediator, vt ſtaret quamdiu ipſe vellet, & quando vellet, ceſſaret. Ipſe autem voluit, quod ceſſaret, quando ipſe venit, & tamen verus mediator fuit. Ex quo patet, quod contra mediatorem faciunt, qui legem cum Euangelio obſeruare volunt. Ex quo vlterius patet concluſio intenta, quod fides Euangelii, ſiue Chriſti, non ſolum ſit lege Moyſis antiquior, & ſtabilior, ſed etiam perfectior: quia ipſam euacuat, ſicut illud, quod perfectum eſt, euacuat id quod ex parte *ad Corin.* 13. Cum enim venit mediator, & legem Euangelicam ſtatuit, voluit, quod ceſſaret lex Moſaica, propter ſuam imperfectionẽ: & hoc ipſe facere potuit, quia in eius poteſtate, tanquam vero domino poſita fuit.

Quartum vero; quod notandum eſt, quod hic mediator non ſit vnius naturæ, ſed duplicis. Eſt enim Gigas geminæ ſubſtantiæ, ſcilicet, diuinæ, & humanæ: ipſe igitur cum ſit Deus, & Homo, inter homines, & Deum mediat, dum homines, qui à Deo receſſerant, Deo reconciliauit. Et ipſe, inquantum Deus, eſt cum patre, & ſancto Spiritu, vnus Deus, quia non ſunt plures Dii, ſed vnus Deus. Ex quo patet, quod hic mediator non ſit fœderator vnius partis tantum; ſed duarum partium, Dei, ſcilicet, & hominis; Et patet etiam, quod inquantum Deus, non ſit

proprie

proprie mediator inter Deum, & homines; ſed inquantum homo. Inquantũ enim Deus, non eſt medius, ſed æqualis Deo Patri. Item, iſte mediator nõ eſt arbiter vnius populi: ſed duorum, ſcilicet, Iudæorum & Gentilium, quos tanquam duos parietes Eccleſiæ, in ſe angulari lapide copulauit, vtriuſque populi euacuans ritum. *ad Epheſ.2. & 1.Petr.2.* Ergo, qui obſeruant legalia, Chriſtum mediatorem non recipiunt: quia ipſum videntur recipere mediatorem tãtum Iudæorũ, quod eſſe non poteſt; quia mediator non eſt niſi duorum populorum. Ergo, qui ex circumciſione, vel præputio, ad fidem conuerſi ſunt, maneant ſicut ſunt, nec curent circumciſi de præputio, nec præputiati de circumciſione; quia, vt dicitur *ad Galat.vlt.* In vero mediatore Ieſu Chriſto, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura. Hæc quatuor nobilia ſupra poſita, patent ex intentione Apoſtoli *ad Galat. vbi ſupra.* Ex quibus elicitur, quod lex Chriſti, & fides Catholica ſit nobilior & perfectior lege Moſaica, ſecundum quod ample declaratur ibi per Apoſtolum, & commentatores illius, & etiam *in fortalicio fidei.lib.1.in 2 conſid.in 4. art.* vbi etiam exponit illud dictum Apoſtoli, *ibidem: Quid igitur lex? propter tranſgreſſionem poſita eſt.*

Extollenda etiam eſt fides Chriſtiana, ſeu ſecta Chriſtianorum; quia eſt omnibus aliis ſectis vtilior, quod colligitur ex verbis Apoſtoli *ad Galat.eod.cap.3.* vbi conſequenter dicitur ſic: Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? abſit: ſi enim data eſſet lex, quæ poſſet viuificare, vere ex lege eſſet iuſtitia: ſed cõcluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus, *vt ibi ad Galat.2.* Ex quibus duo notantur; Primum, quod per legem nunquam fuit vita animæ; cuius ratio ſæpe dicta eſt ſupra; quia eius ſacramenta non afferebant gratiam, & ſic non præſtabant animæ vitam. Secundum; quod circumciſio non fuit ex lege, ſed ex patribus, vt Saluator dicit *in Ioan.* Diu enim ante legem fuit circumciſio inſtituta, vt *Gen.17.* Dicendum eſt igitur, quod ex circumciſione nunquam fuit perfecta vita, quia nunquam potuit introducere homines, vbi eſt perfectio vitæ: vnde Iac. circumciſus dicit *Gen.28. Deſcendam in infernum, lugens filium meum.* Et Dauid circumciſus dicit: *Pſalm.27. Aſſimilabor deſcendentibus in lacum.* Item per legem Moyſis nunquam fuit perfecta iuſtitia: ſic enim dicit Apoſt. *ad Rom.3. Ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro*: & illud ex primo ſequitur. Si enim per legem eſſet vita vera, per hanc etiam eſſet vera iuſtitia, quæ ducit ad regnum, in quo eſt perfectio vitæ. *ad Rom.3. Iuſtitia Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti ſuper omnes, qui credunt in eum.* Eſt ergo fides Ieſu Chriſti lege vtilior, & propter ea dicit Apoſtolus; *Lex igitur aduerſus promiſſa Dei?* (quaſi dicat, ex quo euacuata eſt, quãdo impleri cœpit promiſſio, nunquam aduerſatur diuinæ promiſſioni) *abſit*: non enim eſt inimica, ſed conſentanea diuinis promiſſis: verum eſt tamen, quod fides, cuius merito fuit promiſſio, eſt vtilior & efficacior lege. Quod probatur; quia lex nunquam potuit viuificare nec iuſtificare. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet viuificare, id eſt, vitam ſpiritualem afferre, vere, ſupple, & non opinatiue, ex lege, id eſt, ex operibus legis, eſſet iuſtitia; quod tamen verum non eſt: ſed concluſit Scriptura; id eſt, lex ſcripta concluſit, id eſt, clauſa reliquit omnia, id eſt, omnes homines, tam Iudæos, quam Gentiles, ſub peccato. Neminem enim à peccati carcere potuit expedire; vel concluſit, id eſt, clauſa demonſtrauit eſſe: per legem enim cogitatio peccati, *ad Rom.3.* qua quidem prouidentia factum eſt, vt promiſſio vitæ, ſcil. & iuſtitiæ, & benedictionis æternæ, ex fide Ieſu Chriſti, non ex lege, ſupple, Moyſis, ſed promiſſio dico, id eſt, res promiſſa, daretur credentibus, ſupple, in Chriſtum. Ex prædictis igitur patet clariſſime, quod fides Ieſu Chriſti ſit antiquior, ſtabilior, nobilior, & multo vtilior lege Moyſis, ex quo vltra illas, & omnes alias extollenda eſt, vt habetur *in dict. fortalicio fidei.lib.1. in 3. conſid.art.5. in prin.*

Extollenda eſt etiam Religio Chriſtiana, quia omni alia gente totius mundi eſt excel-

Digitized by Google

lentior, ex pluribus; Primo videlicet, ex parte patris; Secundo, ex parte matris; Tertio, ex parte hæreditatis; Quarto, ex teſtimonio Angelico; Quinto, ex comparatione morum, & inſtitutionum aliarum gentium, & ſectarum; Sexto, ex teſtimonio Prophetarum, & ex præfiguratione illius, in toto veteri teſtamento; Septimo, ex teſtimonio etiam Gentilium.

Primo enim ex parte patris; quoniã Chriſtiani filii Dei ſunt: nam Chriſtus aduenit Chriſtianos in ſua fide ſpiritualiter regenerare. Et ideo dicitur *Ioan.*1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, id eſt, in re nominis eius: ſed quo ordine filii Dei fiant, & quomodo hæc generatio nobiliſſima diſtinguatur à carnali, ſubdit: *Qui non ex ſanguinibus, ſcilicet fœminæ*, quaſi materiæ, *& viri*, quaſi formatiui; *ſed ex Deo nati ſunt.* Ecce generatio, & natiuitas ſpiritualis. Vt autem ſecurè credamus, hanc excellentiam, ſcilicet, hominem naſci ex Deo, ſubdit, Deum naſci ex homine. Ex hac enim ſuſceptione infirmitatis, ſanatur noſtra infirmitas, vt poſſimus dici, vel fieri filii Dei, & hoc eſt; Et verbum caro factum eſt; quod ſuperius erat, inferius deſcendit: & quomodo pater ex ſua conditione intendit multiplicare & diligere filios, ponitur *in fortalitio fidei loco prædict. articul.*5. ſed ea omitto breuitati ſtudens.

Secundo vero, ex parte matris, quæ eſt (vt dicit Apoſtolus) illa, quæ ſurſum eſt, Ieruſalem, mater noſtra. Per Baptiſmum enim regenerati ſumus ex ea: vnde habetur *Eſa.*54. de hac generatione ſecunda & *in prædict. art.*

Tertio vero demonſtratur excellentia ſeu dignitas illius ſectæ, ex parte hæreditatis; quia Chriſtianis debetur ſuprema hæreditas, cui nulla ſimilis excogitari poteſt. 1. *ad Corint. & Eſa.*64. ex quo arguitur nobilitas & excellentia hæredis. Hanc autem hæreditatem nobis inſinuat B. Paulus *ad Romanos* 8. Si filii & hæredes: hæredes quidem Dei, id eſt, viſionis diuinæ, in qua conſiſtit beatitudo, quæ eſt ſtatus omnium bonorum, aggregatione perfectus, ſecundum Boetium *libr.*3. *Proſa* 2. cohæredes autem Chriſti *ad Rom. vbi ſupra*, id eſt, ſimul hæredes cum Chriſto. Cuius hæreditas ſicut eſt, eſſe glorioſum in corpore & anima; ita & omnes filii ſui erunt glorioſi cum eo in corpore & anima. Nec voluit pater noſter Ieſus Chriſtus, quod ſua electa habitatio vocaretur Synagoga; ſed Eccleſia, dicens Petro: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, *Matth.*16. quod duplici ratione factum eſt. Prima, vt fieret diſtinctio inter Iudæos & Chriſtianos. Non enim videbatur rationabile, vt locus, ſiue habitatio Chriſti, vbi ſuos filios debet hæreditare, nomine Iudaico nominaretur. Secunda ratio eſt, proprietas vocabulorum; quia, ſicut Synagoga græcè, aggregatio latinè dicitur; ſic Eccleſia græcè, conuocatio latinè dicitur. Et, quia Chriſtiani conuocati ſunt, ideo à conuocatione Eccleſia dicta eſt: congregatio enim eſt pecorum & beſtiarum; Conuocatio vero hominum. Et ſecundum hoc, Iudæi, & quæcunque alia hominum congregatio, quales ſunt Saraceni, beſtiis comparantur: Chriſtiani vero hominibus. Quanta ergo differentia eſt beſtiarum ad homines, tanta eſt Iudæorum, & aliorum infidelium ad Chriſtianos; quia illi congregantur, Chriſtiani vero conuocantur, vt notat B. Iſidorus 11. *Etymologiar.* Quæ quidem hæreditas, quæ eſt gloria cœleſtis, debetur Chriſtianis ex promiſſione, & non aliis populis, vt ample demonſtratur *in dict. lib. fortalitii fidei*, *lib.*1.3. *conſi. art.*5. Non enim promiſit Iudæis, etiam in mandatis eius ambulantibus aliud, quàm bona tẽporalia, vt habetur *Leuit.*26. & *Deut.* 18. Non etiã Agarenis; quia ſolum ei promiſit 12 Duces in generatione eorum. *Geneſ.*18. quod eſt impletum, vt habetur *Gen.*27. vbi nominantur illi 12. Duces. Sed Chriſtianis non talia promiſit, ſed Regnum cœlorum, vt habetur *Matth.* 7. *Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, & ipſe intrabit in regnum cœlorum*; & alibi in multis locis.

Quarto, oſtenditur excellentia ſectæ, & religionis Chriſtianæ ex teſtimonio Angelico: quia Angelus intelligens prædictã excellentiam, non ſuſtinuit à Ioanne adorari. *Apocal.*

*pocal.*19. Ait enim Ioannes; *cecidi ad pedes angeli, vt adorarem eum, & dixit mihi; vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorũ, habentium teſtimonium Ieſu, Deum adora.* Cecidit Ioãnes ad pedes angeli, vt adoraret eum, non tamen ſicut creatura creatorem; ſed ſicut ſeruus vehementer, ac cum ſeruili ſubiectione honorat Dominum ſuum creatum: nempe angelus in veteri teſtamento ſuſtinebat ſic ſe ab homine adorari, ꝙ tamen non ſuſtinuit hic:imo manifeſte prohibere videtur; ꝓpterea ſequitur: *Et dixit mihi, Vide ne feceris*, ſcil. aliter reuerẽtiam mihi. cuius cauſam ſubdit, dicens: *Conſeruus tuus ſum*; id eſt, tecũ. & ſicut tu, ſum ſeruus eiuſdem Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti. Et ne credatur, ꝙ reſpectu ſolius Ioan. propter ſingularem præexcellentiã eius, hoc diceret, & non de omnibus Chriſtianis, qui Chriſti ſunt ſerui, ideo ſubdit: Et fratrum tuorum, habentium teſtimonium Ieſu Chriſti, qui perfecto corde confitẽtur, ac teſtificantur, Ieſum Chriſtum eſſe verum Deũ, & dominum vniuerſorum, atq; hominũ redemptorem, & Saluatorem. Et ideo merito fideles Chriſtiani confitẽtur, Ieſum Chriſtum, verum filium Dei, cuius ſunt filii, per gratiæ adoptionem: qui tam charam matrem dedit eis, & tam excellentem hæreditatem promiſit, & eorum Angelos fecit.

Quinto probatur Excellentia ex comparatione morum, & inſtitutorum aliarũ Gentium, & Sectarum, ſine qua nihil non parum grate laudatur: vt dicit Polyd. Virg. *lib.* 8. *cap.* qui ad demonſtrandum præſtantiã, & excellentiam Chriſtianæ Reipublicæ ponit mores aliarum nationum, & Chriſtianorum, oſtendit mores Chriſtianorum, & inſtituta eſſe vtiliora, & excellentiora aliis: ex quib. demonſtratur excellentia. Vide eum ibidem, ample ponentem præſtantiam Chriſtianæ Reipub.

Sexto; probatur excellẽtia illius fidei, cum fuerit ab antiquis etiam Iudæis prophetizata. Et ponit triginta prophetias Bernar. de Buſtis *in* 2. *part. ſui Roſarii in ſerm.* 14. & quomodo omnes articuli fidei Chriſtianæ fuerint præfigurati in veteri teſtamento, ponitur *in fortalitio fidei, in* 3. *conſiderat. lib.* 1. vbi vide ample, & iam ſupra aliqua dixi, ideo non aliter inſiſto.

Septimo; probatur hæc excellentia ſectæ Chriſtianæ ex teſtimonio Gentilium, qui etiam illam præuiderunt, prophetizarunt, & approbauerunt, & multis gentilibus facta fuit reuelatio incarnationis Ieſu Chriſti, vt dicit *B. Thom.* 2. 2. *quæſtion.* 2. *artic.* 6. & probat de Buſt. *in ſuo Mariali* 7. *part. ſerm.* 1. & 5. *in fin.* vnde Iob qui fuit de populo gentili, dixit 19. *capit ſui libr.* Scio quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius; repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Et loquebatur more prophetico de futuris, tanquam de præteritis, maxime quia debebat in proximo fieri. Et vt dicit Campeg. *in propugnaculo Religionis Chriſtianæ lib.* 1. *cap.* 5. non eſt omittendus Nabuchodonoſor Rex, qui cum tres pueros vidiſſet in fornace, dicit: *Ecce ego video quatuor viros ſolutos, deambulantes in medio ignis, & corruptio nulla eſt in eis, & aſpectus eorum ſimilis eſt filio Dei.* O alienigena, quis tibi annunciauit filium Dei, nondum quidem mundo naſcitur, & ſimilitudo naſcentis à te cognoſcitur? Vnde tibi hoc? quis tibi iſtud annunciauit? niſi quia te ſic diuinus ignis intus illuminauit, vt cum illic apud te captiui tenerentur inimici Iudæi, diceres teſtimonium filio Dei. Quod Sibyllæ etiam vaticinando de Chriſto dixerunt; vnde dicit Auguſtinus *lib.* 18 *cap.* 23. *de ciuitate Dei*, quod Sibylla Erythrea, ſiue Cumana, vaticinata ſit de Chriſto, his verſibus, translatis ex Græco:

Iudicii ſignum, tellus ſudore madeſcet,
E cœlo rex aduenet, per ſecla futurus
Scilicet in carnem, præſens vt iudicet orbem:
Vnde Deum cernent incredulus, atque fidelis
Celſum, cum ſanctis, æui iam termino in ipſo.
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipſe,
Cum iacet incultus denſis in vepribus orbis.

Reiicient ſimulachra viri, cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis, pontumq; polumq;
Inquirens, tetri portas effringet auerni
Sanctorũ. Sed enim cuncta lux libera carni
Tradatur, ſontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retexens, tunc quiſq; loquetur
Secreta, atq; Deus reſerabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentib. omnes,
Eripitur Solis iubar, & Chorus interit aſtris,
Soluetur cœlum, lunaris ſplendor obibit,
Deiiciet colles, valles extollet ab imo:
Non erit in rebus hominum ſublime, vel altũ.
Iam æquãtur campis montes, & cærula ponti.
Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni,
Et tuba tunc ſonitum triſtem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miſerum, varioſq; labores,
Tartareumq; chaos monſtrabit terra dehiſcens,
Et coram hoc Domino Reges ſiſtẽtur ad vnũ,
Recidet è cœlo, in ignisq; & ſulphuris amni.

Et dicit Auguſt. ibi, in his Latinis verſibus de Græco vtcunque tranſlatis, non potuit ille ſenſus occurrere, qui fit, cum literæ, quæ ſunt in eorum capitibus connectuntur, vbi *y* litera, in Græco poſita eſt: quia non potuerunt Latina verba inueniri, quæ ab eadem litera inciperent, & ſententiæ conuenirent. Hi a. ſunt verſus tres, quintus, octauus, decimus, & nonuſdecimus: deinde literas, quæ ſunt in capitibus omnium verſuum, connectentes, horum trium, quæ ſcriptæ ſunt, non legamus; ſed pro eis *y* literam; tanquam in eiſdem locis ipſa ſit poſita, recordemur, & exprimetur in quinque verbis, *Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator*: ſed id cum Græcè dicitur, non Latinè. Et ſunt verſus viginti & ſeptem, qui numerus quadratum ternarium ſolidum reddit. Tria enim ter ducta, fiunt nouem, & ipſa nouem, ſi ter ducantur, vt ex lato in altum figura conſurgat, ad viginti & ſeptem perueniunt.

Dicit etiam Bernar. de Buſt. *in 1. par. ſui Roſarii, in ſerm.* 14. vbi ponit de ſecta Iudæorum *in litera O.* quod hæc Sibylla Erythrea (quæ fuit orta in Babylonia) ſic prædixerit de Chriſto: *In vltima ætate humiliabitur Deus, humiliabitur proles diuina, vnietur humanitati diuinitas, iacebit in fœno agnus, & puellari officio educabitur Deus & homo. Signa autem præcedent apud Iudæos, mulier vetuſtiſſima, ſcilicet Eliſabeth, puerum concipiet, ſtella orbis mirabitur, & ducatum præſtabit ſcil. magis ad ortũ, ſcil. Chriſti. Hic habens pedes; id eſt, annos triginta tres; eliget ſibi de piſcatoribus, deiectis hominibus, numerum duodenarium, vnumque diabolum; videlicet Iudam. Non in gladio bellove Æneadum vrbem regeſq; ſubiiciet, ſed in hamo piſcatoris, deiectione, & paupertie ſuperabit diuitias, & ſuperbiam conculcabit. Et hoc etiam prædictum fuit* Eſa. 36. *Ciuitat. ſublimem humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, & egreſſus egenorum; huic quatuor animalia, id eſt, Euangeliſtæ ſurgent in teſtimonium; huic contradicetur à beſtia, ſcilicet Antichriſto. Erit autem beſtia horribilis ſcilicet Machomet, ab Oriente veniens, cuius rugitus vſque ad gentes Punicas audietur.* Et horum interpretationẽ & declarationem ponit ibi Bern. de Buſt. vbi etiam recitat dicta aliarum Sibyllarum, quæ de Chriſto prophetizauerunt, & ſic fidem noſtram Chriſtianam præuiderunt. Et primo ponit de Sibylla Perſica, quæ ſic dicit: *Ecce beſtia, conculcaberis, & gignetur Dominus in orbe terrarum, & gremium virginis erit ſalus populorum, & pedes eius in valetudine hominũ: inuiſibile verbum palpabitur.* Secunda dicitur Sibylla Libyca, quæ ſic vaticinata eſt: *Ecce, veniet dies, & illuminabit Dominus condenſa tenebrarum, & ſoluetur nexus Synagogæ, & deſinent labia Prophetarum, & videbunt Regem viuentium, & tenebit illum in gremio Virgo, domina gentium: & regnabit miſericordia, & vterus matris eius erit ſtatera cunctorum.* Tertia eſt Delphica, quæ ante Troiana bella ſic prophetizauit: *Naſcetur Propheta abſq; matris coitu, ex virgine.* Quarta fuit Erythrea, de qua ante dictum eſt. Quinta fuit Samia, à Samo inſula ſic dicta, quæ inquit: *Ecce, veniet dies, & naſcetur de paupercula: & beſtiæ terrarum adorabunt eum, & dicent: Laudate eum in atriis*

Digitized by Google

atriis cœlorum. Sexta fuit Sibylla Cumana, Amalthea nomine, quæ fuit tempore Tarquinii Priſci, quæ cecinit dictũ Virg. *in Bucol.*

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas,
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Iam redit & virgo: redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tum modo naſcenti puero, quo ferrea primũ
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Et ex hoc videmus, quod Virgil. etiam gentilis, de Chriſto teſtimonium perhibet. Septima fuit Helleſpõtina in agro Troiano nata, dicens: *De excelſo cœlorum habitaculo reſpexit Deus humiles ſuos, & naſcetur in diebus nouiſſimis de virgine Hebræa, in cunabulis terræ.* Octaua fuit Phrygia, quæ ait: *Flagellabit Deus potentes terræ, ex olympo excelſus veniet, & firmabitur conſilium in cœlo, & annuntiabitur virgo in vallis deſertorum.* Nona fuit Tyburtina, nomine Albunea, quæ ſic inquit: *Naſcetur Chriſtus in Bethlehem, & annuntiabitur in Nazareth, regnante tauro pacifico, & fundatore quietis,* id eſt, ſecundum gloſſam; Octauiano, qui habebat taurum pro inſigni, & appellatus eſt pacificus; quia multis annis in magna pace mundum rexit, cuius tempore Chriſtus natus: ſequuntur verba Sibyllæ: *O felix illa mater, cuius vbera Chriſtum lactabunt:* & concordauit in hoc cum B. Marcellina, pediſſequa S. Marthæ, quæ (vt dicitur) fuit illa mulier, quæ exclamauit, dicens Chriſto: *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti,* Luc. 11. Decima dicitur Europæa, quæ ſic ait de Chriſto: *Ecce, veniet ille, & tranſibit montes & colles, & latices olympi, ac regnabit in paupertate, & dominabitur in ſilentio, & egredietur de vtero virginis.* Vndecima Sibylla dicitur Agrippa, quæ ſic dicit: *Inuiſibile verbum palpabitur, germinabit vt radix, ſiccabitur vt folium, non apparebit venuſtas eius, circumdabit eum aluus materna, & flebit Deus lætitia ſempiterna, & ab hominibus conculcabitur. Naſcetur ex matre Deus, conuerſabitur vt peccator.* Duodecima appellata eſt Cimæa ſeu Cimica, in Italia nata, quæ fuit tempore Numæ Pomp. ſecundi Regis Romanorum, quæ ſic ait: *In prima facie virginis aſcendet puella, facie pulchra, capillis prolixa, ſedens ſuper ſedem ſtratam, puerum nutriẽs, dans ei ad comedendum lac de cœlo miſſum.* Hæc illa, quæ etiam clarius dixit: *In diebus illis exſurget mulier de ſtirpe Iudæorum, nomine Maria, & habebit ſponſum nomine Ioſeph, & procreabitur ab ea ſine commixtione viri, de Spiritu Sancto filius Dei, nomine Ieſu, & ipſa erit virgo ante, & poſt partum. Qui vero ex ea naſcetur, erit verus Deus, & verus homo, ſicut omnes Prophetæ prædixerunt.*

Dicit etiam S. Thomas 22. *quæſt. 2. articul. ſupra alleg.* Quod tempore Conſtantini Augusti, & Helenæ matris eius, inuentum fuerit quoddam ſepulchrum Conſtantinopoli, in quo iacebat homo, laminam auream habens in pectore, in qua ſcriptum erat: *Chriſtus naſcetur de virgine, & credo in eum. O ſol Helena, Conſtantini temporibus iterum me videbis.*

In Chronicis quoq; Regum Caſtellæ dicitur, quod apud Toletum ſub quodam ſaxo inuentus ſit liber vetuſtus, qui ſcriptus erat lingua Hebraica, Græca, vel Latina, & in illo dicebatur: *Chriſtus filius Dei naſcetur de Maria virgine, & pro ſalute hominum patietur.*

Nonne etiam cœlum teſtimonium dixit de Chriſto, quãdo nouum ſidus in noua hominum progenie, velut lingua & digito, quo potuit, natum Deum & hominem gentibus monſtrauit? Nonne Plato diuinus appellatus, effatus eſt, ſuis præceptis acquieſcẽdum, donec ſacratus aliquis homo in terris appareat, qui fontem omnibus aperiret veritatis, quem deniq; ſequentur omnes? Et eo mortuo, in eius tumba inuenta fuit lamina ſuper pectus eius aurea, in qua ſcribebatur: *Credo in Chriſtum naſciturum de virgine, paſſurum pro humano genere, & tertia die reſurrecturũ.* Et de eodem Platone refert Auguſtinus *libro 7. confeſſionum,* ſe legiſſe in quibuſdam Platonicorum libris, principium Euangelii Ioannis: *In principio erat verbum.* Non quidem his verbis, ſed hoc idem, multis & multiplicibus perſuaderi rationibus; quod in principio erat verbum, &c. & quæ ſequuntur,

 ad vſ-

ad vſque; *& tenebræ eam non comprehenderunt.* Hæc & quædam alia refert G. Bened. *in ſua repet. c. Raynu. in verb. mortuo itaq; teſtatore, 261. 262. 263 & 264.*

Nonne etiam apud Francos notum eſt, quod Eccleſia beatiſſimæ virginis Mariæ Carnotenſis fuit ante Chriſti aduentum ædificata in honorem virginis pariturae? Ex quo demonſtratur, quod ſi alii Gentiles de Chriſto Verbo prophetizauerunt; tamen Franci, facto in eum crediderunt, prout & Græci, qui templum Deo ignoto conſtruxerunt, vt per gloſſ. *in verb. Magiſter, in c. turbat. 36. diſt.* Qui recitat, quod, cum Paulus veniſſet Athenas, vidit aram ignoti Dei, in qua erat ſcriptum: *Hæc eſt ara ignoti Dei, in quo viuimus, morimur, & ſumus.* Ex quo Apoſtolus cœpit prædicare: & Dionyſius conuerſus fuit per ipſius prædicationem.

Audiui alias à noſtris, quod in hac noſtra ciuitate Heduẽſi fuit repertum ſepulchrum, in quo erant plures imagines ſeu repræſentationes, quas vulgo *Melias* vocant, in quarum altera erat vna figura ſeu repræſentatio natiuitatis Chriſti in præſepio, inter bouem & aſinum, & ante eum erat quædam figura ſeu protractura hominis genibus flexis, & manibus iunctis, & erat ſcriptum in rotunditate: *Credo in Ieſum, inter animalia ex virgine naſciturum; & multum curaui inuenire, ſed non potui.* Quomodo etiam Balaam Aſtrologus per parabolam locutus eſt: *Orietur ſtella ex Iacob, &c.* Et tamen erat Chaldæus: & vide Origenem *in Homilia 14. ſuper Num.* Ambroſium *Epiſt. 38. ad Cromatium.* Et quomodo Magi Regem Iudæorum Chriſtum prædicauerunt, & dixerunt. Auguſtin. *lib. 3. de Symbolo ad Catechumenos, c. 4. & de interpretatione munerũ eorum,* per Ambr. *in li. de fide, cap. 2. & in cap. legimus, §. in Leuitico, 37. diſt.* & per Campegium *in ſuo propugnaculo fidei Chriſtianæ, lib. 1. cap. 5.* vbi etiam dicit, quod Mileſius Apollo, conſultus de Chriſto, ita commendauit: Mortalis erat corpore, ſapiens, prodigiorum effector, ſed ſub iudicibus Chaldæis armis comprehenſus, clauis, fuſtibuſq; amaram mortem paſſus eſt.

Porphyrius vero inter gentes nequiſſimus, *in libro de reſponſis,* inquit: Chriſtum Dii maxime pium pronuntiauerunt, immortalemque euaſiſſe aſſeruerunt. Concedit ipſe Porphyrius, Chriſtum, & ſapientem, & pium fuiſſe, quamuis Chriſtianos partim indoctos, partim magos nominet, tum veritati, tum ſibiipſi manifeſte repugnans. Veſpaſianus, ac Titus Imperatores, auditis Chriſti operibus, eius potentiam timuerunt. Alexander Seuerus templa Chriſto fieri ſtatuit, & orabat in matutinis, in ſacrario ſuo coram ſtatua Chriſti, vt Capitolinus refert. Et Adrianus, vt idem narrat, ſtatuit Chriſto templa facere, eumque inter Deos recipere: ideoque templa abſque ſimulachris in omnibus ciuitatibus fieri iuſſit. Antonius Pius, cum audiſſet Chriſtianos hoc frequenter vti prouerbio: *Quod tibi fieri non vis, alteri nõ feceris,* perſcrutatus eſt Chriſti vitam, eique ſtatuam, tanquam Deo, dicauit. Refert etiam Polydorus Virg. *in libro 8. cap. 7. & final. de inuentoribus rerum,* quod in primo fidei teſtimonio Tyberius Cæſar, Tertulliano teſte *in Apologetico,* cum è Syria à Pontio Pilato Chriſti diuinitatem eiuſque religionis ſinceritatem accepiſſet, ſenatum conſuluit, cenſuitque Chriſtum inter Deos referendum, colendumque templo: Senatus tamen, quia prius ad Tyberium de ea re, quam ad ſe Pilatus, literas dediſſet, eiuſmodi relatione reiecta, Chriſtianos perſequendos decreuit, propoſito delatoribus præmio: ſed Cæſar in ſententia manſit, & comminatus capitale ſupplicium accuſatoribus Chriſtianorum, id ſcelus inhibuit. Traianus quoque itidem ſenſit, qui certior factus à Plinio ſecundo, Bithyniæ procuratore, nihil mali in Chriſtianis, quotidie ad ſupplicium tractis reperiri, iuſſit, vt non inquirerentur: verum oblati punirentur, & ibi etiam Polydorus recitat hic antedicta de Adriano. Conſtantinus denique, cum Chriſti miracula in rebus ſuis manifeſtius fuiſſet expertus, Deum magis, quam populum timuit, ſolumque Chriſtum, & palam adorauit, idolorum templa ſubuertit, Chriſto templa paſſim pretioſa ædifica-

Digitized by Google

dificauit. Hæc ſunt, quæ de Chriſto Gentiles ſenſerunt, quæ ideo narrari poſſunt, propter authoritatem Auguſtini, qui *libro 2. de doctrina Chriſtiana*, inquit: *Philoſophi autem, qui vocantur, ſi quâ forte vera, & fidei noſtræ accommoda dixerunt, maxime Platonici, non ſolum formidanda non ſunt, ſed ab eis etiam, tanquam iniuſtis poſſeſſoribus, in vſum noſtrum vendicanda.* De qua materia *in cap. legimus, cum ſeq. 37. diſtinct.* Quomodo etiam multi Iudæi approbauerunt Chriſtum, & de eo teſtimonium dixerunt, vide ſupra *in 4. part. in 9. conſid.*

VIgeſimaprima conſideratio; Sectæ Chriſtianæ ſunt 13. nationes illam tenentes, & ſunt quatuor, quæ comprehenduntur ſub Latinis; quia Latini principaliter omnes ſunt Chriſtiani. Et in natione Latinorum ſunt quatuor aliæ particulares nationes, ſcilicet, natio Gallicana, Germanica, Italica, & Hiſpanica: ſed vna eſt, quæ illam tenuit, & tenet ſine monſtris, ſine aliquo errore, & abſque eo, quod vnquam ab eadem receſſerit, aut in aliquo deuiauerit; quæ eſt dicta natio Gallicana, quæ (vt prædixi) ſemper caruit monſtris, ſemper fidem catholicam defendit, iuuit, protexit, auxit, & pro illa totis viribus contra fere omnes nationes debellauit, vt dixi ſupra *in hac parte, & in 5. parte, in 24. conſider.*

In hac prima natione Gallicana eſt Rex Franciæ principalis (qui dicitur Chriſtianiſſimus) inter omnes Reges mundi, vt dixi *in dict. 5. part.* ſub quo multi ſunt Duces, Comites, Marchiones, & Barones eidem obedientes, de quibus ſupra *in dict. 5. part.* Etiam Rex Nauarræ, & Rex Iuetoti, licet aliqui dicant, regnum Nauarræ fuiſſe ſub natione Hiſpanica; eſt tamen nunc ſub natione Gallicana.

Secunda natio eſt natio Italica, in qua eſt principalis totius Chriſtianitatis, qui eſt Papa, qui habet in tota Eccleſia, & ſecta Chriſtiana, primatum & principatum, cui omnes obediunt, ſeu obedire tenentur. Et in illa natione ſunt Rex Siciliæ, Rex Neapolitanus, Ducatus Venetiarum, Duces Mediolani, Ferrariæ, & Vrbini, Marchiones Mantuæ, Montisferrati, & plures alii. Etiam plures comitatus, principatus, & dominationes, vt ſunt Florentiæ, Senatum, & Genuæ.

Tertia natio eſt Hiſpanica, in qua ſunt Reges Caſtellæ, Legionis, Granatæ, Aragoniæ, Portugalliæ, ac multi Duces, Comites. Regnum principale dicitur Caſtellæ, cuius Rex nunc dicitur Catholicus.

Quarta natio eſt Germanica, in qua eſt Imperator, & ſunt multi Reges, vt eſt Rex Angliæ, Scotiæ, Vngariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Daciæ, Friſiæ, Suetiæ, Norguegiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & multi Landgrauii, Duces, Comites. Item in inſula, Rex Cypri. Omnes prædicti ſunt obedientes Eccleſiæ Romanæ. Plures tamen hæreſes ex huiuſmodi Germania emanarunt, quæ fuerunt damnatæ, & adhuc diebus nouiſſimis inſurrexit illa maledicta ſecta Lutherana, quæ Chriſtianitatem in multis maculauit; Deus velit illam extirpare ab huiuſmodi ſecta Chriſtiana. De laude vero Germaniæ vide ample per Franciſcum Irenicum *in deſcriptione Germaniæ.*

Quinta natio eſt Græcorum, qui habent Patriarcham Conſtantinopol. Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & cætera huiuſmodi in ſpiritualibus. In temporalibus Imperatorem; etiam habent Duces, Comites, &c. Pauci tamen ſunt nunc numero; quia Agareni, & Turci occuparunt, & detinent maiorem partem Græciæ. Et iſti non obediunt Romanæ Eccleſiæ, licet quandoque fuerint ſubiecti ipſi Rom. Pontifici; tamen ſæpius inconſutilem Domini tunicam tentarunt, vnde duodecim diuiſiones Græcorum ſolent numerari, quæ ponuntur per Ioannem Eccium, *in ſuo tract. de primatu Petri, libr. 3. cap. 16.* Nunc vero habent multos errores, & fuerunt condemnati per Eccleſiam; quia dicunt, quod Spiritus Sanctus non procedat à filio, & quod non ſit purgatorium.

Sexta natio eſt Indiæ, in qua eſt presbyter Ioannes, qui præeſt illi populo, tanquam Patriarcha, eique centum & viginti ſeptem Archiepiſcopatus ſubſunt. Quorum quilibet

Digitized by Google

viginti Epiſcopos habere dicitur. Hi, Romano more, fonte Baptiſmatis, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti renaſcendos baptizant: eodemque ritu Sacramentum Euchariſtiæ conficiunt, hoc ſolum excepto, quod, *Pater noſter*, ante Sacramenti eleuationem decantant, & poſt, Beatam virginem Mariam, Apoſtolos, Petrum & Paulum, atque beatum Ioannem Baptiſtam præcipue ſuſcipiunt, & venerantur honore; alios quoque, & præcipue beatum Matthæum, eorum præcipuum Doctorem, maximo venerantur obſequio; beatos inſuper Paulum primum, Eremitam, Anton. Abbatem, Macharium, atque alios duos Eremitas, ſumma deuotione proſequuntur. Eorum quippe Imperatorem ferunt Chriſtianiſſimum, cui & ſeptuagintaquatuor reges, ac infiniti propemodum obtemperant principes, duodecim duntaxat regulis exceptis, qui Mahumetanas obſeruant leges, qui tamen Imperatoris mandatis in reliquis parent. Hunc ſane Imperatorem tempore Clementis V. anno, ſcilicet, ſalutis noſtræ 1300. ad Hiſpaniarum Regem triginta legatos miſiſſe, illique contra fideles auxilium obtuliſſe, quidam presbyter Genuenſis, ſancti Marci præpoſitus *in tractatu ſuo de moribus huiuſce gentis, Mappa mundi, intitulato*, declarauit & ſcripſit. Qui & Aueniionem ad prædictum Clementem Pontificem V. cum reuerentia accedentes de multis edocti, cum multis muneribus & literis Apoſtolicis ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli viſenda venerunt; quibus viſis, cum gaudio ad propria rediere. Verum, cum Genuæ multis diebus nauigandi tempus expectantes, multa, vt fit, de eorum tribubus, moribuſque ac religionibus rogati, ſcripta reliquerunt, quæ idem author reſeruauit. Hæc dicit Philippus Bergomas *in ſuo ſupplemento Chronicorum, libro* 8. Quando vero dictus presbyter Ioannes equitat, ſemper facit portare crucem ante ſe ligneam, ſed cum vadit ad bellum, tunc facit portare duas cruces, vnam de auro, alteram de lapidibus pretioſis; in illa terra eſt corpus Sancti Thomæ Apoſtoli in maxima veneratione. Apud me, credo, hos eſſe extollendos in fide noſtra Chriſtiana poſt Latinos, Gallis ſcilicet, Italis, Hiſpanis & Germanis, & cæteris omnibus aliis nationibus Chriſtianis præferendos, cum non multum diſcrepent à fide noſtra Chriſtiana; niſi, quod non approbent Papam Romanum pro ſummo Pontifice totius Eccleſiæ, & non probent eius primatum: fuerunt tamen alias ſub Romano Pontifice: cum, vt ample declarat ipſe Ioan. Echius, *in dict. ſuo tractat. de primatu Petri, lib.* 3. Omnes Orientales & Afri fuerint ſubditi Romano Pontifici: forte alibi amplius dicetur.

Septima natio Chriſtianitatis, eſt Iacobitarum, dictorum à Iacobo, hæretico, diſcipulo Patriarchæ Alexandrini. Hi in partibus Orientis occupant magnam partem Aſiæ, & terram Mambræ, quæ eſt propinqua Ægypto, & terram Æthiopiæ, vſque ad Iudæam, pluſquam quadraginta regna. Hi circumciduntur, & baptizantur, cum ferro igneo characterem crucis imprimunt frontibus, & in aliis partibus corporis, vt in pectore, vel in brachiis. Hi confitentur ſoli Deo, & non ſacerdotibus Iudæorum & Agarenorum. Hi dicunt, in Chriſto tantum eſſe naturam diuinam. Aliqui eorum loquuntur lingua Chaldæa, alii Arabica, alii vero aliis linguis, ſecundum diuerſitatem nationum; iſti fuerunt condemnati in Concilio Chalcedonenſi.

Octaua natio Chriſtianitatis, eſt eorum, qui dicuntur Neſtoriani, ab Neſtorio, hæretico, diſcipulo ſic vocati, qui fuit Conſtantinopolitanus. Hi ponunt in Chriſto duas perſonas, vnam diuinam, alteram vero humanam, & negant, beatam Mariam eſſe matrem Dei; ſed bene hominis Ieſu. Item, negant vnum Chriſtum eſſe in verbo & in carne, ſed ſeparatum, alterum Dei, alterum filium hominis, vt dicit ample de his Ioannes de Turrecremata *in c. quidam heretici, in verb. Neſtoriani, 24. quæſt.* 3. Hi vtuntur lingua Chaldæa in ſuis ſcripturis, & conficiunt corpus Chriſti in fermento. Hi inhabitant Tartariam, & maiorem Indiam, & ſunt multi numero; terra eorum continet tantum, quantum ſicut Alema-

Digitized by Google

Alemania, & Italia: hi hæretici fuerunt cõdemnati in Synodo Epheſina, & fuerunt diuiſi ab Eccleſia Romana, & permanſerunt in eorum pertinacia. Et confutationes illorum errorum ampliſſime ſcribuntur per ipſum Ioan. de Turrecr. *in d.c. Philip. Bergom. lib. 9. ſui ſuppl. Chroni.* dicit, hos habere adhuc alium errorẽ, quem prædicabat Neſtor hæreſiarcha, ſc. nihil ad vitam prodeſſe, quod homines virtuoſe viuerent, vt habetur *in d.c. quidam hæretici, verſ. quis autem.* quia dicebat, quod prædeſtinatio importabat ſaluationem aut damnationem, quod falſiſſimum eſt. Poſſet hic adaptari materia prædeſtinationis (quæ ad Theologos ſpectat) ſed tantum remiſſiue ad Bernard. de Buſt. *in ſerm. 37. in 2 par. litera N. & O. in 1. par. ſui Roſar.* vbi confundit hunc errorem, & ample per eundem *in d. 2. par. ſerm. 33.* vbi ample de materia prædeſtinationis.

Nona natio eſt illorum, qui dicuntur Moronetæ, à quodam hæretico Morone, qui vnũ intellectum, & vnam voluntatem in Chriſto tantum ponunt. Hi inhabitãt Libyam in prouincia Phœnicis in magno numero, prœliis edocti & experti, ſpecialiter vtuntur arcubus & ſagittis, more Latinorum campanis, eorum Epiſcopi annulis, mitris, & baculis paſtoralibus vtuntur: in ſcripturis diuinis litera Chaldæa, & in vulgari Arabica vtuntur: hi aliquando fuerunt ſub obedientia Rom. Eccleſiæ. Nam eorum Patriarcha erat in Concilio generali Lateran. celebrato Romæ ſub Innocentio III. ſed poſtea receſſerunt. Hi primo fuerunt cõdẽnati in Synodo Conſtantinopolitana, poſtea redierunt ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ, & iterum reuerſi ſunt ad eorum opinionẽ falſam, in qua perſeuerant.

Decima natio eſt illorum, qui dicũtur Armeni, qui habitant in regno Armeniæ prope Antiochiam. Hi proprium idioma, & linguã communem omnibus, & ſcripturas ſanctas, & officium Eccleſiæ cantant, & dicunt in vulgari lingua, ita vt ab omnibus ſecularib. viris, & fœminis intelligantur. Habent ſuum primatem, quem Catholicum vocant, cui obediũt, velut Papæ, cum magna deuotione, & reuerentia, Quadrageſimam ieiunant, in qua non comedunt piſces, nec bibunt vinum: in dieb. tamen Veneris comedunt carnes. Hi temporibus Conſtantini Imperatoris, cum Scotis, ſeu Hybernis, fidem Chriſti ſuſceperunt, eo q̃ Hybernis ſeu Scotis prædictis in occidentali plaga viciniores eſſent. Et hi Armenii in Aſia inter Taurum & Caucaſum montes conſtituti ſunt. Nam Hyberni, & Armenii, ac Colchides, ſub vna prouincia ſiue regione coniunguntur. Huius itaq; gentis conuerſionis Thyriades cauſa fuit, qui Rex quodam mirabili ſigno, circa domum ſuam diuinitus oſtenſo, Chriſti Baptiſmum ſuſcepit, qui vna cum omnibus ſuę ditioni ſubiectis, vna die, vna prę- ceptione, Deo colla ſubmiſere: ex quo factum eſt, vt ad finitimas quoque Gentes Chriſtianũ dogma peruenerit, & multitudine dilatatum ſit: quorum commercio etiam Perſæ fidei rudimenta aliquantulum ſuſceperunt.

Vndecima natio Chriſtianorum eſt illorũ, qui dicuntur Georgiani, à beato Georgio, quẽ habent in patronum prœlii. Habitant in partibus orientalibus: eſt populus multum pulcher, fortis, & delitioſus: Medis, Perſis, & Aſſyriis (in quorum confinibus commorantur) valde formidoloſi: vtuntur lingua Græca, vtũtur Sacramentis modo Græcorum. Clerici habent coronas rotundas in capitibus raſas, ſeculares vero quadratas. Et quando veniunt ad ſanctum ſepulchrum, non ſoluunt Saracenis tributum, & ingrediuntur Ieruſalem cum vexillis erectis, quia Saraceni eos timent. Eorum fœminæ vtuntur armis, ſicut viri, vtuntur pileis altis in capitibus, ad altitudinem cubiti, & cum ſcribunt Soldano, ſtatim fit, quod petunt. Philip. Bergom. *in ſuo ſuppl. Chronic. li. 9.* dicit, quod Scoti ſeu Hyberni hodie Georgiani populi appellentur, & vſque in hodiernum diem Chriſtum colant, quamuis procul ab Apoſtolica ſede, veritatis magiſtra: quia non omnem Euangelii veritatem ſeruant, eo quod Barbaris gentibus circumfuſi ſunt. Hi enim (vt dicit) ſunt conſtituti in aquilonari parte, & anno Chriſti 338. tempore Conſtantini Imperatoris, fœdera verbi Dei, & Chriſti fidem miraculoſe ſuſceperunt, & muliercula quædã Chriſtiana ibidem captiua huius tanti boni

cauſam præſtitit: quæ cum vitam pudicam, & ſanctam ea in regione duceret, ac dies noctesque in oratione conſumeret, Gentibus illis admirationi fuit, quibus ſciſcitantibus, cur ſe tantopere affligeret, ita ſe ſuum Deum colere reſpondit, qui Chriſtus eſt. Nihil ex hoc amplius mirati Barbari, quam nouitatem nominis; mulierculam in honore habere cœperũt. Mos autem Gentis illius erat, paruulos, cum ægrotarent, per vicinas domos à matribus circumferri, remedia exquirentibus. Accidit autem, vt quædam mater, cum puerum aliquandiu circumtuliſſet, nec ſalutare quicquam inueniſſet, captiuam, tanquam ebria doloris, adiret, eiuſque opem expeteret, quæ nihil humani illa ſe ſcire reſpõdit: ſed Dominum, quẽ coleret, Ieſum Chriſtum, deſperatam ab hominibus ſalutem conferre poſſe, paruulumq; cilitio ſuo ſuperimponens, & orationem ad Ieſum fundens, ſanum matri confeſtim reddidit: mox facti rumor totam repleuit vrbem, & ad Reginam etiam peruenit, quæ dolore afflicta, captiuam ad ſe adduci curauit; cumque illa regiam domum ingredi recuſaret, orationem ad Deum pro illa fundens, illico Regina ipſa eſt ſanitati reddita, atque ex hoc admonita, vt in Chriſtum crederet, & eum, qui ſalutem ei præbuiſſet, adoraret. Quibus beneficiis, & verbis commota Regina, rogauit virum, vt Chriſtianus efficeretur: quod, quanquam ille promiſiſſet; ſegnis tamen erat, nec ſæpius ab vxore commotus, baptizari curabat, non tam quod fidei hoſtis eſſet, quam dubius. Contigit autem, cum aliquando in ſyluas altiſſimas ire venatum, quo cum perueniſſet, coorta ſubito tempeſtate, ita tenebræ cuncta operuere, vt nec omnia cerneret, nec ab vllis cerneretur. Ignarus autem quid facto opus eſſet, promiſſionis coniugi factæ recordatus eſt: & tunc Chriſtum rogauit, vt ſi Deus eſſet, ex tantis eum periculis liberaret. Nec mora, dies clariſſima mundo reddita eſt. Rex ad vrbem productus, Reginæ quæ geſta erant, miraculi loco expoſuit. Vocatur captiua, & eius conſilium audit: illa ſtatim reiicienda idola, & Chriſtum colendum dicit, eique ſupplicandum, & Baſilicam conſtruendam eſſe hortatur. Conuocato populo, Rex Euangelium prædicat, & nondum ſacris initiatus fit ſuæ gentis Apoſtolus: credunt viri per Regem, & fœminæ per Reginam. Conſtruitur templum magni operis, & eleuato pertinaciter murorum ambitu, columnæ collocantur. Sed prima, ac ſecunda erecta, tertia nullis machinis, nulliſque viribus erigi poteſt. Cumque ad noctem vſque laboratum eſſet, recedentibus omnibus, ſola captiua mulier apud Eccleſiam in oratione perſeuerat. Poſtera vero die, prima luce redeunte populo, columna reperta eſt ſupra baſim in aere ſuſpenſa, quantum eſſet vnius pedis ſpacium: quo miraculo viſo, omnes magnificarunt Deum, veramque captiuæ fidem recognouerunt. Et ſtupentibus omnibus, ſenſim ſupra baſim, nullo contingente, depoſita eſt. Moxque reliquæ columnæ magna felicitate erectæ ſunt. At perfecta Eccleſia, & populi fide confirmata, ſuadente captiua, totius Gentis legatio ad Conſtantinum Imperatorem in Græciã mittitur: reſq; geſta opponitur, & ſacerdotes petuntur, qui cœptum erga ſe munus expleant. Quibus & iucundiſſimo vultu Imperator ſatisfecit. Hæc Phil. Berg. *vbi ſupra.*

Duodecima natio Chriſtianorum, eſt illorum, qui dicuntur Suriani, à ciuitate Sur, quæ eſt eminentior in Suria, vel Aſſuria. Hi vtũtur in ſermone vulgari lingua Saracenica, in ſcripturis diuinis, & officio Miſſæ, lingua Græca. Habent Epiſcopos, & conſuetudinem Græcorum ſeruant, & eis obediunt in omnib. Conficiunt Sacramentum Euchariſtiæ in fermento, & habent opinionem Græcorum contra Latinos. Hos ſequuntur aliqui Chriſtiani, qui in terra ſancta vocantur Samaritani, conuerſi primo tempore Apoſtolorum, ſed non bene ſapiunt in fide.

Decimatertia natio eſt illorum, qui dicuntur Mozorabes. Hi olim fuerũt multi in partibus Aphricæ & Hiſpaniæ: nunc vero ſunt pauci. Sunt autem dicti Mozorabes, quia mores Chriſtianorum de Arabia, in multis tenebant. Iſti vtuntur in diuinis officiis lingua Latina, & obediunt Romanæ Eccleſiæ, & prælatis Latinorum, & conficiunt in azymo, vt Latini,

uini,ſed in multis diſcrepant ab eis; quia in diuinis officiis habēt horas valde prolixas: quia cum dies naturalis diuidatur in 24 horas diei & noctis,tot officia habent,ſiue horas,& Pſalmos,ac hymnos,nec non certas orationes habent,& nimis prolixas, quas non dicunt more Latinorum. Nam illud,quod Latini dicunt in principio, ipſi dicunt in fine, vel in medio. Sacramentum Euchariſtiæ diuidunt aliqui in ſeptem partes,alii in decem. Eſt natio valde deuota;in matrimonio non coniungūtur,niſi perſonis ſuæ Gentis, ſiue nationis, inter quas fœmina amiſſo primo marito,nunquam coniungitur alteri, ſed permanet in caſtitate perpetua.

Inter has 13 nationes natio Italica eſt prima, eo; quia habet vicarium Chriſti,qui omnibus Chriſtianis præeſt,ita quod ſi fieret congregatio omnium, ſemper Italia, hoc eſt, Eccleſia Romana præcederet, cum omnes Chriſtiani ſubiiciantur ſeu ſubiici debeāt ſummo Pontifici,qui in tota Chriſtianitate primatum obtinet,vt dixi s. *in 4. par. in 7. conſid.* vbi ample. Et de eius laudatione refert Plinius 37. *naturalis hiſt. cap. vlt.* In toto orbe, inquit,& quocunq; cœli conuexitas vergit,pulcherrima eſt omnibus rebus, meritoq; principatum naturæ obtinens Italia rectrix, parenſque mundi altera, viris,fœminis,ducibus,militibus,ſeruitiis,artium præſtantia,ingeniorum claritatibus. Iam ſitu ac ſalubritate cœli atque temperie, acceſſu cunctarum gentium facili, littoribus portuoſis,benigno ventorum afflatu. Etenim cōtingit recurrentis poſitio in partem vtiliſſimā, & inter ortus occaſuſque mediam, aquarum copia,nemorum ſalubritate,montium articulis,ferorum animalium innocentia, ſoli fertilitate,pabuli vbertate. Quidquid eſt,quo carere vita non debeat, nuſquam eſt præſtātius. Fruges,vinum,olea,vellera,lina,veſtes,iuuenci. Ne equos quidem in trigariis præferri vllis vernaculis animaduerto: metallis auri,argenti,æris, quamdiu libuit exercere, nullis ceſſit. Et iis nunc in ſe grauida pro omni dote varios ſuccos,& frugum pomorumque ſapores fundit. Et *lib. 3. c. 5. in princ. de vrbe Roma & Italia*, dicit: Roma omnium terrarum caput,alumna eadem & parens, numine Deûm electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret: ſparſa congregaret imperia, ritusq; molliret, & tot populorū diſcordes, feraſq; linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatē homini daret, breuiterque vna cunctarū gentium in toto orbe patria fieret. Et dicit text. *in 2. conſt. C. in princ.* quod arma & leges Romanas omnibus anteponi nationibus, omnibuſque gentibus dominari præteritis effecerunt temporibus.

Vigeſimaſecunda conſideratio; Quia prædictæ ſectæ ſeu nationes,de quibus *ſupra in duabus præcedentibus conſiderationibus*, trib. linguis vtuntur,ſc. Arabica, Græca, & Latina; vnde (vt habetur *Luc. 23. & Io. 19.* Græce, Hebraice, & Latine erat ſcriptus titulus ſeu ſuperſcriptio crucis Ieſu Chriſti) videndum eſt, quæ illarum ſit excellentior. Et videtur, quod Græca ſit vtilior Latina, quod ſatis videtur ꝓbare tex. *de non alienand. aut permut. rebus Eccleſiaſt. §. nos igitur. in fin. collat. 2.* vbi dicit text. non paterna voce,id eſt, Latina, legē conſcripſimus: ſed hanc communi & Græca,vt omnibus ſit nota, propter facilem interpretationē, & dicit gloſſ. in verbo, *voce*. Ideo communior videtur lingua Græca, quam ſit Latina; quia eum norunt nedum Græci, ſed Latini, quos oportet Græcæ linguæ eruditionem habere propter interpretationes,& trāſlationes multarum legum & conſtitutionum, quæ Græca lingua fuerunt factæ, vt apparet in multis legibus Digeſtorum. Græci vero parum,aut nihil curant linguam Latinam. Præterea (vt legitur in diuinis) quando Hebraica lingua trāſferenda erat in Latinam, prius in Græcam transferebatur, vt facilior ex ea fieret translatio. Aduerte,quod tex. gloſſ. & Doct. *in clem. 1. de Magiſtris*, faciunt mentionem de tribus linguis,ſc. Hebraica, Arabica & Chaldæa, quę ſunt (vt dicit Card. *ibi*) vtiles ad ciendum fauorem fidei: & quare omiſit de Græca, dicit gloſſ. ibi in verbo, *Hebraice*, quod illud verbū *Græce*, in originali erat cancellatum, aut forte propter literam in text. quæ ſupra, ibi; *quibus vtuntur infideles, &c.* vt nihil eſſet ſuperfluum: vel cancellata fuit, cum Græci fideles fuerint

Digitized by Google

rint ſub obedientia Eccleſiæ, *ca. licet. de Baptiſmo.* & facit quod notatur *c. 1. de ſum. Trin. lib. 6.* Tamē hodie ſchiſmatici ſunt, nec recognoſcunt caput Romanæ Eccleſiæ. Et, vt dicit ibidem gl. forte eſſet expedientior ſuæ linguæ doctrina, quam aliarum. Iudæi autem habent literam Hebraicam, ſed linguam ſpecialem in vulgari non habent. Habemus enim, quod euanuit ipſorum lingua vulgaris. Arabica litera eſt Saracenorum, Chaldæa Chaldæorum, de qua *in c. legimus, §. ſed ecōtra. & c. turbat. & c. qui de menſa. 37. diſt.* ſed fertur, quod hæc litera hodie non habeatur, vt dicit dicta glo. Et recitat ibi Cardinalis, quod linguæ ſunt 72. vt videtur probare text. *in c. 70. 16. diſt.* Sed principales tres ſunt, ſcil. Hebraica, Græca & Latina, quæ totum orbem diuidunt: & etiā dicit, quod olim fuit vna lingua omnium nationū, ſcil. Hebraica, & quod creditur, & probabiliter, quod in patria cœleſti erit tantum vna lingua. In multis autem linguis varietas eſt, & vbi varietas & diuerſitas, ibi diſſenſus. Linguarū etenim diuerſitas, vt ait Auguſt. *li. 19. de ciuit. Dei, c. 7.* hominem alienat ab homine; nam ſi duo ſibimet inuicem fiant obuiam, neq; præterire, ſed ſimul eſſe aliqua neceſſitate cogantur, quorum neuter nouit linguam alterius, facilius ſibi animalia muta, etiam diuerſi generis, quam homines ſociantur. Scribit Strabo trecentas nationes, quæ diſſimilib. linguis vterentur, deſcendiſſe in Dioſcuriadem vrbē Colchorum clariſſimam.

Sed redeundo ad propoſitum, ſciendū eſt, quæ ſit honorabilior & excellentior: nam, vt dictum eſt, Græca videtur magis vtilis. Ideo magis laudanda ex effectu, & viſus fuit hoc probare text. *in d. §. nos igitur. cum gl. de qua ſupra.* Sed videtur, quod illa ratio non concludit, cum certum ſit pauciſſimos Latinorum Græcæ linguę peritos eſſe: omnes vero propemodum Græcos Latinam callere. Et ſi Græca lingua ab omnibus potuiſſet intelligi, eſſetq; communior Latina, nihil neceſſum fuiſſet vti circuitu, transferendo ſc. Hebraicam in Græcam, & poſtea Græcam in Latinam, ſed ſuffeciſſet Græca tranſlatio: vnde pro vtilitate Grecæ linguæ, vt ſic ſit excellentior, videtur melior tex. *in c. veterum.* vbi eſt text. Auguſt. *9. diſt.* qui tex. ſic ait: *Vt veterum librorum fides de Hebrais voluminibus examinanda eſt, ita nouorum veritas Græci ſermonis normam deſiderat*, quod intellige de Veteri & Nouo Teſtamento. Et etiam dicit tex. *in c. fin. 20. diſt.* de quib. cauſis nulla ſoluendi, ligandique autoritas in libris Veteris & Noui Teſtamenti, & quatuor Euangeliorum, cum totis ſcriptis Apoſtolorum non appareat, ad diuina recurrite ſcripta Græca, ſed gloſſa magna *in d. c. vt veterum.* dicit, quod Hier. *in ſecundo prologo Bibliorum* contrariū tenet, dicens, quod emendatiora ſunt exemplaria Latinorum, quam Græca, & Hebræa: ſed Auguſt. *in d. c. vt veterum.* ad primitiuam Eccleſiam reſpicit, quando exemplaria Gręca & Hebræa non erant corrupta, ſed procedente tempore, cum populus Chriſtianus eſſet multum auctus & hæreſes multæ inter Græcos pullulaſſent, inuidia Chriſtianorum Iudæi & Græci ſua exemplaria corruperunt, & ſic factum eſt, quod exemplaria eorum magis corrupta ſunt, quam Latinorum, ad quod tēpus reſpicit Hieronymus; vel reſpicit ad Latina exemplaria à fidelibus interpretibus tranſlata. Auguſtinus vero reſpicit ad exemplaria Latina à non fidelibus & falſatoribus tranſlata, vel in hoc, vt dicit *d. gl.* magis credendum eſt Hieronymo, quam Auguſtino. Quia inter iſtos tres, Auguſtinum, Hieronymum, & Gregorium, magis credendum eſt Auguſtino in diſputationibus, Hieronymo in hiſtoriis, & tranſlationibus, Gregorius in moralibus præponitur: quia non omnes in omnibus, ſed certa per certa, vt eſt tex. *in l. 1. § omnib. autoribus. C. de veter. iur. enucl.* Nec omnia poſſumus omnes, & ita dicit *d. gl.* quam refert & ſequitur Panorm. & poſt eum Fel. *in c. ne innitaris, in fin. de conſtit.* & ibi Felin. dicit, illam gl. eſſe approbatam à Ludou. Roma. *in l. ſi vero, § de viro. in 15. fallentia, ff. ſolut. matr. & in l. 1. §. fin. col. 2. ff. de verb. obl. & in l. 1. col. 5. ff. ſi cert. petat.* Sed Archid. *in d. c. fin. 20. diſt.* & poſt eum Præpoſitus & Geminia. dicunt: quod quando ſcriptum reperitur contrarium, vel dubium, ad Gręcam linguam recurrendum eſt, prout *in d. c. vt veterum. & d. c. fin.* intelligitur ſecundum illa tēpora,

pora, quibus fidei Catholicæ integritas erat apud Græcos: ſed cum hodie ſint acephali, & exemplaria eorum corrupta, & mendoſa, non eſt ad eorum volumina recurrendum. Non eſt enim veriſimile eos, qui Catholicæ fidei vnitatem non ſincere tenent, integritatem ſuorum voluminum conſeruaſſe: ſed potius ea in odium Latinorum (qui vnitatis fidei incõcuſſi ſunt obſeruatores) corrupiſſe. Nam aduerſarii & inimici facile mentiuntur, vt eſt text. *in l.1. §. preterea. & ibi plures concord. in gloſſ. ff. de quaſt.* Albericus de Roſat. *in 1. conſtitut. ff or. in §. illud, & in ſuo Dictionario. in verbo, lingua.* dicit, quod inter omnes linguas tres ſunt excellentiſſimæ, Hebraica ſc. Græca & Latina. Earum clarior & ſonantior dicitur Græca: cuius varietas diſcernitur in quinque partibus: quarum prima dicitur mixta, ſiue communis, qua omnes Græci vtuntur; Secunda Athenienſis, qua vſi ſunt authores Græci; Tertia Dorica, quam habent Ægyptii & Syrii; Quarta Ionica; Quinta Æolica, vel ſic: vna dicitur Attica, alia Bœotica, 3. Æolica, 4. Dorica, & 5. Ionica. Quantum autem lingua Græca præſtet Latinæ, ſcribit Budæus *in tract. de aſſe, & partib. eius li. 1. fol. 7.*

Latinæ vero linguæ dicuntur eſſe quatuor, ſc. priſca, & condita, quam ſub Iano, & Saturno, vetuſtiſſimi Italici habuerunt, & Latina, qua Italici vtuntur, & vſi ſunt à Latino, & aliis Regibus Tuſciæ, ex qua lex duodecim tabularum ſcripta fuit; & Romana, qua poſt exactos reges pop. Roman. eſt vſus; & mixta, quæ poſt imperium latius promotum, ſimul cum moribus, & hominibus, vrbem arripuit, per ſolœciſmos & barbariſmos integritatem verbi corrumpens.

Omnes orientales in gutture verba collidunt, ſicut Hebræi & Syri. Mediterraneæ gẽtes ſermones proferunt in palato, ſicut Græci & Aſiani. Occidentales vero verba in dentibus frangunt, ſicut Italici & Hiſpani. Addo, quod Septentrionales, vt Germani, verba faciunt in pectore. Nos vero Galli in gutture, palato, & pectore. Hinc vulgo dicitur, *Itali capriſant. Alemani vlulant, Galli cantant, & Angli ſubilant.* Et dicit Albericus *in loco ſupra allegato*, qui dicit, ſe inueniſſe in authenticis ſcripturis ſuper Geneſin, & in inuentario vniuerſi orbis, *in rubric. de ædific. turris, in qua fuit inuenta diuerſitas linguarum.* Idem etiam dicit Iſidor. *in li. Æthi.* vbi dicit, quod locutio Græcorum eſt comptior cæteris: & dixi *ſupra in 3. parte. in penult. conſider.* Guilielmus Durandi *in ſuo Rationali diuin. officiorum, cap. de paraſceue, colum. 2.* dicit: quod lingua Hebraica propter legem eſt omnium linguarũ mater. Lingua Græca doctrix eſt, & lingua Latina interpretatrix, propter dominium Romani imperii & papatus. Et ideo dicitur, quod lingua Hebræa erat mater omnium linguarũ. Nam priuſquam ſuperbia turris Babyloniæ illas diuideret, vna omnium nationum lingua fuit, vt habetur *Geneſ.* 11. vbi dicitur: *Erat autem terra labii vnius, & ſermonum eorundem.* Et iterum dicit Dominus: *Ecce vnus eſt populus, & vnum eſt labium omnibus.* & ob id delictum 70 linguæ omnino diuerſæ ſuperinductæ ſunt, vt infra *in 69 conſideratione*, quæ de nonnullis celebribus turribus tractat: vnde dicit Remigius ſuper illud 1. *ad Corinth. 13. ca. Siue* linguæ ceſſabunt: ſicut (inquit) ante turrim Babel vna erat lingua Hebræa, ſic quidã Doctores expleto iudicio ipſa remanebit vna; & ideo, vt dixi ſupra, in multis linguis varietas eſt, & vbi varietas, ibi diſſenſio. Sed in regno ſanctorum nõ erit diſſenſio; igitur nec linguarum varietas. Item Bernardinus dicit: *Multi multa ſciunt, vna erit omnium lingua, iubilatio indefeſſa, vnus affectus, amor æternus, & erit commune omnium omnipotentia, ſapientia, pax, iuſtitia, intelligentia, nec erit in illa pace diuerſitas linguarum.* Donum tamen eſt, vti diuerſis linguis: vnde Apoſtolus 1. *ad Corinth.* 14. dicit: Gratias ago Deo meo, quod omnium veſtrũ lingua loquor. Et Apoſtoli loquebantur variis linguis, *Actor.* 2. De laude autem iſtius linguæ Hebraicæ vide ample *in Margarita Philoſ. in inſtitutione Hebraica.* vbi laudat eam ex antiquitate, ſeu prioritate, cum fuerit prior in omnibus aliis, ex puritate, ſanctitate, ſignificationum affluentia ac vtilitate: ex quibus omnibus alias antecellit, vt ibi elegantiſſime comprobatur. Et Iſidorus 1. *Etymolog.* dicit

Digitized by Google

Græcas literas cum earundem denominationibus ab Hebræorum characteribus eſſe ſumptas, vt ab Aleph, Alpha, a: & ſic de nonnullis. E Græcorum vero fontibus Latinorũ linguam ſcaturiiſſe indubitatum habetur, & certum apud fere omnes: quod an ſit omnino verum, dixi ſupra *iſta par. in 17. conſid.* vbi laudatur Gallia ex literarum traditione.

VIgeſimatertia conſideratio ſit de tribus modis cognoſcendi vires perficiendi, ſeu habendi notitiam rerum, ex quibus natura rerum apprehenditur, ſc. experientia, ratiocinatione, & fide, & quis ſit excellentior.

Nam primo de experientia dicitur, quod ſit rerum magiſtra, vt eſt textus *in cap. quam ſit. in princip. de electio. in 6.* & dicit textus *in l. legatis, §. ornatricibus. ff. de legat. 3.* quod præbeat nutrimentum cuilibet artificio. Faciunt textus *in l. certi. ibi; qui cuiuſdam rei peritiam habent. C. de iudic. & in 2. conſtitutione. in §. ſed cum. ibi; quam experientia rerum.* & ait Ariſtot. *Natura potentem, ars facilem, vſus promptum reddit artificem.*

Quoad ratiocinationem, hoc eſt, argumẽtationem, videtur etiam, quod ſit multũ laudanda. Nam dicit Bald. *in l. precibus. Cod. de impub. & in l. ſi pecuniam. Cod. de cond. ob cauſ.* quod viam ferro aperit, qua per contraria tranſit, & habetur per Ariſtot. *2. de cœlo & mũdo.* Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & *in 1. Elenchorum.* Poſitis iuxta ſe contrariis, maiora à minoribus diſcernuntur. & *in 2. de anima*, etiam dicit, quod conſiderans vnum oppoſitorum habeat cõſiderare & reliquum. Per cognitionem enim vnius cognoſcitur & aliud, *l. 1. in princip. ibi; nam ſi cognouerimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & Inſtitut. eod. in princip. l. 1. ff. de tutelis. & Inſtitut. eod. in princ. & l. Pomponius. §. ſed & iis qui. ff. de procurat. & §. nec manifeſtum. Inſtitut. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur.* Idcirco idem Philoſophus in prædicamento Relationis ait: dubitare in ſingulis non erit inutile, quod notatur per gloſſ. *in verbo, requirens. in l. 3. Cod. de ſumma Trinit. & fide Cathol.* Sine dubitatione etenim non bene res clareſcũt, vnde Ariſt. *in 3. Metaphyſ.* inquit: *Quærentes veritatem ſine diſputatione, ſimiles ſunt iura ignorantibus.* Hinc eſt, quod apud Iuriſconſultos noſtros dicitur, quod diſputando melius veritas inuenitur, & difficilia aperiuntur, vt eſt tex. *in l. munerum. §. mixta. ff. de muner. & honor. ibi; meliorem rationem diſputando habuit.* & dominus meus Iaſ. *in l. cũ quidam. ff. de liberis & poſth. l. Offilius.* alias *Ofidius. ff. de legat. 3. l. 2. §. his legibus, ff. de orig. iuris. l. diui fratres. ff. de iure patron.* Ideo dicitur, iudicantem cuncta rimari oportet, *c. iudicantem. 30. q. 5. c. cum cauſam. extra de teſtib. l. iudices, C. de iudic. c. imprimis, 2. quæſt. 1. & c. occidit, 23. quæſt. 8.* Vnde, vt refert Hieron. *in lib. contra Pelagianos*: Schola Socraticorum conſueuerat adducere omnia, quæ dici poſſent ex vtraque parte, vt magis perſpicua fieret veritas. Nam magis exagitata plus ſplendeſcit in lucẽ, *tex. in c. graue, 35. q. 9.* Vel etiam ratiocinatio Syllogiſmus dicitur, diffinitur que oratio, in qua quibuſdam poſitis & conceſſis, neceſſe eſt per ea, quæ poſita ſunt, & conceſſa, aliquid euenire. Et talis ratiocinatio deriuatur à ratione, quæ debet eſſe in quolibet. Ita quod illud, quod ratione non roboratur, extirpandum eſt, *ca. chorepiſcopi. 67. diſt. nẽt.* & ratione viuendum eſt, *can. vides. 73. q. 7.* Nec ſunt recipienda, quæ vacua opinione iactãtur, ſed quæ ratione vel autoritate iuuantur, *cap. denique. 26. diſt.*

Tertius vero modus cognoſcendi naturã rerũ ſeu perficiẽdi eſt fides. Quæ quidẽ fides ſecundum Theologos eſt certa; imo certiſſima; imo humana conditione via certior. Et ideo Richardus de ſancto Victore ponens iſtos tres modos cognoſcendi naturas rerum, *in lib. 1. de Trinitate cap. 2.* dicit, quod nihil firmius, nihil certius, nihil conſtantius fideles tenent, quam quod fide apprehendunt. Et vt 1. *cap.* dicit: ſi ad ſublimium ſcientiam mentis ſagacitate aſcendere volumus, operæpretiũ eſt primo noſſe, quibus rerum modis notitiã apprehendere ſoleamus. Rerum itaque notitiã, vt dicit, modo triplici apprehendimus. Nam alia experiendo probamus, alia ratiocinando colligimus, aliorum certitudinem credendo tenemus. Et temporalium quidem notitiam per ipſam experientiam apprehendimus. Ad

æterno-

æternorum vero notitiam modo ratiocinando, modo credendo aſſurgimus. Nam quædam ex his, quæ credere iubemur, non modo ſupra rationem, verum etiam contra humanam rationem eſſe videntur, niſi profunda & ſubtiliſſima indagatione diſcutiantur, vel potius diuina relatione manifeſtentur. In horum itaque cognitione, vel aſſertione magis inniti ſolemus fide, quam ratiocinatione, authoritate potius quam argumentatione, iuxta illud Prophetæ, *Eſaia* 7. Niſi credideritis, non intelligetis. Sed & hoc in his verbis diligenter attendendum videtur: quia horum quidem intelligentia, hac nobis authoritate non generaliter, ſed conditionaliter neganda proponitur, cum dicitur: *Niſi credideritis, non intelligetis.* Non ergo debent exercitatos ſenſus habentes de talium intelligentia comparanda deſperare: dum tantum ſe ſentiant firmos in fide, & per omnia probatæ conſtantiæ in fidei ſuæ aſſertione: Hæc Richard. Et ibi Faber Stapulenſis *in expoſitione* dicit, vires perfici tribus cognoſcendi modis, ſenſu, imaginatione, intellectu: & tres eſſe earum cognoſcendi modos, experientiam, ratiocinationem & fidem: perficiunturque hæc ſuo principio, medio, & fine; ſic enim amant omnia trino conſummari veſtigio, ſuum imitantia principium: imum locum ſenſus tenet, ſummum intellectus, medium imaginatio. Sic experientia cognitionum, initium eſt infimum, tenens cognitionis modum, vt ſenſus: fides ſummum, vt intellectus: ratiocinatio medium, vt imaginatio. Experientia ſenſibilium ſingulorum eſt, & vltimorum cognoſcibilium. Fides intelligentium primorum & ſummorum. Nam obiectum eius prima veritas humanæ humana, diuinæ diuina, vt experientia vltimorum veritatis veſtigiorum. Ratiocinatio mediorum ab vniuerſalibus & cognoſcibilibus mentis humanæ ſuffragium quærens. Et fides, maxime diuina, lumen eſt animorum & primę veritatis inſulgentia, quo fit, vt nullus ſit fide ſuperior cognoſcendi modus, quam ſi qui non capiunt, non aliter fidei iniuria id obtingit, quam diuinæ lucis iniuria, ſi ipſa non capitur ab oculo Nyctenidis; & in illa ratiocinationem quærere, eſt debili oculo vmbraculū obtendere, ne perſtringatur ab inſigniori lumine. Ergo qui poteſt abſque ratiocinatione illa, quæ ſunt fidei, intueri, longe inſignius videt, & cognoſcit, quam qui ratiocinationem efflagitat & quærit: vt is ſyncerius ſolem agnoſcit, quem tantus fulgor non hebetat ex aduerſo contuentem, quam, qui, vt illum videat, manum viſui opponit ac obumbrat. Ex quibus concluditur; & etiam ex his, quæ dicit idem Faber poſt Richardum *in 2. cap.* quod inter prædictos modos cognoſcendi fides eſt ſuperior.

VIgeſimaquarta conſideratio de bonis diſputat, quod ſit vtilius, ſeu maius, aut melius altero.

Et primo aduertendum eſt, quod bonum primo diſtinguatur in minimum, medium, & maximum. Minima enim bona ſunt bona tēporalia, vt diuitiæ, honor, fama, & huiuſmodi. Media ſunt potentia animæ, & alia naturalia, quibus poſſumus vti bene & male, vt intellectus, voluntas, ſenſus corporis, & huiuſmodi. Maxima ſunt gratia & virtutes neceſſariæ ad ſalutem, & his bonis nemo male vtitur: vnde, vt dicit Auguſtinus, quod virtus eſt bona qualitas mentis, qua nemo male vtitur. Et inter iſta tria bona, iſtud vltimum eſt maius, vt dicit Florent. *in 2 parte ſua Summ. lib. 13. cap. 2. §. 8 in principio. & in fin. illius §.* ponit aliam diſtinct. boni; quoniam (vt dicit) eſt adhuc quadruplex bonum, ſc. bonum naturæ, q conuenit generaliter omni Enti. & tale bonū eſt perfectio debita, & conueniens naturæ. Vnde *Eccleſ.* 3. Omnia fecit bona in tempore ſuo. Secundum eſt bonum virtutis politicæ, quod bonum habet principium inter nos, eo, quod virtus politica eſt virtus, quæ acquiritur voluntaria conſuetudine. Tertium bonum eſt gratiæ, quod conuenit creaturæ rationali bene diſpoſitæ, & iſtud bonum habet principium partim inter nos, & partim extra nos. Quartum eſt bonum gloriæ, & tale bonum eſt perfectum, quod conuenit animæ informatæ per gratiam, vt de his ample idem Florent. *in dict. § 8. & in § 9.* ponit aliam diſtinct. dicendo, quod aliud eſt bonum

ſecundum Tullium, Ambroſium, & Thomã, ſcilicet vtile, delectabile, & honeſtum, vt ibi per eum.

Redeundo ad propoſitum noſtri operis, ipſe Antonius Florent. *in dictis parte, tit. & c. 2.* §. 10. ponit quinque rationes, ex quibus patet vnum bonum eſſe maius, ſeu melius altero: & dicit textus iuris ciuilis *in l. vbi autem non apparet in princip ff. de verb. obligat.* eſt dare melius bono, & optimum meliori; quod dictum refert gloſſ. magna *in l. certum eſt. ff. ſi certum petat.*

Primo ergo vnum bonum eſt maius altero: quia diuturnius, quod probat ibi Anton. à contrario de malo; & etiam quia quanto bonum eſt diuturnius, tanto ſecurius poſſidetur. Et ideo dicitur *Threnorum* 3. Bonum eſt viro, ſi portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Cum igitur (vt dicit) bona ſpiritualia virtutum permaneant, nec auferri, vel amitti poſſint contra voluntatem habentis, vt dicit Ambroſius *de pœn. diſt. 2. c. ſapiens.* Bona autem temporalia auferri poſſunt in vita, vel amitti ſaltem in morte. Vnde Ambroſius *ſuper Lucam.* Non ſunt hominis bona, quæ ſecum afferre nõ poteſt. Ergo ſpiritualia ſunt maiora, & digniora, quam temporalia.

Secundo dicitur bonum maius altero, quia impermixtius ſeu purius altero. Bonum enim, quod eſt ſine malo, eſt maius, & magis eligendum, quam quod habet admixtionem mali, & gaudium ſine triſtitia, aut metu eſt maius gaudio, quod habet triſtitiam annexam, ſeu metum. Ratio eſt; quia bonũ quanto delectabilius; tanto melius, & magis eligendum. Sed bonum, quod eſt malo purius, & impermixtius, eſt delectabilius. Cum ergo bona ſpiritualia non habeant mali, aut triſtitiæ admixtionem: vnde dicitur de ſapientia vera: venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, *Sapient.* 7. & 8. Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tędium conuictus eius, ſed lætitiam & gaudium. Bona autem terrena, ſiue diuitiæ, ſiue voluptates habẽt multam triſtitiam, & anxietatem admixtam, vnde Saluator eas comparat ſpinis, *Luc.* 8. quia pũgunt, & mentem lacerant diuerſis afflictionibus. Ideo ſpiritualia bona ſunt meliora, maiora & cæteris præeligenda.

Tertio dicitur bonũ maius altero, quia cõmunius, ſecundum Philoſophum & Apoſtolum *ad Gal.* 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Hinc dicit tex. *in c. ſcias. 7. q. 1.* quod vtilitas communis præferenda eſt priuatæ. habetur per Ariſt. 1. *Ethicor. in c. bona. & ibi gloſſ. extra de poſtul. prælat. & in c. licet. extra de regularib. & in l. Actiones. §. Labeo, & ibi gl. ff. pro ſocio. in l. vnica. §. pen. C. de caduc. toll. & in Authen. de reſtitut. & ea quæ parit. §. ſancimus ibi; ea enim. & c. coll.* 4.

Quarto vnum bonũ eſt maius altero; quia ſufficientius; vnde iuſtitia eſt maius bonum, quam fortitudo: quia habita fortitudine, adhuc iuſtitia indigemus, ſcilicet ad recte conuiuendum, ſed habita iuſtitia non indigemus fortitudine. Et illud eſt bonum ſufficiẽs; quia per ſe ſufficit ſine alio; vel quia tale bonum eſt finis, quod poteſt eſſe ſine eis, quæ ſunt ad finem; ſed non è conuerſo. Nam habitis iis, quę ſunt ad finem, non habetur finis: ſed habito fine non indigemus his, quæ ſunt ad finem, vt patet de medicina, & ſanitate, de diuitiis, & beatitudine. Vel quia tale bonum eſt principium omnium, quod poteſt eſſe ſine bono, quod non eſt principium omnium. Ex his ſequitur, Deum & gloriam eius, & gratiam, & virtutes aliis bonis mundi eſſe maiora: ſed bonum ſufficientiſſimum eſt Deus; quia nullo indiget, vt per ipſum Antonium Florentin. *in d. §.* 10.

Quinto aliquod bonum eſt maius altero; quia eligibilius. Et ex parte eligibilis rei eſt aliquod bonũ magis eligibile, vel ratione maioris deſiderii. Quanto enim aliquod bonum magis deſideratur; tanto eſt maius, vel ratione maioris pretii, text. *in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid.* Pretium enim eſt quædam menſura Reipub. appretiatæ, vel ratione maioris damni. Nam illa ſunt meliora, quorum damna ſeu amiſſiones eorum ſunt maiora. Quia maiori bono maius damnum opponitur. Et quia beatitudo eſt bonum, quod omnes maxime deſiderant, vt ait Aug. *de ciuitate Dei.* Et quia non eſt digna ponderatio animæ continentis,

id eſt

id eſt, æquale pretium ad bona temporalia: & idem de aliis virtutibus, & maximum damnũ acquiritur ex illis bonis mundanis male vtentibus; quia priuatio beatitudinis veræ, ſecundum illud *Iob*.21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Ideo eligenda ſunt potius ſpiritualia & æterna, quam alia. Hæc Anton. vbi ſupra. Et ante ponitur iſta conſideratio de bonis; quia dona videntur excellentiora virtutibus intellectualibus & moralibus, licet tamen poſteriora virtutibus Theologicis, vt ait S. Thomas 2.2.*q*.68.*in fin*.

VIgeſimaquinta conſideratio de virtutibus, exponit, quæ illarum ſint excellentiores, an Theologales, an Cardinales ſeu Morales, & quæ inter vtraſque. Pro quo ſciendum, quod Theologales ſunt excellentiores; quoniam reſpiciunt Deum pro primo obiecto & principali. Cardinales vero ſeu Morales non. Secundo; Theologales habẽt veritatem pro prima regula actuum ſuorum, ad quos inclinant, & non regulam aliquam acquiſitam humanitus. Cardinales autem, ſeu morales innituntur regulæ humanæ, ſcilicet prudentiæ, ſiue rectæ rationi naturali: Theologicæ vero veritati diuinæ. Ex quo dicunt Theologi, quod virtutes Theologicæ ſunt digniores, excellentiores, & perfectiores virtutibus Cardinalibus ſeu moralibus, vt ponit Gabriel 26.*q.vnica.art.vnic.lib*.3. & dicit S. Thomas 1.2.*q*.68.8 *qu.per totum*. & 2.2. *q*.9.1.*q*. quod Theologicæ virtutes ſunt cæteris nobiliores. De qualitate vero virtutum ponit Gabriel 36.*q. art*.3.*dubio* 4.*lib*.3. & de ordine illarum ponit Ant. Flor. *in ſua Summ*. 4.*part.tit*.1.*c*.9. & S. Thomas *in diſt*.1.2.*q*.66. ponit de æqualitate virtutũ, & an virtus poſſit eſſe maior vel minor; & de comparatione virtutum moralium ad intellectuales, & de comparatione moralium, intellectualium & Theologicarum ad inuicem. Et ſunt tres tantum Theologicæ, ſcil. fides, ſpes & charitas, ſecundum Apoſtolum, vt habetur 1. *ad Cor*. 13.*c*. vbi dicit Paulus: Si linguis hominũ loquar & Angelorum, charitatem non habeã, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi prophetiam habuero, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & omnem fidem, ita vt montes transferam: charitatem autem non habeam, nihil ſum, &c. Charitas patiens eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit, quæ ſua ſunt, non irritatur, nec cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet: charitas nunquã excidit. Tandem concludit: maior autem horum eſt charitas. Fides enim & ſpes ſunt excellentiora cæteris donis euacuandis; quia ſunt virtutes Theologicæ, vt dicit de Lyra ſuper illis verbis Apoſtoli, *quæ dantur nobis ad coniungendũ nos Deo*. Alia vero dona ſunt quædam diſpoſitiones nobis datæ, vt reddamur bene mobiles à Spiritu ſancto: & ſic ordinãtur ad virtutes Theologicas, vt ad fines. Ex quo ſequitur, quod eo; quia charitas eſt maior fide, & ſpe, quod etiã ſit maior cæteris donis. Quod enim eſt maius maiore, eſt maius minore. Quod conſonat cum regula noſtra iuris; *Si vinco vincentem te, multo magis vinco te*, de qua *in l.de acceſſionibus.ff.de diuerſ.& tempor. præſcrip.in cap.penult. de conceſſ.præb*. per Fel. *in c.paſtoralis.in prin.de offic.ordin*. per Oldra. *conſil*.198. & Lud.Rom *in conſil*.436. Et amplius de laude charitatis videatur Hugo Presbyter & Monachus Sancti Victoris Pariſ. *in vno lib.quem fecit, incipiente: Tam multos iam laude*. Et Guill. Rouillus *in ſuo compendio de iuſtitia, lib*.1.*cap*.2. Etiam inter Cardinales ſeu morales quæ ſunt quatuor, ſcilic. Iuſtitia, Prudentia, Temperantia, & Fortitudo, dignior & perfectior eſt Iuſtitia, ſecũdum Philoſophum 5.*Ethic*. Et dixi in locis, maxime *in rubric. Des iuſtic es.in commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducat. Burgund. & ſupra in* 5.*part.in* 5.*conſid*.

De his vero virtutibus in genere & in ſpecie: & de laude & excellentia earum, videri poteſt ad ſaturitatem per Anton. Florent. *in ſua Sum*.4.*part.vſque ad decimum titulum*. Et vide Luc. de Pen: *in l.vnic. C.de Metropoli Beryto.lib*.11. vbi ait, quod iuſtitia ſit maior, licet

Qqqqq 3 pru-

prudentia ſit prior; & ibi vide diuiſiones iuſtitiæ, de quibus etiam habetur *in Polyantea, in verbo, iuſtitia.* Et idem Luc. de Penn. *in l. auiſtiones colum. 3. C. de curſu publico, lib. 12.* vbi inter alias extollit iuſtitiam, ſine qua aliæ eſſe non poſſunt; ipſa autem ſine aliis. Inter omnes tamen virtutes virtus Heroica eſt excellens, & conuenit cum beatitudine, ad quam communis hominum vita non attingit. Et vult Ariſtoteles 7. *Ethic. tractat. 1.* Heroicam virtutem dici, quæ eſt ſupra nos. Heroicam, inquam, quandam atque diuinam, vt Homerus de Hectore, propterea, quod eximia bonitate præſtabat, dicentem Priamum introduxit:

Nec iam hominis ſane mortalis filius ille
Eſſe videbatur, ſed diuo ſemine natus.

Quare ſubiungit Ariſtot. Si ex hominibus ob virtutis exuperationem, & Dii fiunt, (vt aiunt) talis quidem is habitus fuerit, qui feritati opponitur. Sic etiam Philoſophi morales homines excellentiſſimæ virtutis, qui cōmunem hominum ſtatum excedunt, vt qui magis mortem corporis, quam vitioſam elegerint actionem, Heroicos ſiue diuinos vocitabant. De quo lege Gabrielem *ſermo. 1. de ſanctis Petro & Paulo*, qui incipit; *Dii fortes terra, &c.* Huic concordat dictum Prophetæ *in Pſalm. 81.* Ego dixi, Dii eſtis, & filii excelſi omnes. *Excelſi*, dicit, vt non quicunq; iuſtus, Deus vocetur, ſed qui quadam virtutum excellentia cæteros antecellit, & præcipue Apoſtoli diuini, vel Dii appellati, præcipue Petrus & Paulus, vt apud Gabrielem *vbi ſupra, & in introductione moral'i Iacobi Fabri in Ethic. Ariſtotelis*, & ibi ample *in commentario Iodoci Clictouei.*

VIgeſimaſexta cōſideratio de veritate demonſtrat, ad oſtendendam eius fortitudinem, cum ſit potentiſſima, inexpugnatiſſima & triumphantiſſima res totius mundi. Quod autem ſit fortiſſima & potentiſſima res mundi, habetur 3. *Eſdr. 3. & 4. c.* vbi dicitur, quod cum Darius Rex Perſarum feciſſet cœnam magnam Magiſtratibus ſuis centum viginti Prouinciarū, & poſt cœnam obdormiſſet, tres iuuenes, qui cuſtodiebant corpus Regis, quorum vnus erat Zorobabel, Iudæus, dixerunt ad inuicem: Dicamus vnuſquiſque ſermonem, quæ res præcellat, & qui vicerit, dabit ei Rex dona magna, purpura veſtiri, & in auro bibere, & torquem auream circa collum portare, & ſecundus poſt Regem ſedebit, & cognatus Darii, propter ſapientiam, vocabitur. Scripſit ergo vnus illorum, *Forte eſt vinum.* Alius vero, *Fortior eſt Rex.* Sed Zorobabel ſcripſit: *Fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia vincit veritas.* Et ibi explicatur de fortitudine vniuſcuiuſque, ſecundum quod etiam recitat Bernardinus de Buſtis *in 2. parte ſui Roſarii, ſerm. 31. in litteris X. Y. Z.* vbi dicit, quod concluſum fuit, quod veritas ſit fortior. Omnis enim terra inuocat veritatem, cœlum etiam ipſam benedicit, & omnia tremunt eam, & non eſt cum ea quicquam iniquum. Iniquus Rex, iniquæ mulieres, & iniqui omnes filii hominum, & iniqua omnia illorum opera, ſi non eſt in ipſis veritas. Veritas autem manet, & inualeſcit in æternum, & viuit & obtinet in ſecula ſeculorum. Nec eſt apud eam acceptio perſonarum: ſed quæ iuſta ſunt, facit omnibus, & non eſt in iudicio eius quid iniquum. Ipſa eſt fortitudo Regum, & poteſtas & maieſtas omnium, quorum benedictus Deus veritatis, & deſiit loquendo. Et omnes populi clamauerunt, & dixerūt: Magna eſt veritas, & præualet. Et ſurrexit Rex, & oſculatus eſt eum, & ait: quia omnibus es ſapientior, proximus mihi ſedebis, & cognatus meus vocaberis. Cogita in hoc, quod dicit, cognatus meus vocaberis, dando eidem adminiſtrationem in Ieruſalem & gubernamentum; quod etiam gubernatores patriarum, & habentes adminiſtrationem in prouinciis, vocantur cognati Regis, licet non ſint de proſapia & ſanguine regio, vt vidimus de Domino de Trimollia, de Domino de Ionuelle eius fratre, & de Domino de Brione, qui etiam nunc eſt Gubernator Burgundiæ, quem Rex vocat cognatum in ſuis literis. Et ſubdit ipſe Bernardinus *eodem ſermone, part. 2. verſic. Secunda concluſio.* Quod veritas ſit omnium rerum inexpugnatiſſima,

& 3. *parte, verſic. tertiam quæſtionem*, quod ſit omnium rerum triumphantiſſima. Ipſa enim vincit omnia, vt dictum eſt, & facit *l. fin. ff. de probat.* De qua per Innocentium *in capit. cum pridem. de renunc.* Facit *l. illicitas. §. veritatis. ff. de officio præſidis.* Et de laude ipſius veritatis fit mentio *in can. conſuetudo. 8. diſtinct.* vbi dicitur, quod valet, vincit & viuit in æternum, & obtinet in ſecula ſeculorum. Et merito, cum veritas ſit Deus, vt habetur *Ioan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Et *in c. ſi conſuetudinem. eadem diſtinct.* Hanc cauſam neſciunt multi prælati, qui volentes plus placere hominibus, quam Deo, infinita ſine complemento promittunt: vnde hanc ignorant; & ideo interrogant cum Pilato, Quid eſt veritas? *Iohannis 18. cap. in fin.* vt refert gloſſ. *in verb. veritatem. in cap. vnic. de off. de legat. in extrauag. in communibus.* Et peccatum eſt eam celare; *cap. 1. & cap. dilectorum. de teſtibus cogend. & per totum illum titulum.* Et melior textus *in c. quiſquis 11. quæſtion. 3. & ca. 1. extra de crimine falſi.* & proditor eſt veritatis, qui non libere veritatem enunciat, vt dicit textus *in c. nolite. eadem quæſtione.* Et veritas & ratio ſemper præponenda eſt, vt *in c. veritate. cum ſequen. 8. diſtinct.* Et de eius laude vide Guil. de Rouille *in ſua deſcriptione iuſtitiæ. libr. 1. cap. 11.* De eius vero dignitate & vtilitate Anton. Florentin. *in ſua Summa, in 4. part. titul. 5. cap. 15. §. 1. 2. 3. & 4.* Dicit etiam Ariſtoteles 1. *Ethicorum*, Duobus amicis contendentibus, ſanctum eſt laudare veritatem. Et licet amicus Socrates, amicus etiam Plato; magis tamen amica veritas. Et *libr. 3. Ethicorum*: Verum bonum eſt laudabile, verus eſt laudandus. Et veritas, licet ſit bona, parit tamen malum filium, ſcilicet, odium, vt ait Terentius. Ideo dicitur, quod tres ſunt bonæ matres, quæ pariunt tres malos filios; veritas enim odium parit, pax ocium, ſeu vitium, & nimia familiaritas contemptum, de quo vltimo eſt textus *in leg. obſeruandum. ff. de officio præſidis. & in leg. nec qui quam. § circa. ff. de officio Proconſulis. & in cap. quando. & ibi gloſſ. formalis, in verb. frangatur. 86. diſtinct.*

VIgeſimaſeptima conſideratio de Præceptis diuinis adaperiet, quod dignius & excellentius ſit. Nam certum eſt, quod ſunt decem Præcepta decalogi, quæ ponuntur ample per Bernardinum de Buſtis, *in 1. parte ſui Roſarii, ſerm. 16.* & his verſibus continentur:

Vnum cole Deum, ne dicas vana per ipſum,
Sabbatha ſanctifices: habeas in honore parentes,
Non ſis occiſor, fur, mœchus, teſtis iniquus,
Alterius nuptam, nec rem cupias alienam.

Et hæc Præcepta excedunt præcepta legalia, vt ibi dicit de Buſtis. Sed inter omnia præcepta vnum eſt dignius & excellentius, & maximum, quod ponitur in quatuor locis, ſcilicet, *Deuteron. 6.* vbi ponuntur tria contenta in vno præcepto, ſcilicet, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Et *Matth. 22.* vbi etiam ponuntur prima duo: & in tertio, & *in tota mente tua.* Et *Marc. 12.* additur quartum, videlicet, *ex tota virtute tua.* Et *Luc. 10.* additur: *ex omnibus viribus tuis.* Et tale præceptum (vt dicit Nic. de Lyr. *Mat. 22.*) dicitur primum dupliciter, ſcilicet, origine & dignitate ſeu perfectione. Perfectione tali, ſcilicet, quod omnia alia comprehẽdit. Remitto me in reliquis ad dominos Theologos in pluribus allegatis per eundem Bernardin. vbi multos allegat, qui de huiuſmodi præceptis ample ponunt. Et vltra vide Ant. Florent. *in 1. part. ſua Sum. tit. 14. cap. 4. per totum*, vbi ample. De præceptis autem moralibus vide per eundem *ead. part. eod. tit. cap. 3.* & per S. Thomam *in prima ſecunda quæſt. ca. 101. 102. 103. 104. 105.*

Sunt & alia Præcepta diuina, quæ dicuntur articuli fidei, & inter hos, quis illorum ſit dignior & excellentior: de his ſupra dixi *in hac part. in 20. conſid.* vbi illos ſeriatim deſcripſi, ideo hic pauca repetenda ſunt. Sed inter omnes primus eſt excellentior; quia ab ipſo omnes alii dependent, ſcilicet, credere in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem cœli & terræ. Et omnes huius mundi nationes credunt hunc articulum, ſcilicet,

Chriſtiani, & Pagani, & infideles. Et dicit Pſalmiſta *Pſalm.* 118. Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion. Nec hodie ſunt aliqui idololatræ, imo omnes indiſtinctè credunt in Deum Patrem Omnipotentē, Creatorem cœli & terræ; quoniam, cum pater ſit, maior eſt Filio. Et habetur *Ioannis* 16. quod Chriſtus de Patre loquens, dixit: *Vado ad Patrem, qui maior me eſt.*

Et quia hic de fide, eius articulis, & nobilitate fit mentio: ideo quædam notatu digna, quæ ex ſacris literis ortum habēt, addere curaui. Eſt autē fides, vt habetur *ad Hebr.* 11. ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Quam definitionem ſic explico: Fides eſt quædam inchoatio ſeu fundamentum futuræ beatitudinis, probatioque ſeu oſtenſio earum rerum, quæ nunc nō videntur, vt ſunt diuinæ perſonæ in ſpirituali ædificio; Fides fundamentum ponit, ſpes parietes erigit; ſed charitas tectum conſummat, quæ operit multitudinem peccatorum, vt habetur *Iac.* 5.

Duodenarius articulorum numerus ſecundum duodecim lapides precioſos *Apoca.* 21. poſitos, & etiam duodecim Apoſtolos primos, ex quibus ſtructura murorum militantis Eccleſiæ compaginatur: hic ſeriatim ſequitur.

Primus eſt de diuinitatis vnitate, ibi; *Credo in vnum Deum.* Iaſpide nō immerito deſignatus; quoniam ſicut Iaſpis oculum purgat, viſum acuendo, ſic primus de vnitate Dei articulus, mentis aciem illuminat, profligatis erroribus. Secundus articulus, de perſonarum trinitate ponitur in ſymbolo locis tribus, videlicet; *Credo in Deum Patrem Omnipotentem: in Ieſum Chriſtum Filium eius vnicum, Dominum noſtrum, &, credo in Spiritū Sanctum.* Hic articulus Sapphyro notatur; quippe Sapphyrus lapis humanū corpus vegetum efficit, integra membra conſeruans; ſimili modo hic articulus Eccleſiæ militantis corpus adunat. Tertius articulus eſt de mundi & omnium in eo contentorum creatione: ibi; *Creatorem cœli & terræ*, qui Carchedonio lapide deſignatur: nempe hic lapis dæmonum illuſiones fugat, virtutes conſeruat, ſic hic articulus. Quartus articulus eſt de opere iuſtificationis, gratia Spiritus Sancti, ibi, *Credo*, videlicet, *ſanctam Eccleſiam catholicam, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum*, quo ſeptem Sacramentorū Eccleſiæ fides innuitur, qui bene Smaragdo deſignatur, qui eſt lapis valens contra caducū morbum: & hic articulus contra omne peccatum originale, mortale, actuale, & veniale eſt præſens medicina. Quintus articulus eſt de vniuerſali omnium bonorum reſurrectione, ibi; *Carnis reſurrectionem*, videlicet, *Credo*: quippe; quia Chriſtus reſurrexit, primitiæ dormientium. 1. *ad Corinth.* 15. & nos reſurgere oportet & bonos & malos, ſed fine diſpari. Quippe procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicii, ſcilicet æternæ damnationis. *Ioan.* 5. Hic articulus recte per Sardonichem lapillum notatur; quoniam hic lapis hominem caſtum, & humilem reddit; ſic huius articuli frequens memoria. Sextus articulus eſt de æterna vita & beatitudine bonorum, ibi; *Credo vitam æternam.* Qui ſane Sardio lapide deſignatur. Ille lapis hominem ad bonum incendit, & timorem fugat. Huius articuli viua recordatio nos ad bene agendum incitat pro tanto bono conſequendo, & timorem ſeruilem, videlicet, & humanum expellit; non tamen illum filiarum reuerentiæ timorem, qui manet in ſeculum ſeculi. Et prænuncupati ſex articuli potiſſime diuinitatem concernunt. Septimus articulus de Chriſti humilitate, primus eſt de ipſius Chriſti conceptione in virginis vtero, per Spiritus Sancti operationem facta, & eiuſdem natiuitate, ibi; *Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine.* Qui ſatis opportune per lapidem Chryſolithū deſignatur, qui lapillus intellectum humanum confortat, vt melius intelligat: ſic hic articulus per eum conceptū, & natū, qui illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.* 1. hominum intelligentiam fouet & confortat. Octauus articulus, eſt de Chriſti paſſione, & ſepultura: ibi; *Paſ-*

ibi: *Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus*, qui non improbe Berillo lapide notatur. valet quippe lapis ille contra hoſtiũ lites, vt inuictum hominem efficiat. Sic huius articuli pia meditatio nos contra diabolum, carnem, & mundum victores efficiet. Nonus articulus eſt de Chriſti anima ad inferna deſcendente: ibi; *Deſcendit ad inferna.* Qui ſatis decẽter Topazio lapide denotatur, qui contra lunaticam paſſionem ſuapte natura prodeſt. Sic huius articuli recogitatio contra dæmonum lapſus proderit, qui tunc fuerunt ſpoliati. Decimus articulus, eſt de Chriſti reſurrectione, ibi: *Tertia die reſurrexit à mortuis,* qui lapide Chryſopraſo inſinuatur. Valet enim is lapis contra lepram, quæ eſt quædam corporis corruptio, ſic; quia tunc noluit Deus ſanctum ſuum videre corruptionem. Illius articuli memoria noſtræ reſurrectionis ſpem confortat. Vndecimus articulus eſt de Chriſti aſcenſione ad Cœlos; ibi: *Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram Dei patris omnipotẽtis.* Qui Hyacintho optime denotatur, qui lapis valet ad membrorum vigorem, & ſaporem ſalutiferum. Sic huius articuli reminiſcentia facit, vt membris vegetis, quæ ſurſum ſunt, ſapiamus, nõ quæ ſuper terram. *ad Coloſſ.* 3. Duodecimus, eſt de humanitate Chriſti, ſextus articulus eſt de futuro iudicio, ibi: *Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.* & recte per Amethyſtum denotatur. Ille lapis hominem vigilem facit ad bonũ prætenſum, & à malis conceptionib. liberat. Sic futuri memoria frequens nos vigiles reddit, extranea expellens, vt bonam de commiſſis talentis reddere poſſimus rationem.

Quidam nihilominus articulos altero modo in quatuordecim diſtribuunt, ſeptem ſecundum diuinitatem ponẽtes, videlicet. Primum, de vnitate Dei, Secundum, de perſona Patris; Tertium, de perſona Filii; Quartũ, de perſona Spiritus ſancti; Quintum, de opere creationis; Sextum, de opere iuſtificationis; Septimum, de opere glorificationis. Et ſeptem de humanitate; Primum, de Chriſti conceptione; Secundum, de natiuitate ipſius; Tertium, de morte; Quartum de deſcenſu animæ ad inferna; Quintum de eius reſurrectione; Sextum, de aſcenſione, & ſeptimũ de poſtremo iudicio. Eadem manet vtrobique ſententia, quamuis partitio varietur. Vnde propoſitionum excellentia, ſeu nobilitas, penes obiectum, & maiorẽ iudicii noſtri adhæſionem, ſumi ſolet. Et quò purius eſt de Deo iudicium ſine creaturæ admixtura; eò eſt huiuſmodi propoſitio nobilior, excellentiorque. Quo fit, vt omnes articuli de diuinitate ſint longe nobiliores articulis illis, qui de humanitate partiuntur, & articuli de Dei vnitate, & perſonis, ſint nobiliores aliis de operibus Dei erga creaturas. Hinc factum credas, vt aliis quatuor ſecundum diuiſionem poſteriorem præponatur *In* præpoſitio, vt dicamus *in Deum, in Patrem, in Filium, in Spiritum ſanctum*, non autem aliis. Non dicimus: *Credo in Eccleſiam catholicam*, ſed *Eccleſiam*, ſine *in* præpoſitione, & non incaſſum. Quippe Deo vni in eſſentia, & trino in perſonis, ſic adhærendum fuerit, vt illi, a quo omne datum optimum, & omne donũ perfectum, non ſic Eccleſiæ, niſi ſuo capiti adhęrendum erit: Eccleſiæ quidem ſponſæ adhæremus propter ſponſum Chriſtum. Demum ille articulus, qui eſt de vnitate diuinæ eſſentiæ, omnium & primus, & nobiliſſimus habetur; licet pauci grandi malitia excæcati, diſſenſerint; plurimi ignorarint perſonarum trinitatem; ſed ferme omnes, maxime Iudæi, & Naturæ legem obſeruantes, vnum eſſe Deum credentes, confeſſi ſunt. Ideo notus in Iudæa Deus in Iſrael, magnum nomen eius. *Pſalm.* 75. Pauci, ſcilicet Patriarchæ, & Prophetæ perſonarum trinitatem deprehenderunt, vnum eſſe Deum oportuit omnes credere, ſecundum id Apoſtoli *Hebr.* 11. Credere enim oportet accedentem ad Deum; quia eſt: ſecundo oportuit credere (vt ibidem habetur) quod inquirentibus ſe Deum remmerator ſit: tertio credere oportuit, quod aliquo medio hominis lapſum repararet; ſecundum illud Petri *Act.* 4. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, quod de Chriſto redemptore dictum eſt. Illud

poſtremo alta mente recondas, quod vbi audies: iuſtus ex ſua fide viuet, (vt Propheta & Paul. *Ab c.*& *ad Rom.*1. ſcripſerunt) de ea fide intelligas, quæ per charitatem operatur, alias ſtatim homo corrueret in Lutheranorũ errorem; quandoquidem ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt; ita fides ſine operibus mortua eſt. *Iac.*2.

Aduerte tamen; quod multa ſunt Præcepta: quædam ſunt Dei, quæ omnibus anteponenda ſunt, vt *in c. quæ contra. in fin.* 8. *diſt. c. ſi is .. um ſequent.* 11. *quæſt.*1. quæ decem ſunt, vt dixi, ſine quorum obſeruatione ſalus eſſe non poteſt, quæ dicuntur decalogi, vt *in c. meretrices.* 32. *qu.* 4. *& in ca. quid in omnibus ea cauſa. q.*7. Sunt etiam præcepta quædam moralia, quædam myſtica, quædam ſacramentalia, quædam ceremonialia, de quibus *in c. fin. diſt.*6. Item quædam ſunt præcepta Apoſtolica, id eſt, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quibus nullus dura ſuperbia reſiſtere debet, *ca. præceptis.* 12. *diſtinct.* Item ſunt præcepta ſuperiorum, quæ ſi injuſta, implenda non ſunt, *ca. ſi Epiſcopus. & c. ſi is.* 11. *quæſt.*3. Nam & præcepta ſanctorum virorum, antequam impleantur, ſunt diſcutienda, videlicet, ſi iuſta, ſi licita, ſi non contra dominum ſunt, vt dicit text. *in c. ſi quis præpoſtera.* 50. *diſtinct.* Sic & Papa non vult, quod impleatur, quod per ſubreptionem præcipit. *ca. ſi quando. extra re ſcriptis. & l. nemo. C. de ſentent.* Verum de Præcepto Dei diſputandum non eſt. Nam ſemper eſt licitum, vt *in c. paratus.* 23. *q.*1.

VIgeſimaoctaua conſideratio erit de beatitudinibus, quæ ſunt ſeptem, ſecundum diſtinctionem graduum, quamuis ſint octo ſecundum eſſentiam, quas Chriſtus enumerat in ſermone facto diſcipulis in monte, de quo habetur *Matth.* 5. Et quoniam vltima, quæ eſt octaua, ponitur per eſſentiam, quæ eſt quædam firmitas omnium præcedentiũ, debentur ſibi omnium præcedentium præmia, & ideo redit ad caput, vt intelligantur ſibi omnia præmia conſequenter attribui. Vnde prima eſt paupertas ſpiritus, quæ ponitur pro abſtinentia ab amore mundi, id eſt, ab amore carnalium voluptatum & diuitiarum, ac propriæ excellentiæ. Secunda eſt manſuetudo, cum dixit: *Beati mites.* Et tales dicuntur, qui nullam amaritudinẽ ſentiunt. Tertia eſt luctus, cum dixit: *Beati qui lugent*, ſcilic. pro peccato, & ipſum oderũt, ita quod inſurgunt aduerſus id, ad deſtruendũ ipſum. Quarta eſt eſuries iuſtitiæ, & vehemens deſiderium iuſtitiæ, ſiue ſummi boni. Eſuries autem iuſtitiæ potius eſt beatitudo, quam eſuries aliarum virtutum Cardinalium; quia per iuſtitiam immediate coniungimur Deo; quod non fit per alias virtutes Cardinales. Iuſtitia enim, prout ibi capitur, cum dicitur: *Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam*: comprehendit fidem, ſpem & charitatem, de quibus ſupra dixi, quæ immediate nos coniungit Deo. Quinta eſt miſericordia, per quam pro terrenis cœleſtia merentur, & illius ſunt 13. opera, de quibus *in conſid. ſequ.* Sexta eſt munditia cordis, qua clarificatur cor, & mũdatur ad videndum Deum, & ardentiſſime diligendum. Accipitur autem munditia cordis ibi non pro virtute, ſed pro ſtatu, qui eſt purgati animi. Septima eſt pax, quæ eſt ſtatus virtutis, in quo eſt delectatio in Deo ſine contradictione carnis, mundi, & diaboli: vel ſi qua eſt, inefficax eſt. Vnde patet, quod pax eſt ſtatus animi purgatiſſimi. Pacificis autem magis attribuitur eſſe filios Dei, quam aliis; quia dixit: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et licet miſericordia maxime aſſimilet hominem Deo, quantum ad opera exteriora; tamen quantum ad interiora, magis aſſimilat pax. Octaua beatitudo eſt, de qua dicitur: *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum.* Hæc virtus ſcilicet, ſuſtinentia perſecutionum propter iuſtitiam, annexa eſt paci. Cum enim pacificus ſit abſq; contradictione carnis, mundi, & diaboli, vt dixi; patet, quod idem paratus eſt ſuperare tentationem mortis pro Chriſto, in eodem gradu eſt cum pace. Propter hoc dicimus, quod octo ſunt beatitudines, quãtum ad eſſentiam: ſed tantum ſeptem, quantum ad diſtinctionem graduum; quoniam ſuper pacem non

Digitized by Google

rum non eſt virtus alia. Dixit enim Auguſtinus: *Pax eſt finis & conſummatio omnium virtutum*. Et iſta octaua dicitur redire ad caput duobus modis. Primo; quia idem præmium ſibi promittitur, quod primæ. Secundo, quia omnes probant, quod à prima vſque ad vltimam veræ ſint. vnde dicit Gregorius: *Qualis vnuſquiſque apud ſe lateat, illata contumelia probat*. vel ſecundum Ambroſium. *Pauperibus promittitur Regnum, quantum ad gloriam Animæ. Paſſis autem in corpore perſecutionem Regnum, quantum ad gloriam corporis.*

Et inter eas talis eſt excellentia, vt ſemper vna de gradu excellat aliam; quoniam iſta præmia ſe habēt per additionem ad inuicem. Nam plus eſt poſſidere hæreditatem Regni cœlorum, quam habere ſimpliciter. Quoniam multa habemus, quæ non firmiter & pacificè poſſidemus. Plus eſt etiam conſolati in regno, quam habere & poſſidere: multa enim cum dolore poſſidemus. Plus eſt etiam ſaturari, quam ſimpliciter conſolari: nam ſaturitas abundantiam conſolationi importat. Miſericordia vero excedit ſaturitatem, vt plus, ſcilicet, accipiat, quam meruerit vel deſiderare potuerit. Adhuc magis eſt videre Deum: ſicut maior eſt, qui in curia regis non ſolum prandet: ſed etiam videt faciem Regis. Summam autem dignitatem habet in domo regis filius regis. ita dicit Anton. Florentin. *in ſua Summa. 4. lib. 7. capit. 5. §. 3. & ibi in toto illo capit.* ponit ample materiam Beatitudinum: ad quem recurre in reliquis, cum mihi ſufficiat habere excellentiam vnius ad aliam. Etiam aduerte, quod beatitudines excedunt virtutes Cardinales & dona. Quoniam habitus virtutum Cardinalium principaliter diſponitur ad exercitium Animæ: Habitus vero donorum diſponitur ad actus contemplatiuæ maxime: Habitus autem beatitudinum diſponitur ad perfectionem vtriuſque, vt habetur *in compendio Theologiæ. lib. 5. cap. 55.* & dicitur *in cap. 47. in fine.* quod ſicut in enumeratione donorum eſt ordo artificialis, quo primo ponuntur digniora; ita in beatitudinibus eſt ordo naturalis, vbi digniores ponuntur vltimo. Sanctus Thomas 1. 2. *quæſt. 69.* ponit, an Beatitudines diſtinguantur a virtutibus & donis, & ibi plene per eum.

VIgeſimanona conſideratio eſt de operibus miſericordiæ: quæ ſunt 14. Quoniam ſunt ſeptem opera miſericordiæ corporalia, ſeptem vero ſpiritualia. Corporalia enim ſunt, de quibus habetur *Matth.* 25. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare. & ſunt hæc: Paſcere eſurientem, potare ſitientem, veſtire nudum, recolligere hoſpitem, viſitare infirmum, redimere captiuum, & ſepelire mortuum. Et in hoc verſu continentur:

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

De primo, habetur *Eſa.* 63. Frange eſurienti panem tuum. De ſecundo habetur *Prou.* 25. Si ſitit inimicus tuus, potum da illi. De tertio habetur *Luc.* 3. Qui habet duas tunicas, id eſt, ad ſuperfluitatem, det vnam non habenti. De quarto habetur per Apoſtol. *ad Rom.* 12. Hoſpitalitatem ſectantes. De quinto, ſcilicet, redemptione captiuorum, habetur per Ambro. *in c. aurum. 12. quæſt. 2.* vbi dixit, quod ornatus ſacrorum eſt redemptio captiuorum. De ſexto, ſcilicet, de viſitatione infirmorum, habetur *Iob.* 5. Viſitans ſpeciem tuam, id eſt, hominem, in infirmitate, nō peccabis. De ſeptimo, quod non ponitur *Matt.* 25. habetur *Act.* 8. vbi habetur de Stephano lapidato, quod ſepelierunt eum viri timorati. & dicitur *Eccleſ.* 7. Mortuo non denegabis gratiam. De quo ample dixi *ſupra in 2. part. in 3. conſid.* ideo hic non repeto.

Alia vero ſeptem ſunt opera ſpiritualia, quæ ſunt, videlicet, docere ignorantem, conſulere dubitanti, conſolari triſtem, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare oneroſos & graues, pro omnibus exorare. & continentur in hoc verſu:

Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.

De primo habetur *ad Rom.* 12. Qui docet in doctrina legis ſubuenit proximo. De ſecundo habetur *Tobiæ* 4. Conſilium ſemper â ſapientibus inquire. & 12. *quæſt. 2. cap. pen.* vbi dicitur, bonę rei dare conſilium, & pręſentis habere vitæ ſubſidium, & æternę remune-

rationis expectare cernitur præmium. De tertio habetur per Apoſtolum *in Theſſ*.4. Itaque conſolemini inuicem in verbis iſtis: & non contriſtemini de dormientibus, ſicut gentes, quæ ſpem non habent. De quarto habetur *Matth*.18.*in c. nouit.de iudic.* Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Et Apoſt.*ad Timoth.* Peccantem coram omnibus argue. De quinto habetur *Luc*.6. Dimitte, & dimittetur ſeu dimittemini. Et *Matth*.18. Serue nequam, omne debitũ dimiſi tibi; quoniam rogaſti me: nonne oportuit & te miſereri conſerui tui? De ſexto habetur *ad Romanos* 15. Debemus nos firmiores, infirmitates aliorum portare, non ſolum ſecundum quod infirmi ſunt graues, & inordinatis actibus, ſed etiam vniuſcuiuſque onera ſunt ſupportanda: ſecundum illud *ad Galatas* 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. De ſeptimo habetur *Iac*.5. Orate pro inuicem, vt ſaluemini. Et ſecundum Thom.*ſecunda ſecundæ,q*.32.*art*.2.

Iſta ſunt ſpiritualia opera, ſeu hæ ſeptem eleemoſynæ ſpirituales, ſunt potiores corporalibus, triplici ratione, prout refert Anton. Florent. *in ſua Sum*.4.*part.titul*.5.*cap*.18.§.7. Prima eſt; quia id, quod exhibetur in eleemoſyna ſpirituali, eſt nobilius, ſcilicet donũ ſpirituale, quam præmium corporale, ſecundum illud *Prouerb*.4. ***Donum bonum tribuam vobis, legem meam non derelinquatis.*** Secundo; ratione eius, cui ſubuenitur; quia ſpiritus nobilior eſt corpore. Vnde, ſicut homo magis ſibi debet prouidere, quantum ad ſpiritum, quam quantum ad corpus: ita etiam proximo magis debet prouidere de eleemoſyna ſpirituali, quam corporali, quem ex charitate diligere debet. Tertio; quantum ad ipſos actus, quibus ſubuenitur: nam actus ſpirituales, quales ſunt eleemoſynæ ſpirituales, ſunt perfectiores actibus corporalibus, quibus exercentur in eleemoſynis corporalibus. Dicit tamen ipſe Anton. Florent. *vbi ſupra*, quod ſecundum aliquem caſum particularem, interdũ aliqua eleemoſyna temporalis poſſet præferri alicui eleemoſynæ ſpirituali, ſicut magis eſſet paſcere fame morientem, quam docere, ſicut dicit Philoſophus, quod indigenti melius ſit dare, quam philoſophari, quamuis hoc ſit melius ſimpliciter.

TRigeſima conſideratio eſt de donis Spiritus Sancti, quæ ſunt ſeptem, ſcilicet timor, pietas, ſcientia, fortitudo, conſilium, ſapientia, & intellectus. Quæ enumerantur *Eſaia* 11.*cap.* vbi ea alio ordine ponit; quoniam, primo, ponit donum ſapiẽtiæ; Secundo, intellectus; Tertio, conſilii; Quarto, fortitudinis; Quinto, ſcientiæ; Sexto, pietatis; Septimo, timoris. Et ideo videtur, quod hoc ordine artificiali, de quo ſupra dixi, *in conſider. immediate præcedenti*, quod donum ſapientiæ ſit dignius, & ſic de ſingulis vnum excedit aliud deſcendẽdo: & ideo dicit Ant. Florent. *in ſua Summ. in* 4 *part. tit*.10.*cap*.2.*in princip.* & §.6. quod comparando ipſa dona ad inuicem, dignitas eorum, qua vnum præfertur alteri, ſit attendenda ſecundum enumerationem eorum, incipiendo à ſapientia, vt ponitur *Eſaia* 11. vt dictum eſt ſupra. De iſtis ſeptem donis, & commendatione eorum, vide ample Guilielmum Paraldi *in ſua Summ. virtutum & vitiorum, lib*.1.*part*.3.*c*.5. *de donis.* Et ibi ponit, quod quædam pertineant ad diuina, & illa ſunt digniora, quædam vero ad humana. Et etiam quædam pertinent ad vitam actiuam, & ſunt quinque: & de his primo ponit, eo; quia vita actiua eſt ante contemplatiuam: quædam vero pertinent ad vitam contemplatiuam, vt ſunt donum intellectus, & donum ſapientiæ, & iſta ſunt digniora, vt ibi.

TRigeſimaprima conſideratio de ſeptem Sacramentis enunciat, quæ ſunt baptiſmus, confirmatio, euchariſtia, pœnitentia, vnctio poſtrema, ordo, & matrimonium, quod illorum ſit dignius & excellentius.

De Sacramento matrimonii dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuet. Ducat. Burgun. in rubric. Des droits & apparten. à gens mariez.* quod ſit dignius & excellentius aliis, ex pluribus ibi deſcriptis ad laudem matrimonii, quam ibi poſui, cum multum quadraret ad propo-

propoſitum. Cælius vero *li.15.ca.19.* ait: quod matrimonium ſecundum Auguſt. quantū ad genus attinet mortalium, ſit quoddam ciuitatis ſeminarium, & ibi aſſerit tria eſſe bona cōiugii, ſc. fidem, prolem, & ſacramentum, quæ poſui in dicto loco, cum pluribus aliis laudib. matrimonii. Et etiam de laude illius idem Cælius *eod.li.c.13.* Dico tamen hic, quod Euchariſtiæ Sacramentum ſit venerabile, adorandū, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconiis exaltandum, cunctis honorandum ſtudiis, vt dicit text. *in clem. ſi dominum in ſanctis. de reliquiis, & vener. ſanctorum.* Imo etiam excellentiſſimum, & eſt maximum Sacramentum, ex themate poſito per Anton. Flor. *in ſua ſum. in 3. par. lib. 14. cap. 4. in prin.* vbi ponit tale thema: *Memoriam fecit mirabilium ſuorū miſericors & miſerator Dominus, eſcā dedit timentibus ſe. Pſal.110.* Excellentiſſimum enim illud dicit tex. *in d.clem. ſi dominium.* & Floren. *in d. §.1.* Eò, quia omnia alia ordinantur ad ipſum, vel perficiūtur per ipſum, nec quid precioſius habemus in hoc mundo. Quid enim precioſius & melius corpore, & ſanguine domini noſtri? vt ait Hiero. *1.q.1.c.multi.* quaſi diceret; nihil. *de conſecr. diſt.2.c.nihil.* Nihil enim in ſacrificiis maius eſſe poteſt. Nec vlla oblatio maior reperitur, & ibi ponit, quam mirabilia ſint opera Chriſti. & dicit gl. *in verſic. quid melius in d.c.multi. & in d.c.nihil,* quod Sacramētum Euchariſtiæ inter Sacramenta ſit maius, dignius, & melius, quo ad ſanctitatem, & reuerentiam. Et, vt dicit idem Flor. *ead. part. ſua ſummæ. li.12 in prin.* eſt maximum Sacramentum, quo ad eſſentiam; licet quædam alia dicantur maiora ſecūdum alios reſpectus, quos infra referam. vide tamē Bonauenturam, qui plura dixit *in ſuo li. quem fecit de excellentia Euchariſtiæ.*

Sed, quantum ad iſtud Sacramentum, volo demonſtrare eius excellentiam ex pluribus cauſis & rationibus. Prima; quia fuit figuratū tam ante legem, quam in lege. Primo per oblationem factam per Melchiſedech, vt habetur *Gen.14.* Et fit mentio *in ca. accipite. de conſecr. diſt.2.* In qua figura, habemus formam exteriorem ſacramenti, vt primum effectum, ſc. refectionem. ibi, *ante præceſſit figura ſpiritualis in pane & vino.* Item in Manna. *vt habetur c. corporeum. de conſe. diſt.2* Et in hoc figuratur effectus gloriæ: & in oblatione illius figuratur, in quo debet fieri oblatio, & ſuper quem. Sed Io. de Turrec. *in d.c. corporeum.* ample diſputat, an conuenienter fuerit figuratum in Manna, non inſiſto, quia nō eſt præſentis ſpeculationis. Item fuit figuratum in diuerſis Sacrificiis, de quibus habetur in Leui. quibus figurabatur Paſſio Chriſti; Item in virga Ionathæ mellis, vbi figurabatur, quis offerre debeat: per fauum enim deſignatur deuotio offerentis: Figura ſanguinis Chriſti fuit vinum, ad deſignandum refectionem. *Cantic.1. Introducit me in cellam vinariam.* Secunda; quia à Prophetis prænunciatum, vt habetur *Pſ.77.* Panē Angelorum manducauit homo. Tertia; quia à Chriſto verbo & facto inſtitutum, vt habetur *Io.6. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi:* facto. vt *Matth.9. & 26. Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur.* & *in ca. panis eſt in altari, de conſec. diſt.2. & c. cum Martha. de celebr. Miſ.* Quarta; quia ab Apoſtolis ſeruatum, vt habetur *1.Cor.11. Conuenientibus in vnum.* Sexta; quia à ſummis Pōtificibus ordinatum, vt habetur *in d. clemen. ſi dominum in ſanctis. de reliq. & venerat ſanctor.* Et hæ ſex cauſæ ponuntur *in Compendio Theol. li.6.c.13. & in c.14.* vbi ponūtur mirabilia, quæ fiunt in ipſo Sacramento, de quibus etiam aliquid ſtatim dicetur. Septima; quia maiora, nobiliora & excellentiora continentur in iſto Sacramento, quam in omnibus aliis. Continet enim in ſe nobiliora in omni genere Entis, & illud quod eſt nobiliſſimum in fine nobilitatis. Continet autem Chriſtū, in quo tres ſubſtantiæ concurrunt, ſc. Caro, Anima rationalis, & Deitas. Corpus autem Chriſti de puriſſimis ſacratiſſimæ virginis ſanguinibus, Spiritus ſancti manibus formatum, atq; ipſi Deitati coniunctum, omni corpore nobilius eſt, atque perfectius. Anima vero Chriſti diuinis ſplendoribus candida, omni ſapientia & virtute pleniſſima; vt puta cui non eſt datus in donis & virtutibus Spiritus ad menſuram, *Io.*

6. Intellectualem creaturam nobilitate tranſcendit, & perfectione. Deitas vero fons & origo omnis boni, quæ ex inſeparabili vnione ad naturam aſſumptam, in hoc ſacramento veraciter ex concomitantia continetur; In infinitum nobilitate & perfectione rebus ſupereminet vniuerſis. de quo Propheta *in Pſal.* 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Et hæ rationes ponuntur ad demonſtrandam dignitaté huius Sacramenti, *in dict. compend. Theologiæ libr. 6. cap.* 13. Octaua colligi poteſt ex plenitudine ſanctitatis, quæ eſt in hoc Sacramento. Continetur autem in hoc Sacramento realiter ipſe Chriſtus, ſanctus ſanctorum, vtpote in quo (iuxta Apoſtolum) abundat plenitudo diuinitatis corporaliter, id eſt, veraciter. ad *Coloſſ.* 2. In aliis autem Sacramentis continetur quædam virtus ſanctificatiua inſtrumentalis, deriuata à Chriſto. Cum autem ſemper, quod eſt per eſſentiam tale, potius ſit eo, quod eſt tale per participationem, manifeſte patet, hoc Sacramentum ſeu Sacrificium potiſſimum eſſe omnium Sacramentorum. Quoniam propter quod vnum quodque eſt tale, illud multo magis eſt tale. *Authent. multo magis. Cod. de ſacroſan. eccl.* & potentior eſt cauſa, quam cauſatum. Nona colligi poteſt ex ordine Sacramentorum ad inuicem: nam omnia Sacraméta videntur ordinari ad hoc Sacramentū, tanquam ad finem. vt dicit ſanctus Tho. *in* 3. *part. quæſt.* 55. *arti.* 3. Hinc beatus Dionyſius *in ca.* 3. *Eccleſiaſtica Hierarchia,* dicit, quod non conuenit aliquem perfici perfectione Hierarchica, niſi per diuiniſſimam Euchariſtiam. Decima colligi, & apparere poteſt nobilitas & excellentia iſtius Sacramenti ex ritu ipſorū Sacramentorum: nam fere omnia Sacramenta conſummantur in iſta Euchariſtia, vt dicit Dionyſius *in d. ca.* 3. ſicut patet, quod ordinati & etiam omnes alii, & etiam baptizati, ſi ſint adulti, aſſumunt illud Sacramentum. Vndecima colligi poteſt ex ſingularitate & ſublimitate miraculorum, quibus ſplendet hoc Sacramentū præ cæteris. Tantis enim & tot hoc admirabile Sacramentum fulget miraculis; vt humana intelligentia omnino obtundatur rāto ſplendore maieſtatis; deficiunt omnes ſenſus in eo, tactus in contactione, in contemplatione viſus, in ſapore guſtus, olfactus in odore. Solus quidem auditus fide Chriſti inſtructus, percipit veritatem. Vnde de huius Sacramenti miraculorum ſublimitate, ſancta Eccleſia admiratione ſuſpenſa, in eiuſdem Sacramenti ſolennitatis officio, de quo etiam *in d. clem. ſi dominum. de reliquiis & venerat. ſancto.* inquit, Quid hoc Sacramento mirabilius eſſe poteſt? in ipſo namque panis & vinum, in corpus, & ſanguinem ſubſtantialiter conuertuntur, & Chriſtus Deus & Homo ſub modici panis ſpecie continetur: manducatur vtiq; à fidelibus, ſed minime laceratur, quinimo diuiſo Sacramento, integer ſub qualibet diuiſionis particula perſeuerat. Accidentia in eodé ſine ſubiecto conſiſtūt; O miraculum (inquit Baſilius) O omnipotétia, O Dei circa nos miſericordia, qui ſurſum ſedet ad dextram, ſacrificii tempore manibus hominum continetur! Alia miracula ponuntur in dicto compédio Theologiæ. *c.* 14. *lib. ſupra allegato.* Duodecima colligi poteſt ex cōditione fontanæ gratiæ & virtutum, quas in ſe continet. Continetur quidem in hoc Sacramento omnium gratiarum fontalis origo, mare virtutū, & omniū bonorum profluxus. Hic enim eſt fons copiæ omnia per gratiam irrigans, de quo *Cantico* 4. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Libanus candidus noſter eſt Chriſtus, ex quo impetu fluunt riui gratiarum. Quare beatus Ambroſius de hoc Sacramento loquens, ita ait: *Hoc Sacramentum præſtantiſſimum eſt, in quo eſt diuinitatis præſentia, mundi redemptio, peccatorum remiſſio, gratiarum diuiſio, virtutum omniū congregatio.* Decimatertia colligi poteſt ratione præeminentiæ huius Sacramenti, ſeu excelléntiæ, ex magnitudine vtilitatis eius. Eſt enim vtile viuentibus in præſenti ſeculo, exiſtentibus in Purgatorio; quin & regnantibus in cœlo, etiam proſunt ad cumulum gaudiorum. Et iſta vtilitas conſiſtit ex multis effectibus, qui proueniunt ex iſto Sacramento Euchariſtiæ, & ſumptione; ex quibus ponuntur per Anton. Florentinum duodecim *in ſua ſumma. in*

3. *part.*

*3.part.lib.*14.*c.*12.*§.*6.*& fin.& 23.aut 24.in compend.Theolog.lib.6.ca.*15. quos ibi videre poteris, cum ſufficiat nobis demonſtraſſe cauſas & rationes, quare ſit excellentius aliis Sacramẽtis. Sex tamen vtilitates ſeu fructus huius Sacramenti ſcripſit Bernardinus de Buſtis *in 2. parte ſui Roſarii.ſerm.*14. *& 4. part.* qui comprehendere videntur omnes alios: & ſunt magis clari, & authoritatibus probati, quem idcirco vide.

Sed tamen aduertendum eſt, quod Ioann. de Turrecremata *in d.c.nihil.de conſecr.diſt.* 2. dicit, quod quinque modis vnum Sacramentum dicatur dignius alio: & illi quinque modi ponuntur *in gloſſ.fin.in d.ca.nihil. & in gloſſ. in verbo, non debet.in c.acce.95.diſtin.* Vno modo, quo ad rem Sacramenti, ſiue quo ad effectum eius: & ſic Baptiſmus, qui delet omnem culpam, & aufert omnem pœnam, eſt maximum omnium Sacramentorum. Secundo quantum ad id, quod continetur in Sacramẽto; & ſic Euchariſtia eſt nobiliſſimum Sacramentum, in quo cõtinetur ipſe Chriſtus. Tertio modo, quantum ad gradum dignitatis, in quo conſtituitur ſuſcipiens Sacramentum, & ſic ordo eſt digniſſimum Sacramentum; cum Sacramentum ordinis dicatur Sacramentum dignitatis, eo, quia promotus ad ordiné, conſequitur dignitatem. *text. in capit. denique.in princip.4.diſtinct.* Ita, vt nulla dignitas ſecularis ſimilis ſit Sacerdotio *c.duo ſunt 96 diſtinct.* Notat Panor. *in c.veniens.de transact.* & de his in cõſideratione ſequẽti dicturus ſum. Quarto, quantum ad miniſtrum; & ſic Confirmatio, & etiam ordo, ſunt digniſſima: quia non niſi per Epiſcopum miniſtrantur. *ca.inter corporalia in princ. Extra, de tranſlatione Epiſcopi.* Quinto; quantum ad ſignificatũ, & non contentum, & ſic Matrimonium eſt digniſſimũ; quia ſignificat coniunctionem duarum naturarum adinuicem in Chriſto. Sexto; poteſt dici, quantum ad inſtituentem, vt eſt de Sacramento Matrimonii, & Euchariſtiæ; vt dictum eſt quo ad matrimonium, *in commento noſtrar. conſuetud.ducat.Burgund.in rubr. Des droicts, & appartenances à gens mariez.* vbi dixi, quod matrimonium ſit dignius Sacramentum, ratione authoris, quia inſtitutum à Deo patre, & ꝙ plus eſt, in ſtatu innocentiæ, & in Paradiſo terreſtri; ſed idem dici poteſt de Sacramento Euchariſtiæ, quod fuit inſtitutum à Chriſto; ſed non in ſtatu innocentiæ, nec in Paradiſo, ſed inter peccatores, & in cœna.

Si tamen has dignitates ad inuicem comparemus, inuenietur illa dignitas potiſſima, quam Sacramentum habet ex contento, quia eſt eſſentialior: & ideo Sacramentum Euchariſtiæ eſt ſimpliciter digniſſimum, ſicut dictũ eſt. Et ideo ad argumẽta, quæ facit Io. de Turrecr. *in d.c.nihil.* pro contraria parte, contra Sacramentum Euchariſtiæ, maxime ad primum, in quo dicitur; quod bonum cõmune potius ſit, quam bonum vnius, vt habetur 1. *Ethic.* Et ideo cum matrimonium ordinetur ad bonũ commune, ſpeciei humanæ, per viam regenerationis, & Sacramentum Euchariſtiæ tantum ad bonum proprium ſumentis: ideo videtur, quod matrimonium ſit potiſſimum Sacramentum, & non Sacramentum Euchariſtiæ. Reſpondetur ſecundum Thomam *in 3. part.* quod Matrimonium ordinetur ad bonum commune corporaliter: ſed bonum commune ſpirituale totius Eccleſiæ continetur ſubſtantialiter in ipſo Euchariſtię Sacramento, ex quo nobilius eſt, quam Sacramentum matrimonii.

Ad ſecundum; in quo dicitur, quod digniora Sacramenta eſſe videantur, quæ per maiorem miniſtrum conferuntur: ſed Sacramenta confirmationis & ordinis non conferuntur niſi per Epiſcopum, qui eſt maior miniſter, quam ſimplex miniſter, qui eſt ſacerdos, per quem confertur Euchariſtiæ Sacramentum. Ergo illa Sacramenta ſunt potiora, & digniora. Et etiam quia maiorem virtutem habent quædam, quæ imprimunt characterem, vt Baptiſmus, Confirmatio, & ordo, quod non facit Euchariſtiæ Sacramentum. Reſpondetur; quod primum Aſſumptum non ſit verum ſimpliciter: quoniam, vt dictum eſt, dignitas magis accipienda eſt ex parte rei contentæ, quam ex parte miniſtri, vnde nihil prohibet aliqua Sacramẽta ſecundũ quid, vt puta ratione miniſtri, eſſe digniora Sacramento

mento Euchariſtiæ, vt puta confirmationis & ordinis Sacramenta, quibus tamen ipſum Euchariſtiæ Sacramentũ ſimpliciter dignius eſt: quia vero per ordinem & confirmationẽ, deputantur fideles Chriſti ad aliqua ſpiritualia officia; quia pertinent ad officium, ideo trahuntur huiuſmodi Sacramenta ad ſolum Epiſcopum, qui eſt quaſi Princeps in Eccleſia; per Sacramentum vero Euchariſtiæ non deputatur homo ad aliquod officium, ſed magis hoc Sacramentum, vt inquit S. Tho *in 3. part.* eſt finis omnium Sacramentorum; dignius eſt igitur. Vel ad aliud tertium obiectum neganda eſt etiam conſequentia, quod cum character Sacerdotalis ſit quædam participatio ſacerdotii Chriſti, & hoc Sacramentum contineat ipſum Chriſtũ, multo dignius eſt hoc Sacramentum, quam Sacramenta, imprimentia Chriſti characterem.

Ad quartum; in quo dicitur, quod vnum Sacramentum dicatur eſſe dignius, ex quo alia dependent, & non è conuerſo: ſed ex Baptiſmo dependet Euchariſtia: non enim poteſt quis Euchariſtiam accipere, niſi fuerit baptizatus. Ergo Baptiſmus eſt potior Euchariſtia. Reſpondetur ſic, quod ratio illa procedat ex parte, ſiue ratione neceſſitatis, qua Baptiſmus eſt maius cæteris Sacramentis; cum ſine eo nemo ſaluari poſſit, iuxta illud *Ioan.* 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei, *& c. nulli & c. firmiſſime. de conſecr. diſtin.* 4. & ita ex hac parte Baptiſmus potiſſimum eſt Sacramentorum, ſicut ordo, & confirmatio habent quandam eminentiam ex parte miniſtri, vt dictum eſt: & Matrimonium ratione ſignificationis: nihil enim prohibet aliquid eſſe ſecundum quid dignius, quod non eſt dignius ſimpliciter, vt dicit Io. de Turrecr. *in d. c. nihil.* Aduerte etiam, quia ſecundum eundem, *de pœnit. diſt.* 1. *in ſumma.* Ordo attendi debet intra Sacramenta diuerſis modis, ſeu diuerſis reſpectib. Vno modo, & principaliter penes morbos, ad quos curandos, ſicut ad finem, ſunt inſtituta, inter quos talis eſt ordo, quem ponit Alber. Magnus *in* 1. *diſt.* 4. *ſentent. Primus* (inquit) *inter iſtos morbos eſt originalis culpa, & hanc tollit Baptiſmus. Concupiſcentia eſt pronitas ad malũ, quam non tollit Baptiſmus, ſed diminuit, & contra hunc ordinatur confirmatio. Ex pugna autem prauitatis, & quaſi ex calore concupiſcentiæ, oritur deperditio bonorum ſpiritualium: & ideo contra hunc morbum ordinatur tertio loco Euchariſtia. Eſt autem prolapſus concupiſcentiæ in actuale peccatum, & contra hanc ordinatur pœnitentia. Reliquæ autem debilitates ſemper renaſcuntur, contra quas ordinatur extrema vnctio. Ordo autem, & matrimonium ordinantur contra defectum communem, & ordo eſt ante matrimonium, quia eſt ſecundum digniorem regenerationem.* Hæc Albertus Magnus. Iſtum autem ordinem proſecutus eſt Magiſter ſententiarum, & alii Doctores Theologi, & melior videtur cõſideratio inter omnes, vt dicit Io. de Turrecr. *in dicta ſumma.* Alio modo poteſt attendi Ordo inter Sacramenta, ſecundum aliquam rationem dignitatis, reſpectu omnium aliorum Sacramentorum, inquantum ſunt in remedium defectus communis, ſiue in perfectionem multitudinis; alia vero Sacramenta ſunt in remedium ſiue perfectionem vnius perſonæ: bonum autem commune, cum ſit diuinitus, vt dicitur 1. *Ethicor.* prius eſt; Vnde hoc ordine conſiderato, Gratianus primo determinauit de ordine, & matrimonio: tum, quia ordo habet prioritatem quandam reſpectu matrimonii, & aliorum Sacramentorum. Clarum eſt autem, quod agẽs naturaliter, prius eſt ſua actione: vnde etiam in iure prius determinatur de officio, quam de actionib. Tũ etiam, quia, ſicut dictum eſt, habet digniorem generationem quam matrimonium. Pœnitẽtia etiam habet prioritatem quandam, reſpectu Baptiſmi, ſecundũ illud *Act.* 2. Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum, & *c. quis aliquando. de pœniten. diſt.* 1. Item dicit Auguſt *lib. de pœniten.* & habetur *in c. nullus. de pœniten. diſt.* 1. Nullus poteſt inchoare nouam vitam, niſi eum veteris vitæ pœnituerit. Item reſpectu Euchariſtiæ etiam Pœnitentia videtur habere quandam prioritatem, quia omnibus accedentibus ad communionem, indicitur pœnitentia, ſicut etiam colligitur *ex cap. omnis, vtriuſq. ſexus. Extra de pœnit. & remiſſio.*

vbi pri-

vbi primo iniungitur præceptum de Confeſſione, ſecundo de Communione; in cuius ſignum Agnus paſchalis, qui figuram geſſit Sacramenti Euchariſtiæ, comedi præcipiebatur cum lactucis agreſtibus. *Exod.* 12. quod ſignificat, communicandum eſſe cum amaritudine pœnitentiæ. Et ita ſecundum hunc ordinem aliqui tractauerunt de Sacramentis, vt Gratianus, prout refert Ioan. de Turrecr. *in d. ſumma de pœniten. diſt.* 1.

TRigeſimaſecunda conſideratio eſt conſecutiua ad præcedentem, de vno Sacramento, ſcilicet, de ordine; & quia ſunt ſeptem, ſecundum aliquos, & octo, ſecundum alios, & ſecundum Canoniſtas, nouem; videndum eſt, inter octo ordines Eccleſiaſticos quis ſit dignior, & excellentior. Et ſunt ſecundum Theologos ſeptem, ſcilicet Oſtiariatus, Lectoriatus, Exorciſtatus, Accolitatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, quos ponit Magiſter ſententiarum *in* 4. *diſt.* 24. & eſt tantum vnum Sacramentũ, ita quod quilibet ordo eſt de ſubſtantia Sacramenti ordinis, vt dicit Petrus de Palude *in* 4. *diſt*, 14. & Florentinus *in ſua ſumma.* 3. *part. titu.* 14. *cap.* 16. §. 1. & *in toto illo cap.* ponit materiam ordinum: ſed ſecundum Canoniſtas, vt dixi, ſunt nouẽ ordines; quia eſt ordo clericatus, qui dicitur ordo apud eos, vt eſt tex. & ibi Dominus Anto. Panorm. & alii, *in cap. cum contingat. Extra de ætate & qualitate.* & eſt Sacramentale ſignũ tonſura, vt dicit gloſſ. *in verbo, Pſalmiſta. in ca. clericos.* 21. *diſtinct.* quæ pro hoc allegat ca. *duo ſunt.* 12. *q.* 1. Et iſte ordo eſt aliorum ordinum initium, & ex eo primo ordine vinculum promouendi initiatur: imo ſi omitteretur, eſſet repetendus, ſecundum Panor. poſt Hoſtienſ. *in d. c. cum contingat.* Et etiam Epiſcopatus eſt ordo, vt dicit tex. *in c. clericos. & c. diaconos.* 93. *diſt.* facit text. *in cap.* 1 *de ordinatis ab Epiſcopo, &c.* De quibus nouem ordinibus, & de officiis eorum ponit Anto. Flor. *in d. loco in* §. 9. ad quẽ recurre, & ad text. *in c. clericos. & in c. perlectis.* 2. *diſt. & c. Epiſcopus. & ca. ſeq.* 23. *diſt.* Et iſto ordine non reperitur maior, vel par, vt eſt tex. *in c.* 1. *de ſacra vnctione & in gloſſ. in verbo, Epiſcopus, in proœm.* 6. *in princ.* quæ pro hoc allegat *gloſſ.* 2. *in ca. nouo.* 21. *diſt. & cap.* 1. 32. *diſt.* De cuius dignitate vide Curtium ſeniorem, *in conſil. ſuo* 79. *incip. ſuper articulo. an Abbas, vel Prior. in* 2. *col.* & dixi ample, ſ. *in* 4. *part. in* 25. *conſid.*

TRigeſimatertia conſideratio; An vita actiua ſit excellentior vita contemplatiua, manifeſtandum eſt. Philoſophus enim 2. *Ethic.* dicit, tres eſſe vitas hominum excellentes. Voluptuoſam, ſcilicet, quæ ponit finem in delectationibus corporis. Ciuilem, quæ pertinet ad actiuam, & Contemplatiuam, de quibus Cælius *lib. antiquarum lectionum* 2. *c.* 8. vbi ait, actiuos, & voluptarios haberi tanquam exules, qui contemplantes iam ſunt in patria. Et dicit beatus Auguſt. *in lib. de ciuitate Dei. ca.* 9. quod tria ſint genera vitæ, ſcilicet, ocioſum, quod pertinet ad vitam contemplatiuam: actioſum, quod pertinet ad actiuam: & ex vtroque compoſitum, quæ dicitur vita mixta, & congruit Prælatis & Prædicatoribus. Alii aſſignant vitam ſecundum inchoationem, profectionem, & perfectionem: tamen diuiſio vitæ humanæ magis propria eſt, quam ponit Gregorius *ſuper Ezechielem. & in* 6. *moralium.* ſcilicet, quod duæ ſunt vitæ, actiua, ſcilicet, & contemplatiua, in ſacro eloquio per duas ſorores figuratæ in veteri Teſtamẽto, per Lyam, & Rachelem: Lya figurat actiuam, exercens ſe in ſeptem operibus miſericordiæ corporalibus & ſpiritualibus, figuratis per ſeptem filias Lyæ. Nam ſeptima fuit diuina Rachel, venuſto aſpectu, quæ interpretatur, viſum principium, ſignificat vitam contemplatiuam, quæ ad principium rerum, ſcilicet, Deum ſpeculatur. In nouo enim Teſtamento figuratur per Martham, & Mariam Magdalenam: Martha actiuam inſinuans, quæ ſolicita erat, turbata erga plurimum, Maria contemplatiuam, quæ ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. *Luc.* 10. Et quod iſta ſit ſufficiens diuiſio, declarat B. Tho. 2. 2. *quæſt.* 179. vnũquodque viuens oſtenditur viuere ex operatione ſibi maxime propria, ad quam maxime inclinatur: ſicut plantarum vita dicitur in hoc conſiſtere, quod nutriuntur & generantur: animalium vero in hoc, quod ſentiunt & mouẽtur.

tur. Hominum autem in hoc, quod intelligũt, & ſecundum rationem agunt: vnde in hominibus vita vniuſcuiuſq; videtur eſſe id, in quo maxime delectatur, & cui maxime intendit, & in hoc vult quilibet præcipue conuiuere amico ſuo. Quia quidam homines permaxime intendunt contemplationi veritatis, quidam vero principaliter intendunt exterioribus actionibus, inde eſt, quod conuenienter vita hominis diuiditur in actiuam & contemplatiuam. Nam vita voluptuoſa (quam Philoſophus ponit tertiam) non conuenit homini, inquantum eſt rationale animal, agens ſecundum rationem. Etenim beſtialis talis vita communis nobis eſt cum brutis. Vita autem mixta, quam ponit B. Auguſt. tertiam poſt prædictas duas, virtute continetur in eis, ſicut media in extremis, quibus conficitur, vt tepidum in calido, & frigido. Vita vero incipientium, qui reſiſtunt paſſionibus, ſpectat ad actiuam, & etiam communiter proficientium, & perfectorum ad contemplatiuam. Datur enim iſta diuiſio de vita hominis ſecundum intellectum, qui vtique eſt aut practicus, aut opus intendens exterius per mechanica, & agibilia, vel interius mortificando paſſiones. Aut ſpeculatiuus, intendens veritatem ſpeculari præcipue circa diuina. Hæc ille Ant. Flor. *in loco ſtatim allegando.*

Sed ſecundum intentum noſtri operis, quæ illarum ſit melior & excellentior, videndum eſt. Quantum ad vitam actiuam, ſatis eã laudaui ſupra *in 4. par. in 50. conſid.* vbi dictum eſt, quod videatur eſſe melior, & allegaui ibi, & Theologos, & Iuriſtas: ſed vt ſtatim dicam, illud eſt ſecundum quid, id eſt, in aliquo caſu melior eſt actiua, ſed ſimpliciter non; eo, quia ſimpliciter vita contemplatiua eſt melior & excellentior ex pluribus cauſis, inter quas S. Thom. 2. 2. q. 128 *art.* 1. ponit octo, quas ſcribit Philoſ. 10. *Ethic.*

Prima eſt; Quia vita contemplatiua conuenit homini ſecundum id, quod eſt optimũ, in eo, ſcil. ſecundum intellectũ: & reſpectum propriorum obiectorum, ſcil. intelligibilium: vita autem actiua occupatur circa exteriora: vnde Rachel, per quam figuratur vita cõtemplatiua, vt dixi, interpretatur viſum principii. Actiua autem ſignificatur per Lyam, quæ erat lippis oculis.

Secunda ratio eſt; quia contemplatiua poteſt eſſe magis continua, licet non quantum ad ſummum contemplationis gradum. Vnde & Maria, per quam ſignificatur contemplatiua, deſcribitur ſecus pedes Domini ſedens. Non enim poteſt homo ita continue exerceri in operibus miſericordiæ corporalibus vel ſpiritualibus, quod pertinet ad actiuam, quia non habet ſemper modum paratum ad exhibendum Eleemoſynam vel ad docẽdum, ſicut habet vitam paratam ad legendum, orandum, meditandum, & huiuſmodi, quæ pertinẽt ad contemplatiuã. Tertia ratio eſt; quia maior eſt delectatio contemplatiuæ, quã actiuæ: vnde B. Aug. dicit, ꝙ Martha, quæ deſignat actiuam, turbabatur: Maria vero epulabatur: vnde de ſapientia, quę guſtatur in contemplatione, dicitur *Sap. 8. Non habet amaritudinẽ cõuerſatio illius, neq; tædiũ conuictus illius, ſed gaudium.* Et Greg. *ſuper Ezech.* dicit, *quod contemplatiua vita amabilis valde dulcedo ſit*; eſt enim delectabilis ſecundũ B. Tho. *vbi ſupra, q.* 180. *art.* 7. ex tribus rationib. ibi per eum deſcriptis.

Quarta ratio eſt; quia in contẽplatiua homo eſt magis ſibi ſufficiẽs: quia paucioríb. ad eam indiget, quam in actiua, in qua eget adiutorio aliorum, vt poſſit eam exercere: vnde Chriſtus *Luc.* 10. *Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima*; ſc. circa quæ verſatur, & quib. indiget.

Quinta; quia contemplatiua magis ꝓpter ſe diligitur, ſc. vt Deus cognoſcatur, & veritas, quæ perficit intellectũ, vt ametur, ibi figitur: ſed actiua ad aliud ordinatur, ſc. ad ſubueniẽdum proximo, nec ibi figitur, ſed vt proximus inde in Deum proficiat. Vnde *in Pſ.* 26. *Vnam petii à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnib. diebus vitæ meæ, vt videam voluntatẽ Domini.* Et Chriſtus *Luc.* 10. *Vnũ eſt neceſſariũ.* Vnumquodq; autẽ perfectius eſt, ꝙ eſt propter ſe, quam quod propter aliud, ſicut finis magis quam ea quę ſunt ad finẽ; vt ſanitas melior medicina, quæ ordinatur ad illam.

Sexta; quia contemplatiua conſiſtit in quadam vacatione, & quiete, ſecundum illud *Pſ.* 45. *Va-*

Digitized by Google

45. *Vacate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus*: quaſi dicat, non poteſtis videre, & guſtare quam ſuauis ſit Deus, quod pertinet ad contemplationem, niſi vacãdo, & ceſſando ab operibus: ſed actiua conſiſtit in motu, ſicut dicitur Prælato cuilibet, *Prou.6. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne des ſomnum oculis tuis*: perfectior autem eſt quies, quam motus cæteris partibus: vnde B. Auguſt. *in 19. li. de ciuit. Dei. Ocium ſanctum*, ſc. contemplatiuæ vitæ, *quærit charitas veritatis*, ſc. diuinæ, cui maxime intendit contemplatiua. Et ſignanter dicit, *ocium ſanctum*, ad excludendum ocium pigritiæ, quod eſt malum, & ſentina omnium vitiorum. Vnde B. Bern. ait: *Vacare Deo non eſt ocium* ſc. malum, *ſed negotium negotiorum*. Eſt enim exercitium vitæ beatæ, ſecundum illud beati Auguſt. *in fin. de ciuit. Dei*, ibi, *vacabimus, & videbimus, & amabimus, amabimus & laudabimus ſine fine*.

Septima ratio eſt; quia contẽplatiua eſt ſecundum diuina, actiua ſecundum humana. Quis autem dubitat, diuina humanis præferenda, ſicut creator creaturæ? vnde B. Auguſt. *ſuper Ioan. In principio erat verbum*. Ecce quod Maria audiebat, id eſt, contẽplatiua cui vacat, ſc. audiẽdo diuina. *Et verbum caro factum eſt*: Ecce cui Martha miniſtrabat, id eſt, actiua, ſc. humanitati egenti miniſtrando & ſubueniendo. Ipſa etiam conſideratio myſteriorũ Chriſti, ſc natiuitatis, vitæ, paſſionis, & huiuſmodi, ad contemplationem pertinet: manuducentes nos ad contemplationẽ diuinitatis, ſecundum illud, quod cantatur in præfatione: *Dum viſibiliter Deum cognoſcimus*, id eſt, myſteria humanitatis, *per hunc in inuiſibilium amorem rapiamur*.

Octaua ratio; quia contemplatiua eſt magis ſecundum id, quod eſt proprium homini, id eſt, ſecundum intellectum. In operationib. autem vitæ actiuæ, communicant nobis etiã vires inferiores, quæ ſunt communes nobis, & brutis: vnde in Pſal. poſtquam poſuit id, quod eſt commune nobis & brutis, dicit: *Homines & iumenta ſaluabis Domine*, ſubdidit poſt, quod eſt ſpeciale homini, ſc. *In lumine tuo videbimus lumen*. Vnde & ipſa contemplatiua vita transfert ad quandam mentis libertatem vires inferiores, quæ deſeruiunt actiuę in moderatione paſſionum, & in aliis habet quandã ſeruitutem: vnde & Boetius *de conſolatio. philoſ.* ait: liberiores animas neceſſe eſt eſſe, cum ſe in mentis diuinæ ſpeculatione conſeruẽt, minus vero, cum dilabuntur ad corporalia. Et B. Gregor. *ſuper Ezechiel.* dicit, quod actiua vita ſeruitus, contemplatiua libertas vocetur.

Nonam cauſam, ſecundum Thomã, ponit Chriſtus, ſc. quia diuturnior, cum dicit: Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea, vt ſcribitur *Luc.10. in fin.* vbi Auguſt. dicit: non tamen malam elegit Martha, ſed illa Maria meliorem. Audi vnde meliorem, quia non auferetur ab ea. Auferetur quandoque onus neceſſitatis, id eſt, opus, in quo exercetur actiua, ſc. paſcere eſurientem, docere ignorãtem, & huiuſmodi, quæ ſunt hic neceſſaria: ſed in vita beata iſta indigentia non habetur, ſed æterna eſt dulcedo veritatis, quæ habetur ibi, quod pertinet ad contemplationem.

Has nouem cauſas ſeu rationes excellẽtiæ vitæ contemplatiuę ad actiuam ponit B. Tho. *in loco preall.* quas refert Ant. Flor. *in 4. part. ſua ſumma, tit* 10. *c.* 4. §. 2. vbi addit decimam; quæ eſt; Contemplatiua vita eſt maioris meriti. Vnde beatus Gregor. 6. *moralium*, ait: Magna ſunt vitæ merita actiuæ, ſed contemplatiuæ potiora. Quod ſic declarat Thom. 2. 2. *q.* 182. *artic.* 2. Radix merendi eſt charitas. Hæc autẽ conſiſtit in dilectione Dei, & proximi. Diligere autem Deum, ſecundum ſe eſt magis meritorium, quam diligere proximũ: & ideo quod directius pertinet ad dilectionem Dei, eſt magis ex ſuo genere meritorium, quam illud, quod pertinet ad dilectionẽ proximi, quæ eſt propter Deum. Contemplatiua autem directe & immediate pertinet ad dilectionẽ Dei: actiua autem directe ad proximum ordinatur; quia ſatagit circa frequens miniſterium: & ideo contemplatiua eſt maioris meriti, quã actiua. Et hoc eſt, quod inquit B. Gregorius *in 3. homil. ſuper Ezech.* Contemplatiua maior eſt merito, quã actiua, quia hæc in vſu præſentis operis laborat: in quo ſc. neceſſe eſt ex pximis ſubuenire. Illa vero ſapore intimo venturã

iam requiem deguſtat, ſcil. in contemplatione Dei. Hæc ipſe Ant. Flor. *vbi ſupra*. Luc. de Pen. *in l. 2. C. vt dignitatum ordo ſeruetur*. allegat illum dictum Gregor.

Vndecima cauſa eſt, quia vita contemplatiua eſt tutior, licet actiua ſit fructuoſior, *c. niſi cum pridem. §. nec putes. Extra de denuntiat.* o. vt tenet Luc. de Pen. *in loco hic ante citatò*, & Cardinalis Zabarell. *in d. §. nec putes.*

Duodecima cauſa; quia vita contemplatiua eſt celſior, vt eſt text. *in Auth. de monach. in prin. & ibi gl. in verb. celſiorem col. 1.*

Dicit tamen Zabarella *in d. c. §. nec putes.* quod vtriuſque præfertur mixta ex vtraque, *vt in dict. § nec putes*, & vt ibi etiam dicit, ſe habent vt excedentia & exceſſa, *gl. 1. in ca. ſancta quippe, 2. quæſt. 7.* Quam vitam mixtam etiam multum commendat Ant. Flor. *in prædicto loco, §. 3.* & dicit eam fuiſſe ſeruatam à Propheta Dauid, vt habetur *Pſalm. 62.* vbi ait: *Labia mea laudabunt te.* Laudatur Deus labiis oris, admouendo, & prædicando, quod eſt præcipuũ in vita actiua. Laudatur Deus labiis, ore, & corde, in oratione, cogitationibus, & affectib. deuotis, quod ſpectat ad contemplatiuam: vtramque Pſalmiſtam non eſt dubium habuiſſe, actiuam in gubernatione regni, contemplatiuam in editione, & decantatione Pſalmorum. Hanc vitam mixtam Chriſtus, vt perfectiſſimam tenuit, & in ſe oſtendit, ſc. orando, & in deſerto, & in monte, & morte, & aliquando erat pernoctans in oratione, vt referunt Euangeliſtæ: & aliquando prædicando, ſanando infirmos, corrigendo homines, paſcendo famelicos, vinum procurando in nuptiis, egentibus, conſolando afflictos, vt Martham, Mariam, & alios. Hanc mixtam tenuerunt Apoſtoli perfectiſſimi prædicando; vnde ait Petrus, ad ſedandum murmur exortum in Eccleſia primitiua: *Non eſt æquum nos dimittere verbum Dei, & miniſtrare menſis, eligite vobis, &c. Nos vero orationi & precationi vacabimus. Actor. 6.* Hæc mixta etiam figuratur in Lazaro reſuſcitato (cuius corpus, & caput, præter mandibulam inferiorem, iacet in hac ciuitate Heduenſi) qui poſt eius reſuſcitationẽ factus fuit Epiſcopus Maſſilienſ. & fuit frater Mariæ Magdalenæ, & Marthæ. Vnde dicitur *Ioan. 11.* Diligebat Ieſus Martham, deſignantẽ actiuam, Mariam contemplatiuam, & Lazarum tenentem mixtam. Vtraq; etiam tenuerunt & complexi ſunt illi eximii Prophetæ, Eſaias, Ieremias, & Moyſes.

Alio ſtylo Cælius *lib. lectionum antiqua. 14. cap. 44.* diſtinguit & illuſtrat vitam contemplatiuam ab actiua poſt B. Thom. Intellectu, inquit, Speculatiuam conſiderare vim poſſumus, cuius eſt finis veritatis cognitio: & practicam, cuius eſt finis operatio. Et ideo duplex aſſignatur hominis felicitas; Vna ſpeculatiua, quæ eſt operatio ex virtute perfecta, contemplatiuaque, quam ſapientiam dicimus: Altera vero practica, quæ hominis eſt perfectio ex virtute actiua, quæ vocatur prudentia. Eſt autem operatio quædam iuxta prudentiam, & ſpeculatio ex ſapientia hominis, quatenus id agit ſolus. Eſt & quædam prudentiæ operatio, & ſpeculatio ciuitatis totius: quamobrem in propenſionem venire actiua, & ſpeculatiua hominis felicitas poteſt, iuxta ſeipſum, poteſt & ciuitatis vniuerſi.

Forſitan vero hac parte aliquis quæreret, actiuane vita præcellat contemplatiuæ, an contra omnino ſentiendum? Idem Doctor ſanctus *in explicat. 7. Politic. libri.* ſpeculationem commonet longe anteire: & præterea ex iunioribus aliqui non neglexerunt: tamẽ M. Tullii ſententia depromitur; *Multi*, inquit, *& ſunt, & fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes, à negotiis publicis ſe remouerunt, ad ociumque profugerunt; In his & nobiliſſimi Philoſophi, longeque principes, & quidã homines ſeueri & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerunt.* Et mox: *paulo facilior quidem & tutior, & minus aliis grauis aut moleſta eſt ocioſorum vita; Fructuoſior autem hominum generi, & ad claritatem amplitudinemque aptior eorum, qui ſe ad Rempubl. & ad magnas res gerendas accommodauerunt. Quapropter & his forſitan concedendum ſit, Rempubl. non capeſſentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ ſeſe dediderunt; Et iis, qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore cauſa impediti, à Republica receſſerunt; cum eius admi-*

Digitized by Google

adminiſtrandæ poteſtatem aliis, laudemq; concederent. Quibus autem talis nulla ſit cauſa, ſi deſpicere ſe dicant, quæ plerique admirentur, Imperia & Magiſtratus: his non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto. Auguſtini quoque non negligenda ſententia, quæ parte iſta vicem implebit auctarii. Siquidem illud enarrans Propheticum: *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. Duo*, inquit, *oculi ſunt, myſticus acutior, moralis dulcior: non eſt ocio mancipatus, qui verbo Dei tantum ſtudet; nec maior eſt, qui extra operatur, quam qui cognoſcendæ veritatis ſtudio incumbit. Ipſa item ſapientia maximum eſt opus, & antefertur Maria, quæ audiebat, Marthæ operanti.*

Eſt alia vita, quæ dicitur communis, quæ etiam laudanda eſt. Nam primo in ſtatu naturæ; ante peccatum erant omnia communia: vnde Iſid. *Iure naturali communis omniũ poſſeſsio*, vt habetur 1 *diſtinct.* & in primordiis ſtatus gratiæ iſta vita erat, vt habetur *Actor.* 4. *Erant illis omnia communia*, vt habetur *in c. dilectiſsimis*, 12. *q.* 1. & durauit vſque ad tempora Conſtantini, vt colligitur *in illa cauſa.* Item in ſtatu futuræ gloriæ erũt omnia communia: vnde Beda ſuper illud *Actor.* 4. Qui ita viuunt, vt ſint omnia communia in domo, Cœnobitæ vocantur; quia vita tanto felicior eſt, quantum ſtatum futurum imitatur, in quo erunt omnia communia. Cum ergo, vt dicit Ioan. de Turrecr. *in d. c. dilectiſſimis in* 5. *col.* non ſit reperire meliorem ſtatum naturæ, quam ante peccatum; nec gratiæ, quam primitiuum, nec gloriæ, quam futurum: manifeſtum eſt, quod felix ſtatus eſt vitæ communis; quia talis ſtatus ſtatum naturæ, gratiæ & gloriæ imitatur. De vita Anachoritarum ſeu Eremitarum Hieronym. plura ſcripſit illam ampliſſime laudando, vt etiam ample refert Io. Ludo. Viual. *in ſuo opere regali, in tract. de pugna partis ſenſitiuæ & intellectiuæ. in c. Anachorita pro Chriſto aſpiras elegerunt fortitudines.* Luc. de Pen. *in d. l.* 2. *col.* 3. *Cod. de dignit. lib.* 12. dicit, quæ ſunt notanda, deſcribendo vitam; quæ eſt proprie vigor animæ; quia vim tenet viuendi, naſcendi, & credendi. Quandoque accipitur pro actu viuendi irreprehenſibiliter, & iuſto, & recto, vt *in d. l.* 2. *ad hoc etiam l. cum filio. ff. de legat.* 3. *poſt princ.* Vel vita eſt bonorum lætitia, miſerorũ mœſtitia, expectatio mortis; ita bona & recta vita cum fide eligenda eſt: nam ſi vita deeſt, fides meritum non habet, 1 *quæſt.* 1. *c. fertur.* Et ſanctius eſt in hac vita, ſub inferiore habitu, irreprehenſibiliter Domino famulari, quam alta indebite appetendo, damnabiliter in profundum demergi. *c. de his.* 50. *diſt.* Et plura alia ibi ſingularia de vita ſcripſit quę ita hic eſſent extra propoſitum, ſicut ſunt ibi poſita per eum. De huiuſmodi vita contemplatiua Philo Iudæus, natione Alexandrinus, ſcripſit librum vnum, & Proſper Epiſcopus Reginenſis tres.

TRigeſimaquarta conſideratio erit de legibus diuinis, quæ ſunt duæ, ſcilicet Lex Veteris Teſtamenti, & Lex Noui Teſtamenti. Et iſta lex primo de per ſe eſt excellentior omnibus aliis legibus humanis, propter quatuor, ſecundum Thomam 2. 2. *quæſt.* 12. *articulo* 4.

Primo, propter cohibitionem omnis criminis; quoniam, vt ait Auguſtinus *de libero arbitr.* Lex humana non poteſt omnia mala, quæ fiunt, prohibere, vel punire; quia, dum auferret mala omnia, ſequeretur, quod multa bona auferrentur, & impediretur vtilitas communis, quod eſt neceſſarium ad humanam vitam. Vnde Auguſt. Tolle meretrices de ciuitatibus, & implebis omnia libidinibus; quia accederent homines ad nuptias virgines, vel alias corruptelas, vnde ſcandala ſequerentur. Lex autem naturalis, vt in pluribus obſcura erat, & multa peccata ignorabantur eſſe mala, ideo vt nullum malũ improhibitum & impunitum remaneret: fuit neceſſarium dari legem diuinam, quæ nullum permittit peccatum. Et ideo dicit Pſalmiſta *Pſalmo* 18. Lex Domini immaculata, id eſt, nullam permittens peccati turpitudinem.

Secundo, ratione directionis mentis. De his etiam poteſt homo legem ferre, de quibus poteſt iudicare. Iudicium autem hominis non poteſt eſſe de interioribus animi mo-

tibus, vel voluntatibus, quæ latent, ſed ſolum de exterioribus, quæ apparent; quoniam, vt dicit Vrbanus Papa, De manifeſtis loquimur: occultorum enim, alias ſecretorum cognitor & iudex eſt Deus, 32. *diſtinct. ca. erubeſcant.* Et lex dicit: Cogitationis pœnam nemo patiatur, *de pœn. diſtinct. 1. ca. cognitionis.* & tamen ad perfectionem virtutis requiritur, quod in vtriuſque actibus, ſcilicet interioribus & exterioribus, homo ſit rectus. Lex autem humana non poteſt ſufficientes cohibere, & ordinare actus interiores mentis, & propter hoc neceſſarium fuit, quod ſuperueniret lex diuina, quæ prohibet actus etiam interiores vitiorum, vt illud *Exod.* 20. Non concupiſces rem proximi tui. Et illud *Matth.* 6. Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt in eam, in corde ſuo. Et ideo dicit Pſalm. *ſupra*, Conuertens animas, quia exteriores & interiores actus dirigit.

Tertio, ratione certitudinis veritatis. Homo enim debet ſcire abſque omni dubitatione, quid debeat agere, & quid vitare: ſed per legem naturalem, vel humanam non poteſt hoc ſcire. quod patet ex hoc; quia de rebus humanis ideo diuerſa iudicia dantur, propter incertitudinem humani iudicii: & præcipue de rebus contingentibus, & particularibus, ex quibus diuerſæ leges & contrariæ feruntur. Vt ergo homo abſq; dubitatione aliqua ſcire poſſet, quid ei agendum, quid ei vitandum, neceſſarium fuit, vt in actibus propriis dirigeretur per legem diuinam, de qua conſtat, quod errare non poſſit.

Quarto, ratione adeptionis felicitatis. Per legem enim homo dirigit actus proprios ad vltimum finem. Si autem homo ordinaretur tantum ad finem, ſeu felicitatem naturalem, quæ non excederet proportionem facultatis naturalis hominis, ſufficeret lex humana. Sed quia homo ordinatur ad finem ſupernaturalem, id eſt, ad finem æternæ beatitudinis, quæ excedit facultatem humanæ vitæ: ideo fuit neceſſaria lex diuina, per quam homo ordinaretur ad finem beatitudinis æternæ. Lex enim diuina tradit ea, quæ ſunt credenda fide; & Sacramenta, quibus homo iuſtificatur, & ad beatitudinem ſupernam tendit. Hæc autem non habentur lege naturali vel humana, & ideo bene dicitur *Pſal.* 18. *ſupra allegato.* Sapientiam præſtans paruulis, id eſt, humilibus. Sapientia enim eſt notitia diuinorum, quæ perfecte habetur in ſuperna beatitudine, non in vita præſenti. Et licet duplex ſit lex diuina, vt dixi ſupra: tamen illa, quæ eſt Noui Teſtamenti, & ſic lex gratiæ, quæ eſt Euangelica, eſt dignior & excellentior, quam illa, quæ eſt Veteris Teſtamenti, vt ſatis ſupra dictum eſt *in hac part.* 20 *conſideratione*, vbi de tribus ſectis mundi fit mentio.

Sed vlterius aduertendum eſt, quod hæ duæ differunt, non in ſpecie, ſed vt perfectũ, & imperfectum, ſicut puer & virilis ætas: vnde Apoſtolus *ad Galatas* 3. *&* 4. Statum veteris legis puero exiſtenti ſub pædagogo, & legem nouam ſtatui, viri, ſcilicet perfecti, comparauit. Attenditur autem iſta perfectio, & imperfectio quantum ad tria. Primo, ex parte finis vltimi; quia lex vetus ordinabat homines ad bonum ſenſibile & terrenum. Lex vero noua ordinat ad bonum intelligibile, & cœleſte. Vnde Chriſtus in principio ſuæ prædicationis, ſtatim inuitauit ad regnum cœleſte, dicens *Matthæi* 4. *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* Secundo, ex parte officii, quia lex vetus cohibebat manum, non autem animum. Quamuis enim in veteri lege prohiberetur malus affectus, vt patet in nono & decimo præcepto Decalogi: non tamen puniebatur per legem talis tranſgreſſio. Tertio, ex parte motiui; quia lex vetus inducebat ad obſeruantiam, metu pœnarum, quas taxauerat: Lex autem noua hoc facit amore, qui infunditur in cordibus fidelium per gratiã Chriſti. Hæc Thomas 1.2. *quæſtio.* 12 *articul.* 5. *&* 2.2. *quæſt.* 108 *articul.* 1. Et facit textus *in ca. hac autem, §. ex his omnibus, 23. quæſt.* 4. vbi dicit: In lege Veteris Teſtamenti corporalis pœna ſtatuta eſt; in lege vero Euangel. omni peccanti per pœnitentiam venia promittitur. Vnde illa incepit à terrore, dicens, *Exod.* 20. Ego ſum

Digitized by Google

go ſum Dominus Deus zelotes, viſitans peccata patrum in filios vſq; in tertiam & quartam generationem. Hæc vero à lenitate manſuetudinis & miſericordiæ: ita inquiens, Beati pauperes ſpiritu, beati mites, beati miſericordes; quoniam ipſi miſericordiam conſequentur, *Matt.5.* In illa dicebatur: Qui fecerit hoc vel illud, morte moriatur. In iſta dicitur: Gaudeo ſuper vno peccatore, pœnitentiam agente, magis quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia, *Lucæ 15.* & vt vtiliter dicatur: in lege populus ille rudis, ſeruili pœnarum timore cogebatur: vnde & legem in pædagogum accepit. In Euangelio autem populus gratiæ, liber, & adultus, filiali amore, & hæreditatis certitudine, ad cultum diuinæ ſeruitutis inuitatur. Hæc *in dict. §. ex his omnibus.* Et ibi Ioannes de Turrecremat. qui ſatis prædicta declarat, & de huiuſmodi lege Euangelica, quæ eſt diuina; & Noui Teſtamenti, videatur ample Ant. Flor. *1. part. ſua Sum. tit. 15. ca. vnic. in ſeptem §§. qui ibi ponuntur.* vbi omnia prædicta latius explicantur, & multa ſingularia. Et de lege Moſaica ſeu Vet. Teſtamento, habetur etiam *in d. 1. part. tit. 14. c. vſq; ad fin. illius tit.* vbi ample.

De legibus vero humanis, quæ inter eas ſit excellentior aut dignior, videatur ipſe Ant. Flor. *in dict. part. tit. 13. c. 1. §. 2.* qui dicit, quod lex naturalis excedat alias leges humanas in tribus, in dignitate communitatis, in infirmitate immutabilitatis, & in prioritate temporalitatis, quæ ibi ample declarantur: & de hoc *infra in 2. conſid. ſeq.* Sed inter alias leges humanas F. Patritius *lib. de inſtit. Reipub. tit. 5.* laudat leges 12. tabular. ex dictis Ciceronis *in libr. de Oratore*, ad Qu. Fratrem Craſſum loquentis.

TRigeſimaquinta conſideratio; Quia ex autoribus legis diuinæ, ſcilicet, Veteris Taſtamenti fuerunt principaliores Prophetæ, ideo eſt videndum de quatuor gradibus prophetiæ, & quis illorũ præcellat, ita quod inter Prophetas videamus, quis illorum ſit excellentior. Ante diſcuſſionem iſtorũ præſuppono cum Cœlio *libr. antiqu. lect. 14. c. 41.* Quod Prophetia, ſecundum Caſſiod. eſt inſpiratio diuina rerum euentus immobili veritate denuntians: vt vero plenius abſolutiuſque dicatur Prophetia, cognitio exigitur intellectualis, ſicut *Daniel. 10.* comprobatur, quod ſi intelligentia non cõtingat, non proprie dici propheriam, ſed tantum dici poteſt, videns, ſicuti Pharao ſpicas vidit, *Geneſ. 41.* Et Balthaſar manum ſcribentem in pariete, *Daniel. 5.* Ille dormiens, hic vigilans, neuter tamen eorum Propheta. Cæterum; nec in morte Saluatoris Caiphas, cum dixit Iudæis: *Expedit enim, vt vnus moriatur pro populo. Ioan. 18.* Et quia ex ratione propheticæ veritatis eſt cognitio: vnde fit, vt pro eius varietate profluant prophetici gradus. Is namque excellentiſſimus eſt, vbi partibus reliquis clarior eſt intelligẽtia, dum tamen Prophetiæ limites non tranſcendit. Ergo gradus primus eſt, cum videt quis & intelligit, velut Ieremias ollam vidit ſuccenſam, & faciem eius ab Aquilone, vt habetur *Ieremiæ 1.* quo ſignificari intellexit, Babylonici Regis exercitum ciuitatem Ieruſalem exuſturum. Secundus gradus eſt, vbi videtur nihil, ſed inſtruens vox auditur. Hic vero eſt priore excellentior; quoniam veritatem expreſſius præmonſtrant voces, ſicut habetur *1. Reg. 4. ca. Samuel audiuit vocem Domini ſic loquentis.* Tertius gradus eſt, cum non vox tantum auditur, quæ inſtat, ſed videtur etiam qui loquitur, quæ res adhuc creditur auguſtior. Cæterum vel iſta contingunt in quiete, vocanturque à Theologis reuelationes per ſomnia, vel dum vigilamus, à iunioribus dicuntur viſiones, qui eſt præclariſſimus modus. Et quoniam mentis fit illuſtratio maior, quæ quamuis ſenſuum exteriorũ vi diſtracta, intelligibile tamen ſupernaturalium veritatem percipit, quod non fit in ſomno, ſenſib. quietis. Porro, propheticus ille motus, qui raptu cõtingit, vel ectaſi, ad eum fere vocatur, qui eſt in quiete; quia tunc exteriore ſenſu nõ vtimur, ſicut nec in ſomno. Adhuc gradũ ſtatuunt quartũ, vbi apparitione nulla figuræ cuiuſpiam, vel ſenſibilis ſigni, occultorum intelligibilis veritas percipitur reuelatione diuina;

uina; Cuiuſmodi cognitio ſummo Prophetæ Dauid contigiſſe dicitur, quem Spiritus Domini à die vnctionis direxit, vt habetur 1. *Reg.*16. vt & tunc gratiam prophetandi haberet. Et iſte gradus eſt excellentior cæteris. Ex quo dicitur, quod Propheta Dauid ſit excellentior, vt per plura demonſtratur per Nicolaum de Lyra *in proœm. libr. Pſalm.* vbi ampliſſime ponit iſtos quatuor gradus prophetiæ, & dicit hunc vltimum excellentiorem aliis, tertium vero ſecundo, & ſecundum primo. Et de hoc vltimo probat ſic: ſicut enim ille diceretur melioris ingenii & clarioris, qui caperet veritatem concluſionum geometricalium, ſine deſcriptione figurarum ſenſibilium, quam illa, quæ capere non poſſet abſque tali deſcriptione, ſic in cognitione prophetica, illa mens videtur excellentius diuinitus illuſtrata, quæ veritatem intelligibilem capit abſque ſenſibilibus ſignis, cuiuſmodi ſunt figuræ & voces ſupradictæ, quam illa, quæ capit ſub talibus ſignis ſenſibilibus. Ita de Lyra *in prædict. loco*, & ibi multis modis comprobatur, quod Dauid fuerit eximius Propheta & excellentior, licet multum de Moyſe arguat: & idem de Dauid tenet Ant. Flor. *in 3. part. ſuæ Summ. tit.* 14. *ca.* 4. §. 9. *in medio.* De Pſalmis Dauid, de laude vtriuſq; plene *in ca. vt cognouerunt. de pœn. diſt.* 2. vbi dicitur, quod de Rege Dauid tulerit teſtimoniũ Dominus, dicens, vt habetur *Act.* 13. *Inueni hominem ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.*

TRigeſimaſexta conſideratio erit de iuribus, quod, ſcilicet, ius ſit excellentius. Nam clarum eſt, quod ius naturale ſit immutabile per quodcunque aliud ius. Cum, vt dicit Iuſtinianus *in §. ſed naturalia. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.* Sed naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes plerumque obſeruantur, diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent. Et ibi plene Doctores de huiuſmodi immutabilitate huius iuris, & ideo dicemus, quod hoc ius ſit dignius aliis, tribus de cauſis.

Primo, ratione communitatis, de qua cõmunitate habetur ample per Doctores noſtros Canon. *in c. dilectiſſ.* 12. *q.* 1. vbi Ioan. de Turrecrem. & B. Thomas 1. *q.* 2. *art.* 4. vbi dicit, quod ius naturale ſit commune omnium nationum, & text. *in c. ius naturale,* 1. *diſt.* Et declarant ample ibi gloſſ. & Dd. Et hoc etiam iure naturali, omnia ſunt communia, *d. c. dilectiſſ.* & omnium eſt libertas, *d. c. ius naturale.* Quod non ſolum ſeruatum legitur à Chriſticolis primitiuæ Eccleſiæ, de quibus legitur *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed etiam ab antiquis Philoſophis traditum inuenitur: vnde & apud Platonem illa ciuitas ordinata traditur, in qua quiſque proprios neſcit effectus, id eſt, aliquid non habet proprium, 8. *diſt. c.* 1. B. Thom. *in loco ſupra allegato, art.* 5. dicit ius naturale dupliciter conſiderari, prout etiam refert Anton. Flor. *in* 1. *part. ſua Sum. tit.* 14. *c.* 1. §. 2. vbi videri poteſt. Sed Ioan. de Turrecrem. *in d. ca. ius naturale.* dicit, cõmunitatem conſiderari debere quadrupliciter: quæ conſideratio ſoluit omnia dubia, quæ poſſunt fieri in hoc caſu. Cum, vt dicit, communitas rerum poſſit iuri naturali attribui; non, quod ius naturale dicat omnia eſſe poſſidenda cõmuniter, & nihil eſſe quaſi proprium poſſidendum; ſed, quia ſecundũ ius naturale, non eſt diſtinctio poſſeſſionũ, ſed magis ſecundum humanum conditum, quod pertinet ad ius poſitiuum, ad vitandam diſcordiam, quæ oriri ſolet ex communitate rerum, vt ait Ariſtot. 2. *Politicor.* ita dicit ſanctus Thomas 2. *ſecundæ quæſt.* 64. *artic.* 2. cui dicto Ariſtot. concordat expreſſus textus *in l. cum pater.* §. *dulciſſimis. in fin. ff. de legat.* 2. Ideo nemo inuitus cogitur ſtare in communione, text. ad literam *in l. ſi quis ſortem.* §. *ſi centũ. ff. de cond. indeb. & l. fin. C. communi diuidund.* Et naturale vitium eſt negligi, quod communiter poſſidetur, tex. *in l. meminimus. C. quando & quib. quarta pars debet. lib.* 10. Nec valet pactum, ne perpetuo diuidatur res communis ita quod nunquam fiat de illa diuiſio, ſed ſemper remaneat cõmunis, tex. ad literã *in l. in hoc iudicium.* §. *ſi conueniat. ff. comm. diuid.*

Secundo

Digitized by Google

Secundo modo pertinet ad ius naturale communitas rerum, intelligendo pro tempore extremæ neceſſitatis. Vnde S. Thomas *2.2.quæſt.32.artic.7.* dicit, quod in caſu extremæ neceſſitatis omnia ſint communia. Et ideo dicit gloſſ. ſuper illud Ambroſ. Proprium nemo dicat, quod commune eſt, id eſt, communicandū, quod pluſquam ſufficeret ſumptum, etiam violenter obtentum eſt, *c. ſicut hi. 47. diſtinct.* vnde tunc licet ei, qui neceſſitatem patitur, accipere de alieno, ad ſui ſuſtentationem, ſi non inueniat, qui ſibi dare velit. Et idem Thom. *q.66.art.7.* dicit, quod vtens re aliena in caſu extremæ neceſſitatis, non teneatur furti proprie loquendo; quia per talem neceſſitatem efficitur ſuum illud, quod quis accipit ad ſuſtentādam propriam vitam. Dixi plene de hac materia *in commen. noſtris ſuper conſuet. Duca. Burgund. in tit. Des iuſtices. §.5. in gl. s'il n'a grace. verſ.1. ergo caſus.*

Tertio modo communitas rerum aſſcribitur iuri naturali, quantum ad vſum, quemadmodum Ariſtoteles *2. Polit.* ad Socratem loquens, ponit; quod poſſeſſiones debeant priuatim, id eſt, vt propriæ poſſideri; quia, cum vnuſquiſque natus ſit plus curæ impendere proprio, quam communi, nunquam ita diligenter colerētur poſſeſſiones communiter poſſeſſæ, ſicut priuatæ, *d.l. meminimus. § naturale. quippe vitium eſt negligi, quod communiter poſſidetur. C. quando & quibus quarta pars debet. lib.10.* vſus tamen earum debet eſſe communis, ſecundum illud prouerbium, *quod amicorum omnia ſint communia.* De quo habetur *in c. dilectiſſimi 12. quæſt.1.* Amicorum enim in vſu nihil eſt habere diuiſum. Vnde Boetius *lib.2. de conſolatione*, dicit: *Nullius boni non in cōmune deducti, eſt iucunda poſſeſſio.* Et videtur hic vſus rerum fundari in amore naturali, qui eſt hominis ad hominem.

Quarto modo communitas rerum poteſt dici eſſe de iure naturali, ſcilicet pro ſtatu innocentiæ. De iſto modo S. Thomas *in 1. part. quæſt. 98. articul.1.* dicit, quod in ſtatu iſto, ſcilicet naturæ corruptæ, multiplicatis dominis, neceſſe eſt fieri diuiſionem poſſeſſionum; quia communitas poſſeſſionis eſt occaſio diſcordiæ, vt dixi ſupra. Sed in ſtatu innocentiæ fuiſſent voluntates hominum ſic ordinatæ, vt abſque periculo diſcordiæ communiter vſi fuiſſent, ſecundum quod vnicuique competeret, de rebus, quæ eorum dominio ſubdebantur. Cum etiam hoc modo apud multos bonos viros conſeruetur. Hæc Thomas. Ad idem eſt Albert. Magnus *in quæſt. de virtutibus.* vbi dicit, quod vtrunque, ſcilicet, tam omnia eſſe cōmunia, quam eſſe aliquid proprium, ſit de iure naturali; quia, vt inquit, ſecundum diuerſos ſtatus vtriuſque ſunt ſeminaria in iure naturali: in ſtatu enim, in quo non eſt rapina, nec vſurpatio eius, quod communi vſui eſt conceſſum, dictauit ratio naturalis, nihil eſſe proprium, ſed in communi eſſe dimittendum, ſicut & in commune creatum eſt. Sed variato ſtatu, & creſcēte malitia, & rapina, & rancore, vtitur natura alio principio, vendicanda eſſe propria, ad prouiſionem ſuorum, & pauperum; & tunc non eſt contra ius naturæ habere proprium tempore neceſſitatis cōmunicandum. In hoc Ioannes de Turrecre. ponit aliam doctrinam Alexandri de Hales, quam videas *in loco ſupra alleg.*

Secundo, ius naturale habet firmitatem immutabilitatis. Nam cum alia iura humana frequenter mutentur; quia modo ſtatuitur vnum, modo contrarium: ius naturale, ab exordio creaturæ rationalis cœpit, nec variatur tempore: ſed immutabile permanet, *c.1. §.1. diſt.5.* & ſupra dixi *in princip. huius conſiderationis.* Et iſtam firmitatem multum ample declarat Florent. *in d. titul.14. ca.1. §.2.* vbi ponit, quomodo aliquando mutetur & varietur, imo etiam quandoq; varietur ius diuinum: cum, vt habetur *in cap. non debet. de conſanguinitate & affinitate.* non debeat irreprehenſibile videri, ſi ſecundum varietatem temporum varientur & iura; cum Deus ex his, quæ in Teſtamento Veteri ſtatuerit, in Nouo Teſtamento quædam variauerit.

Tertio, ius naturale alia iura humana præcellit, propter prioritatem temporis. Eſt enim prius omni iure humano; quoniam, vt

Digitized by Google

dicit Gratianus *in c. fin. in fi. diſtinct. 6.* Ius naturale cœpit ab exordio creaturæ rationalis, quod ius datum fuit Adæ per Deum, ſtatim eo create. Cum, vt ait Philippus Bergomas *lib. 1. ſui ſupplementi Chronicorum*. Dedit Deus Adæ legem obſeruandam inter homines, videlicet, vt ad omnem actum, & omne verbum, & etiam omnem cogitationem, talem in alterum haberet animum, qualem in ſe ab altero ſeruari cuperet, quia tunc æquitatis viam teneret, taleinque erga ſe alterum eſſe, qualem in ſe neminem vellet. Ius vero conſuetudinis, poſt ius naturale, ſeu naturalem legem, exordium habuit, ex quo homines conuenientes in vnum cœperunt ſimul habitare, quod ex eo tempore factum eſſe creditur, ex quo Cain ciuitatem ædificaſſe legitur: quod in diluuio, propter hominum raritatem, fere videbatur extinctum; poſtea à tempore Nembroth reparatum, ſiue potius immutatum exiſtimatur, cum ipſe ſimul cum aliis alios cœpit opprimere, & alii, ſua imbecillitate, eorum ditioni cœperint eſſe ſubiecti. Ius autem conſtitutionis cœpit à iuſtificationibus, quas Dominus tradidit Moyſi, dicens: *Si emeris ſeruum Hebræum, &c.* De quo *Exod. 21.* De ipſo vero, & aliis, qui fuerunt inuentores legum humanarum apud diuerſas nationes, exprimit Iſid. 5. *Etymol. c. 1.* dicens; Moyſes gentis Hebrææ primus omnium diuinas leges ſacris literis explicauit. Phoronæus rex, Græcis primus leges iudiciaque conſtituit. Mercurius Trimegiſtus, primus leges Ægyptiis tradidit. Solon, primus leges Athenienſibus edidit. Lycurgus, primus Lacedæmoniis iura ex Apollinis authoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo ſucceſſit in regno, primus leges Romanis edidit. Deinde, decem viri electi ſunt ex Romanis, qui leges Solonis, ex libris Græcis in Latinum ſermonem tranſlatas, duodecim tabulis expoſuerunt. Leges autem redigere in libris primus conſul Pompeius inſtituere voluit, ſed non perſeuerauit metu obtrectatorum, deinde Cæſar id facere cœpit, ſed ante interfectus eſt. Nouellæ à Conſtantino Cæſare cœperunt, & reliquis ſuccedentibus, prioribus Imperatoribus. Codicem fecit Theodoſius minor Auguſtus ad ſimilitudinem Gregoriani & Hermogeniani. Hæc omnia Iſidorus *d. lib. 5. & tranſſumptiue. diſt. 7. per totum.* Hunc tamen Codicem Theodoſianum poſtea immutauit Iuſtinianus Imperator, & fecit vnum Codicem ex tribus, vt *in tit. de nouo codice faciendo. in princ.* Lex Euangelica à Chriſto data fuit ſub Tyberio Imperatore, & poſtea per Apoſtolos diuulgata vbique terrarum. Lex canonica, quantum ad canones generalium conciliorum (vt idem Iſidorus ait *in lib. 6. Etym. c. 18.*) à temporibus Conſtantini cœpit, & habetur 15. *diſtinct. in princ.* Decreta, & decretales epiſtolæ ſummorum Pontificum, quaſi à principio Eccleſiæ cœperunt, vt patet in actibus Apoſtolorum, de deciſione circa obſeruantiã legalium. Ex quibus patet, quod ius naturale ſit prius tempore omnibus aliis iuribus, & in hoc inter omnia primatum obtineat, vt *in d. diſtinct. 5. in princ.* & etiam in dignitate, vt *ibid.* & ample *in c. 2. in fin. d. 8. vſque ad finem.* Et ad prædicta facit text. *in §. commodius. Inſtit. de rerum diuiſ.* qui dicit: Palam eſt, vetuſtius eſſe ius naturale, quod cum ipſo genere humano rerum natura prodidit: ciuilia autem iura tunc cœperunt eſſe, cum & ciuitates condi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt.

Aduerte etiam, quod ius Romanorum omnibus aliis iuribus ſit excellentius, cum ſit commune. Alia vero ſunt ſpecialia, videlicet ius Longobardorum, ius Francorum, & cætera huiuſmodi. Ita per plura declarat Luc. de Pen. *in l. 1. col 6. & 7. C. de condict. & procu. lib. 11.* Vnaquæq; tamen patria tenet ſuum ius ſpeciale excellentius, cum ſi ſit iuri Romanorum contrarium, ſeruandum ſit. Imo etiã ius Romanorũ in aliquibus patriis nõ approbatur, puta in Hiſpania, vt dicit Io. Lupus *in rubr. in princ. Extra de don. inter vir. & vxor.* Et in Gallia (cum Galli leges non receperint, vt notatur *in c. de accuſationib. 3. q. 5.*) Niſi inquantũ ratione innititur, & ratio ſic vult: nõ quia lex hoc dicat, ſecundum Bald. *in l. nemo. in princ. C. de ſent. & interlocut. omn. iudic.*

Aduer-

Digitized by Google

Aduerte, quod hic dicendum ſit de tribus præceptis iuris, & quod illorum excellat: & ſunt hæc, *honeſtè viuere. Alterum non lædere. Et ius ſuum vnicuiq; tribuere*, vt eſt text. *in §. iuris præcepta. Inſtit. de iuſtit. & iur. & in l. iuſtitia. §. 1. ff. eod. tit. & in proœm. Gregor. §. ideoque.* Et ibi Bald. *in fin. d. proœmii* facit turrim iuſtitiæ, quam dicit eſſe triangularem, id eſt, de tribus fortiſſimis angulis conſtructam. Quorum primus eſt, *honeſtè viuas*: & iſte angulus eſt bonum dirigens ad honeſtū, quod proprie appellatur bonum: cum dicat Seneca; nullum bonum niſi honeſtum, & eſt ſecundum Bald. *vbi ſupra.* Bonum in ſe, & ad ſe, & eſt tutela maieſtatis Regum. Et nō immerito pro angulo turris ponitur honeſtas: cum nihil honeſtum eſſe poſſit, quo iuſtitia vacet, prout dicit Tullius *officior. 1.* Hinc idem Tullius *offic. 3.* ait, quod ad honeſtatem nati ſimus, eaque ſola expetenda ſit, & ibi multa de honeſtate. Et, vt dicit Ambroſius *1. officior.* Tantus eſt ſplendor honeſtatis, vt vitam beatam efficiat tranquillitas conſcientiæ, & ſecuritas innocentiæ.

Dicitur autem honeſtas ſecundum Iſidor. *lib. 10. c. 9.* & Archid. *in c. erit autem lex honeſta. 4. diſtinct.* quaſi honoris ſtatus. Vnde honeſtum eſt, quod ſua vi trahit & allicit ad dignitatem. Plus enim in iure deſideratur honeſtas, quam iuſtitia, vt dicit ibi gloſſ. 1. quæ allegat pro hoc *c. fin. 35. quæſt. 3.* & ſatis innuit textus, dum dicit; *Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem patriæ.* Requiritur ergo primo, quod ſit honeſta ſecundum naturam & conſuetudinem patriæ, & iuſta, ſecundum naturam & conſuetudinem patriæ; & poſſibilis etiam, ſecundū naturam & conſuetudinem patriæ, aliàs non dicitur lex, nec poteſt eſſe vera lex, nec iuſtitia; quia vtrunq; illorū requiritur, vt dicit ibi textus: ideo non ſufficit, quod ſit iuſta & poſſibilis, niſi ſit honeſta, & ſecundum naturam, & ſecundū conſuetudinem patriæ. Facit text. *in dict. c. fin. incip. porro.* Imo honeſtas detrahit legum rigori. Cum actiones furti non dentur patri contra filiū, nec marito contra vxorem, nec econtrario; & hoc propter honeſtatem. De marito & vxore eſt text. *in l. fin. §. fin. C. de furt. & ſeruo corrupto. & in l. ſi quis vxori. in princi. ff. eod.* & quod non detur patri contra filium, text. *in l. ſerui & filii. in prin. ff. eod. & l. qui ſeruo. §. item placuit. in d. tit.* De patre & filio eſt text. *in d. l. ſi quis vxori. §. 1.* Sic nec marito actio de dolo aduerſus vxorem datur, *l. 1. in fin. C. de iure dot.* Item nec actio rerum amotarū, *l. 2.* vbi dicit tex. Conſtante matrimonio neutri eorum, neq; pœnalis, neq; famoſa actio competit, *C. rer. amotar.* Item nec filio datur actio de dolo contra patrem, nec econtra, *l. non debet. ff. de dolo.* Item fiſco non permittitur, rem, quam vendidit, retractare propter honeſtatem & verecundiam, *l. 1. & 2. C. ne fiſcus rem, quam vendidit, euincat. lib. 10.*

Quæ quidem honeſtas in omnibus requiritur negotiis, maxime in lege condenda, *d. c. erit. 4. diſt. in can. præcedenti, qui eſt ſecundus in ordine.* Vbi dicit text. *Præterea in iſta conſtitutione legum maxime qualitas conſtituendarum obſeruanda eſt, vt contineat in ſe honeſtatem, iuſtitiam, poſſibilitatem, & conuenientiā.* Vnde Cicero *3. offic.* ait: Recta conuenientia, & conſtantia natura deſiderat, aſpernaturq; contraria, & ſi ad honeſtatem nati ſumus, eaque aut ſola expetenda eſt, aut certe omni pondere grauior eſt habenda, quam reliqua omnia. & naturæ ratio eſt lex diuina & humana, & inter alia, quod pro amico ſolum faciendum, quantum religio & honeſti ratio patitur, & quod in publicis conſultationibus honeſtum præponendum, neq; vllum conſilium eſſe dandum, quod cum honeſto repugnet. Item in contractibus honeſti ratio conſideratur: clare oſtendit Cicero *in præfato lib.* Et ibi vide exempla & regulam iuris, *ff. ſemper in contract. lib.*

Quomodo autem eſſe poteſt, quod inter illum & illam, qui ſe matrimonialiter coniungūt, ſit honeſtas, ſi fiat inſciis patre & matre, & contra eorum voluntatem? quomodo poteſt eſſe conuenientia, ſi ſit diſconuenientia inter patrem & filiam propter contemptum patris & inobedientiam filiæ erga patrem? Quid enim peius eſt erga patrem,

quam id, quod ſit contra ciuilem & naturalem rationem? Maxime; quia expreſſe honeſtas requiritur in matrimonio, vt eſt textus *in l. adoptiuis.* §. 1. *ibi; quoniam in contrahendis matrimoniis naturale ius & pudor inſpiciendus eſt. & in l. ſemper. ff. de ritu nuptiar.* vbi dicit text. Semper in coniunctionibus non ſolum, quod licet, conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum ſit: quam legem ad hoc allegat gl. *in verb. honeſte viuat. in d. procem. Gregoriano.* §. *ideoq. poſt. gl. ff. iuris ciuilis. in verb. honeſte. in dictis* §§ *iuris præcepta ſupra alleg.* Et dicunt omnes Doctores. nec aliquis diſcrepat, in locis infra allegandis, quod conſenſus patris de honeſtate ſaltem requiratur in nuptiis contrahendis, quæ honeſtas non eſt ita vilipendenda, cum ſit de ſubſtantialibus legis, vt ex voluntate ſolius Papæ non poſſit tolli: cum per hoc fieret præiudicium ſcandaloſum vniuerſali populo Chriſtiano, ſaltem maiori parti: cum maior pars, imo maxima, ſit coniugatorum, & filias habentium, quam aliorum. Et ideo videtur dicendum, quod ſi iuuenis per ſolicitationes ſuas induxerit filiamfamilias cautelis, dolo, machinationibus, & perſuaſionibus, ad eidem promittendum per verba de præſenti ſine voluntate patris, in cuius eſt poteſtate, eamq; de impudicitia interpellauerit, aut ſe eam interpellaſſe iactet, maxime, quando habet patrem & matrem, & contra voluntatem eorum, quod cum eo ipſo inhoneſte egerit: & in eo nulla ſit honeſtas, ſed potius iniuria facta patri & matri, quod non valeat promiſſio; quia eſt contra ciuilem & naturalem rationẽ, vt dicit text. *in* §. 1. *Inſtit. de nupt.* Cum quo videtur concordare textus iuris canonici *in c. non omnis mulier in fin.* 32. *qu.* 2. Et fuit ordinatio Sotheris Papæ XIII. de qua habetur per Platinam *in eius chronico, de vitiis Pontificum*: etiam per Philippum Bergomatem *in ſupplemento chronicorum, libr.* 8. vbi inter alia fuit ſtatutum & ordinatũ per eum: Ne qua haberetur vxor legitima, niſi quam ſacerdos ex inſtituto benedixiſſet, & quam parentes ſolemni pompa, Chriſtiano more, marito collocaſſent: quam etiam Paranymphæ de more cuſtodiuiſſent, præcauentes multa pericula, quæ in nouas nuptas euenire ſolent ex præſtigiis & magicis artibus quorundam improborum. Iſtud etiam fuit ex ordinatione Euariſti Papæ, vt probat text. *in c.* 2. 30. *q.* 5. ita vt ſi poſtmodum pater contradicat, & agat contra talem iuuenem de iniuria ſibi illata, & de ſolicitatione, & matrimonii interpellatione, ſecũdum textum *in l. ſolicitatores. ff. de extraord. criminibus, & de pœnit. diſt.* 1. *c. ſolicitatores.* Vbi volunt textus, quod ſolicitatores nuptiarum alienarum, & matrimoniorũ interpellatores extraordinarie puniãtur, & quod etiam edictũ de ſeruo corrupto locũ habeat in filia ſolicitata, *l. & tanũ. ff. de ſeruo corrupt. & facit l. aduerſus eum. C. de furt. & ſeruo corrupt.* vbi dicitur, quod ſollicitans tantum ſeruum, actione ſerui corrupti poſſit conueniri, & nõ tantum puniendum eſt factum, licet non ſit perfectum; quia per eum non ſtetit, quin corrumperet; quod poteſt trahi in malum exemplum, *l. ſi quis ſeruo. C. eod.* & ibi gloſſ. fin. extendit etiam ad filium ſolicitatum; cum eadem ſit æquitas. Etiam facit; quoniam ſicut venditione ſerui, vel filii, committitur crimen legis Flauiæ de plagiariis, contra vendentes, ita contra ſolicitantes, vt eſt text. *in l.* 1. *& in l. abducti. C. ad leg. Flauiam. de plagiar.* & facit text *in l. non ſtatim. ff. eod.* In quibus venit dehoneſtatio famæ & dignitatis, necipſa filia tenetur contrahere matrimonium cum tali iuuene, qui ſic eam, inſcio patre, ſolicitauit, & perſuaſionibus induxit, eo; quia in totum deficit honeſtas, quæ eſt vna pars legis, & ſine qua lex eſſe non poteſt, *dict. c. erit autem lex honeſta.* Imo, quod fortius eſt, iſtud eſt contra ciuilem & naturalem rationem, vt dixi, quæ non poteſt mutari, cum ius naturale ſit immutabile: imo non ſolum contra honeſtatem; ſed etiam generat ſcandalum contra patrem; qui ita ſpretus, habet iuſtam cauſam exhæredandi filiam, vt eſt textus *in Authent. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtamen. & in* § *aliud quoq. capitulum. in Auth. vt cum de appellat. cognoſcit.* vbi etiam textus multum formalis, & Paulus de Caſtr. *in dict. Authent. ſed ſi poſt illam.* ad hoc notat, & iſtud tenet.

Digitized by Google

tenet Bald. *in Auth. res quæ. C. communia de legat. & in l. fin. C. de dot. promiſſio.* & dicit idem Bald. *in l. omnem. ad fin. C. ad Tertullia.* quod iſtud inducat odium capitale, vt refert Ioann. Lupus *in repet. c. per tuas. fol. 86. num. 10. Extra de donat. inter vir. & vxor.* Vbi per multa tenet, quod hoc caſu poſſit exhæredari: & ibi multa ſingularia, & multa notanda allegat, quæ poſſunt videri. & dicit Paulus *in d. Auth. ſed ſi poſtquam legit. cum l. ſi familiam tuam. C. de inoff. teſtam.* quod etiam habeat locum illa auth. de iure canonico, quod non placet domino meo Iaſoni, *in l. 2. §. quod ſi in patris. col. 6. ff. ſolut. matr.* Quod dicit intelligendum G. Bened. *in ſua repet. c. Rayn. in verb. dotem, num. 36. Extra de teſtam.* ſi filia nõ expectaſſet tempus conſuetum nubendi, ſecundum morẽ patriæ, vt quia nupſiſſet perſonę indignę, & forte, idẽ vt dicit, ſi nupſerit perſonæ dignę, & condecẽti, patre ignorante, aut inuito, non expectato dicto tempore conſueto; quia tunc pater non teneretur ei dotem conſtituere, ex quo præceſſit culpa filiæ, ſic imprudenter, ac irreuerẽter ſe habentis erga patrem. Non enim expectare debet quis auxilium, aut iuuamẽ ab eo, quem contempſit, dicit tex *in l. litigatores ff. de arbitr.* Aut ſi filia infra 25. annos vitam elegerit inhoneſtam, meretricando, quo caſu credit idem Gulielmus, quod §. *ſi alicui. d. Auth.* remaneat hodie incorrectus de iure canonico; quia ius canonicum ſolum ſe intromittit de matrimoniis in libertate relinquendis; & non de meretricibus ſuadendis. Ex quo efficax eſſe videtur conſuetudo Auerniæ, de qua *in tit. de ſucceſſ. artic. 36. conſuet. dicta patriæ.* dicens: quod filia nubens viro indigno, ſeu indecenti, abſque conſenſu patris, non poſſit aliquid querelare in bonis eiuſdem: quod an valeat tale ſtatutum, vide Deci. *in l. nupt. ff. de reg. iur.*

Sed quicquid dicat, non credo, quod filia, quæ fecit promiſſiones matrimoniales, ſub perſuaſionibus talis iuuenis, teneatur ad implendum matrimonium, cum eo. Tum quia, vt clarum eſt, in hoc iniuriam fecit patri, cuius pœna etiam videtur extendi ad mortem, ex quo puellam interpellauit de impudicitia, imo ſe iactauit illam interpellaſſe, vt eſt tex. ad literam *in d. l. & c. ſolicitatores, fere in fin.* ibi, *aut mulierem puellam ve interpellauerit, punitur capite.* Nam ex his orta eſt inimicitia capitalis inter patrem, & talem iuuenem: ita contra eundem iuuenẽ procedi poteſt ex prædictis perſuaſionibus, & interpellationibus etiam criminaliter: cum etiam de matrimonio interpellauit, quod dicit fuiſſe, eò, quia dicit eam eſſe ſuam vxorem per promiſſiones; ergo ſecutum & perfectum eſt flagitium de interpellatione matrimonii, ex quo capitaliter puniẽdus eſſet.

Ex quibus ſequitur, quod cum ſit inter tales inimicitia capitalis; cum ea ex verbalib. iniuriis etiam oriri poſſit, vt dicit dom. meus Iaſ. *in l. procuratorib. C. de procur.* imo etiã poteſt, & debet eſſe inter omnes parentes ex vtraque parte, arg. eorum quæ dicit Pan. *in c. item cum quis. col. 1. Extra de reſtit. ſpol.* Quod ſicut inimicitia oritur inter ſpoliatum & ſpoliantem, ita inter amicos & conſanguineos eorum propter diffamationem filiæ, quam voluerunt facere, eo, quia inuitæ nuptiæ frequenter difficiles ſortiuntur exitus, vt eſt tex. *in c. requiſiuit. in fin. & c. cum locum. Extra de ſponſal. & matr.* & princeps pati nõ debet, vt hoſtili more matrimonia fiant, *vt in l. vnica. §. nec ſit facultas. C. de rapt. virg.* Oportet etenim (vt ibi dicit text.) vt quicunque vxorem ducere voluerit, ſiue ingenuam, ſiue libertinam; ſecundum noſtras leges & antiquam conſuetudinem, parentes, vel alios, quos decet, petat, & cum eorum voluntate fiat legitimum coniugium. Ideo videtur dicendum, quod ſit iuſta cauſa dirimendi tales promiſſiones, talis inimicitia capitalis, orta ex parte dictorum iuuenis, & ſuorum parentum, propter dictas ſolicitationes matrimoniorũ & impudicitiæ interpellationes, & ſcandaloſas ipſius diffamationes, contra veritatem tamen, prout confeſſi ſunt & confitentur. Imo, quod plus eſt, ſi dictus iuuenis illam ſtupraſſet, aut corrupiſſet, etiam de voluntate illius, tanquam raptor puniri poſſet, ex quo id fecit ante matrimonii conſummationem, prout eſt textus ad literam *in dict. leg. vnica. in princip. §. pœnas. ibi. ſiue volentibus, ſiue nolen-*

Digitized by Google

tibus virginibus, Cod. de raptu virgin.

Et ideo talis inimicitia capitalis videtur eſſe cauſa ſufficiens ad dirimendum tales promiſſiones, etiam factas per verba, de præſenti vt aſſeritur probatas per duos alios iuuenes, eiuſdem ſtatus, & conditionis, cuius eſt dictus iuuenis ſolicitator; qui ſponte ſe ingerentes ſcripto, & ſub eorum ſignatura, in modum atteſtationis, antequam rogati & vocati fuiſſent in ius ad hoc, & à tempore aſſertarum promiſſionum atteſtati fuerint, ſe fuiſſe præſentes in dictis aſſertis promiſſionibus. Ex quo cum ſe ingeſſerint, non valet eorum dictum, tanquã dictum teſtium: cum teſtis qui ſe ingerit, ſuſpectus ſit de falſo, *l. qua omnia. §. 1. vbi textus formalis*, & ibi Bart. *ff. de procurat.* Notat ample dominus meus Iaſ. *in l. ait prætor. la premiere. col. 2. & in l. vnius. §. ſeruo qui vltro. ff. de quæſtio.* Barb. *in tract. de præſt. cardin. 2. tract. quæſt. 2. col. 2.* Fel. *in ca. 2. col. 8. de teſtib.* Cornel. *conſil. 284. incip. in præſenti conſultatione. in 3. vol.* plus dicit Pan. *in c. cum P. de accuſ.* quod ille, qui offert deponere contra me, dicatur inimicus meus, ex quib. etiam cõſtat, tales probationes eſſe nullas, vt dicam alibi; eo, quia, vt conſtat, filia dicit ſe neſciſſe, nec intellexiſſe, quid velint verba, *de præſenti*, potius quam alia verba; & dicit, ſe ſolum intellexiſſe, feciſſe promiſſiones ſub voluntate patris, ad effectũ poſtmodum contrahendi matrimonium, ſi patri & matri placeret, non quod ex illis verbis intellexerit matrimonium contraxiſſe, prout nec intellexit; prout etiam (vt dicit) ſcit, quod ex communi vſu apud nos fiunt matrimonia ſine ſponſalibus & promiſſionibus, in manibus ſacerdotis in Eccleſia, aut in porta, ſeu introitu Eccleſiæ, & aliter non intellexit. Et quod conſuetudo in hoc operetur, facit tex. *in ca. illud.* ibi, *mulier de more illarum, quæ panes vendunt, ſe annulos detuliſſe dicebat. Extra de præſumpt. & in c. ſuper eo. Extra de cognat. ſpirituali.* ibi, *ita quod ſi conſuetudo eiuſdem Eccleſiæ habeat, &c.* Nam etiam de iure ſponſalia præcedunt, & velut præparatoria præueniunt nuptias, vt dicunt glo. rubrica tiæ, *de ſponſ. ff. & C.* vbi etiam patet, *quod tit. de ſponſ. præcedat tit. de nupt.* & etiam patet, *in tit. de ſponſal. & matr. in antiquis,*

Ex quo ſequitur; quod etiamſi talia verba dicta filia protulerit, non per hoc effectum ſit matrimonium: ſed ſolum repromiſſio futurarum nuptiarum; Et cum errauit, non cõſenſit; quia qui errat non conſentit, *l. nihil conſenſui. §. non videntur conſentire qui errant. ff. de regul. iur.* Nihil enim eſt tam contrarium conſenſui, quam error, *l. ſi per errorem. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.* vbi dicit dominus meus Iaſ. procedere, etiamſi ſit error ex vna parte tantum, in his, quæ requirunt conſenſum vtriuſque, vt eſt in matrimonio, vt eſt tex. *in cap. tua nos. Extra de ſponſal. & matrim.* Et etiam quod error nõ habeat conſenſum, eſt tex. *in l. 2. in prin. ff. de iud. & in l. non idcirco. C. de iur. & fact. ignor.* In qua dicitur, quod nullus ſit errantis conſenſus, & nulla errantis voluntas, *l. ſed hoc ita. ff. de aqua pluu. arc.* & proprium erroris eſt approbare falſum pro vero, *in c. quamuis. 38. diſt.* Et errare, eſt aliud pro alio putare, *c. in quibus, 22. q. 2.* & quod error impediat conſenſum, declarat idem dominus meus *in §. item ſi quis. 1. num. 55. Inſtit. de actio.* Ex quibus dicit Philip. Dec. *in d. §. non videtur.* quod hæc regula nullam patiatur limitationem, & vt dicit domin. meus Iaſ. *in d. l. ſi per errorem.* idem dicendum eſt de dubitante & ignorante, eo, quia primo errans & dubitans æquiparantur, Barto. *in l. 2. col. 3. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* Idem do. meus Iaſ. *in l. error. in prin. C. de iur. & fact. ignor. in l. 3. §. gener. in 2. col. ff. de acqu. poſſeſſ. in l. quamdiu. col. 2. C. qui admitti.* Sed dubitans & ignorans æquiparantur, *l. fin.* vbi Bart. & Docto. *C. de condict. indeb. & l. manifeſtiſſimi.* vbi Bar. *C. de furt.* & do. meus Iaſ. *in locis hic ante alleg.*

Sed ſic eſt; quod ignorantia probetur per iuramentum, gl. eſt notabilis, *in verbo, accuſari. in l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſat. gloſſ. in verbo, ſcienter. in ca. 2. de temp. ordin. in 6.* do. meus Iaſ. *in §. ſed iſte. nu. 89. Inſtit. de act. & in repet. l. admonendi. in 105. col. ff. de iureiur.* Ergo etiam ſequitur, quod de tali errore ſtandum ſit iuramento prædictæ filiæ, maxime ad euitandum ſcãdala, quæ oriri poſſent ex tali matrimonio, propter inimicitias ortas inter patrẽ, & matrẽ dictæ filiæ: & ipſam filiam, contra dictum iuuenem, & ſuos parentes, occaſione taliũ ſubornatio-

ornationum, & ſeductionum, inſcio patre factarum, & etiam iniuriarum verbalium ex eis in eos prolatarum, vt dictũ eſt. Et quod propter ſcandalum impediatur matrimonium, facit tex. *in c. cum tua*. ibi, *vel de ſcandalo doceat. & ibi not. Extra de ſponſ. & matr.* Item, & taliũ verborum faciẽda eſt talis interpretatio, quod ſc. quoad prædictam filiã, prædicta verba non importent promiſſiones de præſenti, ſed vim ſponſalium, ex ſua declaratione facta per eam ſub iuramento: cui eſt in talibus ſtandum, ex quo eſt præſumptio iuris pro ea; quia neſcit, quid talia verba importent, & præſumuntur potius eſſe per eam intellecta ſecũdum communem vſum quem dicit, & ſecundũ quem intendebat promiſſiones facere, quam ſecundum talem ſubtilitatem iuris, quæ facit doctrinam inter verba, *de præſenti*, & *de futuro*, vt euitetur etiam inhoneſtas, & ſic delictum cõtra vtrunque. Nimia etenim ſubtilitas reprobatur, maxime in cauſis eccleſ. *vt in c. dilect. & ibi not. per gl. in verbo, ſubtiliter. quæ allegat multas concord. de iud. in antiq.* Pernicioſa eſt in legibus, & ſimplicitas eſt amicitia veritatis, §. *ſed quia ſtipulationes. Inſtit. de fideicom. hered.* vbi dicit tex. *in legibus magis ſimplicitas, quam difficultas placet. & in c. veritatis. amica ſimplicitas, c. verit. Extra de iureiur.* Nec doloſis malitia ſua debet eſſe lucroſa: nec ſimplicibus ſimplicitas damnoſa, *l. 1. in princ. ff. de dolo*. Cum nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poſſit, *l. non fraudantur. §. nemo. ff. de reg. iur.* & malitiis hominum eſt obuiandũ. Item facit; quia iuramenta non extenduntur ad illa, de quibus non eſt cogitatum, *vt in cap. quintauallis. & in c. veniens.* vbi plene notatur. *Extra de iureiur.* Et iuramenta ſunt interpretanda ſecundum intentionem iurantis, *argu. d. c. veniens.* Nec debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem & intentionem, quia nõ debet intentio verbis deſeruire, ſed verba intentioni, vt dicit text. *in cap. humanæ. 22. quæſt. 5.* Mens potius quam verba attendi debet, *ca. intelligentia. de verb. ſignif. Extra.* & plene *in d. cap. humanæ.*

Et ad iura, quæ in contrarium allegantur, quæ dicunt, quod filiafamilias poſſit contrahere matrimonium ſine conſenſu patris, vt dicunt eſſe gl. quæ eſt prima in ordine *in c. fin. quod incipit, hoc factum. poſt text. ibi, 32. q. 2.* dico, quod nec ille tex. nec gl. dicant, quod promiſſiones factas per filiamfamilias, ſine conſenſu & voluntate patris, teneatur filia adimplere, ſi nolit: bene dicit tex. quod viduæ propria volũtate maritos eligere poſſint: ſed poſt dicit; quod ſimilis conditio ſit de virginibus, quæ nec extra voluntatem parentũ, nec ſuam cogantur maritos accipere: nam ille textus facit totum contrarium, ad quod põderat cum gloſſa: quoniam vt conſtat, ad hoc; vt virgines habeant maritos, requiritur, quod non ſit extra eorum voluntatem, nec parentum, quod hoc caſu fieret, ſi cogeretur habere talem in maritum, qui contra honeſtatem, & per ſuas fraudes, & cauillationes vult talem filiamfamilias habere in vxorem, contra eius voluntatem, & ſuorum parentum; & ſic non eſt verum, quod hoc caſu, vbi non eſt honeſtas, nec ex parte parentum, nec filiæ; talis textus, vel iura canonica corrigant ius ciuile in hoc, & ſic §. 1. *Inſtit. de nupt. l. 2. l. ſi nepos. cum l. ſeq. ff. de rit. nupt. l. vidua. & in l. in coniunctione. in princ. C. de nupt. cum pluribus aliis ll. in dictis rubricis poſitis.* Cum eo etiam, vt dictum eſt ſupra, videtur textus iuris canonici *in dict. cap. non omnis. in fin. 32. quæſt. 2. & in cano. ſeq. qui incipit, honorantur.* concordare. cum dicat: *Non eſt virginalis pudoris quærere maritum; ſed cura paterna hoc relinquendum eſt: ita vt electionem mariti parentibus deferat, ne appetentia æſtimetur autor.* maximæ, vt dicit Panorm. *in conſil. 12. in 1. volum.* Cum ergo per hoc cõſulatur ipſis mulieribus, quæ ſæpe contra propria commoda laborant, propter ſexus infirmitatem, vt dicit text. *in l. ſi pater. in fi. Cod. de ſponſa.* imo expreſſe dicit text. *in cap. noſtrates.* Fœdera nuptiarum, conſenſu eorum, qui hæc contrahunt, & horum, in quorum poteſtate ſunt, celebrantur. 30. *q. 5. & ibidem in can.* 1. qui incipit, *aliter, iam ſupra alleg. Aliter legitimum non ſit coniugium, niſi ab his qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur vxor, petatur, & à parentibus, & propinquioribus ſponſetur*, quem text. allegat ad hoc gloſſ. *in*

 verbo,

Digitized by Google

verbo nullum, in ca. videtur. Extra qui matrim. accuſare poſſ. Adde gl. 1. *in fin. in ca. ſuffi. iat. 27. q. 2.* & gl. *in ver. parentum in d. c. hoc ſanctũ*, quæ allegant *c. noſtrates 20. q. 5. & ca. tua. Extra de ſponſ. impub.* & gl. *in verb. paterna. in ca. cum virum. de regularib.* quę allegat tex. iuris pro hoc *in c. 1. de ſponſ. impub.* vbi dicit text. Poteſt autē filium nondum adultum, (volũtas cuius diſcerni non poteſt) pater cui vult matrimonio tradere; & poſtquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere, & dicit G. Bened. *in ſua repet. c. Rayn. in ver. dotem, nu. 334. in fin. Extra de teſtam.* quod viri honeſti, vix, aut nunquã cum puellis nubunt, ſine conſenſu parentum ſuorum, cum omnia facere velint ſecundum debitam honeſtatem; & dictat prouerbium, quod in iſtis alloquendi ſint parentes filiæ, & omnes Doctores etiã *in d. §. 1. inſt. de nupt.* & Panor. *in d. conſilio.* non negant, quin de honeſtate requiratur conſenſus patris. Ex quo cum iſta honeſtas ſit de ſubſtantia legis, videtur quod Papa non poſſit illam tollere per aliam legem, quoniam ſua cõſtitutio, tanquam non honeſta, non erit lex, vt ſtatim dicam.

Ad text. *in ca. fi. de iudic. in 6.* qui dicit, quod in ſpiritualibus non curetur patria poteſtas: Bene dicit ille tex. quod in his, quæ ſunt ſpiritualia, filius poteſt comparere in iudicio, tam agendò, quam defendẽdo, ſine conſenſu patris: ſed non vltra dicit, quod promiſſiones factæ per verba de præſenti per filiamfamilias ſine conſenſu parentum, perſuaſionibus, & indebitis inductionibus aliorum, ligent ipſam ad contrahendum matrimoniũ cum eo: quoniam ex hoc ſequeretur, quod generalitas illius tolleret effectum legis, in caſu ſpeciali, aliàs prohibito, quod non eſt dicendum: quoniam alia ratio in hoc caſu reformat pactum ſcilic. quia eſt contra ius ciuile, & naturale, vt dicit tex. *in dict. §. 1. inſtit. de nupt.* quod non potuit tollere Bonifacius Papa per ſuam generalitatem. Bene facit tex. *in l. 2. ff. de vſufr. earum rer. quæ vſu conſum.* vbi dicitur: & ratio naturalis. autoritate iuriſconſulti mutari non poteſt; cũ naturalis æquitas ab æterno fuerit, vt not. 5. *d. in prin.* Maximè ſine conſenſu Principum ſecularium, in eorum locis, & etiam quia eſt contra honeſtatem, quæ eſt vna de ſubſtantia lib. legis. *d. ca. erit autem lex honeſta. diſt. 4.* & ideo, cum non eſſet lex ſua, ſi eſſet in caſu ſpeciali, eò, quia eſt contra honeſtatem; multo minus poteſt extendere effectũ ſuum ad caſum prohibitum: quoniam, vbi habemus caſum ſpecialem, ſi fiat poſtmodum lex generalis, non derogat huic caſui ſpeciali, vt eſt gl. ordinaria quæ eſt infra. & ibi do. meus Iaſ. *in l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cogan.* eſt doctrina Saliceti *in l. in teſtam. C. de teſtam.* Idem do. meus Iaſ. *in l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. obl. & in l. poſtquam liti. in fi. C. de pact.* Et dixi *in comment. noſtris ſuper cõſuet. ducat. Burg. in tit. des confiſcations. §. 1. in gl. & appartenent,* ibi, *addition. limita hanc noſtrã conſuetudinem.* Item ille tex. in fine, reddendo rationem, dicit: cum de his ſe intromittere nõ habeat, nequaquam requiri debet aſſenſus. Ex quo reſtringit effectum illius cap. ad cauſas tantum, in quibus pater ſe intromittere nõ debet de negotiis filii. Cum ergo iſte caſus nõ ſit de illis; imo expreſſè de iure ciuili, & canonico, teneatur ſe intromittere, & dotando filiam; cum officium paternum ſit filiam dotare. *l. fina. §. vtramque. C. de dotis promiſſ. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum.* & eidem maritum quærere, *d. c. honorantur.* Ideo requiritur eius aſſenſus, nec comprehenditur iſte caſus ſub illo textu.

Item, vt breuiter abſoluam; quoniam Iura Canonica non ita apertè loquantur, vt dicant in terminis; filiafamilias ſi fecerit promiſſiones per verba de præſenti, etiam ſine conſenſu, & permiſſione patris, ex illis teneatur, vltra voluntatem parentum, & eis contradicentibus, contrahere matrimonium cum tali, cum quo tales promiſſiones fecerit, etiam ea inuita, poſt tales promiſſiones factas; an ſi Canon aut decretalis ita diceret in terminis, & eſſet ſic facta à ſummis Pontificibus, tolleret deciſionem ſupradicti §. 1. *inſtit. de nupt.* ita vt filia hoc caſu cogi poſſet; & an hoc caſu pater cogeretur ad eam dotandam, prout ſi ſua voluntate contraxiſſet matrimonium. Iſtud videtur multis ſine dubio, & videtur de indubitabili eſſe quæſtio, per ea quæ ſupra dicta ſunt, &

ſunt, & quæ dicit do. meus Iaſon. *in d. §. quod ſi in patris in l. 2. ff. ſolut. matr.* & quæ not. Doct. *in d. §. inſtit. de nupt.* & quæ dicit Panor. *in conſilio 2. incip. & clare ma. thematis.* Et videtur pro hoc facere text. *in cap. ex publico. Extra de conuerſ. coniugat.* Vbi ſponſalia de præſenti non poſſunt diſſolui, niſi per ingreſſum religionis vnius ex contrahentibus talia ſponſalia, eò, quia habent talia ſponſalia vim matrimonii, facit text. *in c. coniunx, & in ca. coniuges. 17. quæſt. 2.* Vbi coniunx vocatur à prima diſſpenſationis fide, quam concubitu non agnouerat Ioſeph, nec fuerat cogniturus, nec mendax manſerat cōiugis appellatio, vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnalis commixtio: iſta ſunt verba tex. *in d. c. coniunx.* & eſt tex. *ead. cauſ. & quæſt. in ca. ſequen. qui incip. omne,* ibi, *ſi quis ſponſam alterius in agro oppreſſerit, morte moriatur, quia vxorem alterius violauit, & ibidem in cano. ſi quis deſponſauerit.* vbi habetur, quod ſponſa de præſenti ſit coniunx, & vxor, & tenent Panormita. & Felin. *in cap. 1. de ſponſalib.* & dixi ample, *in commen. noſtris ſuper conſuet. Ducat. Burgund. in 7. art. in gloſſ. mariée in titu. des droicts. & appartenances à gens mariez.* Cum ergo ſit vxor, & coniunx, ideo dicendū, quod non poſſit fieri ſeparatio inter eos, niſi ob cauſam fornicationis, ſecundum dictum domini, in Euang. *Luc. 16.* & habetur *in ca. dixit dominus. 32. quæſt. 1. & in c. ex parte. extra de ſponſal. & in dict. ca. ex publico. ſupra alleg. in fin.* Item de hoc quod ſit doctrina omnium, & legiſtarum, & canoniſtarum; quod Papa in his, quæ concernunt ſpiritualia, poſſit diſponere, & ſtatur diſpoſitioni ſummi Pontificis, vt not. *in c. 1. Extra. de noui op. nunc.* vbi ample per Panorm. Item; & ad tex. *in c. de ſecundis nupt. & in c. Auth. §. pen. ibi; cum enim 2. q. 3.* vbi Docto. dicunt, per illos tex. corrigi omnia iura ciuilia, loquentia de matrimoniis, prout etiam videtur tenere G. Bened. *in ſua repet. cap. Raynut. in verb. dotem num. 31. & 34. in fin. Extra de teſta.* & Deci. *in regu. nupt. ff. de reg. iuris.* Dico, quod illi textus nihil faciant ad propoſitum in hoc caſu, cum tantum loquantur de iurib. ciuilib. loquentibus de mulieribus, tranſeuntibus ad ſecunda vota intra annum luctus, quę puniebantur, ſecūdum ius ciuile, nota infamiæ: ſed, vt dicunt, propter dictum Apoſtoli; *Mortuo viro, nubat mulier in domino*; tolluntur illa iura ciuilia; &, vt dicunt: in matrimoniis, præſertim, ſeculares leges, ſacros canones imitari nō dedignantur, & ibi gloſſæ, quæ multos textus allegant ad hoc; ſed non eſt aliquis qui ponat hunc caſum ſpecialem, ſcilicet quod matrimonium filiæfamilias poſſit fieri ſine conſenſu parentum, & quod eorum conſenſus non requiratur: nam talis conſenſus requiritur etiam de iure canonico, & ex ordinatione ſummorum Pontificum, vt ſupra dictum eſt, vt eſt text. *in d. c. aliter non fit legitimum matrimoniū, niſi, & c. 30. quæſt. 5.* qui eſt textus formalis, pōderando dictiones, *aliter, non, & niſi,* quæ important formam, & ſubſtantiam, vt dicit do. Felin. *in cap. cum dilecta. colum. 9. verſic. 7. Extra de reſcriptis.* Et in hoc non obſtat ſomnium aliquorum, dicentium, illum textum tantum loqui de ſolennitatibus: quoniam eſſet violare textum, cum dicat, *aliter non fit legitimum matrimonium,* & in fine dicit: *Aliter vero præſumpta, non coniugia, ſed adulteria, vel contubernia, vel ſtupra, aut fornicationes potius, quam legitima coniugia eſſe non dubitatur, niſi voluntas propria ſuffragauerit, & vota ſuccurrerint legitima.* Vnde quicquid ſit, ex prædictis non videtur, quod text. *in d. §. 1. inſtitut. de nuptiis.* ſit correctus, nec textus ei concordantes, & licet prædictæ rationes canoniſtarum videantur validę, & authoritates ſint inſignes, non tamē propter eas à textibus legum eſt recedendum. *l. 1. ab eo. ff. de ſupellect. leg.* Et quanquam dicant aliqui Doctores d. §. eſſe correctum, vt dictum eſt; hoc tamen aperte negari poteſt, cum nullum ius ad hoc ipſi inducant, nec inueniatur aliquis canon, per quem liqueat prædictum §. eſſe correctum, vt dixi. Imo videtur, quod expreſſe ſit approbatus ille §. per ſummos Pontifices, puta per Sotherem, Agapitum & Euariſtum, vt prædictum eſt, per textus iam ſupra allegatos. Et cum non inueniatur Canon aliquid tale dicens, nec nos dictum eorum admittere debemus, *vt in Authent. de non elig. ſecundo nubent. §. ſin autem non valuerit,* ibi: *nec qualibet eſt lex aliquid, tale di-*

*le dicens, col.*1. Erubeſcendum eſt enim, legem correctam dicere, & corrigentem non allegare, *vt in Authent. de trien. & ſemiſſ. §. conſideremus. collat.* 3. *& l. fin. in fine Cod. de conſulib. lib.* 12. de quo per dominum meum Iaſonem *in l. illam, Cod. de collatio.* Hoc enim eſt, ſententiam propriam magis vacua quadam opinione iactare, quam debita authoritate roborare. *vt in canon. nunquid in fi.* 28. *quæſt.* 11. *Ad idem* 37. *diſtinct. cap. relatum.* Cum ergo canon aliquis expreſſe legem corrigens, aut clare contrarium ſtatuens, id non diffiniat, arguendi ſunt Doctores huiuſmodi, volentes id contra expreſſam legem (quam canones venerandam dicunt) *vt in cano. fin.* 19. *quæſt.* 3. propriis ſenſibus diffinire, *vt in ca. fin. &* ibi multos canones concordant per gl. allegati. 31. *q.* 1. & facit *can. ego ſolis.* 9. *diſt. & c. conſuluiſti.* 2. *q.* 5. ibi: *& quod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinuentione non eſt præſumendum, cum aliis allegatis per Lucam de Pen. in l.* 1. *in* 3. *col. C. de priuilegiis ſcholarum. lege* 12. Vbi in ſimili arguit de tali caſu. Et vt dicit, facit, quia lex non corrigitur niſi expreſſe dicatur, *vt in Authent. quib. mod. natural. effic. ſui. §. trib. ibi: oportet enim. coll.* 7. vel, quando poſterior lex directe contrarium ſtatuit. *ca.* 1. *conſtit. lib.* 6. Et facit, quia antiquiori iuri ſtandum eſt, *vt in c. domino ſancto.* 50. *diſtinct.* vbi dicit text. *Quotieſcunque in geſtis conciliorum, diſcors ſententia inuenitur, illius concilii ſententia magis teneatur, cuius antiquior, & potior extat authoritas*; quæ verba formaliter ſcribuntur *in cap. hoc ipſum.* 35. *quæſt.* 2. Maxime ſi ambo ſint æqualis pietatis, *vt cap. in canonicis.* 19. *diſtinct.* Nec inconuenit, nouas leges trahi ad antiquas. *l. ſed & poſteriores. ff. de legib.* Sed ſic eſt, quod nullo iure canonico caueatur, quod filia ſubornata, & seducta, quæ per indebitas ſolicitationes, & machinationes promiſit ſine conſenſu, & voluntate patris, etiam per verba de præſenti, teneatur adimplere promiſſiones, patre non conſentiente. Nec etiam cauetur aliquo iure, quod conſenſus patris, de iure ciuili in talibus requiſitus, per conſtitutiones canonum ſit ſublatus. Ideo videtur, quod d. §. 1. *de nupt. in Inſtit.* non ſit ſublatus. Quod ergo non mutatur, ſtare non prohibetur. *l. præcipimus. in fi. Cod. de appel. & l. ſancimus. §.* 1. *vbi tex. formalis. Cod. de teſtam.* Standum eſt ergo potius diſpoſitioni d. §. in iure ciuili, quã rationibus, & authoritatibus præmiſſorum Doctorum, & maxime etiam iſtud habet locum in diſpoſitione, *Authent. ſed ſi poſt. Cod. de inoffic. teſtam.* vt dicit ibi gloſſ. quæ debet ſtare, cum non inueniatur expreſſe correcta; & quia caſus expreſſos determinat, ideo non eſt tollenda ex interpretatione magiſtrali ſeu profeſſoria, quæ non tollit caſus expreſſos legum, cum ſit tantum probabilis. Cum etiam prædicta lex ſit rationabilis, cum ſit fundata ſuper honeſtate, & habeat etiam ordinationẽ expreſſam ſummorum Pontificum, vt ſupra clariſſime oſtenſum eſt, quæ non eſt ſpernenda.

Ex quo etiam videtur, quod etiamſi eſſet Lex, ſeu conſtitutio in contrarium, & expreſſe contra dictum §. 1. *Inſtit. de nupt.* quod adhuc ſtandum eſſet diſpoſitioni illius §. Quoniam, vt dictum eſt, non eſt dubium, quod etiam, ſecundum Canoniſtas, Lex Canoniſtarum debeat eſſe honeſta, & eſt vna qualitas legis, etiã Canonicæ, vt probat tex. ſæpius allegat. *in d. c. erit autem lex honeſta.* & vt ibi dicit Cardinalis Alexand. & Io. de Turrecr. *in cap.* 1. *§. præterea. cum quo legit dictum canon. erit autem lex. diſt.* 4. Lex tria continere debet, ſc. quod religioni congruat: & hoc in quantum eſt proportionata legi diuinę: & refertur ad hoc, quod religioni congruat, cum dicitur honeſta. Secundo; Quod diſciplinæ conueniat, inquantum eſt proportionata Legi naturæ: & ideo dicitur iuſta, & poſſibilis, ſecundum naturam. Tertio; Quod ſaluti proficiat, inquantum eſt proportionata vtilitati humanæ; & eſt ſecundum cõſuetudinem patriæ; & hæc tria poſuit text. *in c. conſuetudo.* 1. *diſt.*

Cum ergo ad primum, iure diuino, & etiã iure ciuili & canonico, & ex honeſtate patriç, requiratur conſenſus patris in matrimonio filiæfamilias, vt dictum eſt ante, & dicit expreſſe text. *in d. §.* 1. *Inſtitut. de nupt.* quia ciuilis & naturalis ratio hoc ſuadet. Ex quo ergo, cum ratio honeſtatis conueniat Religioni; & ſic legi di-

legi diuinæ, quæ etiam videtur ſatis probari ex ſacris ſcripturis, quæ ſatis demonſtrant cõſenſum parentum interuenire debere in matrimoniis filiorum: Abraham enim præcepit, vt filius ſuus Iſaac non acciperet vxorem de filiabus Cananæorum, ſed de cognatione ſua. *Geneſ.* 24. Nec præcepiſſet, niſi de iure præcipere potuiſſet, & in matrimonio filii poteſtatem habuiſſet. Item ſeruus Abraham pro coniugio Rebeccæ non requiſiuit puellã, ſed parentes eius, *Gen.* 24. Et de multis aliis exemplis ponit Ioann. Lupus *in dict. repetit. capit. per tuas. §. num.* 17. *de donat. inter vir. & vxor.* & vltra omnes eſt text. de hoc ad literam: quod etiam eſt præceptum Dei, quod filia non poſſit contrahere matrimonium ex eius promiſſione, & voto cum aliquo, patre eius contradicente. *Nume.* 30 *cap. in princ.* Vbi dicit text. *Mulier ſi quippiam vouerit, & ſe conſtrinxerit iuramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari, ſi cognouerit pater votum, quod pollicita eſt, & iuramentum quo obligauit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit; quicquid pollicita eſt, & iurauit opere complebit. ſin autem ſtatim, vt audierit, contradixerit pater; & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eò, quod contradixerit pater*; de quo textu, eſt text. 32. *quaſt.* 2. *cap. mulier. & in cap. ſequ.* dicit, quod Apoſtolus 1. *ad Corinth.* 7. de patre loquens, dicat: *Seruet virginem ſuam, & det nuptui virginem ſuam.* Et quod ſuadet ratio ciuilis & naturalis, quomodo poſſet fieri Lex in contrarium, quæ non tolleret & Religionem, ſc. ratione honeſtatis, & ſic legem diuinam, & rationem ciuilem, & naturalem. Et ſic videtur, quod cum Papa non poſſit tollere, nec ius diuinum, nec rationem naturalem, cum naturalia ſint immutabilia. *§. pen. Inſtitu. de iur. nat. gent. & ciuil.* quod nec etiam poſſit facere decretalem contra dicta iura ſupra alleg. Imo etiam Pagani ante Chriſti aduentum dixerunt, nuptias patre non conſentiente factas, non eſſe legitimas, imo filios ex eis natos, ſpurios eſſe. Quoniam, vt ait Apuleius, *de Aſino aureo lib.* 4. *Impares enim nuptia, & præterea in villa, ſine teſtibus, & patre non conſentiente facta, legitimæ non poſſunt videri, ac per hoc ſpurius iſte naſcetur*: & ſic, & mundus, & cœlum, & tota mundi machina literatorum cõtra contrahentes nuptias, ſine conſenſu patris, cum filiafamilias, clamant, quia ſunt ad minus contra honeſtatem, vt dictum eſt ante.

Et ſi dicatur, quod talia iura poſſint modificari, declarari, & alterari, vt dicit Angelus, *in d. §. penult.* tamen illud eſt intelligendũ, dummodo lex, quæ ſit in contrarium, ſemper habeat ſuas qualitates, ſc. quod ſit honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, & conſuetudinem patriæ, & loco, & tempori conueniens. Cum ergo vnum ex his deficiat, non eſt amplius lex: ex quo cum in tali caſu ſemper abſit honeſtas, ſecundum naturam d. §. 1. *Inſtitu. de nupt.* & ſecundum conſuetudinem patrię, quę hoc reputat inhoneſtum: ideo videtur, quod talis conſenſus non poſſit expreſſe tolli, multo minus per prædicta iura generalia, ad minus in ſponſalibus, quod non ſit ſufficiẽs cauſa ad dirimendum ea, ſi deficiat conſenſus patris, etiam ſi ſint promiſſiones de pręſenti, dũmodo (vt dixi) ſint factæ ſine honeſtate, & per ſubornationes, ſeu ſeductioſas blanditias & diabolicas machinationes.

Et ad ea quæ dicuntur, quod ſponſalia de præſenti habeantur pro vero matrimonio, ita vt ſint indiſſolubilia, dic, quod hoc poſſit eſſe verum in ſponſalibus, debite, & ſecundum honeſtatem factis, & non contra honeſtatem: quoniam in his repugnat vna qualitas legis, quæ impedit, ne talia ſponſalia comprehendantur ſub lege, quæ eſt, ſcilicet, honeſtas. Et etiam non reperiuntur iura Canonica, quæ expreſſe tollant diſpoſitionem d. §. 1. *Inſtitut. de nupt.* Imo conſtitutiones ſummorum Pontificum, de quibus ſupra, videntur illam approbare. Etiam textus *in dict. cap. ex publico. de conuerſ. coniugat.* dicit, matrimonium eſſe diſſolubile, quando eſt conſummatum, ſed ante cõſummationem eſt diſſolubile vno caſu, ſcilicet, per ingreſſum Religionis, vt ibi dicit text. Alio etiam caſu per ſummum Pontificem diſſolui poteſt, vt inquit gloſſ. finalis, ibi: ergo erit etiam in alio caſu, vbi eſt maior ratio, ſcilicet, cum non adeſt qualitas legis, puta honeſtas, & contra ciuilem,

& naturalem rationem. Et in iure non tantum conſideratur iuſtitia, quantum honeſtas. *cap. porro.35.quæſt.5.* Vnde leges, quæ dicunt, concubinas poſſe haberi, nõ ſunt leges, quia ſunt inhoneſtæ, vt *l. vnica. C. de concubinis, & l. ſina. in fine. Cod. communia de manumiſſ.* Si ergo eſſet lex Papalis, quod promiſſio alicuius filiæfamilias, etiam per verba de præſenti, perſuaſionibus, machinationibus, blanditiis, ne dicam fraudibus & deceptionibus alicuius iuuenis, ſine conſenſu patris, extorta, haberet vim matrimonii indiſſolubilem; ita, quod dicta filia, ea inuita, teneretur, etiam vltra velle patris, conſummare matrimonium, cum illo iuuene, tanquam iniqua, non teneret tanquã contra honeſtatem facta: multo ergo minus leges naturales, de quibus ſupra, ſunt ſufficiẽtes ad inducendum ius expreſſum, pro ſolutione huius quæſtionis, ita quod dicta filia teneatur in vim aliarum aſſertarum promiſſionum conſummare matrimonium, iunctis his quæ ſupra dicta ſunt: ex quo etiam filia aſſerit, ſe nunquam veraciter conſenſum præſtitiſſe, nec eidem promiſiſſe: ex quo, cum non ſint probationes ſufficientes, nec legitimæ, vt dictum eſt, non tenetur matrimonium adimplere, argum. text. *in cap. conſultationi. Extra de ſponſ. & matrimon.* Ne tamen quid omittatur, quoad reſponſiones obiectionum canoniſtarum, allegantium etiam pro ſe textum, *in l. nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. ff. de reg. iur.* Dico, quod clara ſit reſponſio, ita, quod ſi non eſſet niſi concubitus, & non conſenſus, quod non eſſet matrimonium: & hoc eſt clarum, vt vult ibi Decius poſt gloſſ. ſed etiam quod text. ibi affirmet, quod ſolus conſenſus non faciat perfectum matrimonium, & indiſſolubile, cum ſit tex. ad literam *in d. c. ex publico. Extra de conuerſ. coniug.* vbi nõ dicitur perfectum, & indiſſolubile, niſi fuerit concubitus & copula carnalis. Et in caſu præmiſſo talis textus nihil facit, quia non ſumus in conſenſu vero & legitimo, ſed erroneo, qui non habet effectum; cum, qui errat, non conſentiat. Et Iura Canonica, dicentia, quod conſenſus facit matrimonium, intelliguntur de vero, & legitimo conſenſu, & non de erroneo, deceptiuo, ſeu ſeductiuo, aut fraudulẽto, prout in propriis verbis de legitimo cõſenſu ſunt tex. *in c. pen. de ſponſalibus in c. licet. & ca. fi. Extra de ſponſa. duor.* Non enim legitimus eſt, quando fit ſine voluntate parentum, vt dicit tex. *in d. c. aliter.* Aut quando eſt extortus per vim, metum, coactionem, violentiam, *vt cap. cum locum. cum c. ſeq. & ca. conſultationi. Extra de ſponſal.* ſed per fraudes, ſeductiones, ſolicitationes, & ſubornationes, ſed potius dici debet fraudulentus, ſeductiuus, deceptiuus, aut aliàs indebitus, nec verus, & ſic nõ legitimus. Et notanter voluerunt illi textus loqui de legitimo conſenſu, ad tollendum fraudes & ſeductiones, ne iura dent occaſionem delinquendi, & extorquendi conſenſus illegitimos contra iura prohibitos.

Idem etiam text. ibi & ſimiles non tollunt alia requiſita, nec dicunt, quod ſolus cõſenſus filiæfamilias faciat matrimonium, ex quo non tollitur alia diſpoſitio, requirens aliũ conſenſum, quam filiæ: cum non ſolum ſit de iure ciuili requiſitus, ſed etiam de iure canon. *d. c. aliter. 30. q 5. & d. c. non omnis. & ca. honorantur. 32. q. 2.* Ex quo prædicti tex. non tollunt illud quod dictum eſt, quod ex quo nondũ eſt perfectum matrimonium, quod patre contradicente, ſeu inuito, & filia non perſiſtente in primo conſenſu quod non teneat, nec cogi poſſit ad perficiendum illud matrimonium, & iſte eſt caſus, qui ſæpe euenit.

Non tamen vellem dicere, quod ſi matrimonium eſſet perfectum per conſenſum, & conſummatum, per copulam carnalem ſine conſenſu patris, quod pater poſſet illud dirimere, aut facere ſimpliciter dirimi: ſed multis videtur, quod tũc non poſſit cogi ad eam dotandam, nec quod debeat cogi, vide quæ hic ante dicta ſunt.

Et vt ſemel finis imponatur huic materiæ, quæ licet multum ſit vulgata, tamen in dictis canoniſtarum, male intellectis datur occaſio delinquendi, ita vt hodie pullulent huiuſmodi ſolicitationes, ſeductiones, machinationes & ſubornationes filiarumfamilias, quæ ſunt faciles ad decipiendum, & vtplurimum contra propria commoda laborant, cum de

facili

facili credant. Etiam non eſt præſumendum, quod ius canonicum intendat inducere occaſionem delinquẽdi: credo indubie, quod neceſſarium eſſet facere ſtatutum, aut edictũ generale in Gallia: quod nemo cuiuſcunque conditionis ſit, audeat, ſeu præſumat deinceps ſolicitare, aut deinceps ſolicitari facere verbis, donis, promiſſionibus, aut alias quouis modo ſeducendo, ſeu ſubornando filias, cuiuſcunque conditionis exiſtant, ante 24. annum, ab eiſdem per verba de præſenti, aut alias promittendum, ſine ſcitu & voluntate parentum ſub pœna perpetui exilii & confiſcationis bonorum: & quod filiæ tales promiſſiones non faciant ſine conſenſu parentũ, ſub pœna priuationis dotis, & bonorum parentum. Et intrepide crederem iſtud ſtatutũ eſſe validum, per doctrinam Bald. *in l. omnẽ. C. ad Tertull.* vbi tenet, valere ſtatutum, quod pœnam imponit filiis, contrahentibus matrimonium ſine cõſenſu patris, quoniam hoc caſu tale ſtatutum non vetat ſubſtantiã matrimonii, ſed punit malos mores. Et ſi ſtatutum ſeu cõſuetudo poſſit imponere pœnam rei licitæ, puta matrimonio, ſi ex eo ſequatur illicitum, puta ſeductio, & ſubornario filiarum, vt dicit Bald. *in rubric. Extra de conſuet.* Ideo multo fortius rei illicitæ, puta ſolicitationi, ſeductioni & ſubornationi, poteſt imponi pœna. Alias ſequeretur, quod ius canonicum (vnde tota æquitas, & fori animæ oritur & deſcendit) vellet permittere in periculum animæ, fraudes, dolos, ſolicitationes indebitas, & ſeductiones: & ſic vnde iura naſci deberent, daretur occaſio delinquendi, ſi huic ſtatuto cõtradiceret ius canonicum; Ex quo negari non poteſt, quod quoad primum articulum valebit tale ſtatutum, cum ſit punitiuum malorum & delictorum: ex quo eſt fauorabile, cum interſit Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita. Et de hoc articulo, per quem imponitur pœna contra tales, eſt lex in Hiſpania. Et ita remanebit tale ſtatutum validum, & rationale contra huiuſmodi ſolicitatores, ſeductores & ſubornatores, cum ſolum fiat ad euitandam occaſionem delinquendi, cum ſolicitationes ita puniantur, vt ipſa delicta, vt ante dictum eſt: & ſeductiones & subornationes ſint prohibitæ omni iure, etiam diuino: cum ſeducere ſit extra bonos mores trahere; & de iure ciuili ſolicitationes perhibentur, *l. & ſi abducti. C. de plagiar. l. & tuum. ff. de ſeruo corrupt. l. ſi quis filio perſuaſerit. Cod. eod.* Perſuadere enim eſt plus, quam cogi, *l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupt.* Et dicit Salicetus *in l. vnic. fere in fin. C. de raptorib. virg.* quod perſuaſio doloſa ſit pluſquam violenta coactio, & perſuaſio cum donis habetur pro raptu, vt dicit Ang. *in §. 1. per illum text. in Authent. de lenonibus collat. 3.* Et ſequitur Baptiſta de S. Seuerino *in repetit. l. cunctos populos, in 9. char. C. de ſum. trinit. & fide cathol.* Et contra prædictos ſolicitatores, eſt textus multum not. *in l. ſolicitatores. ff. de var. & extraord. cognit. canonizatus, in ca. ſolicitatores. de pœnitent. diſtinct. 1.* dixi *in conſuetudin. Ducat. Burgund. in rubr. Des iuſtices. in gl. des droits. num. 56.*

De ſecundo articulo, quod filia non poſſit aliquid petere, eſt iuridicum & rationabile, vt dicit Io. Lupus *in repet. ca. per veſtras. de don. inter virum & vxor. fol. 87. & 88.* vbi diſputat de tali lege, quæ etiam viget in regno Caſtellæ, vbi habetur lex, quod ſi filia contraxerit matrimonium ſine conſenſu patris & matris, nihil ex bonis parentum poſſit habere, & iſta eſt conſuetudo in Ducatu Borbonii, vt ſcribitur *in libro conſuetudinario illius patriæ. tit. Des ſucceſſions. artic.* 312. & in patria Auerniæ *tit. eod. Des ſucceſſions. art. 36. in libro conſuetudinum illius.* Et dicit Petr. de Ancho. *conſil. 20.* quod valet tale ſtatutum, imponẽs pœnam amiſſionis dotis mulieri, nubenti viro indigno ſine conſenſu patris. Nam, vt dicit, per hoc patrem offendit, & famam eius lædit. Et videtur hæc iuſta cauſa exhæredationis, *l. non tantum. §. emancipatus. ff. de bonor. poſſ. contra tab.* Facit *§. cauſas, in fin. ſuncta gloſ. in verb. hon. vſque ad 25. in Auth. vt cum de appellat. cognoſcitur. collat. 8.* Ex hoc enim pater magna afficitur iniuria, vt dicit Salicet. *in l. 3. C. de adulteriis.* Et prædicta lex fuit á multis Regibus Caſtellæ facta: quos Ioan. Lupus *in d. loco. fol. 89.* recitat. Et, vt dicit, leges prædi-

Digitized by Google

ctas nemo ſanæ mētis iniuſtas dicet, cum per eas, ſi obſeruentur, diſſenſionum & inimicitiarum tollatur materia, litiumq; & iurgiorū adimatur occaſio, parētibus ac filiabus optime conſulatur. Et, vt ait, ne naturæ, & parentum votum fruſtretur, quando imbecillis ac fragilis filia, iniqui peruerſiq; hominis dolis & ſuaſionibus aſſentiret, parētes cognatoſq; iniuria afficeret; iuſtum, æquum, & ſanctum fuit, & eſt, has & ſimiles condere leges, quibus hominum, & nonnunquam famulorum nequitia reprimitur, qui non verentur, ſub coniugii velamine, innocētes decipere filias; qualis exinde dolor, qualiſque animi commotio parentibus euentura ſit, iudicet qui filias habet. Vnde & idem Io. Lupus ait, cōtra tales facinoroſos, Rex Alphonſus inſurgens, grauiſſimis pœnis ſubdendos iuſſit, & ibi legem ſcribit verbis ſuis vulgaribus.

Redeundo ergo ad propoſitum, vnde digreſſi ſumus, dico etiam, quod honeſtas requiratur in voto, *cap. magna. §. Et quidem tria præcipue duximus in hoc negotio attendenda, quid liceat ſecundum æquitatem. quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum vtilitatem. Extra de vo. & vo. redempt.* Item etiam in iureiurādo *c. de forma. 22. quæſt. 5.* Et hoc in iuramento fidelitatis; prout etiam recitatur *in tit. de forma fidelitat. in vſibus feudor.* facit *c. vnuſquiſque 22. quæſt. 4.* Et etiam in alio iuramento *c. quemadmodum. Extra de iureiur.* Honeſtus enim modus in omnibus obſeruandus eſt, non immoderata cuiuſque luxuria ſubſequenda, vt dicit text. *in l. ex damni. in princip. ff. de damn. infect.* & grauis iniuria videtur, quæ inani honeſtatis colore velatur. Eſt enim honeſtas omni cōmodo pecuniario præferenda, *l. miles. §. ſocer.* ibi. *quare non inique. ff. ad leg. Iul. de adult.* text. notabilis *in l. reprehendenda. Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Dixi ample ſupra *in 1. part. in 2. conſid.* vbi commendaui honorem & honeſtatem, quæ pari paſſu ambulant cum vita. Et cum, vt ante dictum eſt, non tantum conſideretur iuſtitia, quantum honeſtas, *dict. ca. porro. 33. quæſt. 2.* Et dicit Ioan. de Turrecrem. *in c. 1. §. præterea.* cum quo legit *d. c. erit autem lex honeſta. 4. diſt.* Ideo videtur, quod iſtud præceptum iuris *honeſte viuere*, ſit excellentius eo, quod dicitur, *ius ſuum vnicuiq; tribuere.*

Secundus angulus turris Bal. continet ſecundum præceptum iuris, quod eſt, *alterum non lædere*, & ideo quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: vt *in princ. decreti* notatur, vbi text. dicit: *Hoc eſt enim lex Prophetæ, æquiſſimum exemplum viſum eſt, creditorem ita agere rem debitoris, vt ſuā ageret.* Et vt dicit Hier. ad Celantiam, & allegat Guil. Rouille *in ſuo compendio iuſtitiæ, lib. 1. c. 13.* quod infinitæ ſint partes iuſtitiæ, quas omnes vna breuis ſententia comprehendit, videlicet: *Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.* Facit text. *in c. ponderet, 50. diſt.* Et habetur *Tobiæ 4. & in cap. licet. 45. diſtinct. & in c. dilecti. de maior. & obed.* ideo, vt ibi dicit ipſe le Rouille, Beatus eſt, qui poteſt dicere cum beato Iob: Nulli nocui hominum, iuſte vixi cum omnibus. Puriſſima enim conſcientia canit cum *Pſal. 110. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Et, vt dicit Pyrrh. *poſt ſua commentaria conſuetudinum Aurelianenſ.* Ex hoc præcepto pendēt leges & Prophetarum vaticinia: cum Origenis iudicio, Deus ipſe nihil ſit, niſi viuens Iuſtitia. Hæc autem vera germanaq; iuſtitia, quæ nunquam alterum lædit, nunquamque vult lædere, nec ipſe per alium, nec palam, nec clam, neq; quoquo pacto, vt ibi Pyrrhus. Ex cuius dictis & ſupra poſitis, videtur, quod iſtud præceptum ſit excellentius, cum omnes partes ſub ſe comprehēdat. Et ample probat Plato *in ſuo dialogo de Rhetorica*: Maximū malorum eſt inferre iniuriam; ergo ex contrario maximum bonum eſt alterum non lædere.

Tertius angulus turris Bald. continens tertium præceptum iuris, quod eſt; *ius ſuum vnicuiq; tribuere*; & iſtud debēt habere Principes & Prælati in ſubditos & ſuperiores in inferioribus ſuis, prout dicit idem Bald. *in d. proœm. Gregoriano. in fin.* & eſt iuſtitia ad alterum. Nam ſibi ipſi proprie nemo eſt iniuſtus, ſed dicitur ad alium. Et licet duo præcepta ante poſita, videantur excellentiora, tamen videtur, quod non ſufficiat honeſte viuere, & alte-

Digitized by Google

& alterum non lædere: ſed etiam conuenit alios adiuuare, prout dicit gl. *in verb. ius ſuum. in § iuris præcepta. Inſtit. de iuſtitia & iur. & in l. iuſtitia. §. 1. in verb. cuiq. ff. eo.* Non enim ſolum nobis nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria vendicat, partem amici: atque vt placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad vſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſa eſſe generatos, vt ipſe inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint. In hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes vtilitates in medium afferre permutatione officiorum, dando, accipiendoque, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines ſocietatem, vt dicit Cicero 1. *Officior.* Nec ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt. *l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. obligat. & ca. non ſatis. 86. diſtinct.* Et de iſta parte iuſtitiæ dixi *in comment. noſtrar. conſuetud. in rubri. Des iuſtices. in gloſſ.* 1. Et ex dictis ſequi videtur, quod iſtud præceptū, in quo comprehenditur iuſtitia, ſit excellentius aliis, cum iuſtitia proſit ſibiipſi, omnibus & Reipublicæ: & videtur, quod prima duo præcepta tantum proſint ſibi ipſis, ex qua, ratione maioris vtilitatis, tertium dicitur eſſe excellentius.

TRigeſimaſeptima conſideratio; cum vt habetur *Sapient.* 11. Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuit Deus, ideo videndum eſt primo, de numeris, & quia ſupra *in 10. part. in 49. conſiderat.* vbi locuti ſumus de Arithmetica, ſatis diximus de laude, & excellentia numeri, hic ſolum reſtat videre, quis numerorum ſit excellentior, & perfectior: Textus *in proœmio ſexti decretalium* dicit, quod numerus ſenarius ſit perfectus, & ibi gloſſ. quæ ad hoc allegat *ca. vnicum* 35. *qu.* 4. Et dicit dict. gloſſ. quod ſecundum Arithmeticos, ſint quatuor generationes numerorum. Prima, quæ incipit ab vno, & durat vſque ad decem, & dicitur iſta numerorū monadicorum, a monos, quod eſt vnum, vt dicit text. *in c. ſ lacuit.* 2. 17. *quæſt.* 1. quia incipit ab vno. Secunda dicitur decadicorum, a decade, quod eſt decem, & durat vſque ad centum. Tertia dicitur centedicorum, & incipit a centum, & durat vſque ad mille. Quarta vero milledicorum, a mille incipiens, & durans vſque in infinitum.

Et ex his quatuor generibus numerorum eſt reperire alios perfectos, paucos tamen, alios imperfectos; Ex imperfectis eſt reperire alios diminutos, alios abundantes: Numerus perfectus eſt, qui conſtat, vel reſultat præciſe ex omnibus ſuis partibus aliquoties ſimul aggregatis. Et, vt dicit gloſſ. eſt ſciendum, quæ ſint partes aliquotæ: & dicuntur, quæ aliquotiens ſumptæ de per ſe, reddunt ſuum totum præciſe, id eſt, non plus, nec minus, vt in numero ſenario, qui eſt primus numerus perfectorum, & ſolus inter monadicos perfectus. Nam ſex vicibus vnum ſumendo, & aggregando ſex ſunt, ter duo ſex faciunt, bis tria ſex ſunt, & abinde nō ſunt partes aliquotæ: quia quatuor aliquoties ſumptum, faceret octo, vel plus.

Ex his infert, quod omnes partes aliquotæ ſint hæ, vnum, duo, tria. Sed vnum, duo, tria, faciunt ſex, ergo ſenarius numerus eſt perfectus, ſecundum diffinitionem numeri perfecti, quæ eſt Io. And. *in prædicto loco.* Exemplificat idem ibi, & in genere decadicorum, in quo, vt dicit, eſt alius numerus perfectus, & ſolus, ſcilicet 28. tolle partes, ſcilicet dimidiā. & circa *l. nomen. §. portionis. ff. de verb. ſignific.* quia vltra dimidiam nō eſſet reperire aliquotas. Nam 14. eſt pars aliquota, quia bis ſumptum facit 28. 13. 12. 11. 10. 9. 8. non ſunt partes aliquotæ de 28. quia aliquotiens ſumptæ, non inferunt præciſe ſuum totum, ſed plus, vel minus. Nam 13. bis ſumptum facit 26. ter ſumptum, facit 39. & ſic plus, vel minus, & ſic de ſingulis 7. vero eſt pars aliquota, quia quater ſumpta infert ſuum totum, ſcilicet 28. 6. & 5. non ſunt partes aliquotæ. 4. vero eſt pars aliquota, quia ſepties ſumptum, infert ſuum totum. Tria non eſt pars aliquota, ſed duo, & vnum ſunt bene partes aliquotæ, quia 14. vicibus duo ſumptum, facit 28. & 28. vicibus vnum, facit 28. Ex prædictis etiam infert idem Ioan. Andr. quod omnes partes aliquotæ de 28. ſunt 14. 7. 4. 2. 1. quia ex his aliquotis ſimul aggregatis

Digitized by Google

reſultat præciſe totum, ergo ſecundum diffinitionem præcedentem 28. eſt numerus perfectus, ita de aliis numeris perfectis dicendũ eſt: Hæc ille, *vbi ſupra.*

Pythagoras dicit in numeris maximam eſſe vim, in eosq; referenda omnia, ſyderũ ambitus, & animalium productiones, duo item feciſſe principia, definitam vnitatem, alterũ appellãdo, reliquum indefinitã dualitatem; ſed illam bonorum, hanc malorum exordiũ, & cauſam eſſe dicebat. Vnitatis ſiquidem natura inſita circumferentiæ, aëri temperiem animis virtutem, ſanitatem corporibus, domibus & Ciuitatibus pacem, & animorum gignit conſpiratum, hoc eſt, vnanimitatem & tranquillitatẽ: At dualitas diuerſa omnia, aëri hyemem contribuit, animis malitiam, ægritudines corporibus, ciuitatibus ſeditiones, & domibus inſidias, inducit: hæc ait Cælius *lib. 12. antiq lect. cap. 7.* Vbi dicit, quod omne malum ex diſparili oriatur voluntate. Addo de vnanimitate, quod dicit Cicero *lib. 2. Offic.* magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum, atq; conſenſu. Hinc ex conſequentibus numeris, parem quidem demonſtrauit indignum, ac deficientem, atque imperfectum, imparem vero plenum, ac perfectum. Etenim pari permixtus vim ſuã ſeruat perpetuo, conduplicatus vero eundem gignit: ita vt fœcundus ſit, habeatque principii vim, diuiſionis ipſe neſcius, vnitate ſemper in eodem redundante: Par vero imparẽ nunquam producit, neque eſt indiuiſibilis. Et ideo Homerus, vnitatis naturam in boni quidem portione conſtituit, in mali vero dualitatem; & ſuperius imparia ſemper conſtituit, vulgari prouerbio vtimur; quo etiam vſus eſt Poëta in Bucolic. vbi ſic ait:

Numero Deus impare gaudet.
Inferis vero paria.

Carolus Bouillus *in quadam Epiſt. ad Dom. Ioan. Ganaiũ* quærebat, qui fiat, quod Arithmetici parem numerum in fœminam, imparem vero in maſculum figurent: & adducit quatuor rationes, ex quibus dicit imparem numerum præſtantiorem eſſe. Prima, quia quod vicinius & ſimilius eſt ſuo principio, id præclarius eſt: eo, quod ſuo fonti diſſimilis, aut ab eodem ſemotius. Atqui impar numerus ſimilior, viciniorque eſt monadi, omniũ numerorum fonti, quandoquidem à monade imparium inchoari ſeries dictitatur; Par vero numerus adiũctus eſt, diſcluſusq; a monade, primatum habens in dyade. Eſt itaque impar parte præſtantior, merito vt maſculus, & forma, par vero, vt fœmina & materia. Secunda ratio, quod magis vnum eſt, illi præſtat, quod eſt minus vnum. Impar autem numerus eſt numero pari magis vnus; Nempe monas imparium princeps eſt, maxime vna, & ex toto inſectibilis. Omnis vero alius impar, æquas partitiones reſpuit, quæ tamen cunctis paribus accommodantur. Eſt itaque impar (vtpote magis vnum) pare præſtãtius. Alia & tertia ratio, omne medium extremis probatur nobilius. Impar autem paris eſt medium; Par vero imparis extremum: Ratio quippe medii, ratio eſt vnitatis, at extremi nomen qualitatis eſt nomen. In cunctis enim ordinibus deprehendimus vnicum eſſe medium, extrema vero duo, aut plura, mediũ ipſum, vallantia, & circa illud collocata, præcedit: Igitur impar parem, ſicut & monas dyadem, & medietas extremitatem ſuperat. Quarta ratio, cum imparitatem voces monadem, paritatem vero dixerit eſſe dyadem, liquet imparitatem in tantum præſtare paritati, quantum dyas ſuperatur a monade. Sicut enim præſtat medium eſſe per ſe ſine extremis, quam extrema per ſe ſine medio, ita præſtantior eſt ſimplex imparitas ſine paritate, quam ſimplex paritas ſine imparitate. Eſt autem monas per ſe, vt medium ſine extremis, ſiue vt medietas, & imparitas ſine extremitate atque paritate: dyas vero eſt, vt extremum ſine medio, vtve paritas, & extremitas ſine imparitate & medietate. Sicut conſtat præſtare actum eſſe ſine potentia, quã potentiam ſine actu, vnum eſſe ſine duobus, quam duo ſine vno, formam ſine materia, quã materiam ſine forma: virum ſine muliere, quã mulierem ſine viro: intellectum ſine ſenſu, quã ſenſum ſine intellectu: perfectum ſine imperfecto, quam imperfectum ſine perfecto.

Digitized by Google

ᵭo. Et ibi vide quomodo diffiniat monadem, dyadem, & triadem: & dicit, quod trias ſit primus perfectus numerus, hoc eſt, primus, in quo omnis natura relucet, tam medii, quam extremi, tam paritatis, quam imparitatis: ſed non eſt paritas, nec forma, nec materia, ſed neutra, vt ibi comprobatur; ſed eſt totus integer perfectus, tam medii, quam extremorũ naturam vnice complectens. Ex his infert, quicquid in numeris eſt, trinum eſt: nam aut imparitas, aut paritas, aut neutrum eſt, ex ambabus totum, ſiue monas, dyas, trias: quicquid enim eſt poſt triadem priorum eſt reſumptio numerorum, quemadmodum nihil etiam Philoſophi in rebus nouere, præter tria, actum, potentiam, totum; formam, materiam, totum. Sed cum actus ante potentiam perſeueret infœcundus, & potentia pariter, priuſquam illi commiſceatur actus, nulli par ſterilisque eſſe dignoſcatur; Liquet primum partum oriri ex amborum copula, hoc eſt, ex triade, quæ monadis ad dyadis eſt vinculum. Cum itaque quaternitas ſit primus poſt triadem numerus, manifeſtum eſt, his tribus, monade, dyade, ac triade, ſolam ſuper ſubſtantialẽ dignitatem eſſe metiendam: quaternitate vero primum Dei partum, primamve creaturam, haud incongrue nobis pateſcere. In monade primus actus in eſſe procedit, in dyade potentia in eſſe ſtabilitur. In triade vero fit amborum congreſſio. In tetrade porro, & omni deinceps numero cunctus eorum partus ac fœtus liquido deſignantur.

At idem Bouillus *in Epiſtola ſequent.* inſtat pro numero pare. Primo ſic; Is numerus potior eſt, qui & origine antiquior, ſed numerus par eſt huiuſmodi.

Secundo ſic inſtat & obiicit contra prædicta: Æqualitas eſt inæqualitate præſtantior, par autem numerus æqualitate, impar vero inæqualitate diffinitur. Igitur, &c.

Tertio, ſic opponit; Socialitas præſtantior eſt ſolitudine, paritas autem ſocialitas quædam eſt, & parium æqualiumque vnitarum mutua præſtantia, quod accidit in dyade, imparitas vero quædã eſt ſolitudo, quam ſocialis amor à cunctis rebus expellit. Igitur, &c. Et ad prædictas tres inſtantias idem ibi luculentiſſime & philoſophice reſpondet; & in fine concludit, quod impar numerus ſit præſtantior pare. Et facit; quia *in c. nuptiæ. 32. quæſt. 1.* dicit textus, quod impar numerus ſit mundus, par vero immundus. Cælius *lib. 12. cap. 9. in princ.* vltra dicit, monadem numerorum eſſe patrem, dyada vero matrem, proinde inter numeros præſtare, qui monadi præcipue aſſimilentur. Ex ſupra deſcriptis iam poteſt ſciri, quomodo laudandus ſit numerus ternarius, de quo amplius infra eodem.

De laude vero quaternarii numeri ponit idem Cælius *eodem lib. 12. cap. 9.* de quo *in c. non debet. Extra de conſang. & affin.* vbi dicitur, quod prohibitio coniugii corporalis, ſeu copulæ coniugalis, quarum conſanguinitatis & affinitatis gradum non excedat, cui prohibitioni dictus numerus quaternarius bene congruit; quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis, vt ibi, *& in c. in quadam. in fin. de celebrat. miſſ. & in cap. 1. diſtinct. 15.* Et ſicut annus per quatuor voluitur tempora, ſic & quaternum ſolemne agimus ieiunium per quatuor anni tempora, vt *in ca. 2. diſtinct. 72.* Accurſ. *in gloſſ. 2. in l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid.* Ponit tantum quatuor ætates hominis, ſcilicet pubertatem, adoleſcentiam, iuuentutem & ſenectutem, ſeu ſenium.

De laude vero quinarii, vide per eundem Cælium *vbi ſupra cap. 10.*

De ſenario vero dixi hic ante aliquid, & *in gloſſ. in proœmio ſexti. in verbo, perfectus.* eum extollit; ex eo, quia ſex ſunt hominis ætates, & ſex mundi generationes, vt patet *in d. gloſſ.* & de iſto numero Cælius loquitur *in d. lib. 17. c. 11.*

De ſeptenario & eius poteſtate, quæ eſt multiplex, idem Cæl. *ibi, cap. 12. & lib. 2. c. 56.* & gl. *in verb. ſenarium. in dict. proœmio ſexti.* quæ dicit, eum eſſe perfectum, allegans ad hoc gloſſ. 1. *in fin. in ſumma, de pœn. diſtinct. 1.* Sed quod intelligitur ibi perfectus: hoc eſt, multis ſimilibus approbatis in quantitate

Digitized by Google

numeri, prout ponit multa exempla ad hoc gloſſ.fin. *in c. de celeb. miſſ.* Primo, ſeptem ſunt horæ, quibus laudare debet Dominũ Deum noſtrum presbyter, vnde *Pſal.*118. Septies in die laudem dixi tibi, & iſte ſeptenarius numerus ob hoc ſacratus dicitur, vt *in c. presbyter.91.diſt.* Secundo, ſeptem ſunt dona Spiritus Sancti. Tertio, ſeptem petitiones in oratione Dominica. Quarto, ſeptem Pſalmi pœnitentiales. Quinto, ſeptem diaconi, ſicut ſeptem candelabra; & ſexto, ibi gloſſ. ponit, quod ſeptem ſunt dies ſeculi, & ſeptem ætates, quibus completis, finietur mundus. De iſto numero vide per Beroald. *libr. de ſeptem Sapientum ſententiis. in initio.* & G.Bened. *in ſua repet. c. Raynut. in verb. & ſoboles, quam geſtauerit. num. 25. de teſtam.* Et ample de eius laude & excellentia ſcripſit Nicolaus Paruulus, Belloſanenſis, *in ſuo ſeptenario*, vbi ſunt trecenti verſus, & vltra, de materia, ideo videas illum, & idem Cælius *lib.11.cap.*36. poſt Senecam ait, quod ſeptimus quiſque annus ætati ſignum imprimat. Et iuxta iſtum numerum ſeptenarium iſtud opus cõtinet 700. conſiderationes.

De octonario numero idem Cælius *libro 12.cap.*13.

De nonario vero habetur per eund. Cœlium, *eod. lib. c.*8. de quo dixi ſupra *in 3. part. in 50. conſid.*

De numero denario ſeu decennario, & eius poteſtate habetur per eund. Cælium *eod. lib.12.c.*4.

De laude autem numeri duodenarii habetur per ſcribentes, ſuper *Pſal.*108. qui incipit, *Deus laudem meam ne tacueris, in verſi. Fiant dies eius pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter*, id eſt, Apoſtolatum, qui erat in numero duodenario. Sunt etiam 12. articuli fidei, & duodecim tribus Iſrael, ſecundum filios Iacob. De iſto numero vide quæ dixi ſupra *in 3. part. in 29. conſid.* vbi poſui in quibus figuratus fuerit numerus duodenarius Apoſtolorum, hic non repeto. Et de duodecim numeris vide in tractatu, quem fecit Carolus Bouillus de eiſdem. De laude vero numeri ternarii (quoniam omne trinum perfectum) & numerus ternarius eſt perfectus, teſte Ariſtotele 1. *de cœlo & mundo*, qui eſt ſupra alios laudandus ex 28. actib. quos diſcernit Ioan. Ludouic. Viualdus, per ternarium numerũ, *in ſuo tract. de laudib. trium liliorum Franciæ, q.*2. quos hic non trãſporto, de aliquibus dixi ſupra *in 5. par. in 32. conſid.* Sed vltra illos adde quod tres ſunt gradus dæmonum, rationalis, naturalis, naturæ Deorum, ſed Deorum eſt excellentior, vt ait Cælius *lib.1. ſuar. antiquar. lect. c.*14. Tria ſunt præcepta iuris, quæ ſupra poſui *hac ead. in part. in 36. conſider.* Tres ſunt modi cognoſcendi vires perfici, & ex quibus peruenitur ad notitiam rerum, de quibus etiam *hac part. in 23. conſid.* Tres vitas eſſe dicimus, actiuam, contemplatiuam, & mediam, *eadem part. in 33. conſid.* Tres ſunt ſectæ mundi, *ead. part. conſid.* 20. Tres ſunt modi regendi, *hac ead. part. conſid.* 55. Tres Pſalmi & totidem lectiones dicuntur in hebdomade Paſchæ & Pentecoſtes, *c. In die. de conſecr. diſt.*5. Et inter alios Cælius *eod. lib.* 12. c.9. loquẽs de numero ternario, dicit, quod Philoſophi Pythagorici voluerint inprimis, trinitatẽ menſuram omnium rerum eſſe, ea ratione, (vt credit) quoniam ſummus omnium rerum opifex ternario numero vniuerſa diſpenſat, imo etiam res ipſæ numero eodem terminari dignoſcuntur; ad quod reſpiciens Poeta iam ſupra alleg. *Numero*, inquit, *Deus impare gaudet*, ſiquidem ineffabile illud agens, creat primo ſingula, rapit mox, ac denique perficit. Singula quoq; inprimis ab illo perenni fonte effluunt, dum naſcuntur; deinde in eundem refluunt, dum originem mox ſuam repetunt. Poſtremo perficiuntur, vbi in ſuum redierint principium. Idipſum vaticinatus Orpheus, Iouem principium, medium, & finem vocauit; vniuerſi principiũ, vt producit; medium, vt producta retrahit ad ſeipſum; finem, vt redeuntia perficit: ſed in conuerſione hac trinitas obſeruatur mira, quando in ea Mercurius primum obtinet gradum, animos per rationem ad ſublimia reuocãs, ſecundum Venus, per viſum ad ſuperna proliciens, poſtremum Phœbus, idipſum efficiens per auditum, & Mercurius quidem ad ipſum præcipue pro-

pue prolectat bonum; ad intellectum Venus, in quo radians pernoſcitur pulchritudo prima. Ad animam vero prouocat Apollo, cuius eſt harmonia peculiaris. Hinc Regem illum vniuerſorum bonum, pulchrum, iuſtum, quod ſæpius à Platone ſignificatur, poſſumus nuncupare, bonum, inquam, dum creationem obit, vbi allicit pulchrum. At iuſtum, quatenus pro cuiuſque meritis perfectionem elargitur. Pythagoricos item Plutarchus ſcribit, vnitatem ſolitos Apollinem nuncupare; Dyada vero litem & audaciam; Triada autem iuſtitiam. Cum enim iniuriæ illatio aut perpeſſio per defectum obueniat, aut exceſſum, inſeritur iis iuſtum ad æqualitatem retrahens. Sed illud multo grauius, Principem Deum tribus coli, adoratione, thuris ſacrificio, & hymnis, & id vtique ter, ex totidem hemiſphærii punctis, mane, veſpere, meridie. Proinde legibus ſanciri notum eſt, ortum ab adorantibus ſpectandum, quod eſt Pythagoricis obſeruatum, nec ſpreuit Christiana religio, vt ſupra *iſta part.* dixi *in 13. conſider.* in qua de quatuor partibus terræ fit mentio. Trimegiſtus ad Meridiem conuerſus, ad ipſum obibat, Moyſes, Iudæique ad occidua: ratio inde promi poteſt, quod ab Oriente motus eſt diurnus; at Planetæ, quos doctrina Ptolemæi ſtatuit eſſe velut cœleſtium ſignorum animas, ab occaſu vertiginis ſumunt initia: ſed viuificum lumen à Meridie per circuli redit obliquitatem. Adoratio reuerentiæ cultum exhibet, thus ſuauiſſimæ cognitionis diuinæ diſtributionem complectitur, hymnorum ſuauitas cœlorum refert concentum, vt Pythagorici ſentiunt. Nec tacuit Mercurius, vel ſubſtantiarũ harmoniam ſeparatarum in laude illectuali, vt Peripatetici. Et inter hæc tria, de adorationis præſtantia ſcribit idem Cælius *lib. 4. c. 25.* vbi religioſiſſime eam commendat. Cum vero quæpiam adnotata comperi de ſupplicum moribus, hic tranſponere curaui. Cælius enim *libro antiquarum lect. 8. cap. 39. in fine*, de iis ait: Ad ſupplicantium ritum ſpectant, quæ in Græcorum commentariis obſeruata nobis ſunt: Veteribus, inquiunt, diu receptiſſimi fuit moris, vt ſupplicantes caput, dextram, genua eius, cui ſe ingererent ſupplices, contingerent, non tamen totum caput, ſed mentum modo, vt ſtatuere videtur Homerus, vel barbæ meditulliũ, quod probat Euripides. Id vero; quia ſit in nobis pars ea principalis, vt in qua rationalis collocetur potentia, dextra vero, quoniam inibi maxima inſit ad agendum facultas; genu, propter motus & progreſſionis neceſſitatem. Tria vero hæc, ſymbolice conſenſum, actionem, progreſſum, ad ea, quæ peterentur, præſtanda, complecti videntur, & velut auguria ſunt ſupplicandi apud Perſas, quæ omitto.

Refert Aulus Gellius *noctium Atticarum libr. 13. cap. 11.* quod numerus conuiuarum incipere debeat à gratiarum numero, hoc eſt, à tribus, & progredi ad Muſarum, id eſt, ad nouem, vt cum pauciſſimi conuiuæ ſunt, non pauciores ſint, quam tres, cum plurimi, non plures, quam nouem.

TRigeſimaoctaua conſideratio ſit de trib. temporibus, præterito, ſcilicet, præſenti & futuro, quod ſit excellentius. Nam, vt dicit gloſſ. *in proœm. Inſtitutionum. §. 1. in gloſſ. prouidentia*, triplex eſt hominis ſtatus: Memoria præteritorum, ſcientia præſentiũ, & prouidentia futurorum. Vnde Seneca *lib. de formula honeſtæ vitæ*, ait: Si prudens eſt animus, tribus diſpenſari debet temporib. præſentia ordinando, futura prouidendo, & præterita recordando. Nam qui nihil de præterito cogitat, perdet vitam: qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. Ideo in animo noſtro futura mala & bona proponi dicuntur, vt illa ſuſtinere poſſimus, & iſta moderare. A præterito vero nulla eſt potentia, cum factum non poſſit non eſſe factum, *l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſis.* Et hoc ſolo priuatur Deus; quia non poteſt facere præterita non fuiſſe, glo. *in verbo, reſtitut. in l. vnica. C. de rapt. virgin.* vbi refert dictum Auguſtini, ita dicentis: Sed corrupte allegat; quia eſt dictum Hieronymi, ſecundum text. quem allegat ad hoc *in cap. ſi Paul. 32. q. 5.* vbi dicit: *Audacter dicam, cum*

Digitized by Google

*le dicens,col.*1. Erubeſcendum eſt enim, legem correctam dicere, & corrigentem non allegare, *vt in Authent.de trien. & ſemiſſ.* §. *conſideremus.collat.*3.*& l.fin. in fine Cod.de conſulib. lib.* 12. de quo per dominum meum Iaſonem *in l.illam.Cod.de collatio.* Hoc enim eſt, ſententiam propriam magis vacua quadam opinione iactare, quam debita authoritate roborare. *vt in canon.nunquid in fi.*28.*quaſt.*11. *Ad idem* 37.*diſtinct.cap.relatum.* Cum ergo canon aliquis expreſſe legem corrigens, aut clare contrarium ſtatuens, id non diffiniat, arguendi ſunt Doctores huiuſmodi, volentes id contra expreſſam legem (quam canones venerandam dicunt) vt *in cano.fin.*19.*quaſt.*3. propriis ſenſibus diffinire, *vt in ca fin.& ibi* multos canones concordant per gl.allegati.31.*q.*1. & facit *can.ego ſolis.*9.*diſt.& c.conſuluiſti.*2.*q.*5. ibi: *& quod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinuentione non eſt praeſumendum, cum aliis allegatis per Lucam de Pen. in l.*1.*in* 3.*col. C. de priuilegiis ſcholarum. lege* 12. Vbi in ſimili arguit de tali caſu. Et vt dicit, facit, quia lex non corrigitur niſi expreſſe dicatur, *vt in Authent.quib.mod.natural.effic.ſui.*§. *trib.ibi:oportet enim.coll.*7. vel, quando poſterior lex directe contrarium ſtatuit. *ca.*1.*conſtit. lib.*6. Et facit, quia antiquiori iuri ſtandum eſt, *vt in c.domino ſancto.*50.*diſtinct.* vbi dicit text. *Quotieſcunque in geſtis conciliorum, diſcors ſententia inuenitur, illius concilii ſententia magis teneatur, cuius antiquior, & potior extat authoritas*; quæ verba formaliter ſcribuntur *in cap.hoc ipſum.*33.*quaeſt.*2. Maxime ſi ambo ſint æqualis pietatis, *vt cap.in canonicis.*19.*diſtinct.* Nec inconuenit, nouas leges trahi ad antiquas. *l. ſed & poſteriores.ff.de legib.* Sed ſic eſt, quod nullo iure canonico caueatur; quod filia ſubornata, & ſeducta, quæ per indebitas ſolicitationes, & machinationes promiſit ſine conſenſu, & voluntate patris, etiam per verba de præſenti, teneatur adimplere promiſſiones, patre non conſentiente. Nec etiam cauetur aliquo iure; quod conſenſus patris, de iure ciuili in talibus requiſitus, per conſtitutiones canonum ſit ſublatus. Ideo videtur, quod d.§.1.*de nupt.in Inſtit.* non ſit ſublatus. Quod ergo non mutatur, ſtare non prohibetur. *K. præcipimus.in fi.Cod.de appel.& l.ſancimus.*§.1. *vbi tex.formalis. Cod.de teſtam.* Standum eſt ergo potius diſpoſitioni d.§.in iure ciuili, quã rationibus, & authoritatibus præmiſſorum Doctorum, & maxime etiam iſtud habet locum in diſpoſitione, *Authent.ſed ſi poſt. Cod. de inoffic.teſtam.* vt dicit ibi gloſſ. quæ debet ſtare, cum non inueniatur expreſſe correcta; & quia caſus expreſſos determinat, ideo non eſt tollenda ex interpretatione magiſtrali ſeu profeſſoria, quæ non tollit caſus expreſſos legum, cum ſit tantum probabilis. Cum etiam prædicta lex ſit rationabilis, cum ſit fundata ſuper honeſtate, & habeat etiam ordinationẽ expreſſam ſummorum Pontificum, vt ſupra clariſſime oſtenſum eſt, quæ non eſt ſpernenda.

Ex quo etiam videtur, quod etiamſi eſſet Lex, ſeu conſtitutio in contrarium, & expreſſe contra dictum §.1.*Inſtit.de nupt.* quod adhuc ſtandum eſſet diſpoſitioni illius §. Quoniam, vt dictum eſt, non eſt dubium, quod etiam, ſecundum Canoniſtas, Lex Canoniſtarum debeat eſſe honeſta, & eſt vna qualitas legis, etiã Canonicæ, vt probat tex.ſæpius allegat. *in d.c. erit autem lex honeſta.* & vt ibi dicit Cardinalis Alexand. & Io.de Turrecr. *in cap.*1. §.*præterea. cum quo legit dictum canon.erit autem lex. diſt.* 4. Lex tria continere debet, ſc. quod religioni congruat: & hoc in quantum eſt proportionata legi diuinę: & refertur ad hoc, quod religioni congruat, cum dicitur honeſta. Secundo; Quod diſciplinæ conueniat, inquantum eſt proportionata Legi naturæ: & ideo dicitur iuſta, & poſſibilis, ſecundum naturam. Tertio; Quod ſaluti proficiat, inquantum eſt proportionata vtilitati humanæ; & eſt ſecundum cõſuetudinem patriæ; & hæc tria poſuit text. *in c. conſuetudo.*1.*diſt.*

Cum ergo ad primum, iure diuino, & etiã iure ciuili & canonico, & ex honeſtate patrię, requiratur conſenſus patris in matrimonio filiæfamilias, vt dictum eſt ante, & dicit expreſſe text. *in d.*§.1. *Inſtitut.de nupt.* quia ciuilis & naturalis ratio hoc ſuadet. Ex quo ergo, cum ratio honeſtatis conueniat Religioni; & ſic legi di-

legi diuinæ, quæ etiam videtur ſatis probari ex ſacris ſcripturis, quæ ſatis demonſtrant cõſenſum parentum interuenire debere in matrimoniis filiorum: Abraham enim præcepit, vt filius ſuus Iſaac non acciperet vxorem de filiabus Cananæorum, ſed de cognatione ſua. *Geneſ.* 24. Nec præcepiſſet, niſi de iure præcipere potuiſſet, & in matrimonio filii poteſtatem habuiſſet. Item ſeruus Abraham pro coniugio Rebeccæ non requiſiuit puellã, ſed parentes eius, *Gen.* 24. Et de multis aliis exemplis ponit Ioann. Lupus *in dict. repetit. capit. per tuas.* §. *num.* 17. *de donat. inter vir. & vxor.* & vltra omnes eſt text. de hoc ad literam: quod etiam eſt præceptum Dei. quod filia non poſſit contrahere matrimonium ex eius promiſſione, & voto cum aliquo, patre eius contradicente. *Nume.* 30 *cap. in princ.* Vbi dicit text. *Mulier ſi quippiam vouerit, & ſe conſtrinxerit iuramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari, ſi cognouerit pater votum, quod pollicita eſt, & iuramentum quo obligauit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit; quicquid pollicita eſt, & iurauit, opere complebit. ſin autem ſtatim, vt audierit, contradixerit pater; & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eò, quod contradixerit pater*; de quo textu, eſt text. 32. *quæſt.* 2. *cap. mulier. & in cap. ſequ.* dicit, quod Apoſtolus 1. *ad Corinth.* 7. de patre loquens, dicat: *Seruet virginem ſuam, & det nuptui virginem ſuam.* Et quod ſuadet ratio ciuilis & naturalis, quomodo poſſet fieri Lex in contrarium, quæ non tolleret & Religionem, ſc. ratione honeſtatis, & ſic legem diuinam, & rationem ciuilem, & naturalem. Et ſic videtur, quod cum Papa non poſſit tollere, nec ius diuinum, nec rationem naturalem, cum naturalia ſint immutabilia. §. *pen. Inſtitu. de iur. nat. gent. & ciuil.* quod nec etiam poſſit facere decretalem contra dicta iura ſupra alleg. Imo etiam Pagani ante Chriſti aduentum dixerunt, nuptias patre non conſentiente factas, non eſſe legitimas, imo filios ex eis natos, ſpurios eſſe. Quoniam, vt ait Apuleius, *de Aſino aureo lib.* 4. *Impares enim nuptiæ, & præterea in villa, ſine teſtibus, & patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt videri, ac per hoc ſpurius iſte naſcetur*: & ſic, & mundus, & cœlum, & tota mundi machina literatorum cõtra contrahentes nuptias, ſine conſenſu patris, cum filiafamilias, clamant, quia ſunt ad minus contra honeſtatem, vt dictum eſt ante.

Et ſi dicatur, quod talia iura poſſint modificari, declarari, & alterari, vt dicit Angelus, *in d.* §. *penult.* tamen illud eſt intelligendũ, dummodo lex, quæ ſit in contrarium, ſemper habeat ſuas qualitates, ſc. quod ſit honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, & conſuetudinem patriæ, & loco, & tempori conueniens. Cum ergo vnum ex his deficiat, non eſt amplius lex: ex quo cum in tali caſu ſemper abſit honeſtas, ſecundum naturam d. §. 1. *Inſtitu. de nupt.* & ſecundum conſuetudinem patrię, quę hoc reputat inhoneſtum: ideo videtur, quod talis conſenſus non poſſit expreſſe tolli, multo minus per prædicta iura generalia, ad minus in ſponſalibus, quod non ſit ſufficiẽs cauſa ad dirimendum ea, ſi deficiat conſenſus patris, etiam ſi ſint promiſſiones de pręſenti, dũmodo (vt dixi) ſint factæ ſine honeſtate, & per ſubornationes, ſeu ſeductioſas blanditias & diabolicas machinationes.

Et ad ea quæ dicuntur, quod ſponſalia de præſenti habeantur pro vero matrimonio, ita vt ſint indiſſolubilia, dic, quod hoc poſſit eſſe verum in ſponſalibus, debite, & ſecundum honeſtatem factis, & non contra honeſtatem: quoniam in his repugnat vna qualitas legis, quæ impedit, ne talia ſponſalia comprehendantur ſub lege, quæ eſt, ſcilicet, honeſtas. Et etiam non reperiuntur iura Canonica, quæ expreſſe tollant diſpoſitionem d. §. 1. *Inſtitut. de nupt.* Imo conſtitutiones ſummorum Pontificum, de quibus ſupra, videntur illam approbare. Etiam textus *in dict. cap. ex publico. de conuerſ. coniugat.* dicit, matrimonium eſſe diſſolubile, quando eſt conſummatum, ſed ante cõſummationem eſt diſſolubile vno caſu; ſcilicet, per ingreſſum Religionis, vt ibi dicit text. Alio etiam caſu per ſummum Pontificem diſſolui poteſt, vt inquit gloſſ. finalis, ibi: ergo erit etiam in alio caſu, vbi eſt maior ratio, ſcilicet, cum non adeſt qualitas legis, puta honeſtas, & contra ciuilem,

Digitized by Google

& naturalem rationem. Et in iure non tantum conſideratur iuſtitia, quantum honeſtas. *cap. porro.35.quæſt.5.* Vnde leges, quæ dicunt, concubinas poſſe haberi, nō ſunt leges, quia ſunt inhoneſtæ, vt *l. vnica. C. de concubinis, & l. fina. in fine. Cod. communia de manumiſſ.* Si ergo eſſet lex Papalis, quod promiſſio alicuius filiæfamilias, etiam per verba de præſenti, perſuaſionibus, machinationibus, blanditiis, ne dicam fraudibus & deceptionibus alicuius iuuenis, ſiue conſenſu patris, extorta, haberet vim matrimonii indiſſolubilem; ita, quod dicta filia, ea inuita, teneretur, etiam vltra velle patris, conſummare matrimonium, cum illo iuuene, tanquam iniqua, non teneret tanquã contra honeſtatem facta: multo ergo minus leges naturales, de quibus ſupra, ſunt ſufficiẽtes ad inducendum ius expreſſum, pro ſolutione huius quæſtionis, ita quod dicta filia teneatur in vim aliarum aſſertarum promiſſionum conſummare matrimonium, iunctis his quæ ſupra dicta ſunt: ex quo etiam filia aſſerit, ſe nunquam veraciter conſenſum præſtitiſſe, nec eidem promiſiſſe: ex quo, cum non ſint probationes ſufficientes, nec legitimæ, vt dictum eſt, non tenetur matrimonium adimplere, argum. text. *in cap. conſultationi. Extra de ſponſ. & matrimon.* Ne tamen quid omittatur, quoad reſponſiones obiectionum canoniſtarum, allegantium etiam pro ſe textum, *in l. nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. ff. de reg. iur.* Dico, quod clara ſit reſponſio, ita, quod ſi non eſſet niſi concubitus, & non conſenſus, quod non eſſet matrimonium: & hoc eſt clarum, vt vult ibi Decius poſt gloſſ. ſed etiam quod text. ibi affirmet, quod ſolus conſenſus non faciat perfectum matrimonium, & indiſſolubile, cum ſit tex. ad literam *in d. c. ex publico. Extra de conuerſ. coniug.* vbi nō dicitur perfectum, & indiſſolubile, niſi fuerit concubitus & copula carnalis. Et in caſu præmiſſo talis textus nihil facit, quia non ſumus in conſenſu vero & legitimo, ſed erroneo, qui non habet effectum; cum, qui errat, non conſentiat. Et Iura Canonica, dicentia, quod conſenſus facit matrimonium, intelliguntur de vero, & legitimo conſenſu, & non de erroneo, deceptiuo, ſeu ſeductiuo, aut fraudulẽto, prout in propriis verbis de legitimo cõſenſu ſunt tex. *in c. pen. de ſponſalibus in c. licet. & ca. fi. Extra de ſponſa. duor.* Non enim legitimus eſt, quando fit ſine voluntate parentum, vt dicit tex. *in d. c. aliter.* Aut quando eſt extortus per vim, metum, coactionem, violentiam, *vt cap. cum locum. cum c. ſeq. & ca. conſultationi. Extra de ſponſal.* ſed per fraudes, ſeductiones, ſolicitationes, & ſubornationes, ſed potius dici debet fraudulentus, ſeductiuus, deceptiuus, aut aliàs indebitus, nec verus, & ſic nō legitimus. Et notanter voluerunt illi textus loqui de legitimo conſenſu, ad tollendum fraudes & ſeductiones, ne iura dent occaſionem delinquendi, & extorquendi conſenſus illegitimos contra iura prohibitos.

Idem etiam text. ibi & ſimiles non tollunt alia requiſita, nec dicunt, quod ſolus cõſenſus filiæfamilias faciat matrimonium, ex quo non tollitur alia diſpoſitio, requirens aliũ conſenſum, quam filiæ: cum non ſolum ſit de iure ciuili requiſitus, ſed etiam de iure canon. *d. c. aliter. 30. q. 5. & d. c. non omnis. & ca. honorantur. 32. q. 2.* Ex quo prædicti tex. non tollunt illud quod dictum eſt; quod ex quo nondũ eſt perfectum matrimonium, quod patre contradicente, ſeu inuito, & filia non perſiſtente in primo conſenſu quod non teneat, nec cogi poſſit ad perficiendum illud matrimonium, & iſte eſt caſus, qui ſæpe euenit.

Non tamen vellem dicere, quod ſi matrimonium eſſet perfectum per conſenſum, & conſummatum, per copulam carnalem ſine conſenſu patris, quod pater poſſet illud dirimere, aut facere ſimpliciter dirimi: ſed multis videtur, quod tũc non poſſit cogi ad eam dotandam, nec quod debeat cogi, vide quæ hic ante dicta ſunt.

Et vt ſemel finis imponatur huic materiæ, quæ licet multum ſit vulgata, tamen in dictis canoniſtarum, male intellectis datur occaſio delinquendi, ita vt hodie pullulent huiuſmodi ſolicitationes, ſeductiones, machinationes & ſubornationes filiarumfamilias, quæ ſunt faciles ad decipiendum, & vt plurimum contra propria commoda laborant, cum de

facili

facili credant. Etiam non eſt præſumendum, quod ius canonicum intendat inducere occaſionem delinquēdi: credo indubie, quod neceſſarium eſſet facere ſtatutum, aut edictū generale in Gallia: quod nemo cuiuſcunque conditionis ſit, audeat, ſeu præſumat deinceps ſolicitare, aut deinceps ſolicitari facere verbis, donis, promiſſionibus, aut alias quouis modo ſeducendo, ſeu ſubornando filias, cuiuſcunque conditionis exiſtant, ante 24. annum, ab eiſdem per verba de præſenti, aut alias promittendum, ſine ſcitu & voluntate parentum ſub pœna perpetui exilii & confiſcationis bonorum: & quod filiæ tales promiſſiones non faciant ſine conſenſu parentū; ſub pœna priuationis dotis, & bonorum parentum. Et intrepide crederem iſtud ſtatutū eſſe validum, per doctrinam Bald. *in l. omnē. C. ad Tertull.* vbi tenet, valere ſtatutum, quod pœnam imponit filiis, contrahentibus matrimonium ſine cōſenſu patris; quoniam hoc caſu tale ſtatutum non vetat ſubſtantiā matrimonii, ſed punit malos mores. Et ſi ſtatutum ſeu cōſuetudo poſſit imponere pœnam rei licitæ, puta matrimonio, ſi ex eo ſequatur illicitum, puta ſeductio, & ſubornatio filiarum, vt dicit Bald. *in rubric. Extra de conſuet.* Ideo multo fortius rei illicitæ, puta ſolicitationi, ſeductioni & ſubornationi, poteſt imponi pœna. Alias ſequeretur, quod ius canonicum (vnde tota æquitas, & fori anima oritur & deſcendit) vellet permittere in periculum animæ, fraudes, dolos, ſolicitationes indebitas, & ſeductiones: & ſic vnde iura naſci deberent, daretur occaſio delinquendi, ſi huic ſtatuto cōtradiceret ius canonicum; Ex quo negari non poteſt, quod quoad primum articulum valebit tale ſtatutum, cum ſit punitiuum malorum & delictorum: ex quo eſt fauorabile, cum interſit Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita. Et de hoc articulo, per quem imponitur pœna contra tales, eſt lex in Hiſpania. Et ita remanebit tale ſtatutum validum, & rationale contra huiuſmodi ſolicitatores, ſeductores & ſubornatores, cum ſolum fiat ad euitandam occaſionem delinquendi, cum ſolicitationes ita puniantur, vt ipſa delicta, vt ante dictum eſt: & ſeductiones & ſubornationes ſint prohibitæ omni iure, etiam diuino: cum ſeducere ſit extra bonos mores trahere; & de iure ciuili ſolicitationes perhibentur, *l. & ſi abducti. C. de plagiar. l. & tuum. ff. de ſeruo corrupt. l. ſi quis filio perſuaſerit. Cod. eod.* Perſuadere enim eſt plus, quam cogi, *l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupt.* Et dicit Salicetus *in l. vnic. fere in fin. C. de raptorib. virg.* quod perſuaſio doloſa ſit pluſquam violenta coactio, & perſuaſio cum donis habetur pro raptu, vt dicit Ang. *in §. 1. per illum text. in Authent. de lenonibus collat. 3.* Et ſequitur Baptiſta de S. Seuerino *in repetit. l. cunctos populos, in 9. char. C. de ſum. trinit. & fide cathol.* Et contra prædictos ſolicitatores, eſt textus multum not. *in l. ſolicitatores. ff. de var. & extraord. cognit. canonizatus, in ca. ſolicitatores. de pœnitent. diſtinct. 1.* dixi *in conſuetudin. Ducat. Burgund. in rubr. Des iuſtices. in gl. des droits. num. 56.*

De ſecundo articulo, quod filia non poſſit aliquid petere, eſt iuridicum & rationabile, vt dicit Io. Lupus *in repet. ca. per veſtras. de don. inter virum & vxor. fol. 87. & 88.* vbi diſputat de tali lege, quæ etiam viget in regno Caſtellæ, vbi habetur lex, quod ſi filia contraxerit matrimonium ſine conſenſu patris & matris, nihil ex bonis parentum poſſit habere, & iſta eſt conſuetudo in Ducatu Borbonii, vt ſcribitur *in libro conſuetudinario illius patriæ. tit. Des ſucceſſions. artic. 312.* & in patria Auerniæ *tit. eod. Des ſucceſſions. art. 36. in libro conſuetudinum illius.* Et dicit Petr. de Ancho. *conſil. 20.* quod valet tale ſtatutum, imponēs pœnam amiſſionis dotis mulieri, nubenti viro indigno ſine conſenſu patris. Nam, vt dicit, per hoc patrem offendit, & famam eius lædit. Et videtur hæc iuſta cauſa exhæredationis, *l. non tantum. §. emancipatus. ff. de bonor. poſſ. contra tab.* Facit *§. cauſas, in fin. iuncta gloſ. in verb. bon. vſque ad 25. in Auth. vt cum de appellat. cognoſcitur. collat. 8.* Ex hoc enim pater magna afficitur iniuria, vt dicit Salicet. *in l. 3. C. de adulteriis.* Et prædicta lex fuit à multis Regibus Caſtellæ facta: quos Ioan. Lupus *in d. loco. fol. 89.* recitat. Et, vt dicit, leges prædi-

Digitized by Google

ctas nemo ſanæ mētis iniuſtas dicet, cum per eas, ſi obſeruentur, diſſenſionum & inimicitiarum tollatur materia, litiumq; & iurgiorũ adimatur occaſio, parētibus ac filiabus optime conſulatur. Et, vt ait, ne naturæ, & parentum votum fruſtretur, quando imbecillis ac fragilis filia, iniqui peruerſiq; hominis dolis & ſuaſionibus aſſentiret, parētes cognatoſq; iniuria afficeret; iuſtum, æquum, & ſanctum fuit, & eſt, has & ſimiles condere leges, quibus hominum, & nonnunquam famulorum nequitia reprimitur, qui non verentur, ſub coniugii velamine, innocētes decipere filias; qualis exinde dolor, qualiſque animi commotio parentibus euentura ſit, iudicet qui filias habet. Vnde & idem Io. Lupus ait, cōtra tales facinoroſos, Rex Alphonſus inſurgens, grauiſſimis pœnis ſubdendos iuſſit, & ibi legem ſcribit verbis ſuis vulgaribus.

Redeundo ergo ad propoſitum, vnde digreſſi ſumus, dico etiam, quod honeſtas requiratur in voto, *cap. magna. §. Et quidem tria præcipue duximus in hoc negotio attendenda, quid liceat ſecundum æquitatem. quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum vtilitatem. Extra de vo. & vo. redempt.* Item etiam in iureiurādo *c. de forma. 22. quaſt. 5.* Et hoc in iuramento fidelitatis; prout etiam recitatur *in tit. de forma fidelitat. in vſibus feudor.* facit *c. vnuſquiſque 22. quaſt. 4.* Et etiam in alio iuramento *c. quemadmodum. Extra de iureiur.* Honeſtus enim modus in omnibus obſeruandus eſt, non immoderata cuiuſque luxuria ſubſequenda, vt dicit text. *in l. ex damni. in princip. ff. de damn. infect.* & grauis iniuria videtur, quæ inani honeſtatis colore velatur. Eſt enim honeſtas omni cōmodo pecuniario præferenda, *l. miles. §. ſocer.* ibi. *quare non inique. ff. ad leg. Iul. de adult.* tex. notabilis *in l. reprehendenda. Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Dixi ample ſupra *in 1. part. in 2. conſid.* vbi commendaui honorem & honeſtatem, quæ pari paſſu ambulant cum vita. Et cum, vt ante dictum eſt, non tantum conſideretur iuſtitia, quantum honeſtas, *dict. ca. porro. 33. quaſt. 2.* Et dicit Ioan. de Turrecrem. *in c. 1. §. præterea.* cum quo legit *d. c. erit autem lex honeſta. 4. diſt.* Ideo videtur, quod iſtud præceptum iuris *honeſte viuere*, ſit excellentius eo, quod dicitur, *ius ſuum vnicuiq; tribuere.*

Secundus angulus turris Bal. continet ſecundum præceptum iuris, quod eſt, *alterum non lædere*, & ideo quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: vt *in princ. decreti* notatur, vbi text. dicit: *Hoc eſt enim lex Prophetæ, æquiſſimum exemplum viſum eſt, creditorem ita agere rem debuoris, vt ſuã ageret.* Et vt dicit Hier. ad Celantiam, & allegat Guil. Rouille *in ſuo compendio iuſtitiæ, lib. 1. c. 13.* quod infinitæ ſint partes iuſtitiæ, quas omnes vna breuis ſententia comprehendit, videlicet: *Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.* Facit text. *in c. ponderet, 50. diſt.* Et habetur *Tobiæ 4. & in cap. licet. 45. diſtinct. & in c. dilecti. de maior. & obed.* ideo, vt ibi dicit ipſe le Rouille, Beatus eſt, qui poteſt dicere cum beato Iob: Nulli nocui hominum, iuſte vixi cum omnibus. Puriſſima enim conſcientia canit cum *Pſal. 110. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Et, vt dicit Pyrrh. *poſt ſua commentaria conſuetudinum Aurelianenſ.* Ex hoc præcepto pendēt leges & Prophetarum vaticinia: cum Origenis iudicio, Deus ipſe nihil ſit, niſi viuens Iuſtitia. Hæc autem vera germanaq; iuſtitia, quæ nunquam alterum lædit, nunquamque vult lædere, nec ipſe per alium, nec palam, nec clam, neq; quoquo pacto, vt ibi Pyrrhus. Ex cuius dictis & ſupra poſitis, videtur, quod iſtud præceptum ſit excellentius, cum omnes partes ſub ſe comprehēdat. Et ample probat Plato *in ſuo dialogo de Rhetorica*: Maximũ malorum eſt inferre iniuriam; ergo ex contrario maximum bonum eſt alterum non lædere.

Tertius angulus turris Bald. continens tertium præceptum iuris, quod eſt; *ius ſuum vnicuiq; tribuere*; & iſtud debēt habere Principes & Prælati in ſubditos & ſuperiores in inferioribus ſuis, prout dicit idem Bald. *in d. proœm. Gregoriano. in fin.* & eſt iuſtitia ad alterum. Nam ſibi ipſi proprie nemo eſt iniuſtus, ſed dicitur ad alium. Et licet duo præcepta ante poſita, videantur excellentiora, tamen videtur, quod non ſufficiat honeſte viuere, & alte-

Digitized by Google

& alterum non lædere: ſed etiam conuenit alios adiuuare, prout dicit gl. *in verb. ius ſuum. in §. iuris præcepta. Inſtit. de iuſtitia & iur. & in l. iuſtitia. §. 1. in verb. cuiq; ff. eo.* Non enim ſolum nobis nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria vendicat, partem amici: atque vt placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad vſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſa eſſe generatos, vt ipſe inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint. In hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes vtilitates in medium afferre permutatione officiorum, dando, accipiendoque, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines ſocietatem, vt dicit Cicero 1. *Officior.* Nec ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt. *l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. obligat. & ca. non ſatis. 86. diſtinct.* Et de iſta parte iuſtitiæ dixi *in comment. noſtrar. conſuetud. in rubri. Des iuſtices. in gloſſ.* 1. Et ex dictis ſequi videtur, quod iſtud præceptũ, in quo comprehenditur iuſtitia, ſit excellentius aliis, cum iuſtitia proſit ſibi ipſi, omnibus & Reipublicæ: & videtur, quod prima duo præcepta tantum proſint ſibi ipſis, ex qua, ratione maioris vtilitatis, tertium dicitur eſſe excellentius.

TRigeſimaſeptima conſideratio; cum vt habetur *Sapient.* 11. Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuit Deus, ideo videndum eſt primo, de numeris, & quia ſupra *in 10. part. in 49. conſiderat.* vbi locuti ſumus de Arithmetica, ſatis diximus de laude, & excellentia numeri, hic ſolum reſtat videre, quis numerorum ſit excellentior, & perfectior: Textus *in procemio ſexti decretalium* dicit, quod numerus ſenarius ſit perfectus, & ibi gloſſ. quæ ad hoc allegat *ca. vnicum 35. qu.* 4. Et dicit dict. gloſſ. quod ſecundum Arithmeticos, ſint quatuor generationes numerorum. Prima, quæ incipit ab vno, & durat vſque ad decem, & dicitur iſta numerorũ monadicorum, a monos, quod eſt vnum, vt dicit text. *in c. placuit. 2. 17. quæſt.* 1. quia incipit ab vno. Secunda dicitur decadicorum, a decade, quod eſt decem, & durat vſque ad centum. Tertia dicitur centedicorum, & incipit a centum, & durat vſque ad mille. Quarta vero milledicorum, a mille incipiens, & durans vſque in infinitum.

Et ex his quatuor generibus numerorum eſt reperire alios perfectos, paucos tamen, alios imperfectos; Ex imperfectis eſt reperire alios diminutos, alios abundantes: Numerus perfectus eſt, qui conſtat, vel reſultat præciſe ex omnibus ſuis partibus aliquoties ſimul aggregatis. Et, vt dicit gloſſ. eſt ſciendum, quæ ſint partes aliquotæ: & dicuntur, quæ aliquotiens ſumptæ de per ſe, reddunt ſuum totum præciſe, id eſt, non plus, nec minus, vt in numero ſenario, qui eſt primus numerus perfectorum, & ſolus inter monadicos perfectus. Nam ſex vicibus vnum ſumendo, & aggregando ſex ſunt, ter duo ſex faciunt, bis tria ſex ſunt, & abinde nõ ſunt partes aliquotæ: quia quatuor aliquoties ſumptum, faceret octo, vel plus.

Ex his infert, quod omnes partes aliquotæ ſint hæ, vnum, duo, tria. Sed vnum, duo, tria, faciunt ſex, ergo ſenarius numerus eſt perfectus, ſecundum diffinitionem numeri perfecti, quæ eſt Io. And. *in prædicto loco.* Exemplificat idem ibi, & in genere decadicorum, in quo, vt dicit, eſt alius numerus perfectus, & ſolus, ſcilicet 28. tolle partes, ſcilicet dimidiã. & circa *l. nomen. §. portionis. ff. de verb. ſignific.* quia vltra dimidiam nõ eſſet reperire aliquotas. Nam 14. eſt pars aliquota, quia bis ſumptum facit 28. 13. 12. 11. 10. 9. 8. non ſunt partes aliquotæ de 28. quia aliquotiens ſumptæ, non inferunt præciſe ſuum totum, ſed plus, vel minus. Nam 13. bis ſumptum facit 26. ter ſumptum, facit 39. & ſic plus, vel minus, & ſic de ſingulis 7. vero eſt pars aliquota, quia quater ſumpta infert ſuum totum, ſcilicet 28. 6. & 5. non ſunt partes aliquotæ. 4. vero eſt pars aliquota, quia ſepties ſumptum, infert ſuum totum. Tria non eſt pars aliquota, ſed duo, & vnum ſunt bene partes aliquotæ, quia 14. vicibus duo ſumptum, facit 28. & 28. vicibus vnum, facit 28. Ex prædictis etiam infert idem Ioan. Andr. quod omnes partes aliquotæ de 28. ſunt 14. 7. 4. 2. 1. quia ex his aliquotis ſimul aggregatis reſul-

reſultat præciſe totum, ergo ſecundum diffinitionem præcedentem 28. eſt numerus perfectus, ita de aliis numeris perfectis dicendũ eſt: Hæc ille, *vbi ſupra.*

Pythagoras dicit in numeris maximam eſſe vim, in cosq; referenda omnia, ſyderũ ambitus, & animalium productiones, duo item feciſſe principia, definitam vnitatem, alterũ appellãdo, reliquum indefinitã dualitatem; ſed illam bonorum, hanc malorum exordiũ, & cauſam eſſe dicebat. Vnitatis ſiquidem natura inſita circumferentiæ, aëri temperiem animis virtutem, ſanitatem corporibus, domibus & Ciuitatibus pacem, & animorum gignit conſpiratum, hoc eſt, vnanimitatem & tranquillitatẽ: At dualitas diuerſa omnia, aëri hyemem contribuit, animis malitiam, ægritudines corporibus, ciuitatibus ſeditiones, & domibus inſidias, inducit: hæc ait Cælius *lib. 12. antiq. lect. cap. 7.* Vbi dicit, quod omne malum ex diſparili oriatur voluntate. Addo de vnanimitate, quod dicit Cicero *lib. 2. Offic.* magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum, atq; conſenſu. Hinc ex conſequentibus numeris, parem quidem demonſtrauit indignum, ac deficientem, atque imperfectum, imparem vero plenum, ac perfectum. Etenim pari permixtus vim ſuã ſeruat perpetuo, conduplicatus vero eundem gignit: ita vt fœcundus ſit, habeatque principii vim, diuiſionis ipſe neſcius, vnitate ſemper in eodem redundante: Par vero imparẽ nunquam producit, neque eſt indiuiſibilis. Et ideo Homerus, vnitatis naturam in boni quidem portione conſtituit, in mali vero dualitatem; & ſuperius imparia ſemper conſtituit, vulgari prouerbio vtimur; quo etiam vſus eſt Poëta in Bucolic. vbi ſic ait:

Numero Deus impare gaudet.

Inferis vero paria.

Carolus Bouillus *in quadam Epiſt. ad Dom. Ioan. Ganaiũ* quærebat, qui fiat, quod Arithmetici parem numerum in fœminam, imparem vero in maſculum figurent: & adducit quatuor rationes, ex quibus dicit imparem numerum præſtantiorem eſſe. Prima, quia quod vicinius & ſimilius eſt ſuo principio, id præclarius eſt: eo, quod ſuo fonti diſſimilis, aut ab eodem ſemotius. Atqui impar numerus ſimilior, viciniorque eſt monadi, omniũ numerorum fonti, quandoquidem à monade imparium inchoari ſeries dictitatur; Par vero numerus adiũctus eſt, diſcluſusq; a monade, primatum habens in dyade. Eſt itaque impar parte præſtantior, merito vt maſculus, & forma, par vero, vt fœmina & materia. Secunda ratio, quod magis vnum eſt, illi præſtat, quod eſt minus vnum. Impar autem numerus eſt numero pari magis vnus; Nempe monas imparium princeps eſt, maxime vna, & ex toto inſectibilis. Omnis vero alius impar, æquas partitiones reſpuit, quæ tamen cunctis paribus accommodantur. Eſt itaque impar (vtpote magis vnum) pare præſtatius. Alia & tertia ratio, omne medium extremis probatur nobilius. Impar autem paris eſt medium; Par vero imparis extremum: Ratio quippe medii, ratio eſt vnitatis, at extremi nomen qualitatis eſt nomen. In cunctis enim ordinibus deprehendimus vnicum eſſe medium, extrema vero duo, aut plura, mediũ ipſum, vallantia, & circa illud collocata, præcedit: Igitur impar parem, ſicut & monas dyadem, & medietas extremitatem ſuperat. Quarta ratio, cum imparitatem voces monadem, paritatem vero dixerit eſſe dyadem, liquet imparitatem in tantum præſtare paritati, quantum dyas ſuperatur a monade. Sicut enim præſtat medium eſſe per ſe ſine extremis, quam extrema per ſe ſine medio, ita præſtantior eſt ſimplex imparitas ſine paritate, quam ſimplex paritas ſine imparitate. Eſt autem monas per ſe, vt medium ſine extremis, ſiue vt medietas, & imparitas ſine extremitate atque paritate: dyas vero eſt, vt extremum ſine medio, vt ve paritas, & extremitas ſine imparitate & medietate. Sicut conſtat præſtare actum eſſe ſine potentia, quã potentiam ſine actu, vnum eſſe ſine duobus, quam duo ſine vno, formam ſine materia, quã materiam ſine forma: virum ſine muliere, quã mulierem ſine viro: intellectum ſine ſenſu, quã ſenſum ſine intellectu: perfectum ſine imperfecto, quam imperfectum ſine perfecto.

cto. Et ibi vide quomodo diffiniat monadem, dyadem, & triadem: & dicit, quod trias ſit primus perfectus numerus, hoc eſt, primus, in quo omnis natura relucet, tam medii, quam extremi, tam paritatis, quam imparitatis: ſed non eſt paritas, nec forma, nec materia, ſed neutra, vt ibi comprobatur; ſed eſt totus integer perfectus, tam medii, quam extremorũ naturam vnice complectens. Ex his infert, quicquid in numeris eſt, trinum eſt: nam aut imparitas, aut paritas, aut neutrum eſt, ex ambabus totum, ſiue monas, dyas, trias: quicquid enim eſt poſt triadem priorum eſt reſumptio numerorum, quemadmodum nihil etiam Philoſophi in rebus nouere, præter tria, actum, potentiam, totum; formam, materiam, totum. Sed cum actus ante potentiam perſeueret infœcundus, & potentia pariter, priuſquam illi commiſceatur actus, nulli par ſteriliſque eſſe dignoſcatur; Liquet primum partum oriri ex amborum copula, hoc eſt, ex triade, quæ monadis ad dyadis eſt vinculum. Cum itaque quaternitas ſit primus poſt triadem numerus, manifeſtum eſt, his tribus, monade, dyade, ac triade, ſolam ſuper ſubſtantialẽ dignitatem eſſe metiendam: quaternitate vero primum Dei partum, primamve creaturam, haud incongrue nobis pateſcere. In monade primus actus in eſſe procedit, in dyade potentia in eſſe ſtabilitur. In triade vero fit amborum congreſſio. In tetrade porro, & omni deinceps numero cunctus eorum partus ac fœtus liquido deſignantur.

At idem Bouillus *in Epiſtola ſequent.* inſtat pro numero pare. Primo ſic; Is numerus potior eſt, qui & origine antiquior, ſed numerus par eſt huiuſmodi.

Secundo ſic inſtat & obiicit contra prædicta: Æqualitas eſt inæqualitate præſtantior, par autem numerus æqualitate, impar vero inæqualitate diffinitur. Igitur, &c.

Tertio, ſic opponit; Socialitas præſtantior eſt ſolitudine, paritas autem ſocialitas quædam eſt, & parium æqualiumque vnitarum mutua præſtantia, quod accidit in dyade, imparitas vero quædã eſt ſolitudo, quam ſocialis amor à cunctis rebus expellit. Igitur, &c. Et ad prædictas tres inſtantias idem ibi luculentiſſime & philoſophice reſpondet; & in fine concludit, quod impar numerus ſit præſtantior pare. Et facit; quia *in c. nuptiæ. 32. queſt. 1.* dicit textus, quod impar numerus ſit mundus, par vero immundus. Cælius *lib. 12. cap. 9. in princ.* vltra dicit, monadem numerorum eſſe patrem, dyada vero matrem, proinde inter numeros præſtare, qui monadi præcipue aſſimilentur. Ex ſupra deſcriptis iam poteſt ſciri, quomodo laudandus ſit numerus ternarius, de quo amplius infra eodem.

De laude vero quaternarii numeri ponit idem Cælius *eodem lib. 12. cap. 9.* de quo *in c. non debet. Extra de conſang. & affin.* vbi dicitur, quod prohibitio coniugii corporalis, ſeu copulæ coniugalis, quarum conſanguinitatis & affinitatis gradum non excedat, cui prohibitioni dictus numerus quaternarius bene congruit; quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis, vt ibi, *& in c. in quadam in fin. de celebrat. miſſ. & in cap. 1. diſtinct. 15.* Et ſicut annus per quatuor voluitur tempora, ſic & quaternum ſolemne agimus ieiunium per quatuor anni tempora, vt *in ca. 2. diſtinct. 72.* Accurſ. *in gloſſ. 1. in l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcid.* Ponit tantum quatuor ætates hominis, ſcilicet pubertatem, adoleſcentiam, iuuentutem & ſenectutem, ſeu ſenium.

De laude vero quinarii, vide per eundem Cælium *vbi ſupra cap. 10.*

De ſenario vero dixi hic ante aliquid, & *in gloſſ. in proœmio ſexti. in verbo, perfectus.* eum extollit; ex eo, quia ſex ſunt hominis ætates, & ſex mundi generationes, vt patet *in d. gloſſ.* & de iſto numero Cælius loquitur *in d. lib. 17. c. 11.*

De ſeptenario & eius poteſtate, quæ eſt multiplex, idem Cæl. *ibi, cap. 12. & lib. 2. c. 56.* & gl. *in verb. ſenarium. in dict. proœmio ſexti.* quæ dicit, eum eſſe perfectum, allegans ad hoc gloſſ. *1. in fin. in ſumma, de pœn. diſtinct. 1.* Sed quod intelligitur ibi perfectus: hoc eſt, multis ſimilibus approbatis in quantitate

 nume-

Digitized by Google

proprolectat bonum; ad intellectum Venus, in quo radians pernoſcitur pulchritudo prima. Ad animam vero prouocat Apollo, cuius eſt harmonia peculiaris. Hinc Regem illum vniuerſorum bonum, pulchrum, iuſtum, quod ſæpius à Platone ſignificatur, poſſumus nuncupare, bonum, inquam, dum creationem obit, vbi allicit pulchrum. At iuſtum, quatenus pro cuiuſque meritis perfectionem elargitur. Pythagoricos item Plutarchus ſcribit, vnitatem ſolitos Apollinem nuncupare; Dyada vero litem & audaciam; Triada autem iuſtitiam. Cum enim iniuriæ illatio aut perpeſſio per defectum obueniat, aut exceſſum, inſeritur iis iuſtum ad æqualitatem retrahens. Sed illud multo grauius, Principem Deum tribus coli, adoratione, thuris ſacrificio, & hymnis, & id vtrique ter, ex totidem hemiſphærii punctis, mane, veſpere, meridie. Proinde legibus ſanciri notum eſt, ortum ab adorantibus ſpectandum, quod eſt Pythagoricis obſeruatum, nec ſpreuit Chriſtiana religio, vt ſupra *iſta part.* dixi *in 13. conſider.* in qua de quatuor partibus terræ fit mentio. Trimegiſtus ad Meridiem conuerſus, ad ipſum obibat, Moyſes, Iudæique ad occidua: ratio inde promi poteſt, quod ab Oriente motus eſt diurnus; at Planetæ, quos doctrina Ptolemæi ſtatuit eſſe velut cœleſtium ſignorum animas, ab occaſu vertiginis ſumunt initia: ſed viuificum lumen à Meridie per circuli redit obliquitatem. Adoratio reuerentiæ cultum exhibet, thus ſitauiſſimæ cognitionis diuinæ diſtributionem complectitur, hymnorum ſuauitas cœlorum refert concentum, vt Pythagorici ſentiunt. Nec tacuit Mercurius, vel ſubſtantiarũ harmoniam ſeparatarum in laude illectuali, vt Peripatetici. Et inter hæc tria, de adorationis præſtantia ſcribit idem Cælius *lib. 4. c. 25.* vbi religioſiſſime eam commendat. Cum vero quæpiam adnotata comperi de ſupplicum moribus, hic tranſponere curaui. Cælius enim *libro antiquarum lect. 8. cap. 39. in fine*, de iis ait: Ad ſupplicantium ritum ſpectant, quæ in Græcorum commentariis obſeruata nobis ſunt: Veteribus, inquiunt, diu receptiſſimi fuit moris, vt ſupplicantes caput, dextram, genua eius, cui ſe ingererent ſupplices, contingerent, non tamen totum caput, ſed mentum modo, vt ſtatuere videtur Homerus, vel barbæ meditulliũ, quod probat Euripides. Id vero; quia ſit in nobis pars ea principalis, vt in qua rationalis collocetur potentia, dextra vero, quoniam inibi maxima inſit ad agendum facultas; genu, propter motus & progreſſionis neceſſitatem. Tria vero hæc, ſymbolice conſenſum, actionem, progreſſum, ad ea, quæ peterentur, præſtanda, complecti videntur, & velut auguria ſunt ſupplicandi apud Perſas, quæ omitto.

Refert Aulus Gellius *noctium Atticarum libr. 13. cap. 11.* quod numerus conuiuarum incipere debeat à gratiarum numero, hoc eſt, à tribus, & progredi ad Muſarum, id eſt, ad nouem, vt cum pauciſſimi conuiuæ ſunt, non pauciores ſint, quam tres, cum plurimi, non plures, quam nouem.

TRigeſimaoctaua conſideratio ſit de tribtemporibus, præterito, ſcilicet, præſenti & futuro, quod ſit excellentius. Nam, vt dicit gloſſ. *in proœm. Inſtitutionum. §. 1. in gloſſ. prouidentia*, triplex eſt hominis ſtatus: Memoria præteritorum, ſcientia præſentiũ, & prouidentia futurorum. Vnde Seneca *lib. de formula honeſtæ vitæ*, ait: Si prudens eſt animus, tribus diſpenſari debet temporib. præſentia ordinando, futura prouidendo, & præterita recordando. Nam qui nihil de præterito cogitat, perdet vitam: qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. Ideo in animo noſtro futura mala & bona proponi dicuntur, vt illa ſuſtinere poſſimus, & iſta moderare. A præterito vero nulla eſt potentia, cum factum non poſſit non eſſe factum, *l. in bello. §. facta. ff. de capt. & poſtlim. reuerſis.* Et hoc ſolo priuatur Deus; quia non poteſt facere præterita non fuiſſe, glo. *in verbo, reſtitutæ in l. vnica. C. de rapt. virg. n.* vbi refert dictum Auguſtini, ita dicentis: Sed corrupte allegat; quia eſt dictum Hieronymi, ſecundum text. quem allegat ad hoc *in cap. ſi Paul. 32. q. 5.* vbi dicit: *Audacter dicam, cum*

omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam. Et ita dicit text. *in d. l. vnic.* quia virginitas vel caſtitas corrupta reſtitui non poteſt. De præſenti autem nō habemus, niſi *Nunc*, vt dicunt Philoſophi. Ideo videtur, quod futurum ſit excellentius, quoad viuentes: ſed cum nihil ſit incertius eo; cum nihil ſit incertius hora mortis, *l. 1. ff. de cond. & demonſt.* Et etiam ſcribitur *Matth. 24. Marc. 13.* & *Luc. 12. Dico igitur vobis, vigilate; quia neſcitis diem neque horam.* Imo futura ſunt incerta apud hominem, *l. ſed & ſi reſtituatur. §. fin. ff. de iudiciis.* Faciunt, quæ ſcribuntur *Eccleſ.* 8. 9. & 10. Ideo videtur non eſſe conſiderandum, nec ita extollendum, ſicut præſens, vel præteritum, quod eſt certum, *l. quia præſens. ff. ſi certum petatur.* Et dicit text. *in cap. ſi quis autem. de pœn. diſtinct. 7. Tene certum, & dimitte incertum.* Et pro incertis à certis recedendum non eſt, *c. fin. 30. quæſt. 5. l. continuus. §. ſi pater. in fin. ff. ad Trebell. l. adoptiuus. §. contra. in fin. ff. de ritu nuptiar.* Et in incertis locus eſt coniecturis, *c. ad audientiam. Extra de homicid. l. continuus. §. 1 ff. de verbor. oblig.* Et inter omnia ea, quæ ſunt de præſenti, ideo excedere videntur omnes res huius mundi: ſed illud tempus præſens labori impendendum eſt, & ad bonum, iuxta illud Pauli *ad Galatas 6.* Dum tempus habemus, operemur bonum. Dicit tamen Lucas de Penn. *in l. 1. Cod. de agricol. & cenſit. libr. 11.* quod inter cætera memoria rerum geſtarum perutilis ſit, multitudinem enim ſcientiæ deſiderat, qui ſcit præterita, *Sapient. 7.* Et in aliis negotiis, quæ ingenio exercentur, inprimis magno vſu eſt memoria geſtarum rerum, vt ait Saluſtius *in prologo belli Iugurthini.* Nec diſpar ædificatio oritur ex memoria virtutum, vt ait Gregor. 1. *Dialogor.* De his vide Senecam, in loco ante allegato, recitatum per eundem Lucam de Penna *in l. 1. C. de conditis in publicis horreis, libr. 10.* Ad hæc enim tria potiſſimum vita ſapientis eſt dirigenda: vnde Bernardus:

Per tria tempora ſe diſpenſet mens ſapientis:
Præteritum, præſens, poſteriuſq́; ſequens.
Præteriti recolens, quæ ſunt ventura videto.
Quæ præſentia ſunt, cum ratione gere.
Perdit enim vitam, qui negligit anteriora.
Spernens ventura, captus vbiq; ruit.

Nam tela præuiſa minus lædunt. Si hic ſpecialiter deſcribere vellem omnes excellentias præteriti temporis, quæ antea factæ fuerunt, non ſufficerent decem volumina: ſed, quoniam omnia tendunt ad finem æternæ beatitudinis, quæ eſt futuri temporis, cum omnia excellat, vt dicit Petrus venerabilis *in ſuis Epiſtolis*, ideo nihil eſt laudabilius: cum tali tempore, vt habetur *Apocalypſeos* 21. Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra; quia prima abierunt: ideo merito pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius, beatarum animarum dotes erunt pro fide, viſio Dei clara; quoniam ſecundum Ioan. 1. *Epiſtol. 5.* videbimus eum, ſicuti eſt. De qua excellentia gloriæ viſionis Dei, dixi ſupra *hac parte, in 2. conſideratione.* Pro ſpe, recta tentio; quoniam, vt habetur *Sapient.* 3. Tunc ſpes illorum immortalitate plena eſt: pro imperfecta dilectione Dei & proximi, inerit feruentiſſima, de quo *Sapient. 5.* Ecce computati ſunt inter filios Dei. Dotes vero beatorum corporum erunt quatuor, de quibus Apoſtolus 1. *ad Corinth.* 15. Quæ non potuerunt eſſe de tempore præterito, nec poſſunt eſſe de præſenti; quoniam, vt habetur *Eſaia 64. & 1. ad Corinth. 2.* Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Hinc Plato *in Phœdone*, multa de excellentia beatitudinis futuræ, quæ erit in patria cœleſti, & Ariſtoteles, quos recitat Campegius *in tractatu de vita ſupercœleſti*, vbi ample vide, de beatorum & cœleſtis patriæ gloria & beatitudine.

TRigeſimanona conſideratio erit de annis; cum habeamus plures annos, vt dixi *in comment. noſtris ſuper conſuetu. Ducat. Burgund. in §. 8. in gloſſ. dedans l'an. tit. Des iuſtices.* de quibus ibi vide; quia non tranſporto. Licet ibi fiat mentio de anno fœlice, de quo habetur *in l. vnica. Cod. de oblat. votor. libr. 12.* Et

dicitur

Digitized by Google

dicitur annus fertilis, & abudans, quo anno debent fieri dona, & oblatiões Principi. Alius eſt annus magnus, de eo habetur *in hiſt. ſchol. in c. cœpit Noe in fin.* Aus eſt annus iubilæus, de quo habetur per At. Flor. *in 1. par. ſuæ ſum. tit. 10. cap. 3. §. fin.* vbi e eo. Et iſte videtur excellentior, propter eius vtilitates, de quibus ibi, & per Io. de Turrecr. *i c. quis aliquando. §. ite in Leuitico. de pœn. diſt.* Sed videtur, quod annus natiuitatis Chriſti ſit excellentior, qui ſit tranſactus vſque nunab initio mundi; cũ dicatur annus gratiæ. Et & alius annus magnus & maximus, de qu Cenſorinus *in libello ſuo, de die Natali. c. 15.* Item eſt & annus vertẽs, vt per eundem ibi, *c. 16. & in ca. ſeq.* fit mentio de annis Romanis. Sut & alii anni, de quib. per Luc. de Penn. *in l. ne ex pratoriano in 2. col. C. de executor. & exactrib. li. 12.* vbi dicit, quod ſit annus naturalis, de quo dixi *in dictis comm.* Vſualis, qui eſt à Ianuario vſque ad ſequentẽ Ianuarium, & hoc apud Latinos; eò, quia Ianuarius dicitur à ianu anni, *c. ieiunium. 2. 77. diſt.* vt dicit idem Luc. de Pen. *in l. placuit. C. de coll. fundor. patrimonial. li. 11.* & dicam, *in conſid. ſeq.* Legitimus eſt, ab Aprili vſque ad alium Aprilem, ſecundum luiationes, & hoc apud Hebræos & Græcos, *ac. ieiunium.* Ceremonialis eſt de feſto ad feſtum, & hoc apud omnes gẽtes, *de conſecr. diſt. 3. c. 1. & in d. l. ex pratoriano.* Idem Lucas ponit quomodo annus à diuerſis diuerſam ſumat inceptionem. & licet Chriſtiani ab incarnatione Chriſti computẽt annos Chriſti, vt patet in text. *cap. 1. in prin. 23. diſt.* & iſta computatio ita ſit facienda, vt not. Archid. *in c. 1. in prin. de relig. domib. li. 6.* Tamẽ in aliquibus regionibus à natiuitate computantur, vt in Romana curia, vt *in deciſ. Rota, deciſ. 50. in nouis.* Sed nota perpetuo, quod ſecũdum curſum Franciæ, Angliæ, annus incarnationis non incipiat poſt annũ natiuitatis, ſicut ſecundum curſum Romanæ curiæ; ſed poſt annum reſurrectionis Chriſti: & hoc voluit dicere deciſio dominorum de Rota, *nu. 118. in nouis.* Et de annorum calculatione, diuerſitate, & diuiſione, optime tractat Phil. Bergomas, *in ſuppl. Chron. lib. 8.* & qui primi conſtituerint annum, & quod alii alium habeant, & quis inuenerit hunc annum, quo vtimur, aut menſes; de his vide Polydorum *de rerum inuentor. lib. 2. cap. 4.*

QVadrageſima conſideratio erit de quatuor temporibus anni, ſc. vere, æſtate, autumno, & hyeme, & quod iſtorum præcellat. Primo gl. *in l. 1. §. æſtatem. in verb. autumn. ff. de aqua quotid. & æſtiu.* dicit, quod quatuor ſint anni tempora. Hyems, quę incipit medio Nouembris, & durat tribus menſibus; Finita hyeme incipit ver, & durat tantundem, ſimili cõputatione habita; Poſtea æſtas, quæ ſimiliter computatur; Poſtea autumnus. Et vltra dicta glo. (ſed hoc generalius) dicit ſecundum textũ ibi, quod quandoque annus dicatur habere duo tempora, ſc. hyemem, & æſtatem: & durat quodlibet tempus ſenis menſibus. Et incipit æſtas ab æquinoctio vernali, & finitur æquinoctio autumnali, & hyems aliis ſenis menſibus, & facit etiam tex. *in l. 1. §. æſtas. ff. ne quid in flum. publ. vbi etiam glo. in verbo, refertur.* idem refert; ſed vltra addit, quod æquinoctium autumnale ſit in nocte S. Matthæi, & ſic decimo die, exeunte Septembri. Sed vernale, decimo die, exeunte Martio. Et, vt ibidem dicitur, æquinoctium vocatur, quia dies & noctes coæquantur, quod bis in anno contingit, ſcilic. in autumno & vere. Et quando incipiãt hæ quatuor partes anni, ex verſibus ſequentibus videri poteſt:

> *Dat Clemens hyemem, dat Petrus, ver, cathedratus,*
> *Æſtuat Vrbanus, autumnat Bartholomæus.*

Cælius *li. antiq. lect. 16. c. 37.* dicit: ver eſſe tẽperatum & ſaluberrimum; ſed autumnus acutiſſimos morbos & exitioſiſſimos, quia in ipſammet temporis vim, & naturam agit, importat: ſiquidem ver maxime temperatũ, modificatumque eſt; Per autumnum vero, primũ quidem eadem die modo frigus, modo æſtas antepollet; tum autem inſequitur æſtatem, in qua plerunque ſucci torrentur, interdum vires debiles extiterunt: Porro non ob id ſolum noxius autumnus cenſetur, verumetiã quod antea euocati ad cutem, reflatique ſucci, per autumnum, ab aeris circumfluentis frigidi-

tate in profundum ſubintrant, coguntur que; ſed hæc cunctis hominibus indifferenter eueniunt; at iis, qui non recte victitant, neque cupiditatum dulces inſidias, reliquaſque omnes exuunt paſſiones, ceu corollarium obuenit ex fructibus detrimentum, quorũ proludio guſtandorum pellecti, quibuſq; large ingeſtis, malis ſuccis implentur. Cæterũ cum eiuſmodi fere cenſeatur autumnus, tabidis tamen officit potiſſimum: hoc Hippocratis corroboratur ſententia: *Autumnus*, inquit, *tabidis malus eſt*. Quod ideo putatur dictum, quoniam hoc morbo affecti, imperfectum, nudumq; præſidiis naturalibus, id eſt, carniũ inuolucro exutum, obtinẽtes corpus, aſſidua iniquitate aeris offenduntur: nam & tabidis ſpiritus vitalis, vireſq; naturales debiles fiũt. Veruntamen de hoc Hippocratis loco ambigunt peritiores, an tabeſcentes eos modò intellexerit, quos tabe prehenſos pulmonis exulceratio infeſtat, an omnes vtcunq; abſumptos, ſeu languidos, ægrotos, & male ſe habentes.

Autumnum tamen dici putat Feſtus, quod tum maxime coactis fructibus, hominum opes augeſcant. Vnde Claudianus in Proſerpinæ raptu:

Hic tibi ſacra datur, fortunatumq́, tenebis
Autumnũ, & fuluis ſemper ditabere pomis.

Etiam excellentia illarum quatuor partium anni conſiderari poteſt, ex æquiparatione, & conuenientia, quæ fit de his ad quatuor elementa: de quibus *in hac parte ſupra, in 12. conſiderat.* Quoniam ver eſt pars calida, & humida, & conuenit cum elemento aeris, & cũ humore ſeu complexione ſanguinis, & ſole ingrediente arietem, incipit ver. Æſtas vero eſt calida, & ſicca, & conuenit cum elemento ignis, & cũ humore, ſeu complexione choleræ, & ſole ingrediente cancrum æſtas incipit. Autumnus eſt frigidus, & ſiccus, & habet conuenientiam cum elemento terræ, & cum complexione Melancholiæ, & incipit, quando ſol ingreditur libram. Hyems vero eſt frigida, & humida, & conuenit cum elemento aquæ, & cum cõplexione, ſeu humore phlegmatico; & eſt, ſole ingrediente capricornũ, vt de prædictis p[er] Archid. Card. & Dominicum *in c. ſtatuimus, 76. diſt.* Ideo ex prædictis, cum aer ſit nobilius elementum & excellẽs, etiam complexio ſanguinis ſit nobilior, vt dixi *in hac par. 65. conſid.* ideo videtur etiam, quod ver ſit nobilior pars anni, & eſt in ſe tempus, temperamento attiens, vt vult Galen. *in lib. de complex.* & de prædictis quatuor temporibus ſcribitur *in li. de regimine ſanitatis, in vltimis verſibus.* & ibi *comment.* magiſtri Arnaldi de Villanoua.

QVadrageſimaprima conſideratio erit de menſibus: qui inter duodecim anni menſes ſit primus, ſeu principalis. Nam vt primus annus Alexandri M. dicitur primus annus regni Macedon, licet ante eum fuerint plures reges in Macedonia; ſed hoc fuit propter facta nobilia Alexandri: ſic etiã primus menſis anni apud Hebræos, Martius dici poteſt, propter exitum eorum de terra Ægypti, in illo menſe: iuxta illud quod habetur *Exod.* 12. Dixit quoq; Dominus ad Moyſem: Menſis iſte vocabitur principium menſium, primus erit in menſib. anni. Et ita dicit Nico. de Lyr. *Gen. 7. verſ. anno ſexcenteſimo vitæ noſtra, menſe ſecundo.* vbi etiã dicit, quod ſecundum Rabi Eliezer, & ſequaces Hebræos, primus anni menſis dicebatur, September, ex quo in menſe illo, ſunt perfectæ arbores in ſuis fructibus, ſicut etiam mundũ fuiſſe creatum in illo menſe dicebant: quia in eo principio, inceperunt anni, & mẽſes: licet Rabi Ioſue, & ſequaces aliter dicerent: & de hoc haberetur *in c. huius obſeruantia vtilitas. 76. diſt.* ſed vt dicunt Bald. *in vſib. feudor. in tit. hic finitur lex, deinde conſuetudines Regni incipiunt. §. his.* & Andr. Siculus *in rubr. de conſtitut. in 1. col.* in menſe Martio, Deus creauit hominem, & dicit Barb. ꝙ pro hoc faciat text. *Gen. 1. cap.* ibi, *& protulit herbam virentem.* & Latini, ſecundum antiquam computationem, incipiebant annum à Martio, vt dicit gloſſ. 1. *in cap. ordinationes. 75 diſtinct.* & gloſſ. 1. *in verſi. certam diem in clem. vnica de reliq. & vener. ſanctor. § licet igitur.*

Vnde autem Menſes nomina ſumpſerint, ſcribit Io. Laziardus *in ſuo epit. hiſto. vniuerſal. li. 1. c.*

ti.2.c.39. & Cenſor. *in ſuo libello. de die natal. cap.*18. vbi etiam ponit menſium duo eſſe genera; nam alii ſunt naturales, alii ciuiles; Naturaliũ autem partim Lunę eſſe dicuntur; Secundum Solem fit menſis, dum Sol vnumquodq; in zodiaco orbe ſignũ percurrit; Lunaris autem, eſt temporis quoddam ſpaciũ, à noua Luna. Ciuiles menſes ſunt numeri quidam dierum, quos vnaquæque ciuitas in inſtituto obſeruat: vt nũc Roma à cal. in calen.

Naturales, & antiquiores, & omnium gẽtium communes ſunt; Ciuiles verò poſterius inſtituti, ad vnamquamq; pertinent ciuitatẽ: qui ſunt cœleſtes, ſeu Solis, ſeu Lunę, nec peræque inter ſe pares ſunt, nec dies habent totos; quippe Sol in Aquario moratur dies circiter vnde 30. in piſce fere 30. in ariete 31. In geminis prope 32. & ſic in cæteris inæquabiliter: ſed vſq; adeo, non totos dies in ſingulis, vt annum ſuum, id eſt, 355. dies & portionẽ, neſcio quam; adhuc Aſtrologis inexploratã in 12. ſuos diuidat menſes; Luna autem ſingulos ſuos menſes conficit diebus vnde triginta circiter, & dimidiato. Sed & hos inter ſe diſpares, alios longiores, alios breuiores.

At ciuitatum menſes, magis numero dierum inter ſe diſcrepant; ſed dies vbiq; habebant totos. Apud Albanos, Martius eſt ſex & triginta, Maius duodecim, Sextilis, hoc eſt, Auguſtus, duo de triginta, September ſexdecim dierum, Quintilis, id eſt, Iulius, dies habet triginta ſex. October 32. idem October apud Aricinos 39. Minime videtur erraſſe, qui ad Lunæ curſum menſes ciuiles accõmodarunt, vt in Græcia pleraque, apud quos alterni mẽſes ad 30. dies ſunt facti. Maiores quoq; noſtri idem ſunt æmulati, cum annum dierũ 360. haberent: ſed Iulius Cæſar, cum videret hac ratione, nec ad Lunam menſes, vt oportebat, neq; annum ad Solem conuenire, maluit annum corrigere: & ſic etiam menſes, vel cum veris illis ſolatibus, & ſi non ſinguli, tamen vniuerſi ad anni finem neceſſario concurrent. Hæc Cenſorinus, *vbi ſupra.*

QVadrageſimaſecunda conſideratio erit de diebus. Vnde de hiš vide, quæ dixi *in comment. noſtr. ſuper conſuet. Ducat. Burgund. in tit. des iuſtices. §. 8. in gl. in verb. & iour.* Sed, vt ait Cenſorinus *in die natali, cap.* 19. Dierum quidam ſunt naturales, & alii ciuiles. Naturalis nempe dies, eſt tempus ab exoriente ſole, ad ſolis occaſum, cuius contrarium tempus eſt nox, ab occaſu ſolis ad ortum. Ciuilis autem dies vocatur tẽpus, quod fit vno cœli circumactu, quo dies verus, & nox continetur; Huiuſmodi dies ab Aſtrologis & ciuitatibus quatuor modis diffinitur. Babylonii quidem à ſolis exortu, ad exortum eiuſdem, diẽ ſtatuerunt: at in Vmbria plerique & Arabes, à meridie ad meridiem: Athenienſes autem ab occaſu ſolis ad occaſum: cæterum Romani (vt & in tota Francia obſeruatur) à media nocte ad mediam noctem, diem eſſe exiſtimauerunt, *vt in l. more Romano. & ibi notat gl. ff. de feriis. vt in c. conſuluit. §. penult. ff. de off. delegat.* vbi dicit tex. quod ſecundum cõſuetudines & cõſtitutiones legitimas, more Romano, dies à medietate noctis incipiat, & in medio noctis deſinat ſubſequentis. In horas 12. diuiſum eſſe diem, noctemq; in totidem, vulgo notum eſt. In his horis quatuor & viginti, qui naſcuntur, eundem diem habẽt natalem. Sed hoc, ſcilicet, dictam diuiſionem diei, credit Cenſorinus Romæ, poſt reperta ſolaria, obſeruatum. Quorum antiquiſſimũ quod fuerit inuentum, difficile eſt. Alii enim apud eundem, Quirini primum ſtatutum dicunt; alii in Capitolio, nonnulli ad ædem Dianæ in Auentino. Illud tamen ſatis cõſtat, nullum in foro prius fuiſſe, quam id, quod M. Valerius ex Sicilia aduectum, ad Roſtra in columna poſuit. Quod cum à climate Sicilię deſcriptum, ad horas Romæ non cõueniret, L. Philip. cenſor, aliud iuxta poſuit, & conſtituit. Deinde aliquanto poſt P. Corn. Naſica cenſor, ex aqua (prout fortè vidi ex minutiſſima arena) fecit horarium, quod & ipſum ex conſuetudine noſcendi à ſole horas, horariũ cœptum eſt vocari. Horarum tamen nomen, non minus ann. 300 Romæ ignoratum eſſe credibile eſt. Nam in legib. duodecim tabularũ, nunquã nominatæ horę inueniũtur: ſed alias, & aliter partes diei & noctis nomina ſortiebantur, vt ibi Cenſorinus, & quomodo

primitus diuidebantur dies, ac noctes, tractat Polyd. *de inuentor. rer. li. 2. ca. 6.* ſed de horologio vide infra *in conſid. ſeq.*

Sed de ſeptem diebus, de quibus habetur *Gen.* 1. videatur Picus Mirandula *in ſuo Heptaplo, de opere ſex dierum.* Et omnes fere Doctores Theologi, *Geneſis* 1. qui declarant opera illorum ſex dierum, & excellentiam vniuſcuiuſque.

Sed cum vlterius non intendam in ſequētibus multum inſiſtere, cum iam mihi generetur faſtidium, ex prolixitate huius operis, & propter impedimenta, quæ mihi ſingulis diebus obueniunt. Ideo breuiter concludendo dico: quod dies Dominicus ſit inter alios, & ſupra alios venerandus: tum, quia mundus eo die ſumpſit exordium, *Gen.* 1. Et in hac, per reſurrectionem Chriſti, & mors interitum, & vita accepit principium, vt dicit tex. *in c. quod die dominico. 75. diſt.* Et quicquid à Domino inſigne conſtitutum eſt, in huius diei dignitate eſt geſtum, vt ibi dicitur: & per Io. de Turrecr. qui etiam feriam quintam laudat; cum illa die Chriſtus cœlum aſcenderit, vt *in c. ieiun. de cōſecr. diſt.* 5. & in corpus ſuum panem tranſſubſtantiauit, & ſemetipſum comedendum diſcipulis dedit, & pedes diſcipulorum lauit, *vt per gl. in c. de pœn. de conſecr. diſt.* 3. Sed quicquid ſit, dies dominicus vltra alios venerandus.

Hinc eſt, quod propter reſurrectionē Chriſti, (ex qua eſt dicta dies dominica) ab illo die, vſque ad Pentecoſten, dicātur dies Lætitiæ; Io. de Turrecr. *in ca. igitur. 76. diſt.* Imo etiam illo die natus eſt Chriſtus in mundo, vt dicit Ant. Flor. *in 2. par. ſua ſum. tit. 9. ca. 7. §. 4.* Ex quo ibi dicit, quod illa dies ſit multum priuilegiata. Illo enim die dominico nihil eſt agendū, niſi Deo vacandum; nulla operatio in illa die ſancta agatur, niſi tantum hymnis, & pſalmis, & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur, vt dicit tex. *in c. ieiunia. de conſecr. diſt.* 3. Ideo die dominica iubemur ab omni illicito opere abſtinere, vt mercatū in eo non fiat, neq; placitum, neque iudicium, neque iuramentum præſtetur, niſi pro pace, vel alia neceſſitate, *ca. 2. Extra. de fer.* Nec alia tractari poteſt, niſi pietas hoc ſuadeat, *ca. fin. eod. tit.* ſecundum Luc. de Pen. *l. vnica. C. ne opera à collect. exigant.* Et ibi ponit, an aliqua opera exerceri poſſint illo die, & quæ. Et Epiſcopus illo die in eccleſia ſua eſſe debet, *c. epiſc. ea. diſt.* 3. Et ille dies ſemper pro feſto eſt obſeruandus, vt habetur *in c. ſabbato. de conſecr. diſt.* 3. vbi dicitur, omnem diem dominicum ob reuerentiam reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, eſſe celebrandum, prout & celebramus. Et cur dominicum diem loco ſabbati celebremus, refert Cælius *li. antiq. lect. 7. ca. 64.* & *in c. præced.* cur Hebræi obſeruent diem ſabbati.

Iſti duo dies, ſcil. reſurrectionis Chriſti, & natiuitatis Domini multum extolluntur, venerantur, & ſolennizantur ab Eccleſia. Cum in eis cantetur, videlicet in die reſurrectionis Domini: *Hæc eſt dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Et in die natiuitatis: *Hodie illuxit nobis dies redemptionis nouæ, reparationis antiquæ felicitatis æternæ.* Et ob reuerentiam feſti dictorum dierum, licet pœnitētiam publicam agentibus, in talibus diebus, & non aliis diebus, carnes comedere, ſaltem in caſu poſito, *in c. admonere. 24. q. 2.* vbi eſt caſus de Aſtulpho, qui vxorem ſuam occiderat. Etiam dies ſancta Veneris, in qua paſſus eſt Chriſtus, vt dicit Bald. *l. 1. circa fin. C. de nundinis.* alleg. per do. meum Iaſ. *in l. in illa ſtipulat. l. 1. col. 4. ff. de verb. oblig.* vbi videntur innuere, quod occidens hominem tali die, grauius puniri debeat: quia propter magnam & feruentiorem deuotionem Chriſtianitatis, talis dies eſt ſolēnis: vnde quia Clotarius, Rex Franciæ, tali die Veneris ſancta, occidit Gualterum Iuetoti dominum, ipſius hæredes ab omni Francorū Regum ditione liberati fuerunt, & eius Terræ, ſeu Signoriæ poſſeſſor, Regem ſe Iuetoti, ſine controuerſia nominauit. Hæc Gaguin. *in Chron. Francor.* Item dicit tex. *in l. dies feſtos. §. 1. C. de fer.* Quod dies dominicus ſemper honorabilis ſit & venerandus. Et facit text. *in d. c. 1. & vltim. extra de fer.* vbi dicit tex. quod talis dies cum omni veneratione ſit obſeruandus. Et ſic patet, quod iure ciuili, & canonico, huius diei ampla veneratio ſit inducta. Cælius *li. 8 ſuarum antiq. lect. c. 9.* refert aliquos dies, ſecundum ſuperſtitioſos, eſſe felices, & alios infelices,

Digitized by Google

felices, aliquos eſſe obſeruandos, alios vero minime: idem etiam *lib. 9. ca. 55.* dicit, ſextum Thargelionis diem fuiſſe Græcis auſpicatiſſimum. Bernardus Doctor mellifluus, Burgūdus, plura de geſtis die annuntiationis beatæ Mariæ virginis, hoc eſt, feria 6. his ſequentib. verſibus exprimit:

Salue feſta dies, quæ vulnera noſtra coerces:
Angelus eſt miſſus; & paſſus in cruce Chriſtus.
Eſt Adam factus, & eodem tempore lapſus.
Ob meritū decima cadit Abel fratris ab enſe.
Offert Melchiſedech, Iſaac ſupponitur aris.
Eſt decollatus Chriſti Baptiſta Ioannes.
Eſt Petrus captus, Iacobus ſub Herode peremptus:
Corpora ſanctorum cum Chriſto multa reſurgunt.
Latro dulce tamen per Chriſtū ſuſcipit, Amē.

Et hos verſus refert Philip. Berg. *in li. 7. ſui ſupplem. Chronic. in princ.* Illa etiam die, vt dicunt, nonnulli innocentes mortui ſunt, Dauid occidit Goliath, & Dauid mortuus eſt; etiam Moyſes, & Helias cum 30. Prophetis occiſus eſt, etiam virgo Maria in cœlum aſſumpta eſt.

QVadrageſimatertia conſideratio de horis inueſtigat, quæ illarum ſit melior, & excellentior. In hoc primo aduerte, quod dies naturalis habet 24. horas: dies vero artificialis habet 12. vt ample dixi *in commen. meo ſuper conſuet. Ducat. Burgund. titul. des iuſtices. artic. 8. in gloſſ. & iour. & ſupra in praeced. conſider. in prin.* ideo non repeto. Sed pro materia dicit Paulus Iuriſconſ. *in l. 2. ff. de verb. ſignifi.* Cuiuſque diei maior pars eſt horarum ſeptē primarum diei, non ſupremarum: & vt dicit ibi gloſſ. magna; eſt ergo maior diei pars prima, licet ſit minor: eſt ergo maior pars diei nō ſpacio, ſed vſu, & vtilitate, & laborib. hominum competentior, *vt l. 2. in fin. ff. de annuis legat.* Nam in ipſis primis horis diei, vel poſt ſomnum, ingenium acutius eſt, & cum quis eſt recens, melius operatur: vt dicit gl. *in verbo, indefeſſo. §. ſed cum ſit. in 2. conſtitut. Cod.* & eſt ratio, ſecundum Martinum *in d. gloſſ. magna.* quia difficilius aſcendit ſol mane, quam deſcendat poſt meridiem, iuxta illud: *Ardua prima via eſt.* ſed ignis facilius aſcendit, cuius natura eſt aſcendere in altum: ſed illa ratio Martini non eſt bona, ſecundū Bart. *ibi*, quia ſol non mutatur ſuo circulo plus vna vice, quam alia; & ideo alia præcedens ratio eſt vera: quia competentior eſt laboribus hominū, & vſu vtilior: quia dum quis ſurgit mane, nō eſt amplius feſſus animo, nec corpore. Ideo mane maiorem laborem ſufferre poteſt, nec eum recuſare honeſte valet. Vnde memoria matutina dici ſolet, quod firma conſtanſque ſit, ac eorum, quæ ſemel apprehenderit, retinentiſſima, ſiquidem ſyncerius cohærentiuſque adglutinantur, quæ proferēte ſe die percipimus, quo iam auctiore, ſubſultat virtus ea, hebeſcitque: teſtis eſt Cælius *lib. antiquar. lect. 11. cap. 8. & in princ.* & vt ait Seneca *epiſtola ad Lucillium 122.* naturam ſequentibus omnia facilia ſunt & expedita, & ibi ample de his, qui officia lucis noctiſque peruertunt. Quid autem ſit, hora duodecima ædificare, & de horarum ratione diſſerit copioſe idem Cælius *li. lect. antiq. 7. c. 9.*

Aſtrologi dicunt, quod horarum aliæ ſint maſculinæ, aliæ autem fœmininæ. Maſculina, vt prima, fœminina, vt ſecunda, maſculina iterum tertia, & quarta fœminina: & ſic de ſingulis; ſicque ſuccedunt per ordinem vna, ſc. maſculina, alia fœminina, vſque ad finem diei & noctis: & quia in omni genere maſculus eſt dignior fœmina, vt dixi ſupra *in 4. conſid. præceden. partis.* ideo dic, quod maſculinæ ſint digniores.

Hic de horologiorum laude dicendū foret, quo nihil iucundius, aut admiratione dignius reperiri potuit, & quo nobis, & ſi occultato ſole, per tintinnabulum ſeu campanam, ſua, vt videtur, ſponte ſonans, horæ nobis nuntiantur: vnde quantum, vel ad vſum vitæ, vel ad animum excolendū vtile ſit, probe iudicabitis. Pauca ideo, aut nihil de eo dicenda ſunt, cum apud ſcriptores non fiat mētio, ſaltem de illo, quo vtimur, licet de ſolario aliquid tetigerimus in præcedenti conſideratione, quod ſit locus, in quo horæ ad ſolem conſpiciuntur, & plurimum fit apud nos in tabulis lapideis aut ligneis, aduerſis ſoli

Digitized by Google

per diametron, hoc eſt, per lineas dimetiẽtes & tendentes ad numeros horarum,& in medio eſt virgula, quæ facit vmbram, ſecundum aſcenſum, vel deſcenſum ſolis, & ſupputatur hora ſecundum quod fit vmbra ſolis ſupra lineam Primus vero Romæ hoc ſtatuiſſe dicitur, L Papirius Cenſor, ad ædem Quirini, ante 12. annos quàm cum Pyrrho bellatum eſt. Nam prius tantum ortus, & occaſus ſolis nominabantur, poſt aliquot annos, adiecto meridie. Plenius tamen ſi velis ſcire, quis horas primum ordinauerit, aut horologia diuerſi generis inuenerit: vide Polydorum *de inuentorib. rer. li. 2. c. 5.* refert tamen Franc. Patritius *li. 2. de inſt. Reip. tit. 9.* quod Anaximander Mileſius, Thaletis diſcipulus, primus horologia inueniſſe dicatur.

QVadrageſima quarta cõſideratio erit de potentiis animæ ſenſitiuæ, quæ ſunt quinque exteriores: videlicet quinq; ſenſus, puta, viſus, auditus, olfactus, guſtus, & tactus, quis illorum ſit excellentior: & dicit Luc. de Pen. *in l. nemo carcerem. de exact. trib. tribu. li. 10.* Senſus eſt per corpus ad animam commeans mentis ſtimulatio; Item ſenſus eſt rei cuiuſque inuentio. Et ſenſus ad naturam refertur, & intellectus ad artem.

Et inter iſtos quinque ſenſus, viſus eſt excellentior: de cuius excellentia ample Aug. *de Trinit. lib. 11. & Margarita Philoſophica lib. 10. tractat. 2. ca. 5. vſque ad 15.* Et iſte ſenſus viſus eſt communior, ita quod poſſit adaptari in atteſtationibus, vt tenet gloſſ. *in verb. quæ nouerunt. in cap. teſtes. 3. q. 9.* & dicit Bald. poſt Cyn. & Bart. *in l. teſtium. in 3. col. C. de teſtibus.* quod nomẽ viſus ſit generale, pro omni ſenſu; & eſt ratio: quia nomine viſus, continetur diſcretio, quę ineſt cuilibet ſenſui, vt dicit etiam Ant. de Butr. *in cap. cum cauſam. Extra de teſtibus.* Vnde poteſt dici, quod viſus ſit ſicut genus, quod repræſentatur in qualibet ſpecie ſenſuum; & ideo dicit Bald. *in d. l. teſtium. in 3. col. verſic. 2. quæro, quid ſit teſtis.* quod iſtud nomen viſus probet non ſolum in eo, quod videtur, ſed etiam in eo, quod per aliam diſcretionem ſentitur; quod tamen dicit eſſe verum, quando viſus & alius ſenſus eſt coniunctus, ſecus ſi omnino diſcretus: quia de vno ſeparatorum non infertur ad aliud. De hac materia ampliſſime per Fel. *in c. cum cauſam. col. 6. in 2. concluſ. Extra de teſtib.* Faciunt, quæ dicit Alex. *in conſil. 43. in 4. vol.* Et oculi dicti ſunt, quod occulant lumen, vel occulãt ſenſum. Inter omnes autem ſenſus corporis, viciniores ſunt animæ: ex quo merito ſub ſenſu viſus omnes ſenſus corporis intelliguntur, atque continentur. Ita tenet Luc. de Pen. *in l. ſi ea cæcitate. C. qui morb. ſe excuſ. li. 10. & in l. nemo. C. de re milit. li. 12.* & Archid. *in c. nec ſolo. 32. q. 5.* vel ſecundum Lucam de Pen. *in l. infamia. C. de decur. li. 10.* Oculi dicti ſunt, quod eos ciliorum tegmina occultent, ne incidentis iniurię offenſione lędantur: vel oculi dicti ſunt; quia occultum lumen habent, id eſt, ſecretum, vel intus poſitum. Vnde ait Polycr. *de nugis curialium. li. 5. c. 3.* videndi nomen, ad appellationem vtriuſque naturæ adaptabis. Et Hiero. *ſuper Ierem. 43.* Per omnes ſenſus ad iudicium animi & intelligentiã peruenitur, ſed magis mente retinetur, quod oculis cernitur. Vnde Fulgentius: Viſus reliquos quatuor inſpicit ſenſus; qui etenim clamat, videt, & palpanda notat, & guſtanda aſpicit, & odoranda intendit. Et Iſidor. *cap. 1.* dicit, quod viſus dicatur, quia viuacior dicitur aliis ſenſibus, ac præſtantior ſiue vberior, & amplius viget, inter cætera mentis officia: vicinior eſt enim cerebro, vnde omnia emanãt. Eſt enim vicinior animæ, vt dictum eſt, ſecundum Lu. de Pen. *in d. l. infamia.* & per eundem *in d. l. ea cæcitate.* qui dicit: quod totius corporis humani debilitas ſit, oculos perdidiſſe. Et idem *in d. l. infamia.* refert, vt prædixi, quod in oculis omne mentis iudiciũ ſit, vnde animæ perturbatio in oculis apparet, vel hilaritas. Hinc eſt, quod propriè illud ſcire dicimus, quod ſenſu viſus accipimus, *l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arc.* & dicit idem Lucas *in d. l. ea cæcitate.* & Archid. *in d. c. nec ſolo.* quod quintuplex ſit oculus, ſcil. corporis, ſenſualitatis, rationis, diuinæ contẽplationis, & adminiſtrationis, de quibus ibi. Et aduerte, quod propter nimiam ſenectutem quis perdat lumen oculorum, & cæcus efficiatur, vt legitur de

Iacob.

Digitized by Google

Iacob. *Geneſ.*48. & legitur idem de quodam Propheta, 3. *Reg.ca.*13. & de Iſaac, *Gen.*27. & de Elia, 1. *Reg.c.*4.

De oculorum mira, & excellentiſſima cõſtructione, Cælius ornatiſſime & copioſiſſime agit *lib ſuarum antiquarum lect.* 2.*c.*28. vbi inter alia dicit: quod oculi ſint partes toto corpore precioſiſſimæ: hi oculi profecto lucis vſu, vitam à tenebris & morte mihi diſcernere videntur: nam quam miſerum, quamq; funeſtum eſt cœcitas malum? Cœcum poſtulare non poſſe, Iureconſulti ſtatuũt, quod inſignia magiſtratus videre, ac reuereri nequeat, Senatorium tamen ordinem retinere, Appii cœci exemplo: ad nouum vero magiſtratũ aſpirare, omnino prohiberi, vt eſt text. *in l.*1.§ *caſum ff. de poſtul.* Quinetiam, hi arguti nimis, quemadmodum animo affecti ſumus, ſubinde loquuntur: nam, vt imago animi vultus eſt, ita indices oculi, & propterea à prudentiſſimis dictum; animum in oculis habitare: quoniam quandoque ardere videtur, quandoque incendi, humeſcere, cohibere; Hoſce duos tantum contribuit diuina ratio, quod numerus is ſpecioſum quiddam complecti videatur. Oculum vocat Galenus nunc organum lucidum, nunc ſolarem animalis particulam, & diuinum quoque membrum; Et ibi; ex qua ſubſtantia ſint oculi, & quod obiectum habeant, & ratio, cur ſplendore nimio facile corrũpatur videndi facultas; & an in oculis proprius inſit color, & an in oculis inſit naturalis lux; item, cur ira accẽſi non ſatis videant; Et, quomodo oculus dicatur naturæ ſpeculum, ſicut ſpeculum artis nuncupatur oculus; Item, cur mens ex oculorum notionibus affectionibusve deprehẽdatur; Item, quomodo oculi ſint cauſa peccati. Et *in eod. lib. ca.*26. ipſe Cælius ponit, cur interdum oculi aperiri nequeant.

De ſenſu vero auditus pauca referre non tædet: cum in membro corporis nobili concipiantur, puta auribus, quarũ iudicium (teſte Cælio *lect. antiqu. libr.*1.*cap.*29.) poſt celebres autores, ſuperbiſſimum eſt, & excellens: quia ſonum recipiunt, qui natura in ſublime fertur: ideo ſumma prouidentia ſunt in prominentibus ſeu ſuperioribus corporum partib. conſtitutæ; In his rectus ſimplexque meatus primum euadit, mox tortuoſus; Inde iuxta cerebrum, in multa & tenuia foramina diducitur, per quæ facultas audiendi eſt. Auerrois 1.*collect.* aurem in oſſe petroſo locatam ſcribit. Item meatus ille aurium, anfractu eſt tortuoſo, ſecundum Auicen. ne ſubita aeris irruptio, frigiditate, vel caliditate cerebrum oblædat, vel ſoni exceſſus neruum, quo perficitur auditus, conuelleret: nam ſonus omnis harmonia quædam eſt. Nunc vero ambagioſa obliquitas illa, moramẽto manifeſto temperamentum adiicit. Et ibi; an auditus tãtum perficiatur ex aere intimo, ſe auribus infundente, ſeu inſinuante. Item, cur in lateribus aures? Ratio, quippe cur aure duplici, ſimplex tamen hauriatur ſonus, eſt, quod vt in videndi proprietate nerui optici coniunguntur, ne viſibilis ſpecies delata, fiat duplex; ita & nerui, quibus audiendi facultas percipitur, in origine concurrant; & inde formarum audibilium conſurgat vnio. Item, quod oſcitantes, aut vehementius ſpirantes minus audiant, ratio eſt: quia ſenſorii auditus extremum, partem contingit ſpiritualem, ac proinde quatitur, moueturq; cum eadem, cum agitatur ſpiritus. Item, vt inquit Vlpianus Iureconſultus *in l. vulgaris eſt in princ. ff. de furt.* quod, qui aurem alicuius tetigit, totum eum tetigiſſe videtur. Nonnulli ſentiunt per aures eiici biloſas cerebri redundantias, & indicio eſſe colorem eius luteum. Sicuti excrementum melancholicum per oculos egeritur, pituitoſum & ſanguineum per os.

Senſus vero guſtus etiam extolli debet, propter membrum, à quo procedit, quod eſt lingua humana, quæ duplici fungitur munere, conceptus animi annuntiando, & ſaporũ vim præſentiendo: propterea que à cæteris diſparatur, nec ſimilis eſt: tum nullus locutionem præſtaret articulatam ſine lingua: ea namq; conflatur ex literis, quarũ enuntiatio plurium obturbata, detrũcata, nec intelligibilis præſtaretur, ni ad hanc rationem linguã, vt & labra conformaſſet artificis infinita prouidentia. Hæc Cælius *prædicto lib.*2.*ca.*31. & *in*

cap. ſeq. de linguæ laude præcipua multa ſcripſit & recenſet, pauca tamen referam. Nam humanæ linguæ incomparabile donum eſt, in quo bonitas infinita, inæſtimabili munificentia nos, vt legitimos filios, eſt amplexata. Quid enim in tot tantiſq; corporis dotibus, æqua penſandum libra eſt? huius ſiquidem facultate poſt mentem, quæ nos ex æquo ferè cum cœlitibus conſtituit, conſtat pręcipuè illa (vt dictum à Sophocle eſt) Regina rerum eloquentia. Sunt qui ingenioſè linguam plectri ſimilem prodidere, chordarum vero dẽtes, nares cornibus, quibus canenti accinitur. Vnde Ambroſius *in hexametro* ait: Plectrum loquentis, lingua eſt. Item, lingua ipſa carnem habet raram, fungoſam, & mollem, vt dicit Auic. Item, & neruorum multitudinem, prout etiam voluit Auerrois: & hoc tam ad motum, quam ad ſenſum ſpectantium, nec non venarum arteriarumque: quando omnium horum magnitudo numeroſa linguæ menſuram longè videtur excedere: imo arterias maiores in lingua exiſtere, ſicut & in cole, docuit Galenus *in libello, qui eſt de motibus liquidis*. Item: hæc pars aliud habet munus, autore Lactantio, quod contritos & cõmolitos dentibus cibos colligit, & conglobatos vi ſua deprimit, ac tranſmittit ad ventrem. Bruta vero etiam lambendo in potu adiuuat. Item, idem Lactantius falli putat, ſi quis ſaporis ſenſum ineſſe palato arbitratur; quoniam lingua ſit, qua ſentiantur ſapores, nec tamen tota: nam partes eius, quæ ſunt ab vtroque latere teneriores, ſaporem ſubtiliſſimis ſenſibus trahunt. Plinius tamen inquit: Saporem eſſe præ cæteris animantib. in prima lingua homini, & in palato, ſed & in guſtatu, linguæ vice eſt aquatilibus palatus. Ad hunc vero vſum oportet linguam eſſe potentia humectam, actu autem minime: iudicio eſſe poteſt, quod quibus nimio plus areſcat lingua, vel humeat, non ita ſapores valeant percipere. Et humectatio quidem inſita interpellat manifeſtè, quia ipſa primò linguæ tactum præſtat, quo occupante, nequit extima aduertere: argumento eſt, quod qui acrius quippiam guſtu apprehenderit, mox non valet aliud ſentire. Scitu dignũ eſt, quod guſtus exactior eſt ad peruestigandum. Tactus vero cæteris ſenſib. hebetior ac materialior. Sicut viſus ſubtilitate ſenſus excedit omnes, poſtea vero auditus. Denique placet Auicennæ, ad loquendum videri præſtantiſſimã eſſe linguam, quæ ſuos tum longitudinis, tum latitudinis commenſus habeat, quæque in apice tenuis & acutior, in radice latior. Tritum eſt, quod Græci dicũt, oportere eſſe otioſam linguam, manum vero operariam.

Senſus verò tactus etiam laudandus eſt. Cum ex manibus præcipuè percipiat, & manuum laus pręcipua in multis conſiſtit, vt dicit Cælius *lib. antiquarum lect.* 2. vbi ſic orditur: quis vero eloquentiã, vel ingenii claritate maieſtatem, quæ ex manibus adeſt homini, dignè valeat exequi? quam aptæ hæ? quãque ad omnem motum nullo labore faciles? mira eſt artium numeroſitas, quam membri huius adiumento condiſcimus, & exercemus. Taceo pingendi, fingendi, ſculpendi, nobile artificium. Quid illa muſicorum cuiuſcunq; modi organorum contrectatio ſcientiſſima, & maxime diuina? Quid illa ſubſtructionum ſublimitas, quam elegãs, quam ſcita? Quid vrbium ſtructura in omnibus, vel præſtantiſſima? Quid multiplex agrorũ cultus, quo tot tantiſque ad vitam neceſſariis inſtruimur? Quid illa indumentorũ varietas? Quæ ornatus excellentia? Iis penetramus in viſcera terræ. Metallorum inde vim lõge precioſam eruentes. Imo vero, & rerum natura agitur in planum, ſolo etiam æquatis montibus. Admittuntur maria, repelluntur certis quoque limitibus, & veluti extra præſcriptũ proferre pedem vetantur obiectis molibus. Penetramus aquarũ ima, naturæ ſupellectilẽ vndique nobis vendicantes: totq; modis rerum facies mutatur, camporum dominamur laxitati. Supercilia montium & verrucas, quantumuis ſenticoſas nobis obnoxias reddimus; beſtias item omnes terreſtres, aquaticas, aëreas. Quicquid fere mundi vaſtitas cõplectitur, manuum ſolertia noſtri fit iuris. Quid illa ſcribendi maieſtas, quæ tantarum rerum ſcientiam nobis comparat, vetuſtatẽ propa-

Digitized by Google

propagat, nil ſinit interire: & quod omnia cōterit tempus, noſtris cogitur manibus ſuccumbere; quid hoc magnificentius, quid æque mirandum? id eſſe homini datũ, in quod ne mortis quidem rapacitas ius nullum habeat? Quid tot tantarumq; legum contexta volumina, quam demum ciuilioris vitæ præferunt eminentiam? Quid dictorum cōuentorumq; publicis tabulis comprehenſa fides, aduerſus ingeniorum prauitatem? Auſim dicere (vt referam verba Gellii) ſeiunctis manibus, non inermes modo nos futuros, ſed vel brutis infeliciores. Quem enim vſum rationis habeat, lumen illud diuinum omni ope deſtitutum? Hi recte mihi feciſſe videntur, qui rationis ac ſapientiæ miniſtras eſſe manus pronuntiarunt. Anaxagoras vero ideo ſapientiſſimum videri hominē dixit; quia manibus foret inſtructus. Harum multiplex emolumentum, vel tritum Græcis innuit prouerbium, dicens; *Quid enim non efficere valeant manus?* Quid vero artificioſa illa digitorum ſtructura, quodnam ingenium admirando non fatigarit? neſcias an venuſtatis inde maius ſit ſpecimen, an emolumentorum amplitudo clarior, maximus eſt in numero decor, maximus & in gradibus, ac ſerie. Manuum porro emolumentum duplex, alterum eſt ſenſus, alterum vero retentionis. Proinde excogitauit Optimus Maximuſque rerum perpenſor Deus molliſſimam palmam, quo ſenſus fieret ſolertior exactiorque. Cutis palma, vt author eſt Auicenna, omni alia cute eſt temperatior, excepta ea, quę in extremitatibus digitorum eſt. præſertimq; indicis. Vnde Galenus 1. *de complex.* ait: manum interiorem eſſe complectionis mediæ inter extremitates omnes, hoc eſt, inter calidum & frigidum, humidum & ſiccum, durum & molle: veluti ea ſit ſenſibilium corporum regula, & plane ſenſus inſtrumentũ homini animalium ſapientiſſimo. Indeq; pars ea pilis caret, ne hirſuties tactus præſtantiam læderet. Aul. Gellius *noct. Attic. lib. 19. cap. 2.* referens verba & ſententiam Ariſtotelis, dicit: Ex quinque corporis ſenſibus duos eſſe cum belluis maxime communes; quodque turpis & improba eſt voluptas: quæ ex auditu, viſu, odoratuque procedit: quæ vero ex guſtu tactuq; eſt rerum omnium fœdiſſima, cum hæ duæ beſtiarum etiam ſint, reliquæ hominum tantum.

Senſus vero olfactus, ſeu olfaciendi, poteſtas videtur minus neceſſaria ab aliis, vt dicit Cælius *lib. 1. antiquarum lect. c. 49.* Sed de eius laude infra patebit, vbi de odoribus ſeu medicinis ſuffitionalibus dicam, in gloſſ. bo. tamen & perplura idem Cælius *eod. lib. c. 68.* refert de ſenſuum commoditate & neceſſitate: quibus inſit ſenſus de origine eiuſdem: & *in c. 50.* ponit, cur tantum ſint quinque ſenſus: & *in c. 52.* quomodo homo tantum abutatur ſenſibus omnibus.

Senſus vero interiores ſunt quinq;, videlicet ſenſus communis, imaginatiua, æſtimatiua, phantaſia, quæ etiam imaginatiua dici ſolet, & memoratiua. Horum organa in ſubſtantia cerebri ſubtiliſſimis ſecernuntur pelliculis, quæ primum totum cerebrum tribus diſtinguit ventriculis: quorum anterior, & medius; quoniam maiores ſunt, rurſus bipartiuntur. Prima portio ventriculi anterioris, organum eſt ſenſus communis, & iſte ſenſus communis eſt nobilior proprio; quia nobiliori modò recipit & propius obiecto, vt dicit S. Thomas *in ſcripto ſuper libro Ariſtotelis de anima.* Secunda vero imaginatiuæ, prima autem ventriculi medii attribuitur æſtimatiuæ, ſecunda phantaſiæ, poſterior vero ventriculus totus memoratiuæ deputatur. Et; quoniam iſtæ potentiæ ſunt multum neceſſariæ pro arte memoriæ, quam multum commendauit Guil. Leporeus Burgundus *in ſuo tract. de arte memoriæ*, quæ de illis dixit, hic aliqua inſerere curabo, cum dictis aliorum circa excellentiam harum potentiarum.

Primo, de potentia memoratiua, quam dicit eſſe reſeruatiuam ſpecierum, ſiue intentionum, non ſolum à ſenſu communi receptarum, quæ excolendo, ſicut omnia, augetur, *l. inter artifices in verbo, ingenii. ff. de ſolutio.* &, vt dicit: Potentia memoratiua ſe habet ad æſtimatiuam, ſicut imaginatiua ad ſenſum communem. Auicenna, cerebrum eſſe

principium ſentiendi & mouendi, aſſerit, temperatumque cauſam memoriæ afferre. Nam ex cerebro craſſo prouenit, debilitaturque memoria. Vnde fit, vt Philoſophus dicit, iuuenes & ſenes eſſe malæ memoriæ propter nimium in ipſius augmenti & decrementi motum. Sicut enim recordatio motus faciles exigit, ſic memoria quietem expoſtulat, & quieſcendo fit ſciens. Et magni refert, quali in corpore animi locati ſint, hoc proueniente ex qualitatum diſportatione, & nimia frigiditate & humiditate: vnde calidi & humidi facile comprehendunt, ſed non diutius ſeruant. Rurſus autem ſicci & frigidi tardius concipiunt, ſed firmiore res complectũtur memoria; vt etiam hoc habetur *in Margarita Philoſophica.lib.*10.*tractat.*2.*c.*29. Multa enim, vt dicit idẽ Guil. Leporeus, ſunt, quæ mentem facilitant, multaque, quæ obtenebrant & confundunt. Nam membrorum compagibus, velut organis, ad operationes exercendas mens vtitur, vnde fit, vt corpore male ſano animus hebeſcat & obtundatur. Ingenia nempe aeris qualitatem ſequuntur: dixi ſupra *in hac parte, in* 16.*conſideratione*, in qua de climatibus, vnde refert Cicero Thebanos ingenio fuiſſe pinguiores, ſed corpore robuſtiores. Athenienſes vero perſpicaciores & acutiores extitiſſe: ideo; quia craſſus aer Thebis, rarior autem & ſubtilis Athenis erat. Iſtud aperte probatur *in c. quia diuerſitatem corporum diuerſitas ſæpe ſequitur animorum.* quamuis in gloſſ. aliter exponat. *Extra de conceſſ. prabend.* promptior contra, vegetior & acutior redditur, cuius corpus bene compactum eſt. Quamobrem Thraces ob craſſum regionis aerem, quem incolunt, obliuioſi, deſides, tardi, torpeſcentes, nulliuſque memoriæ cenſentur eſſe. Vnde Satyricus patriam veruecũ appellat, cum inquit: *Veruecum in patria, craſſoq; ſub aere nati.* Quid tamen diſcriminis habeat memoria à reminiſcẽtia, ponit ibi, eo; quia memoria eſt cõtinua obſeruatio illius, quod ſemel apprehenſum fuit. Reminiſcentia vero eſt eius, quod, poſtquam apprehenſum eſt, oblitum fuit, & iterum rememoratum. Cælius vero *lib. antiquorum lectionum* 6.*cap.*15. dicit: Memoriam aliud eſſe, & aliud reminiſcentiam. Nam eſt & in brutis memoria: vnde & prudentiam quoque habere in Philoſophia prima colligit Ariſtoteles; Verum imperfectam, ſicut & memoriam: in hominibus enim tantum eſt reminiſcentia: ea vero eſt diſcurſus rerum cum ratione, ab vniuerſalibus ad particularia, & à remotis à ſenſu, vel indicatio ac recenſio eorum, quæ in ſe memoria ſeruarit, memoriæ plerunque vegetandæ gratia. Sexto naturalium Auicenna ſcribit, cognoſcere aliquid ſibi fuiſſe, quod iam ſit abolitum, in homine tantum eſt, & in rationali virtute. Memoriæ virtus ex quorundam ſententia duplex videtur, facile percipere, diu retinere, illud ex humecta contingit natura, hoc ex ſicca: vnde euenit, vt nonnulli facilius diſcant, quam percepta cuſtodiant. Alii vero ſecus, vt ad humiditatem vergunt, vel ad ſiccitatem, propterea Ariſtoteles, non in eiſdem memoria viget ac reminiſcentia, ſed plurimum ingenio tardi memoria valent: dociles autem reminiſcentia, cuius ratio eſt, vt inquit Sanctus Thomas, & dictum eſt; quia diuerſæ hominum habitudines ad animæ operationes ex diuerſa proueniunt corporis diſpoſitione. Videmus autem ea, quæ difficulter ac tarde impreſſionem recipiunt, valde perſeueranterque eandem cuſtodire, vt eſt lapis. Quæ vero nullo admittant negotio, non pertinaciter retinere, verum tota facilitate remittere, vt cera aut aqua. Et quia nil prorſum aliud memoria eſt, quam perceptorum retentio conſtans, inde eſt, quod hebetium adminiculatior firmiorque memoria eſt. Acutorum vero ac velocium imbecillior, ac magis lubrica. Cæterum; in iis reminiſcentia longe præcellens. Galenus, poſt Hippocratem ſummus artis medicæ in microtechne, cerebrum tenuitatis contemperatæ eſſe memoriæ fomitem cauſamque præcipuam arbitratur; quoniam craſſiore parte illa obrepat obliuio, qua humectiore item hebeſcant ſenſus: ſicciore autem euadant liquidiores. Auicenna item ſexto naturalium tradit, quod

egregia

Digitized by Google

egregia illis ſuppetit memoria, quorum animæ multis non diſtrahunt motibus, nec cõuellitur cogitatio. Quæ ratio facit, vt pueri, quamuis humectioris ſint naturæ, pertinaciter tamen retineant quæ imbiberint ſimul & propter motus vehementiam, vt voluit diuus Thomas. Nam & quæ miramur, amplius memoriæ adglutinantur, affiguntúrq; , ſicut quæ quadam ſpeciali annotatione notantur, magis commendantur: admirantur autem fere omnia pueri, vt quibus noua ſint ac inſolita: & hoc eſt, quod ſignificat Quintilianus, vbi natura eſſe nos tenaciores, ait, eorũ, quæ à teneris annis imbibimus, iuxta dictum Horatii:

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu.

Contra vero in ſenioribus, redundãte humoris vi, contingit memoriam eſſe nullam. Sed & timentibus excutitur memoria, propter frigiditatem humores congelãtem, quibus coeuntibus concreſcentibuſq; nulla recipi impreſſio poteſt, vnde philoſophice ait Virgilius:

Obſtupuit, ſteteruntq; coma, & vox faucibus haſit.

Quod autem Ariſtoteles inquit, eſſe memoriam præteritorum tantum; quoniam quæ adſint, vel ſentire dicamus, vel ſcire adnectendum eſt, id ad perceptionem noſtram referendum videri, quæ ſenſimus prius, vel percepimus, ſiue præſens id ſit, ſiue non. Etenim recordari poſſumus non modo eorum, quæ iam naturæ conceſſerint, ſed ſuperſtitũ quoque. Diuus Auguſt. ſcribit modo memoriam eſſe animum, modo ventrem animi, cuius aula ſit ingens & valde admirabilis: idem nunc memoriæ cauernas nuncupat, nunc antra vel etiam ſinus. Hæc Cælius *d.c.15. & c. 21. eodem lib 6.* ad memoriam item actio eſt neceſſaria, cum, vt dicit ipſe Guil. Leporeus: Quicquid natura atteque percipitur, exercitio conſummatur. Nam vbi abeſt exercitatio, ibi aut naturalis, aut artificialis peritia ceſſet, neceſſe eſt, cum tota virtutis laus in ipſa actione conſiſtat. Et huic ſententiæ applaudet Archadius Iuriſc. *in l. munerum. 2. §. mixta. ibi, & notando & diſputando. ff. de mun. & honor.* Et omne artificium per exercitium ſuſcipit incrementum, vt dicit Iuriſconſ. *in l. legatus ſeruis. §. ornatricibus. ff. de legat. 3.* & facit text. *in l. milites. C. de re milit lib.* 12. de quo exercitio ibi per Lucam de Penn. Verum de memoriæ excellentia finiamus cum Cœlio *in d.c.15. in princip. & c. ſeq.* vbi ait: Memoria neceſſarium maxime vitæ bonum, & theſaurus eloquentiæ, ac tanquam lumen aliquod, res eſt ex omnib. partibus animi maxime delicata & fragilis, in quam primum ſenectus incurrit, vt ait Seneca *in proœm. ſuarum declamat.* ac plurimum, authore Plin. deficere tentat & meditatur, vel quieto corpore ac valido, ſomno quoque ſerpente computat, vt inanis mens quærat, vbi ſit loci. Imo vero huic adagio occaſio data eſt, vt eum, qui memoria ſit nulla, ſepulchra legiſſe dicamus, vnde Cato apud Ciceronem: Nec ſepulchra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. His enim ipſis legendis redeo in memoriam mortuorum. Eſt profecto (vt inquit Cælius) huius potentiæ natura miranda. Subito vetuſta ex longiore interuallo reuocata ingerunt ſeſe, atq; exhibent interim ſponte, interim idipſum agentibus nobis, ac meditantibus, ſæpe & interquieſcentib. Excidũt quandoq; proxima, inhærent affixa, quæ vetuſta ſunt. Heſternorum obliti, acta pueritiæ in digitos mittimus. Quod requiſiueris, altius illatebrare ſe, atq; recondere animaduertitur, mox aliud agenti reddit ſe, atq; offert. Nec manet ſemper memoria, ſed aliquãdo velut poſtliminio redit. In quibuſdam animalibus prope nulla reperitur memoria. Ceruario quamuis in fame mandẽti ſi reſpexerit, obliuionem cibi ſurrepere aiunt, digreſſumq; aliud quærere. Inter homines vero quibuſdam tanta, vt nihil non iiſdem verbis reddatur auditum. Hanc de ſeipſo eatenus florenter excelluiſſe ſcribit Seneca, vt non ad vſum modo ſufficeret, ſed in miraculum vſq; procederet. Nam duo millia hominum, inquit, recitata, quo ordine erant dicta, referebam: ducentos quoque verſus ab vltimo incipiens recitabam, vt etiam refert Text *in ſua officina,*

in ca. memoria clari. vbi ſcribit 14. aut 15. qui memoria claruerunt: & duobus c.c. ſeq. enumerat obliuioſos, & qui memoria exciderũt, & alios, qui verba facturi memoria exciderũt: quos nõ recito, cum ibi videri poſſint. Quomodo Affranius poeta ſapientiam filiam eſſe vſus & memoriæ dixerit, eleganter & veraciter ſcribit Aulus Gellius *noct. Att. lib. 13. cap.* 8.

Quæ vero dicta ſunt, de memoria naturali intelligimus: verum de artificiali Alb. de Roſ. *in ſuo dictionario, in verbo, memoria*, copioſe diſſeruit. Quibus omiſſis, breuiter recitat quinq; multum vtilia ad memoriam, quæ expertus eſt in ſeipſo, vt dixit. Primo, vt fiat diuiſio materiæ, quam recitare quis voluerit in partes paucas, vel plures ſecundum materiæ prolixitatem, vel breuitatem. Diuiſio etenim animum incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificioſe reformat, vt prætactũ eſt in præfationẽ huiuſce operis. Secundo, ad iſtam diuiſionem ordinate procedat, vt vno memorato ad aliud ſubſequens procedatur: vnde Philoſophus *in libr. de memoria*, ait, quod à locis facile eſt reminiſci, cum velociter ab vno loco in alium deueniri poſſit. Tertio, vt ſolicite adhibeat intentionem & affectum ad ea, quæ vult recordari; quia quanto aliquid in animo potius infigitur, tanto melius recordatur. Cauendum tamen præcipue, quod circa ea, quæ memorari vult ſeu agere, vel proferre, imaginationem ſeu phantaſiam ſuam ab aliis rebus amoneat. Quartum eſt, ſæpe legere, vel recordari eorũ, quæ voluerimus memoriæ imprimi. Ideo Philoſophus inquit *in d. lib.* quod meditationes memoriam ſoluunt; quia, ſicut dicit, cõſuetudo eſt altera natura: vnde quod ſæpiſſime intelligimus, cito reminiſcimur, quaſi naturali quodam ordine. Ideo ait Seneca *in lib. de benefic.* Memoria nihil perdit, niſi id, quod non ſæpe reſpexit. Quintum & vltimum eſt, quod de re, de qua volumus recordari ſeu memorari, faciamus in mente, vel libro aliquas ſimilitudines conuenientes materiæ, de qua agitur. Sicut faciebant antiqui in libris antiquis: nam vbi tractabatur de iuriſdictione omnium iudicum, faciebant imaginẽ ſeu repræſentationem vnius prætoris ſedentis in tribunali. Vbi autem agebatur de minorum reſtitutione, pingebant imaginem vnius minoris decepti, qui conquerebatur coram iudice. Vbi vero agebatur de manumiſſionib. ponebãt imaginem domini & ſerui, qui manumittebatur coram prætore. Vbi autem agebatur de donationibus inter virum & vxorem, ponebant imagines viri & vxoris, qui inuicem ſibi donabant. Et ita fiebat in libris decreti. De materia conſecrationum erat imago Epiſcopi, conſecrantis vaſa ſacra, & alia conſecranda. In materia de pœnitentia, erat imago ſacerdotis, & peccatoris confitentis: & ſic de cæteris. Et ita hodie fit in libris hiſtoriarum, vbi fiunt repræſentationes ſummorum Pontificum, Imperatorum, Conſulum, Regum, & aliorum, vbi de eorum vita tangitur. Sic etiam *in lib. Æneidum Vergilii*, qui fit cum hiſtoriis, ſecundum materiã ſubiectam. Sic de comœdiis Terentii, & pluribus aliis, quos vidi. Et per talia recordatur & intelligitur, de qua materia ibi tractetur.

Secundo, de potentia ſenſus communis, qui in anteriori parte cerebri locatur: & eſt potentia ſenſitiua omnium ſenſuum particularium obiecta apprehendens. Dicitur autem communis, Philoſopho aſſerente, eo; quod omnes ſenſus exteriores ab eo velut à communi centro ſcaturiunt, ſuorumq; obiectorum ſimilitudines ad eum reducunt, quibus meditantibus de ſingulis iudicat & diſcernit. Huic autem potentiæ tres actus attribuuntur: quorum primus eſt cognoſcere ſenſationes & ſenſibilia omnium ſenſuum exteriorum, etiam non præſentibus obductis: ideo communis dicitur. Secundus eſt conuenientias & differentias inter obiecta ſenſuũ diſcernere. Primo enim obiectum vnius cognoſcit. Secundo, obiectum alterius apprehendit. Tertio, actum format continentem virtualiter notitias amborum obiectorum, in quibus conuenientias & doctrinas ponit, vt album non eſt dulce. Tertius eſt abſentias obiectorum diiudicare, vt quod viſus nõ videt, auditus non audit. Sic de ſilentio cæteriſque obiectorum priuationibus iudicat. A

centro

centro huius organi nerui & organa exteriorum protenduntur, & per hoſce neruos omnium viſibiliũ ſpecies recipit, & facile quidem propter organi humiditatem & calorẽ, diutius autem retinere non poteſt. Quapropter facta ſenſatione eas per neruorum meatus imaginatiuę tranſmittit, cuius operatio eſt receptas ſpecies & imagines reſeruare, vnde nomen ſibi vendicat. Ne autem potentiæ, quæ ſequuntur, otioſæ permaneant, ſpecies ab imaginatiua ad æſtimatiuam tranſeunt, ex quibus hæc potentia intentationes non ſenſatas, quemadmodum oues ex ſpeciebus lupi colore & figura, & aliis inimicitiam non ſenſatam eliciens ipſum fugit, ſecundum Auicennam. Et hoc vel ex naturali inſtinctu, ſi forte prius fraudem lupi experta non eſt: vel experimento, vt aſinus foueæ, qua nuper periclitatus eſt appropinquans, caſum timet & declinat, veluti canis popinam fugiens propter aquam calidam: &, vt dixi *in princip.* iſta potentia videtur eſſe nobilior aliis: quamuis, vt dictum eſt, memoratiua ſit multum admiranda & mirabilis. Et licet aliæ tres potentiæ non ſint ita digniores nec nobiliores, tamen, quod de eis ſentiater, ſecundum mentem Guilielmi Leporei, non prætereo.

Potentia phantaſtica, vt ait, eſt in ſecunda parte mediæ cellulæ cerebri, tanquam centrum inter imaginatiuam & memoratiuam: conuertit enim ſe ſupra imagines in vtraque earum reſeruatas, & tunc componit & diuidit eas: hæc imagines cum imaginibus, ſpecies cum ſpeciebus format, eas componendo vel diuidendo: & ideo fingit monſtra, chimæras, & operatur in ſomno ſicut in vigilia. Ex ſpeciebus præmemoratis cum ad organum ipſius peruenerunt, diuerſas imagines componit, quæ à ſenſu communi percipiuntur, dum iterum ad ipſum deſcenderunt. Quoniam vero hæc potentia in homine ratione naturali decoratur, de qua meminit textus *in l. qui natura. & l. nam hoc naturâ. ff. de condict. indeb.* ideo non neceſſario eodem modo operatur. Nonnunquam enim ex compoſitione ſpecierum intentionum diuerſarum monſtra fingit, quorum nec interdum ſimilia vidit: in brutis autem inſtinctu naturæ regitur, quæ in omnibus eiuſdem ſpeciei ſimilis eſt. Ideò in tabulis phantaſiæ opera non variantur. Simili nempe ingenio & artificio omnis hirundo nidum, & aranea telam texit: huius vero potentiæ opera, ſi vigilantibus non deſint, raro tamen ab ipſis percipiuntur propter fortiores motus ſenſuum. Dormientes autem, quorum ſenſus exteriores vacant, ſomnia appellant, quia in ſomno apparent.

Potentia autem imaginatiua eſt reſeruatiua ſpecierum à ſenſu communi receptarum, quæ in anteriori parte cerebri ponitur. Species enim rerum hic vocantur imagines ipſarum, vnde imaginatiua vocata eſt, & per hoc differt à ſenſu communi; quia non eſt potentia indicatiua, ſed ſolum reſeruatiua. Fatentur multi in natura noſtra ſenſibiliũ compoſitionem inter ſe ineſſe, oportet ergo, vt in nobis ſit hæc virtus, quæ hæc operatur, & hęc virtus, inquantum imperat ei intellectus, cogitatiua vocetur. Inquantum vero imperat virtus animalis, imaginatiua nuncupetur. Inquantum occupatur componendo & diuidendo, formatiua vocetur: hæc enim facit caſtra in ſphæra. Chimæram fingit, & lupo cornua, vt faciunt ſcholares, qui mentes à ſtudio literarum auertunt, & male intenti quandoque caſtra ædificant, vt ait glo. final. *in l. vnica. Cod. de ſtud. liber. vrbis Romæ. libro* 11. Nam ſenſus communis virtuti formali, quæ eſt imaginatio quaſi ad reponendum, impertitur, quod ei tradunt ſenſus exteriores: imaginatio vero reponit, & retinet: habet enim virtutem multiplicandi formas ſenſibiles, virtus vero cogitatiua, ſiue imaginatiua, ſiue formatiua cõuertitur ad formas, quæ ſunt in imaginatione, ad componendũ vel reſoluendum eas: quoniam eius poteſtatis iugo ſubiiciuntur.

Potentia æſtimatiua, ſecundum Auicennam, eſt vis ordinata in ſummo concauitatis mediæ cerebri ſenſibilium intentiones apprehendens, vtputa lepus canem fugiens, vel ouis lupum, nunquam alias viſum diiu-

Digitized by Google

dicat cum agno eſſe habitandum, & elicit ſpeciem ſiue intentionem inimicitiæ, quæ non poterat per ſenſum apprehendi. Eſt autem virtus tranſcendens; quia apprehenſio ſua non eſt formarum ſenſibilium aut materialium ſeu immaterialium: bonitas enim & maleuolentia, conueniens & inconueniens, impendium & diſpendium in ſe non ſunt formæ materiales, nec in ſenſu cadentes exteriori, tamen ſunt accidentia ſenſibilium. Quid tamen diſcriminis habet imaginatiua, quia illa retinet ſpecies per ſenſum communem receptas. Hæc vero elicit ex eis intentiones naturæ non ſenſatas, ſicut amicitiæ vel inimicitiæ, quibus ſequuntur actiones proſecutionis, vel fugæ. Auicenna etiam ait æſtimationem vtilium & nociuorū triplici modo contingere. Primus modus eſt ex cauſa materiali, ſicut accidit in puero, qui cum eleuatur, vt reſideat, ſe caſurum æſtimat, ſtatim alicui adhæret: præterea, certum eſt, cum oculi lippitudine prurientes ſunt purgandi, ſtatim ille conniuet, antequam cognoſcat, quid ſibi accidat: & ſic inductu quodam naturæ ouis lupum formidat, & animalia leonem, & aues accipitrem. Secundus modus eſt per experientiam, ſicut accidit, cum doloris rabies animal aliquod inuaſit, vel mellitis voluptatibus in re aliqua abſorbetur, cuius forma deſcripta eſt in virtute formali ſine imaginatione, & intentiones vtilitatis, & nocumenti deſcriptæ in memoria ſtatim apparuerint, res in vtilitatis vel diſpendii æſtimationem obreptitiæ occurret. Hinc canis lapidem vel fuſtem tanquam nociua formidat, & vacuis ſæpiuſcule oſſibus allicitur. Tertius modus circa proprietatem coniunctam, & modum ſimilitudinis verſatur, veluti; ſi res aliquam formam vnitam cum intentione æſtimationis in aliquo ſenſibilium haberet, ſicut contingit in pomo coloris coccinei, quod eſt maturum & dulce. Ideo cum videmus, dulcorem ineſſe pomo, inductu quodam naturæ diiudicamus.

QVadrageſimaquinta cōſideratio erit de complexionibus mortalium, quæ ſunt quatuor principales, ſanguinea ſcilicet, cholerica, phlegmatica, & melancholica, quarum nobilior & melior eſt ſanguinea. De iis tamen Guil. Leporeus Burgundus, vir eloquentiſſimus, ſcripta reliquit *in ſuo opere artis memoratiuæ, lib.1.c.4.*

Sanguineum ait, lætum, dulcem ſermone, vultu hilarem & amatiuum, riſu facilem, liberalem, benignum, pium, omnibus artibus aptum, ſecundum alios delicata cibaria, primæque bonitatis vinum, elementa per omnia indagantem, ad libidinem pronū. Vnde Alexāder Magnus imbecillitatem humanam ſe ſentire aiebat, duabus potiſſimum ex cauſis, ſomno videlicet, & coitu, vocem habet acutam, neque diu neque multum iraſcitur. Habent & ſanguinei alias bonas conditiones ſeu inclinationes, ex quibus non parum laudabiles. Hæc complexio enim eſt calida & humida, qui humores generant meliorem complexionem, & iſtorum quilibet de per ſe, & ſimplex, eſt melior aliis, licet compoſiti ſint meliores, & ſic complexiones ex eis compactæ.

Cholerica vero eſt calida & ſicca, vt dicit Galen.*1.complexionum,c.*8. vnde Cholericus eſt impetuoſus in ſuis agendis, elati animi, vanos vltra modum appetens honores, bonorumq; myrmecias, in iram facile prorumpit, eademq; pacificatur, prodigus, & ſine libra comedens, procliuis ad ebrietatem, fidelibus deditus vigiliis, lucrum aſſiduè venatur, ingenioſus, docilis, fid⁹, ſincerus, amator iuſtitiæ, impingens in lingua vbi iraſcitur. Oblonga habet membra & gracilia, oculos profundos, naſum acutum, faciem citrinam, eloquium velox, pectora ampla & hirſuta vmbilicotenus, eſt pronus ad coitum, vocem argutam, greſſus habet celeres, oculos citrinos, linguam aſperam.

Phlegmatica vero eſt frigida & humida, vnde Phlegmaticus naturaliter eſt ſomnolentus, in agendis ſuis tardus, verbis lapſantibus & humidis non defluens, bonorū contemptor, auræq; popularis rumuſculos pro nihilo habens ac ſputifaciens, paruæ memoriæ, & modicæ comeſtionis. Ideo pauci aut nulli

nulli meritis eorum ad honores aſpirant: ideo Meſſalam Coruinum ſui nominis immemorem phlegmaticum extitiſſe diiudicant. Ciuilis tamen ratio huic ſententiæ aduerſari videtur. Nam nemo eſt adeo ſupinus, imo magis ſtultus, vt nomen ſuum ignoret. *text. eſt in leg. cum in libris Vlpiani. §. neque enim. Cod. de hered. inſtitu.* Item eſt facie prædiþus præpingui & alba, habet carnoſum corpus, pectus debile, venas ſtrictas, coitum non appetit niſi vino admodum madidus aut aliunde calefactus.

Melancholia eſt frigida & ſicca, ſecundũ Galen. & eſt peſſima ex compoſitis, vt idem dicit *de ingenio. cap. 10.* Et ex ſimplicibus ſicca eſt peſſima. Et, vt medici dicunt: Melancholicus naturaliter triſtem vultum gerit, ſiniſtre ſemper ſuſpicatur, alieniſque delictis vulpina quadam ſanctitate illatrat, mundanarum rerum nefando amore irretitur, implacabilis, & in propria opinione pertinax, timidus, inuidus, auarus, tenax, fraudulosus, prauus, tacitus, aptus tamen ſtudio, non bene dormiens. Et ſic ex ſupradictis conſtat, ꝙ natura in vno ſanguinem grauauit, & in alio reſtaurauit: & idem de cholerico, melancholico, & phlegmatico, cui ſententiæ applaudet Paulus Iureconſ. *in l. cum qui. in princip. de iniur. ff.* cum qui in vno grauatur, in alio releuari debeat. Etſi quidam ſint, quos eo vſq; perduxit labor & aſſiduus conatus, vt multa huiuſmodi diſſimulare poſſint: non tamen poteſt lana tincta mutare colorem: atque id admodũ perſpicue deprehendi poteſt. Quicquid enim præter naturam acceſſitum eſt vel conquiſitum, diſſimulari diu non poteſt, vt ait Ioan. Indago. *in lib. de quatuor comple.* vbi miranda dicit de iis, & de pernoſcendis Planetis Horoſcoporum & ſignorum aſcendentium ex ipſis quatuor complexionibus.

Et vt concludam, Complexio ſanguinea (vt iam dictum eſt) optima & nobilior aliis iudicanda eſt propter conuenientiam cum nobiliori parte anni & elemento, vt ſupra in hac parte tetigi *in 40. conſid.*

QVadrageſima ſexta conſideratio, Quod membrorum corporis humani ſit excellentius, indagat Cæl. *in lib. antiq. lect. 2. ca. 39.* Inter membra corporis quatuor principaliora eſſe aſſerit. Cerebrum, ſcil. cor, epar & teſticulos: de quibus excellenter per eum.

Videtur tamen quod caput ſit excellentius, & nobilius membrum corporis, ex tribus quæ in ipſo capite, reſpectu aliorũ membrorum ſingulariter inueniuntur. Primo enim excellit ea dignitate in tribus ſcil. in altitudine ſitus, nobilitate propriæ virtutis, quia nobiliores virtutes, vt imaginatio, memoria, intellectus, ſenſus communis & huiuſmodi, de quibus ſupra, habent locum in capite, & in perfectione, quia in capita congregantur omnes ſenſus, cum in aliis mẽbris ſit ſolus tactus. Secundo à capite ſunt omnes vires animales in aliis membris, & ſic dicitur eſſe aliorum membrorum principium, dans illis ſenſum & motum. Tertio quia dirigit alia membra in ſuis actibus propter imaginationem & ſenſus, qui in eo radicaliter abundant & inſunt. Ratione etiam primæ proprietatis ſcil. perfectionis, omne quod eſt perfectiſſimum in quacunq; natura, dicitur caput, ſicut leo in animalibus. Ratione autem ſecundæ proprietatis omne principium dicitur caput, & certe cuiuſcunq; rei potentiſſima pars principium eſt. vt dicit Caius Iureconſ. *in l. 1. ff. de orig. iur.* Sicut caput fluminum fons dicitur & ſic caput viæ ſeu libri dicitur. Vnde ratio edi debet à capite. *text. in l. argentarius. Facit lex, ſi quis. §. ſi initium. ff. de edend.* Ratione vero tertiæ proprietatis dicitur omnis Rector caput, ſicut Rex, Dux vel Pontifex. ita Ioan. de Turrecrem. *in c. 1. diſt. 12.* Ideo dicit Lucas de Penna *in l. nemini. C. de conſulib. & no. ff. argendis. lib. 12.* quod Princeps in Republica, qui pro quodã corpore ponitur, obtinet vicem & officium capitis. Et Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, *ad Coloſſ. c. 1. & ad Epheſ. 5.* Et vt dicit Paul. Iureconſ. *in l. cum in diuerſis. ff. de relig. & ſumptib. funerum.* Caput eſt principale membrũ hominis. Nam ille locus efficitur religioſus, vbi caput inhumatur humanum etiam abſq; aliis corporis partibus & non econuerſo. Quia per caput cognoſcimus cuius imago ſit, *vt ibi dicit text.* & illud ſequuntur omnia mem-

bra, *ad Epheſ.4.& c.nolit.11.diſtinct.* Et indecens eſt membra perfectiora eſſe capite. *c.miramur.60.diſtinct.* & dicit Fel. *in c.num liceat à capite membra recedere in princ. extra de præſcript.* quod caput eſt honorabilius membrũ cæteris, & dicit Bald. *in cap.1.§.ad hoc in 4. col. de pace iuramento firmanda.* quod excellentia hominis tribuitur capiti, in quo eſt fons rationis & intellectus. Et Ariſtoteles allegatus per Baldum ibi dicit, quod cerebrum ſit membrum diuinum, in quo eſt ſenſus & intellectus, vnus locus ab authoritate hominis eſt in capite. Et ibi notat, quod in re animata caput ſubiacet oculis corporis, in re inanimata caput eſt principium. Item idem eſt quod potiſſimum, vnde ſubiungit verſum iſtum:

Principium caput eſt pars corporis & dominantis.

Et Felin. *in d.c.* de facie hominis loquitur, quæ non eſt de honeſtãda ſeu fœdanda, cum ſit ad ſimilitudinẽ Dei formata, vt dicit text. *in leg.ſi quis in metallum. C.de pœn.* per quem etiam ibi not.gloſ.& poſt Angel. quod homo non eſt bullandus in fronte, dicit tamen ibi Feli. quod facies & caput ponuntur, vt diuerſa. Item aduerte, quod vbi caput dolet, cætera membra dolent, vt dicit text. *in cano.ſunt plurimi.& in can.ex merito.6.quæſt.1.* Spec. *in titul.de inquiſitio.§.3.ver.ſi autem.* & ita caput eſt dignum, quod ab eo inchoandũ eſt. Spec. *in titul.de elect.§.1.verſic.publicatione.* pro quo facit text. *in l.vnica.ff.de offi.præfecti auguſtalis.* Vbi dicitur Præfectus Ægypti habet iuriſdictionem, & officio ſuo non eſt priuatus, quouſque eius ſucceſſor Alexandriam ſit ingreſſus. Cum ſit Metropolitana & capitalis ciuitas. ad idem *l.meminiſſe. ff. de offic. proconſul.& in l.ſi forte.ff.de officio præſidis.* Ex quibus infero vnum obſeruatum apud nos; quod non debeat haberi reſpectus, nec eſt in conſideratione, aduentus, ſeu ingreſſus Regum, aut Principum in aliquot regnum, ſeu prouinciam: niſi aduenerint, vel ingreſſi fuerint principalem, aut, vt ita loquar, capitalem ciuitatem Regni, vel Prouinciæ; quod tu notabis quia alibi non reperies.

Item caput, arx potentiarum animæ dicitur, teſte Cælio, *lib.ſuarum antiquarum lectionum.11.cap.13.* & idem *lib.2.cap.23.* ſic ait: caput arcis quodammodo locum habet in humanis corporibus. Et Plato in Timæo, Caput non principale ſolum ſed etiam totum in corpore nuncupauit. Eſt ergo caput præcipuum, excelſiuſq; in homine membrum, primo regiminis acutorum Galenus, & Platonici omnes rationalis animæ ſedem nuncupãt ſecundum aliquos, quoniam ibi cerebri eſt conceptaculum, ac membrorum animaliũ, quæ organa ſint, & principia virtutis animalis, tam apprehendentis, quam eligentis, ſeu voluntarie mouentis, quibus potiſſimũ conſtat animalium inter ſe diſſimilitudo. Licet non me fallat Bedæ ſententia ſuper Marcum. Animæ locus (inquit) principalis non iuxta Platonem in cerebro, ſed iuxta Chriſtum in corde. Portionem vero hanc communi ſimilitudine quadam poſſidemus ſublimem, ſicut etiam interpretatur Ariſtoteles. Quin & vniuerſa in hominis corpore ſitum præferunt vniuerſi, cum cætera nullo eiuſmodi ſint conſtituta reſpectu, aut confuſo admodum. Porro vt quæſtionibus, idem caput eum obtinuiſſe locum ſcribit, quia ſit diuiniſſimum membrum. Ab eo enim ſternutamenta quoque proueniunt, quod eſſe ſacrum augurium conſtat. Inde quoque obrepſiſſe noſtris moribus opinatur Cælius, vt quibus exhibeatur reuerentiæ cultus, iis caput aperiamus. Galenus poſt Hippocratem ſcribit fuiſſe capitis ſubſtructionem, potiſſimum ob videndi excellentiam, qui ſenſus ad circumſpectum omnem velut in ſpeculo collocari debuerit, ſicut idẽ eſt apud Auicennã. A quo etiam illud proditur prima tertii. Exploratoris vice oculos fungi.

Aduerte etiam, quod manus dextra ſit dignior læua, ſecundũ Luc.de Pen. *in l.aquarũ poſſeſſores.col.1.C.de aquaduct.libr.11.* ad quod allegat.*2.Maccha.2.c.* ibi *porrectis dextris, & iureiurando.* Inde dicit iuramentũ dextra manu præſtandũ eſſe. *Eſa.63.cap.iurauit Dominus in dextra ſua.& 1. Macchab. cap.6.* ita dicit Iacob. Bonaud. *in gl.ff.ad Ioan.de Terra Rubea,*

Rubea, in tract. Vinea Eccleſiæ nuncupato. art. 2. primi tractatus in 4. concluſ. in verb. à dextris. vbi etiam dicit, quod dextra arguat nobilitatem, & præeminentiam honoris.

QVadrageſimaſeptima conſideratio de excellentia ſanitatis erit, quæ plurimum extollenda eſt: cum, vt dicit Philoſ. *Ethic. c. 4.* deſiderabiliſſimum eſt ſanum eſſe, & *in lib. eiuſdem operis. cap. 31.* iterum dicit: Viro ſanum eſſe optimum eſt, vt nobis videtur. Quid enim prodeſt homini habere omnia mundi imperia, ſi infirmitate afflictus in eis conſolari, & gaudere non poteſt? Ideo inquit Eccleſiaſticus *cap. 3.* Non eſt cenſus ſuper cenſum corporis. Qua ex re ait Iuuenalis *li. 1. Satyra prima.*

Orandum eſt, vt ſit mẽs ſana in corpore ſano.

Et Cato moraliſſimus ſic nos hortatur:

Corporis auxilium medico committe ſodali,
Sit tibi præcipue, quod primum eſt, cura ſalutis.

Hæc Bern. de Buſt. *ſerm. ſuo 31. 2. par. ſui Roſarii in litera T.* Et ideo, vt refert Cælius, *antiquar. lect. li. 4. c. 14.* fertur, Pyrrhum Epirotarũ Regem poſt Alexandrum prudentiſſimũ rei militaris adiudicatum, vbi immolaturus tẽpla inuiſeret, non Regni ampliorẽ modum, non de hoſte victoriam præſignem, neque item gloriam illuſtriorem, aut diuitias, & id genus alia, quibus mortalium pleriq; attoniti inhiant: ſed ſanitatem modo à Diis cõprecari ſolitum, ceu parte hac bene conſtituta, proſperius ceſſura viderentur omnia: Nãm ſi toto ſinu ſe affundat, abſit autem valetudo recta, nullum illinc profluit emolumentum quod iuuet. Propterea Antiochum cognomento Sotera prælia cum Galatis congreſſurum legimus in quiete arbitratum Alexandrum ſibi aſſiſtere, monereq; vt prius quam in aciem milites produceret, non aliud proponeret illis ſignum, quã bene valere. Quod cum is non neglexiſſet, nobilem de hoſtibus victoriam eſt aſſecutus. Scimus porro (inquit Cælius) mandatorum librum ab imperatore dari ſolitum, in quo præceptum primum erat de ſanitatis cura. Pythagoras quoq; in Epiſtol. non alia eſt vſus conſolatione, quam vt iuberet bene valere. Id inſtitutum, & Pythagorici mox ſeruarunt veluti animæ corporique nil amplius congrueret, hocque vno hominis bona vniuerſa comprehenderunt. Quin & Symbolum, quo inter compares vterentur, dicebatur ſanitas, & vt dicit Gall. *in lib. Hæreſ. ad eſt ſectarum.* ſanitate nil vtilius eſt mortalibus Academici, & Peripatetici, hoc eſt, Platonici, Ariſtotelici inter tria genera bonorum ſanitatem annumerant. Tradunt enim tria eſſe genera bonorum, ex quibus felicitas perficitur. Prima animi bona vt virtutes. Secunda corporis vt valetudinem & pulchritudinem. Tertia externa, quæ fortunæ aſcribuntur, vt diuitias & honores. Carneades item Academicus nil bonum eſſe cenſebat, niſi præmia naturæ, hoc eſt, ſanitatem, robur, pulchritudinem & alia id genus. Quibus autem conſtet ſanitas & ſeruari poſſit, vide Cælium, *li. 11. c. 37.* & vberius *li. 16. ca. 41. ſuar. antiq. lect.* Et quemadmodum animi lætitia eſt ſanitati humanæ valde propria, ita triſtitia contraria, vt per Luc. de Pen. *in l. decurion. C. de ſilentiariis, li. 12.*

QVadrageſimaoctaua conſideratio de laude laboris exprimit, de qua Heraclides Lycius, (vt ſcribit Philoſtratus in vita Sophiſtarum) librum vnum compoſuit, & illũ laudibus laboris dicauit, ſine quo dicebat, nihil in rebus humanis frugiferum geri poſſe, adeoque probari, vt caſſus etiam labor (modo non vitioſus) ſit otio ac delitiis anteferendus. Xenophon dicit nullam eſſe veram voluptatem citra laborem. Nam ſi ſomni, aut cibi, aut potus appetitum præuenias, nihil dulce ſentiri. Labore autẽ exercitatis omnia dulcius ſuppeditari. Ex quo Socrates dũ corpus ambulando, ſeu quiduis aliud agendo exercebat, obſonare famem dicebat, quod item noſtris Religioſis ante cibum præceptũ eſt. Idem opus conferre dictitabat ad hominum bonitatem, otium vero vitium. Bonos igitur in opere eſſe, quanquam ocioſi viderẽtur. Improbos autem, qui aut alea, aut opere aliquo turpi, ſiue etiam plus æquo ambitione, ſeu quæſtu occupati appareant ocioſos eſſe. Idem cum laboraret circa citharam, di-

Digitized by Google

centi cuidam. *Iam ſenex diſcit?* Reſpondit, *Præſtat tarde diſcere, quam nunquam.* Laſſus Hermioneus interrogatus à quo Sapientiam didiciſſet? A labore, inquit, & experientia. Pythagoræ quoque ſententia fuit, legendam eſſe ab initio vitam optimam ac laborib. quam maxime exercitatam, quam cõſuetudo paulatim ex aſpera dulcem redderet, & homines robuſtos faceret; laborem namque voluptatem quoquo modo ſemper comitari: ſi bona ſit voluptas, illa præcedit. Si autem mala, labor ſubſequitur. Muſonius ait, cum ſæpe pro voluptate, & pecunia, aut alia re, nulla cum laude labores maximos ſubeamus, quid mirum ſi pro gloria, pro æquitate eoſdem adeamus, exemplo cornicum, & gallorum, qui quanquam rationis expertes, adeo pro gloria certant, vt vſque ad extremum ſpiritum inuicem pugnent? Vnde Euſebius. *Corpus vitium corrumpit. Animum vero earum rerum negligentia, quæ ad diuinam faciunt contemplationẽ.* Vltra præcedentes Philoſophorum ſententias, quæ de re ſentiant Poetæ adducuntur. Primo, Epicharmus ait: *Laboribus omnia nobis Dii venditant bona.* Euripides: *Fortunas ex laboribus venari oportet.* Item labor, vt dicitur, gloriæ pater. Idem, *Laborantes Deus adiuuat. Labor vero ſolus circa fortunam ſumptus mortales adhuc minime affligit, labores audent boni, timidi nihil vnquam aſſequuntur. Ex laboribus gratia prouenit hominibus. Nullo modo quis citra laborem felix eſſe, neque gloriam aſſequi vllam nihil agendo poteſt.* Ex qua Euripidis ſententia Ciceronis eſt illud: *Omnis laus in actione conſiſtit, & ocioſus nullus, quanquam Deos habens in ore, victum ſine labore parare poſſet.* Sophocles: *Laborem ſubire oportet eos, qui ſibi feliciter eſſe volunt.* Menander: *Cuncta & labore, & diligentia deprehendi poſſunt.* Philemon: *Quam mihi dulcia ſunt priora mala! Niſi enim tunc laboraſſem, nunc minime gauderem.* Aul. Gellius verba ex Catonis oratione ad milites refert: *Mementote, ſi quid vnquam recte per laborem feceritis, labor ille cito à vobis abſcedit; benefactum autem ſemper remanebit. Si quid vero nequiter per voluptatem, voluptas repente abibit, nequiter illud factum apud vos ſemper extabit.* Virgilius: *Labor omnia vincit.* Cicero pro Archia: *Nulla enim virtus mercedem laborum periculorumq; præter hanc laudis & gloriæ deſiderat, qua quidem detracta, quid eſt, quod in hoc tam exigua vitæ curriculo tantis eos laboribus exerceamus? Certe ſi nil animus præſentiret in poſterum, nec tantis ſe laboribus frangeret, nec tot curis vigiliisq; angeretur. Nunc inſidet quædam in optimo quoq; virtus, quæ noctes atq; dies admonet, non cum vita tempore dimittendã commemorationem noſtri nominis, ſed cũ omni æternitate adæquandam.* Dauid: *Tu domine laborem & dolorem conſideras.* Grego. in Moral. *Sicut in malis præſens ſecuritas parit dolorem, ſic in bonis præſens labor perpetuam inducit ſecuritatem.* Et alibi pulchre dicit: *Deſidioſus ſæpe ingenium accipit, vt iuſtius negligentia puniatur, quod ſcire contempſerit, quæ ſine magno labore adſequi poterat bonitate naturæ, contra vero ſtudioſus tarditate punitur, vt eo maiora præmia ferat quo magis laborauit.* Deniq; Sophocles, Plato, Iſocrates, Hieronymus & alii cõplures, qui diu vixerunt vſque ad extremam ſenectam ſcribentes, labores ſubierunt, finẽque diſcendi cum vita fecerunt. Ad quã rem multum faciet alienæ imitatio virtutis. Nam quiſque bonus aliena gloria magis excitabitur. Thucydides puer, cum audiſſet Herodotum ſenem ſuam Hiſtoriam recitantem, collacrymaſſe dicitur. Demoſthenem fabrorum antelucana diligentia excitare ſolebat. Themiſtoclem Milciadis tropæa ſomnum capere non ſinebant. Alexander Achillis, Cæſar Alexandri conſpectis tumulis laudis æmulatione ingemuiſſe feruntur. Hęc Volaterranus li. 31. *Comment. an Philologia*, c. 1. Guil. vero Leporeus Heduen. *in ſuo tract. artis memoratiuæ li. 4. ca. vlt.* dicit: quod ex labore memoria augetur, ſenſus interiores aſſiduitate firmãtur, eo merces felicitatis diuinæ comparatur ieiunium. *de conſecr. d. ſt. 5.* omnia, vt iam dictũ eſt, vincuntur, de quo canit Poeta:

Labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.

Non igitur immerito (vt dicit) Lycurgi leges iuuentutem erudiere, venando, currẽdo, algendo, æſtuando. Iuſtus enim labor honoribus,

ribus, præmiis, ſplendore decoratur. Vnde Diogenes cenſebat ſe ſcientiam, bonaque animi nanciſci non valere, niſi labori ſe deuoueret. De quo Horat. *Sermonum primo*. Nil ſine magno vita labore dedit mortalibus.

QVadrageſimanona conſideratio quęrit, an otium aliquo modo ſit laudandum, cum illud multi exprobrent, & fere omnes ſemper otium vituperant? Sed cum duplex ſit otium, primum laudatum, & alterum illaudatum, vt emple ſcribit Luc. de Pen. *in l. 1. colum. 2. C. de excuſat. artificum. libr. 10.* Ideo laudes illius otii laudati referam, (prætermiſſo illaudato, de quo, *in præcedenti part in 1. & 29. conſiderat.* dictum eſt) eo, quia eſt literatorum ac contemplantium veritatem, de quo Cato dicebat: Viro nobili, quemadmodum negotii, ſic & otii rationem extare oportere. Hoc idem Seneca in Epiſtolis amplectendũ ſuadet honeſto ac prudenti viro, quo ex actionum tumultu, tanquam in portum ſe tandem recipiat, vbi ſeſe primum, deinde humana pariter ac diuina dignoſcat. Nam ſemper negotioſis (inquit) tempus furtim labitur, & hos eſſe, qui in ambitione vel auaritia iugiter occupati breuitatem temporis queruntur, & improuiſos ſe ad mortem trahi nihil omnino vixiſſe putantes. Ariſtot. *in lib. de Anima* inquit: Animam ſedendo & quieſcẽdo fieri prudentiorem. Plutarchus: *Sapientem decet quietem & otium in ſcientia & prudentiæ exercitatione ponere.* Non dico eam venalem, ac forenſem, ſed maximam, quæ nos Deo coniungat. Socrates dicebat, ita inſtituendam eſſe vitam, vt ex te, non ex aliis voluptatem capere poſſis. Euripides: *Qui agit plurima, plurimum peccat quod ambitioſis & auaris maxime accidit.* Et demum ratio, quod improbi, probis rerum experientia ſimul, & ſolertia præſtant: quam enim quis diligit artem, in hac ſe libenter exercet, quam vero exercet, hanc & probe nouit. Denique & Auguſtini ſententia *in lib. de ciuitate Dei.* Nemo bonus negotium quærit, nemo improbus in otio fructuoſo conquieſcit. Otium, inquit, ſanctum quærit charitas, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis, quam ſi nullus imponit, percipiendæ vacandũ veritati. Vnde Gregor. *in Ezech.* Contemplatiua vita, de qua dictum eſt *iſta part. in 33. conſid.* eſt charitatem Dei ac proximi tota mente complecti, ab omni terrena actione quieſcere, ſoli deſiderio conditoris omnibus poſthabitis curis inhærere. Idem: Sicut enim grauioris eſt culpæ inter bonos improbum eſſe, ſic maioris fuerit laudis inter improbos bonũ ſe præſtare. Idem *in Regiſt.* Quanto quis in rebus mortalibus occupatior, tanto à Deo remotior. Iſidor. *de ſummo bono:* Quanto quiſq; curis maiorib. occupatur, tãto magis vitiis premitur: mundi enim amatores non ſolũ ſtulti ex eo, quod infima pro ſummis appetant, verum etiam miſeri, quod ea cum ærumnis cõſequantur. Aug. vero (vt habetur *in c. qui Epiſcopatum. § itaq. 8. q. 1.*) dicit: itaque à ſtudio cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium, vbi eſt text. clarus, quod ſit etiam otium laudabile. Et facit text. *in cap. 1. circa medium. 23. q. 5.* vbi dicitur: mali ab inquietudine mala ad ſanitatis otiũ, legum coertione dirigantur. Et de hoc otio laudabili etiam meminit ciuis & contemporaneus noſter Ioan. de Monthel. *in ſuo Promptuario iuris, in verb. otium.* Et ait Bern. Otium eſt vacare Deo, imo negotium negotiorum, vbi nullum admittitur otium. Ideo dicit Apoſtolus, *Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus.* & Seneca *in epiſt.* Crede mihi, plus agunt, qui nihil agere videntur. Sed vt dicit Volaterranus *li. 31. Commentar. in Philologia ca. 1.* Neceſſarium eſt huiuſcemodi viris Ariſtotelis ſententia, rerum adminiſtratorem aliquẽ prope habere, qui res obeat ac curet, vt Socrates Critonem, Epicurus Metrodorũ, Apollonius Damidem, ipſe quoq; Dominus noſter Iudam negotio præfecit. Apoſtoli itẽ alios alii. Vt autem Monachos attingam, ait ibi Volaterranus, Origenes Ambroſiũ, Hieronymus Chromatium habuit, Bernardus fratrem Viterbii defunctum deflet: vt paternæ domus præſidium, curarumq; ſuarum leuamen. Denique Franciſcus Ælia ſuo quanquam flagitioſo, ob rerum experientiã carere non poterat. Sed, vt ibidem, ipſe Volaterra-

nus *in c.ſeq.* inquit, ab hoc otio honeſto multos præſtanti ingenio retrahit metus amittẽdæ dignitatis & exiſtimationis, quam negotium ſine periculo, *in proam. de Oratore* exoptat duo quaſi difficilia. Et ibi ſequitur, quomodo ad id otium plerique diuerſis ex cauſis inducti fuerint, & qualiter multi ex negotiis humanis ſe in otio poſuerint, & ſolitudinem amauerint, de cuius laudibus etiam ibi videre poteris. Item; propter quietem ſiue otium, quoque fit, vt nullam moleſtiam corporis quiſquam patiatur, ſecundum Auguſt. *li.19.de ciuit.Dei.c.*1. Ideo multi dudum in ſeculo militantes poſt longi temporis laſſitudinem, ob reliquæ vitę requiem, clericantur, vt Deo ſeruiant, & tutiori otio ſeneſcant, cõſilio optimo ducti, vt ait text. *in l.quiſquis emenſis.C.de epiſc.& cler.* vtque poſſint in otio & tranquillitate reliquum tempus vitæ ſuæ peragere, vt ſonant verba *in l.petitionem.in fi. C.de aduoca. diuerſorum iudiciorum*. Et hoc ſatis prudenter, cum meliorem partẽ eligant, & nullus beatus, niſi quietus, ait Tull. *lib.1.de natura Deorum*. Et requies ſaltem honeſta nobis eſt neceſſaria, ſicut veſtes & victualia, vt patet *in l.fin.§.nec in ipſis.C.de his, qui ad Eccleſ.confug.* Etiam quies, ſc. contemplationis, quæ à iuſtis viris maxime prælatis corde appetenda eſt, & pro multorum lucro, quandoque poſtponenda eſt, vt ait tex. *in c.in ſcripturis, verſi.quies* 8.*qu.*1. Sed in Monaſteriis quies, oratio, & labor manuũ debet eſſe, text. eſt, *in c.de præſentium.*16.*q.*1. Sic & in ciuitatibus quies in conſiliis, oratio in curiis, iuſtitiæ adminiſtratio in iudiciis, & labor agricolarũ, & artificum continue vigere, non iurgiis, otiis, ſpectaculis, aut ſeditionibus, damnoſe vacare debent; hæc Luc. de Pen. *in l. vn. C.de gladiator.lib.*11. Et quomodo aliqui felicitatẽ poſuerunt in otio, vide per Beroald. *in ſuo opere de felicitate*.

QVinquageſima conſideratio laudem & excellentiam naturæ perſtringit. Et in hoc conſidera duplicem eſſe naturam, naturantem videlicet & naturatam. Natura enim naturans dicitur Deus. *Inſtit.de iur.natur.in princ.iuncta gl.in verb.hinc, & in verbo.matrimonium*. Cum dicit, ius naturale eſt, quod natura, id eſt, Deus omnia animalia docuit. Et pro hoc eſt gloſſ. quæ eſt finalis *in l.ſed & ſi reſtituatur.§.fina.ff.de iudic.* Et eſt gl. *in verbo, rerum natura, id eſt, Deus, in §.ſingulorum. Inſtit.de rerum diuiſ.* de hac etiam Ouid. 1. *Metamorph.* cum ait:

Hanc Deus & melior litem natura diremit.

Hic mens & cauſa à Platone appellatur. Vnde Seneca *li.4.de benef.* Nihil aliud eſt natura, quam Deus, & diuina quędam ratio toti mundo, & partibus eius inſerta. Cum de diuinitate & eius excellentia ſupra dixerim, *in 1.conſid.huius part.* non aliter immoror. Sed de huiuſmodi diſt. eſt gl. melior & clarior. *in l.reſpiciendum.ff.ſi cert.petat.* quæ dicit: eſt ergo natura naturans, id eſt, Deus, & ille omnia ſcit, *vt in ca.nouit ille qui nihil ignorat. extra de iudic.* Nam mille anni ante oculos eius tanquam heſterna dies quæ præterit. Alia eſt natura naturata, ſcil. hominis, quæ præterita & præſentia tantum ſcit, quam Deus indidit Creaturis. (Futura enim præſcire ſolius Dei eſt, *vt in 27.q.5.in princ.*) & de qua & eius excellentia ſeu laude dicendum eſt. Nam natura videtur omnium rerum fortiſſima, cũ nullæ leges eam corrumpere poſſint, vt habetur. *Inſtit.de legit.agnat.tutel.in fin.* cum dicit text. *Ciuilis ratio ciuilia iura corrumpere poteſt, naturalia vero non vtique.* facit text. *in l.iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.ff. de reg. iur.* Etiam pacto natura tolli non poteſt. *l.ius autem agnationis.ff.de pact.l.abdicatio. vbi glo. optima.C. de patria poteſtate. l. eas obligationes. ff.de cap.dimin.* Naturalia enim diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia ſunt, vt dicit text. *in §.ſed naturalia.Inſtit.de iure natur.gent. & ciuil.* de quo per Decium *in d.reg.iura ſanguinis.* & per Bernard. de Buſtis *in 2.par.ſui Roſarii ſerm.* 51. *in litera L.* vbi ponit, quomodo natura ſit omnium rerũ fortiſſima. Ita quod illud, quod natura dedit, nemo tollere poteſt, nec per quamcumque artem natura tolli poteſt, prout refert de quodam Aſculano Poeta, qui cõtra Dantem Poetam tenentem opinionem contrariam, quod volebat probare exemplo

cuius

cuiuſdam cati, qui arte inſtructus ante eum tenebat lumen, quando ſtudebat, vel comedebat. Poeta Aſculanus in quadam ſcutula portauit duos mures, quos ante mutilegum dimiſit. At ille proiecto in terram candelabro, naturam ſequens poſt mures cœpit currere, ſicque natura artem ſuperauit. Imo dicit Cicero *lib.1.de nat. Deor.* Itaque nulla ars imitari ſolertiam naturæ poteſt. Quoniam natura norma legis eſt, vnde dicit tex. *in §.minorē. Inſt t.de adopt.* Quod ars imitatur naturam, inquantum poteſt, concordat textus, *in l.ſi paterfamilias in fin.ff.eo.* per quem textum decidit Panormitan. *in capit.debitum de Baptiſ.* quod non debet quis aſſumi ad leuandum aliquem de ſacro fonte, vt ſit pater eius ſpiritualis, niſi ſit maior plena pubertate, ſcilicet, decimooctauo anno. Sicut in ſimili dicitur per doctos text. in adoptione legali, & eſt ratio ſecundum eum. Quia abſurdum videtur, eum fieri patrem ſpiritualem, qui non poteſt eſſe carnalis. Et illud ſatis innuit ibi tex. *in d.§. minorem.* dicens: Contra naturam eſſe vt filius ſit maior, ſcilicet tempore, quam pater. Et impedimentum naturæ fortius eſt, quam accidentis, vt *in §.ſed & illud. Inſtitu.de adopt. & l.ſed eſt quæſitum.§.1. & 2.ff.de lib. & poſth.* Et vt ait idem Cicero *libr.de Senect.* Omnia quæ ſecundum naturam fiunt, habenda ſunt in bonis, & *libr.3. Rhetoricor.* docet nos ipſa natura quid oporteat fieri, & vt dicit Menander, Omnibus doctrinis imperat, & omnia dat & colligit natura. Imo nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicet, vt dicit Iuuenalis, *Saty.14.* At naturam efficientem, gubernantem, continentemque Plato vocauit, hoc eſt, opificem, vt refert Cælius *lib. antiq. lect.1. c.4.* vbi plura de natura, vnde Plin. vbiq; naturam parentem rerum, opificemque appellat, & teſte Cælio, *vbi ſupra lib.2.c.22.* Hippocrates naturam appellat iuſtam, vti Ariſtoteles eam eſſe ait, velut œconomum bonum, ac patremfamilias. Quando iuſtitiæ maieſtas neceſſaria ſapienter excogitauit, tribuitq; vnicuique pro dignitate, redundantib. omnino reſectis. Et vt ait Ariſtot. *li.1. de cœlo & mūdo,* Mirabilia naturæ multa ſunt. Semper enim quod melius eſt, deſiderat. Idem *li.de generatio.* Nec aliquid fruſtra, & vnicuiq; quod ſibi conueniens eſt, dat. *li.8. naturalium, & li.15* quod infinita det natura, & *lib.16.* Quod natura ſit ſicut rectificator & rector. & 17. Quod omne, quod facit natura, faciat ſecundum ordinem; quod in multis comprobaui. Quomodo etiam in animalibus, ſola natura vtentibus, eſt ordo, ita vt natura duce errari nullo pacto poſſit, vt ait Cic. *lib.1.de legib.* & dat ſimilitudinem *l.quod ſi nolit.§.qui mancipia.iuncta gl.in verb.non infamare.ff.de ædili edict.* Item naturali vitio parcitur. tex. & gl. *in l. fluminum.§.vitium.ff.de damno infect. & c.ad eius.§.quæ tantum mulier.5.diſtin.* Et naturalia ſunt immutabilia, *vulgato.§.ſed naturalia. Inſtit.de iure nat.& c.& 5.diſt.in princ.* & dixi ſupra ample, *in conſideratione loquēte de iuribus, quod illorum præcellat.*

QVinquageſimaprima conſideratio laudem, & præcellentiā conſuetudinis cōplectitur in globo, cum altera natura dicatur, vt notatur per gl. *in ver.conſuet in l.ſi quis poſthum.in prin.ff.de liber.& poſth.& in gl.cum per rerum in l.actor.C.de probat.* Quoniam conſuetudo bene agendi vertitur in naturam. Saluſt. *in Iugurth. Mihi quidem, qui omnem ætatē in bonis artibus egi, bene facere, tam ex conſuetudine, in naturam vertitur,* & Luc. de Pen. *in l.miſſi opinatores.col.3.C.de exacto.tributorum. li.10.* vbi dicit: quod omne quod conſuetum eſt, ſit velut innatum. Similis enim eſt cōſuetudo naturæ. Vnde conſuetudo eſt delectabilis appetitus, ſecundum Ariſt. *1.Ethic.* & ex conſuetudine vnumquodq; fit fortius. Tullius *3.Philip.* Omne naſcens facile opprimitur, inueteratum plerunq; fit robuſtius. More etenim priuilegii veneratur, & perpetuo celebratur, *c.mala.8.diſt.* vincit interdū ingenium & artem, & vt dicit Seneca *li.de natura. q.* & ex prouerbiis ſapientum; Grauiſſimū eſt imperiū conſuetudinis, & eius authoritas eſt magna. *c.conſuet.& c.in his.11.diſt.& Panorm. in c.conſuet.& ibi Apoſtil.per tres aut quatuor col.Extra de conſuetud.* Et conſuetudo vincit, quæ omnium rerum, maxime verborum eſt, ait Au. Gellius *li.noct. Atticar.12.c 13.* Et ſicut

 ma-

matri debet adhiberi reuerentia, ita & cõſuetudini. vt dixi *in comment. noſt. ſuper conſuetu. ducat. Burg. in procem. in fine 1. gl. in addit. ibi poſita: incipiente, & dicit Bald.* ſed in his non inſiſto, cum ibi videri poſſint. & vt narrat Bernard. de Buſt. *in ſerm. 31. 2. part. ſui Roſar. in litera P.* Naturam etiam alterare dicitur conſuetudo, vt oſtendit Auerrois commentator *ſuper 3. Phyſ.* dicens inter alia: Quod aliqui ita ſint aſſuefacti comedere venenum, vt ſit eis pro cibo, & in nutrimentum conuertatur, quod & refert Aul. Gellius *noct. Attic. li. 17. c. 16.* Anates Ponticas, edendis vulgo venenis victitare. Et Mithridatem, Ponti regem, medicæ rei & remediorum id genus ſolertẽ fuiſſe. Ipſa etiam conſuetudo eſt illa, quæ leges & ſtatuta vel confirmat, vel infirmat. *c. in iſtis. 4. diſt. l. de quib. ff. de legib.* Ideo inquit Tullius *in Tuſcul. q. lib. 2.* & dixi ſupra, conſuetudinis magna eſt vis. Vnde Ouid. *in 2. de arte amandi*, demonſtrans eius potentiam, dixit:

Fac tibi conſueſcat, nil conſuetudine maius.

Et quod cõſuetudine magis quam ſcripto fiat adoratio ad Orientem, notatur *in ca. Eccleſiaſticarum 11. d.* de qua ſupra in plurib. locis. Vnum non omittam, quod conſuetudo illorum, cum quibus conuerſamur, ſi non ſit peruerſa, ferenda eſt. vt dicit text. *in ca. illa. 12. diſt.* Nam dictat prouerbium: *Oportet amare amicos cum ſuis complexionibus, ſeu conſuetudinibus, vt in cap. 2. 41. diſt.* Conſuetudines & prærogatiuæ prouincialium ſunt ſeruandæ, *textus in l. obſeruare. ca. antequam*, ibi, *Magni enim faciunt, &c. ff. de offic. Proconſ. & Legati.* Facit *l. ſi in aliquam. in princip.* ibi, *& ferias ſecundum mores & conſuetudinem, quæ retro obtinuit, dare. ff. eod.* & textus *in l. vt prophan. C. de paganis.* Vbi dicit, quod conuentus ciuiũ, & eorum lætitiæ, & feſta, & conuiuia cõſueta non debeant eis interdici, pro quo etiam *in §. ne autem. in procem. ff.* Item conſuetudines Eccleſiarum ſunt ſeruandæ, *vt in c. contra morem. 100. diſt.* item & terrarum. *vt in c. Ioannes. de clericis cõiugatis. Extra. & l. ſi fundus. ff. de euict. & l. circa locationes. C. de locat. & l. ſi prius. ff. de aqua plu. arcen.* Conſuetudo excuſat à multis, vt eſt tex. *in l. 1. C. de exact. & trãſlat. mili. annonar. li. 12.* & ibi gl. multas allegat concordant. A conſuetudine tamen licet diutius obſeruata, propter vtilitatem publicã, licet diſcedere, *text. in l. vnica. C. de expenſ. ludor. lib. 11.*

QVinquageſimaſecunda cõſideratio laudem, & excellentiam fortunæ attingit. In qua aduertendum, quod ſumma felicitas, ſecundum Platonem, & Ariſtotelem, conſiſtat in tribus bonis. Primo, in bonis animi, vt ſunt virtutes, de quibus ſuperius *in 4. par.* Secundo in bonis corporis, vt ſunt valetudo, ſeu ſanitas, & pulchritudo, de quibus etiam ſupra dixi. Tertio in bonis externis, quæ fortunæ aſcribuntur. vt in diuitiis & honoribus. De diuitiis dictum eſt in parte præcedenti, & adhuc aliquid infra. De honoribus vero, etiã ſupra *in 1. par.* Sed reſtat de bonis fortunæ, an hæc fortuna ſit felicitas, ita vt ſit aliquo modo extollenda. Philip. Beroald. *in ſuo libello de optimo ſtatu.* dicit, quod hæc toto mundo, vt inquit Plin. *li. 2. c. 7.* locis omnibus, omnibuſque horis, omnium vocibus, ſola inuocetur, vna accuſetur, vna agatur rea, vna cogitetur, ſola laudetur, ſola arguatur, & cum conuiciis extollatur, volubiliſque à pleriſque, & cæca etiam exiſtimetur, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorumque fautrix. Huic omnia expenſa, huic omnia ferũtur accepta, & tota ratione mortalium, ſola vtramque paginam facit. Hanc fortunam Deam (quâ renuẽte nihil ſecundum mortalibus contingere poteſt) vario ritu, diuerſis nominibus, totus veneratur orbis. A fortuna, fortunatos dicimus fœlices, quaſi fortunę alumnos, aut filios, cui tantum tribuêre veteres Romani, vt ſexcentis templis, totidemque cognomentis fortunã venerarentur. Nam Romæ colebatur Fortuna, cognomento Primigenia, Viſcata, Puſilla, Fortis, Maſcula, Conuertens, Bene ſperãs, Virgo, Barbata: ſicut Plut. aſſerit *in problemat. & in lib. de fortuna Romanorum*, vbi diſputat de laude, & excellentia virtutis ad fortunam. Hinc Theophraſtus ſcripſit *in Caliſt.* Vitam regit fortuna, non ſapientia. Plautus in *Pſeudolo.* Centum doctorum hominum conſilia hæc deuincit Dea fortuna. Atq; hoc verũ eſt, perin-

perinde vt quiſque fortuna vtitur, ita præcellit, atque exinde ſapere eum omnes dicimus. Magnam (inquit Marc. Tullius) eſſe fortunæ vim in vtramque partem, quis neſciat? Nam & cum proſpero ſtatu eius vtimur, ad exitus peruenimus optatos, & cum reſtauerit, & retrocesſerit, affligimur; quod ſimulachrũ fortunę cum copia & gubernaculo formarint, vt author eſt Lact. *lib. 3. diuinar. inſtit.* tanquã & hæc opes tribuat, & humanarum rerũ regimen obtineat. Cui adſtipulatur Horat. qui fortunam omnipotentem vocat, cum dicit:

Fortuna omnipotens inſipientibus.
Quantum atrox, quæ tibi vendicas?
Euertensq; bonos, erigis improbos.
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa viros pauperie grauat,
Indignos eadem diuitiis beat.

Et de fortuna ſcripſit Ph. Beroald. ad Minum Roſcium ſenatorem, ſequentes verſus elegantiſſimos.

Nemo diu rebus confidat, Mine, ſecundis,
Nemo diu ſperet proſperiora dari.
Omnia vertũtur, nec Regum regna, Ducũq;
Stare queunt, celeri ſors trahit iſta rota.
Sicut terra vices mutat, rerumq; colores,
Atq; annus varia tempora lege rapit,
Vt neque pura dies omnis, neque lucidus aer
Semper, & æſtatem nubila pellit hyems.
Sicut ludificus boreas fulgentis honorem
Deſpoliat floris, adoreumq; decus:
Sic homines fortuna rotat, quodcũq; benigna
Larga manu dederat, mox inimica rapit.
Cæca, vaga, incõſtans, incerta, volubilis, illex,
Comis, blãda, potens, trux, violẽta, rapax.
Hæc Dea, non ſtabilis, varia eſt, & lubrica, & omni
Mobilior vento, mobiliorq; Polo.
Hanc pedibus priſci vates finxere carentem,
Inq; pila ſtantem, pennigeramq; Deam.
Hos, vt mater, alit: illos, vt ſæua nouerca,
Exagitat, fouet hos, his inimica nocet.
Hũc amat, ex imoq; ad celſa cacumina ducit,
Inſolitoque locat, conſpicuumq; facit.
Aſt alium rapit in præceps, qui diuite gaza,
Qui regno fuerat fultus, & imperio.
Improba quanta potes, proh quanta potẽtia regni
Eſt fortuna tui, quantaque mobilitas!
Quam ſit Diua tuum numen venerabile, magni
Æneadæ oſtendant Romulidæque patres.
Qui te tam multis olim coluere ſacellis,
Quam non multa ſuo templa dedere Ioui.
Maxima barbatam fortunam Roma colebat,
Quod dat barbatis gaudia, quodque fauet.
Tullius extruxit fortunæ templa puſilla,
Quam paruus magnum venit in Imperium.
Et viſcata Dea eſt, homines quia prendit, & arctat,
Auceps vt viſco prendere tentat aues.
Eſt fortuna mala, & conuertens, eſt bene ſperans,
Fortis habet nomen, maſcula culta Dea eſt.
Vt tua multiiuga eſt, varia, & numeroſa poteſtas,
Sic ſunt multa tibi nomina facta Dea.
Tu ſors, atque Tyche, modo tu fortuna vocaris,
Te modo Naturam, cœlicolamque vocant.
Quidam te Nemeſin memorant, Rhamnuſia multis
Diceris: Aſt aliis Nortia dicta Dea es.
Omnibus ipſa locis cunctorum vocibus vna
Carperis, & coleris, prout mala, vel bona das.
Ipſa gubernaclum geſtas, quia cũcta gubernas:
Et quia tradis opes, copia iuncta tibi eſt.
Omnes connexi tecum ſumus, & tua vincla
Perpetimur cuncti, ſeruitiumque ferox.
Aſtricta nunc hos, nunc hos leuiore catena,
Sæua ligas, fœlix qui iuga laxa ſubis.
Felix fortunæ quiſquis memoraris alumnus,
In cuius gremio mollia membra foues.
At tu cui paulum arriſit Dea cæca, caueto:
Ne det fucoſas ſubdola blanditias.
Piſcator veluti blanditur piſcibus hamo,
Effunditque cibos inſidiiſque parat.
Si fortuna tibi comis blanditur, in altum
Tolleris, vt lapſu mox grauiore ruas.
Exemplo tibi ſint Troiana, & Perſica regna,
Argolici reges, Romuleique duces.
Rex Priamus Phrygiæ populis, ſceptroque ſuperbus,
Qui tenuit magnas luxurioſus opes,
Occubat infœlix: ferro obtruncatur ad aras
Numinis, Hercæi victima fitq; Iouis.

Darium Perſas, & Perſica regna tenentem,
Qui fuerat Regum maximus, atq; Ducum,
Vincit Pelleus ductor, Beſſusq; trucidat,
Fortuna ex alto præcipitat ſolio.
Ponticus epoto rex claudere fata veneno
Conatur, nati Pharnacis arma timent.
Magna fuit quondam, diueſq; opulentia Crœſi,
At ſeruus Cyri mancipiumq; fuit.
Olim Romani Libycum timuere Iugurtham,
Captiuus decorat pulchra tropæa Mari.
Diripiuntur opes Numidæ, regnumq; Syphacis:
Sceptriferaſq; manus arcta catena ligat.
Quid gemini Atridæ? quorum alter coniugis arma
Suſtinet infelix, alter adulterium.
Quid Magnus? quo nil Romana potentia maius
Vidit, qui toto victor in orbe fuit.
Vincitur à ſocero, fugit ad Nilotica regna,
Septimius Phario dirimit enſe caput.
Olim Cecropiis decorata eſt Hellas Athenis,
Græcia nunc omnis, Cecropidæq; iacent.
Æthiopodinia tenuerunt culmina Thebæ:
At nunc Thebarum gloria nulla viget.
Troia fuit pollens Phrygiis celeberrima regnis:
Nunc Troia in cineres verſa ſepulta latet.
Alta Semiramio fabricata bitumine quondam,
Mœnia ſubuerſa nunc Babylone iacent.
Quid plura enumerem? quondam decus, & caput orbis.
Roma, peregrino eſt ſubdita Pontifici:
Cuncta fluunt, res nulla diu durare maligna
Sorte poteſt, celerem quæ rotat vſq; rotam.
Ac veluti lunæ facies modo conficit orbem,
Et modo deficiens, nocte tacente, ſilet.
Et modo clara micat pernox: modo nulla ſeneſcens
Cernitur: & nunquam quo prius orbe nitet.
Sic fortuna facit: nunc pura & lucida fulget,
Nunc obſcura latet, nec manet vna diu.

Saluſtius quoq; Criſpus ait: Profecto fortuna in omni re dominatur, & dicit Bald. *in l. ſi duobus in 1. col. C. commu. de leg.* quod à ſentētia fortunæ non appelletur: quia fortuna non habet ſuperiorem in hoc mundo. Hæc Dea (vt inquit Horatius) pollens eſt, vel imo tollere de gradu mortale corpus, vel ſuperbos vertere funeribus triumphos: vt ait Ouidius:

Nempe dat, & quodcunq; libet, fortuna rapitq;,
Irus & eſt ſubito, qui modo Crœſus erat.

Et quanta ſit eius poteſtas, ſatis indicant verſus Iuuenal. cum ait:

Si fortuna volet, fies de Rhetore Conſul,
Si volet hæc eadē, fies de Conſule Rhetor.

Et etiam Iuuenalis eam dicit collocādam in cœlo, cum ait:

Sed nos te facimus, Fortuna, Deam, cœloque locamus.

Ideo dicit Bern. de Buſt. *in ſerm. 32. 2. part. ſui Roſar. litera O.* quod maior ſit potētia fortunæ, quam ſtellarum, cum de duob. ſub eadem conſtellatione progenitis vnū in regno triumphare faciat: alterum vero in miſerabili ſeruitute vſq; ad mortem victitare contingat. Et, vt dicit Textor Niuernenſis, *in ſua offic. c. loca, Dies ſacra.* Antium, maritima vrbs Latinorum, fortunā habuit in honore maximo, cui etiam ſacra fecit, templumq; erexit magnificum, vnde Horat. *li. carminum:*

O Diua, gratum quæ regis Antium.

Et ipſam fortunam ampliſſime laudat, reprimit, & vituperat ipſe Text. *in ſuis E. uth. in verb. fortuna.* Intantū etiam eſt laudanda fortuna, quod data paritate in reliquis, præferēdi ſint bene fortunati, vt dixi ſupra, *in 9. part. 45. conſid.* Et quomodo homines in vno loco ſint fortunatiores, quā in alio, ſcribit Cælius *li. antiq. lect. 1. c. 32.* dixi etiam ſupra *in hac part. in conſid. de clim. quæ eſt in ordine 16.*

Qvinquageſima tertia conſideratio laudem & excellentiam amoris continet, inquantum facit ad intentionem huius operis, dicam ſolum in quo cōſiſtat eius laus, me remittendo in reliquis ad Platonē, qui plura de amore ſcripſit, & ad Ariſtotelem, & Ciceronem, qui de Amicitia veraciter ſcripſerunt. Inter alia autem dicit Bern. de Buſt. *ſermo. 31. 2. par. ſui Roſar. in litera M.* Quod amicitia ſit omnium rerum fortiſſima, propter quam etiam inueniuntur aliqui mortem ſubiiſſe, ſicut de diſcipulis Pythagoræ legitur; Vnde Salomon *Cantic. vlt. c.* inquit: fortis eſt, vt mors, dilectio, & habetur *Ecc. 6. c.* amico fideli nulla eſt comparatio, vnde dicit Ariſt. *2. Politicor.* Ami-

Amicitiam quidem putamus maximum eſſe bonum ciuitatibus, & Saluſtius *in bello Iugurthino.* Non exercitus, neque theſauri præſidia regni ſunt; ſed veri amici. Et Tullius *lib. de amicitia*, ait: Ego vos hortor, quantum poſſum, vt amicitiam omnibus humanis rebus anteponatis. Et idem *in 1. libr. de fine bonorum & malor.* dicit; Epicurus quidam ita inquit: Omnium rerum, quas ad beate viuendum ſapientia comparauit, nihil eſt maius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius. Et Quintil. *lib. 5. declamationum*, inquit: Non reperio, quid in rebus humanis excogitauerit natura præſtantius amicitia. Et idem Caſſiodorus *in lib. de amicitia*, & ipſe Tullius *in libr. 1 Rhetor. veter.* Maximum bonum eſt amicitia. plurimæ enim delectationes ſunt in amicitia. Et dicit Valerius *lib. 4. de amicitia*, quod deſerta ſit futura vita hominis, nullius amicitiæ cincta præſidio. Et author Aſtrolabii inquit: *Omnia dona Dei tranſcendit verus amicus*: Eſt enim is amicus, qui eſt tanquam alter idem, teſte Cic. *de amicitia*. Et ſic amicitia habet idem velle in licitis, & honeſtis, vt refert gloſſ. fin. *in l. lata culpa. ff. de verbor. & rerum ſignif.* vbi refert, quod non ſit amicitia inter latrones & fraudatores, ſed fraus & dolus; ideo; quia rei turpis cauſa inita. Et dicitur amicus, ſecundum eandem gloſſ. quaſi animi cuſtos, & text. *in d. l.* dicit amicos appellari omnes debere nō leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura, hoc eſt, neceſſitudines familiaritatis honeſtis quæſita rationibus. Et ibi ait Cicero, quod nihil ſit tam naturæ aptum, tamque conueniens ad res vel ſecundas vel aduerſas, quam amicitia. Principio, quæ poteſt eſſe vita vitalis, quæ non in amicitia mutua, beneuolentiaque conquieſcat? Quid dulcius, quam habere quocum omnia audeas ſic loqui, vt tecum? quis etiam tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, qui illis æque ac tu ipſe gauderet? aduerſas vero res ferre difficile eſſet ſine eo, qui illas grauius etiam, quam tu, ferret. Amicitia plurimas res continet, quoquo verteris, præſto adeſt, nullo loco excluditur, nunquam intempeſtiua, nunquam moleſta eſt. Nam & ſecundas res ſplendidiores facit, & aduerſas patiens communicanſque, leuiores. Cumq; plurimas & maximas commoditates amicitia contineat; tamen illa in eo præſtat omnibus, quod bona ſpe præluceat inpoſterum, nec debilitari animos aut cadere patiatur. Verum etiam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur ſui; quocirca, & abſentes adſunt, & egentes abundant, & imbecilli valent: & quod difficilius dictu eſt, mortui viuunt; tātus eos honos memoria deſideriumque proſequitur amicorum. Ex quo illorum beata mors videtur, horum vita laudabilis, quod ſi exemeris ex natura rerū beneuolentiæ coniunctionem, nec domus vlla nec vrbs ſtare poterit. Nec agri quidem cultus permanebit: id ſi minus certe intelligitur, quanta vis amicitiæ concordiæque ſit, ex diſſenſionibus atque ex diſcordiis percipi poteſt: quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas eſt, quæ non odiis atque diſſidiis funditus poſſit euerti? Ex quo quantum boni ſit in amicitia iudicari poteſt. Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperq; ad aliquid, tanquam adminiculum, annititur: quod in amiciſſimo quoque dulciſſimum eſt. Solem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt: qua à Diis immortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius, & cōcludam; Vita inculta & deſerta ab amicis, non poteſt eſſe iucunda. Nempe & hi, qui ſe totos tradiderunt voluptatibus, ſine amicitia vitam eſſe nullam ſentiūt, ſi modo velint aliqua ex parte liberaliter viuere. Hic non omittam inſerere, quod & natura nos docuit de amicitia. Nam Appion, doctus homo *in lib. Ægyptiacorum* 5. vidiſſe ſe Romæ ſcripſit, recognitionem inter ſeſe mutuā ex vetere amicitia, hominis & leonis, teſte Aul. Gell. *lib. noct. Attic.* 5. *cap.* 14. cuius verba transferri curaui: in circo maximo, inquit, venationis ampliſſimæ, pugna populo dabatur eius rei, Romæ cum forte eſſem, ſpectator fui; multæ ibi ſæuientes feræ, magnitudine beſtiarum, omniumq; inuſitata aut forma erat, aut ferocia, ſed præter aliā omnia, leonum, inquit, immanitas admirationi fuit: præterque omnes cæteros

vnus; is vnus leo corporis impetu & vaſtitudine, terrificoq; ceruicum fremitu, & ſonoro, toris, comiſq; ceruicum fluctuantibus, animos oculoſq; omnium in ſeſe conuerterat; introductus erat inter complures cæteros ad pugnam beſtiarum, Dacus, ſeruus viri conſularis, ei ſeruo, Androdus nomen fuit; hunc ille leo vbi vidit procul, repente, inquit, quaſi admiratus ſtetit, & deinde ſenſim atque placide, tanquam noſcitabundus ad hominem accedit; tum caudam, more atque ritu adulantium canum, cleméter & blande mouet, hominique ſe adiungit, cruraque & manus eius, ſemimortui timore, lingua leniter demulcet. Homo Androdus, inter illa tam atrocis beſtiæ blandimenta, amiſſum animum reſtaurat, paululumq; oculos ad contuendum leonem reuertit; tum, quaſi mutua recognitione facta, lætos, inquit, & gratulabūdos videres hominē & leonem. Ea res prorſus admirabilis maximos populi clamores excitat; accerſitumq; à Cæſare Androdū, interrogatumque, dicit, cur illi atrociſſimus leonum vni peperciſſet? tunc Androdus rem miram narrat. Cum prouinciam, inquit, Aphricam, pro conſulari imperio meus dominus obtineret, ego ibi duris eius & quotidianis verberibus, ad fugam ſum coactus: & vt mihi à domino, terræ illius præſide, tutiores latebræ forent, in camporum & arenarum ſolitudines cōceſſi, ac ſi defuiſſet cibus, conſilium fuit, mortem aliquo modo quærere: tum Sole, inquit, medio, rapido & flagranti; ſpecum quandam nactus, remotam latebroſamque, in eam me penetro & recondo; neque multo poſt ad eandem ſpecum venit hic leo, debili vno & cruento pede, gemitus edens & murmura, doloré cruciatumq; vulneris cōmiſerantia; atq; ille primo quidē cōſpectu adueniētis leonis terrorem ſibi incuſſum dicit, ſed poſtquam introgreſſus, inquit, leo, vti res ipſa apparuit, in habitaculum illud ſuum videt me procul deliteſcentem, mitis & manſuetus acceſſit, & ſuſpenſum pedem oſtendere mihi, & porrigere, quaſi opis petendæ gratia, viſus eſt; ibi, inquit, ego ſtirpem ingentem, veſtigio pedis eius hærentem, reuulſi, conceptamque ſaniem, vulnere intimo expreſſi, accuratiuſque ſine magna iam formidine ſiccaui penitus, atque deterſi cruorem; ille tunc mea opera & medela leuatus, pede in manibus meis poſito, recubuit & quieuit. Atque ex eo die triennium totum ego & leo in eadem ſpecu, eodemque victu viximus: nam, quas venabatur feras, membra opimiora ad ſpecum mihi ſuggerebat, quæ ego, ignis copiam non habens, ſole meridiano torrens, edebam. Sed, vbi, inquit, vitæ illius ferinæ iam pertæſum eſt, leone in venatum profecto, reliqui ſpecum, & viam ferme tridui permenſus, à militibus viſus, apprehenſuſque ſum, & ad dominum ex Aphrica Romam deductus, is me ſtatim rei capitalis damnandum, dandumque ad beſtias curauit; intelligo a. inquit, hunc quoq; leonem, me tunc ſeparato, captum, gratiam nunc mihi beneficii & medicinæ referre. Hæc Appion dixiſſe Androdum tradit; atque ideo cunctis petentibus dimiſſum Androdum, & pœna ſolutum, leonemque ei ſuffragiis populi donatum. Poſtea, inquit, videbamus Androdum & leonem loro tenui reuinctum, vrbe tota circum tabernas ire, donari ære Androdum, floribus ſpargi leonem, omneſque fere vbique obuios dicere: *Hic eſt leo hoſpes hominis, hic eſt homo medicus leonis.* Plura alia exempla de more animalium, maxime Delphinorum erga homines, & quod Delphinus ſit hominis amicū animal, vide per Plinium *libr. naturalis hiſtoriæ 9. cap. 8.* & Gellium *in noctibus Attic. libr. 7. cap. 8.* Sed de amore dicamus, de quo *in Authent. quibus mod. natur. effici. legit. §. nouimus. collat. 6.* dicitur, quod nihil ſit amore vehementius vbi gloſſ. in verb. *vehementius*, inquit:

Non frater fratri cum furor ille venit;
Igneus ille furor neſcit habere modum.

Hunc amorem commendat Cælius *libro antiq. lect. 9. cap. 24.* vbi ait, quod Platonicus Phædrus magnum eſſe Deum amorem comprobet, apud Deos homineſque mirandum, propter multa, quæ ibi deſcribuntur. Amor certe omnibus ad omnia eſt ingenitus: & quomo-

quomodo Athenis fuerit ſimulachrum amoris, & ei fiebant ſacra multis in locis. Et idem Cælius *lib.12.cap* 36. inquit, quod Phædrus, maximorum bonorum cauſam eſſe amorem pronunciet; nec ſe inuenire quid melius accidere poſſit adoleſcenti, quam optimus amator, aut amatori, quã amatus optimus. Et eſſe quidem duo, quæ à pueritia per omnem vitam ducere illum debeant; in rebus turpibus verecundiam, in honeſtis ſtudium. Hoc autem nobis neque diuitiæ, neque honores præſtare citius poſſunt ac melius, quam amor, neque abſque his duobus, aut ciuitas vnquam, aut priuatus præclarum aliquid & magnificum perficere poterit: nec vllus adeo ignauus eſt, quem amor non inflammet ad virturem, diuinumque reddat, vt viro fortiſſimo par euadat. Nam vim, furoremque, vt dixi, amor amantibus inſpirat: quinetiam pro altero mori amantes ſoli eligunt. Nec viri tantum, ſed mulieres quoque, vnde veri amoris veræque amicitiæ teſtimonia ſunt locupletiſſima, vt eſt hiſtoria de Tito Ful. Rom. & Griſippo Athenienſi, viris amiciſſimis, quæ eſt conuerſa ex Boccatio, à Philippo Beroaldo in linguam Latinam. Laudes amoris commemorat in oratione, quam fecit de amore ipſe Beroaldus, vbi ait: Socratem Philoſophorum fontem, quadam olim oratione amorem vituperaturum, ob verecundiam pallio caput operuiſſe. Idem mox eiuſdem laudationes per palinodiam, hoc eſt, contrarium cantum celebraturus, id aperto atque reuelato capite factitauit: ideo ibi laudaturus amorem, alacri animo ita exorditur: Magnus Deus eſt amor, apud hominesque mirandus, vt Philoſophi dixerunt, & ob originem antiquiſſimã, inprimis honorandus. Siquidem Heſiodus in Theogonia cecinit, primordiale chaos, repente terram, & amorem ſimul extitiſſe. Puto autem eſſe hunc inſitum vnicuique eorum, quæ ſunt, naturalem vim cauſamque, qua eſſe expedit vnumquodque. Et, vt inquit Parmenides, *Ante Deos omnes primum generauit amorem*: vnde ab Orpheo (quem diuus Auguſtinus inter Theologos priſcos annumerat) cognominatus eſt Pranes, ab eo, quod ex Chao primus apparuit, licet plures amores, vt Veneres, fabuloſe ficti ſint, quos plures ſcriptores commendarunt. Illis omiſſis amorem illum celebremus (inquit Beroald.) qui à Platone diuinitus memoratur, qui virtutes amatoribus ſuis conciliat, qui nos Diis amicos facit, dicamuſq; eum eſſe cœleſtem, beneficum, pacificum, pulcherrimum, qui mortalibus maximorum bonorum cauſa eſt, vt iam dixi; qui pacem largitur hominibus, qui ventis requiem, qui mari tranquillitatẽ, qui elementa ſocietate conglutinat, qui cunctos familiaritate conciliat, beneuolentiæ largitor, maleuolentiæ exterminator. Et quemadmodum coniungi vna non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum ſerenitate, pugna cum pace, ſterilitas cum fœcunditate, cum tranquillitate tempeſtas: ita cum amore, odium, ira, inuidia, liuor, maleuolentia copulari non poſſunt. Et quemadmodum radius à ſole, calor ab igne, rigor à glacie, candor à niue nequeunt ſeparari; ita diuelli nõ poſſunt amor, beneuolentia, ſocietas, neceſſitudo, concordia: hic eſt enim amabiliſſimus amicitiæ nodus, princepsq; ad beneuolentiam cõglutinandum. Vnde ab amore amicitia traditur eſſe nuncupata. Quod eſt in nauigio gubernator, quod in ciuitate magiſtratus, quod in mundo ſol, hoc inter mortales eſt amor, nauigium ſine gubernatore labaſcit, ciuitas ſine magiſtratu periclitatur, mundus ſine ſole tenebricoſus efficitur, & mortalium vita ſine amore vitalis non eſt. Tolle ex hominibus amorem, ſolem è mundo ſuſtuliſſe videberis, vt ſuperius dixi. Huc adde, quod hic Deus à nobis omnem ruſticitatẽ amolitur, omnis elegantiæ, omniumque munditiarum pater eſt. Vnde venuſte Plautinus ſenex, amorem Deum appellat munditiam, eumq; puris nitoribus ait antecellere: da mihi hominem efferum, atque truculentum: hunc amor è veſtigio mollem reddet & manſuetum: da rudem & ruſticanum, ſtatim ab amore fiet ingenioſus & vrbanus: da incultum, ab amore cultiſſimus efficietur. Denique torpor

omnis, ſegnities omnis, ſomnus lethargicus, marcor, ſqualor, incuria, ex amoris contubernio eliminantur, in quo induſtria, gnauitas, vigilantia, ſolertia, cultus, decor commorantur: vt de Galeſo Cymone, de quo vide hiſtoriam in Latinum è vernaculo ſermone conuerſam, per Philipp. Beroaldum. Sed hic modus, hæc menſura, hoc temperamentum, quod virtutibus adhibetur, in amore quoq; adhibeatur; & procul erit omnis de amore conqueſtio. Nam, vt inquit veridice Plautinus ſeruus: Bonum eſt pauxillum amare ſane, inſane non bonum eſt: nam virtus in medio conſiſtit; & in nobis, teſte Apoſtolo, ordinata debet eſſe charitas. Et cum nihil aliud ſit amor, ex diffinitione Philoſophorum, quam fruendæ pulchritudinis deſiderium, illum nos amorem laudamus (inquit Beroaldus) celebramus, extollimus, qui pulcherrimus eſt, qui ex pulchrorum deſiderio natus, pulcherrima plura mortalib. cunctis impertit. Nonne artes, vt ab hoc quaſi quodã fonte emanarunt? Nonne hic omnium inuentionum author eſt & propagator? medendi nempe & diuinandi, & ſagittas ab arcu excutiendi diſciplinam, amore duce, inuenit Apollo, texendi artificium Minerua, fabricam ærariã Vulcanus, menſuras & pondera Phædon, literas Mercurius, leges Ceres, deniq; omnes, qui per artes inuentas vitam excoluerunt, amore impulſore atque ductore cõmenti ſunt nouas adinuentiones: non enim talia ſatagendo inueniſſent, niſi talia adamaſſent. Omitto, vt ait, quod per amoris beneficium animalia cuncta progenerãtur in terris: nonne ea, quæ inanimata dicuntur, amare quodammodo exiſtimantur? Hinc magnes ferrum trahit, ſuccinum paleas, cecias nubes: & vt inquit Empedocles; arida terra amat imbres. Et nemo non (vt ait Hieronymus) aliquid amat. Denique amore conſtãt omnia, augeſcunt, floreſcunt, propagantur. Igitur amorẽ colamus, amorem meritis præconiis extollamus.

QVinquageſimaquarta conſideratio de laude pecuniæ adſtruit, quæ excellit omnes res mundi, cum ei omnia obediant, vt habetur *Eccleſiaſt.* 10. vbi dicit Salomon: *Pecuniæ obediunt omnia.* & *in cap.* 7. *eodem loco* dicitur: *Sicut protegit ſapientia, ſic & protegit pecunia.*

Et in libro 3. de moribus medicorum dicitur:

Rex regum nummus dominus manet, & dominatur,
Et cuncti reges ſubiiciuntur ei.

Vnde dicitur:

Nummus honoratur, ſine nummis nullus amatur:
Nummus vbi loquitur, Tullius ipſe tacet.

Et, vt dicit Cælius *lib. antiquarum lectionũ* 12. *cap.* 68. pecunia Dea dicitur. Vnde Iuuenalis:

Et ſi funeſta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras.

Sed, vt dicit Ambroſius *lib.* 2. *offic. cap.* 21. hoc malum iam dudũ influxit humanis mentibus, vt pecunia honori ſit, & animi hominum diuitiarum admiratione digni, vt nemo niſi diues, honore dignus putetur. Nam diues à diuo fit, quod qui diues ſit, quaſi Deus nihil indigere videtur: vnde, teſte Philippo Beroald. *in ſuo opuſculo de felicitate*, omnes fere exiſtimant ſummum bonum ſeu felicitatem eſſe diuitias, & ſolum diuitem eſſe beatum: primo in teſtem Horatium afferentes, qui ait:

O ciues, ciues, quærenda pecunia primum,
Virtus poſt nummos.

Et *in ſermonibus*, cum ait:

Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, diuina, humanaque pulchris
Diuitiis parent, quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiã Rex:
Et quicquid volet.

Cuius ſententia adſtipulatur Petronius Arbiter *in ſuo Epigrammate*, cum inquit:

Quiſquis habet nũmos, ſecura nauiget aura,
Fortunamq; ſuo temperet arbitrio.

Et paulo poſt:

Multa loquar? quiduis, nummis præſentibus, opta,

Euenit:

Eueniet: clauſum poſſidet arca Iouem.

Hinc Iuriſconſ. Vlp. *in l. bonorũ 1. ff. de verb. ſign.* refert, quod bona naturaliter dicãtur ex eo, quod beent, h. e. beatos faciãt, vt ſunt diuitiæ, pecuniæ: beare autem eſt prodeſſe. Et ait Tullius, diuitias eſſe effectrices rerũ magnarum, & inprimis voluptatum. Pecuniæ nerui ſunt bellorum; aurum perſuaſio eſt regum. Huic metallo (vt inquit veridice Apuleius) difficultates omnes ſunt peruiæ, & auro adamantinæ fores perfringuntur. Dicere ſolebat Verres, nihil eſſe tam ſanctũ, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poſſit. *Aurum* (vt inquit Horatius) *per medios ire ſatellites, & perrumpere amat ſaxa potentius ictu fulmineo.* Philippus Macedonum Rex omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ modo aſellus onuſtus auro aſcendere poſſet. Qui vero pecunias bellorum neruos eſſe dixerunt, oraculo certiora dixiſſe videntur. Archidiacon ſociis inquirentibus, quantum ſatis foret pecuniæ ad belli adminiſtrationem? reſpondit, bellum ordinata non quærit. Vnde in ſummo Imperatore hæ res ineſſe debent: Scientia rei militaris, virtus, autoritas, felicitas, & auri copia, ſine qua reliqua manca & mutila eſſe creduntur, ſine qua præclara non facile geri poſſunt.

Pecunia magnum bonum generis humani exiſtimatur, vt inquit Euripides. Pecunia in honore, paupertas probro haberi cœpit, vt volunt Saluſt. & Seneca. Cui enim diuitiæ affluunt, huic nihil deeſſe creditur: nam, vt ait Horatius:

Et genus, & formam regina pecunia donat,
Et bene nummatũ decorat ſuadela venuſq;.

Hinc *in c. ſicut hi. in princip. 47. diſtinct.* traditur; quod mens mortalium ſemper aurum, ſemper argentum videt; gratius intuetur aurum, quam ſolem: omnis noſtra oratio & ſupplicatio ad Deum, aurum quærit: vnde Perſius:

Prima fere vota, & cunctis notiſſima tẽplis:
Diuitiæ creſcant, vt opes, vt maxima toto
Noſtra ſit arca foro.

Et capi debet hic pecunia pro omni re, quæ eſt, vel eſſe poteſt in patrimonio, iuxta text. & not. *in l. pecunia. infra. & in l. ſeq. & in l. pecunia. 2. ff. de verb. & rer. ſignific. & in c. totum. 1. q. 3.* & clarior eſt text. *in l. pecunia. 2. 3. ff. eod.* qui ait: Pecuniæ nomine non modo numerata pecunia, hoc eſt, nummi, ſed omnes res tam ſoli, quam mobiles, & tã corpora, quam iura continentur: & hoc largiſſime; ſed ſtricte pro pecunia numerata, vt eſt text. *in ca. 2. & 3. 14. quæſt. 3.* ſed melior textus *in l. 1. Cod. de prob.* Pretium autem non conſiſtit niſi in numero tantum, vt *in § item pretium. Inſtit. de empt. & vendit.* Item large pro omni eo, quod conſiſtit, pondere, numero vel menſura, vt *in l. talis ſcriptura. ff. de legat. 1. & l. 2. § item mutuum. ff. ſi cert. petat. & ibi notatur in l. 2. in gloſſ. penult. C. de conſtit. pecun. & in d. § item mutuum in gloſſ. in verb. pecunia. & in d. c. totum. 1. quæſt. 3.* Aduerte tamen, quod ſtricte accipienda ſit de his, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Bart. *in l. 1. § fuit quæſitum. ff. ad Trebellian. & in l. interdum. ff. de condict. indeb.* & Alexander *in l. ſingularia. in 7. colum. ff. ſi cert. petat.* & do. meus Iaſ. *in 1. col.* vbi etiam declarat, quomodo capiatur pecunia. Et idem dicendum de voce, *nummus*, vt dicit idem dominus meus Iaſon *in l. nummis. in 3. colum. ff. de in lit. iur.* Et, teſte Cælio, *libr. antiquar. lectionum, 12. cap. 49.* nummus eſt, qui rebus menſuram infert ac æſtimationem, eſtque medius quodammodo, cuncta metitur, ac rerum inæqualium pretia, ea menſura ad æqualitatem reuocantur; quia vero ex lege eſt, non natura: proinde nummi prorepſit appellatio, à nomo, id eſt, lege. Eſtque, vt Ariſtoteles inquit, tanquam fideiuſſor. Quapropter nummum monetam appellauere, quod ſigno numiſmatis moneantur, cuius pretiũ eſſet. Et licet in aliquibus laudetur pecunia, vt dictum eſt, tamen in pleriſque vituperatur, quod omitto, cum ſit alienum ab hoc inſtituto: de quo Lucas de Penna *in l. hi penes. colum. 2. Cod. de agric. & cenſitis. libr. 11.* & per Philipp. Beroaldum *in ſuo libello de optimo ſtatu.* Et, teſte Blondo, *de Roma triumphãte, lib. 8.* inter alias diuitias & pecunias laudat illas, quæ proueniunt ex agricultura.

QVinquageſimaquinta conſideratio erit de tribus modis regendi Rempublicam, ſeu tribus ſpeciebus principandi in ipſa Republica, & quæ illarum ſit potior, melior & excellentior.

Nam primus modus ſeu primæ ſpecies regendi, ſeu principandi regni eſt, in quo vnus moderatur & gubernat ſecundum virtutem: & iſtum principatum Monarchiam vocant, & eſt optimus inter omnes principandi modos, eoſq; multum antecellit, vt recitat Antoninus Flor. *in ſua Summ.4.part.tit.5.cap.4.§.4.* Repræſentat enim diuinum regimen, quo totus mundus ab vno creatore gubernatur & regitur; repræſentat etiam ordinationem naturæ, per quam omnis multitudo, & deformitas ad aliquid vnum gubernans reducitur, ſicut omnia mobilia ad vnum primum mobile, ſcilicet cœlum. Hæc Flor. *vbi ſupra.* Legiſtæ vero & Iuriſconſulti alias rationes commendationum huius ſpeciei principandi adducunt. Nam dicit text. *in l.2.§. deinde quia difficile.verſi.nouiſſime.ff.de origin. iur.* quod per vnum rectius, quam per plures Reipubl. conſulatur. Facit text. *in l.3.§.quamuis autē.verſ.apparet.ff.de adminiſtrat.tut.* vbi dicitur, quod facilius per vnum tutorem, quam per plures tutela adminſtretur; & ibi ratio aſſignatur *in gloſſ.in verbo, facilius*, cum ait:

Segnius expediunt commiſſa negotia plures.

Hoc & Philoſophus 3. *Politic.* aſſerit, qui *ca.11.& 12.* decidit viro optimo potius, quam multis poteſtatem tribuendam, vide Boeriū *in tractat. de cuſtodia clauiū portarum ciuitatum.* allegātem Ægidium de Roma *in tract. de regimine principum.* & Bartol. *in tractat.de regimine ciuitatum.* & Cardin. *in cap. in apib. 7.quaſt.1.* vnde diuus Hieronymus *in Pſalm.146.* Melius eſt, inquit, vnum timere, vt plures non timeas: quam plures timere, vt ab vno ſis tutus. Dicebat etiam Homerus, vt etiam recitat Æmylius, non poſſe bene Rempublicam geri multorum imperiis. Sed & apud Herodotum Darius, cum de ſtatu Perſarum conſtituendo foret conſultatio, pulchra oratione euicit vnius regimen præſtare, ita vt, ex eius conſilio & ſentētia, ſcilicet, quod melior ſit ſtatus vnius, ipſe Darius paulo poſt rex Perſarum fuerit declaratus. Siquidem ex plurium etiam optimatū gubernatione odia inter ipſos priuatim excitantur, in publicum pernicioſa, cum vnuſquiſq; primus in Republica eſſe velit. Ex talibus autem odiis ſeditiones, ex ſeditionibus cædes exiſtunt. Proinde opus eſt, vt vnus ſit, veluti caput, à quo nequaquam membra diſſentiant, vt dicit Petrus de Anchar. *in conſil.ſuo 339.incip.pro maiori intelligentia.* vbi plene ponit de exordio regum. Et dixi ſupra *in 5.part. in 1.conſiderat.* quod ſicut iura imitantur naturam, vt *in §.minorem.Inſtit.de adopt.* Sicut regulariter in membrorum pluralitate eſt vnum caput, ita vt, ſi plura reperirentur capita, eſſet monſtrum, *l.non ſunt liberi.ff.de ſtat.homin.* & vbi pluralitas, ibi diſcordia, *c.quando Adam.de pœnit.diſtinct.2.* Sic vnus tantum debet eſſe rex & dominus in ſocietate. Ideo dicit Apoſtolus *ad Epheſ.4.* Vnum caput, vnus ſpiritus, vnus Dominus: facit text. *in c.in apibus.7.q.1.* vbi dicitur: In apibus dux vnus eſt, & grues vnam ſequuntur ordine literato; Imperator vnus iudex vnius prouinciæ. Neq; etiam Roma condita, duos fratres ſimul reges habere potuit. In Rebeccæ vero vtero, Eſau & Iacob bella geſſerunt. Ibidem præcipitur, vt ſinguli ſint Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archiepiſcopi, ſinguli Archidiaconi, & omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis rectorib. nitatur. Facit etiam text. *in c.loquitur.24.q.1.* vbi dicitur, quod vnus ſit Deus, vna fides, vna ſpes, vnum baptiſma. Hinc habetur *Ezech.37.* Seruus meus Dauid rex ſuper eos erit, & paſtor vnus erit omnium illorum. Facit quæ dicit Sozinus *in conſil.ſuo 165.in 2.vol.colum.7.ibi, ſecundo hæc concluſio probatur.* vbi dicit, quod virtus vnita fortior ſit diſperſa, vt ait Philoſophus. Vnde veritas inquit: Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Et Ariſtoteles 12. *Metaphyſ.* Entia nolunt male diſponi; nec bona eſt pluralitas principū, vnus ergo princeps. Etiam plura ſcribit Fel. *in c.quæ in Eccleſiarum.32.col.verſ.hanc declarationem limita.de conſtitut.* Et Aluar. *in c.præterea ducatui. col.*

col.2. de prohib. feud. alien. in vſibus feud. Et ampliſſime per Ægidium *de regimine princip. in 2 part. 3. libr. cap. 3. & 4.* vbi concludit, melius eſſe ciuitatem & regnum regi per vnũ, quam per plures, & iſte modus nuncupatur Monocratia ſeu Monarchia, vt dixi, quæ cæteros modos excellit, ſcilicet Ariſtocratiam, & Democratiam. De quibus per Franciſcum Patritium *lib. de regno & regni inſtitutione, lib. 1. tit. 3.* Et huius Reipublicæ regiæ modi ſunt quinque, vt *in Polit. Ariſtotelis lib. 3. cap. 10.* & ibi Faber *in ſuis commentariis.* Quos idem in introductione ſua, quam facit in politica Ariſtotelis, ſic deducit. Primus, cum vni, ob ingentia beneficia, & longe præcellentẽ virtutem, gubernationis ſumma creditur. Et hic proprius & maxime regius modus eſt. Secundus, cum vnus non omnium, ſed authoritatem belli perpetuam habet. Tertius, cum vnus ſecundum legem & patrium morem, volentibus quidem, & æquo animo ſeruile iugum ferentibus, dominorum ritu præeſt, atque dominatur. Quartus, cum vrgentibus rebus vnus eligitur, qui poteſtate durante, dominorum ritu exercet imperium. Quintus, cum vnus omnium habet poteſtatem, & in ciuitate in iis, quæ publica ſunt, & in iis, quæ foris geruntur, & hi vltimi quatuor modi, ſecundo loco, & minus proprie regii ſunt.

Alius vero eſt modus principandi, ſeu alius eſt principatus, qui eſt regimen optimatum ſeu principum, ſecundum virtutem, & vocatur Oligarchia ſeu Ariſtocratia, id eſt, poteſtas optimorum, in quo aliqui principantur. Hæc vero poteſtas eſt minor Monocratia, ſed ſuperat Democratiam, vt dicit Anton. Flor. *in loco hic ſuperius alleg.* Hanc multum laudat Fr. Patritius *in ſuo tract. de inſtitu. Reipub. lib. 1. c. 1.* ſed forte, quia Flor. & propter eorum communitatem: Hanc etiã laudat F. Patritius Flor. *libr. 1. de inſt. Reipub. tit. 4.* vbi dicit, quod in ea ſpecie principandi, in qua optimates agunt ſoli, qui in ciuitate cum virtute degunt, quiq; optimi ſunt, Rempub. adminiſtrant, nec multitudinis fauor, neque diuitiæ, aut nobilitatis gloria opitulatur: ſed honeſtas illos ad magiſtratus aut dignitatem prouehit, & credibile eſt ex optimis optima exiſtere conſilia. Iſtam etiam adminiſtrationem, ſcilicet paucorum, valde probat Philip. Beroald. *in libello de optimo ſtatu.* Nam quod ſtatus optimatum, qui dicitur Ariſtocraticus, vt inquit, ſit optimus, nomine ipſo declaratur, & exemplis, tam recentibus, quam vetuſtis liquet, & authoritate fulcitur. Sententia Plautina eſt, *in Milite: Nemo ſolus ſatis ſapit*: vnde, *Væ homini ſoli, quia ſi ceciderit, nõ habet ſubleuãtem.* Ex quo fit, vt cõſultationes plurium bonorum in vnum cõſpirantes ſint ſalutares, & conducibiles rebus magnis adminiſtrandis. Ariſtot. 3. *Politic.* Vno, inquit, duo meliores ſunt. Et Homerus: Duos ad omnia eſſe præſtantiores. Hinc Agamemnon Homericus decem optat conſiliarios, Neſtori conſimiles. Et ita hortabatur Megabyzus, vt gubernatio regni Perſarum ad Oligarchiam, id eſt, ſtatum paucorum traduceretur.

Et huius Reipublicæ optimatum quatuor ſunt modi, de quibus Ariſtoteles 4. *Polit. cap. 7.* & ibi in commentario Fabri Stapu. & per eundem *in dicta introduct. in ipſa Politica.* Primus, inquit, cum abſolute & ſimpliciter ab optimis viris, ſecundum virtutem Reſpubl. moderatur, & hanc proprie optimatũ Rempublicam appellant. Secundus, cum in ciuitatis adminiſtratione, diuitiarum & virtutis habito reſpectu, ad magiſtratus euehuntur. Tertius, cum ad tria, diuitias, virtutem, & populũ; aut duo, virtutem & populum, reſpectus habetur. Quartus, cum ea, quæ Reſp. peculiari nomine dicitur, ad paucorum gubernationẽ, potentia inclinatur, & hi tres vltimi minus proprie optimates modi dicũtur.

Alius & tertius eſt modus principandi ſeu alia eſt ſpecies regiminis Reipubl. quæ vocatur Democratia, & eſt regimen ſeu gubernatio populi; & eſt, in quo res agitur ad imperium multitudinis, cuius nutu leges deſcribuntur, & magiſtratus omnes eliguntur, & quod pluribus videtur, id commune omnium eſſe iudicatur; pro quo facit text. *in l. 2. §. nouiſſime. & §. deinde cum eſſet. ff. de orig.*

Bbbbbb 2 *iur. &*

iur.& l.1.in princ.ff.de conſtit.princip. & §.ſed & quod principi.in princip. Inſtit.de iure natur. gent.& ciuil.

Et huius popularis gubernationis ſunt quinque modi ſeu ſpecies: ſecundum Ariſto. *lib.4.Polit.cap.4.* quos commentarius Iacobi Fabri breuiter recapitulat *in introductione ſuperius allegata* modo ſequenti. Primus, cum dominante lege, & pauperes & diuites æquã habent gubernandi facultatem. Secundus, cum gubernatione ſecundum legem exiſtente, magiſtratus, & honores, à cenſu, & quidem exiguo, diſpenſantur, lege poſita, vt qui tantilla poſſidet, habilis ſit ad magiſtratus obeundos, qui vero non, inhabilis eſto. Tertius, cum omnes omnino ciues adipiſcendorum magiſtratuum habiles ſunt, modo comprobantur idonei, ac lex dominetur. Quartus, cum lege dominante, omnes omnino ciues habiles ſunt. Quintus, cum omnes omnino ad magiſtratum functiones ſunt indifferentes, verum non lex, ſed multitudo dominatur; & hæc deterrima & tyranni ſimillima popularium ſpecies, in qua decreta populi plus poſſunt, quam leges, & in qua maxime oriri ſolent populi ductores, qui aſſentantes, beneuolentia & fauore, populum, quo volunt, ducunt: quos Græci *demagogas*, Socrates, *fucos*, appellat. Hac, vt dicit Franciſcus Patritius, *lib.de inſtitu.Reipublica,1.tit.4.* Herodotus laudat Othanem, cum de inſtituenda Perſarum Repub. agitur, eamque nominari dicit Iſonomiam, id eſt, quaſi iuris æqualitatem, quando in Republica, in qua multitudo dominatur, omnia æquo inter omnes iure, dirimenda ſint, iubetque, vt, qui in ea magiſtratus forte dicitur, geſtorum omnium rationem reddat, vultq;, vt omnia conſilia in commune referantur, & in multitudine omnia ſint. Huius finis eſt libertas; nihil n. magis cupit popularis multitudo, quam poteſtatem viuendi habere, vt velit, quam quidem libertatem Cicero eſſe affirmat. Et, vt idem Patritius: libertatem eſſe dicit naturalem facultatem eius, quod cuique facere libet, niſi quod vi aut iure prohibetur, & hanc diffinitionem ponit Iuſtinianus *in §. 1. Inſtitut. de iure perſonarum.*

Et de iſtis tribus ſpeciebus adminiſtrandarum Rerumpublicarum ornate copioſeque diſſeruit ipſe Philippus Beroaldus *in dict. libr.de optimo ſtatu, in princip.* & tandem inclinat in hanc partem, quod ſtatus vnius optimus præſtantiſſimuſque eſſe credatur: vt inclinat animus, ratio ſuadet, & ſententia eruditorum decernit: quorum authoritas nobis pro ratione ſufficiat. Sed, vt ad incœpta reuocemur, ſubiungit idem Patricius paulo poſt, quod alia ſint genera regendi Rempublicam; quoniam, vt dicit, nonnunquam accidit, vt in aliquibus ciuitatibus ſoli opifices, & agrorum cultores dominentur, qui, quoniam multitudine præſtant, nobiliores peſſundant, & virtute affectos, boniſque artibus eruditos, ludibrio contemptuque habent, fieri per fortunam poteſt, vt eiuſmodi ciuitas tuto aliquandiu ac quiete ſe habeat. Sed inclinante fortuna, facile cernitur, quam difficile ſit cum eiuſmodi hominibus benagere. Qui enim in agris aut officinis aluntur, omnium rerum experientia carenti ſubmiſſoque animo regunt. Nec doctrina, aut genere, aut magnarum rerum experientia adiuuantur, & dum nobiliores formidant, temere omnia, aut crudeliter agunt: plebs namque omnis, aut humiliter ſeruit, aut cum magna crudelitate imperat. Vnde M. Tullius *in oratione pro Plancio*, ſic ait: Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, &

Sciditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Et etiam contra, vt nonnullas ciuiles ſocietates ſoli nobiliores regant: id quidem imperium neutiquam comprobandum cenſeo. Aduerſantur enim plerunque plebi, nec ſocietatem inferiorem æquo animo perpeti poſſunt, vt de nobili Claudiorum familia legimus. Et eos pene omnes aduerſus plebem adeo violentos, ac contumaces fuiſſe conſtat, vt nec capitis quiſquam reus, ad populum, mutata veſte, prouocare, aut gratiam veniamque deprecari voluerit. Atqui

Appius

Appius Claudius Regillianus, cum decemuir eſſet, legibus ſcribundis, & virginem ingenuam per vim, libidinis gratia, in ſeruitutē conaretur aſſerere, cauſam plebi dedit rurſus à patribus diſcedendi. Nec minorem violentiam in plebem oſtendit Claudia, eiuſdem gentis fœmina, quæ cum in conferta multitudine vix in carpento deuehi poſſet, palam exclamauit: vtinam reuiuiſceret Claudius Pulcher, iterumque claſſem amitteret, quo minor turba mihi obuiam daretur! Et quanquam nobiles viri animo excellentiores ſint: tamen proniores ad bella eſſe cernuntur: quę quamuis imperia aliquando augeant, plerūque tamen vrbes funditus euertunt. Lacedæmonii (vt Dionyſius Halycarnaſſæus ſcribit) aduerſa in Leuctris pugna, in qua 1700. ciues amiſerunt, nunquam amplius ex calamitate ciuitatem cernere potuerunt. Thebani quoque & Athenienſes ex infelici euentu pugnę, apud Cheroneam, non modo principatu Græciæ à Macedonibus, ſed patriæ etiam libertate priuati ſunt. Iniquum præterea eſſe videtur, vt cum ciuitas ex ſolis nobilibus extare nequeat, ſed lōge maior ſit reliqua multitudo, ſoli nobiles imperent; reliqui autem omnes famulentur. Alimenta namque naturalia agricultura nobis ſuppeditat, mercatura autem reliqua neceſſaria; quo fit, vt nec ſine cultoribus agrorum, nec ſine mercatoribus ciuilis ſocietas eſſe poſſit: non igitur à publicis muneribus auocandi ſunt, quorum vſus Reipublicæ neceſſarius eſſe cernitur. Sed his muneribus honeſtandi, quæ facile per ſe gerere poſſunt, vel collegiis adiuuandi, à quibus eorum greſſus adeo regantur, vt nihil incommodi ciuitas capiat, & inferiores à maioribus non videantur omnino deſtituti. Mediocres certe, qui neque abiecti ſunt, neque opulentia nobilitatis nimis exultant, longe modeſtius præſunt. Sed ſi alterutrum neceſſarium eſt, vel ſola nobilitas, vel ſola plebs imperet: longe tutius arbitror cum nobilitate, quam cum plebe agere: raro enim turpiter aut indecore agit, qui maiorum ſuorum laudem ſecum periclitari cernit: at ille, qui per ſeſe ignotus eſt, & maiores ſuos longe obſcuriores habet, paruam admodum iacturam ſibi aliquando facere videtur, ſi deliquerit: ſunt præterea ingenitæ nonnullæ virtutes nobilioribus, vel eas aſſequuntur perſuaſione maiorum. Hæc Patrit. *in prædicto loco*: & ibi vide exempla, de virtutibus, & geſtis quorūdam nobilium, & ruſticorum. Tandem concludit, quod ipſe ſit de numero illorum, qui optimam Rempublicam eſſe dicunt, quæ ex omni genere hominum commixta ſit, ex rationibus per eum ibi deductis, & propterea laudat Rempublicam Lacedæmoniorum (ſicut & Phil. Beroal. *in d. libello, de optimo ſtat. in prin.*) veluti ex Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia conſiſtentem. Rex enim apud illos erat pro vnius gubernatione, Senatus pro paucorum potentia, Ephori autem ſtatum popularem repræſentabant. Dicit etiam (licet aliis verbis) Ant. Flor. *in loco ſupra alleg.* quod optima Politia eſſet, quæ ex tribus ſupra nominatis mixta conſtaret; ſic enim vnuſquiſque auidius Rempublicam amaret, & ardentius ſtatuta ſeruaret. Si ergo aliqui in populo ſapientiores, ab ipſo, in principes, vel præfectos eligantur, & hi vlterius regem vnum præficiant, qui tam eis, quàm populo præſit, erit iſte principatus optimus, quia ſub ipſo principe ſunt aliqui principantes ſecundum virtutem, vnde in omnia regimina conueniunt. Conſtat enim ex Democratia, id eſt, ex poteſtate populi, inquantū ad ipſum pertinet, electio principum. Item ex Ariſtocratia, in qua aliqui optimates principantur, qui prædicto modo habent vim eligendi. Item ex Regno, inquantum vnus ex prædictis optimatibus electus, tam eis, quam populo præficitur.

Hæc vtique Politia in lege diuina fuit inſtituta. Nam ex populis aliqui ſapientiores eligebantur, vnde *Deut.* 1. dicit Moyſes ad populum: *Date ex vobis viros ſapientes, & gnaros, & quorum conuerſatio ſit probata in tribub. veſtris, vt ponam eos vobis principes.* Et hæc erat quædam Politia popularis, inquantū hi maiores à populo eligebantur; inquantum vero hi principes populum gubernabāt, inter eos cauſas iudicantes, erat quaſi quædam ſpecies

Politiæ optimatum. Inquantum vero vnus præficiebatur omnibus, quaſi ſingulariter præſidendo; erat quædam ſpecies regni. Et hæc Politia obſeruatur apud Venetos, qui habent Ducem, electum à primatibus, & optimatibus, ſeu conſilio illorum, qui quidem optimates eliguntur à populo, & illi optimates adminiſtrant iuſtitiam, & alia negotia cõmunitatis, & dominii. Ille vero Dux præeſt, & præſidet omnibus, tanquam omnium, & optimatum, & populi ſuperior.

Hæc etiam Politia ſeruatur in regno Frãciæ, ſi bene conſideretur regimẽ ipſius regni: quoniã vnus eſt Rex ſolus in toto regno, qui præſidet omnibus, & Ducibus, & optimatibus, & cæteris aliis, qui ei obediunt, & ſubiiciuntur. Iſti vero optimates, qui tamen ab eo ordinantur, & conſtituuntur, iuſtitiam populo adminiſtrant: exemplo Moyſis, qui cõſilio, & prouidentia Ietronis, eius cognati, conſtituit ex plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus eſſet veritas, odientes auaritiam, qui iudicarent populum omni tẽpore, vt habetur *Exod.*18. Sic rex Nabuchodonoſor conſtituit Danielem præfectum & magiſtrum, ſuper cunctos ſapientes Babylonis: vt eſt *Daniel.*2. & pro Politia populi habet quęlibet ciuitas ſuum defenſorem, qui eligitur à populo: de quo *in Auth. de defenſoribus ciuitatum, collat.*5. *& in part. præceden. in* 5. *conſid.* ex quo omnes Politiæ in Regno comprehenduntur.

QVinquageſima ſexta conſideratio; Cum ſupra proxime tactum ſit, dignius, nobilius, & excellentius, regimen eſſe regni; idcirco non immerito indagandum eſt de Regnis, quod ex iis excellentius iudicandum.

De regno cœlorum ante dictum eſt, *hac par. in* 2. *conſid.*

Narrat Auguſt. *lib.*17. *c.*17. *de ciuitate Dei:* Tria olim fuiſſe regna eminentia, inſignia, & excellentia, videlicet, Sycioniorum, Ægyptiorum, & Aſſyriorum. Sed Aſſyriorum, vt inquit, multo erat potentius, ac ſublimius. Nã Ninus Beli filius, illius regni Rex (excepta India) vniuerſæ Aſiæ populos ſubiugauerat, quæ ſecundum aliquos dimidiam partem mundi, ſecundum vero alios, tertium continet. Sed ſecundũ Danielem, vt habetur *Daniel.*2. fuerunt quatuor regna antiquitus, per quatuor metalla figurata, & hæc dicta ſunt, & fuerunt præcipua in orbe, ſcil. Orientale, quod fuit Aſſyriorum, & ſignificatum per aurum. Meridionale, quod fuit ſignificatum per argentum, fuit regnum Perſarum, & Medorum. Septentrionale, quod ſignificatum fuit per æs, eò, quia fuit æneum; quartũ Occidentale, quod fuit regnum Romanorum. Et cum diu fuiſſent regna Orientis illuſtria voluit Deus Occidentale ferreum, vt tempore eſſet poſterius, ſed Imperii latitudine & magnitudine illuſtrius; quod ſicut ferrum comminuit & conterit omnia alia metalla, ſic etiam illud vltimum Regnum comminuit omnia alia Regna, vt dicit text. *Daniel.*2. Idq; potiſſimè conceſſit Romanis ad domanda multarum gentium mala; qui tamen laudis, honoris, & gloriæ auidi conſulebant patriæ, in qua ipſam gloriam requirebant, ſalutemque eius ſaluti propriæ præponere non dubitabant, vt dicit Augu. 5. *de ciuit. Dei, cap.*15. Romanum imperium, quod ipſi virtutibus promeruerunt, cuncta in omnibus ſuperauit, teſte Auguſt. *in prædicto loco c.*14. Verum prout dicit gl. Daniel. *eod. ca.*2. ſicut in principio Romano imperio nihil fortius fuit, atq; durius, ita in fine, nihil erit debilius; Licet dicat Methodius, quod regnum Romanorum magnificabitur ſuper omnia Regna Gentiũ, & nequaquam delebitur ab vllo eorum in æternum: habent enim arma inexpugnabilia, per quæ deiicientur omnes aduerſarii eius; quod verum dici poſſet de Imperio Romanæ Eccleſiæ, non Capitolii, vt dicit Luc. de Pen *in l. conductores. col.*4. *C. de conduct. & procur. li.*11.

Quicquid ſit, hodie inter omnia Regna mundi regnum Francię eſt excellentius aliis, vt ſatis ample deduxi ſupra *in* 5. *par. in* 30. *conſid.* Nec poteſt ſane dici aliud fuiſſe præfiguratum, quam illud, de quo Daniel *in d. ca.*2. vbi dicit: *In diebus autem Regnorum ſuſcitabit Deus cœli Regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & Regnum eius alteri populo non tradetur.*

tur. Non enim eſt regnum Romanorũ, quia Romani non tenent illud, ſed Alemani, gens à Romanis aliena; Ideo iſtud eſt regnũ Chriſtianiſſimum, cum Rex noſter Chriſtianiſſimus dicatur & de huius Regni laudib. & excellentia, & etiam Galliæ, vide *in prædicta 5. part. in 30. conſider. & in hac part. in 17. conſid.* Quod etiam ſatis oſtenditur ex dictis Iacobi Bonaudi, *in ſuo panegy.* poſt additiones ad Io. de terra Rubea, *in ſuo li. quem intitulauit: Vinea Eccleſiæ.* vbi ait, quod licet ſint plura Regna in mundo: quoniã: vt ante dixi, ſunt tres partes orbis, Europa, ſc. Aſia, & Aphrica. Et in qualibet parte ſunt plura Regna, vt in Europa ſunt Regna ſequẽtia, videlicet, Francorum regnum, Romanorum, Hiſpanorũ, Anglorum, Siculorum, Legionis, Portugaliæ, Aragonum, Nauarræ, Daciæ, Bohemiæ, Armeniæ, Cornubiæ, Cypri, Sardiniæ, Conachiæ, Muniauiæ, Vrchoniæ, Rex Catholicus, Narbarchiæ, Colen, Mamiæ, Voloegamiæ, Minoricarum, Scotiæ, Poloniæ, de quibus dixi *in d. 5. part. in 28. conſid.* Et omnia veniunt per ſucceſſionem, præter regnum Romanorum, vt dicit Bald. *in l. ex hoc iure. ver. 4. quæritur. ff. de iuſtitia & iure.*

In partibus vero Aſiæ ſunt hæc regna, ſcil. regnum Catalthariæ, Turneſtar, Coraſmæ, Confamiæ, Indię, Perſarum, Medorum, Portuæ, Georgiæ, Syriæ, Cappadociæ, Ethyniæ.

In partibus vero Aphricæ hæc regna colliguntur, Æthiopiæ, Libyæ, Ægypti, Arabiæ, Iudææ, Ciciliæ. & teſte eodem Iacobo, reperitur in Europa, Theſſaliæ regnum, Macedoniæ, Thraciæ, Scythiæ, Mauritanię, & Numidiæ. & ibi multa ex illis laudat, maxime regna Ægyptiorum, Scytharum, Bithynię, Syrię, Arabum, Cappadocum, Parthorum, Indorũ, Hiſpanorum & Italorũ laudat, & de eis plures laudes depromit, cum quibus etiam addit vitia, quæ omitto recenſere, cum ſit extra aleam. Tamen inter cætera regna mundi extollit regnum Francię ex plurib. ibi deſcriptis: de quibus aliqua dixi *in d. 5. part.* & ſcribit Io. Ferrault. *in ſuo peculiari tract. de priuil. & inſignis regni Franciæ.*

QVinquageſimaſeptima conſideratio de excellentiori Inſula mundi percunctatur, quæ hic commode inſeritur poſt excellẽtias Prouinciarum, cum Inſulæ ſint pars Prouinciæ. *l. inſula. & ibi gl. ff. de iudic.* Nempe, vt refert Ph. Berg. *li. 1. ſui ſuppl.* plures reperiũtur inſulę, quas deſcribit vſq; ad numerum 88. & dicit celebriores & notas: & eas ponit ſecundum ordinẽ Alphabeticũ laude aliquarũ. De multis fit mentio *in lib. de locorum ac mirabil. mundi deſcriptione, qui eſt impreſſus cum Geographia Ptolemæi c. 16. cum quatuor ſeq.*

Credo, quod Britannia, ſiue Anglia, quæ Britannia maior nũcupatur. eſt excellentior, quæ ſit in mari Oceano, & illam dicit per maximam ipſe P. Bergomas *lib. 4. ſui ſuppl. Chron.* quæ quidem triangularis eſt, & ab omni continẽti habetur diuiſa. Vnde ait Virg. in Bucol.

Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.

Hæc ſecundum Solinum porrigitur in lõgum octingentis paſſuum millibus, apud eoſdem, teſte Plinio, *lib. 2.* longiſſimus dies eſt 17. horarum. & in Italia eſt 15. & illorum nox ſeptem reſultat horis. Italorum vero nouem. Vnde Iuuen. *Satyr. 11.*

Et minima contentos nocte Britannos.

Huius autem Inſulę maxima pars plana & frugifera eſt, abundat pecore, auro, argento, ac ferro. In ea ſunt fontes calidi, & ſalubres. Gagates itẽ lapis ibi plurimus optimuſque, qui in aqua ardet, oleo vero reſtinguitur. Itẽ Margaritas, ſcribit *libr. 9.* naſci in ea inſula paruas & decolores. Hanc Gregorius Magnus beatiſſimus Pontifex, eo miſſis Auguſt. Mileto, & Iohann. monachis, vitæ probatiſſimæ viris, primum ad Chriſti fidem conuertit. Ibidem Londinum ciuitas, nunc Londra Regum ſedes, & copia negociatorum, & lanificii arte celebris eſt. Narrat & ipſe Ph. Bergomas *libr. 12.* prędicti ſupplementi, quod cũ Ioann. Anglorum Regi Ludouicus Francorum Rex maximum indixiſſet bellum, Ioan. diuino auxilio vſurus, ſtatim & Angliam totam atq; Hyberniam prouinciam ſuam Romanæ Eccleſiæ vectigales fecit. Nam centum auri marchas quotannis ſe eidem ſoluturũ compromiſit. ſi ab eius impetu eum do-

minus liberare dignaretur. Atque ita victoria diuinitus parta, poſtea aliquandiu apud Anglorum Reges hoc votum ſeruatum eſt. Et idem *libr.*11. narrat quomodo Alidulphus Anglorum Rex, inter cætera memoratu digna, ob ſingularem Religionem, vniuerſam inſulam Romanæ Eccleſiæ tributariam fecit. Namque vt ſingula domus quotannis ſingulos argenteos ipſi Eccleſiæ perſolueret.

Hybernia, inſula Britanniæ proxima, dimidio minor quam Anglia exiſtimatur, ſpacioque terrarum eſt illa anguſtior, ſed ſitu fæcundior, Gentes habet ferociſſimas, & bello aptiſſimas, quæ pulchro ſunt corpore, & elato, membriſque robuſtiſſimis, ac colore candido. Equoſque parit, qui à natura ſuauiſſimo inceſſu, & quadam modulatione, veluti more regio, deambulare videntur. Ibi nullus anguis, auis rara, ac apis nulla. Hanc inſulam Cœleſtinus Papa, eius nominis primus, per Patritium, beati Martini Epiſcopi ex ſorore nepotem, ad Chriſti fidem conuertit, autore Ph. Bergomate *in ſuppl. Chron li.* 4. Et in dicta inſula (quæ ſecundum aliquos Hirlandia dicitur) teſte Baptiſta Fulgoſio *li. de dictis factiſque memorabilib. tit. de miraculis c. de gemmis.* terram, coriumq; animalium in ea natorum, venenoſæ beſtiæ deuitant fugiuntque: experientia enim homines didicerunt, hæc animalia ſi loco ancipiti ponantur, vt vel ea, vel ignes contingant, in ignes potius ſe recipere. Hirlandiç vero regio equos habet vectorios, præcipua bonitate, quos *vbinos* vocant, celeriores Anglicis, quos *gradarios* dicimus.

Scotia etiam Inſula eſt (*eodem Phil. Bergo. ibidem teſte,*) & eſt etiã Angliæ ſuprema portio (quamuis in dicta deſcriptione locorum dicatur, quod Scotia eadem ſit & Hybernia) ſed in Aquilonem verſa, quæ & fluminib. nõ magnis, & monte quodam ab Anglia ipſa dirimitur. Ibidem brumali tempore vix Sol tribus horis ſuper terram apparet. Scoti Hybernorum amicitia, ſocietateque plurimum gaudent. In Scotia & Hybernia plures ſunt metropolitanæ ciuitates, quam in Anglia. In hac quippe inſula conſtat natam fuiſſe aliquando arborem miraculoſam, ſeu prodigioſam ſuper quandam fluminis ripam, quæ fructus producebat ad anatarum auiũ ſimilitudinem, qui quidem cum maturitati proximi eſſent, ſua ſponte decidunt, & alii in terrã, aliique in aquam, & qui in terra omnino putreſcunt, in aquis vero demerſi, mox animati enatare incipiunt, atque ſub aquis, & in aera pennis volant, de quo infra ample *in* 8 0. *cõſ. ver. refert etiam.*

In mari vero magno mediterraneo credo Cretam inſulam eſſe excellentiorem. Vnde in deſcriptione locorum ſupra allegata, *c.*18. dicit: quod pars eſt ingens Græciæ, & quondam fuit centum vrbibus nobilitata, vnde & hæc Centropolis dicta eſt. Creta igitur autore Ph. Bergom. *in ſuo ſupplem. Chronic. li.* 3. nobiliſſima inſula, nunc Veneto ſubdita populo, (nam Bonifacius Montisferrati Marchio, illam, cum indigeret pecuniis, Venetis vendidit.) videtur ad principatum totius Greciæ fuiſſe nata, atque ſituata. Hæc quippe cuncto imminet mari, cum & Græci fere omnes circum idem mare ſint poſiti, vnde & in medio mundi dicitur eſſe poſita. Abeſt à Peloponeſo modicum quid. Et illi à ſeptentrione eſt Ægeum mare, & ab Oceano Ionium: ab ortu autem illi Icarium eſt mare. Et ab occiduo Afro abſoluitur ponto. habet in longitudine 270. paſſ. millia. In latitudine 50000. Circuitus vero etiam 590. millia paſſ. complectitur. Prima (vt Ptolemæus & Solinus referunt) nauibus & ſagittis claruit, primaque literis iura conſinxit. Equeſtres ordines prima ordinauit, ex qua rei bellicæ conualuit diſciplina, ſtudium muſicum idem perhibetur, & in ea inceptum. Eſt itaque inprimis ſiluestrium caprarum admodum copioſa, ceruos nõ habet, lupos vulpeſque ac alia quadrupedũ noxia animalia nulla habet, ſerpens ibi nullus, nec noctuæ aues. Larga eſt vitibus, & ideo optimi vini, quod Maluaticum vulgo appellatur, feraciſſima, eò, quod mira in ea ſit ſolis indulgentia. In eadem aliquando Labyrinthus fuit, memorabile Dædali opus à Poetis decantatum. Maxime ab Ouidio, qui ita ait:

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis

Ponit

Ponit opus, turbaq́; notas, & lumina flexu
Ducit in errorem variarum ambago viarũ.

Habet & hæc nunc inſignem vrbem, ſcil. Cretam, quæ olim Cortina dicebatur, penes quam eſt principatus; licet Gnoſum vrbs olim Minois Regis Regia fuerit (qui primus leges Cretenſibus dedit,) & Strabonis optimi Coſmographi patria.

Cyprum inſulam inter alias formoſam eſſe ſcribit idem Ph.Berg. *d.lib.1.* & etiam ſcribitur *d.c.18.* & illa fuit famoſa diuitiis, maxime æris. Ibi enim prima inuentio huius metalli fuit, & vtilitas. Et Cypri Regni principiũ vide *in d.ſuppl.Chron.li.12.*

Rhodos eſt Cycladum inſularum (quæ omnes ſunt numero 53.) prima, & etiam vrbs in ea pulcherrima, & Metropolis. Ph.Berg. *in d.ſuppl.li.3.* dicit, quod hæc inſula nongentorum ac viginti ſtadiorum ambitu continetur. In orientali promontorio conſtituta, inter Aſiaticas inſulas tertia. Nam Lesbus & Cyprus maiores habentur, quæ & portubus, & viis & mœnibus olim ſicut nunc cæteras Aſiæ vrbes ſuperauit Romanis & Græcis ſemper amica, quæ cum libera eſſet, multis, & donis, & ſimulachris excellẽtiſſimis claruit. Pręcipue vero Coloſſi fama extitit inſignita. Statuam enim illam alii Solis, alii Iouis fuiſſe tradunt, quam Cares Lyndus ſtatuarius decies ſeptenum cubitorum altam ex ære ædificauit, vnde poſtea Rhodii Coloſſen. dicti, ad quos Apoſtolus Epiſtolam ſcripſit. Fertur autem quondã hæc Inſula adeo magno terræmotu concuſſa, vt labentibus in illis tectis ingens quoque ille Coloſſus rueret, *teſte Ptol. vbi ſupra.* Nam, vt Solinus autor eſt, nunquã ita cœlum nubilum eſt, vt in Sole Rhodos non ſit. Aurum Rhodi pluiſſe ob felicitatem, dignitatem, & antiquitatem inſulæ cecinit Pindarus, vbi ſtudia artium liberalium & in primis oratoriæ, & legalis facultatis floruerunt. Et naualis rei peritia adeo valuit, vt annis multis maris imperio potiretur, & Piratarum latrocinia ſuſtulerit. Cura illius inſulæ diu fuit in manibus religioſorum militũ (qui beato Ioanni dicati ſunt vt ſuperius dictum eſt *in 4.par.in 64.conſid.* Me tædet nunc de ea loqui. Cum autem propter ipſorum militum incuriam, malam cuſtodiam, ſeu defenſionẽ, aut quia forte ita Deus fieri diſpoſuit propter eorum peccata, aut Principum Chriſtianorũ diſcordias inter eos tunc exiſtentes, aut alias neſcio, Deus enim ſcit, ꝙ ab anno dom. 1522. ſit in manibus ſpurciſſimæ ſectæ Turcanæ redacta per ipſum Turcam vi oppreſſa. Vnum hic referam, quod ipſe Phil.Berg. *lib.13. ſui ſupplementi* ſcripſit. ita enim ait: ferũt Rhodios quoddam Caſtellum S.Petri nominatũ munitiſſimum habere (quod intellige dum poſſideretur à Chriſtianis) quodque magno ſumptu cuſtoditur, quod non paruo vſui ipſis militibus & cæteris Chriſtianis, qui, ſcilicet, in manus Turcorum incidunt, ſæpe eo, fugientes ſaluantur. In quo ingentes canes milites ipſi tenent & nutriunt, quos extra caſtra omni nocte emittunt. de quibus dicitur, quod Chriſtianos odore ſolum cognoſcant, eiſque aduenientibus blandiantur, Turcos autem latratu prodant, & morſibus inſectentur.

Sicilia, Inſula eſt Italiæ pulcherrima, & de hac Dio ſic ſcribit: Sicilia optima Inſularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. Patet in longitudine millia paſſuum 187. in latitudine 189. & omnis eius ambitus, vt habetur, *in dicta locorum ac mirabilium mundi deſcriptione*, 120. clauditur ſtadiorũ trium millium ſecundum Diodorum. *in ſexto.* clauditur ſtadiorum quatuor millium trecentorum & ſexaginta. Secundum vero Solinum tribus millibus tantum. Eſt autem Sicilia hęc inſula terris frugifera, quam maxime frumẽti fertiliſſima. Idcirco Romani eam ſuũ horreum vocauerunt, quod omnibus in reb. cæteris Italiæ prouinciis ſuperior haberetur. vnde Cic. *in Ver.* M.Cato ſapiẽs cellam penuariam Reipublicæ noſtræ, nutricẽ plebis Romanæ Siciliam nominauit: ideo Ceres in ea ſationis Magiſtra fuit, quod in ipſa primum ſemina terræ commiſerit. Abundat præterea auro, croco, melle, zuccharo, aliiſq; permultis, & non modo fructibus, ſed & pecoribus, pellibus, lana, & caſeo, cauernis tamen, & fiſtulis penetrabilis, ventiſque & ſulphure ple-

na. Vnde & ibi Ætnæ montis extant incẽdia. Principem vrbium Syracuſas habet, & Alphæum fluuium, magnorum generatorem equorum. Achatem lapidem ipſa primum ex Achate flumine protulit. Parturit & mare eius coralium. In ea inſula primum eſt inuenta comœdia.

Omitto Sardiniam inſulam in aliquibus partibus felicem, præcipue tritico, paſcuis atque pecoribus; ibi nullus Lupus gignitur, neque ſerpens reperitur vllus.

Item & Corſicam inſulam, quæ abeſt à Sardinia nouem mille paſſibus, & quæ tempore Plinii, (vt ipſe atteſtatur in li. tertio) tres & triginta habuit ciuitates, quæ inſulæ feracitatem & dignitatem præſe ferre videntur. In ea nunc ſex extant ciuitates non ignobiles ſub Archiepiſcopatib. Genuenſium, & Piſanorum ab Honorio IV. Pontifice ſuppoſitæ. Hæc ipſa inſula præter optimum vinũ, etiam alios fructus gignit ſuauiſſimos, abundatque bobus, capris, ouibus, aliiſque animalib. propter lætiſſima pabula: & inter cætera canes ferociſſimos producit, authore Phil. Bergomate *in dicto ſuo ſupplemento Chronicorum. libro* 4. Et de pluribus aliis inſulis à paucis diebus repertis ſcripſit idem Philoſophus *in dicto ſupplemento lib.*1. Alias autem plures inſulas excellentes & famoſas videre poteſt curioſus lector *in locis præallegatis*, & per Coſmographos & alios, qui de hac re ſcripſerunt.

QVinquageſimaoctaua cõſideratio ſit de dignitatibus Ducalib. & ſimilibus, poſt regalem dignitatem, quæ dignior & excellẽtior ſit inter omnes dignitates Ducales Chriſtianorum. In hac re video multos obſtrepere, qui ſuam patriam efferre conantur. Exaltatur à ſuis Ducatus Mediolani, cuius Dux habet iura regalia, cum legitimare poſſit, vt ſcripſi, *in comm. noſt. ſuper conſuet. ducat. Burg. tit. Des ſucceſſions des baſtards art.*3. *in gl. ab inteſt. verſi. quid autem de Ducibus.* Qui etiam in ſuo Ducatu æquiparatur Imperatori in vniuerſo, vt dicit Paulus de Caſtro *conſil.*225. *ſuper primo dubio allegato per Alexand. in conſil.*2. *in* 1. *vol. repetito in conſil.* 87. *in* 2. *vol.* Fran. Curtius, præceptor meus, *in tract. Feudorum. (quem ſub eo audiui) in* 2. *part. in* 2. *q. principali.* vbi etiam dicit, quod Angelus *in conſ.*194. *incip. in cauſa accuſationis*, dicit, quod Comes Virtutum Dux Mediolani cenſeatur ſupremus Princeps. Et etiã Dux Sabaudiæ, vt ſcribit Iacobin. de ſancto Georg. *in ſua inueſtitura feudali in gl.*1. *ver. dubitatur.* & Laurentius Calcan. *in conſ.*2. *incip. quidam nobilis ſtrenuus vir Ant. in* 10. *col.* & arguẽdo pro ducatu Mediolanenſi, in eo eſt vnus Archiepiſcopus, ſc. Mediolanenſis habens 18. Epiſcopos ſuffraganeos, ſc. Papien. Ferrarien. Pergamen. Brixien. Cremonen. Nouarienſ. Vercellen. Iporien. Taurinen. (nũc vero eſt Archiepiſcopatus) Aſten. Aquen. Alben. Tertonen. Saonen. Albiganen. Vintimilien. & Placentinũ, quorum decem ſunt in ipſo ducatu. Etiam multi Comitatus, quos nunc tenet Dux Mediolani. Etiam maior eſt in reditu, quã alius Ducatus. Sed obeſt, cum plures alii Duces eũ præcedere debeãt ratione antiquitatis, cum tantum fuerit Ducatus effectus anno 1395. & Io. Galeatius, filius Galeatii Mariæ, fuit primus Dux, & antea ſub titulo Comitis annos 20. ibi rexerat. Purpuratius vero *in l.*1. *nu.*225. 239. & 633. *ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd.* Laudat Ducem Sabaudiæ, qui pro certo laudandus eſt, cum ſit Vicarius Imperii, licet à paucis annis ſit Ducatus, cum eſſet Comitatus. vide per eundem *in rubr. ff. de iuriſd. omn. iudic. nu.*20. Ducatus vero Aquitaniæ, olim fuit Regnum, cum Regnum Franciæ fuit diuiſum, & in tres partes, ideo in memoria priſtinæ dignitatis, & ex quo multa alia excellẽtia habet (cum habeat ſub ſe plures Comitatus, & etiam Ducatus, vt ante dictum eſt *in* 4 *part. in* 46 *conſider.*) videretur eſſe dignior & laudabilior.

Ex multis etiam, de Ducatibus Britãnię, & Normanniæ, qui ſunt excellentiſſimę patrię, & magni prouentus, dici poſſent, cum etiam quaſi in centuplo excedant reditum Ducat. Burg. ideo videretur, ꝙ ſint excellentiores.

Etiam eſt dignitas ſeu Terra, quæ dicitur Archiducatus Auſtriæ, qui in hoc videtur habere quandam pręeminentiam ſeu excellentiam,

Digitized by Google

tiam, *vt in d.5.par.in 44.conſid.* ſcriptũ eſt, ideo non repere, quoniam vnuſquiſque ſuum laudabit, cũ tempus adfuerit. Et cũ hęc pars ſit ſatis honorata, ſufficit mihi laudare patriã noſtram. Et quicquid de aliis dicatur, Ducat. Burg. dignior & excellentior iudicatur. Teſtis eſt locuples Phil. Berg. *in ſuo ſupple. Chron. lib. 18. & 12.* vbi ait: quod illa Regio longo tẽpore ſub regib. fuit: ſed hodie dignitate regia amiſſa, Ducatus titulum accepit. Cuius Duces cæterorum Chriſtianorum Duces facile antecellunt. Etiam (vt clarum eſt) Dux Burgun. prætextu patriæ habet maiorem dignitatem, cum ſit primus par Franciæ. Hinc tenet primum locum inter pares Franciæ. Hinc eſt, ꝙ in conuocatione trium ſtatuum Frãciæ ſemper Burgundiones, & Hedui ſint primi poſt Pariſienſes, qui repræſentant principalem ciuitatem totius Galliæ, vt ſcripſi ante *in 5.par. in 46.conſid.* vbi etiam dixi Ducem Burgũdię in cõſilio generali totius Chriſtianitatis præcedere alios Duces. Imo etiam Electores Imperii plurib. de cauſis. Plus etenim fecerunt pro fide Chriſtiana ipſi Duces Burgũdię, quã alii Duces Chriſtiani, vt in Chronicis patet. Verum etiam quia alias fuit dignitas Regalis, ideo in memoriã & reliquias priſtinæ dignitatis honor eidem debetur. Dixi ante in loco præall. & ample ſcribit Felin. *in c. qua in Eccl. col. 29. Extra de conſtitutio. & in c. ſuper literis. extra de reſcrip.* & do. meus Iaſ. *in l.3.col.3.ff. de acquir. poſſ.* Purpur. *in l. imperium nu. 84.ff. de iuriſd. omn. iud.* Inter comites vero videtur ex ratione præcedenti, cum Dux Burgund. alios Duces præcedat ſaltem Franciæ ratione paritatis ſeu pareriæ, cum ſit primus Frãciæ par inter Duces. Ita etiam Comes Flandriæ præcedere debeat alios comites, ſaltẽ in Francia, cum ſit primus par ex Comitib. Licet Comitatus Campaniæ potius meretur dici Ducatus, cum non ſolum habeat decem Barones vaſallos ſub ſe, verum vltra decem Comites feudatarios, & feuda ab eo tenentes, tamẽ in Francia Comes Flandriæ alios præcederet ratione pareriæ, & ſic tres Comites pares præcederent alios præter Comitem ſtabilem, de quo ante ſcripſi *in 7.par. in 7.conſid. & 9.part. in 13.conſid.* qui apud nos dicitur Conſtabilarius, ſeu Cõneſtabilis Franciæ. Sed quia videtur ſolum eſſe officium & non dignitas: ideo pares Franciæ illi præferendos arbitrarentur. vide ſupra *in d.5.part. in 43.conſider.* Et etiam quod comites de ſanguine regio alios antecellunt. Inter Marchiones pauci excellentes apud nos reperiuntur. In Italia vero duo ſunt excellentes & duo in regno Neapolitano, plures vero in Alemania. In Italia ſunt Marchio Mantuæ, Marchio Montisferrati, & etiam Marchio Salutiarum: ſed inter illos crederem excellentiorem eſſe Marchionem Mantuæ propter eius antiquitatem, & quia maiores habet ſub ſe ciuitates & ſubditos, etiam iura regalia in totum prout alii principes Italiæ, ſiue ſint Duces ſiue Comites. ideo illuſtris dicitur, & eum appellat Illuſtrem Bal. *in conſ. 195. incip. laudare vos non exped. t. lib. 2.* & ibi vocat Marchionem Ferrariæ (qui hodie factus eſt Dux) Magnificum. Et Sozi. *in conſil. ſuo. 66. incipien. viſa dominatione. colum. 6. libr. 3.* appellat Marchionem Mantuæ Illuſtriſſimum. Idem Bald. *conſi. 359. incip. quemadmodum. li. 3.* Illuſtrem appellat Marchionẽ Ferrariæ. Et idem vocat Marchionem Montisferrati Illuſtrem, *in cap. cum Eccleſia Sancta Maria. col. 2. Extra vt lite penden. ver. ſeu nunquid, quod illuſtris dominus, &c.* Et ita etiam eum vocat F. Curtius Iuni. *in conſil. 2. inci. vaſallus.* Marchionem etiam de Tranis nuncupat Illuſtrem Philip. Deci. *conſil. 269. inci. conſultus ab illuſtri Marchione.* Sed apud nos non ſunt tantæ poteſtatis & authoritatis, vt in Italia, nec etiam Duces & Comites, cum nõ habeant in totum iura regalia. Si abunde quæras legere de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus Germaniæ, vide Franciſcum Trenicum *in libr. exigeſeos Germania*, vbi de laude & excellentia Germaniæ in toto illo volumine ſcribit. Et ibi *libr. 3. capit. 62.* ſcribit de Archiducatu Auſtriæ, qui temporibus Federici I. Barbaroſſæ fuit erectus in Ducatum ex Marchionatu. Temporibus vero Druſi & Traiani fuerat Regnum. Sed tempore Federici tertii, patris Maximiliani, primus ſe Archiducem nominari fecit, & geſſit,

 de quo

de quo ante *in 5. par. in 45. conſid.* ſcriptum eſt.

Inter principatus vero, quoniam etiam eſt dignitas ſpecialis, puta Principatus Orengiæ, Telemont. Achaiæ, Pedemontium: Credo tamen, quod Principatus Pedemontium ſit excellentior. Cum plures ſint in eo vrbes inſignes, vt eſt Taurinum, in quo hodie eſt Archiepiſcopus & vniuerſitas multũ excellens, in qua ſtudui, Vercellę, Mons Caleti, Suſa, & eſt optimi reditus ſub æſtimatione 70. mille ducatorum & vltra. Habet ſub ſe quatuor comites. de Valpurgis. Ploſaſchi, Lucernę, & de ſancto Georgio. Et de eo facit mentionem Iacobinus de Sanct. Georgio *in ſua inueſtitura feudorum*, vbi ait Ducem Sabaudiæ eſſe Principem Pedemontium: ſed parum de dicto principatu ſcribit.

QVinquageſimanona cõſideratio de Tribubus Iacob ſeu Iſrael, quę fuerũt duodecim ſecundum filios eius. *Apocal.* 21. hic pauca conferet, videlicet, nomina, & quæ earum nobiliſſima erat. Prima enim fuit Tribus Ruben, à primogenito filio ipſius Iacob. non tamen creuit: quia maculator fuit lecti patris ſui: per inceſtum quippe dormiuit Ruben cum Bala, concubina patris ſui, vt habetur *Geneſis* 35. (vbi etiam enumeratur filii Iacob) quæ erat vera vxor Iacob. non tamen præcipua in honore. Secunda Tribus fuit Trib. Simeonis, à qua ferme omnes Phariſæi deſcenderunt. Tertia vero Tribus fuit Tribus Leui, à qua Sacerdotes ſumpti ſunt. Et quia Sacerdotes & Phariſæi futuri erant primarii autores, qui ſuis conſiliis iniquis, & falſis perſuaſionibus Chriſti mortem procurarent, ideo Iacob eorum pater in eos ſic prophetarat, vt habetur *Geneſ.* 49. Simeon & Leui Fratres vaſa iniquitatis bellantia, in conſilium eorum non veniat anima mea. Et ſequitur: maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Quarta fuit Tribus Iuda, quippe Iacob pater dixit Iudæ: O Iuda, te laudabunt fratres tui. *vt ſcribitur Geneſis* 49. Cuius nomen, confitens interpretatur. Quinta Tribus Zabulon fuit, cuius manſio fuit prope mare mediterraneũ. Hæc Tribus mixta fuit Leuitis idololatris, quod Iacob prædixerat. Zabulon in litore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sydonem. Sexta fuit Tribus Iſſachar, quæ etiam prope mare mediterraneũ morans, dedita fuit laboribus agriculturæ, non vacans ad bella frequenter: quia eorum terra erat fertilis, & Sacerdotibus decimas, & principibus tributa dabant. quam ſic futuram prædixerat Iacob pater, inquiens: Iſſachar aſinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem quod eſſet bona, & terram quod optima, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factuſque eſt tributis ſeruiens. Septima fuit Tribus Dan, de qua fuit Samſon qui iudicauit populum 20. annis, & eum à Philiſtæis liberauit, quibus tanquam coluber formidini fuit, quæ omnia Iacob prædixerat ſic: Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & alia Tribus in Iſrael, fiat Dan coluber in via. Octaua fuit Tribus Gad, cuius poſſeſſio fuit cum poſſeſſione Ruben, & media in Tribus Manaſſæ poſſeſſionibus, vt patet *Ioſua* 13. Quia tamen illa vtiliter tranſiit Iordanem ante alias, quamuis ad ſuam poſſeſſionem redierit. Illud prædixit pater Iacob ſic: Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum. Nona fuit Tribus Aſer, quæ fuit optimo ſolo conſtituta, in quo optima quæque naſcebantur, & ideo de ea pater Iacob prædixit ſic: Aſer pinguis panis eius, & præbebit delitias regibus. Decima fuit Tribus Neptalim, cuius ſitus erat in loco valde calido. Ideo fructus illic primi erant, quaſi præcones inter alios, ex quibus primitiæ offerebãtur ad diuinas laudes, quod verbis Iacob prænotatum ſic fuerat: Neptalim ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis; quaſi dicat, velut ceruus curſu velocior, ſic terra Neptalim in fructibus, vnde diuinæ laudes celebrantur. Vndecima Tribus fuit Ioſeph, quæ in ſpiritualibus & temporalibus bonis plurimum laudatur, & hoc in ipſo Ioſeph, qui valde in illis creuit, quod Iacob benedicẽs inſinuauit ſic: Filius accreſcẽs Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu. Duodecima fuit Tribus Beniamin, Tribus bellicoſa nimis,

Digitized by Google

nimis, vt videre eſt *in lib. Iudicum*. de illa Tribu fuit Paulus Apoſtolus, qui primo quaſi lupus rapiens Chriſti oues ad torturas, tandem conuerſus, plurimum ampliauit gregem dominicum. De quo Auguſtinus vult prophetiam Iacob intelligi quæ eſt iſta: Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, vt veſpere diuidat ſpolia: vt habetur *Geneſis* 49. ſic & prædicta, quæ prophetarat & annunciauit Iacob pater filiis ſuis, ſcribuntur *in dicto loco*.

Inter iſtas duodecim Tribus, tres Tribus, Leui ſcilicet, Iuda & Ioſeph, fuerunt eminentiores. Leui ſcilicet, in legis interpretatione; cuius ſententiæ, in arduis & difficilibus legis, Dei mandato, ſtabant aliæ Tribus iuxta ſcripta *Deuter*. 17. vbi habetur: Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicium intra partes tuas videris verba variare, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quodcunq; dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus. Tribus vero Iuda Regia dignitate præcellebat, vt id expreſſe habetur 1. *Paralipomenon* 5. Porro Iudas, qui erat fortiſſimus inter fratres ſuos de ſtirpe eius Principes germinati ſunt. Demum Tribus Ioſeph in poſſeſſione ſui patris Iacob primogenita tulit, etſi penultimus natiuitate fuerit, patet, quia Ioſeph dono accepit à patre vrbem Sichem, vel Sicar, cui dixit moriens pater, vt ſcribitur *Geneſeos* 48. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Ammorei in gladio & arcu meo. Ad idem facit quod dicitur 1. *Paralipomenon*. 5. Primogenita autem reputata ſunt Ioſeph. Omiſſa autem Tribu Ioſeph, cui primogenita in poſſeſſione conceſſa fuerunt, Tribus Iuda & Leui comparandæ veniunt in nobilitate. Et reuera, ſi conferatur Tribus ad Tribum duntaxat, ſine ſacerdotalis ordinis cõſideratione, quippe non omnes Leuitæ fuerunt Sacerdotes, ſed Erunitæ tantum, Tribus Iuda præ cæteris clarior eſt, etiam Tribu Leui, quod probatur ſic ſimpliciter.

Primo, in benedictionibus, quibus eandem Iacob ante Leui cumulat ſic, in laude & honore qui virtuti debetur, vt habetur in loco ſæpius allegato, ſcilicet *Geneſeos* 49. Iuda, te laudabunt fratres tui: deinde in fortitudine: vt eodem loco ſic dicitur: Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum: quod potiſſimè in Dauid impletum eſt, qui fuit de Tribu Iuda, & alii Reges in Ieruſalem poſt eum: ſubinde in exhibenda reuerentia, præfertur Iuda Tribus ſic, vt ibidem ſubiungitur: Adorabunt te filii patris tui demum in ſucceſſione; quoniã de Tribu Iuda Chriſtus venturus erat, & venit, ſecundum illud ibidem prophetatum: Non auferetur ſceptrũ de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium. Et habetur *ad Hebræos* 7. Quæ promiſſio etiam Dauidi facta his verbis, vt *in Pſalm*. 131. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Accedit quod in Tribu Iuda fuit vrbs ſacerdotalis, vtpote Ieruſalem. Et Tribus Iuda in fide perſeuerauit cum Tribu Leui. Tribus Iuda poſt Moyſem per mare rubrum prima intrauit; & poſt mortem Ioſuæ ipſa Tribus Iuda prima pro cuſtodia terræ promiſſionis bellum geſſit, ſecundum illud *Iudic*. 1. Dixitque Dominus: Iudas aſcendet, ecce tradidi terram in manus eius. Poſtremo patet excellentia Tribus Iuda in ordine offerentium in tabernaculo; quia diuino decreto Tribus Iuda præceſſit, iuxta illud *Numeror*. 7. Primo die obtulit oblationem ſuam Naaſon filius Aminadab de Tribu Iuda.

Verum, ſi conſideremus Tribum Leui, vt ſacerdotalem Tribum; quia à Leui ſacerdotes aſſumebantur, vti accipi videtur in libro Numerorum, *Numer*. 1. ibi, *Tribum Leui noli numerare, neque pones ſummam eorum cum filiis Iſrael, ſed conſtitues eos ſuper tabernaculum teſtimonii, & cuncta vaſa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet*. Vbi aliæ Tribus ad bella ſegregatæ ſunt, Tribus Leui, id eſt,

ſacerdotalis, ad diuinum miniſterium reſeruata fuit. Et ſic ex his Tribus Leui, id eſt, ſacerdotalis fuit omnium nobiliſſima & à Deo electa. Facit *c. ſolita. de maiorit. & obed. ca. plurimos. 82. diſtinct.* Et hoc patet per illud, quod dixit Deus Moyſi *Exod.* 28. Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi. Et ſequitur, Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem: quod de Tribu Iuda nuſquam legitur. Præterea ſacerdotes Tribus Leuiticæ erant ſacris dati perpetuo, ſacri populorum Duces ſacra dantes, id eſt, Sacramenta, & ſacra docentes, id eſt, legem Dei, ſecundum id: *Eruntq́; ſacerdotes mihi religione perpetua. Exod.* 29. Et, quia Saul nec Sacerdos, nec de Leuitica Tribu, attentauit offerri Holocauſtum, contra diuinum & Samuelis mandatum, audiuit: *Nequaquam regnum tuum vltra conſurget. 1. Reg.* 13. quod in pœnam factum fuit; quippe Saul infra ſacerdotalem dignitatem erat, præſumpſit ſupra officium ſuum. Eo modo Rex Ozias, cum eſſet de Tribu Iuda; quia non erat Sacerdos, dum præſumpſiſſet adolere incenſum in conſpectu Domini Dei, continuo lepra eſt percuſſus, 2. *Paralipomenon*, 26. Et id ad dignitatem Tribus Leuiticæ, id eſt, ſacerdotalis accedit. Quia labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, *Malac.* 2. Demum, vt concludatur pro hac parte Leuitica Tribus ab aliis Tribubus etiam à Tribu Iuda decimas ſumebat, & hoc diuina authoritate, iuxta illud *Numer.* 18. Filiis autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis, in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo Fœderis. Hac ratione probat Paulus *ad Hebr.* 7. quod Melchiſedech fuit maior ipſo Abraham; quia decimas aſſumſit ab Abraham, & ſimili modo oblationes, *Geneſeos* 14. Et propterea non habuit Leui partem, neq; poſſeſſionem cum fratribus ſuis; quia ipſe Dominus poſſeſſio rei eſt. *Deuter.* 10. & 18. Hoc poſtremum clare oſtendit, ſacerdotalem Tribum fuiſſe omni alia Tribu digniorem; quia aliis Tribubus benedictionem dabat, & à nulla benedicebatur: & ex Pauli ſententia, vt *ad Hebr.* 7. ſine vlla contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur, quod recitatur *in c. denique. 21. diſt.* Et ſic conſtat, ſacerdotalem Tribum omni alia nobiliorem, prout ſacerdotalis eſt.

Sexageſima conſideratio quarundam ciuitatum laudes & dignitates exponit, & quę inter eas potius ſit extollenda. De omnibus ne dicam pluribus, laborioſum & fortè tædioſum foret recenſere, cum *in tractatu de locis, ac mirabilibus mundi, qui eſt impreſſus cum Geographia Ptolemai. cap.* 14. de laude plurimarum, & de earundem origine videri poteſt, & per Philippum Bergomatem *in ſuo ſupplemento Chronicorum in ſuis locis opportunis* qui plures nobis notas copioſe & eleganter laudauit. Item Auſonius Poeta Gallicus ſuis verſibus illuſtrauit Romam, Conſtantinopolim, Carthaginem, Anthiochiam, Alexandriam, Treuerim, Mediolanum, Capuam, Aquilam, Viennam, Emeritam, Athenienſem, Catinam, Syracuſam, Tholoſam, Narbonam, & Burdegalem, ex qua natus fuit Philippus Beroald. *in oratione, quam habuit in enarratione Iuuenalis & Saluſtii*, aliquantiſper laudat Romam. Ipſa enim intitulatur caput orbis terrarum, vt eſt text. *in l. nemini. §. quoniam. Cod. de conſulibus & non ſpargendis, &c. lib.* 12. *& lib.* 1. *§. ſed & ſi qua. Cod. de veter. iur. enucleando.* & caput omnium ciuitatum, vt *in §. fin. iuncta gloſſ. inſtit. de ſatiſd. tutorum.* & omnium nationum, vt eſt text. *in c. beati. 2. quaeſt.* 7. & quomodo aliis pluribus nominibus nuncupatur & illuſtratur: gloſſ. eſt expreſſa & notanda in verbo, *anterior in Authent. vt Eccleſ. Roma. centum annor. & c. in princip. collat.* 2. & de ea alibi. Ioan. Lud. Viualdus de Monte Regali, *in ſuo opere Regali. in tract. de magnificētia Salomonis*, ample laudauit Hieroſolymitanam ciuitatem, quæ dicta fuit Hieruſalem, & ibi de eius cōſtructione. Pyrrhus *in ſuis orationib.* laudauit Aureliā. De qua Iuriſcon. Marcellus bis fecit mentionem *in l. quidam. in teſtamento. ff. de legat.* 2. de ciuitate Pariſienſi, & eius laude vide Textorem Niuernenſ. *in ſua officina in Cornucopiæ. in litera*

in litera P. in fin. Et etiam nouiſſime Iacobus Capellus habuit orationem in vniuerſitate Pictauienſi in laudem ciuitatis Pariſianæ. Leonardus Aretinus librum vnum de laude Florentiæ compoſuit, & Sabellicus Panegyricum rerum Venetarum, & ita plures de aliis multis ciuitatib. Addo quod dicitur communiter in Italia propter celebritatem, Roma ſancta, Genua ſuperba, Floretia pulchra, Mediolanum ciuitas populoſa, Venetia diues, Bononia pinguis. Quemadmodum dicitur vnus Deus, vna Roma, vna Turris in Cremona, & vnus Portus in Ancona, quem Portum nunc mirum in modum auctum Adrianus Imperator extruxit. Omitto multa, quę adduci poſſent, quomodo vna ciuitas eſt maior alia, vt ciuitas Metropolitana eſt maior altera, quoad dignitatem. vt dicit Bald. *in l. ſi duas in fin. ff. de excuſ. tut.* Et ciuitates proprie appellantur, quæ habent Epiſcopum. *c. Epiſcopi. 80. diſt. ca. 1. de priuileg.* de iſtis ample per Bart. *in Extrauag. quoniam. col. 2. per Doct. in c. ſi ciuitas. de ſent. excom. in 6.* per Archid. *in ca. ſtatutum. de reſcrip. eo. lib. 6.* vbi dicitur, q̃d cauſæ commiſſæ à ſede Apoſtolica in ciuitatibus aut locis inſignibus agitandæ ſint. In Francia vero appellamus ciuitatem villam, rus vero villagium. Sed nullus vſque ad hæc tempora inuentus eſt, qui hanc noſtram antiquiſſimam, ſtrenuiſſimam, decantatiſſimã inclytamque ciuitatem Heduanam laudauerit. Vnde mecum ſæpe ſum miratus, veternoſam Celtarum incuriam, qui priſcorum temporum maieſtatem non tam obliti quam eius aſpernati, meminiſſe ſua tantum ſecula curant, dignantur, obſeruant. Habet tamen ad Eudoxam ſtimulos probata vetuſtas, & ſolicitis noſtri temporis hominibus calcaria priſcorum ætas adhibet. Quot Babylon, quot Thebæ, quot Ilion, quot Spartæ, quot Roma, quot Athenæ in præclara rerum facinora, non ſolum priuatas, ſed & barbaras ciuitates egerunt, induxeruntque? quas partim magnis deletas incendiis, & partim lacetis reſurgentes veſtigiis antiquæ maieſtatis ſuæ, literis ætate ſeruata, viuere cernimus. Troia corruit, cecidit Corinthus, flagrarunt Solymæ, periit Mileſia, vellitur Sagunthos, quæ ſuorum ciuium clades funeſtas, vulſa mœnia, raptos honores, hac vna tantũ penſatione bearunt. Quod qui florentiſſimæ ſuæ ætatis amplitudines, magiſtratus, origines & imperia ſcriberent, vel antequam ruerent, reliquerunt, vel paulo poſt inſtauratæ pereunt. Habet ſitum Iudæa Philonem, Solyma Ioſephum, Thucydidem Athenæ, Phrygia Daretem, & Pindarum Thebæ. Sola hæc infelix Hedua, quæ ſui nondum genuit Commendatorem, neque quod ingenia, ſed labor & ſtudia deſunt. Quæ prima fuit, quæ ſecunda, quæ tertia, tam inclytæ ac vetuſtæ ciuitatis ætas. Cuius arcem (Bibractem ferunt) omnium quæ mundus habet, longe maximum ac copioſiſſimum oppidũ Cæſar edocuit. O Heduam prolis Mandubiæ decus, Perſarum dogma, Plaſim Inſubrium, Celtarum caput, & Biſtoniæ gentis fortiſſimum robur! Quis tuos canet Hedua triumphos? Quis tuum à Samothe genus? Quis ſtantes quondam tibi marmore Turres? tua vbi Maieſtas? vbi pacta primum cum Pœnis, mox cum Romanis fœdera? Hæc ſopis nimium, nimiumq́; ſopit in te Cabillini ſeu Cabullini rebellio, Araris contentio, Sequanorum iræ, Auernorum factio, Rhenanienſes, Bitirigum amor, & Alſetigenum cognata neceſſitudo. Indoleo, vt quæ totius Galliæ princeps inclytiſſima, Panearpinam facultatum Thiarum quondam geſſeris, orbata modo & ruinis, neminem adhuc alueris, qui te viduam vllo vel encomio, vel commiſeratione ſoletur. Miſerum hercle! Magna tamen & nobilis impendio Gentis Heduanæ potentia, quæ quaſi fax ardens in totum orbem ſuccenſa, per freta, per amnes, per ſcopulos, per prærupta alpium diſcrimina Eurum, Aquilonem, Auſtrum, Zephyrumque brachio nunquam cedentem remenſa, Vmbriam ſtatuit, domuit Phrygiam, Scythiam auxit, Thraciam diffudit, terruit Macedoniam, Iberiam ſtrauit, minuit Italiam, Holſatiam ſtruxit, Luſitaniam preſſit, occupat Aſiam, & parentis Herculis metas tranſgreſſa, quod Socrates, quod

Plato, quod Pythagoras, quod Empedocles à Chaldæis Ægyptiiſque edidicerunt. Perſas ante docuerit, quam ſcirent Athenæ: Nec ſi Magiam, Poëſin, Rhythmos, Mathematicem, Aſtrologiam, Muſicem, & vtramque Philoſophiam ſtatim ſibi Græci inuentam prædicent, diuinarum atque humanarum ſcientiarum Hedua parens, & protologia Græcis inuitis non deſinet appellari. Tollat ſuos Ægyptus Prophetas, Perſia Magos, India Gymnoſophiſtas, Augures Roma, Ida Curetes, velut omnium quæ in humanarum mentium captu ſunt vates antiloquos. Clarum tamen (quorum Hedua Princeps) ſi Samotheos Druydas, Magos, Satronidas, Vaties, Bardos, & Choribantas Heduorum ſacros progenitores & conſanguineos diſcuſſerimus Literarum inde & Philoſophiæ magnum quoddam mare ſolis primum Gallis nauigabile in totum orbem exundaſſe credamus: ſine quibus (vt cum Moyſe loquar) terra erat inanis & vacua. Et in quo ſolus domini ſpiritus ferebatur tunc ſuper aquas, vt eleganter elucidat, & adaperit Claudius Muſard Heduus, vir bonarum literarum, *in ſua Chronica Samotheorum*. Heduos autem Principes Celtarum extitiſſe ſatis autumat & aſſerit Cæſar *in ſuis commentariis*. Idcirco nullus ſanæ mentis hæſitaret, quin Hedui fuerint illi Celtæ, qui prædicta omnia fecerũt, & etiam de quibus Symphorianus Campegius *in ſuo lib. de memoralib. mundi*, vbi de origine Celtarum & eorum religione & literis, quos Celtas, authore Beroſo, condidit Samothes. Fuit enim Samothes frater Gomeri atque Tubalis ex Iapeto patre. A quo primum Britones, inde Galli Samothei dicti fuerunt, & præcipue Philoſophi atque Theologi ſectatores eius. Vnde Diogenes Laertius *in princip. de vita Philoſophorum*: Philoſophiam, inquit, à Barbaris (quod verbum non protulit citra inuidiam) initia ſumpſiſſe complures authores aſſerunt. Conſtat enim apud Perſas claruiſſe Magos, vt dixi, apud Babylonios & Aſſyrios floruiſſe Chaldæos, apud Indos Gymnoſophiſtas, apud Græcos Philoſophos, apud Ægyptios Prophetas, apud Celtas & Gallos Druydas, & qui Samothei dicuntur. Qui, teſte Ariſtot. *in magico & Secione in 22. lib. ſucceſſionum*, Diuini atque humani Iuris fuere peritiſſimi, ob id religioni deditiſſimi, ac propterea Samothei appellati ſunt. Quare, vt complures authores tradunt, Philoſophiæ initium & literarũ ſimul, non a Græcia, ſed antiquiſſimis Samotheis emanauit. Ergo quoniam Galli vtebantur literis, quibus & Græci, vt teſtatur Cæſar *lib. 6. commentar.* easq; a Samothe patre Dite habuerunt, vt ibi dicit; Neceſſario eſt fatendum, quod non a Cadmo: ſed a Gallis, tam Galathæ, quam Meones, & Gallogræci, totaque ſimul Græcia eaſdem habuerint: argumento ſunt quæ authores produnt. Xenophon. *lib. de æquinocii temporum*, & Archilochus, ſic dicens, Græci Barbariem quandam vetuſtam & non Phœniciam ferebant, quia nihil Phœnicum habẽt, vt cernimus, ſed Galatharum & Meonum figuras retinent, &c. Et Ioſephus cum pluribus aliis. Beroſus vero notat, quod anno 4. Nini, a quatuor Saturnis geſtum ſit. Tres enim Saturni, Tubal Hiſpanus, Samothes Gallus, Thuſcon German' regna ſua legib. formãt. Quartus vero Saturnus, Cameſes, qui ab Ægypto colonias in Thuſciã aduexerat econtra Thuſcos iam legibus & literis a Comaro formatis, corrũpere ſatagebat magica & vitiis. Vnde Diodorus ait *in quarto*. Hunc Saturnũ filium cœli, qui regnauit in Italia, Sicilia, & Lybia fuiſſe ſumma impietate & auaritia præditũ. Quod vero his temporib. literæ & carmina apud Gallos eſſent, non ſolũ ex Beroſo Chaldæo, ſed etiã ex aliis proditur. Samothes quoq; cognomine Dis, literas ſagas dedit, quæ Phœnices erãt, a quibus Græci ſuas formauerunt, quas principio Galathis & Meonibus tradiderũt, Galli a Dite diſciplinas nacti, etiã vſq; ad ſua tempora eas retinuerunt, vſi literis quibus Græci. Xenophon quoq; *d. lib. de æquinocii*, ait, Cadmum intuliſſe Græciæ literas ſimiles Galathis & Meonicis magis quam Phœnicibus. Igitur ante Cadmum fuere literæ. Philoſophia, Carmina, Theologia, & Leges Gallis maximè apud Celtas, & per multa ſecula & ætates.

Nam,

Digitized by Google

Nam, vt dicit ipſe Archilochus *in lib. Epitheterum. de temporibus*. Græci à Cadmo literas habuerũt, quæ Homero, iudicio totius Græciæ eximio Poetarum habito, Olympiade 23. & à Troiæ excidio anno 50. & qui fuit ante Romam conditam annis circiter 160. ſoli ius tributum fuit emendandi characteres, & nomina, linguamq; Græcam. Quæ ipſe Cadmus Samotrax, fere barbara & plena ruditate attulit ſub excidium Troianũ, cum reuerſus eſſet à fuga quam inierat ob certamen. Hic ergo Homerus reformauit prædictos characteres, & Grammaticæ præcepta Græcis primus dedit, cum antea quiſq; ſermone ſcriberet & loqueretur vernaculo, quem etiam Italia, quæ & magna Græcia, ſuſcepit. Nomen autem (vt continuetur materia) arguit à Sarrone Duce Sarronidas dici Gallos doctos, de quibus *lib. 6.* Diod. ſcribit ample. Sane nõ eſt æſtimandum, ante Sarronem non fuiſſe literas, & Theologiam atq; Philoſophiam apud Gallos, cum ſupra probatũ fuerit ea extitiſſe Samothei tempore, ſed, vt ipſe Beroſus ait, non erant Gymnaſia publica, quæ ſola mitigant humanam ferociam. Nam dicit ipſe *lib.* 5. quod tempore Zanei Nyni filii quidam Semiramidis, & etiam tempore, quo Oſyris agriculturam docere mortalibus cœpit. Apud Celtas Sarron, qui, vt contineret ferociam hominũ, publica literarum ſtudia inſtituit, vnde apud eoſdẽ Celtas à Samotheo ſapientia, à Dryo Philoſophia, Aſtrologia, & augurandi ſcientia. Carmen vero & Muſica à Bardo rege primo inuenta fuit, & Celtis edocta.

Vnde redeundo ad ciuitatem noſtrã, certum eſt, quod cum ipſa fuerit præſtantiſſima & præcipua in ea Gallia Celtica, quod totius Celticæ Galliæ principatum obtinuerit: & ſic literæ primo inuentæ & edoctæ fuerũt in hac ciuitate potius, quam in aliis. Nam, vt communiter videmus in ciuitatibus primariis & principalioribus ſeu capitalibus, Doctores & literati inhabitant, & morantur, vt in ciuitate Pariſienſi, quæ eſt caput totius regni Franciæ, vbi peritiores vtplurimum reſident, ibiq; artes profitentur in omni ſcibili, dempto legali ſtudio. Facit ad prædicta; quia de iure in ciuitatibus, & non in caſtris, ſtudia generalia debent eſſe, vt *in procemio ff. §. hac autem tria. & in l. vnica. C. de ſtudiis liberalibus vrbis Romæ. lib.* 11. Et ibi gloſ. & Ioan. de Platea poſt Bart. notant. & etiam gloſſ. in verb *Bononia*. Io. And. Pan. & Fel. *in proœm. decretal.* Cuius quidem ciuitatis Heduorum antiqua Topographia, partim in ſuburbiis, partim intra mœnia, vt in vicis & eiuſdem ædificiis, in quibus olim templa ac diuerſorum deorum oracula magnatumque palatia erecta fuerunt, quæ adhuc antiquum ſibi retinent nomen, ſequitur.

Hæc igitur ciuitas Celtarum caput, Mandubiorum honor, & gloria, non ſine magna honoris præfatione Auguſtudunum nominanda, tantis ſtratagematibus clara. Cuius incolæ à Romanis modo amici, modo fratres, verũ & conſanguinei vocabantur. Tanta, mehercle, eos ambiuit dignitas & excellentia, vt in Senatu quidem Romano primũ ſibi locum vſurpauerint, id antiquo fœderi datum. Huius murorũ ambitus ad duo milliaria protenduntur. Terra eius ſatis fertilis & pabuloſa riguaq; cum fluminum, tum fontium aquis, quæ frumenta, ſiliginem, hordeum, auenam, & omnis generis pecora vbertim gignit, nemora & glandes producit. Ab Oriente & Meridie montibus eleuatur nemoroſis, à Septentrione vero & Occidente vallibus deprimitur: ſaltem circa eius medietatem, à qua planicies amœniſſima ad Septentrionem in longitudinem duodecim millium paſſuum extenditur, & vndequaq; fontes, riuulive circumfluunt. A Septentrione habet Arotum piſcibus luxuriantem, Auturanumq; ſinu ſuo ſuſcipientem, & plures alios fluuios, qui tandem in Ligerim defluit. A Meridie vero fluuiũ, ne dicam riuum, habet ex ſtagnis velleris progredientem: partim in circuitu vrbis circumfluentem, ſuper quo ſunt (opus memorabile & vtile) multa molendina, in quibus ferme tota ciuitatis annona teritur & mollitur. Itaq; ab Oriẽte ex murorũ vrbis fundamentis celebratiſſimus ac ſacer fons lepidiſſimus, aquis ſcaturiens exiſtit,

dictus fons ſancti olei, vbi ducum vulnera (cum è bello victores ſauciati redibant) hac aqua mundabantur: omni quoque ex parte hæc ciuitas aquis irrigua eſt, in hac parte erãt theatra ampliſſima, quæ his diebus diruta cõſpiciuntur in loco vulgo vinea Bouſſerandi nuncupato. A plaga exinde orientali extra tamen mœnia: & non procul, excelſi montes & colles figurantur, qui per meridiem tranſeuntes, & arboribus & fructibus, præcipue pyris, quæ apud vulgus dantur ſine regula, omniq; ferarũ genere prædiuites, ad occidentem vſque protenduntur: & ibi antiquitus erant piſcinæ vel clauſtra ferarum, in medio quorum mons eſt longitudine octingentorum paſſuum quodam paruo frutice præ cæteris excellens, quo ſolus abundat ille mons, ita quod plures, qui totum pene peragrauerunt orbem, retulerint nullum ſimilem fruticem alicubi vidiſſe. Nec Plinius nec Macer aliqualem de hoc exiguo frutice mentionem fecerunt. Fructus eius granum eſt, coloris, vbi admatureſcit, fere nigri, & boni ſaporis & odoris, qui plures indigentes villicos in his partibus, vt eſca paſcit, dũ artus cancri Phœbus ſuo curſu comprimit.

Eſt & alius mons tendens ad occaſum, mons calidus dictus, vbi præcocia fructuum genera inueniuntur propter ſolis reuerberationem, qui tota die ibi lucere conſpicitur in valle eius habens fluuiolum, vernacula lingua vocatum *Mengues*. Muros vero manu potius Deorum ac ſupernaturali, quam humana cementariorum compoſitione præualidos habuit & habet, quos centum exornabant turres ad Barbarorum incurſiones comprimendas. Ingentes portæ, quibus ſingulis portalitia, quæ de cœlo pendere videbantur, applicata extiterant: & de quibus hoc æuo, quo fere integra permanſere, & quæ adhuc paruula cunctis adſunt, porticulas habebat. Itaque tam hanc, quam eiuſdem ſuburbia multorum Deorum gentilium venuſtabant delubra, multiſque & variis inſignibus vicis (nomina eorundem antiquiſſima tanquã excellentiora adhuc retinentibus) dotata fuit. Excellentia enim potius immortalitatem ſapiunt, quam vilia & minima; & inſignia & illuſtria loca difficile ab hominum memoria euaneſcunt. Enimuero in ſuperiori huius ciuitatis parte Capitolium ſituabatur, vbi nunc vicus eſt, lingua noſtra vocitatus, *le chapuean*. Licet forſan taliter potuerit denominari, vbi, ſi quid violatũ erat, aut facinus commiſſum, quod caput & vitam hominis peteret, capite violatoris expiabatur. Cui adiacet etiã vicus fraxineus (in quo moror) eo vocabulo dictus, vbi Apollinis oraculum variis bellorum triumphis refertũ fulgebat, cui inhærebat grandis fraxinorum copia ipſi Apollini ſacratarũ, eo, quod nunquam (vti laurus) iactãtur fulmine & venenis (inquit Plinius *lib.* 16. *ca.* 14. & *lib.* 24. *cap.* 8.) obſiſtant, vt noſtra aſſolet ætate fieri, qui Eccleſiaſticorum templorum cœmiteria grandibus vlmis cœlum fere pertingentibus replent. Sic antiquitus iſtæ arbores eiuſdem Apollinis templum venuſtabãt. Et non ſine magnæ cogitationis miniſterio templum hoc Apollinis fuit in ſuperiori vrbis particula collocatum. Nam ſicut Apollinem ſcientiarũ & Philoſophiæ inuentorem eſſe perhibent, ſic ſua induſtria, ſua inuentione, ſua denique ſagacitate, tanquã cæteris dignior, in vrbe præferebatur. Tum etiã; quia cum conditor noſtræ ciuitatis fuiſſe perhibetur, vt inferius dicetur, non mirum, ſi ſuperiorem vicum vrbis à fraxino arbore ſibi dicata denominarit. Tum & alia conſimilis, quia ibi literati, huic Philoſophiæ dediti, ſapienteſque viri (prout hac noſtra tempeſtate Epiſcopi, ſacerdotes, prætores, Doctores, canonum ſtatuta, prætorum quoque, Iureconſultorum leges, decreta, ac rationes profitentes, cæterique bonorum morum Archetypi ac exemplaria) exiſtebant. Qui quidem tanquã digniores præferendi ſunt. Eſt & alius, paulo verſus Occidentem declinando, vicus caninus, in quo idolum Anubis, quodam phano ad eiuſdem Anubis honorem, conſecrato, venerabatur, quod caninum habebat caput, teſte Herodoto *libr.* 2. ſub cuius tutela incolæ huius ciuitatis, & à latronum incurſionibus, deprædationibus, furibuſq; præſeruarentur, ſeſe ſubiiciebant. Nam ſicati canes:

in canes pro hominum cuſtodia naſcuntur, ſuoque latratu arcent fures: ſic hic Anubis, vt arbitrabantur, procul arcebat fures, & vbi capti erant, hoc in templo Anubi, tanquam pinguis victima mactabantur.

Fuerunt prætere in hac ciuitate Reges, ſeu Reguli (qui à regendo dicti ſunt) quibus tota Heduorum regio, ſeu prouincia, ſingulis aſſignata particula, tanquam præfectis, regenda ac moderanda data fuerat; vt vnus limitibus Sequanorum præeſſet: alter Rhemorum, alter Aruernorum, &c. fines vigilanti cura ac ſtudio regeret. Et ſi quid contra Auguſtudunos hoſtes moliti fuiſſent, aut innouaſſent, vbi id ſciuerit rex, cui commiſſa fuerat, hæc rebellis pars Vigobreto, populoque Heduo, quam citius potuiſſet, renunciare tenebatur; vt legatis caduceatiſq; exploratoribus miſſis, aut bellum, aut pacem indicerent, aut componerent. Quorum quidem regulorum domicilia palatia ingentia, auro, diuerſarumq; ſpecierum gemmis cruſtata, in vico, vſque in hodiernum diem vico dicto, Regum ſtabilita fuerunt: vel forſan Regius vicus dictus fuit, quia regia via erat, hoc eſt, communis & publica, & quæ latior erat. Nam & in vrbe magiſtratus vnus, qui annuus (prout nunc, retinens adhuc nomen antiquum) creabatur, vitæ, & necis in ſuos poteſtatem habens, qui, vt vir à virtute, ſic & ipſe Virgobretus à virtute, quam debet habere, nomen ſortitur: & iuxta alluſionem vocabuli in vulgari noſtro dicitur *Vierg*.

Adeſt & cõſequenter in medio vrbis campus Martius, nunc Campus D. Lazari vocitatus, vbi militum claſſes, ac peditum cohortes turmæque bellatorum hominum, quoties ad bellum opus fuiſſet progredi, arma ex templo Martis confeſtim aſſumebãt. In ſuburbiis vero à plaga Orientali, eſt monticulus, Philoſia nuncupatus, vbi templum Cupidini, Deo amoris, dedicatum habebatur, à philos, quod eſt, amor, dictum; in quo iuuenculæ virgines ſub tutela cupidinis aderãt, amorum furta deſcribentes, quæ poſtquã euribaticauerant, hoc eſt, improbis moribus uſæ fuerant, inq; fornicatione repertæ, & ſpurciſſimæ Veneris illecebris irretitæ fuerant, in viciniorem alium monticulum paulo altiorem ducebantur, vbi Veneri adſunt conſecratæ ſpeluncæ, (ſicut olim Romæ, in regione ſuburbana, meretricum diuerſoria erant) eo; quod celet ſua furta Venus: adſunt & dumi arbores, & nemora alta, iuxta quæ templum Veneri, & Priapo dicatũ conſpiciebatur, in quo cucullus Veneri & Priapo conſecratus (eo, quod ſit auis adultera & mœcha) venerabatur. Vnde dictus eſt hic locus vſque nunc Cucubarrus, hoc eſt, è barro, ſiue e bore Cuculus, qui ob honorem ſupra dictorum, ibi colebatur. Nec iſtud incredibile videri debet, cum adhuc lupanaria tolerentur. Nam, vt dicit text. *in l. ancillarum. in fin. ff. de pet. hære.* in nonnullorũ honeſtorum virorum prædiis lupanaria exercentur: & meretriciũ toleratur ab Eccleſia, vt maius malum euitetur, ſecundum Panorm. *in c. inter opera charitatis: Extra de ſponſalib.*

Redeũdo ergo, vnde digreſſi fueramus, nõ longe abhinc mõs eſt Iouis. Samothes n. noſtræ proſperitatis autor, cum per montiũ cacumina deambularet, huc appuliſſe, & ibi Ioui Olympico primum litaſſe perhibetur. Vnde dictus fuit & eſt hic locus mons Iouis: & ibi vnum ſuorũ nobiliorem conſtituit, qui adhuc ibi tempore præſenti caſtellum habet, & vocatur dominus de monte Iouis, qui eſt ex vna antiquiſſima & nobiliſſima Heduorum familia. In parte vero occidẽtali mons eſt fere nubibus proximus, diſtãs ab vrbe vno miliari, & eſt quercubus plenus; qui & hodie mons Druydũ appellatur: eo; quod ibi Druydes, Gallorũ Philoſophi, & ſapientes, ac vates Iouis; & Berecynthiæ matris Deorũ ac Mercurii ſacra celebrabant, dictiq; fuere Druydes à dryos, quod eſt quercus; quoniam ipſis Ioui & Berecynthiæ quercus eſt ſacra, teſtante Claudiano, de raptu Proſerpinæ.

Hi, quippe Druydes Ephemerides, ſiue ſingulorum temporum annales, & quicquid ſingulis diebus in vrbe, aut Heduorũ regione efficiebatur, ſoli memoriæ mandabãt, & ſacra curabant, memoriterq; diſcebant neque ea literis mandare fas erat, ne in vulgus

diſciplina efferretur, & vt memoriæ ſtuderent: (nam, quæ literis mandamus, memoria tenere negligimus, cum ea vtpote ſcripta, vbi opus fuerit facile reperire cōfidamus,) quod efficit, vt nihil de huius ciuitatis conſtructione ac ruina inueniatur, & quod ſemel in mēte repoſuerant, vt magis in pretio haberentur, difficile id prodebant. Vnde ipſis deletis, deleta iacuerunt ſingula egregia eiuſdem ciuitatis prouinciarumq; facinora. Cum id ſoli reſcirent, & antiquiores id iuniorib. eiuſdem ſectæ Philoſophis docerent. Si vero quicquam ſcriptum foret, dum hoſtes ciuitatem obſiderunt, cum diis, ſub quorum tutela omnis arbitrabatur eſſe ciuitas: exemplo Troianorum, qui ſemper ſuo iure æſtimauerunt alienos, & præcipue hoſtium Deos deprædati rapuerūt. Sapientes exinde hi Druydes omnium ore iudicabantur, vnde publica & priuata iudicia eorum fidei mandabantur, vt de ſacerdotibus antiquæ legis Macchabeorum 1. & 2. & *Deuteron.* 17. legitur. Illi (teſte Cæſare *libr. 6. de bello Gallico*) rebus diuinis interſunt, ſacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adoleſcentiū numerus diſciplinæ cauſa cōcurrit, magnoq; hi ſunt apud Heduos honore, de publicis priuatiſq; cōtrouerſiis cognoſcunt: & ſi quod eſt admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate finibuſq; controuerſia eſt, iidem diſcernunt, præmia pœnaſq; conſtituunt. Si quis autem priuatus, aut publicus eorum decreto non paruerit, ſacrificiis interdicūt. Hæc pœna apud eos eſt grauiſſima, quibus ita eſt interdictum. Hi vero, qui interdicti fuerāt, numero impiorū ac ſceleratorum habebantur: hi omnes decedunt, aditum, ſermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neq; his petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur. Et illi pœnæ hodie excommunicatio æquiparatur. Et cum prædicta ita cum noſtra religione conueniant, vt nō temere quis crederet, modum hunc, quo Pontifices ſolent contumaces, aut delictum aliquod delinquentes præuaricanteſq; anathematizare ſeu excommunicare, illiſque ſimul ſacris interdicere (quod hoc vnicum Eccleſiæ telum terrificumque fulmen exiſtit) ab ipſis Druydibus eſſe mutuatos. Qui quidem Druydes etiam apud Carnutū morabantur hac lege, vt ſex menſib. hyemalibus Carnutum, rurſus vero ſex aliis æſtualib. Auguſtudunos haud abſurde habitarent, vt de Apolline ex Seruio 4. *Æneid.* ſecerni poteſt, quod Virgilius hoc innuit diſticho:

Qualis vbi hybernā Lyciam Xantiq; fluēta
Deſerit; ac Delum maternā inuiſit Apollo.

Qui ſex menſibus apud Patharam Lyciæ vrbē: ſex vero aliis æſtiualibus mēſibus apud Delon reſponſa canebat. Quod & de Druydibus ſatis exprimit Cæſar *loco ſuperius allegato*, dum dicit: Hi certo anni tempore, in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, conſidunt in loco conſecrato, huc omnes vndique, qui controuerſias habent, conueniunt, eorumq; iudiciis, decretiſque parent, pleriq; eo diſcendi cauſa proficiſcuntur. Hi pariter Druydes hominē diuinationi deſtinatum, ferientes, ex ipſo afflictandi impatientiæque modo, ſua vaticinia aſſumebant, teſte Strabon. *lib.* 4. volebant itaq; inprimis non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios: atque hoc maxime excitare ad virtutem putant, metu mortis neglecto. Multa quoq; de ſideribus atque eorum motibus, de mundi ac terrarū magnitudine, de rerum natura, de Deorum immortalium vi atque poteſtate diſputabāt, & iuuentuti tradebant. Credebant inſuper pro vita hominis tantum hominis vitam redimi poſſe. Sed Senatuſconſultū Gn. Cornelio Lentulo & P. L. Craſſo conſulib. factum eſt, ne homo immolaretur: vnde hoc ſacrilegii genus ſublatum eſt.

Præterea, hos Druydas Gallorum ſuſtulit Tyberii Cæſaris Principatus, anno regni eius VII. vel eo circa, vt Plinius refert, etiam Aymarius Riuallus Allobrogus.

Sed de monte Druydum (qui, vt diximus, in ſuburbano Heduorum tumeſcit) & de Druydibus & eorum excellentia ſufficiat. Reſtat, vt conſequenter materiam conſequamur.

quamur. In arcto fere aſpectu iuxta Aroti fluenta phanum Plutoni & Proſerpinæ conſecratum locabatur, vbi Arioli, Augures, & Genethliaci augurabantur. Cuius quidem Phani grandis portio, imo verius maior admodum turris, quadrata altiſſima, hodiernis diebus apud nos conſpicitur. Et locus ille prope portam vrbis eſt, & nuncupatur noſtro idiomate à prædictis Genethliacis geneſtoue.

Multa inſuper de antiquitate huius Auguſtudunorum ciuitatis dici poſſent. Tamē, quia haud facile rationibus, & veſtigiis comprobari poſſent, ſicut quæ ſupra ſcripſimus, ac etiam cum nomen ſuum ipſo ex numine quæſitum habeat, cætera Harpocrati mandamus, præter quod Apollinem huiuſce vrbis fundatorem, & ab Auge quæ & Chione dicebatur eiuſdē Apollinis vxore Auguſtudunū anno 58. poſt diluuiū, vel eo circa nominaſſe, ac Caſtrichion (quod Barbari caſtrum caninum vocitant) paulo poſt conſtruxiſſe, qui bene legerint non negabunt. Quæ quidem, eo, quod de ipſa quid Apollo ſuſpicabatur, dolore compreſſa ac extincta eſt, & ſub Pyramide, quæ in monte Cucubarri hac noſtra tempeſtate conſpicitur, ſepulta iacet. Ita nobilium tumuli illis temporibus ornabantur. Apollo vero Delphos petiit, & de his ſatis ſcriptum eſt *in comment. noſtris ſuper conſuetud. ducat. Burgu. in proœ. ſuper illo verb.* Doſtum.

Cur vero Hedua dicta fuerit, ſatis ex commentariis Iulii Cæſaris conſpici poterit. Sed iudicio quorundam doctiſſimorū, dicta fuit Hedua, ab augurio duorum Hedorum, inuicem in aere pugnantium, & ſalientium, qui à coadunatis incolis, cum de nomine poſt primam eiuſdem vrbis oppugnationem, certarent, viſi fuere (vt legitur de nominis impoſitione Romanæ ciuitatis, quæ à Romulo, Augurii victore, eo quod duodecim, Rhemus vero ſex viderat vultures, Roma denominata fuit.) Sic Hedua ab hedis dicta fuit. Et hoc ſatis liquido comprobari poterit. Nam ſicut hedi tunc temporis inter ſe pugnabant, cum de nomine quereretur, ſic Heduis innata eſt quædam factio & temeritas (vt verum fatear) ita vt ſæpe inter ſe pugnent, & ſæpiſſime bella ciuilia & inteſtina oriantur, quæ in lōgum protelarentur, ſi eiuſdem ciuitatis Rectorum & aliorum ſuperiorum prouidentia abeſſet, quæ dictis Cæſarianis, *in eius comment. lib 6.* de bello Gallico ſatis comprobantur, dū ait: Namq; omnes ciuitates in partes diuiſæ ſunt duas, &c. & idem *in 7. lib.* eorundem, inquit, Ciuitatem Heduorum omnem eſſe in armis, diuiſum Senatum, diuiſum populum, ſuas cuiuſque clientelas, &c. Quæ quidem ſolita apud Heduos diuiſio, principalis cauſa primæ & ſecundæ etiam eius ciuitatis deſtructionis fuit. Nam cum vnus nobilium eiuſdem ciuitatis ſuum non poterat adimplere votū, armis experiebatur, totam gentem aduerſus gentem concitabat, & inter ſe pugnabant (quod adhuc his diebus efficitur:) inimicos ac hoſtes ſubtili medio in vrbem reponebāt, quod tandem medio factum eſt, vt, quod ſoli non potuiſſent hoſtes, cum aliis præualuerint. Et ita prius factionibus & ſeditionibus fuiſſe ab hoſtibus cum ſuis incolis deſtructā ciuitatem arbitror: ſæpe enim fit, vt propriis vrbibus ciues magis quàm hoſtes noceant. Verum interea paulo altius & circumſpectius inquirere libet, vnde tanta Heduis inflicta ſtrages & ruina, quæ nunc circumſpicitur illis ineſſe, & quę ſecūda fuerit & maior huiuſce vrbis oppugnatio. Romanos (ſcelus nefandum) hoc perpetraſſe aiunt, teſte ipſo Cæſare *loco ſupra alleg.* ipſo dicente in Heduos caſtra mouiſſe. Cum enim ad populum Romanum de huius Heduorum ciuitatis nobilitate, prę-eminentia, & authoritate crebri rumores afferrentur: illa per vniuerſum orbem celebrabatur, tum propter eius antiquitatem, tū propter opes, tum propter libertatem, tū deniq; propter ſuorum incolarum primæuam nobilitatem: quamuis tamen bellum aduerſus Sequanos, Aruernos, & Rhemos gereret, qui non potuerunt quicquā contra Heduos, niſi aduocatis Germanis mercede, pluresque alios ſui collimitaneos & ſolum tantopere de principatu, potentatu, & authoritate contenderetur, dicente ſic Cæſare *li.* 1. & idem *li.*

6.ſic inquit:cum Cæſar in Galliam venit, al-
terius factionis principes erant Hedui alteri-
us Sequani. Hi, cum per ſe minus valerent,
quod ſumma authoritas,& antiquitas erat in
Heduis , magnæque eorum clientelæ. &;
nonnunquam de principatu armis conten-
dunt,&c. Et ſequitur; aduentu Cæſaris facta
commutatione rerum, obſidib. Heduis red-
ditis,veterib.cliẽtelis reſtitutis,Sequani prin-
cipatũ,quem vſurpabant dimiſerunt,in eorũ
locũ Rhemi ſucceſſerunt: hi.n.Sequani,pro-
pter veteres inimicitias nullo modo cũ He-
duis coniungi poterant.Eo tũc ſtatu res erat,
vt longè principes haberentur Hedui,ſecun-
dum locum dignitatis Rhemi obtinerẽt,&c.
Totius ergo Galliæ Celticæ principalis erat
Hedua, & metropolis, inquit Raymundus
Marlianus, *in indice ſuo comment. Cæſaris* di-
cens:Celtarum clariſſimi ſunt Hedui. & 1.*li.
comment. Cæſaris*: Senatuſc. quoq; honorifi-
ca facta ſunt in eos, quod omni tempore to-
tius Galliæ principatum Hedui tenuiſſent;
pluresq; Coſmographi id atteſtantur. Vnde
cum Romani hanc reſcirent eſſe tam opulẽ-
tam & potentiſſimam, huius laudis & hono-
ris inuidi,Heduis legatos miſerunt,ſignificã-
tes,totam Romanorum gentem cum Heduis
coniungi velle, æternumq; fœdus, ac amici-
tias componere, & paciſci, cum viderint hãc
Heduorum prouinciam diuerſis variiſq; bel-
lorum anfractibus, prædonum incurſionib.
ac tumultu infeſtari; Et turpe ineſſe huic tam
antiquæ ciuitati, quæ in tranquilla ſuos de-
beret pace regere ſubditos,& quæ aliis longo
tempore dominata eſſet, nunc hoſtib. com-
primi & agitari, dicenteſque,hanc ineſſe po-
pulo Rom. conſuetudinem, vt ſocios atq; a-
micos non modo ſuos nihil deperdere, ſed
gratia, dignitate ac honore auctos velint.
Multa præterea Heduis pollicentes,ſi cũ Ro-
manis coniungi,fidemq; illis polliceri,& ſer-
uare vellent,eos totarum Galliarum Roma-
norum medio,principes futuros. Mos itaq;
illorũ erat, quoties aliquos videbãt anguſta-
ri,& ab aliis opprimi his ſcribere,vt cum ipſis
iuncti,poſſent eorum imperio potiri,& hanc
gentẽ ſuppeditare,occaſionemq; in eos inue-
hẽdi habere,licet tamẽ non eis inimica, neq;
odioſa foret. Sed ſolum, vt ſub illo amicitiæ
fictitio nomine,tandem poſſent,& hoſtes,&
quondam amicos,ſubtili medio,in ſeruitutẽ
redigere,& eos ſubiugare,vt prædominaren-
tur;quod fecerũt Iudæis, quib. multa promi-
ſerant,vt patet *li. Maccha.* 1.*c.*8.*& c.*14.& tan-
dem eos penitus deſtruxerunt. Quocirca,ſi
Heduẽſes eorũ præſidio,auxiliove,ad hoſtes
debellandos egerent, id extemplo illis renũ-
ciarent; vt poſſint extempore ad bella mili-
tes aduocare,cõgręgare iumentorum. & car-
rorum quam maximum numerum, ſemẽtes
quam maximas facere,vt in itinere copia fru-
menti ſuppetere poſſit, galeas, enſes, ſcutaq;
virorum parare,Adiurãtes inſuper,populum
Rom. ſemper ipſis Heduis eſſe fidelem, eiſq;
quam maximum honorem habere,ac fratres
& conſanguineos eſſe fideliſſimos, tandem,
vt breuib.abſoluam, ſub illa diſſimulatione,
quę minime in amicitia decere videtur,aure-
os polliciti ſunt montes.Qui quidem Hedui
(quib. naturâ eſt facile quæ noua ſunt crede-
re,decipique,ac ſe potius in extraneorum &
Barbarorum,quam vicinorum amicitiã ſem-
per coniungere ſoliti)de reſponſione Roma-
nis facienda,curauerunt. Conuocatis igitur
totius Heduorum prouinciæ & ciuitatis Re-
gibus ſenioribuſq; à Senatu, Conuicto, Lita-
nioque,& Cotto,qui hoc tempore magiſtra-
tui Heduorum præerant, aut præeſſe poterãt
(quem Virgobretum appellant Hedui, qui-
uis tamen nunc huic magiſtratui vnicus præ-
ſit)Romam,Diuitiacum, ad Senatum popu-
lumq; Roma. mittunt,auxilii petendi cauſa:
quia eo tempore à Sequanis infeſtabantur,in
tantum vt Germanos & Ariouiſtum Sequa-
ni ſibi adiunxerant,eoſq; ad ſe magis pollici-
tationib.iacturiſq; perduxerant.Heluetii ita-
que iam cum Sequanis,per anguſtias & fines
Sequanorum, ſuas copias traduxerant, & in
Heduorum fines peruenerant, eorumque a-
gros depopulabãtur. Hedui autem ab his ſe,
ſuaq; defendere non poterant. Hi igitur Se-
quani,ne ignorãtes procedamus, inquit Cæ-
ſar *loco præ all.* & Strab. *in ſua Geogr. lib.* 4. trans
Ararim habent domicilium, & Rom. & Heduis
dudum

diudum aduerſantes, Germanis ſæpius adhęrebant, eorumq; impetus in Italiam inuitabant, roburq; non mediocre oſtentabāt; adeo, vt illis communiter quidem immixti, eorum vires amplificarent, deſiſtētes diminuerent aduerſos Heduos, & hæ ſane cauſæ, & fluminis contentio, inimicitias auxit, qui gētem vtranq; dirimit, quæ ſibi proprium vendicat Ararim, ſibiq; vectigalia pertinere certat &c. Hæc Cæſar. Dixit inſuper Heduorum Gentem omni tempore de ſenatu populoq; Romano benemeritam: cuius quidem Diuitiaci oratione, à Senatu populoq; Ro. audita, confeſtim Cęſarem cum innumerabili armigerorum bellatorumq; virorū multitudine ad Heduos, pręſidii cauſa mittunt, vt fratrib. Heduis (quo quidem fratrum nomine iam Romani Heduos decorauerunt) ſubuenire poſſint; Aſſignantes in perpetuum Heduis, in ſignum eorum fœderis, amicitiæ & fraternitatis, primū in Senatu (res pene incredibilis) locum, ꝙ tamē durabile non fuit. Poſtquam enim Cæſar citra mōtes, copias ſuas, & innumerabiles peditum, bellatorumq; virorū Legiones, quas ſecū habebat, traduxerat, ad Arionuiſtum Germanorū Regem, cum Heluetiis, pro Sequanis, contra Heduos pugnantē, legatos mittit (ipſo teſtante *li. ſuorū comm. 1.*) qui dicerent, ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traduceret; Deinde obſides, quos ab Heduis haberet, redderet, Sequaniſque permitteret, vt quos illi haberent, voluntate eius, reddere illis liceret; Neue Heduos iniuria laceſſeret, neq; his ſociiſq; ipſorum inferret bellum: ſi ita id faceret ſibi populoq; Ro. perpetuā gratiam, atq; amicitiam cum eo futuram: ſi id nō impetraret ſeſe (quoniam M. Meſſala, L. Piſone cōſulibus, ſenatus cenſuiſſet, vti quicunq; Galliam prouinciā obtineret, ꝙ commodo Reipu. facere poſſet, Heduos cæteroſq; amicos po. Romani defenderet) Heduorum iniuriam non neglecturum. Qui quidem Arionuiſtus ad hoc reſpōdit; Ius eſſe belli, vt qui viciſſent, his, quos viciſſent, quemadmodū vellent, imperarent. Hęc ſunt verba ex dictis cōmentariis ſumpta. Verum, vt breui abſoluā, prætereundo plura bella, & prælia, Romani Aruernos, Sequanos, Seguſianos, Rhemos, Germanos, Bituriges, totaſq; Galliarū partes, & prouincias eiſdē adiacentes, in horum ditionem, Heduorum tamen induſtria, cura, & impenſis, repoſuerant, quanquam nulli dubium erat, quin arma contra Cæſarē in Italia à Cn. Pompeio pararentur. Ipſe autem Cæſar ſuum exercitum diſtribuit per hyberna. C. Trebon. cum legionibus quatuor in Belgio collocauit. C. Fab. cum tot in Heduos deducit. Sic. n. exiſtimabat, tutiſſimā fore Galliam, ſi Belgæ, quorum maxima virtus, & Hedui, quorū authoritas ſumma eſſet, exercitib. cōtinerentur, ipſe in Italiā profectus eſt. Deindē hic Fabius, poſt deceſſum Cæſaris, ad ſe aduocat quatuor bellatorum hominum legiones, quos in Belgio collocauerat Cęſar, & Heduā ciuitatē intrare mandat, timens, ne gens huius antiquiſſimę vrbis, quæ diu principatū totius Gallię & authoritatem ſummā habuerat, & quæ opibus, & reb. ad omnia neceſſariis, ac viris generoſis, ac ſtrenuis munita erat, in tantū, ꝙ ipſa Roma maiorē in ſuos non haberet authoritatem (propterea Hedui fratres Rom. dicti fuere) proditione aliqua aduerſus ipſos Rom. vteretur: quod tamen eſſet cōtra eorum morem, teſte ipſo Cæſare *li. 5. belli Aphrici.* vbi inquit, Gallos eſſe homines apertos, & minime inſidioſos, qui per virtutem, non dolum, dimicare conſueuerunt, & id reſciret; Heduos cum Rom. ab initio ita cōiunctos, & ſocietatē promiſiſſe, vt ꝙ Romani in Gallia acquirerent, nomine Heduorum adeptum foret, & in Heduorum ditionē cederet, certa tamen illis conſtituta mercede: cū nullum ipſi Romani haberent in Galliā ius belli, quod tamen minime curauerunt, imo ſibiipſis vſurpauerunt; Subſequēte vna die infauſto, nigro ſignata lapillo, hic Fabius reuoluēs, quæ in Romanos, ab adoleſcentib. Heduis & Alexienſib. in ciuitate receptis, facta fuerant, poſt Alexienſium cladem & ſubuerſionem (quæ fuit ciuitas maximo nexu cum Heduis coniuncta) & quia ipſi Romani aliqua irritamenta ab Heduis ſenſerant, inſciis tamen patrib. & ſenioribus ciuitatis Heduę, & forſitan hoc à Cęſare in mādatis habuerāt, timēres ne

quid ſibi ſiniſtri vlterius contingeret, nocte clam (huius facinoris gente ciuitatis ignara) in ciues irruunt. Et huic noſtro propoſito quadrabit, quæ in 2. Æneidos Virgilius deſcribit:

Tēpus erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit:

Cum Romani inuadunt vrbem ſomno, vinoque ſepultam; Cæduntur vigiles, plurima perque vias ſternuntur inertia paſſim corpora, perque domos & religioſa Deorum limina, clareſcunt ſonitus, armorumque inhorruit horror. Tandem, Romani incenſa dominantur in vrbe. Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos, Auguſtudunū diuûm domus, & tunc inclyta bello Mœnia. O fraudulosa illa fraternitas, quæ in ſua viſcera ſæuiuit, hanc deſtruxêre, quæ ante aduentum ipſius Cæſaris, in Gallia principatum tenuit annis 4106. & caput totius Galliæ Celticæ fuerat, & metropolis! Quia Cæſar ſub quo proſtrata fuit, anno mundi 5158. regnabat; & Auguſtudunum erectū fuerat anno 63. poſt diluuium. Anno vero mundi 1714. Diluuiū etiam fuiſſe perhibetur circa annum mundi 1656. quo colligitur, Heduos tenuiſſe Democratiam fere annis 4106. Et, vt verum fatear, tunc Liſci, Hedui, cum Cæſarem alloquerētur, adimpleta eſt prophetia dicentis: neque dubitare debeant Hedui, quin ſi Helueticos ſuperauerint Romani, vna cum reliqua Gallia Heduis libertatē ſint erepturi. Quæ verba formalia ſcripta ſunt in 1. *libr. com. ment. Cæſaris, de bello Gallico*, quod de prædicta deſtructione dixi, tute perpende: quia pro certo ponere non auſim, ne diuinare potius, quā veritati inhærere dicar: ſed in re parum nota conjectare licet. Cur tamen à tanta gloria in tantam deuenerit calamitatem, & ruinam ipſa Hedua, temporumne culpa, quæ omnia vorant, an incolarum diſcordia, aut proditione, non ſatis clarum habetur. De pluribus aliis deſtructoribus huiuſce ciuitatis vide *in commen. noſtris ſuper conſuetu. ducat. Burgund.* vbi ampliſſime in prooemio. Præterea, vereor Symphorianum Campegium, aſſerentem, Lugdunum tempore, quo Auguſtudunum ſtabat, & ante eius deſtructionem, principatum totius Galliæ Celticæ obtinuiſſe, (Cum potius ſit in Gallia Narbonen. quam Celtica.) Et quod Bardi, hoc eſt, melodiarum Poetæ, habitabant in ciuitate Lugdunenſi: cum fundatio Aræ Lugdunen. de qua loquitur ipſe Campegius *in li. ſuo de laudib. Lugdun.*, & Iuuen. *Satyra* 1. dicēs, *Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad Aram.* non præceſſerit Natiuitatem Chriſti per vnum & 40. annos. Ignoro tamen, vnde compertum habuerit, quod eo tempore, quo conſtructa fuit prædicta Ara, iam abolita erat Bardorum & Druydum religio, cum tempore Tiberii Cæſaris fuerit omnino ſublata, vt antedictum eſt, quodque Lugdunum conditum fuerit poſt hanc Heduam ciuitatem, plus quam 50. annis, ſatis conſtat. Quia Lugdus qui Lugdunū conſtruxit, fuit 12. Rex Galliæ, regnauitq; anno poſt exundationem diluuii 680. poſt vero fundationem Galliæ 60 anno ante fundationem Troiæ 150 anno & ante incarnationē Chriſti 1637. Si vero geneſim ciuitatis eorum voluerint ſcrupuloſius ſcire & inueſtigare: ſic præmittant: Samothē filium Iaphet primum regem Galliæ (à quo Galli Samothei, & Philoſophi Samothiam oppidum habitantes dicti fuere, quod eſt in Aſſerorum patria finibuſq; Heduorum, priſcum adhuc retinens nomē) genuiſſe Magum ſecundū regem Gallorum qui Rhotomagum plureſque alias ſui nominis ciuitates conſtruxit. Hic Magus Sarrona tertium Galliæ regem (qui primus apud Celtas publica literarū ſtudia inſtituit, vt inquit Beroſus Babylonicus *li.* 5.) Sarron vero Druydem à quo Druydes Gallorum Philoſophi ac ſapientes montem Druydum prope hanc ciuitatem Heduam, vt dixi, & Carnutum habitantes, qui Eremitico more in ſyluis habitabāt cum maxima omnium opinione. Quis enim dixerit montem Druydum à Druyde dictum non fuiſſe, & à Bardis Bardorū montem adhuc in finibus Heduorum ſtantem? Druys igitur Bardum, Bardus Longonem, Longo Bardum iuniorem, Bardus Lucū, Lucus Celtem, à quo Galli Celtici dicti, Celtæ vero Galathæam quæ ex Hercule Libycogenus

nuit Galathem, Galathes vero (à quo Galli prima denominatio) Harbona, Harbō Lugdum genuit 12. Galliæ regem, à quo prouincia & homines cognomenta ſumpſerunt, inquit Beroſus *loco præallegato*. Licet Euſebius ſcribat Numacium Plancum Ciceronis diſcipulum oratoremq; clariſſimum, cum Octaviani Auguſti temporibus Galliam comatam regeret, Lugdunum in colle quodam, vbi Arar Rhodano commiſcetur, cōdidiſſe, quod etiam Seneca in Epiſtolis, cum loquitur de incendio eiuſdem ciuitatis, teſtatur, dicens; Huic vrbi ab origine ſua, centeſimus annus eſt ætas, non quidem hominum extrema, à Planco deducta; Crederem potius hūc Plancum, Aram, de qua ſupra, conſtruxiſſe, quam illam vrbem de nouo conſtruxiſſe, vel potius ampliaſſe, & reſtauraſſe. Cui quidem geneſi ſupradictæ concordat elegans querimonia ſequens. Galliæ Celticæ (cuius illa antiquiſſima atq; nobilis ciuitas Hedua, quam alii Auguſtudunum vocant, Metropolis eſt, & Auguſta ſemper) querimonia:

Collocutores duo. Gallia Celtica & conſolator.

Gallia, quid lacrymas fūdis? G. Flere neceſſe eſt,
Omni deſertam funditus auxilio.
Sed quid ſtrata iaces? G. Cœlo deiecta paterno,
In terris qua nunc ſiſtere parte queam?
Quis te deiecit? G. Soboles Noruegica, patre
Indiga, quæ diuum me genus eſſe negat.
An neſcis primo quod ſis habitata Samotho?
Olim dum Aſſyrias Belus habebat opes?
G. Neſcio, ſed primū quē ſuggeris illa Samothū,
Inuidia ad medios non ſinat ire Deos.
An regnaſſe Magum neſcis Sarronq; Dryumq;.
Et Bardum, & fortē defuncto Longone Rhomū,
Nannotem, & Francum teque Lemanne potens?
Gallum Chaldæo fugiant memorata Beroſo,
Gallia quos veteres inclyta iactet auos.
Non credo, iſta latent. C. Quid? G. Patribus inuidet illa,
Quos, tu ſi rogites, non feret eſſe Deos.
Sed quæ cauſa Deos gentiles addidit aſtris,
Virtus, quæ Cœlos reddere ſola poteſt.
Hi quoque virtutis limen ſubiere. G. Profecto
Sideribus dignos, quo minus eſſe putat.
Cuncta quidē ignotis patria nihil inſcia credit:
Turba Panymphæo plus dabit illa Ioui.
Amplius hac Diti quam primo turba Samotho,
Crederet hinc idem nunc tibi ſtabit honos.
Vera refers, Ditem mihi prodidit eſſe parentem,
Litera, Cæſarea teſtificata manu.
Quæ Druyda antiquis Gallis monumenta probarunt.
Iudicio informis ſtirps male ſana neget.
Si neget C. At ſaltem ſtabit tibi Gallia nomen:
Dum tenet in terris fabula priſca locum.
Inclyta Mandubiis hoc monſtrat Alexia cāpis,
Vrbs Libys tunc, nunc diruta tota iacet.
Ergo agite ô Galli Ditem iactate parentem,
Qui exhauſtas purgat, teſte Platone, animas:
Per quem felicis patet vnica ſemita campi,
Æterna ad ſuperos eſt quoque lucis iter.

Cætera quoq; de hac ciuitate Beroſus habet. Qualis vero quantave fuerit, ſatis ore omnium ſic dicentium fertur.

Hedua quanta fuit, magna ruina docet.

Pendent opera interrupta, minæ murorū ingentes. Incredibilis etiam ædificiorū moles, palatia, ſtrata: columnæ, ſtatuæ, pontes, aquæductus, verum omnes mirantur portas ſtrataq; viarum & quæ quotidie effodiuntur marmora, complura monumenta, & Pyramides, quæ adhuc extant non vetuſtate conſumptæ, videntur & cauernæ, fornices, fundamenta ſub agris, ſub eccleſiis, ſub multorum ciuium domibus, ex quibus, quanta olim fuerint ædificia præclara, quanta inſuper fuerit Heduorum potentia, quiſq; certe coniectare poterit: quæ facile teſtantur quanta alias fuerit. Item Numiſmata in ea inuenta, & alia quæ ſingula referre tædioſum foret. Et cum infiniti ſit operis, etiam hoc in loco ad ſcribendum idoneum me non ſatis inuenio, & inſequar dictum Horatii, qui ait:

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam Viribus.

Vnum ſupereſt, vt ea, quæ nunc extant in hac ciuitate, quam loci virtus, & ciues quidā fortunati reſtaurādo valde magnificauerūt, non omittantur, quia etiam laudanda ſunt,

puta Baſilicæ ingentia ædificia, præclara mœnia, ac magnifica tecta, religioſa delubra, fana auguſtiſſima, admirabilia templa omni nitore fulgentia & ornatiſſima. Et ex his Baſilica maior & antiquior matris & Cathedralis in honorem Dei, ac beatorum Nazarii & Celſi Martyrum dicata firmiter fundata extitit. Poſt hanc vero diui Lazari etiam Martyris eſt templum magnificum. In quo inter plura pinnacula, eſt vnum lapideum mirę altitudinis & ſtructuræ, de quibus infra. Sunt & ibi reliquiæ ſanctorum, præcipue corpus S. Lazari, ad quæ recurrũt plures morbo grauati, & ſanantur, facieſque peregrinis deuotis oſtenditur. Cuius Zoilogia (prout ab Heduis anno Domini 1516. in ampliſſimo theatro per varias perſonas luſa fuit in menſe Auguſto,) carmine Sapphico Adonioque edita à Petro Turello Heduen. viro vndequaque literatiſſimo, ſequitur:

Rhetores Gallam taceant ad aram,
Nauiget quo vult Araim Sedunus,
Nec virens ſacra Druydes celebrant
Ilice viſcum.
Sed ſuum patrem recolet beatum
Cœlicolis toto modulis in orbe
Lazarum, triſti pheretro leuatum
Hedua felix.
Qui palæſtino genitus parente,
Celtium ſacra nituit palæſtra
Militum, inter ſatrapaſq; gentes
Sanctus athleta.
Et per audaces brauium reportans.
Materi cunctas repulit phalanges,
Vicit ac omnes agili coauos
Dexteritate.
Moribus præſtans meliorq; prole,
Nemini claris Solymis ſecundus,
Qui fugit ſola Syria ſuperbum
Domo tyrannum.
Sanctior vita totiens benignum
Qui ſuum felix meruit ſatorem:
Cæteros lautis dapibus fouere
Inter apellas.
At petit tornum moriens auernum,
Manium viſit tetricos labores,
Quas luunt pœnas didicit peroſa
Anxietate.
Tartaris hic dum ſtabulatur imis,
Gorgonas diris colubris paratas
Vix poteſt viſu rabidam cruento
Dæmona ferre.
Attamen retro rediens ab orco;
Quatuor dum illic fraguit diebus:
Anxius tales herebi ruinas
Ordine pandit.
Pendet humatis radiis rotarum,
Glorians faſtu tumido ſuperbus,
Turpis & parcos phlegetontis vnda
Torquet auaros.
Tabet illautis puteis adulter,
Tela blaſphemos cruciant acuta:
Impius paſcit ſtygius voraces
Bufo guloſos.
Veſcitur fibris volucer renatis,
Liuidi videtur iecinuſq; rodit:
Et tuos artus terebrant acerbi
O piger angues.
Diſſipant ſontes furiæ triformes
Pluribus pœnis animas tremendis,
Quam ferat totum bibulas marinum
Littus arenas.
Totq; preſſuras tolerant inanes;
Tot pios fletus lacrymaſq; fundunt:
Parua quot ſiccus generat per auras
Corpora puluis.
Sic ait mœrens nimiumq; plangit,
Mœſta teſtantur querulis dolores
Corda, dum largo liquidoq; fletu
Ora rigaret.
Tunc ſtupet cœtus pariterq; luget;
Et ſuo totis animo fatetur
Viribus Chriſtum venerans recuruo
Poplite Ieſum.
Poſt vbi aſcendit proprias ad ædes
Verus humani generis redemptor,
Dis iò Gallas repetis beatus
Lazarus oras.
Immolent ſpurcas veteris iuuencas,
Vt Deos templis abigant prophanos,
Iuſſit antiſtes populis creatus
Maſſilienſes.
Et vidas Cæſar tumidum popellum

Ad fidem Chriſti meritam reduci:
Præſulem mandat iugulo carendum
Cui caput aufert.
Sic fera vitam nece candidatus
Terminat, clarum repetens olympum,
Hoſpitem tuta recipit proſeuca
Hoſpes Iouis.
Phocea corpus ſepelitur vrbe,
Cuius ad buſtum valetudinarii
Laſſus vt gratas ſitiens recurrit
Ceruus ad vndas.
Lucidum multos clarium per annos
Scrupeo migrans Phaeton flagello
Duxerat, quintumq; gradum tenebat
Eglocerotis.
Heduus quando proprium ſtatiſtes
Corpus, & ſanctus tripodas Gerardus
In ſua ſacra poliens triumpho
Ædelocauit.
Iam mihi, quæſo, Dryades canenti:
Vos enim noſtris memores fauete,
Martyres digno valeam cothurno
Geſta referre.
Quo via quercu poſito ſub ampla
Fronduit thyrſis ſpoliata quercus,
Quas comas brumalis hyems negarat
Florida præbet.
Inde cortyna reſidens coruſca
Quoslibet morbis homines grauatos
Liberat, nullasq; preces repellit
Paſtor amœnus.
Sed ſuum paſcit vigilans ouile
Ferculis vaſtis epulis opimis,
Vt nec inſomnis meliore paſtu
Pauerit Argus.
Vnde Rhomandus, Samothea Lugdus
Atq; Cantabri famulentur almo
Lazaro, cuius veneramur alta
Templa patroni.
Templa quæ quæro venerande miles,
Miles excellens, venerande Præſul,
Præſul in cunctis precibus vocande,
Suſcipe vota.
Vota ſunt, noſtris miſerere terris,
Hoſtis vt nullus noceat precamur,
Sed tuos ſanctos famulos rogantes
Coge ſub alas.
Nam tuos præſens loculos patrone
Quærimus, ſicut coeuntis anca
Plumeos artus pauitans ſubintrat
Gingrilis anſer.
Tu Dei ſummum reparans amorem,
Et precum nunquam pateris repulſam:
Vincla damnati violans Sathanis
Vtere votis.
Dum ſibi tanta eſt igitur poteſtas,
O tuos martyr humilis clientes
Poſt ſuam vitam reduces ad alta
Sydera duces.
Amen.

Hinc ſequuntur Lazaralia, quæ in prædicta Eccleſia celebrantur.

Hæc tibi ſacra celebrandaq; Sydonis heros,
Auguſtuduna qui fouet adis opes.

Reſurrectio.

Diuus ab Elyſiis reuocatur Lazarus oris,
Aurea dum verno vellera ſole tepent.

Paſſio.

Lazarus extrema truncatus morte quieſcit,
Cum ſacer Erygonis ſydera Phœbus agit.

Reuelatio.

Vult quoque Lazarias celebrandum Humbertus ad ædes,
Cum nocuam clarus luſtrat Apollo Nepã.

Tranſlatio.

Deniq; thuricremas iubet ire Gerardus ad aras,
Frigida brumalis dum ſtruit Egla niues.

Præterea templum diuæ Mariæ è regione ſupradictorum collocatur, in quo Eccleſia collegiata, & Parochialis, habens immenſæ altitudinis pinnaculum igneum, coopertum tegulis auratis, à Rolinis, antiquiſſima, & nobiliori familia Heduorum conſtructum, de quo *infra in conſideratione* 64. Omitto hic referre nomina aliorum diuorum Templorum, ſub nomine Eccleſiarum Parochialium, tam in dicta ciuitate, quàm ſuburbiis cõſtructorum, & dicatorum *nu.*11. Item Xenodochia ſeu Hoſpitalia duo. Capellas vero publicas decem. Leproſaliam vnam. Conuẽtum vnum fratrum minorum ſub regula reformatiſſ. beati Franciſci. Ab anno Domini 1480. per bonæ memoriæ nobilem virũ dominum Guilielmum de Villiers, dum viueret,

ret, Dominium temporalem loci & caſtri Digornay prope Heduam conſtructum, & fundatum propriis eius expenſis. Monaſteria itē alia quatuor excellentiſſima & ditiſſima, duo horum moniales obtinent ord. diui Benedicti, vnum ſub nomine S. Andochii: ſecundū vero ſub nomine S. Ioannis Magni dicatum. Primum nempe à Carolo Magno Imperatore, & Rege Francorum conditum. Et vidi Bullam debite expeditam de dato Anno Domini 457. per quam Quintiacus fuit monialibus dicti monaſterii donatus cum hominibus, terris, nemoribus, ſiluis, aquis, & aliis iuribus per reuerendum in Christo patrē Ionatam Epiſcopum Heduenſ. tempore prędicti Caroli Magni. Secundum vero à ſancto Guilielmo de familia Orengiarum orto cōſtructum fuit. Tertium vero monaſterium eſt monachorum, etiam ord S. Benedicti cōditore, religione, vetuſtate, & opibus illuſtre. Nam Anno Domini 614. regnante Brunechilde Francorum Regina, & Eccleſiam Romanam regente ſanctiſſ. Gregorio Papa orthodoxæ Eccleſiæ Doctore egregio conſtructum ſeu ædificatum fuit in honorem ſanctiſſ. Trinitatis, & beatiſſ. Martini Turonum præſulis, qui (vt legitur) in pago, ſeu in ſuburbiis Heduorum, dum templum euerteret, & vnus gentilium, ſtricto gladio, eundem peteret, reiecto pallio, nudam ceruicem percuſſori præbuit. Sed cum ille dextram altius extuliſſet, reſupinus corruit conſternatus; ſed dominico metu veniam precatur: eo igitur, quia præſentia ſua hunc locum viſitauerat dictus almus prę́ſul, in eodem loco, deuotione maxima, quam erga ſanctiſſimum Martinum, præſulū gemmam, gerebat, mota præfata Regina Brunechildis, venerabile Cœnobium fundauit, ac mirifice conſtruxit columnis marmoreis, & trabib. abietinis formoſis. Idem decenter ornauit, & muſino opere mirifice decorauit, hortata, & cōmota à domi. ſanctiſſimo Gregorio, qui hanc Eccleſiam largifluis priuilegiis & libertatib. decorauit, annulo quoq; proprio roborauit. Et voluit idem monaſterium ab omni humana ſubiectione eſſe liberrimum, prout patet cuilibet regiſtrum prædicti ſancti Doctoris intueati. Poſt cuius Baſilicæ domorum, & cæterorum operum in monaſterio prædicto requiſitorū ædificationem, ibidem inſtitutus fuiſſe legitur ordo monaſticus, qui poſtmodum dicebatur ordo Brunechildis Reginæ, & merito appellari poterat tum ob copioſum cætum monachorum ibi pridem ordinate, & regulariter viuentium ſecundum Deum: tum etiam ob redolentiam virtutum, & morum in ſacratis viris iam dudum ibi Deo famulantib. viuentium. Quorum primus fuit Lupus Abbas à dicto beatiſſ. Gregorio inſtitutus. Et ne mendicitatē paterentur monachi in hoc loco Deo famulātes, dicta Regina ampliſſimis reditibus, municipiis, & terris in diuerſis Regni Franciæ locis diſperſis ditauit. Licet plura alia monaſteria ædificauerit. In hoc tamen ſacro Cœnobio ſub magno altari, & in ingreſſu Capellæ glorioſiſſimæ Mariæ virginis glebam ſui corporis reponi voluit in tumulo marmoreo, qui reliquiis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli hunc locum ornauit ſibi à dicto beatiſſ. Gregorio datis.

Succedentibus igitur temporum curriculis Vandalorum & quorundam gentiliū incurſu, ac rabie hoc monaſterium dirutū extitit, & longis temporib. incurſu inhabitabile permanſit. Succeſſu tēporis regnauit in Francia Carolus Auguſtus, cognominatus Caluus, in reparatione ſacrorum locorum furore dictorum Vandalorum, & deſtructorum zelator feruentiſſimus, in cuius Palatio quidam Comes Badilo nomine deuotiſſimus reſidebat, qui ſeculari habitu indutus moribus correctis, ac virtutib. ſacratis viris non erat diſſimilis. Hic requiſiuit à dicto Cæſare hunc locū ſibi dari, vt reparationi eiuſdē intenderet. Qui Regis aſſenſu obtento hoc monaſteriū reædificauit, & Baſilica, clauſtro, & cæteris ędificiis ornauit. Et anxie perquirere cœpit viros ſanctæ religionis, doctrina imbutos, qui in monaſterio ſancti Sauini Pictauienſ. diœceſis viros religioſos reperit, & ex his octo. & decē aſſumpſit, inter quos excellentiſſimus meritis ſanctus, & venerabilis Hugo floruit. Qui ſuo tēpore locū Auziaci rexit, & eundē locum

locũ hodiernis temporib. ſua ſanctiſſima gleba decorat. Item Ioan. admodum humilimus, & Odo, vir ſagaciſſimus, de quo legitur mirum dictu, & inſigne miraculũ: nam cum poſt matutinas, more ſolito, ante ſignum ſalutaris crucis, pro ſuis & aliorum peccaminũ nexibus ſoluendis, exoraret, viſus eſt à multis, in mentis iubilo oculos rectos habens, in ſublime aeris eleuatus, altitudine fere triũ vlnarũ vnius horæ ſpatio immobilis perſiſtere, & eidem videbatur affixa Domini noſtri imago. Deinde hic Badilo ampliſſimas poſſeſſiones iamdudũ à prædicta Brunechilde Regina huic loco donatas, inquirere cœpit, quas denuo dictus Auguſtus huic Eccleſiæ donauit, & eas ampliauit. Et hæc quidem reparatio huius venerabilis cœnobii confirmata extitit anno Domini 1358. à Synodo apud Heduam cõgregata præcepto & authoritate Ioannis Papæ. Et rogatu Ludouici Imperatoris, & Francorum Regis filii dicti Caroli Calui, qui olim à Brunechilde donata monachis huius loci, ratificando cõfirmauit. Quæ & Carolus Magnus ſuo annulo roborauit. Ex prædictis patet, monaſterium prædictum fundatum fuiſſe à Brunechilde Regina, hortatu B. Gregorii Papæ, & ſecundo reædificatum à Carolo Auguſto. Cuius imago ſculpta ſupra illius Eccleſiæ pinnaculum reponitur in parte anteriori.

Inſuper quartum eſt monaſterium ſub nomine & titulo S. Symphoriani Martyris dicatum, & eſt Prioratus, in quo Canonici regulares ordinis S. Auguſtini degunt. Hic vero S. Symphorianus natus in ciuitate Heduenſi, & Comes Sedeloci oppidi, in quo Sedeloco primo fundata fuit Chriſtiana Religio, ſaltem in Burgundia. Nam ibi conſtructa eſt Capella in honorem ſanctorum Benigni, Andochii, Tyrſis & Felicis, in loco, vbi prædicti ſancti hoſpitati fuerunt, & conuenerunt de fide Chriſtiana publice prædicanda. Et primo reduxerunt ad fidem dictum S. Symphorianum, Heduenſ. filium ſanctorũ Fauſti & Auguſtæ, patris & matris, adeo quod ſub Imperatore Aureliano paſſus eſt martyrium, vt conſtat verſibus ſequentibus Gallica lingua deſcriptis in dicto prioratu:

L'an CC ſoixante & dix, regnant Aurelian,
Fuſt à Oſtum martyrizé ſainct Symphorien.

Et in templo dicti S. Symphoriani ad latus dextrum magni Altaris, ſunt tres tumuli argentati eleuati, in quibus reponũtur dicti SS. Fauſtus & Auguſta, & in medio eorum Symphorianus, vt patet his verſibus ibidem deſcriptis:

Fauſtus & Auguſta hicq; iacent inter duo buſta,
Integer & ſanus medio ſtat Symphorianus.

In prædicta ciuitate etiam eſt prioratus S. Rachonis, Epiſcopi Heduenſ. Et cœmiteriũ immenſum, vbi Polyandrium viſitur, hoc eſt, ſepulchra innumerabilia lapidea, eleganti modo cõſtructa iacent, & fama eſt, ibi Chriſtianos cõtra Gentiles dimicaſſe, & qui Chriſtiani ceciderant, diuinitus in vna noctium, talia ſepulchra habuerunt. Identidem ferunt de tumulis in pago S. Æmiliani prope Heduam exiſtentibus. Et de his, quæ ſunt in loco S. Petri de Quarreæ diœceſis Heduenſ. prout legitur in hiſtoria S. Æmiliani. Licet nõ ſit incredibile, illa ſepulchra ab incolis ciuitatis fuiſſe conſtructa. Cum ibi eſſet cœmiterium ciuitatis Auguſtudunenſis. De quo meminit Gregorius Turonenſ. *in ſua Hiſtoria, in lib: quem fecit in gloriam Confeſſorum, cap.* 73. vbi ait: Cœmiterium apud Auguſtudunenſes vrbem Gallica lingua vocitauit, eo; quod ibi fuerint multorum hominum cadauera funerata, inter quæ, quod ſint quorundam fidelium dignarumq; Deo animarum ſepulchra, frequens occulti pſallentis myſterium docet. Cum plerunque multis appareant in ipſo vocum præconio reddẽtes Omnipotenti Deo gratiarum debitã actionem. Nam audiui (vt idẽ recitat) quod duo ex incolis loci, dum loca ſancta orandi gratia circumire diſponerẽt, audiunt in Baſilica S. Stephani, quæ huic coniungitur cœmiterio, pſallentium ſonum. Admirantesque dulcedinem moduli, appropinquant ad oſtium templi, autumantes à quibuſdam religioſis vigilias celebrari: ingredientes autem, & orationi diutiſſime

incumbentes conſurgunt, pſallentium chorum conſpiciunt, nihilq; lucere per templũ, niſi propria claritate cuncta proſpiciunt, ob ſplendorem vero de perſonis nullam prorſus agnoſcunt. Deniq; cum eſſent attoniti & ſtupore percuſſi, vnus de pſallẽtibus accedit ad eos, dicens: Execrabilem rem feciſtis, vt nobis arcana orationum Deo reddentibus adeſſe præſumeretis; diſcedite ergo & ad domos veſtras abſcedite, alioquin ab hoc mundo migrabitis. Ex quib. vnus diſcedẽs abiit, alter vero, qui in loco remanſit, poſt non multos dies è ſeculo migrauit. Hæc ille. Et fama eſt adhuc in hac ciuitate, melodiarum cantus nonnullis diebus, præcipue feſtis & ſolemnibus in ipſo cœmiterio audiiſſe. Et idem Gregorius *loco ante citato, c. ſequent.* dicit, in hoc cœmiterio vidiſſe B. Caſſiani Sacerdotis magni & Epiſcopi Heduẽſis ciuitatis ſepulchrũ à multis infirmis eraſum, quod pene transforatum eo tempore putabatur. Abluunt enim ex hoc puluere ægroti, ſed protinus virtutis magnitudinem ſentiunt. Ibi, & Simplicius Epiſcopus noſtræ ciuitatis, & alii Epiſcopi, ſepulti ſunt.

Vnum addere volui his, quæ ſupra annotaui de excellentia huiuſce ciuitatis, quæ (vt certiſſimum eſt, clariſſima fuit, & ſuper omnes Galliæ, ſaltem Celticæ, vrbes principatum tenuerit) quod in vita S. Andochii Apoſtoli, Heduorum legitur de laude huius ciuitatis, in verbis: Erat præterea hæc prælibata ciuitas, & tellus tunc, id eſt, tempore S. Andochii opum cõmerciis referta, fœcunditate ruris iucunda, nemorum denſitatibus viridans, diuerſorum pecudum caulis ampla, ædium vel murorum arcibus altius circumcincta, & plurimis rituum & fanaticis characterib. opipara. Nihilominus & cuſtodientium phalangis in procinctu ſui viuide fulcita. Ita quod pro honeſta ſui habitus & cultus, ſecundo loco vti videretur poſt Romam.

Etiam, vt finem dictis imponam, dignum duxi hic inſcribere quoddam Epigramma in laudem huiuſce ciuitatis Heduæ editum:

Hedua præfulgens totũ celebrata per orbem,
Lazareum corpus continet illa ſacrum.
Hedua Cæſaribus fuit hæc laudata triũphis,
Armipotens nullo feſſa labore fuit.
Hedua nec tetricis fuit hæc oppreſſa miniſtris,
Nam regitur felix Hedua conſilio.
Hedua diuerſis clareſcit prouida bellis,
Celtarum partes inclyta nunc moderans.
Cedat Alexander Magnus, quoque Troius Hector,
Argolicum cedat turba cruenta virûm.
Hedua Burgundas ſuperat virtutibus vibi,
Criminibus nullis contaminata manet.
Hedua ſinceras religat candore puellas,
Hedua candenti eſt ebore candidior.
Candida fana iacent niueis notata lapillis,
Flauorum nullo deperitura die.
Hedua diues opum, Cererem Bacchique liquores
Colligit, innumeris pullulat ecce bonis.
Hedua ſilicoſis luſtratur collibus ingens:
In quibus Aonios prendere licet apros.
Hic nemus aerias tranſcendit palmite nubes,
Ardua quo paſſim tecta ſuperba facit.

Sed hactenus de laudibus Heduorum. Verumenimuero, dum hæc congererem, & laborarem, attulit ad nos literas vir eruditus & facundus Ioan. Morin ciuis noſter, & Eccleſiæ Heduenſis Canonicus, in ſupremaq; apud Rothomagum curia Conſiliarius, & quidem meritiſſimus, quas mihi deſtinarat Clariſſimus vir Bapt. Candelarius, etiã Conſiliarius Rothomageus. Quibus vnum (vt plura omittam) ſignificabatur, me in commentariis noſtris conſuetudinũ Burgundionum originem Heduorum priſcis à tenebris vendicaſſe, & æuo recentiore nequicquam exortos, vti cæteros memoraſſe, vtpote à Belo, Nino, Mago, aliiſq; vetuſtioribus huiuſmodi viris, vt non facile conſtet, vllam orbis gentem Heduis cenſeri antiquiorẽ. Ipſoſque Heduos ab ipſo Apolline tantum adamatos fuiſſe, vt ipſis humaniter, cœlo Iouéq; relicto, permixtus, Augem puellam fuerit proſecutus: in quo nec mihi omnino aſſentit, verum putat, vt charitas patriæ, & affectus meo calamo ſtimulum addiderit, animique beneuolentia

uolentia in lares patrios me excuſet, cum ingenita omnibus natura ſpectanda, quæ quoſcunq; ad illud impellit, neu ſe patriæ quantumuis obſcuræ ac ignobilis, ingrati nomen famamque ſubticeant. Inter hæc mihi placuit commercium literarum cum tanto viro nactum eſſe, occaſionemq; mutuo ſcribendi adinueniſſe, quod & libens egi, & vt reſciret hoc opus noſtrum eſſe Calcographis tradendum ſcripſi inter alia, ſi quid de præſtantia ciuitatis Rothomageæ in ſuo ſtudii armario reconderetur, ad nos tranſmitteret, ne illā ſub ſilencio cum aliis præterirem. Etſi Beroſo Babylonico fides adhibenda eſſet Apollo noſter, Magus vero Rothomagorum Geneſearcha dicitur, cum Auguſtudunū, & Rothomagum ſub eiſdem fere temporibus à prædictis duobus condita feruntur, ideo nec commentitium eſſe quod reiecerim in Hiſtoria Heduenſi. Sed nec pepercit calamo vir ille apprime doctus, & quæ reſcripſerit de ſuorum origine hic interſeram, cum ſint elegantiſſima. Prius tamen de eo referam (ne ei eblandiri videar) quod recenſet Text. Niuernenſis literatiſſimus vir *in ſua officina de loco, quo laudes Poetarum ſcribit.* Omittendi non ſunt, ait, duo ætatis noſtræ doctiſſimi viri, & linguæ Latinæ Principes vexillarii, Bapt. Candelarius, Conſul Rothomageus, & Elias Gemellus. Quod ſi ſteriſſent in poetica profeſſione, vt inclinabat naturæ Genius, proſpere ceſſiſſet ætati noſtræ, nihil inuidiſſemus antiquitati, habuiſſemus qui palato noſtro abunde ſatisfeciſſent; ſed heu pietas! forenſes illæ declamationes, & ciuiles cauſæ, quibus appulerunt animum, proſperitatem hanc nobis ſuſtulerunt; audiui vtrunque loquentem, cum per iocum ex temporaneis carminibus inter ſe luxuriarent, at incredibili admiratione ſuſpenſum me retinebant, partim, quod præcipitatis quantumlibet verbis, noua ſemper ad manum ſuppeterent, tum etiam, quod quæ ructabant per luſum, plena tamen eſſent grauitatis, ac doctrinæ. Quod; quoniam & vidi, & expertus ſum, non poſſum non vtriq; aſſurgere, & amborū ſcire beneuolentiam. Hactenus Text. Reliqua proſequemur, & ipſius Baptiſtæ Candelarii Epiſtola de verbo ad verbum ſubſequatur:

Clariſſimo Iuriſconſulto, domino Barth. Chaſſeneuz,

Baptiſta Candelarius, ſenator Rothomageus.

Vrbis noſtræ primaria fundamenta celerius ad te tranſmitti deſideras, Bartholomæe doctiſſime, ſi quippiam ipſorum apud me tacitus repoſuerim: cui tuæ affectioni ne quicquam me ſatisfacturum agnoſceres, niſi tuæ ad me redditæ literæ ad id ipſum me vrgerét, cum nulla in parte officii, quo ad vires ſupperent, tibi vacare deſtinauerim. Quamobrem, quod ſuper hac re exigui noſtri laboris fuerit, tuis omnino votis impendendum arbitror. Ac dum tuo (vt ais) operi perinde imprimendo inſudas, aliquid in manibus habeas, quo noſtræ vrbis, ſi fas fuerit, ſplendorem ſcripto tuo illuſtres. Neq; vero illud egi, vt mei nominis memor eſſes. Cæterū; quod tibi viſum fuerit, pro amicitiæ vinculo exequere. Itaque morem tibi geſturus tantillum præfabor, quo maximos hiſtoriæ vertices ſæpius hæſitaſſe cognitum eſt. Plane cuiuſcunque prouinciæ, ne dum vrbis famatiſſima auſpicia, minus notoria olim fuiſſe, quam earum modo vrbium incrementa, quarum ne vlla forſan origo in medium reiiciatur; quod tum rerum viciſſitudini, tum fortunæ imperio fragilitas ipſa humana debuit, cuius varii vltro citroq; fluxus inſtabilitatem hanc maximam hominum monumentis afferunt. Ecquid, quæſo, de triumphante illa Babylone actum eſt? de Niniue? de Memphi? Quid tum de celebribus Græciæ pagis? vbinam Athenæ, Lacedæmon, Argos, ac pleræq; huius farinæ vrbes, quarum memoria fere adhuc interiit? Neq; longius Romam aberrare patiar, totius Europæ Monarcham, cuius exordia iampridem conſtat inter grauiſſimos authores incerta. Sed neq; in meliori cauſa extiterit altera Gallorū ciuitas, quam Pariſium vocant. Cuius origo eadem ignorantiæ nubecula obſcurior eſt, ſaltem par vtriuſq; conditio fuit, ſi ad tuum Beroſum Chaldæum mentem aduerterimus.

Cæterum, mi Bartholomæe, his præfatis, ne ab humeris noſtris onus hoc, hiſtoriæ difficultate, reiiciamus, rem ipſam compendio contingam. Parces autem hiſtoriæ, maiorum incuria obliteratæ; parces itidem homini, latebras patriæ ſuæ deploranti. Sed commune hoc vniuerſam pene Galliam facinus afflixit. Quicquid vero de multis fragmentis legere potuerim, accepto iamdudum animo obaudies.

Europam noſtram (vt de multis orbis partibus vnam expediam) in confeſſo eſt, non omnino inhabitatã fuiſſe, quanquam plurimas ipſius plagas non adeo populis confertas acceperimus. Sed qua cœlum forſan clementius ingrueret, illic protinus ex ſtudio hominum colluuiem attrahi. Quemadmodum ex Hiſpaniis fama retulit, partem fere dimidiã petroſis montibus deſertam manſiſſe, ac parem apud Germanos camporũ ſolitudinem iacuiſſe memorant. Cui forſan locorum inhabitationi cauſam dederunt aſperiora gelu ac frigoris incommoda, ſicuti ab his regionibus auditũ eſt, quæ rectiſſimo ſidere arcton Septentrionalem incolunt. Qua cœli parte nonnulli ſuper alios profecti, cæteras penitioris Europæ plagas adiuerunt. Hinc opus fuit, vt quæ ante hac terræ incultæ fuerat aduenarum colluuione, tum primum habitari cœperunt. Contra quæ pleriſque indigenis occupabãtur poli(vt dictum eſt in Clementina) ab ipſis coacte abeuntibus deſertæ ſunt. Quo fieri contingit, vt hinc mutatæ toties vrbes, partim inſtauratæ, partim vero deletæ, nihil de ſua vetuſtate retinuerint.

Itaque de Normannia noſtra illud indubitatum erit, ipſam, ſua fertilitate inſpecta, etiam ab orbis inter fratres Ianigenas, colliminio, incolis nequaquam caruiſſe: cuius vbertas exteris adeo Gentibus grata fuit, vt Dacia profugi aduenæ illã appulerint. Quibus tum affluentibus, antiqua patriæ facies penitus commutata eſt. Alii præterea mores importati. Tantæ diutius ignorantiæ alimentum dedit repentina huiuſmodi colonorum acceſſio, cum nihil, aut parum ante crudeliſſimi Aſtigni, vel Rollonis iuſtiſſimi, aduentum ab hiſtoria vendicetur. Plane vulgo acceptum fertur, ipſam prioribus ſeculis Neuſtriam eſſe nuncupatam. Inde alio hæredum ſucceſſu Normanniam, quod recentius eidem patriæ nomen eſt, vulgata Daciæ linguæ alluſione, qua Nort ventum Aquilonatem denotant. Porro Man ſua lingua hominem dicunt, qua vtriuſque mixtione populum arcto venientem putant. Haud quoque abſurdum fuerit hoc commentum, quo pleræque vrbes ſimilem ab alluſione aduenarum ſibi alluſionem ſuſcipiunt, & nouiſſime inter Germanos Aleman. eluuiem huiuſmodi cõmenti ſimulachro nomen forſitan fuiſſe accepimus. Cum ſuo idiomate ab Ale & Man, hominem velut exulem demonſtrarunt, quæ rerum obſcuritas tuo ſatis animo facere ſaltem videbitur, vt hinc à me vetuſtiora non efflagitares.

At vero, vt pauliſper ab inferis, quod aiūt, Terniones ſcrutemur, ac in dypthera ſouis membranam occupemus, proximus ego rem exequar. Partito igitur ab orbis initio in plurima regna terrarum ambitu, veluti ab ipſo Beroſo, Chaldæo, didicimus, Noa pater, qui & Ianus erat, tres filios late vbique dominaturos dimiſerat. E quorum nouiſſimo Iapheto, plurimos exiſſe liberos literæ identidem cum Beroſo ſacræ atteſtantur. Nequam fidem ipſi Beroſo, quemadmodũ Volaterran. ac Sabel. fecerunt, impudens derogem, cui tam in multis concordantem ſacri Scripturam reperio. Horum igitur filiorum duo, Gomerus Gallus, & Samothes Galliam noſtram poſſederunt, ab hoc Galli dicti, ab altero Samothei. Quod nõ ineleganter Cæſar in comment. ſcriptum reliquit, teſte Diodoro Siculo ſecum adiuncto; quoniam vtrique inquit, Samothen primum Gallis Philoſophiam ac literas oſtendiſſet. Ab hoc autem Samothe filius, nomine Magus, Gallis imperauit, à quo plurima ſui nominis oppida deducta feruntur, quæ, vt compendio ſtudeam, Maga ab ipſo dicta extiterunt, non autem Magus ipſe ab ipſis. Quam rem cogniti ac veram plurimæ per vniuerſam Galliã huius nominis finito conuentu vrbes eliciunt.

Quis

Quis commentator Viterbienſ. hoc in loco recenſet, vt vero de multis noſtram afferam. Hæc eſt vrbs Rothomagus, cuius originem ſcire ſperaueras, vrbs ſane Magi noſtri nomine ſplendido illuſtrata, ac quemadmodum cæteræ illius terminatione deſinens. Quocirca hoc primum monumento apertum erit, quæcunq; tunc temporis ædificia, palatia, tectaq; conſtructa fuerunt, ea Maga ab ipſo, vt prædictum eſt, nuncupari.

Nunc hiſtoria admonet alterum ſuadere, qua ratione Rothomagum compoſita appellatione dixerimus. Quod breui fecerim, ſi alterum obiter abſoluerim: in quo mecum tuo Epiſtolio iocatus es. Inquiebas enim cum de tuis vrbis auguſtiſſimis exordiis rem ageres, noſtri Magi te meminiſſe, atque illius temporibus Apollinem coæquæuum fuiſſe, quem tuæ vrbis Auguſtudunum fundatorē, commentaris. Age, mi Bartholomæe, ne ad me ſolum pertinere Magum putaueris, quem omnibus Gallis nedum nobis imperaſſe Beroſus ſcribit. Sed Magus forſitan ea lege dictus erat, quod Scythica lingua Magod ædificatorem vocant, à qua Scythia Gallos fluxiſſe cum Ogyge notum eſt. Itaque primus erat ille Magus, qui palantem Galliam atque incultam in pagos vrbesque ornauerit, diuiſerit, coëgerit. Quod credi veriſimile eſt eo tempore ipſum Magum patriæ noſtræ incubuiſſe, in qua vrbem noſtram primariam ſuo nomine Magam dixerit. Qui generali voce tamdiu cum aliis eiuſdem farinæ vrbibus perſtiterit, donec retrofluxis tempeſtatibus, & aliorum augmento inſtauratorum nomen alterum exceperit, quemadmodum, vt de aliis ſileam, à noſtra vrbe rem proxime ſequemur.

Alterum igitur quod ſupererat expediamus, ab ipſo Iano, vti diximus, noſtræ Patriæ ſedes indigenis fuit ſtabilita: cuius medio vrbem Auguſtam Magi ſucceſſoris nomine Magam dixerunt. A quo tempore, vt prope vrbis diluuium fuerunt vſque ad Troiæ primordia, tali nomine cognita perſtitit. Quo Troiæ æuo Allobrox apud Gallos, vt idem Beroſus memorat regnaſſe fertur: Sub quo Troiæ incremento, & Allobrogis Regno ſuam Beroſus ipſe finit hiſtoriam. Cæterum Manetho Ægyptius rem vlterius proſequens poſt Allobrogem alterum Rhomum ponit, a quo Rhomo nihil aliud priſcæ hiſtoriæ colligimus præter illud ab ipſo Manethone relictum. Cuius commentator idem fere aſſerit. Tametſi vnum veriſimile addat, ad hoc, ſcilicet Rhomo, Rhomonium ad Rhodani ripas fundatum, & noſtra Gallia Belgica ſub Sequanæ littoribus Rhomaëdiſſos populos denominatos. Quos non alios arbitramur a noſtris Normannis, quanquam aliunde vox ipſa difficultatem fidei attulerit. Sed Ptolemęus in Geographia ſcrupulum animi ademit, inquiens illos altero nomine Rhomanduos appellari, in quo exigua pene literarum mutatio rem indubiam ad oculum oſtendit. Quocirca coniecturam facere oportuit Rhomi temporibus vrbem noſtram Magam, addito eius nomine, fuiſſe Rothomagum vocitatam, ac ſi ab ipſo Rhomo fuiſſet inſtaurata, neque opinioni derogat remotum forſan diſcrimen a Rhomo, in Rhotoma: Enimvero parum hoc erit, ſi ex vrbe Roma, Romulum authorē fueris mentitus, cuius nomen vrbs ſuo nomine non penitus affert. Sed ſatis fortaſſe erit aliqualem ab antiquitate vocem in nominibus vrbium vindicare, ex quibus priſci illarum conditores coniectura magis arguantur. Nulla enim fere vrbs in orbe comperietᷣ, quæ ad vnguem ſui authoris nomen repromittat. Cæterum linguarum fluxu aut annorum volubilitate priſca illa nomina interierunt. Cuius rei alicubi in libello memini, quem de veterum vrbium appellatione illuſtratum edidimus. Talis igitᷣ vrbi noſtræ appellatio orta eſt, quā Pariſio vetuſtiorē eſſe ex Manethonis libello coniicere licet, cum ſequentem a Rhomo, Galliæ Imperatore, Paridem affert, qui vrbi Pariſiæ incrementum dederit; Hæc tum vrbe Romana antiquior eſt, cuius initia conſtat trecentis poſt Æneam annis ꝓdiiſſe. Sed obſoleta hæc adeo ferunt, vt iamdudum minus in fama memoriæ, quam in re fidei nanciſcantur.

Ffffff Sed

Sed vero vlterius audendo, palam dicendũ offertur, cur ab eo Rhomi nomine, quod Rhomanduos, vel Rhomandiſſos nuper effecerat, in alterius Neuſtriæ primum, inde Normanniæ titulum patria noſtra tranſiuerit. Quibus, vt ſpero, exantlatis, abunde per mediũ vetuſtatis pelagus nataſſe videbor: Enimuero tanta eſt antiquæ rei longe reiecta cognitio, vt coniecturis tantum locus relinquatur. Sed communis ille patriæ ardor hactenus inualuit, vt non ſolum ab humanis, ſed diuinis originibus noſtra exordia reputemus. Satis illud pro exemplo vnico præſtabũt, quę de Troia, Roma, aliiſque Græciæ vrbibus mendaces Græci effinxerunt, vtinam tam aliis exoſi, quam apud me, fide penitus nulla poſſunt. Ne interim tuæ vrbis auſpicia refricem, quæ ab ipſo Apolline repetis, adeo te patriæ amor excitauit. Mihi vero, cui onus ingeris, etiam de improuiſo anſam præbuiſti, nonnihil tuo exemplo lepide apud te comminiſci. Æquo id animo accipies, & ſi commentitium arbitraberis, ſolita aliis mecum indulgentia perages, qua te quoque non indignum apud emunctitię naris homines ſperabis. Plane ego audacior effectus, ne tuo ſolum monimento, ſed alia tum licentiore via cauſam mihi adſcripſi; quia diutius inter tripodes reſidens Muſas mihi aliquando humaniores conciliauerim, quo iure mihi id permiſſum reor magis.

Itaque, vt primum à Neuſtriæ voce auſpicemur, deleto (quod aiunt) ab Argolicis Ilio, fama eſt, Francionem Hectoris filium, cum quatuor Comitibus Alanos bello adortum fuiſſe, ac tandem ſuperaſſe. E quorum Comitibus vnus erat cum Bauone Phrygio genere illuſtris Amynthoris filius, qui maris procella diutius iactato Francione, apud Cymmerios latebant. Cæterum vtroque ad Mœotidem cum Alanis belligerante, cum filius ipſe Amynthorides à Sarmatibus Europeis ſuppetias petit, vt legatus ad hæc loca miſſus prope Hypanin conſtitit, quem fluuiũ Barbari gentili voce Neſter vocãt: ab hoc flumine, Diis volẽtibus, nomen ſibi Amynthorides auguratus eſt, ac Neuſter appellatus. Hic demum pace cum Alanis compoſita, atque vrbe Sycambria condita, Neuſter, vt cæteri Comites fatalem ſuis nepotibus terram noſtrã appulit, quam nouitio nomine Neuſteriam nuncupauit. Quæ patriæ populo longiſſimo tempore inualuit. Cum ab ipſo Troiæ excidio vſq; ad Rollon. fere tempora in Aſia Normanniæ, alluſionem commutata eſt.

Vt vero omnia ſuper hac re commenta referam, poterat aliunde Neuſtriæ nomen cauſam ſortiri à Neſter, quod ſecundum Hieronymum, in interpretationibus Hebraicis, ærarium, vel metallarium ſignificat. Neuſtria enim Britanniæ, ac Caſſiteridibus Inſulis proxima eſt, à quibus magnam ſtanni copiam defluere cognitiſſimum eſt. Quo fieri potuit, vt à metallorum proximitate Neuſtria ſit nuncupata.

Porro, vt alterius vocabuli Normanniæ rationem afferamus, his fere ſeculis, cum apud Francos regnaret Carolus, valida Danorum manus Sequanæ ripas ſecuta eſt. Hæc fuerat debita patriæ noſtræ Rollonis militia, quæ nos noſtraq; potentiſſime inuaſit. Tum actis cum Gallorum Rege pacis conditionibus de Pagano Chriſtianus Dux Rollo efficitur. Huic patriæ antea incultæ facies noua, nouiſſimo Ducis congreſſu, reſtauratur. Equidem nõ abſq; diuino numine harum aduenarum acceſſionem patriæ accidiſſe arbitrabor: quippe ex hiſtorico, noſtrarum rerum antiquiſſimo (ſed, qui plura ex præmiſſis ignorauerit, quanquam temporibus Gulielmi ac Richardi patriæ noſtræ Ducib. rem exordiatur) ipſum Rollonem apud Scandauiam inſulam à Deo monitum accepimus, ſe vrbem vltra mare iactatam aditurũ, illic quoque regnum ingens ſuis ſtabiliturum. Atqui ea Rollonis tempeſtate, vt ab eodem hiſtorico didicimus, vrbem noſtram tunc Rothomum vocitatam comperimus. Quæ mutata toties nominis appellatio vetuſtioribus hallucinationis cauſam, & fomentũ præbuit, vt hinc audita Rothomi narratione, ex homine, alioqui Beroſi Chaldæi, forſan penitus ignaro, rurſus ad Rhomum antiquum Galliæ principẽ hiſtoria recurreret, à quo magis ori-

ginem

gnem habuiſſe credi par eſt. Vnde Rollone ipſo res noſtras occupante, de Neuſtris, faſtidito nomine, Normanni ſunt appellati, vt huic nouo Duci in gratiam, nouum nomen, à ſuorum Danorum ex Aquilonæ commeatu ſucce deret. Et ſi nouerim quã plurimos, qui non Normannos ab exteris dictos putent, quos verius, vt patriæ indigenas arbitrantur. Qua in opinione Raph. Volater. extitit: cauſam ideo afferens, quod cæteri Norm annos à Scythis originem duxiſſe memorãt. Sed vero nullam inter Scytas huius appellationis Ce item reperiſſe, nec in Ptolemæo teſtatur. Quod mihi plane libere loquenti frigidum ſatis videtur. Nam neque ex altera Gentis nuncupatione dictos credimus; quia à Scythia proficiſcentis rei euentu, vel verius dicã, ſideris patrii alluſione, Normãni nomen habuerint. At vero quicquid in cauſa pendeat nouiſſimam hanc Normãnorum dictionem retinemus, ac tum commune nobiſcum vulgus hoc hiſtoriæ exemplo labitur. Pium vero erit cuilibet ſuper his profiteri ex voto. Porro vt nihil extra paginam oberret, ſuſpicor te libenter ſeruaturum, quonam pacto à Rhothomi vocabulo, noſtra ciuitas in Rothomagum deſciuerit. Quamuis priori ratione id ipſam abſoluerim, dum corruptã, annorum fluxu vrbium multarum nuncupationem dixi: nunc tamen pro hiſtoriæ coronide vnum addam.

Apud noſtrates longe ante fidei orthodoxæ tempora, ſicuti pleriſque aliis in locis, idola ſummo in pretio habebantur. Ac vt de pluribus pro exemplo, ea, quæ apud S. Germanum Pariſiis ab omnibus, & à me quoque, cum illic in ſtudiis agerem, viſa ſunt. Pari modo apud noſtros, aiunt, Rothon, idolum vrbis auſpiciis inuocatum fuiſſe: quinetiam inter nos locus adhuc ſui fani conſpicitur, à quo Rothi idoli nomine, vulgus habet, cum altera, Magi, dictione, vrbem nuncupatam. Ea vero (Magi) vox, nedum apud noſtros, ſed omnes fere nationes, ſapientem deſignat.

Neque diutius ſuſpendendum eſt aliud, quod à vulgo didicimus. Quippe nonnulli Rothomagi etymologiam à rota Magorum profectam autumant. Neque forte vero alienum erit iſtud credere; cum rotam multi pro conceſſu & conſilio acceperint. Ita apud Græcos Amphyctiones legimus, apud Scythas dioſcurias, apud alios rotam. Quo in loco Apoſtolicæ ſedis rota à doctorum virorum conſilio non erit omittenda. Sic tamen in patria noſtra Rothomagum Gentis primariam ciuitatem ſapientes Magi incoluerint, vt cæteræ Galliæ Druydes & Bardi. Quo effectum erit à rota illorum ſapientiæ communem dictionem illam vrbi inditam fore.

Hæc igitur, mi Bartholomæe, prorſus apud me habeo, quæ de noſtra vrbe, tuo iuſſu, collegi, in quibus me vetuſtatis nebulis plurimum vagatum conſpicies; Adeo à primis auibus res fuerat ſuo iudicio metienda, cum ab orbis diluuio, vſque in præſentem diem, calculatorũ more, rem deflorauerim, ac breuitati ſtudui, quam omnibus placere cõſtat, iſta licentiore ſtylo exarari potuiſſent. Age, quæſo, & vrbem noſtram in tuo honorum Catalogo recenſe, cuius ſplendori ac gloriæ, præfata (ſi tuo animo ſederit) non parum attulerint. Quodcunq; vero erit, in quo tuam diligentiam adiuuare potuerim, libentius, te interpellante, exequar. Par enim amicitiæ vinculum tuis literis & acceptiſſimum & gratiſſimum, non ſine maxima animi hilaritate habeo. Præterea ex opere à me condito quod requiras, nõ eſt modo quo te longius ſuſpendam. Ingenue ſiquidem fatebor, in multis humanitatis partibus me aliquãdo verſatum, ac de propria Minerua pleraque apud me in libellos repoſuiſſe, non tamen ex legalibus ſtudiis, quæ etiam cum cæteris aliqua ſunt; ſed tum liuentium turba deterruit, tum cordis ſimplicitas, quæ communem illã ſcribentium gloriam ſemper exoſam habuit. Erunt autem poſthac dies, quibus audaciorẽ me incedendo, tui ac multorum ſtimuli efficiant. Vale, mi Bartholomæe, & boni noſtra conſule. Ex ædibus tuis apud Rothomagum, die 12. Nouemb. 1527.

Conradus Celtes *in deſcriptione ſeu libello vrbis Norinbergæ* eam ſummopere laudat,

Sed vero vlterius audendo, palam dicendũ offertur, cur ab eo Rhomi nomine, quod Rhomanduos, vel Rhomandiſſos nuper effecerat, in alterius Neuſtriæ primum, inde Normanniæ titulum patria noſtra tranſiuerit. Quibus, vt ſpero, exantlatis, abunde per mediũ vetuſtatis pelagus naritaſſe videbor: Enimuero tanta eſt antiquæ rei longe reiecta cognitio, vt coniecturis tantum locus relinquatur. Sed communis ille patriæ ardor hactenus inualuit, vt non ſolum ab humanis, ſed diuinis originibus noſtra exordia reputemus. Satis illud pro exemplo vnico præſtabũt, quę de Troia, Roma, aliiſque Græciæ vrbibus mendaces Græci effinxerunt, vtinam tam aliis exoſi, quam apud me, fide penitus nulla poſſunt. Ne interim tuæ vrbis auſpicia refricem, quæ ab ipſo Apolline repetis, adeo te patriæ amor excitauit. Mihi vero, cui onus ingeris, etiam de improuiſo anſam præbuiſti, nonnihil tuo exemplo lepide apud te comminiſci. Æquo id animo accipies, & ſi commentitium arbitraberis, ſolita aliis mecum indulgentia perages, qua te quoque non indignum apud emunctitię naris homines ſperabis. Plane ego audacior effectus, ne tuo ſolum monimento, ſed alia tum licentiore via cauſam mihi adſcripſi; quia diutius inter tripodes reſidens Muſas mihi aliquando humaniores conciliauerim, quo iure mihi id permiſſum reor magis.

Itaque, vt primum à Neuſtriæ voce auſpicemur, deleto (quod aiunt) ab Argolicis Ilio, fama eſt, Francionem Hectoris filium, cum quatuor Comitibus Alanos bello adortum fuiſſe, ac tandem ſuperaſſe. E quorum Comitibus vnus erat cum Bauone Phrygio genere illuſtris Amynthoris filius, qui maris procella diutius iactato Francione, apud Cymmerios latebant. Cæterum vtroque ad Mœotidem cum Alanis belligerante, cum filius ipſe Amynthorides à Sarmatibus Europeis ſuppetias petit, vt legatus ad hæc loca miſſus prope Hypanin conſtitit, quem fluuiũ Barbari gentili voce Neſter vocãt: ab hoc flumine, Diis volẽtibus, nomen ſibi Amynthorides auguratus eſt, ac Neuſter appellatus. Hic demum pace cum Alanis compoſita, atque vrbe Sycambria condita, Neuſter, vt cæteri Comites fatalem ſuis nepotibus terram noſtrã appulit, quam nouitio nomine Neuſteriam nuncupauit. Quæ patriæ populo longiſſimo tempore inualuit. Cum ab ipſo Troiæ excidio vſq; ad Rollon. fere tempora in Aſia Normanniæ, alluſionem commutata eſt.

Vt vero omnia ſuper hac re commenta referam, poterat aliunde Neuſtriæ nomen cauſam ſortiri à Neſter, quod ſecundum Hieronymum, in interpretationibus Hebraicis, ærarium, vel metallarium ſignificat. Neuſtria enim Britanniæ, ac Caſſiteridibus Inſulis proxima eſt, à quibus magnam ſtanni copiam defluere cognitiſſimum eſt. Quo fieri potuit, vt à metallorum proximitate Neuſtria ſit nuncupata.

Porro, vt alterius vocabuli Normanniæ rationem afferamus, his fere ſeculis, cum apud Francos regnaret Carolus. valida Danorum manus Sequanæ ripas ſecuta eſt. Hæc fuerat debita patriæ noſtræ Rollonis militia, quæ nos noſtraq; potentiſſime inuaſit. Tum actis cum Gallorum Rege pacis conditionibus de Pagano Chriſtianus Dux Rollo efficitur. Huic patriæ antea incultæ facies noua, nouiſſimo Ducis congreſſu, reſtauratur. Equidem nõ abſq; diuino numine harum aduenarum acceſſionem patriæ accidiſſe arbitrabor: quippe ex hiſtorico, noſtrarum rerum antiquiſſimo (ſed, qui plura ex præmiſſis ignorauerit, quanquam temporibus Guilielmi ac Richardi patriæ noſtræ Ducib. rem exordiatur) ipſum Rollonem apud Scandauiam inſulam à Deo monitum accepimus, ſe vrbem vltra mare iactatam aditurũ, illic quoque regnum ingens ſuis ſtabiliturum. Atqui ea Rollonis tempeſtate, vt ab eodem hiſtorico didicimus, vrbem noſtram tunc Rothomum vocitatam comperimus. Quæ mutata toties nominis appellatio, vetuſtioribus hallucinationis cauſam, & fomentũ præbuit, vt hinc audita Rothomi narratione, ex homine, alioqui Beroſi Chaldæi, forſan penitus ignaro, rurſus ad Rhomum antiquum Galliæ principẽ hiſtoria recurreret, à quo magis ori-

gine

gnem habuiſſe credi par eſt. Vnde Rollone ipſo res noſtras occupante, de Neuſtris, faſtidito nomine, Normanni ſunt appellati, vt huic nouo Duci in gratiam, nouum nomen, à ſuorum Danorum ex Aquilone commeatu ſuccederet. Et ſi nouerim quã plurimos, qui non Normannos ab exteris dictos putent, quos verius, vt patriæ indigenas arbitrantur. Qua in opinione Raph. Volater. extitit: cauſam ideo afferens, quod cæteri Normannos à Scythis originem duxiſſe memorãt. Sed vero nullam inter Scytas huius appellationis Ge. item reperiſſe, nec in Ptolemæo teſtatur. Quod mihi plane libere loquenti frigidum ſatis videtur. Nam neque ex altera Gentis nuncupatione dictos credimus; quia à Scythia proficiſcentis, rei euentu, vel verius dicã, ſideris patrii alluſione, Normãni nomen habuerint. At vero quicquid in cauſa pendeat nouiſſimam hanc Normãnorum dictionem retinemus, ac tum commune nobiſcum vulgus hoc hiſtoriæ exemplo labitur. Pium vero erit cuilibet ſuper his profiteri ex voto. Porro vt nihil extra paginam oberret, ſuſpicor te libenter ſeruaturum, quonam pacto à Rhothomi vocabulo, noſtra ciuitas in Rothomagum deſciuerit. Quamuis priori ratione id ipſum abſoluerim, dum corruptã, annorum fluxu vrbium multarum nuncupationem dixi: nunc tamen pro hiſtoriæ coronide vnum addam.

Apud noſtrates longe ante fidei orthodoxæ tempora, ſicuti pleriſque aliis in locis, idola ſummo in pretio habebantur. Ac vt de pluribus pro exemplo, ea, quæ apud S. Germanum Pariſiis ab omnibus, & à me quoque, cum illic in ſtudiis agerem, viſa ſunt. Pari modo apud noſtros, aiunt, Rothon, idolum vrbis auſpiciis inuocatum fuiſſe: quinetiam inter nos locus adhuc ſui fani conſpicitur, à quo Rothi idoli nomine, vulgus habet, cum altera, Magi, dictione, vrbem nuncupatam. Ea vero (Magi) vox, nedum apud noſtros, ſed omnes fere nationes, ſapientem deſignat.

Neque diutius ſuſpendendum eſt aliud, quod à vulgo didicimus. Quippe nonnulli Rothomagi etymologiam à rota Magorum profectam autumant. Neque forte vero alienum erit iſtud credere; cum rotam multi pro conceſſu & conſilio acceperint. Ita apud Græcos Amphyctiones legimus, apud Scythas dioſcurias, apud alios rotam. Quo in loco Apoſtolicæ ſedis rota à doctorum virorum conſilio non erit omittenda. Sic tamen in patria noſtra Rothomagum Gentis primariam ciuitatem ſapientes Magi incoluerint, vt cæteræ Galliæ Druydes & Bardi. Quo effectum erit à rota illorum ſapientiæ communem dictionem illam vrbi inditam fore.

Hæc igitur, mi Bartholomæe, prorſus apud me habeo, quæ de noſtra vrbe, tuo iuſſu, collegi, in quibus me vetuſtatis nebulis plurimum vagatum conſpicies; Adeo à primis auibus res fuerat ſuo iudicio metienda, cum ab orbis diluuio, vſque in præſentem diem, calculatorũ more, rem deflorauerĩm, ac breuitati ſtudui, quam omnibus placere conſtat, iſta licentiore ſtylo exarari potuiſſent. Age, quæſo, & vrbem noſtram in tuo honorum Catalogo recenſe, cuius ſplendori ac gloriæ, præfata (ſi tuo animo ſederit) non parum attulerint. Quodcunq; vero erit, in quo tuam diligentiam adiuuare potuerim, libentius, te interpellante, exequar. Par enim amicitiæ vinculum tuis literis & acceptiſſimum & gratiſſimum, non ſine maxima animi hilaritate habeo. Præterea ex opere à me condito quod requiras, nõ eſt modo quo te longius ſuſpendam. Ingenue ſiquidem fatebor, in multis humanitatis partibus me aliquãdo verſatum, ac de propria Minerua pleraque apud me in libellos repoſuiſſe, non tamen ex legalibus ſtudiis, quæ etiam cum cæteris aliqua ſunt; ſed tum liuentium turba deterruit, tum cordis ſimplicitas, quæ communem illã ſcribentium gloriam ſemper exoſam habuit. Erunt autem poſthac dies, quibus audaciorẽ me incedendo, tui ac multorum ſtimuli efficiant. Vale, mi Bartholomæe, & boni noſtra conſule. Ex ædibus tuis apud Rothomagum, die 12. Nouemb. 1527.

Conradus Celtes *in deſcriptione ſeu libello vrbis Norinbergæ* eam ſummopere laudat,

& illa deſcriptione procedit per capita. Primo de origine & ſitu & regione vrbis in genere deſcribit. Tum de imagine & deſcriptione eiuſdem in ſpecie. Tum de arce Imperiali, fontibus ædificiiſque, & foris vrbis, hortis, & officinis metallariis. Tum de vectigalibus vrbis, ſideribus, & qualitate aeris, valitudine & habitu populi. Tum de ingeniis & moratione virorum & mulierum. Tum de duobus auguſtioribus templis, & hoſpitalib. eorumque opibus, & reliquiis. Tum de nouem vrbis Monaſteriis, & eorum ſanctis, & probatis moribus. Tum de domibus publicis, & frumentariis. Tum de domibus Ceroniſariis, Armentariis, & Expoſitorum. Tum de Pietatibus & Eleemoſynis vrbis, & leproſis. Tum de magiſtratibus vrbis & pœnis ſontiũ. Deniq; de vniuerſali vrbis Iuſtitia, legib. conniuiorum, & nuptiarum. Poſtremo de annona & victualib. vrbis. Quę omnia (lector candide, ſi contingat tuam ciuitatem laudare) tibi commodo eſſe potuerunt. Ideo lege illam deſcriptionem elegantem & facilem, quam reperies impreſſam cum voluminibus Exegeſeos Germaniæ à F. Irenico exaratis.

SExageſimaprima conſideratio de oppidis ſeu vrbibus vulgo villæ dictis, quod ſit excellentius ſubnectitur. Et licet Plin. multa *in ſuo lib. naturalis hiſtoriæ, lib. 3. 4. 5. & 6.* multa Regionum oppida inſignia deſcribat. & ideo de eis ad eum vos remitto. Attingam tamen tantum, quod in Gallia Narbonenſi vrbs ſeu oppidum eſt valde excellens, quod olim dictum fuit Agathe, nunc vero Mons Peſſulanus, quod excellit aliis plurib. de cauſis. Primo magnitudine, cum ſit magnũ, longum, & latũ, plures domos, ædificia pulchra, & templa continens: ita, quod fere in tota patria Narbonenſi non eſt ſimilis ciuitas, ſaltẽ æquiparari poteſt magnis ciuitatibus: maxime etiam cum vniuerſitates non debeant inſtitui, niſi in ciuitatib. *vt not. gloſſ. And. Pan. & Fely. in proœm. decretalium gl. Bart. & Io. de Plat. in l. vnica. C. de ſtudiis liberal. vrbis Romæ. li. 11. c. 1. de Magiſtris, & c. tua. de clericis nõ reſid.* Tamen in dicto oppido propter eius nobilitatem eſt vniuerſitas, *vt dicit Bald. in proœ. decretal. col. 6.* & re vera eſt, & præſtat aliis in medicina: *& dixi ſupra in 10. par. in 32. conſid. allegando Nicolaum Boerium in rub. de reg. iur. ad Dynum in vlt. glo.* De iſto oppido doctiſſimus vir Petrus Allobouſt Doctor in medicina meritiſſimus, & ciuis noſter, ipſo exiſtente in dicto ſtudio Montis Peſſulani, verſus ſequentes luſit:

Agathe floret ſtudio medendi,
Oppidum ponte gelido propinquum.
Cui nouum paruus tumulum dedit mons
Lanus & amnis.

Sicut Ior, & Dan duo fontes ſimul iuncti Iordanis nomen efficiunt.

Sine tamen faſtu Diuionem (oppidum olim in finibus, & ſub ditione Heduorũ, nunc vrbis capitalis eſt Burgundiæ, & dudum ſedes Ducum) eſſe excellentius aliis autumo, ſecundum quod communiter, & vulgari ſermone dicitur: *Quin eſt ville de Dion.* Et quod communis fama famat non omnino deperditur, & quæ communiter dicuntur, non carent omnino veritate, *iuxta leg. ſi quis patremfamilias. in prin. & ibi gloſſ. 1. ff. ad Maced. & l. Barbarius Phil. ff. de offi. prætoris, & l. 3. in fi. & ff. de ſup. lega.*

Nam primo à Dite (quia diues) nomen aſſumpſit, & olim tantum caſtrum erat, vt vetuſtiori fundamento murorum adhuc oſtentatur: nunc vero excellẽtiſſimum oppidum, ab ipſo Samothe ſiue Dite primo conditum, quicquid voluerint aſtruere nonnulli præcipue Annonius monachus *de geſtis Francorum lib. 2. cap. 24.* qui dicit ab Aureliano Imperatore hoc caſtrum olim fuiſſe conſtructũ, quod falſum eſt. Licet fatear eum augmentaſſe tam murorum ambitu quam populis, & diuitiis ornaſſe. Cuius quidem ſi velis ad ſaturitatem videre Topographiam, & Geneſin, videas, quæ in commentariis noſtris conſuetudinum Ducatus Burgundiæ retuli *in proœmio. in verbo, ville de Dion.* vbi de laude eiuſdem. Quibus iungatur ſequens Epigramma ab ipſo Petro Turrello Heduenſi viro literato Aſtrophilo, & Diuionei gymnaſii Rectore:

Quiſquis Mandubios affectas noſcere fines,

Diuio

Diuio Sequanis quos ſcidit almus agris.
Carmina, quæſo, legas exili ſcripta papyro,
Quis (quem plura putes) ſcineris eſſe tibi.
Vrbs eſt hoſtifugo, qua Diuio condita muro.
Et triplici multis amne rigata locis.
Quondã vt Troia fuit trino circundata riuo,
Vel ſimilis doctus flumine Pariſius.
Quem & ſi nauipotens multo cum remige Titon,
At nos lætifico munere Bacchus alit.
Vnus habet querulis de ramis triſte foramen,
Cui fluit exigua perbreuis alnus aqua.
Alter eſt à ſucco, vel ſicco ſuccio factus:
Nil niſi ſordiduli pondera ventris agens.
O quam ſæpe ſuo vincitur carrus honori,
Girmaga & ſcaphii ſordida rhada ſui!
Tertius inter eos liquidiſſimus Oſcara dictus,
Quæ recipit tardis fluctibus vdus Arar.
Hic rapida rigidus verſatur mole molaris,
Quo ſua dat dulcis munera multa Ceres,
Aſſolet vt teneros cum paſcit mater alumnos,
Qua præbet natis iam ſemel eſca ſuis.
Plus celeres pagri, plus carpio, gobio, cancri,
Et plus hoc fluuio ſquamea turba natat.
Parua ferat flatus quam ſiccus corpora puluis,
Dum calidus flauos Syrius vrit agros.
Quo faciles tenebrant ſalices, atque altior alnus:
Et tenui calamo frondea ripa virens:
Quale ſolet putres per glebas ſectile porrum,
Aut inter nitidas braſſica læta niues.
Principis in nubes hic ardua tecta minantur,
Sunt quoque magnifica structa theatra manu:
Sicq; aliis structura ingenti Diuio vicis,
Anteit vt breuibus pinus acuta rubis.
Et fabricata ſemel ſua ſi palatia ſurgunt:
Hinc poteris longe quam addere ad oua minus.
Septimus hic parochus ſãcto vittatur amictu,
Quæ facit hunc numerum pagina cuncta ſacrum.
O felix nimium Dis tanta conditor vrbis,
Ogygides Diti cui pater Iapetus.
Celtica quem primum feciſti terra colonum,
Atque etiam noſtros ante habitare locos.
Omniũ & hinc primus ſedes & tecta locauit,
Deq; ſuo diues Diuio nomen habet.
Nomine quo tanto hic diues celebratur aſylũ,
Sanctaq; maioris prima figura ſacra.
Quod Deus Omnipotens longum ſeruauit in æuum,
Hoſtia vt hic eſſet dogmata longa ſacra.
Voluit mira, precor, vigilanti pectore fata.
Atq; quibus durant legibus illa ſuis.
Inclyta Mandubiis nunc ſtaret Alexia campis,
Illa ſed haud tanto ſidere digna fuit.
O venerãda domus cunctis hilarãda diebus,
Qua reſidet veri victima ſacra Dei.
Hoſtia diuinum cuius ingens numen adoro,
Aſpiciat famuli vota preceſq; ſui.

SExageſimaſecunda cõſideratio de templis ſeu Eccleſiis, quod fuerit, aut ſit excellentius, prædicabit. Inprimis, multiplici acceptione huius vocabuli *eccleſia*, de quo ad D. Theologos & Canoniſtas vos remitto, vt paucis reaſſumam, dico, quod Eccleſia triumphans militanti præfertur, & ordines vtriuſq; deſcribit Dionyſius *in ſua hierarchia*, de quibus ſupra *in 3. & 4. part.* Eccleſia vero militans, cunctis aliis rebus præferenda eſt, vt etiam ſatis comprobatum eſt *in d. 4. parte.* Itẽ, quod Eccleſia Chriſtiana præfertur Synagogæ Iudæorum, vt ſuperius *in iſta part. in 20. conſideratione.* Et de principio Eccleſiæ Chriſtianæ, vide Polidorum *de inuentoribus rerum lib. 5. cap. 6.*

Quid tamen de Eccleſiis particularibus, quæ illarum ſit præferenda, ſumendo etiam Eccleſiam ſpiritualiter? Et in hoc nemini eſt dubium, quod Eccleſia Romana eſt cunctis præferenda, & ab omnibus aliis honoranda, pluribus mediis. Primo, eſt caput & mater omnium aliarum Eccleſiarum, vt habetur per text. *in can. 1. 12. d. & ibi ample Io. de Turrecrem. etiam comprobat. Idem in c. memoriam 19. diſtinct.* Ideo eſt prælata cæteris, vt dicit idem Ioan. de Turrecrem. & *in c. quamuis. 21. diſtinct. in 2. colu.* Et eſt ſuperior inter omnes Eccleſias. Idem Ioan. *in c. cogamus. 24. q. 1.* licet ibi dicatur, quod Antiochena olim prima erat. Et domina aliarum Eccleſiarum di-

citur. *Item in cap. oportebat. d.76.* Imo habet prærogatiuam à Chriſto. *Idem in c. à recta. 24. q.1.* & principaliter Chriſtus eidem primatũ dedit, ſecundario vero conciliis. *vt in c. dudũ. 3 q.6.* Ideo inter omnes alias veneranda. *Idẽ in ca. viſis. 16. q.2.* Et quoniam iſta materia eſt ampliſſime in locis hic ante allegatis ventilata, & per Io. Eckium Alemanum *in ſuo tract. de primatu Petri*, vbi tenet, & probat quod omnes eccleſiæ orientales etiam obedierunt Eccleſiæ Rom. vt etiam dixi *ſupra in 4. par.* Et de eiuſmodi præſtantia, & de qua diu certauit cum eccleſia Hieroſolymitana, ſcribit Polydorus *de inuentorib. rerum. lib. 4. cap. 7.* Et eius authoritas ſatis probatur per Iodocum Clictouæum, *in eius Antiluthero, & propugnaculo eccleſiæ contra Lutherum*, ideo aliter non inſiſto. Sed deſcendendo particularius videndum eſt: an Eccleſia S. Petri ſit maior quam Lateran. Et videtur quod ſic, quoniam *in c. ſanctorum* 10. *q.1.* nominantur. Ideo dignior & maior videtur ex priori denominatione, de quo *ſupra in 1. part.* Secundo; ex *cap. dudum. 3. q.6.* vbi dicitur, quod Eccleſia Petri nomini ſuo conſecrata, & domino inſtituente, prima ſit, & caput cæterarum. Tertio; ex *c. futuram. 12. q.1.* vbi dicit textus: *Conſtantinus vir religioſiſſimus Fabricam templi primæ ſedis beati Petri inſtituit.*

In oppoſitum tamen arguit Io. de Turrec. *in d. ca. ſanctorum*, & probat quatuor rationibus, quod Eccleſia beati Ioan. de Lateran. ſit maior, & ibi ſoluit argumenta in contrarium, ideo ad illum recurre. Petrus venerabilis abbas Cluniacen. *in ſuo tracta. de miraculis.* laudat, & extollit eccleſiã noſtræ Dominæ, quæ dicitur maior extra multas, & inter alia ex quodam miraculo, quod dicit ibi fieri ſingulis annis in vigilia aſſumptionis Beatæ Mariȩ, vbi cerei per 24. horas accenſi non diminuuntur.

De Eccleſia vero Conſtantinopolitana, primum locum poſt Romanam obtinere videtur, *vt in ca. Conſtantinopolitana. 22. d. & ibi Io. de Turrecr.* & de eius excellentia facit mẽtionem tex. *in Authen. vt determinatus ſit numerus clericor. collat. 1.* & vocabatur Eccleſia ſanctæ Sophiæ, *vt dicit ibi glo. in verb. eccleſia.* Excellentia autem illius Eccleſiæ conſiſtebat in multitudine ſeu numero clericorum, qui erant nongenti quinquaginta: *vt refert ibi gl. in verb. menſura, quæ pro hoc allegat l. non plures. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quem numerũ Iuſtinia. reduxit in quadringentos vigintiquinque, & ſuper centum exiſtẽtibus his, qui vocantur Oſtiarii. Nam ſexaginta erant Presbyteri. Diaconi autem maſculi centum, & quadraginta fœminæ. Subdiaconi vero nonaginta, lectores centum, & decem, Cantores vigintiquinque. Et vt fertur, ob tantam multitudinem clericorum, ipſi diuiſi fuerũt, ita quod diurnum, & nocturnum omni hora celebrabatur officium diuinum in dicta eccleſia: ideo laus perpetua dicebatur.

Sed ad templa, ſeu eccleſias materiales tranſeamus, quæ & à Poetis, & Hiſtoricis plura excellentiſſima memorantur, vt templum Dianæ Epheſiæ, in quo fuerunt cẽtum viginti ſeptem columnæ à ſingulis regibus factæ, ſexaginta pedum altitudine, inter quas 36. cælatæ fuerunt miro artificio. Templi lõgitudo erat 425. pedum, latitudo vero 220. Et factum eſt à tota Aſia ducentis, & viginti annis: vnde inter ſeptem orbis miracula propter operis magnitudinem, & ſumptum incredibilem annumeratum extitit.

Fuit templum Iouis Ammonis, ꝙ fuit inſigne, & ſumptuoſum ab Iarba rege Getulorũ factum, in quo erant centum aræ. vnde Virg.

Iarbas rex Getulorum
Templa Ioui centũ latis immania regnis,
Centum aras poſuit, vigilemq; ſacrauerat ignem,
Excubias diuum æternas.

De quo etiam meminit Martialis *in ſuo primo Epigrammat.* Item Virgilius ſcribit Didonem feciſſe templum Iunoni donis opulentum.

Aerea cui gradibus ſurgebãt limina, nexæq;
Aere trabes, foribus cardo ſtridebat ahenis.

Refertq; Baptiſta Fulgoſius *li. de d. ctis factisq; memorabilib. tit. de miraculis. cap. de gemmis. &c.* quod venefica animalia, neque muſcæ ineunt triclinium eccleſiæ Aniciëſis in Auernia

uernia (qui vulgo *du puys* dicitur) & ſi aliũde inferantur, ſtatim moriuntur, & in hoc laudanda eſt Eccleſia, quod veteres ſcripſerunt Romæ in Herculis fanum, nec muſcas, nec canes vnquam ingreſſos.

Sed ad magnificum illud templum Hieroſolymitanum, quod Deo omnipotenti Salomon anno regni ſui quarto ædificari cœpit, & ſeptem annorum ſpacio perfecit, annis vero ab ortu Adæ primi hominis, tribus millib. centum & duobus ſermonem conuertamus, cuius magnificentia, & dignitas ab omnibus in hodiernum diem vſque approbatur. Fuit autem ſexaginta cubitorum in longitudine, & viginti cubitorum in latitudine, & triginta cubitorum in altitudine. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis iuxta menſuram latitudinis tẽpli, & habebat decem cubitos latitudinis ante faciẽ templi, fecitque in templo feneſtras obliquas: plura etiam alia mirabilia fuerunt in illo templo, vt ſcribitur 3. *Reg.* 6. & 7. *c.* Nihilq; erat in templo, quod auro non tegeretur, vt ibi dicit, & *in c. gloria Epiſcopi ibi: neq; vero* 12. *q.* 2. & ample de excellentia, & magnificentia illius vltra alios ponit frater Io. Ludou. Viual. de mõte regali *in ſuo opere regali tract. de magnificentia Salomonis*, & ibi probat ſeptem rationib. ꝙ illud templum fuerit nobiliſſimũ, & quomodo fuerit formatum in modum pulcherrimæ ac fortiſſimæ turris, & de illius pompa, & incredibili pulchritudine. & in offic. Text. *in c. alia opera, & ædificia ſumptuoſa, in fine*. vbi vltra alia laudat illud, dicens, quod in primis à Salomone triginta hominum millia cędendis arborib. Cedris, & Cupreſſis ſunt deſtinata ad illud ædificandum. Lapicidarum vero extiterunt octuaginta millia. Inferioris ſtructuræ materia erat ex candenti ſaxo. Trabes erant Cedrinæ, Cedrina concameratio auro illita, vt parietes omnes. Duo Cherubin ex puro auro, pauimentum petalis aureis inſtructum. Ianuæ vicenum cubitorum altitudine auro coruſcantes. Ante veſtibulum erãt duæ columnæ æneæ 18. cubitorũ altitudine, ambituq; duodenum. Altare fuit æreum denum pedum altitudine, longitudine duplo maiore. Item menſa vna aurea, phialæ, & pateræ aureæ decem millia, argẽteæ quadruplo maiora numero, Candelabra 10. millia ex auro, & argento fabrefacta, & iſtud eſt de templo artificiali ſeu materiali non ſpirituali, de quo habetur *Io.* 2. & 1. *ad Cor.* 3. quod eſt Chriſtus. Fuit & dictum templum ſub Dario reædificatum in omni gloria, *vt patet Eſdræ* 3. *c.* 7. Et per iſtud templum Salomonis, & Ezechielis templum arduum, & ſublime, quod vidit Ezech. in ſpiritu conſtruendum, & admirabili exornandum decore, de quo *Ezech.* 42 & per illud tabernaculum, quod Moyſes cõſtruxit iubente domino. de quo *Exod.* 25. imaginata, & figurata fuit Eccleſia Chriſtiana. Tẽpli vero quatuor partes eſſe dicuntur: Antica ad ortum, Poſtica ad occaſum, Siniſtra ad Septẽtrionem, Dextra ad meridiem. Ita dicit Arch. *in c. vniuerſas. & eſt verſ. ſub c. placuit.* 16. *q.* 3. & iam dixi ſ. *iſta part. in conſid. qua de* 4. *partibus mundi loquitur*. Ibi etiam dicit, quod Moyſes primus tabernaculum domino condidit. Salomon deinde templum. quod refert Luc. de Pen. *in l. vniuerſi. C. de fundis rei priuatæ lib.* 11. Et ibi notat, ꝙ Chriſtus ingreſſus Ieruſalem primo templũ adiit, *vt habetur Matt.* 21. Dans nobis formam religionis, vt quocunq; imus, primo domum orationis ſi ibi eſt, adeamus, & per orationes Deo nos cõmendemus, poſt ad agenda negotia ſecedamus, vtinam iſtam inſtructionem ſectaremur omnes.

Templum vero fuit Lugduni ab vniuerſis Gallis, teſte Strab. *in* 4. communi impenſa deſignatum, & extructum, & Auguſto Cæſari dicatum: ante tamen hanc vrbem conſtructum, vbi fluuiorum, ſcil. Araris, & Rhodani eſt coitio, vbi nunc eſt Abbatia Attanacenſis. quod vna cum tota regione (Autore Seneca ad Lucillium) fatali igne, quo & Colonia vrbis, videlicet tempore Senecæ, exuſtum eſt. Et de excellẽtia huius Eccleſiæ Lugdun. vide Campegium *in ſuo tracta. de antiq. vrbis Lugdunen. c.* 2. & *in ca.* 3. ponit de claris Lugdunen.

De pluribus aliis templis, vt Vulcani, Cereris, Palladis, & Panos, ſcripſit Cælius *li. antiq. lect.* 12. *c.* 61. *cum ſequ.* Item de illis templis

quæ olim fuerunt Romæ Blondus loquitur *in li.1.de Roma triumphante, & in lib.de Roma inſtaurata, lib.3.* dicit, Nullum in tota vrbe ædificium facile reperiri maiori ſumptu, maiorique rerum pretioſiſſimarum apparatu, quã templum Pacis extructum, quo diuus Hieronymus in expoſitionib. Ioelis Prophetę ſic ait: Veſpaſianus, & Titus Romæ templo Pacis ædificato, vaſa templi Ieroſolymitani, & vniuerſa donaria in delubro illius conſtituerunt. Omitto, quod Galeatius Maria, vicecomes ſuperbiſſimum templum prope Papiam, ordini Carthuſienſium ingenti impenſa fabrefecit.

Crederem, & forte non temere, templum ſanctæ Sophiæ Conſtantinopoli, olim à Cõſtantino Magno extructum, fuiſſe excellentius poſt templum Salomonis Regis filii Dauidis. Nam dicitur maior Eccleſia, ſanctiſſima, & mater Eccleſiarum Imperii, *vt eſt text. in Authen. vt determin. ſit num. Cleric. §.1. col.1.* Nec potuiſſent contineri tot & tanti viri Eccleſiaſtici, de quib. ſupra, niſi fuiſſet ampliſſimum & ſpatioſiſſimum. Et *li.1. Chron. Regi-nonis* dicitur. Extruxit quoque Iuſtinianus Conſtantinopoli templum, cuius opus intãtum cuncta ædificia excellit, vt in totis terrarum ſpatiis, huic ſimile non poſſit inueniri. Apud nos Eccleſia diuæ virginis Mariæ Pariſienſis eſt maior & excellentior aliis in ſua ſtructura, habet duas immaniſſimas turres, quas omnes admirantur. Quis tamẽ primus condiderit tabernacula, delubra, aut Deo vero templum fecerit, vide ample per Polyd. *de inuentor. rerum lib.3. cap.9. & li.5. cap 6.* & *eodem lib.5. cap 1.* ſcribit, vnde conſuetudo ſit exornare templa, diebus feſtis, aulæis, variiſque arborum frondibus, floribuſve, ac in illis offerre candelas cereas, cereoſque, ac cereas imagines. Item accendere lampades, tabellaſque ponere, quibus miracula à diuis facta repræſentantur.

SExageſimatertia conſideratio, quæ inter Sacellas ſeu Capellas ſit excellentior, inquirit. Inter cætera iure cautum eſt, quod Capella Ducis Burgundiæ in vrbe Diuionenſi extructa, ab antiquo eſt multum priuilegiata à ſummis Pontificibus. Quoniam non ſubiicitur neque Epiſcopo Lingonen. (in cuius diœceſi eſt ſita) neque aliis epiſcopis aut Archiep. ſed habet ſuum Decanum ſuperiorem, immediatè ſummo Põtifici ſubiectum, cum toto collegio. De quo ſcripſit Innoc. III. Epiſcopo Lingon. *vt in c. cum Capella ducis Burgund. de priu. extra.* Ideo videtur dicendum, quod Decanus illius propter talem exemptionem poſt Epiſcopos in tota Gallia debeat ſedere in altiori loco, vbi congregarentur, etiam cum Abbatibus, quoniam exempti præferuntur cæteris. facit c. *per tuas* iuncta glo. *in verb. ſubdiac. extra de maio. & obed.* quæ dicit quod Epiſcopi exempti, id eſt Papæ immediatè ſubditi, in concilio generali vel Synodo, ſedere debent in altiori & meliori loco, quã non exempti. Ad idem tex. *in c. vt Apoſtolicæ, de priu. in 6.* vbi habetur, quod Abbates exẽpti in cõcilio prouinciali, & ſynodali poſſint vti mytra auro friſiata; ſed non exempti, albam, & planam deferre debent. Facit etiam c. *dignum de celebra. miſſar. in clem.* vbi clerici commenſales & domeſtici Cardinalium & Epiſcoporum ſic priuilegiantur, vt illas horas vel illud officium, quod idem Cardinales vel Epiſcopi dicent, licite dicere poſſint.

Ex quibus exceptionem ex priuilegio eidem capellæ conceſſo videmus, quod Decanus dictæ Capellæ Diuionen. incedit in põpis ſeu rogationibus & generalibus proceſſionibus cum Abbatibus monaſt. ſanctorum Benigni ord. S. Benedicti, & Stephani ord. Canonicorum regul. S. Aug. ſitorum in dicta vrbe. Nam iſti tres ſimul incedunt: imo Decanus præfatus eſt in medio illorum Abbatum. Ex quo digniorem locum habere dicitur, per ea quæ ſupra ſcripſi *in 1. par. in 13. conſider.* Imò etiam in conuocatione trium ſtatuum patriæ Burgundiæ vidi Decanum dictę Capellæ præcedere Decanos Eccleſiarum Cathedralium. Item etiam dicta Capella eſt ſumptuoſa, excellenti & magnifico ædificio conſtructa, vt nulla ei æquiparari poſſit in longitudine, latitudine, & altitudine, & potius digna eſt dici Cathedralis. In ea nempe conſtituti ſunt Canonici 25. inter quos eſt princi-

principalis dignitas, quæ eſt Decanatus, & tres aliæ inferiores, vt Cantoria, Præpoſitura, & Theſauraria. Etiam plures Capellani habituati, numero totidem optimè præbendati, ita vt habeat in reditibus annuis, ſaltem quiſque Canonicus pro præbenda fere ſummam 200. libr. Muſici ibidem canoroſi plures, non ſine magna impenſa ſuſtentantur. In ea fit diurnum & nocturnum officium ritè, vt decet: & quotidie celebrantur ordinarie octo Miſſæ ſolenn. & alta voce, demptis his, quæ extraordinarie dici poſſunt. Celebrior tamen ex Miſſa ordinar. illius ordinis militaris, qui vocatur ordo velleris aurei (hoc eſt, *L'orare de la thoiſon dor*) à Phil. Duce Burgu. prius inſtitutus; quia concẽtu iucũdo & muſico celebrantur. Sunt & plures Capellaniæ eadem capella ornatiſſime & optime fundatæ, & in fundatione illius vnuſquiſq; pauper Sacerdos, qui ad hanc Capellam accedit, & vult ibi celebrare, habet duos ſolidos Turonen. promiſſa ex pecuniis collegii dictæ Capellæ. Et quia ſe offert materia, ideo non erit alienum Bullæ tenorem ſuper ædificatione dictæ ſanctæ capellæ Diuionen. cum priuilegiis eiuſdem hic inferre, qui ſequitur. *Alexãder Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Vgoni, Duci Burgundiæ ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Petitionibus nobilium & potentum virorum, quæ rationi & honeſtati noſcũtur inniti, animo nos conuenit placido condeſcendere, & eas libenter, & efficaciter exaudire, vt ad eccleſiarum commodum feruentius accendãtur, cum in eorum iuſtis petitionibus ab Apoſtolica ſede facile ſe nouerint exaudiri. Inde eſt, quod deuotionis feruore, & inſtantia tuæ petitionis inducti, fundum, quem apud Diuionem, pro Eccleſia, & officiis eius ædificandis, beato Petro, ac nobis liberaliter obtuliſti, in ius & proprietatem noſtram, & Eccleſiæ Ro. accepimus. Et ibidem Eccleſiam conſtruendi, quæ ſoli Romano Pontifici debeat reſpondere, tibi facultatem & licentiã indulgemus; authoritate apoſtolica prohibentes, ne cui Epiſcopo, vel alii Eccleſiaſticæ perſonæ liceat quicquam iuris ſibi in eadem Eccleſia, vel Clericis eidem Eccleſiæ ſeruientibus, vendicare. Datum Tuſcul. 6. Idus Nouembris.*

Anno vero dom. 1192. obiit Illuſtriſſimus Princeps Hugo, Dux Burg. fundator, & ædificator prædictæ ſanctæ Capellæ Diuionen. anima eius in pace quieſcat. In ea etiam deuota Capella repoſita eſt illa ſacratiſſima Hoſtia, etiam non corrupta, quæ fuit à perfido Iudæo gladio perforata, ex qua tunc miraculoſe ſanguis exiit: vt & nunc ſigna, & notæ in ea extant, quæ & miraculis pręfulget, & ad quam cauſa deuotionis magna, & alacris cõcurrit turba. Bullam autem ſuper miſſione dictæ ſacræ Hoſtiæ, ad illuſtriſſimum Principem Philippum, Ducem Burgundiæ his addere volui, in teſtimonium prędictorum, cuius tenor eſt talis. *Eugenius Papa quartus, dilecto filio ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Singularis deuotionis zelus, quem ad fidem Catholicam, & Sacramentum paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti gerere te videmus, merito nos inducunt: vt ea tibi concedamus, quæ deuotionẽ tuam, & aliorum Chriſti fidelium valeant augere. Tuis igitur, in hac parte deuotis ſupplicationib. annuentes, tibi Hoſtiam quandam, ſub imagine ſaluatoris, in trino ſedentis, mirabile Sacramentum Dominici corporis, multis in locis, à veſana cuiuſdam feritate, gladii ictib. perforatã, & ex eo ſanguine reſperſam, in locis præfatis, quæ in ſacrario noſtro erat recondita, tuæ piæ deuotioni concedimus, & donamus. Volentes, & mandantes tibi, vt eam in aliqua eccleſiarum, quas poſſides, aut in alio loco celebri, cum eo honore, & reuerentia recondas, futuris temporib. venerandam, prout tanti ſacramenti maieſtas, & magnitudo requirit. Datum Romæ, apud S. Laurentiũ in Damaſo, ſub annulo noſtro ſecreto, die 27. menſis Septemb. Pontificatus noſtri anno 3.*

Nolo te latere, ꝙ in caſtro Diuionenſi eſt ſepulchrum cuiuſdam Senatoris Diuionẽſis, nomine Hilarii, qui fuit ita caſtus, vt cũ poſt eius mortem, vxor eius, amoto coopertorio, in eius ſepulchro poneretur, viſus eſt leuaſſe dextram, qua ceruicem vxoris amplexus eſt, vt refert Greg. Turonenſ. *in lib. ſuo, in gloriam confeſſorum. c. 42.*

SExageſima quarta conſideratio de Pinnaculis templorum, quæ Campanilia dicta ſunt, & de excellentia nonnullorũ tractat. Et

reuera multa loca luſtraui in Gallia, & Italia, & plura campanilia vidi, & de pluribus plures interrogaui, tamen ex relatu non accepi excellentius fore in Europa campanili Eccleſiæ ſancti Lazari Hedu. de qua ſupra ſatis ꝓpe *in 60 conſid.* dictum eſt. Quippe eſt valde ſumptuoſum, & vltra alia extollendũ ex eius fundamentis, præcipue vero altitudine. Fundatur enim ſuper quatuor columnis ſeu pilis, aut pilearibus lapideis, in medio chori, dictæ Eccleſiæ exiſtentibus, quæ groſſitudinis ſunt tantũ in omni quadratura 8 pedũ. Altitudinis vero 36. vel vltra, cubitorũ fornice diſtincta. In ſummitate vero dictarũ quatuor pilarum, & ſuper illis, conſtabilita eſt turris quadrata, altitudinis 20. cubitorũ, habens deambulatoria ampla miro artificio cõſtructa, deinde in acutiẽ, & faſtigiũ ducitur, habens formã Pyramidis quadratã octo quadraturis admirandæ ſtructuræ, vltra omnẽ excelſitatem quæ manu fieri poſſet, & quæq; quadratura cõpacta eſt lapidib. quadratis, artificio ſumptuoſo in modũ criſtarũ factis, per quas poſſet aſcendi ad ſummitatẽ vſque, & dicta Pyramis eſt fere altitudinis tercentum cubitorum. In eo ſunt viginti cãpanæ, & vltra, quarum duæ ſunt magnæ molis, vna ponderis eſt 18. millium, altera vero 16. Sonus autẽ dum pulſantur, eſt conſonantię, & concordię tantæ, vt Muſicam ipſam retollere videatur.

Vnum præterea addo, quod & ad cultum ciuitatis noſtræ facit, licet curioſius noſtra, & non extera ſcrutari forte dicas, ſed cum veritate enarrare poſſum, quod ſentio. In noſtra quippe ciuitate eſt etiam Eccleſia diuæ virg. Marię collegiata, de qua ſ. *in d. 40. cõſid.* dixi, ab excellentiſſ. domino Nic. Rolin, olim cãcellario Burgundiæ, ciue noſtro conſtructa, & dotata ex tribus mille libris Turon. ex reditu annuo pro 12. canonicis, & 24. Capellanis, quorum ſuperior Præpoſitus, vocatur, & ſunt exẽpti à Iuriſdictione Epiſcopi Heduen. In qua Eccleſia erigitur aliud campanile ligneum, ſumptuoſum, fundatum ſuper turri lapidea quadrata, quæ eleuatur ſupra tectum dictæ eccleſiæ, & ibi ſunt ambulacra ornatiſſima, plumbata, auro illita, & ibi eſt horologium, deſuper attollitur dictum Pinnaculum in acutiẽ, in formã Pyramidis altitudine 300. cubitorũ, & vltra, tegulas habens deauratas mirabili impenſa, & ornatu ordinata, & dicta duo Campanilia ita ſunt ſumptuoſa, magnifica, & excellẽ. vt bonę memorię Rex Ludou. XII. hanc ciuitatem vocarit, *fauile, aux beaux cloyſchez.* & pluries dixerit, non eſſe ſimilia Campanilia in toto ſuo regno.

SExageſimaquinta conſideratio ſit de caſtris, in quib. ſolẽt habitare apud nos Principes, & Nobiles, & ſæpius ſiunt in limitibus prouinciarum ad tuitionem, & protectionẽ illarum, vel vt habitantes in eis non euagentur, imo ibi ſint ſub quadam cuſtodia Principum. Ideo caſtra, à verbo caſtro dicta ſunt, quia in eis voluntas, vel licentia inhabitantiũ caſtratur, ne paſſim vagare liceat, & pateant hoſtib. Eadem ratione dicuntur caſtra in expeditione militari, tamen in plurali, vel, quia tanquam caſti debent ibi viuere, vnde intrare caſtra fœminis non licet. *Deut.* 23. Quando egreſſus fueris cõtra hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomno, egredietur extra caſtra, & non reuertetur, priuſquam ad veſperam lauetur aqua, & infra, Dominus Deus tuus ambulat in medio caſtrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, vt ſint caſtra tua ſancta, & nihil in eis fœditatis appareat, nec derelinquet te. In his enim caſtris caſtratur libido, vel licentia vagandi, ideo caſti debent ibi viuere, cum luxuria vires eneruet. Vnde meretrices ab exercitu ſubmouentur, quibus caſtra militum intrare non licet, vt dictum eſt, & *in 9. par. in 33. conſi.* Hodie vero caſtra militũ ſcortis repleta ſunt contra diſciplinam Metelli, & minoris Aphricani. Adeo, quod facilius, & frequẽtius Thaidis caſtra, quam Hannibalis videmus euerti, *vt ſcribit Guil. Bened in ſua repet. c. Rayn. in verb. Cuidam Petro tradiderunt nu. 73. extra de teſt.* Vel caſtrum dicitur, quia in loco alto ſitum eſt caſa alta, vt dicit Lu. de Pen *in l. ſicut fieri. C. de erogatione militaris annonæ. li.* 12. vbi eſt text. quo modo annonæ militares ſint in caſtris deferẽdæ pro exercitu principis, quod

pluries

pluries videmus obſeruari in caſtris Diuonen. & Belnenſi. Et talia caſtra poſſunt tantũ poſſideri, & haberi à Principibus, vel ab his, quibus aſcripta ſunt, & data à Principibus vel ex antiquitate. Ita, vt ſi priuatus, vel caſtellanus, non miles, in his locis fuerit detẽtator inuẽtus, capitali ſententia, cum publicatione bonorũ plectatur. *l. quicunque caſtellorum. C. de fundis limitrophis li. 11.* & ibi Luc. ſcribit, quod talia, quæ ſunt Regalia, & alia Iura Regalia, peti poſſint à poſſeſſoribus, qui habẽt ex priuilegio, & quomodo docere debeant de eorum priuilegio contra *l. cogi. C. de peti. hered.* &, vt ait, eſt magna præſumptio contra illos, qui habuerũt aliquã adminiſtrationẽ à principe, vt ſunt officiarii, qui poſt eorum officia abſoluta, reperiũtur habere aliqua iura principũ, præſumptio, in quã, eſt contra eos, ita vt debeant docere de titulo, quoniã vt cõmuniter fit, officiarii in his ſæpius malignãtur: ſicut etiã eſſet præſumptio cõtra illos priuatos, qui poſſiderent aliquas decimas vnius beneficii curati, ſi eorũ prædeceſſores tenuiſſent illud beneficium curatum: nam hoc caſu tenerentur docere de titulo propter præſumptionẽ, exiſtentem contra eos, & eorum incapacitatem, ſicut eſt in priuato, qui tenet iura principũ: quia, quod non poteſt poſſidere nec præſcribere, ideo ſemper tenetur docere de titulo: vt ibi amplè ſcribit Lucas, ad quẽ recurre, & ibi in fin. quęrit, an cõceſſo caſtro per principem, videatur conceſſum merum imperiũ, quod ibi habebat: ſed quia non quadrat, & dixi *in comm. noſtris ſuper conſuet. ducat. Burg. in rub. ad initium verſic. iuriſd. in fin.* ideo non inſiſto. De forma vero, & diſpoſitione Caſtrorũ militarium apud Roma. lege Blõdum *li. 6. de Roma triump. hante,* vbi etiã ſcribit, caſtra vt plurimum quatuor habuiſſe portas.

Aduerte, quod in legato Caſtri, veniũt arma, quę ibi ponuntur ad defenſionem caſtri, vt tenet in terminis Oldrad. *conſil.* 163. & Martinus Lauden. *in tract. de caſtellanis, & caſtris. artic. 4.* vbi corrupte allegat Oldr. & ibi plura ſcribit de caſtris, quæ ſunt ſingularia, ſed nihil ad rem faciunt. Sed redeundo ad intentũ, videamus, quod caſtrum ſit excellẽtius. Certum eſt enim multa eſſe caſtra in Gallia, in Italia, in Hiſpania, & Alemania, & in tota Europa, & multi principes ſeipſos delectauerũt in cõſtruendis plurib. caſtris; Et inter alia duo reperiuntur excellentiſſima; quorum vnum ædificii ſumptuoſitate, & conſtructionis forma, & mirabili impẽſa laudari debet, de quo Ph. Berg. *li.* 14 *ſui ſuppl. Chron.* ait, quod Ioan. Galeatius, in Papien. ſua vrbe, inter cętera caſtellum, ſiue regiam domum, incredibili pulchritudine, & impenſa exſtruxit, in quo & Bibliothecam condidit, in qua tantam librorũ copiam cõtraxit, quantam alibi ſe nunquam vidiſſe meminerit; & qui viderunt, teſtimonium perhibent de excellentia illius. In medio quippe *illius* eſt curia, *in* quadro diſpoſita, cuius longitudo, & latitudo æqualis eſt ab vtraq; parte pro curſu, (vt dici ſolet) vnius lãceæ militaris, & quatuor partes quadratæ æquali ædificio ſunt conſtructæ: patent vndiq; deambulacra, hoc eſt gallariæ, latitudinis 30. pedum ſingulæ cameræ, & aulæ, &; vt verius dicam, tota domus eſt depicta intus, excellẽti & ſingulari pictura, ex auro puriſſimo, & azureo eminẽti, in qualibet parte eſt aula ampla, & ſuperba, & hincinde cameræ decenter diſtinctæ. Stat & caſtrum pro media parte meridionali in ciuitate, à parte ſeptẽtrionali extra ciuitatem eſt porta ſingularis, & eminens, qua ingreditur in leporarium, viuarium, ſeu conſeptum principis, vulgo Parcum, vbi ſunt tres domus excellentes, pro recreatione principum, & in eo includuntur omnis generis animalia fera, & eſt longitudinis 5. milliariorũ, & latitudinis duorum, & vltra, & ad vnum angulum illius ſepti conditum eſt excellentiſſimum cœnobium Carthuſienſium. Et ibi in multis locis ſunt aquæ irriguæ, nemora, prata, & agri feraces, & fructiferi, quæ non ſunt modici reditus. In eo, iuxta caſtrũ, ſunt lauacra lapidea elegantiſſima, in quib. infunditur, & exhauritur aqua ad libitum, pro lauacro nobilium, & dominarum. Foſſata illius caſtri ex lapidibus quadratis conſtructa ſunt multum lata, & profunda, in quib. nunquam aut raro deficit aqua diſcurrens.

Aliud eſt Caſtrũ, noſtræ ciuitatis Hedu. & eſt tertia pars bona ciuitatis, & eſt ſitũ in par-

te ſuperiori, in quo ſunt tres magnificentiſſimæ eccleſiæ, ſeu templa, ſc. ſanctorum Nazarii, & Celſi, & eſt illa primaria, & originaria Cathedralis, & ſub ea eſt Eccleſia parochialis, ſancti Ioannis in Crotta. Alia eſt Eccleſia diui Lazari, quem Chriſtus à morte ſuſcitauit, quæ fuit Capella; ſed hodie locũ Cathedralis obtinet, & in vtraque celebratur officium diuinũ ſingulis horis. Et numerus clericorum ibi deſeruientium eſt, Epiſcopus cum octo dignitatibus. 52. Canonicis, & octoginta capellanis, & habituatis. Alia eſt Eccleſia collegiata, & parochialis diuæ virginis Mariæ, in qua ſunt duodecim canonici, cũ Præpoſito, & octo Capellanis. Eſt & alia Eccleſia Parochialis, ſub titulo ſancti Quirini, cuius ego ſum Parochianus, & de his Eccleſiis late hic ante dixi *in 60. conſid.* In iſto caſtro etiam eſt palatium Epiſcopale, excellens, amplum, & magnificum. Eſt & domus, ſeu Palatiũ Rolinorum ſuperbum, & vltra centum domos, tam canonicorum, quam ciuium maiorũ inhabitantium, optime conſtructas, & magno ſumpto continens, non cõputatis aliis paruis domiciliis. Quibus conſideratis, nõ reperies tam latũ, neq; tam opulentum caſtrũ in tota Gallia. Ideo inter alia ſumme laudandũ eſt.

Domini de Ambaſia, temporibus quibus floruerunt in Gallia, plura caſtra excellentia conſtrui, & ædificari fecerunt, vt reuerendiſſimus in Chriſto pater, Dominus Georgius de Ambaſia, Archiepiſcopus Rothomagẽſis Cardinalis, & Legatus de latere in Francia, Caſtrum de Gallione, in diœceſi eius Rothomagenſi. Alius frater Epiſcopus Pictauien. caſtrum de Diony. propè ciuitatẽ. Alius frater Epiſcopus Lingonen. Dux, & Par Franciæ, Caſtrum de Muſſy, in diœceſi Lingonen. Alius, & quartus frater, Epiſcopus Albigen. vnum caſtrum in ſua diœceſi. Quintus eorum frater, Epiſcopus Claromonten. & Abb. Cluniacen. aliud Caſtrum in Auernia, & ſua diœceſi, quæ omnia ſunt excellẽtiſſima, & ſuperba, mirabiliq; pulchritudine, & impenſa fabrefacta, Magnificus Dominus de Ambaſia, gubernator Mediolani, & locum tenens regius, in Italia, nepos prædictorum, cui aſſidebam pro magiſtro requeſtarum, caſtrum, de caſtro Milano ſumptuoſa ſtructura ædificari fecit. Et forte, caſtrum Ambaſiacũ, quod eſt excellentius caſtrum, & amplum, quàm ſit in Gallia, ab eorum anteceſſorib. conſtructũ eſt (cum inde nomen ſortiti ſint) hodie tamẽ id caſtrum eſt regis Franciæ, qui & multa alia caſtra excellentiſſima in ſuo regno habet, vt eſt caſtrum in nemore Vicennæ, non procul à ciuit. Pariſienſi. Item caſtrum S. Germani *enlays*, diſtans 7 leucis à dicta ciuitate. Et in ea ciuitate Pariſien. ſunt tria, vnum vulgo, *Lupara*, dicitur, Aliud *Baſtilda*, & vt autor eſt Gagu. *li. 9. de geſtis Francor.* vbi de Rege Carolo V. meminit, & ait: Erat his dieb. Pariſiis regius præpoſitus, Hugo Aubriotus, qui propugnaculum (cui Baſtilda nomen eſt) ad d. Antonii portam extruxit, ſumptu ex ea pecunia facto, quam Pariſiorum Communitati Carolus donauerat. Et illud caſtrum dicitur, Rex Caſtrorum, & eſt prope domum de Barbonio, & hoc forte, ideo quia omnia fere alia caſtra regni ſunt de feudo illius caſtri; apud nos vero excellens eſt caſtrum dictum Dorgylly, non procul ab vrbe Belnen. ad q; principes venandi cauſa ſæpe ſe conferunt.

Sed inter fortiſſima caſtra, eſt caſtrũ Mediolani, in porta Iouis, ideo Arx Iouis dicitur. Alia tria multum fortiſſima, & fere inexpugnabilia ſunt, & in hac patria, ſcil. caſtrum Auxone, ſupra Ararim, Liuinen. & Belnen. etiã caſtrum de Vergy, & Salione Ducis. Etiã caſtrũ de Grancy, quod ſpectat ad dominos de caſtro Villano. Fertur & in comitatu de Roſſillon eſſe caſtrum fortiſſimũ, quod vulgo, *Saulſe*, dicitur. Et hæc referre ſufficiat, cũ non ſint magnæ vtilitatis: ſed pro cõplemento materiæ, quam aſſumpſi, in medium allata ſunt, & diuerſa iuuant. Nec ſemper grauib. ſententiis ingenium torquẽdum eſt, ſed ſcribendum eſt, vt res expoſtulat.

SExageſima ſexta conſideratio ſit de laude, & excellentia quorundã Theatrorum, & Amphitheatrorum. Theatrum enim eſt ædificium in Hemicycli, id eſt, circuli medii ſpeciem factum, ad videnda ſpectacula. Latinè *viſorium*, ſeu *ſpectaculatorium* dicitur. Amphithea-

phitheatrum vero, locus etiam erat ſpectaculorum, id eſt, ludos ſpectandi gratia ædificatus, forma rotunda, veluti ex duobus conſtãs theatris; vulgo apud nos *eſchaffaut*, dicuntur. Conſuetudo iſtorũ à Græcis ſumpta eſt. Nam cum agrorum cultores, feriatis diebus, diuerſis numinibus per agros feſta celebrarent, inumbrationis cauſa, tabernacula à ruſticis cõpoſita ſunt, vbi prius carmina incondita decantabant. Athenienſes, deindẽ Romani, hoc in vrbanum ſpectaculum tranſtulerunt. Theatrũ ita diſpoſitum erat, vt à fronte, inter duo cornua, ſcena eſſet, in circumferẽtia hemicycli, erant gradus ita diſpoſiti, vt altiores in ambitu ſemper excreſcerent. In his plebs promiſcue ſedebat, quibus non erat ſedendi locus, hi ſtantes in cauea ſedebant. Caueæ theatrorum fornicibus obductæ, velis tegi ſolebant. Primus omnium Q. Catulus, teſte Plinio *lib.* 19. linteis in theatro vmbram fecit. Primus etiam byſſina vela in Theatrum duxit. Principio temporaria fiebant Theatra, primuſq; M. Æmilius Scaurus, Syllæ priuignus in ædilitate ſua 30. tantummodo dieb. ſcenicorum ludorum Theatrum duraturum, extruxit, opus (teſte Plinio *lib.* 36. *c.* 15.) maximum omnium, quæ vnquam fuere, humana manu facta. Scena habuit columnas marmoreas 360. duodequadraginta pedum altitudine. Signa inter columnas æreas 3000. Summæ columnæ tabulis erãt inauratis. Pars Scenæ inferior erat è marmore, media è vitro. Cauea ipſa 80 hominum 10.00 capiebat. Caius vero Durio Theatra duo fecit temporalia ampliſſima è ligno, quibus inter ſeſe auerſis, ne inuicem obſtreperent ſcenæ, & repente circumactis, ac cornibus inter ſe coeuntibus faciebat amphitheatrum, & Gladiatorum ſpectacula edebat.

Manſurum vero Theatrum ex quadrato lapide, quod 40. millia hominum capiebat, primus Romæ cõſtruxit Pompeius Magnus, propter quod Cornelius Tacitus incuſatum eum fuiſſe à ſenioribus ſcribit, quod manſuetam Theatri ſedem poſuiſſet. Cum ante ſubitariis gradibus, & ſcena in tempus ſtructa foret, ſed parſimoniæ conſultum, quod perpetua ſedes Theatro locata eſſet potius, quam immenſo ſumptu ſingulos per annos conſurgeret, ac ſtrueretur. Cuius exemplar ex eo, quod Mytilenæ erat, poſt deuictum Mithridatem, ſumpſiſſe, teſtis eſt Plutarch. Nero princeps, nobilibus Germanis populi Romani magnitudinem oſtenſurus, eos in hoc Theatrum populo plenum, introduxit. Idem etiam aliàs, inſano ſumptu inaurauit, vt in eo Mithridatem, Armeniorũ Regem exciperet. Amphitheatri vero molem primus in campo Martio poſuit C. Iulius Cæſar, quam paulo poſt Auguſtus, Mauſoleũ ædificaturus, deſtruxit, vt ait Blondus *lib. de Roma inſtaurata*, vbi multa de materia præſenti. Qui & ipſe, authore Suetonio, amphitheatrum deſtinauit media vrbe, quod à Veſpaſiano conditum fuit, & à Tito conſecratum. Id tamen Domitianus ad gloriam ſuam referebat, iactare in Senatu ſolitus, & patri ſe & fratri imperium dediſſe, quapropter omnibus operibus, quæ poſt mortem illorum, vel perfecit, ſuum duntaxat titulum addidit, ſine vlla priſtini authoris memoria. Hinc illi de hoc amphitheatro Martialis in principio ſui operis, adulatur, dicens:

Omnis Cæſareo cedat labor amphitheatro,
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Quod tamen non puto eſſe laudandũ cum, fuerit alienæ laudis occultator, & ſic par furi.

Nos autem Hedui, anno Domini 1516. excellens & magnificum amphitheatrum, in campo S. Lazari, qui eſt in medio ciuitatis noſtræ, conſtruximus, & erat è ligno quadrato, artificio ſolemni fabrefactum, impenſis Eccleſiæ & ciuium, nec in Gallia fuit ſimile. Ducentenarias enim cellulas cum quadraginta in ſuperiori parte habuit: parietib. è ligno intermediis diuiſas, & tabulatis coopertas, quæ locaerant viris Eccleſiaſticis, Nobilibus, Senatoribus, Equitibus, & Gentilibus, ciuium patritiis. In cauea vero, ſeu inferiori parte, erant gradus & ſedilia ita diſpoſita, vt altiora in ambitu ſemper excreſcerent, vbi plebs promiſcue ſedebat, quæ habuit & velaria lintea, quibus ſubſtantes ſeu ſubſidentes adumbrabantur, ne à pluuia offenderentur.

tur. Etiã ludentes in medio Caueæ, ſeu Theatralis Scenæ, iiſdem tantum regebãtur, quos foſſa aquis vallata, & aliis obſtaculis, à plebeiis diſcriminabat. In eo amphitheatro octoginta millia hominum non grauate collocari poterant, & quia indicta fuerant ſpectacula finitimis, ſpectatores prope infiniti affuerunt, quæ ſpectacula fuerunt excellentiſſima, cauſa diui Lazari, patroni Heduorũ, facta, vbi vita eiuſdem dignis verſibus nõ ad Pompam, ſed ad diuinæ maieſtatis laudem, & beati Lazari, vehementiſſimè, & gratis, quatuor diebus, recitata fuit. Vnde à Deo datum eſt, vt nulla exſibilatio, nulla plebis conſternatio, aut deriſoriè quid geſtum fuerit, & licet nocte plueret, tota die tamen, nulla aeris ſerenitas maior, iiſdem diebus viſa fuit, de quo aliquid iam ſupra tetigi *in 60. cõſid. & in præced. par. in 52. conſid.*

De Theatris etiam vide F. Patritium, *de inſtit. Reip. li. 8 tit. 14.* vbi dicit, quod locus præſtantior in theatro ſit Orcheſtra, in qua ſedibus loca Senatorum, primariorumque, ac honoratiorum magiſtratuum deſignabãtur, vnde omnium agentium geſtus ſpectari poſſent. Item liberarum, ſociarumque gentium Legatis, quas poſtea vetuit Auguſtus in orcheſtra conſidere, quod quoſdam libertini generis mitti deprehendiſſet: nam nobiliores & honeſtiores perſonæ, officio legationis fungi debent. vt *in l. ſciendum. in prin. ff. de legationib.* Et Legati ſeu Ambaſiatores debent eſſe homines magnæ authoritatis, vt dicit Do. de S. Gemi. *in ca. ad Apoſtolic. de ſent. & re iudic. in 6.* ſaltem quando pro arduo negocio deſtinantur, facit *c. eſtote. 1. q. 1.* Quod autẽ Senatus à populo diſcretus, ludos ſpectaret, eius rei, teſte Liuio *in 4. de bello Macedonico*, & Pub. Scipio ille Aphricanus, & Valer. Sempronius Longus, Conſules, primi authores fuerunt. Quod & vulgi animum auertit, & fauorem Scipionis magnopere quaſſauit. Valerius autem Maximus *lib. 2. tit. de inſtitutis antiquis*, hoc ex ſententia poſterioris Aphricani actum eſſe narrat.

SExageſimaſeptima conſideratio ad excellentias palatiorum ſtylum conuertit, quæ ſunt proprie domus principum, in quibus iuriſdictiones eorum exercentur. Et dicuntur ædes conſecratæ, quæ ab omni priuatorum vſu, & communi habitatione excipiuntur. *L. vnica. C. de Palat. & domib. dominicis lib. 11.* Et eſt de Regalibus, habere Palatia in ciuitatibus, vt *in tit. quæ ſunt Regal. in vſib. feud. & l. fi. C. de offic. Rector. prouinc. & l. quicunq. C. de operib. publ.* Ideo dicit Luc. de Pen. *dict. l. vnic.* Quod, exiſtentibus in ciuitatibus Palatiis cõſuetis, ſeu publicis, non debeant Iudices priuatorum domos ad habitandum, veluti publicas, vendicare. & ibi dicit, quod Palatia regio non debeant adhærere ædificia priuatorum. *d. l. quicunq. facit c. nulla. & ibi gl. 12. q. 1.* ſed debeant diſtare ſpacio quindecim pedum *l. ſi cui. Cod. de ædific. priuat.* Et vt dictum eſt, in magnis ciuitatib. debent & ſolent eſſe Palatia principũ, vt in ciuitate Romana ſunt multa Palatia, tam ſummorum Pontificum, quam Cardinaliũ. Et inter alia, Symmachus Papa primo fecit Palatium ſancti Petri, vt dicit Blondus, *de Roma inſtaurata li. 1. nu. 50.*

Nicolaus Quintus, in Vaticano, Põtificale Palatium ſumptuoſiſſime extruxit, & murorum ingentem molem ibidem inchoauit, quibus coerceri hoſtes poſſent, ne pontificias ædes diripere poſſent. Eugenius quartus, Lateranen. Palatium inſtaurauit. teſte eodem Blondo, *eod. lib. nu. 305.* Eſt & aliud Palatium nobile ſancti Laurentii, in Lucina, quod ob magnos fornices, & ampliſſima fundamenta ſuper quibus ædificatum eſt, partem operum Domitiani arbitrantur, & id ad annũ ſalutis trecenteſimum ſupra milleſimũ à Cardinale Anglico, in prædictis Domitiani operum ruinis, ædificatum. Ioannes Cardinalis Rothomag. multa impẽſa adauxit, ꝙ nuper Ioãnes, ex Gallis Picardus Card. Morinen. cum in eo habitaret, tanto ampliauit ornauitq; impendio, vt nullã, præter põtificale Palatium, ſancti Petri domum, vrbs Roma nunc haberet pulchriorem, vt refert idem Blondus *li. 2. nu. 15.* Benedictus Papa XI. Tholoſanus, in Auenione Palatium ſuperbum, ſeu Pontificias, & quidẽ celebres ædes cum turribus & pomeriis ædificauit.

Plura

Plura ſunt excellentiſſima Palatia in Italia, vt Mediolani, vbi eſt Palatium principis, in quo exercetur iuriſdictio Capitanei iuſtitiæ Mediolani, & plurium aliorum officiorum, in quo manſi aſſidendo Capitaneo dictæ iuſtitiæ.

Bartholomæus de Saligniaco, *in ſuo itinerario terræ ſanctæ. 2. cap. 1. tomi*, laudauit Palatium Venetorum, quo Dux, Senatus, ac prætorius dicuntur, ſumptu nedum ducali & ſenatorio, ſed regio & imperiali reſplendet, admirationem, vt idem refert, fere excedit, quod medio Palatio fons patet, ſeptus in modum ciſternæ, è quo ſi haurire velis, gemina tibi ſitula opus eſt, altera ſolida, altera perforata, quarum hæc per tenue foramen guttatim fontalem aquam imbibit, illa hauſta largiore riuulo in fontis orificium euehit.

Sed inter alia Palatia, Galliæ Palatium Pariſienſe eſt excellentius, tam longitudine & latitudine, ſeu magno ſpacio terræ, quam in ædificiis ſumptuoſiſſimis & amplis, nec ſolum Palatium dicendum eſt, ſed oppidum magnum, viſu eſſe iudicares, propter multitudinem ædificiorum, vt ego ipſe oculis vidi. Eius tamen excellentia potius in eo conſiſtit, quod in eo exerceantur variæ iuriſdictiones pro adminiſtranda iuſtitia, & ibi conueniant ſingulis diebus non feriatis, duo aut tria millia hominum, tam pro iuriſdictione exercenda, quam pro iuſtitia conſequenda: præcipue in ſuprema Parlamenti curia, quæ diſtinctas & diuerſas habet cameras, vt ante ſcripſi *in 7. part. in 9. conſid.* & de quibus hic amplius referam. In illa etenim curia Parlamenti primo eſt magna camera, vbi patroni agunt cauſas. In qua aſſiſtunt triginta conſiliarii cum duobus præſidibus, vt communiter primo & ſecundo. Secunda eſt, quæ vulgo dicitur, *La tournelle*, vbi deciduntur cauſæ criminales, & in ea aſſiſtunt plures conſiliarii, numero viginti cum aliis duobus præſidentibus, tertio ſcilicet & quarto. Etiam habent cameras diſtinctas duo aduocati fiſcales, & procurator generalis. Item tres Grapharii, ciuilis, criminalis, & præſentationum. Item duodecim admiſſionales ſeu oſtiarii. Sunt etiam quatuor notarii ſignantes loco Grapharii in eius abſentia, qui & conſilio adeſſe valent. Et in ipſa curia ſunt centum conſules ordinarii ab antiquo conſtituti. Et à paucis annis à Rege noſtro Franciſco I. creati ſunt alii viginti. Alia eſt etiam camera Requeſtarũ dicta, vbi aſſiſtunt octo ex præfatis conſiliariis, inter quos vnus præſidet, qui Præſidens Requeſtarum vocatur, & non ſimpliciter præſidens, cum non maiorem habeat poteſtatem in aliis cameris, quam vnus ex conſiliariis illarum. Et in huiuſmodi camera deciduntur cauſæ curialium priuilegiatorum in actionibus perſonalibus, & poſſeſſoriis. Et eſt iuriſdictio iſtorum diſtincta à curia Parlamenti, cum ab eis ad curiam appelletur, & ſic ſunt inferiores. Eſt & alia camera, quæ dicitur camera inqueſtarũ, & in hac etiam ſunt duo præſidentes, non tamen ſimpliciter, ſed cum adiectione. In ea eſt certus numerus conſiliariorum, ſcilicet 20. qui tantum decidunt proceſſus, & cauſas factas in ſcriptis, & vbi factæ ſunt inqueſtæ, & quæ placitando, & publice declamando decidi non poſſunt abſque viſione proceſſus. Et iſta curia parlamentalis, licet videatur, quod camera Requeſtarum non debeat dici de Parlamento, ex quo de illa ad Parlamentum appellatur. Alia eſt, & tertia iuriſdictio in ipſo Palatio, & in magna illius aula iuriſdictio dominorum generalium impoſitionum: dicta vulgo, *Les generaux des aides*. Et eſt vna curia ſuprema, cum de illis non licet appellare ad aliam ſupremam curiam. Et in hac iuriſdictione præſunt duo præſidentes & octo conſiliarii. Et ab electis & Grenateriis Franciæ appellatur ad eos, & non ad aliam curiam ſupremam. Quarta iuriſdictio dicti Palatii, eſt iuriſdictio dominorum magiſtrorum Requeſtarum domus Regis, qui habent cameram & iuriſdictionẽ ſeparatam, & hi tantum cognoſcunt de priuilegiis, & donis datis, & conceſſis à Rege, & de officiis Regis, ſi inter officiarios de eorum officiariis oriatur quæſtio. Quinta iuriſdictio eſt iuriſdictio Balliui Palatii, qui ha-

habet cameram ſeparatam. Sexta iuriſdictio eſt in menſa marmorea, & eſt magni magiſtri aquarum & foreſtarum, habet cameram ſeparatam, & officiarios ſub ſe deputatos. Septima iuriſdictio eſt certorum magiſtrorum particularium aquarum & foreſtarum, qui etiam habent iuriſdictionem in menſa marmorea, in qua ſunt officiarii deputati. Octaua iuriſdictio eſt Admiralii Franciæ, qui etiã habet iuriſdictionem in menſa marmorea, & ibi officiales ad exercendam iuſtitiam ſub ſe deputatos. Nona iuriſdictio eſt Admiralii Aquitaniæ, vulgo *de Guyenne*, quæ etiam exercetur in menſa marmorea, & habet ſub ſe officiarios ibi deputatos pro adminiſtranda iuſtitia. Et ex magna aula, quæ eſt in dicto Palatio, eſt acceſſus & introitus ad loca deſtinata pro huiuſmodi iuriſdictionib. exercendis. Et illa aula eſt longiſſima & ampla, vbi ſtatuæ & imagines Regum in parietibus, & pilearibus lapideis ſunt erectæ, non tamen ſub eadem lance. Nam ex quæ ambas manus habent eleuatas, indicio ſunt, Reges eos optime adminiſtraſſe Regnum & Remp. abſq; exactione inconſueta & iniuſtitia: ſi vero bene adminiſtrauerint iuſtitiam, & in reliquo male verſati fuerint, nec proſpere res geſſerint, vel è conuerſo; habent vnicam manum depreſſam. Sin autem in vtroque male adminiſtrarint, ambas habent manus demiſſas. Quod præuidens Lud. II. ipſo ſuperſtite, ſuã ſtatuam genibus flexam, manus iunctas & eleuatas, more deprecantis, habentem, coram imagine diuæ Mariæ virginis, in ipſo Palatio conſtrui fecit. Sed quomodo rexerit, & iuſtitiam adminiſtrauerit, legas Gaguinum *in ſuis Chronic. Franciæ*, Dominum Dargenteul, qui fuit eius domeſticus officiarius. Extra prædictam aulã, & in dicto Palatio eſt alia iuriſdict. & curia ſumptuoſa & magnifica, in qua præficitur præſes cum pluribus magiſtris computorum, & clericis, & aliis officiariis, vſque ad numerum 30. Ædificium vero illius curiæ eſt ſuperbum & amplum, & ſic eſt decima iuriſdictio in continentibus Palatii exiſtens. Vndecima iuriſdictio eſt, quæ dicitur *du tresbe*, vbi officiarii cognoſcunt de domanio ſeu patrimonio Principis, & eſt magna iuriſdictio. Duodecima eſt iuriſdictio electorum Franciæ. Tertiadecima eſt generalium monetarum, & officiarii huiuſmodi iuriſdictionum, habent diſtinctas cameras in continentibus circa ipſam cameram computorum. Sunt & aliæ iuriſdictiones, quæ in dicto Palatio exercentur, vt eſt iuriſdictio magiſtrorũ, ſeu præfectorum Latomorum, & certorum aliorum artificum (de quibus nunc nõ recordor) quæ in diuerſis cameris ſuos habent iudices & officiarios, ſtipendiatos, & ſalariatos à Rege, vt & alii officiarii antedictarũ iuriſdictionum. Salaria autem & ſtipendia officiariorum dicti Palatii, iuriſdictiones in eo exercentium, aſcendunt ſingulis annis vltra ſummã centum millium lib. Turonenſium; in quo conſideranda venit magna excellentia illius, & in multitudine litigantium, ob aſſiduã multarum cauſarum auditionem.

SExageſima octaua cõſideratio muros quarundam vrbium ſeu oppidorum nobilitat. Inprimis murorum Babylonis vix credibilis relatu, firmitas, magnitudo conſpicua extolli debet, quos Semiramis condidit, aut ſaltem ruinoſos reſtaurauit. Nam primus poſt diluuium Nemroth Gigas eam fundauerat coctili latere atque bitumine interfuſo, latitudine, vt ait Herodotus, quinquagenũ cubitorum, altitudine ducenum. Ambitus eius 480 ſtadiis circumuenitur. Quos tam latos fuiſſe ſcribũt, vt quadrigas inter ſe occurrentes facile reciperent: vnde inter ſeptem ſpectacula ſeu miracula orbis annumerantur, turreſq; haberẽt 300. plures multo habituri, niſi aliqua ex parte paludes pro mœnib. fuiſſent. Per ambitum centum portæ ſtabant æreæ, omnes cum cardinibus. Foſſa extrinſecus late patens vice amnis diffunditur; quia vt ſcribit Strabo, Euphrates Babyloniam per medium diuidit. Huic autem operi portentoſo adhibita ſunt trecenta hominum millia. Vnde Martialis *in 1. Epigrammat.* in eiſdem mœnibus, quæ tanto labore ædificata fuerint, ſic ait:

Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis,

Aſſiduus

Aſſiduus iactet nec Babylona labor.

Babylonicæ porro ciuitatis (teſte Cælio *lib. antiqu. lect. 5. cap. 12.*) vaſtitatem illo argumento maxime comprobat Ariſtot. 3. *Polit.* Quod capta quandoq; ab hoſtibus vrbe, tertio demum die vix id perſenſerit pars vltima. Etiam Propertius *lib.* 3. de ea ita canit:

Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbẽ,
Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus.
Et duo in aduerſũ immiſſi per mœnia currus,
Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus.
Duxit & Euphratem medium, quo condidit arces,
Iuſſit & Imperio ſurgere Bactra caput.

Et Lucanus *lib.* 6.

Fragili circumdata teſta,
Mœnia mirẽtur refugi Babylonia Parthi,

Quintilianus:

Nulla dies adimet Babylonia mœnia, longis
Inclyta porticibus, variis elata columnis.

Fuit itaq; Babylonia hæc mœnibus ac arte valde admirabilis quam Perſarum rex Cyrus poſtea cepit, euertit, & complanauit die feſto, quo omnes Babylonii vniuerſam noctem biberent, & laſciuis carminibus ſaltationibusq; indulgerent: teſte Cælio *antiqu. lect. lib. 5. c. 21.*

Item Thebæ Ægyptia vrbs inſignes habuit muros à Buſyride Ægypti rege conditos, ambitu 140 ſtadiorum, vt refert Herodot. in quibus erant centum portæ affixæ, in quarum ſingulis memoratur 200 cuſtodes excelluiſſe equis & curribus. Vnde Iuuenalis *Satyr. vlt.*

Atq; vetus Theba centũ iacet obruta portis,

Item Pergama ſeu muri vrbis Troiæ feruntur habuiſſe in habitu 40 millia paſſuum. Credo, quod fuit Laomedon pater Priami, qui cinxit Troiam mœnibus: ſed Apollini & Neptuno id negotii adſcribitur, nec ob aliam cauſam, quam propter magnificentiam & altitudinem ingentem. Vnde de his Lucanus *lib.* 6.

Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros,
Adſcribatq; deos.

Item murus Byzantii vrbis Thraciæ olim fuit Mileſi quadrato lapide, adeo indiſcreta laterum ſtructura, & vna prope muri compages ſpectantibus videri poſſet. Nam hæc ciuitas ab initio à Pauſania Spartanorum rege condita fuit: ſed cum parua admodum eſſet, ipſam poſtea Conſtantinus Magnus Imperator, qui regnabat anno Chriſti 318. Rom. Pontifici Syluestro relicta, diligens ſtructis fortiſſimis mœnibus celſiſque, ac craſſiſſimis turribus à ſe Conſtantinopolim nominari voluit, & ſic in maius aucta Imperii ſedes eſt facta, totiuſque columen, & caput Orientis, & vnicum Græciæ ſapientiæ domicilium habita fuerit. Habuit præterea hæc ciuitas vndecim portas dignitatem ipſius, atq; murorum præ ſe ferentes.

Muri vero Romæ (quæ Regina vrbium, & totius orbis caput dicitur, vt ſupra oſtendimus) à Romulo, primo Romanorum Rege conſtructi ſunt, qui vrbem à nomine ſuo, Romam vocauit. Licet hanc ſeu partem, vt plures alii ante, Euander condidiſſe dicatur. Vnde de his Lucanus:

Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Et Pomponius Iureconſultus, *l. ſi quis violauerit. quæ eſt l. fin. ff. de rerum diuiſ.* ſic inquit: Et frater Romuli Remus occiſus traditur ob id, quod muros tranſcendere voluerit, id eſt, voluntarie tranſcenderit, ſecundum gloſſ. ibi. vnde Liuius *lib.* 1. Vulgatior fama eſt ludibrio fratris Remum nouos tranſiliiſſe muros. Eius vero ambitum varium fuiſſe, credendum eſt, cum & Plinius *in 3. natural. hiſt.* à principio paruam extitiſſe dicat, & ſuo tempore viginti millia paſſuum continuiſſe. Et Flauius Vopiſcus hiſtoricus ſcribit, Aurelium Imperatorem ſeu Aurelianum, ambitum vrbis ad 50 paſſuum millia ampliaſſe. Hæc etiam ciuitas 30. habuit portas, quarum nomina infra, vbi *in conſiderat. quæ de portis tractat,* deſcribentur.

Muros in circuitu Ieruſalem vrbis Iudææ, ſeu Paleſtinæ, quam primus Melchiſedech poſt diluuium condiderat, fecit Salomon Rex, vt legitur 3. *Reg.* 3. *c. in princ.*

Item Carolus Magnus Francorum Rex, Florentiam inclytam, ac primariam Hetruriæ ciuitatem, quam omnium Italiæ ciuita-

tum florem nuncupant, inſtaurauit, maioreque ambitu & mœnibus circundedit.

Ambitus Memphis, vrbis Ægyptiæ, populoſæ, & ſecũdæ poſt Alexandriam, ab Ogdoo rege ædificatus fuit 150 ſtadiorum. Et ipſa Alexandria, vrbs Ægyptia, ab Alexandro Magno cõdita, à Democrate Architecto cõmenſurata eſt 15 millium paſſuum laxitate. Reliqua de vrbium mœnibus, vide infra *in conſid. ſeq.*

SEptuageſimanona conſideratio quaſdam inſignes turres enumerat. Et inter alias excellentes memoratur primo turris Babylonica, primitus poſt diluuium à Nembroth ædificata, de qua *Geneſ.* 11. Etiam Ioſephus *in antiquitat. in princip.* de ea (teſte Philippo Bergomate *in ſuo ſupplemento Chronicorum, lib.* 2.) meminit: & de ipſa Sibylla ſic dicens: *Cum omnes mortales vna uterentur lingua, quidam ex his turrim ædificauerunt excelſam, tanquam aſcenſuri per eam ad cœlum: Dii vero turbines mittentes, euerterunt turrim, & vocem propriam vnicuique partiti ſunt. Vnde Deus ædificantium ſuperbiam hac animaduerſione mulctauit, vt tot gentes, quæ eo conuenerant ex omni cœlo, quæ & ſeptuaginta erant, quibus, & quouſque vnum fuerat labium, eademque lingua, etiam totidem linguarum confuſione ſuperinducta ſuperauit, neceſſitate inducente, & vt alterius vocem non intelligerent, & ſuper omnem terræ faciem diſpergerentur.* Et de linguarum excellentia dixi ſupra *iſta part.*

Memoratur etiam illa ingens turris, quam Ptolemæus albo lapide fecit, in Pharo, inſula Ægypti, quæ portum Alexandriæ efficiebat, non ad alium vſum, quam nocturnos ignes nautarum curſui oſtendendos, ob ſalutem nauigantium. Hanc autem conſtituit talentis 800. Soſtrato Gnido architecto, qui ſtructuræ tantæ ſuum inſcripſit nomen. Vnde ſcribit Solinus; ab hac Pharos turri Pharo, vocari machinas in portubus, ad prælucendi miniſterium fabricatas, vt eſt Genuæ, in vrbe de Rupella, & pluribus aliis portubus maritimis, habentibus lucernam, vulgo Laternam portus. Vnde Iuuenalis:

Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Nam lucernarum vſum primi Ægyptii monſtrauere, author eſt Euſebius *lib.* 10. *præparationis.* Et, vt recitat Philippus Bergom. *lib. ſui ſupplementi Chronic.* 7. Illa turris erat toto orbe celeberrima, atque permaxima, tempore Ptolemæi, quod fuit anno mundi 270. & ante Chriſti aduentum 4929. quæ ab ipſo Ptolemæo Philadelpho, ſuper cancris vitricis, apud Alexandriam condita fuit, vt nauigantibus in nocte lumen præberet. Vnde Papi.

Quæ colis & Memphin, palmiferamque Pharon.

Et tam pulchra, tamque inſignis habita fuit, vt inter ſeptem mundi miracula connumeraretur vnum: & de ea meminit Plinius *lib.* 36. *naturalis hiſtoriæ.* Et fuit altitudinis paſſuum viginti, & palmis aliquot ſuperabundabat: vnde Ouidius *lib.* 2. *in Ibin*, ait:

Lumina noctiuaga tollit Pharus æmula Lunæ.

Turris alia celſiſſima, & toto orbi admiranda (quam *Torracum* appellant) in vrbe Cremona ſpectatur, quam ann. Chriſti 1284. (cum in Lumbardia duriſſima bella exercerentur propter factiones Guelphorum & Gibellinorum) quædam Guelphorum factio, tum maxime ea in vrbe præualens, adiuuantibus aliis huiuſce factionis ciuitatib. in medio vrbis foro erexit, & maximo cum gaudio & ardore, atq; incredibili prope impenſa, cocto ex lapide duobus annis perfecit, & conſummauit.

Sequitur, quod admiratione dignum eſt & laudandum. Nam, teſte Baptiſta Fulgoſio *lib. de dictis factiſq; memorabilibus. tit. de miraculis. c. de gemmis.* Prope vrbem Gratianopolim in Delphinatu vetuſta eſt turris, quæ araneas non gignit, neque aliam venenoſam rem: quin potius ſi quid eiuſmodi in eam inferatur, vt experimento cognitum eſt, ſtatim emoritur. Si vis ſcire, qui primitus condiderint oppidum, muros, aut turres, vide Polydorum *de inuent. rerum. lib.* 3. *cap.* 9. Scribit

Vitruuius

Vitruuius, turres probari rotundas & polygonias, hoc eſt, multorum angulorũ. Quippe quadratas celerius diſiici machinis diſſiparíq;, quod aſſultante ariete, anguli comminui facilitate ſoleant, vt refert Cælius *lib. antiq.lect.14.c.32.*

Et quia hic de turrium ſtructura facta eſt mentio, non eſſe alienum puto, de mœnium ratione attingere, cum in hac materia diſconuenire non debeant. Vnde recitat ibi Cœlius, lapidem quadratum & vaſtiſſimum in muris fuiſſe probatum ab antiquis Hetruriæ populis, vt in vetuſtis oppidis lapide prægrãdi, inſerto & vaſto ſtructis viſitur: & ita apud nos obſeruatur in propugnaculis, quæ duriſſimis lapidibus, magnis & in fronte acutis fabricantur. Item ſtructurarum vnam reticulatam, id eſt, in modum retis factã, vel forte à materia rara & non denſa ſcribit. Alteram vero antiquam ſeu incertam, & iſtam magis approbat; quia reticulata, licet ſit vetuſtior, rimis tamen concipiendis maxime obnoxia eſt. Præterea in parietibus lapides, quos frontatos vocamus, apponuntur, qui perpetua craſſitudine vtraque parte religãdo parietum ſoliditatem confirmare debent. Illa etiam fabrica in mœnibus ſtruendis placet, vt in craſſitudine perpetua, taleæ & vectes, quam frequentes inſtruantur, vt muri frons vtraque hiſce taleis, velut fibulata ſuffrenatáq; diuturnã ſeruet firmitatem. Sed ad rem, maieſtatem affert non contemnendam, profundior foſſa & latior ripis præruptis, obuallatiſque muro, cuiuſmodi fuiſſe Babyloniã ferunt latã cubitis regiis 500. vero profundam & amplius.

Et, quia murorum & turrium facta mentio eſt, ac in parerga libet interdum excurrere ea, quæ citat Cælius, in ciues & oppidanos (qui in tuto ſe putant vitam agere, cum foris habeant mœnia robuſtiſſima, portaſque ſolidas, intus autem ſint molles, pigri & effœminati) adſcribenda duxi: ita enim eleganter & moraliter ait Panthedã Spartanum (vt referunt authores) cum legationem obiret in Aſia, obſtantibus nonnullis, præmunitum, latum ac ſublimem murum reſpondiſſe: *Per Deos, pulchra, ô hoſpites, eſt Gynecunitis, id eſt, mulierum domus, ſeu ſenatulus.* In eandem ferme ſententiam Lycurgus dixiſſe videtur: Nequaquam ſine mœnibus ciuitatem dici, quæ viris non lateribus præcincta. Nam & Ageſilaus ciues oſtendens armatos: *Hæc ſunt*, inquit, *Sparta mœnia.* Idem monſtranti cuidam murum egregie ſtructum atque præaltum: indagantiq; an pulchrum ei monumentum videretur? *Pulchrum*, inquit, *ſi mulieres non viri ſunt inhabitaturi.* Et hæc certæ Lacedæmoniorum ſententiæ erant. Cæterum; compertum eſt, veteres vrbium mœnia ſumma religione conſtruere ſolitos fuiſſe, quando non contenti illa erexiſſe altius & latius, etiam potentiæ alicuius numinis conſecrata volebant. Propterea Iuriſconſulti ſanctæ quoque res inquiunt, veluti muri & portæ ciuitatum, quodammodo diuini iuris ſunt, vt *in leg.1. in principio. & l. ſanctum. ad finem. ff. de rerum diuiſion. & §. ſancta. Inſtitut. eodem.* quod nulla ratione humana mortalium res ſatis à quoquam gubernari diſpenſarique poſſe videantur, in tanta hominum perfidia, irrepente interdum & ciuibus neglectu aut finitimorum cooriente, craſſanteque inuidia, adeo vt opinari poſſimus, orbem eſſe veluti in alto conſtitutam nauem, inſultibus hoſtium, & diſcrimini vario obiectam. Hinc aperta ſubit coniectatio fabuloſæ vetuſtati obrepſiſſe, vt Saturnum rebus humanis ſolertius conſulentem effingeret. Olim Heroas ſemideoſque vrbium præfeciſſe curæ, vt illorum obtectæ prouallatæq; præſidiis facilius humanos caſus declinarent; quoniam non munimentis modo, ſed magis multo Deorum indigeamus auxilio; Argumento eſt, non tantum mœnia ſacra veteri ritu credita, verum etiam libris commendatam tutelarium Deorum religioſam inuocationem, quam etiam ſacro cum carmine (vt fit in proceſſionibus, vt ita loquar) peragi ſolitam accepimus, exercitu hoſtico prædæ vrbium iam imminentem. Hæc Cælius in loco prætacto, vbi iſta excerpſimus.

De muris tamen, licet de moribus etiam

apprime curandum eſt. Nam & ad publicam ſpectat vtilitatem, quatenus & ad ornatum ſe habeant ciuitati decentem, & ad bellicas opportunitates Cum firmi ſſima munitio murorum bellicoſiſſima eſſe exiſtimatur, vt dicitur *Polit.*1. Mœnia nempe ciuitatum ſecuritatem, tutelam, cuſtodiam, & defenſionem habitantibus in eis conferunt, text. eſt ad hoc expreſſus *in l.vnica.* & ibi notatur per Lucam de Pen. *C. de expenſis ludor.lib.*11. quod confirmat Cicer. 2.*offic.*dicens: Si duce natura, in ciuitatibus congregabantur homines, tamen ſpe cuſtodiæ rerum ſuarum, vrbium præſidia quærebantur. Et Pomponius Iureconſultus *in l.pupillus.§.oppidũ.ff.de verb. & rerum ſignif.* vbi ait: Oppida dicta eſſe ab ope, hoc eſt, auxilio, quod eius rei cauſa muri ſint conſtituti. Vnde clerici (vt alii incolæ vrbis) ad conſtructionem & refectionem murorum illius tenentur, vt eſt text. *in l.omnes. & l.ad portus. C. de oper.public. & in l.fi. C.de quibus muner. vel præſtat. nemini liceat ſe excuſare.lib.*10. *& in c.non minus. & c. aduerſus. extra de immunit.eccleſ.* Et hoc, ſi neceſſiſitas exegerit, aliàs non, *vt patet dictis iuribus.* Et ſi principis vel præſidis ad hoc authoritas interuenerit, text.*in l.ſacra.§.fin.ff.de rerum diuiſ.* Et an inconſulto principe refici poſſint, dixi *in commento conſuet.Ducat. Burgun.in §. incip.on ne peut.verſ.ſecundo limita.*

Item, clerici tenentur ad cuſtodiam murorum & portarum, ſeu ad excubias ciuitatis, text.eſt *in l.2.quod incipit,peruenit.extra de immunit.eccleſ.* quod intellige etiam tempore neceſſitatis aut periculi imminentis: vt ibi dicit text.& Doct.& ad hoc alleg.text.ibi Panormit.*in l.nullus penitus.C.de curſ.public.lib.*12.vbi dicitur, quod etiam Eccleſia tempore expeditionis non excuſetur ab angariis vel perangariis: ideo, &c. quia tunc nullus debet eſſe immunis à vigilia & defenſione murorum: cum vnuſquiſq; teneatur defendere patriam ſuam: vt notatur *in l.fin.in verb.prodita. C. de abolit.* & per Luc.de Penn.*in l.in fi-his. C. de decur.lib.*10. Et relicta ad refectionem murorum, foſſatorũ ciuitatis, caſtrorũ, & ſimilium, cenſentur relicta ad pias cauſas, Specul.*in tit.de inſtrum.edit.§.nunc vero.verſ. & ſcias, quod inter.* Ex his infert Luc.de Pen. *in d.l.vnic.* quod pecunia legata, vel aliàs debita ciuitati ad alium vſum non neceſſarium, poteſt in his iuſta ratione conuerti & commutari: vt probat *d.l.vnica. & l.fin.ff.de opere publ.* Et plura de materia murorum, vide per Luc.de Penn.*in d.l.fin. C. de quib. muner. &c.* vbi notat ſignanter, quod in noua fundatione ciuitatis ante omnia ædificandus ſit furnus; ſecundo, ſtatuenda ſunt mœnia, & tertio, Eccleſia ſiue templum, prout talis ordo ponitur ad literam, 3.*Eſdr.c.*2.

SEptuageſima conſideratio de portarũ excellentia, ordine decenti hic indagatur. Et licet iſta vocabula, porta, ianua, fores, valuæ, confundantur, proprie tamen omnis ingreſſus, quo poteſt aliquid importari vel exportari, vel ab aratri portatione (vt inquit Donatus) quia in deſignatione vrbium coniunctis vacca & tauro (quod abundantiam & fortitudinem debere habere ciues denotabat) qui vrbem deſignabant, aratrum manu ſuſpendebat, ne ſulcum faceret, vbi aditus ciuitatis erant relinquendi, à qua portatione dicta eſt *Porta*: & ſic proprie olim portæ dicebantur ciuitatum, vt dicit Lucas de Penn.*in l.2. colum.*3. *Cod.de dignitat.libr.*12. Ianua autem dicitur proprie primus domus ingreſſus, à Iano dicta, quod huic Deo bifronti, ſeu bicipiti conſecratum erat omne principium. Vnde nos hodie ſuper introitum domus ſolemus affigere in feneſtrulis ibi extructis imaginem alicuius ſancti. Fores vero, quæ foris aperiuntur, de quo Plutarchus memorat primum Valerio Publicolæ fratri, cum de Sabinis triumphaſſet, domum publice poſitam, cuius fores extra aperirentur, cum antea cæterarum ædium intro referando impellerentur, vt ex hac conceſſione honoris appareret quotidie eam domum aliquid publice admiſſuram. Valuæ, quæ inter ſe reuoluuntur, & in ſe replicantur, & ſe velant. Oſtium partium domus eſt, vt cubiculariorum.

Franciſcus Patritius *de inſtit.Reipubl.lib.*8. *tit.*8. ſic ait: Adhibenda eſt portarum ratio diligen-

diligentiſſima: per eas enim aliquando accidit, vt prius irruptione oppida diripiātur, vel redeuntibus fugientibusve oppidanis commixti hoſtes inuadant: vnde ab earum cuſtodia nullus excuſatur, *vt dixi ſupra in præced. conſi.* Et vt ait M. Vitruuius *in li. de architectura ad* *Octauium* eiuſmodi verba protulit: *Curandum eſt; vt portarum itinera non ſint directa, ſed ſcæua, hoc eſt, flexa & tortuoſa.* Et de iure iuxta portas & mœnia ciuitatum non eſt habitandum propter fortuita, vt quia inhabitantium culpa forte combureretur turris, aut ad euitandum ſuſpicionem proditionis, vt inquit Paul. *in l. neque muri, neque portæ habitari ſine permiſſu principis propter fortuita incendia poſſunt. ff. ne quid in loco ſacro fiat.* & Hermogenes *in l. præced. ibi* dicit: *In muris, itemq́ portis, & aliis ſacris locis aliquid facere, quo damnum aut incommodum erogetur, non permittitur.* Item quis non debet egredi ciuitatem aliunde, quam per portam cōſuetam, *l. fin ff. de rer. diuiſ.* Et quæ relinquūtur ad cuſtodiam ciuitatis & locorum, cenſentur relicta ad pias cauſas, *vt tenet Specul. in tit. de inſtr. ed. §. nunc vero. verſic. & ſcias quod inter. allegans hoc c. 2. ſecundum extra de immun. eccleſ. l. pene. §. 2. C. de donat.*

De portis Babylonis, quę erant centum ex ære, & Conſtantinopolis, quæ erāt vndecim, dixi ſupra *in conſid.* quæ de muris tractat. etiam Thebe Ægyptia centum portas habuit: vnde Plinius. Et Dioſpolis magna, eadem Thebe portarum centum nobilis. Pontanus:

Hinc ad centiforem Nilus ſubit oſtia Thebē.

Blondus vero *de Roma illuſtrata, li. 1.* ponit nomina portarum. quæ erant tempore, quo triumphabat, & ſunt iſta: Flumentana, Collatina, Collina, Quirinalis, Exquilina, Viminalis, Neuia, Querculana, ſiue Querquetulana, Gabiuſa, Lauernalis, Ruduſculana, Rutumena, Saginalis, Latina, Appia, Cepena, Trigemina, Aurelia, Fontinalis, Carmentalis, quæ Scelerata, Pandana, vel Libera, Mugonia, quæ & Trigillia, Catularia, & Triumphalis. Et ibi ponit, vnde ſic denominatę fuerint, inſequendo Feſtum Pompeium. Et ibi plures ex iis laudat, reducendo ad eas, quæ repertæ fuerunt ſuo tempore. Inter illas dicit portam Triumphalem eſſe omnium celeberrimam: & dicit Liuius, ſuo tempore 37. portas fuiſſe in vrbe. Plinius vero dicit 30. quamuis ſeptem clauſas fuiſſe confirmet. De his & quibus nominibus vocentur, tractat Franc. Albertin. *in ſuo opuſculo, de mirabilibus vrbis Romæ. chart. 5.*

SEptuageſimaprima conſideratio ad laudē & excellentiam pontium fit, qui ad vitæ humanæ vſum non paruum commodum afferre, verum neceſſarii videntur. Summæ quippe (*teſte Fr. Patritio de inſtit. Reip. li. 3. cap. 4.*) Religionis eſt pontem fluminibus facere. Et (vt ait) pons Sublicius, qui fuit ligneus magnis ceremoniis à Pontifice primum factus eſt, & ſæpenumero reſtitutus & autore Blondo *in 1. li. de Roma inſtaurata.* Fuit primus pōs in Tyberi factus ab Anco Marcio rege Romanorum ſtructus (*vt atteſtatur Fran. Albertinus in ſuo opere de mirabilibus vrbis Romæ. chart. 3.*) poſtea vero ab Horatio Coclite pro libertate patriæ interciſus, quem deinde Æmilius lapideum fecit: hinc Pontifex à Ponte faciendo dictus eſt, ſecundum Varronem. Hinc etiam Eccleſiæ, & Domus diuinæ ſeu Religioſæ, tenentur ad conſtructionem & refectionem Pontium. text. *in l. ad inſtructionis. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. abſit. quæ eſt pen. C. de priuil. domus Auguſtali. 2.* vbi dicit text. Ad inſtructiones reparationeſq; nullum genus hominum, nulliuſque dignitatis ac venerationis meriti ceſſare oportet: domos etiā diuinas tam laudabili titulo libenter aſcribimus, & facit text. *in §. ad hæc, in Authen. de eccleſ. tit. collat. 9.* Et quæ relicta ſunt ad refectionem pontium & viarum, cenſentur relicta ad pias cauſas. *Spec. tit. de inſtrum. edit. §. nunc vero. verſic. & ſcias quod inter.* Vnde quanta cura de pontibus olim mortalibus fuerit, opera demonſtrant, vt ſunt pontes ſupra Rhodanum, vt in ciuitate Gebennenſi, Lugduni, Viennæ, in vrbe ſancti Spiritus, & Auenione, etiam ſupra Sequanam vidi decem pontes in diuerſis locis, præcipue fere mediam Pariſiacam ciuitatem præterfluens, habet ibi quin-

que pontes, quorum tres ſunt lapidei, & omnium excellentiſſimus eſt pons diuæ virginis Mariæ, miræ latitudinis, cum ſupra centum ſint domus ædificatæ miræ & eiuſdem ſtructuræ partim ex lapidibus, partim ex lateribus coctis, vbi mercimonia exercentur. Etiam ſupra fluuium Ararim ſeu Sagonã vidi quatuor pontes excellentes, qui non modica impenſa ſtructi ſunt.

Legitur apud Herodotum & Curtium, quod Nitocris Aſſyriorum regina, quæ multis reginis poſt Semyradem floruit, Euphratem fluuium, qui Mediam, quiq; Babyloniã rectus præterfluebat, fecerit tortuoſum, ſupraq; pontem erexerit trium ſtadiorum, difficillimum factu, propter paludes, quæ vrbẽ ambiunt. Fecit & ingentes cauernas, ad excipiendum fluminis impetum, eiecitque quicquid erat limi, ad iacienda fundamenta.

Traianus lapideum pontem fecit in Danubio, in quo viginti ex quadrato lapide erãt pilæ, quarum altitudo centum quinquaginta pedum præter fundamenta extabat. Latitudo 60. pedes continebat, diſtabant inter ſe 170. pedib. fornicibus vero coniungebãtur, quum tamen fluuius ille ſit concitatus ripa longius ſubmoueat, & vbi anguſtior eſt, ibidem ſit verox & verticoſus. Hunc tamẽ poſtea, ſeu liuore maligno, ſeu alia cauſa dirupit Adrianus, vt dicit Dion Caſſius. Adrianus vero pontem ſui nominis adhuc extantem (vtpote qui põs ſancti Angeli dicitur) ſuper Tyberim Romæ in Vaticano fecit, & Athenis pontem Cepheſi fluminis alluuione deſolatum reſtituit. De pontibus vrbis Romę, quot olim fuerint, & quot extent, vide F. Albertinum *in ſuo opere, de mirabilib. Romæ. chart. 7. & 56.* Blondus vero *lib. 1. de Roma inſtaurata*, dicit, pontem fuiſſe Romæ, qui triumphalis, eo quod per illum triumphi agebantur, qui etiam pons nobilium dictus fuit, quod nunquã in illo ruricolæ tranſiuiſſent: & erat prope, vbi eccleſia, & hoſpitale ſancti Spiritus in Saxia ſituatur. Cæſar vno die pontem in Arari conſtituit, quod Heluetii diebus viginti ægerrime confecerant. Cæſar *in ſuis comment. de bello Gallico lib. 1. in prin.* Alium etiam ſupra Rhenum mira celeritate, quem decem dieb. abſoluit, vt ibid. habetur lib. 4. Carolus Magnus pontem, opus egregium, quadragintorum pedum latitudinis apud Maguntiam exſtruxit.

SEptuageſimaſecunda conſideratio circa excellentias & laudes ædificiorum priuatorum, vt ſunt domus, non importune verſatur. Sciendum tamen eſt prius, quod domus Græcum eſſe dicunt. Nam Græci domata tecta dicunt, inde dicitur domus, quod idẽ eſt, vnde diuus Hier. in Pſal. interpretatione ait: *In Palæſtina & Ægypto non habẽt in tectis culmina ſed domata, quæ Romæ vel ſolaria, vel mæniana, hoc eſt, exterius porrecta, vocant plana tecta, quæ tranſuerſis trabibus ſuſtentantur.* Et eſt domus vnius familiæ habitaculum, ſicut vnius populi vrbs, ſecundum Archid. poſt Iſidorum *in c. omnib. 24. q. 1.* Ad quod facit *l. 1. §. illo videlicet. C. ſi quacunq; preditus poteſtate, & c.* vbi appellatione domus continetur familia, genus, & tota vna conſanguinitas; vt domus Iacob *l. cum vnus. §. 1. iuncta gl. ſuper verb. domum. ff de alimen. & cibariis legatis.* Proprie autem ſecundum leges domum noſtram dicimus, vbi ſedes & tabulas, conſtitutionemq; rerum noſtrarum habemus. *tex. eſt in l. in lege cenſoria. §. 1. ff. de verb. & rer. ſign.* de quib. plenè per Barto. *in l. 1. ff. ad Silleianum. in princ.* & ſecundum Lucam de Penna *in l. 2. Cod. de metatis & epidemeticis lib. 12.* & modernos, *in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* Et quando ſimpliciter fit mentio de domo, capitur pro loco habitationis, & eſt ædificium, quod ex tecto, parietibus & fundamento conſtat, ſecundum Barto. *in l. tutela. ff. de ca. dim. n. & in d. l. 1. ff. ad Silleian. & ibi Bald.* Et de illa domo hic intẽdimus loqui. Et vt materia vulgatior fiat, extendendo fimbrias ipſius, licet aliquãtulum videantur deriuata extra propoſitum præter vltimum, in quo domus excellentiores recenſentur, de quib. apud ſcribentes fit mentio, ſequentia inſerui.

Primum ergo erit, quod primus ædificator in orbe fuit Cayn, qui primam ciuitatem condidit, & à filio ſuo Enochiam appellauit, vt habetur *Gen. 4. & 6. diſt. c. fin.* eamq; bitumine

mine & aggere aliquātiſper cinxit. Illuc quoque ſectatores ſuos malos omnes venire cōpulit, & non aliis communicauit. Primi enim homines nullo ſubſidio fulti, duram agebant vitam. Erant profecto nudi, nullo neque ædium, neq; ignis adiumento vſi, cibo in diem quæſito, cum ignorarent agreſtes fructus in vſum futurum condere, & ſeruare ad egeſtatem: quo fiebat, vt hyeme plures, aut fame, aut frigore interirent. Experimento deinde edoctos, ſpeluncas aiunt quæſiiſſe ad euitandam frigoris vim, & fructus ſeruare cœpiſſe, vt dicit Diodor. *lib.*1. *de antiquorum geſtis*. vide etiam, vt dicit Ph. Berg. *li.*1. *ſui ſuppl. Chron. in prin. in verb. Cayn.* Cum aliquo poſt tempore homines nudi eſſent & inermes, nec cōtra homines aut beſtias tuti, nec vlla receptacula, contra frigus, aut æſtus haberent, naturali quadam ſolertia receptacula excogitauere: vnde & tuguria quędam, atque caſas ſibi fabricantes, ex virgulis, & arundinib. conſtruxere, quibus eorum vita tutior haberetur. Et vt idem Diodo. ait *lib.*2. Priſci domos ex arundinibus conficiebant. Cuius rei veſtigia penes Ægypti paſtores permanſere & huc vſque, nulla alia, niſi ex calamis facta habitacula, probant. Nemo ambigit Iahelem primo artem faciendi tentoria inueniſſe, & tuguria, ex quo ipſe fuit pater habitantium in tentoriis & paſtorum. *Gen.*4. Non certe curabant domos precioſas, aut excelſas ſumptu aliquo facere, imo Mathuſalem, de quo *Gen.* 5. quingentos annos habens, domino dicente: *Ædifica domum ſi vis, quoniā adhuc* 300. *annis viues*: Reſpondit: *Propter tantillum temporis non ædificabo domum; & ſub arboribus, & ſupra vepres dormiuit, vt prius conſueuerat.* Adeo, quod natio Ægyptiorum, eodem Diodo. *li.*2. teſte, domos noſtras, diuerſoria appellat, tanquam breui tempore à nobis inhabitandas, defunctorū vero ſepulchra ſempiternas domos, quoniam apud inferos infinitum ſit tempus, vocat: vnde domus ædificandæ curā contēnunt, circa ſepulchrorum magnificentiam, vt infra patebit *in conſid. de Pyramidib.* in quib. ſunt longius manſuri, ſummum ſtudiū, operamq; impendunt, vnde dicit Ouid.

Nondū præcipites cingebant oppida foſſæ.

Et Boetius *de conſolat. lib.*1.

Et ſomnos dabat tunc altiſſima pinus.

Quaſi dicant, nulla tunc oppida erant. Ideo Abraham in domunculis habitabat, expectando Paradiſi grandem ciuitatem, *ſecūdum Apoſt. & Gre. li.*8. *moralium. c. fin.* Et Didymus Bragmanarum didaſcalus 1. Philoſophorum Indiæ præceptor, ſiue Rex, mores eorū quoad hoc narrans, ad Alexandrum ita ſcripſit: *In conſtruendis domibus igne ſaxa non coquimus, nec admixtione pulueris cementa componimus: ſed in telluris ſpeluncis, montiumq; latebris habitamus: nullius ibi ventorum fremitus, nullius turbinis tempeſtatem formidamus. Nam tutius nos defendit ab imbre ſpelunca, quā tegula. Cuius ſpelunca geminus nobis eſt vſus, manſionis dū viuimus, & ſepultura dum morimur.* Et ſic, vt vidi, aliqui viles & abiecti viuunt in latibulis & cauernis montium & rupium Sabaudiæ habitantes. Plura & alia huiuſmodi latibula iuxta vrbem (quam Orengiam vocant) ab ea parte qua fit iter Auenionem ſuperſunt. Etiam talia habitacula licet ruinoſa, nō procul ab vrbe Caturcenſi oſtenduntur; vt refert G. Bened. *in ſua repet. c. Rayn. in verb. domum nu.* 6. *de teſtam. Extra.* Et ibi ponit, qui primo ædificauerint in Ægypto in Græcia & in Gallia. Et Polydorus, *de inuentorib. rer. li.*3. *cap.*8. ſcribit, qui primum luteas aut lateritias domos ædificauerint, vel earum ſtructuras & tegulas, & lapidicinas inuenerint. Domus vero ſi meridiem ſpectantes fiant, vtiliores ſunt. Nam per brumam ſolem hybernum excipiunt, & æſtate inclinato Sole ſemper ex aliqua parte vmbra opacantur. Itaq; altiſſimæ fiant, vt totum diem hyberno Sole caleſcant. Si vero ad arctum vergunt humiliores eſſe oportet, ne à frigidis ventis apertius petantur. Hęc Socrates apud Xenophontem *comment.*3. vt refert Volater. *lib.*27. *comment. in Philologia. c. de domo & eius partib.*

Secundum vero attenditur circa vanitatē ædificiorum, quæ hodie fit in domibus ędificandis nimis ſumptuoſe, aut ſine neceſſitate, de qua Sanctus Bernardus *in Epiſtola ſua de Regimine domus, ſeu cura rei familiaris, ad domi-*

dominum Raymundum de caſtro ſancti Ambroſii. Si vis, inquit, ædificare domum, inducat te neceſſitas, non voluptas, cupiditas ędificandi ædificando non tollitur, ſed augetur. Nimia & inordinata ædificandi auiditas, parit & expectat ædificiorum venditionẽ. Turris enim completa & arca euacuata faciunt tarde hominem ſapientem. Facit pro hoc dicto textus, *in c.pulchra*, ibi, *hoc eſt decorum, nõ ſuperfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere neceſſarias.* 86. *diſt.* Sunt quippe nonnulli, qui in ætatis laborioſæ initio quæſtu omiſſo & agricultura, in eorum vita delitiarum ſumunt auſpicia, decorem domus excogitant, eam tandem laborioſe conſtructam vacuam habitare coguntur. Non aduertentes quod ſcribitur *Prouerb.* 24. Præpara foris opus tuum exerce diligenter agrum tuum, & poſtea ædifices domum tuam. Hæc Luc. de Pen. *in l.* 2. *col.* 3. *C. de prædiis & omnibus rebus nauiculariorum. li.* 11.

Tertium; ex quo ædificia, & domus multis periculis ſunt ſubiecta, puta incendio vel ruinæ, vt ait tex. *in l. cum hi.* §. *fin. ff. de tranſact.* verum non eſt aliquod tam firmum ædificiũ (quod ſic dici putatur, quod prius ad edendũ factum fuerit) vt fluminis, vel maris, vel tempeſtatis, vel ruinæ, incendii, vel terræmotus vim ſuſtinere poſſit, *l. fluminum.* §. *Seruius. vbi text. formalis. ff. de dam. infe.* vel ſicut pluuiis ædificia collabuntur, vt eſt textus *in l.* 2. *C. de conditis in publicis horreis. lib.* 10. ita & ſi ab eis habitatio humana ſubtrahitur, vt enim ait Caſſiod. 4. *variarum epiſt.* 30. Cito vetuſtatis decoctione reſoluitur, quod hominum præſentia non tenetur: & ſic facilis eſt ædificiorũ ruina, incolarũ ſubtracta cuſtodia, ob quod plures relinquunt domos reparandas, maxime, quando ſunt impares ſumptui. *l. ſed an vltro.* §. *is autem. ff. de nego. geſtis.* de quibus ædificiorum ſumptibus habetur *in l. inter quos.* §. *fin. cum l. ſeq. ff. de dam. infecto.*

Quartum; ornanda eſt dignitas domo, nõ ex domo tota quæręda, nec domo dominus, ſed domus domino honeſtanda eſt; & vti in cunctis habenda ratio, non ſua ſolum, ſed etiam aliorum, inquit Tullius 1. *de Offic.* Hinc Seneca *in lib. de quatuor virtutib.* Si continentiæ (inquit) ſtudes, habita non amœne ſed ſalubriter. Nec dominum velis eſſe notum à domo, ſed domum à domino. Nam in domo clari hominis, in qua hoſpites multi recipiẽdi & admittenda hominum cuiuſcunq; generis multitudo, adhibenda cura ſanitatis eſt. Aliter ampla domus ſæpe domino dedecori fit, ſi ſcil. in ea ſolitudo, maxime ſi ab alio domino ſolita eſt frequẽtari: vnde abſtinendum eſt ab his.

Quintum eſt; expedit, & honeſtum eſt vnicuique domum habere vnam, conuenienter pulchram, ſecundum ſtatum ſuum: quia pulchritudo ædificiorum ad decorem & ornatum ciuitatis cedit, qui quantum res patitur, eſt conſeruandus, vt *in l. in his in fin. C. de prædiis & omnib. reb. nauicular. li.* 11. *& l. prætor ait.* §. *hoc interdictum prohibitorum. ff. de noui oper. nuncia. & l. fin. ff. ne quid in loc. pub. fiat. & l.* 2. *& l. ſi quis. C. de ædific. priuat.* Nam tantus eſt ædificandi fauor; quod permittens vicino vel alteri domum facere, vel aliud ædificium conſtruere, cenſetur ſeruitutem omnem quã in ſolo habebat remittere. *l. ſi ſtillicidii. C. quemadmod. ſeruitus amitt.* Et quod plus eſt, talis permiſſio precaria ad voluntatem permittẽtis reuocanda, ſed perpetua iudicatur, ſi aliud expreſſe non fuerit cautum in ea. *l. ſi precario.* §. *fina. ff. communia prædiorum.* Ea ratione, ne deſtruendo ædificium vrbs deformetur, & ſtatus publicus decoloretur: *vt conſulit Angelus conſil.* 1. Hinc eſt, quod non poſſit quis vẽdere columnas aut trabes domus ſuæ, vbi corrueret domus. *l. ſenatus ff. de contrah. empt.* Nec valet legatum earum, ſed debetur æſtimatio. *l. cætera.* §. *& quod ſi quis. ff. de legat.* 1. Nec domus legari poſſet, vt deſtruatur, vt dicit Marcianus *in l. filius familias.* §. *ædes. ff. de legat.* 1.

Sextum erit ad eliciendum ex prædictis duo ſingularia. Primum eſt; quod nõ poteſt quis de bonis & rebus ſuis diſponere, quarũ eſt dominus & poſſeſſor *d. l. ſenatus. & l. cætera contra l. nemo. C. de Iudæis. & l. in re mandata. C. mandati.* Secundum vero eſt; quod quis pro ſua re, ſeu materia alieno ædificio appoſita &

ſita & iuncta, licet dominus exiſtat, agere nõ poſſit, ſeu eam vendicare, vt de ædificio tollatur & ſibi reſtituatur; ſiue ſint fuſtes ſiue lapides, aut alia quæcunque materia ad ædificandum apta. tex. *eſt in §. cum in ſuo ſolo, Inſtit. de rer. diuiſ.* & hoc, ne ædificia reſcindi neceſſe ſit, vt ibi dicit tex. & ſic ne vrbs deformetur ruinis. Prętereà, ne ruina damnificet vicinos, aut tranſeuntes per vicos, & cogi poteſt dominus ruinæ, ſc. imminẽtis vicinis, de damno infecto cauere, *vt ff. de dam. infect. per tot.* & cæteris; de damno ſuæ perſonæ, ne ruina offendantur. Et quod plus eſt, hoc fieri poteſt ad Syndici ciuitatis, ſeu villę requeſtã, cuius etiam intereſt poſſe ſecure per vicos & itinera commeari. *l. 1. §. ſumma cum vtilitate. ff. de his, qui deiec. vel effud.* & text. optimus *in l. ad curatoris. ff. de dam. infect.* vbi dicit: *Ad curatoris Reipublicæ officium ſpectat, vt diruta domus à domino extruantur.* Imo dicit text. *in l. ſingularum vrbium. C. de ædific. priuat. & in l. præſes prouinciæ inſpectis. ff. de off. præſid.* quod propter decorem ciuitatis, poſſit Rector curiales cogere de nouo ædificare, non curiales vero, tantùm ad reædificationem antiquarum, non taliter deſtructarum arctantur. Et quomodo poſſit cogere priuatos, vide Luc. de Pen. *in l. 2. col. 2. C. de metatis li. 12.* & ample per Guil. Bened. *in ſua repet. c. Rayn. in ver. domum. nu. 14. & 16. Extra de teſta.*

Septimum; licet priuatus in ciuitate non poſſit cogi (vt ſupra dictum eſt) de nouo ædificare domum, tamen antiquas reparare cogi poteſt: verum quilibet ad ſimplicem reparationem tenetur. *l. ſingularium vrbiũ, ſupra alleg.* Adeo vt ſi domus ſit duorum, poſſet condominus inſolidum conueniri ratione periculi ruinæ, & ſolus condemnari. Et quomodo poſſit cogi ſocius ad reparãdum, vide per dictos Doct. *in præalleg. loc.* vbi etiam ipſe Gu. Bened. ſicut laudat, & magnificat nouam editionem, & reparationem domorum, & ædificiorum, quã dicit eſſe pium opus, ita per plura reprehendit deſtructionem illorum, licet ibi ponat caſus, in quib. poſſint confiſcari aut deſtrui, de quo etiam aliquid per Luc. de Pen. *in l. vn. Cod. ſi curialis, relicta ciuitate, &c. li. 10.*

Octauum eſt; quod vnicuiq; neceſſaria ſit vna domus & honeſta, in ſui tutiſſimum refugium, atq; receptaculum, verba ſunt *l. plerique. ff. de in ius voc.* vnde *Eccleſ. 29.* Initium vitæ hominis aqua, & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem: & quam domum nemo intrare poſſit contra ſuã voluntatem, ſub pœna iniuriarum. *§. ſed & lex Cornelia. Inſtit. de iniur.* Cum nõ liceat pompam rei familiaris pandi, ſeu detegi. text. *in l. 2. §. 1. in fin. C. quand. & quib. quart. pars deb. & c. li. 10.* Adeo quod domum alienam nemini licitum ſit authoritate propria ingredi, etiam cauſa perquirendi res ſuas, furto ſubtractas, vt eſt text. *in §. conceptum. verſic. ſed hæ actiones. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Niſi dominus domus eſſet perſona ſuſpecta de illo furto; ſecund. Ioann. Fabri *ibi.* Vel eſſet talis res, quæ animo ſeipſam prodidiſſet, vt ſeruus aſcriptitius, vxor, & filia. *l. requirendi.* vbi Cynus & Baldus *C. de ſer. fugit.* Dummodo fiat authoritate Iudicis, ne ſit cauſa maioris tumultus, ſi aliter fieret, vt eſt regula iuris, *in l. non eſt ſingulis. ff. de regul. iur.* Aut fieret inquiſitio ad vtilitatem publicam. ſecund. Bartol. *in d. l. plerique.* Et ſicut poteſt quis vnã domum habere, ita etiam duas, vel plures ſecũdum facultatem familiæ, ſtatum & conditionem: imo vrbicolis plures domos habere neceſſe eſt, alteram videlicet in rure, ob agriculturam vel peſtem, cum in vrbe ingruit, alterã autem in vrbe, quia beati qui habitant vrbes, miſeri caſtra ſequuntur, maxime tempore belli, de quo Virg. *in Bucolicis.*

Mantua væ miſeræ nimiũ vicina Cremonæ.

His prætactis, vt propoſito inſeruiamus, ſcribitur 3. *Reg. 7. cap.* Salomonem feciſſe ſibi Regiam candenti pauimento, triplici intus materia, Cedro, argento, & auro. Quod opus abſoluit tredecim annorum ſpatio. Domus etiam Cyri Medorum Regis fuit excellentiſſima, quam fabricauit Mennon, illigatis auro lapidibus. Virgil. *li. 7.* ſcribit, Domum Latini Regis centum columnis fuiſſe ſublimem, & Cedrinis auorum ſimulachris ornatam. P. Clodius, quem Nilo occidit, domum habuit ſeſtertiis 147. millibus emptã. M. Lepido viro

Digitized by Google

Conſulari & Q. Catuli collegæ, fuit olim domus omnium in vrbe pulcherrima: quæ tamen intra annos 35. centeſimum locum non obtinuit. Cicero non minoris, quinquaginta millibus aureis habitauit, quam pecuniam furto & rapina comparatam ſcripſit Saluſt. in ſua contra eum inuectiua. In M. Scauri villa incendio, bis millies ſeſtertiûm abſumptum legitur. Babyloniis laudi datum eſt (teſte Cælio *lib. antiq. lect. 5. ca. 12.*) quod in ædibus contignationum quatuor habitarent. Sicuti orator Ariſtides Romanos ex aſſertione dixit, maximas domos maximis impoſuiſſe domibus. Dionyſius tamen, in Panegyricorum ratione, tecta apud Babylonem ab Herodoto memorari ſcribit, contignationum quinque, aut ſex (vt eſt Lugduni.) Legi etiã quod Thebe Ægyptiaca, de qua ſupra: domos priuatas, vſque ad quartam & quintam contignationem, habuerit exſtructas. Martial. *in ſecundo ſuo Epigramm.* laudat Domitianum, quod ex vna Neronis domo plura ædificia publica, in ſolatium populi, cõſtruxerat. & ibi Nicolaus Perottus dicit, quod Nero incẽderit vrbem, vt vnam domum ædificaret: & iſtud diſtichõ de ea factum fuit.

Roma domus fiet, veteres migrate Quirites:
Si non, & Veios occupat iſta domus.

Plinius quoque de ea ſcribit: vidimus vrbem noſtram claudi duabus domibus, Caii, & Neronis Principum. Tradunt hanc domũ Neronis, à Palatio, ad Eſquilias vſq; protenſam fuiſſe: in veſtibulo eius coloſſus erat erectus, tanta erat latitudo eius, vt porticus milliarias haberet, & ſtagnum, maris inſtar, circumſeptum ędificiis, ad vrbis ſimilitudinem, præterea aruis, vineis, paſcuis, ſiluis ornata, cum multitudine omnis generis pecudum, & ferarum, reliqua pars auro ficta erat, gemmiſque, & vnionum conchis diſtincta. Cœnationes, eburneis tabulis laqueatæ, verſatilib. vt flores, & vnguenta deſuper ſpargerentur. Præcipua cœnationum rotunda, die noctuque, inſtar mundi circumagebatur, balneæ maribus, & albulis aquis fluebant: verũ illa domus tanto ſumptu, tantoque rerum omnium apparatu conſtructa fuit, vt ad eam peragendã, octo quingẽties ſeſtertiûm, id eſt, duodecies centena, & quinquaginta millia aureorum noſtrorum attribuerit; cum tamẽ nihil deeſſet operi; Habebat aues argenteas, quæ in modum cœli mouebantur: in ſolariis lapidem quendã ſphengitem, quo perpetuus dies illucebat; cum eam perfeciſſet, dixit (vt refert Suetonius) ſe iam quaſi hominem habitare cœpiſſe. Et hanc domum multũ extollit Text. *in ſua offic. in titu. alia opera & ædificia ſumptuoſa & magn.* & etiã Budæus *in tract. de Aſſe. li. 3.* Hanc luxuriã notat Mart. *in d. ſuo 2. Epigramm.* in laudem Domitiani: mos enim veterum fuit, in laudem viuentium Principum, defunctos iam Principes damnare, quo viui admonerentur, nullum locum, nullum eſſe tempus, quo defunctorum Principum manes (ſi mali fuiſſent) à poſterorum execrationibus conquieſcerent, ſicq; è vitiis retraherentur. Merito præterea laudari videntur viuentes Principes, ſi pariter mortui reprehendantur. Nam cum de malo principe poſteri tacent, manifeſtum eſt, timeri præſentẽ, quod eadem faciat. Ad hæc damnare priores, nihil aliud eſt quam hortari præſentem, vt corruptos longa conſuetudine, ac deprauatos mores reformet, & corrigat. Poſtremo, (vt inquit Plinius) nihil non parũ grate ſine cõparatione laudatur: hęc Perottus, *vbi ſupr.*

Bud. *in tract. de Aſſe. li. 3.* ponit excellentiã & magnificentiam domorum, ſeu ædiũ Romanorum, vbi laudat domum Lepidi Craſſi, & Ciceronis: & ibi memorat, de inuectiua oratione Saluſtii in Ciceronem; vnde tãta bona acquiſiuiſſet, niſi ex rapina, propterea & his temporibus multi theſaurarii ſeu quæſtores ærarii Franciæ taxati ſunt. Nam habito reſpectu ad eorum facultates antiquas, & acquiſitas, nec nõ ad eorum ſalaria, fuit æſtimatum, quantum pecuniarum ex ærario Regio, ex rapina, ſeu potius mala inuerſione, ſubtrahere potuerint, & ſuper his tantum, aut plus, aut minus, ex æquo & bono commiſſariorũ, in pœnam ſeu emendam, aut verius, reſtitutionem ab iis exactum fuit. Et ex dictis Budęi *in loco ante citato,* conſtat, Ciceronem multa ex literatura acquiſiuiſſe; verũ multo maiora acquiſi-

Digitized by Google

acquiſiuit quondam Nicol. Rolim, Cancel. Burg. ciuis noſter, qui multas domos excellẽtiſſimas conſtrui fecit, tam in Burg. vt Diuionæ, Cabilonæ, Caſtilionæ, Belnæ, & Heduæ; quam in Flandria. Et ſuis poſteris 25. villas, in quibus erant caſtra ampliſſima & ſuperba, cũ 25. millib. li. Turonen. reditus annui reliquit, quæ omnia ex induſtria, literatura, & ſcientia ſibi comparauerat, ſub ducib. Burgundiæ, ſub quib. Cancellarius extitit. Et (vt fertur) cum ſemel corã duce, ab æmulis taxaretur, de huiuſmodi exceſſiuis acquiſitionibus, & ampliſſimis poſſeſſionibus, rationẽ ſuæ villicarionis maxima cum laude reddidit: ita vt nihil ex rapina, & furto acquiſiuiſſe, ſe purgauerit, ſed omnia ſciẽte principe, & ex eius volũtate, & mandato accepiſſe. Nec credo aliũ à Cicerone fuiſſe, qui tãtũ ex literatura acquiſiuerit.

Non omnino diſconueniret hic inſerere, excellentiam domorum aquaticarũ, quæ naues dicuntur. Sed quia Budæus ample ponit *in d. tract. de Aſſe. li. 5.* excellentiam, & magnitudinem aliquarum nauium, vbi laudat nauem Philadelphi, Ptolemæi, Philopatris, & naues duas, à Demetrio Antigoni factas, etiã nauem frumentariam Hieronis. Inter tamen omnes naues, quæ vnquam fuerunt, & erũt, laudanda eſt illa, quæ dicitur Arca Noe, cuius longitudo fuit 300. cubitorum. 50. cubitorũ latitudo. & 30. cubitorum altitudo, vt ſcribitur *Geneſ. 6.* & de eius excellentia etiam meminit Laziardus *in ſuis Epitoma. vtilis hiſtor. c. 11.* vbi dicit, quomodo eam fabricatam fuiſſe tradant catholici Doctores. His diebus facta eſt mirabilis & excellens nauis, per Regẽ noſtrum Franciſcum I. quæ fuit facta in Normania, cuius conſtructione maior pars ſiluarum illius patriæ exciſa eſt.

Sunt & aliæ tres domus, ſcil. conſcientiæ, familiæ, & ſepulturæ, quas ponit Ant. Flor. *in ſua ſum. in 3. par. titu. 10. c. 1. 3. & 3.* de domo ſepulturæ dixi ſupra *in 2. par.*

Idem etiam Ant. Flor. *in d. c. in princ.* ponit aliam domum, quæ eſt principalis & excellẽtior aliis, & eſt domus domini, de qua habetur *Pſalm. 121.* Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi; in domum Domini ibimus. Principalis enim, quia domini eſt, & quia ab ipſo ædificata, & præparata; & noſtra, quia propter nos ordinata, vt in ea ſemper cum eo habitemus, eſt domus ſempiternæ gloriæ, de qua ipſe Pſalmiſta in alio Pſal. ſc. 25. ait: *Domine dilexi decorem domus tuæ*, id eſt, locum habitationis gloriæ tuæ. De hac domo Ieſus ait, *Ioan. 14.* In domo patris meæ multæ manſiones ſunt, quia etſi vnum præmium beatitudinis, multæ tamen differentiæ præmiorũ, ſicut & hic meritorũ. Quia, vt dicitur *1. ad Cor. 15.* ſtella differt à ſtella in claritate, cuius nobilitatem magnificentiam Baruch admirãs, ait: *O Iſrael, quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius! magnus, & non habens finem, excelſus, & immenſus. Magna eſt domus gloria ſuperna, & locus poſſeſſionis eius*, Magnus latitudine claritatis, quia cõplectitur omnia bona! *Pſ. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ ſc. habitantes in ea.* Magnus longitudine perpetuitatis, quia non habens conſummationem, id eſt, finem. *Pſ. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabũt. Luc. 1. Regnabit ſc. Chriſtus, in domo Iacob in æternum, ſc. in eccleſia triumphante.* Magnus ſecũdum altitudinem dignitatis, quia excelſus. *Apoſto. 2. ad Cor. 5. Si terreſtris domus noſtra diſſoluitur, habemus domum non manufactam, æternam in cœlis, in qua ſunt omnes in maxima dignitate, & poteſtate.* Hæc ille.

Plut. *in ſeptem Sapientũ ſympoſio* (teſte Cælio *lib. antiq. lect. 6. cap. 25.*) hos ſcripſit ſermones; Quænam maxime felix domus foret: in eo, velut in Symbolum, quiſque quod ſentiret, protulit. Ac princeps Solon optimã ſibi domum videri pronunciauit, in qua pecuniæ forent bono comparatæ modo, nec earum cuſtodes haberentur infidi, nec erogatis ſubſequeretur pœnitentia. Bias, eam cenſuit optimam, in qua per ſe dominus exiſtat talis, cuiuſmodi extra eſt, ex lege. Tales vero, vbi otio pingui domino perfrui licet. Cleobolus, ſi plures multo ſint, qui dominum ament, quam qui reformident. Pittacus eam prætulit, quæ tum neceſſariis, tum redundantibus ſuperflueret. Chilon, adminiſtrationi regiæ domum oportere eſſe ſimilẽ ſtatuit:

Digitized by Google

nam Lycurgum ferunt, cum ſubmonuiſſet quiſpiam, vt Democratiam induceret, intuliſſe, vt prius in domo ipſe eam conſtitueret.

SEptuageſimatertia conſideratio ad laudē, & excellentiam quarundam Bibliothecarum fit. Inprimis Gordianus Imperator, cum eruditus vir eſſet, Bibliothecam maximam extruxit, in qua ſexaginta duo millia voluminum collocauit. Tyramnion Grammaticus, qui floruit ætate Magni Pompeii, ſuper tria librorum millia poſſedit. Plutarchus in Antonio ſcribit, Pergamenas Bibliothecas habuiſſe ducenta librorum millia. Fertur Ptolemæum ſecundum, Ægypti Regem, Bibliothecam omnium pulcherrimam congregaſſe, & in toto orbe terrarum nominatiſſimam conſtruxiſſe, quæ vſque ad primum Alexandrinum cum Romanis bellum, perdurauit, teſte Philippo Bergomate *in ſuo ſupplemento Chronic. libr.* 7. & idem *lib.* 14. extollit Bibliothecam Io. Galeatii Vicecomitis Ducis Mediolanenſis, quam Papiæ condidit, & in qua ingentem librorum copiam contraxit. Budęus, *in ſuo tract. de Aſſ. li.* 2. multum laudat poſt Plutar. Bibliothecam Luculli.

Ludouicus XII. Rex Franciæ, Bleſis, oppido ſuæ natiuitatis, pulcherrimam conſtruxit, & ibi magnam librorum, præcipue in hiſtoriis, copiam coaceruauit.

Apud Aurelianos, alia fuit excellens & nominatiſſima; hodie Pariſiis duæ extāt, mirum in modum libris refertæ, præcipue in Theologia, quarum vna in Collegio Regio, quod dicunt Nauarræ, altera vero in Monaſterio ſancti Victoris collocatur.

Alphonſus Aragonum & Siciliæ Rex laudatus eſt, quod bibliothecam in omni facultate, & omni lingua permaximam & ornatiſſimam ſibi acquiſiuerit, & iam quinquagenarius præceptori ſe ſubmiſerit, ne loquendi vſu careret. Adrianus Romanorum Imperator, Romanis, & etiam Athenienſib. bibliothecam permagnificam atque inſignem conſtruxit. Bibliothecæ, teſte Victruuio, ſpectare debent ad orientem, tum quia vſus matutinum poſtulat lumen, tum, quia in his libri ac tabulæ non putreſcunt. Etenim quæcunque ad meridiem & occidentem ſpectant, tineis, & humore libros vitiant, atque membranas: quoniam veluti humidi, aduenietes procreant eas, & alunt, fundenteſq; humidos ſpiritus, pallore volumina corrumpunt.

Quomodo imagines virorum literatorum ad eorum memoriam & decorem in bibliothecis olim appoſuerunt plures Reges Alexandriæ, & Pergami, & plures Romani, vide Plinium *lib.* 35. *c.* 2. & Blondum *lib.* 8. *de Roma triumphante.* Et de laude Bibliothecarum etiam ſcripſit Fr. Patritius *in lib. de inſtit. Reipub. lib.* 8. *titu.* 15. eas commendans à comparatione. Sic enim ait: *Etſi certaminum victores magnos honores meruerunt, vt in conuentu ſtantes palma & corona decorarentur, & redeuntes in propriam patriam, quaſi victoria triumphantes quadrigis inueherentur, & veſte publica perpetuoque victu alerentur, quanto magis efferendi ſunt viri doctiſſimi, qui diſciplina & moribus Rempublicā adiuuant, & ſcriptis ſuis ea omnia memoriæ commendant: quæ poſteris ſeculis profutura ſint?* Porro, ex antiquis bibliopolis vnicus fere Triphon celebrabatur. Hunc Martialis *lib.* 4. Non habeo, ſed habet bibliopola Triphon. Strabo *lib.* 13. *Geographiæ*, ſcribit Ariſtotelem omnium primum Bibliothecam inſtituiſſe. Et Plinius *libr.* 35. teſtatur Aſinium Pollionem primam Romæ bibliothecam feciſſe, vt refert Polydorus *de inuentorib. rerum, li.* 2. *c.* 7. vbi etiam ponit, qui primos libros ediderint, & quod olim in vrbe Roma fuerint bibliothecæ numero 18. ſcribitur *in opuſculo de mirabilib. vrbis Romæ, in* 2. *libro, & in* 3. quæ nunc extant.

Quia hic incidit mentio de bibliotheca, in qua reponuntur volumina, idcirco definitionem libri addo, quæ eſt talis, ſecundum Lu. de Pen. *in rub. de nauiculariis ſeu naucleriis, li.* 11. qui dicit: *Liber eſt lumen cordis, & ſpeculum corporis, virtutum repertorium, vitiorum cōfuſorium, corona prudentum, diadema ſapientū, honorificentia Doctorum, clarificentia rectorum, comes itineris, domeſticus fidelis, ſocius colloquentis, collega præcidentis, vas plenum ſapiētiæ, via recta eloquentiæ, hortus plenus fructibus, pratum fluens floribus, mare ſine fluctibus, princi-*

Digitized by Google

principium intelligentia, fundamentum memoriæ, hoſtis obliuionis, amicus recordationis, vocatus properat, iuſſusq; feſtinat, rogatus reſpondens, fideliter obediens cõtra fortunas victor, atque verus tui ductor, hortus concluſus, & fons ſignatus, puteus aquæ viuæ, paradiſus abſq; ruina, ædificans te gnarum ſi reperit ignarum, nunquam patitur faſtidium, & ſi graues eum nimium, arcana reuelans, & obſcura clarificans. Neceſt incoguemens ſcire, quæ volumina ſint excellentiora, an antiqua, an noua: & licet nonnunquã nouitas male negligat, quod bene ſtatuit vetuſtatis authoritas veneranda, *2. queſt. 6. c. anteriorum. verſ. illud. & in Auth. vt ordinaria præfectura vrbanæ, &c. in princip. coll.* 5. Tamen dicit Speculator *in ſuo procemio*, quod volumini ſuo nouo cedant volumina antiquorum, iuxta illud: *Recedant vetera de ore veſtro, quia Deus ſcientiarum Dominus eſt*, *1. Reg. cap. 2.* Vnde dicit Imperator: *Vetuſtatem renouamus. vt in Auth. de adminiſtratorib. circa princ. col.* 7. quibus licet reuerentia debeatur, vt *in c. priſcis. in pr. 55. diſt. ff. de iur. immun. l. ſemper. & in c. quanto. Extra de trãſact. & 9. qu. 3. c. conqueſtus. & 25. qu. 1. c. contra.* tamen fides eis in pluribus non habetur. Nam ſecundum varietatem temporum, iura variantur humana, vt *in cap. non debet. de conſan. & affin. ca. recurrat. verſi. his ita. 32. qu. 3.* Sæpe enim pro neceſſitate, vel vtilitate mutilantur & laxantur canonica præcepta, vt *ca. etſi illa. 1. q. 7.* & quod paulatim labitur, conuenit renouari, vt *in Auth. de quæſtore. circa princ. coll. 6.* & nihil plene in ſemetipſo manet, ſed currit natura multas euoluens mutationes, quas neque præuidere facile eſt, neq; prædicere, vt *in Auth. vt omnes obedi. iudicib. prouinciar. §. ſi vero. verſ. ſi vero arripiat, collat. 5.* Et nihil eſt, quod mutabilitatem non ſentiat, vt *in Auth. de non alien. aut permut. §. nos igitur, alias in §. vbi autem lex. colla. 3. & 89. diſtinct. ca. ad hoc, de conſecr. diſtinct. 5. c. ne tales. prope finem.* Sed & ſemper opere vacante, conſonæ cauſis leges ponuntur, cum ſemper inopinabiles emergant, quas antiquitas non agnouit, vt *in Auth. vt defuncti, ſeu funera eor. non iniur. in princ. colla. 5.* Nec erubeſcat antiquitas, ſi quid melius horum, quæ ipſa tradidit, nouitas adinuenit, vt *in Auth. de nupt. §. maioris. coll. 4. & argum. 96. diſtinct. c. eſto. in fin.* Nam paulatim hæc per eruditionem ad melius accedunt, vt *in Auth. de monachis. §. fin. verſi. oportet. collat. 1.* Et omne artificium per exercitiũ ſuſcepit incrementum. *l. legat. ſeruis. §. ornatricibus. ff. de legat. 3. & l. milites. 2. C. de re militari. lib. 12.* Sed & antiquorum quidã vino inebriati ſunt, *ca. vino. 37. diſtinct.* quia non plenam notitiam Scripturarum habuerunt, vt *Extra de ſacra vnctio. ca. 1. §. fin.* ita dicit Spec. *in d. ſuo proœm. col. 9. verſic. huic ergo claritatis ſpeculo.* Antiquitas tamen in multis defertur & præfertur iuuẽtuti, de quibus ſupra *in part. præced. conſid. 17.*

SEptuageſimaquarta cõſideratio de excellentia Pyramidum contexitur. Pyramides enim tam altæ in Ægypto traduntur fuiſſe, vt magna omnium admiratio fuerit, qua ratione in tantam altitudinem ſubuecta ſint cemẽta. Vnam ex eis, quæ ab Arabicis lapicidinis conſtabat à 360. hominum millibus, annorum 20. ſpacio conſtructam prodiderunt, & in raphanos, alliũ & cæpas, quibus operarii veſcerentur, mille octingenta talenta erogata. Neq; aliam ædificãdarum Pyramidum rationẽ fuiſſe, quam Regum Ægypti in erogandis pecuniis ſtultam oſtentationem. Siue ne pecuniam ſucceſſoribus relinquendo inſidiandi ſibi cauſam præberent; ſeu, ne plebs eſſet otioſa. Aut ad vſum ſepulchri. Earum vna ſaxo naturali fuit elaborata, & rubrica, cuius ambitus per frontem centum duos pedes colligebat, longitudo erat 143 pedum, altitudo ſexaginta duorum. Tres aliæ fuerũt 78 annis, & menſibus 4. factæ. Omnium ampliſſima continebat octo ſoli iugera, quatuor angulorum paribus interuallis per 882 pedes. Singulorum laterum altitudo pedes 25. Secundæ ſingula interualla per 4 angulos pares 737 pedes comprehendebãt. Tertia erat minor prædictis, ſed multo ſpectatior, Æthiopicis conſurgens lapidib. trecentis ſexagintatribus pedibus inter angulos. Omnium minimã fecit Rhodope meretricula, Æſopi fabulatoris conſerua, diuitiis illis, quas me-

retricio quæſtu ſibi cõparauerat. Scribit Herodotus in Euterpe, Cleopen Ægypti Regem feciſſe pyramidem ex Arabicis lapidib. cuius longitudo erat quinque ſtadiorum, latitudo decem paſſuum, altitudo octo paſſuum, in qua decem annos fuiſſe cõſumptos memorat. Fecit & aliam viginti annis abſolutam, in qua tantum profudit pecuniæ, vt nimio ſumptu attritus, filiam, quam habebat formoſiſſimã, coactus ſit proſtituere. Ea eſt, in qua centum octuaginta talenta in cæpis & raphanis erogata prædiximus, quibus artifices vtebantur in extruenda earum vna. Quo argumento coniectare eſt, quanta quæque prodigioſa fuerit aliarum rerum impenſa, & iſta magnificentiſſima omnium pyramidum fuit. Inter prædictas tres duæ inter ſeptem orbis ſpectacula numerantur, de quibus miraculis meminit F. Patritius *in ſuo lib. de inſtitut. Reipubl. tit.* 9. Et Cælius *antiqu. lect. lib.* 12. *cap.* 38. Pyramides autem ſunt ſtructuræ & moles lapideæ maximæ, ita constructæ, vt è lato in acutum tendant, qualis in hac ciuitate Hedua extat, altitudinis 30 cubitorum.

Subſequenti ordine de Obeliſcis tractandum eſt, qui vocantur ſtructuræ minores pyramidibus, deorſum verſum ſpecie quadrata, in anguſtum verticem deſinentes, & paulatim gracileſcentes. Ægypti Reges quatuor fecerunt Obeliſcos 480 cubitorum longitudine. Ramiſes Rex Ægypti, cuius ætate captum eſt Ilium, Obeliſcum fecit quadraginta cubitorum, & alium longitudine vndecenis pedibus, per latera cubitis quatuor, quem feciſſe dicuntur viginti hominum millia. Cuius operis admiratione factum eſt, vt cum Syenem oppidum expugnaret Cambyſes Rex, ventumq; eſſet incendio ad crepidines Obeliſci, extingui ignem iuberet molis reuerentia. Obeliſcum poſuit Phius 48 cubitorum. Ptolemæus vnum Alexandriæ 80 cubitorum. Fuerunt plures alii, quos volens omitto, de quibus Plinius *libr.* 36. *cap.* 9. 10. & 11. Et Blondus *de Roma inſtaurata, lib.* 1. vbi etiam ſcribit formam & figuram. Qui vero primùm Obeliſcos fecerint, vide Polydor. *de inuentor. rer. lib.* 3. *c.* 11.

De Labyrinthis etiã loquamur. Nam ſcribit Franc. Patritius *in lib.* 1. *de inſtitut. Reipubl. tit.* 9. Dædalum architecturæ inuentorem ſecundum aliquos, qui in Creta regnante Minoe, Labyrinthum miro gyrorum ordine ædificauit, ad eius ſimilitudinem, quem diu ante Miris, à nonnullis Miro appellatus, Ægyptiorum Rex pro ſepulchro ſibi opulentiſſimo conſtruxit, quod etiam Labyrinthi nomine nuncupauit. Cuius quidem aditus ingredientibus facilis erat, exitus autem perdifficilis viarum perplexitate, niſi beneficio ducis itineris peritiſſimi. Virg. *lib.* 6.

Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Plinius *lib.* 36. *cap.* 13. dicit, quatuor fuiſſe Labyrinthos primùm in Creta, ſecundũ Ægyptium, tertium in Lemno, & quartum in Italia, de quibus Textor ample ſcribit *in ſua officina. cap. inter alia opera, &c.* De primis Labyrinthorum Pyramidumq; authorib. & quæ eſſet eas conſtruendi cauſa, ſcribit Polydorus *de inuentor. rer. lib.* 3. *c.* 10.

SEptuageſima quinta cõſideratio de ſepulchris ſubnectitur, quæ ad gloriã mortuorum orta ſunt, vt qui iam defecerant, viuere viderentur. Nam legitur, quod Arthemiſia Regina Cariæ, Mauſolo marito mortuo, ſepulchrum erexerit inter orbis miracula annumeratum, cuius altitudo attollebatur 25 cubitis. Cingebatur columnis 35, patebat ab Auſtro ad Septentrionem 63 pedes, toto circuitu continebat pedes 411. Ipſum ab Occidente cælauit Scopas, à Septentrione Bryax, à Meridie Timotheus, ab Occaſu Leocares. Regina opere nondum abſoluto cõceſſit fatis. Artifices tamen non receſſerunt, niſi eo conſummato. Ab hoc ſepulchro omnia Regum & Imperatorum monumenta, quæ pretioſa ſunt, vocantur Mauſolea. De hoc Propertius *lib.* 3.

Nec Mauſolei diues fortuna ſepulchri,
Mortis ab extrema conditione vacat.

Martialis *lib.* 1.

Aere nec vacuo pendentia Mauſolea,
Laudibus immodicis Cares ad aſtra ferant.

Semiramidem Orientis Reginam, & mulierum

Digitized by Google

ſtrum omnium longe celeberrimā, quamq; cum Cyro præcipue admiratus Alexander fertur, quod in illis & magnitudo animi, & rerum claritas plurima emicuiſſet, legimus, cum ſibi iam magno conatu monumentum, in quo perfuncta humanis recōderetur, ſtrueret, inſcriptionem eiuſmodi exſculpendam curaſſe. Quicunque ex Regibus pecuniæ inopiam ſenſerit, conditorio recluſo ſumat inde, quicquid viſum fuerit. Id cum perlegiſſet Darius, vt qui auri foret auidior, ſepulchrum iuſſit recludi: ſed in eo pecuniam quidem inuenit nullam, in ea autem incidit in literas: *Ni malus vir fores, & pecuniæ inſatiabilis, non vtique mortuorum loculos moueres.* hæc Cælius *lib. antiquarum lection. 11. cap. 37.* Et Philippus Bergomen. poſt Plutarch. *lib. 3. ſui ſupplement. Chronic.* De ſepulchro Auguſtorum, & aliis memorandis ſepulchris, quæ Romæ viſuntur, vide *in Opuſculo de vrbis Romæ mirabilib. libr. 2. & 3.* Dicit tamen idem Cælius *libr. 9. ſuarum antiqu. lect. cap. 36.* Quod propter ſepulchra, quæ in Ceramico videbantur, ſancitum lege fuerit, ne quis ſepulchrum faceret operoſius, quam quod decem homines effecerint triduo, neue Hermas liceret imponere, nec mortui laudem in publicis ſepulturis, nec per alium, quam per eum, qui publice ad eam rem conſtitutus foret, dici licebat. Sed poſt deuentum eſt ad magnificentiam ſepulchrorum more Romanorum, vt ibi declamat de multis, quæ fuerunt multum excellentia.

Non eſt omittenda deſcriptio ſancti ſepulchri, cum prophetizatum fuerit illud eſſe glorioſum, vt habetur *Eſaiæ* 10. &, vt dicit Bartholomæus de Saligniaco *in ſuo itinerario terræ ſanctæ, in cap. 6. tom. 7.* diſtat pedib. centum & nouem à loco crucis Chriſti: deſcenditur enim à loco crucis Chriſti ad ſuperficiem pauimenti Eccleſiæ ſpacio pedum viginti nouem, quod reſultat ex decem & octo gradibus, & à principio pauimenti vſque ad ſepulchrum, ſpacium eſt pedum octoginta. Et eſt diſpoſitio loci dominicæ ſepulturæ talis. In media templi area ſtant duæ domunculæ, ſiue criptæ. Sunt enim è rupe cauata interius, exterius parietibus marmore incruſtatis, tecto rudi iuxta naturam rupis exterius manentis. Hoc ſepulchrum eſt ſeptem pedibus longum, octo palmis altum, à pauimēto ex marmore candido atque lucente. Huius ſepulchri eſt templum glorioſiſſimum, quod ſicut ſingulari gloria eſt à Deo clarificatum, ita ſumptuoſiſſime & pulcherrime à principibus Chriſtianis conſtructum, ornatū atque ditatum, & plurimarum nationum fidei Chriſtianæ officiis ſanctis, die noctuque frequentatur. Eſt enim hoc templum miræ altitudinis & amplitudinis, plurima loca ſancta includens, & ab vtriſque lateribus multis ſacellis diſtinctum innititur columnis marmoreis ſeptuaginta tribus, ſingulis ſupra baſim triginta pedum altitudine eleuatis, in teſtudine artificioſæ picturæ miraculorum varietate viſuntur. Porro in teſtudinis medio, ſuper Domini Ieſu glorioſum ſepulchrū late patet apertura rotunda, miri vt dicitur effectus. Nam alii perhibent rotido cœlo per hanc aperturam dulciſſimum Manna ſuper Chriſti ſepulchrum ſæpe pluiſſe. Alii affirmant ignem cœleſtem miniſterio angelorum per hanc deſcendere ſolitum, à quo ſancti ſepulchri lampades fuerunt accenſæ, iuxta propheticum: *Cadet de cœlo ſuper vos globus ignis, à quo illuminabimini.* Verum, hæc actis temporibus, ob ſcelera pſeudochriſtianorum Piſanorum ad glorioſum ſepulchrum perpetrata, ceſſauere, vt in antiquis geſtis cœnobii montis Syon, vetuſtis libris repertū eſt, vt refert idem Bartholomæus *loco prædicto, cap. 7.* Aperturam hanc multi Principes pio zelo ducti, ſæpe clauſerunt argenteis, vel aureis laminis, ſed altero die ſolito more patuit, remotis laminis angelico miniſterio. Quoniam prophetatum erat, vt dictum eſt: & erit ſepulchrum eius glorioſum. De pluribus aliis excellentiis huius ſancti ſepulchri vide ibidem. Verum *in eodem libr. cap. 1. tom. 9.* idem Barthol. ponit de ſepulchro Ioſeph, ſepulchro Zachariæ Prophetæ, & de ſepulchro virginis Mariæ, quod eſt inſtar, vt dicit, ſepulchri Chriſti per omnia factum, niſi quod ſepta ipſius ſepulchri duabus ianuis pateant

vtrinque, & eſt marmoreum, ſumme venerabile Anglis, Turcis perfidis, & Saracenis: & ibi prope eſt ſepulchrum diuæ Annæ eius matris. Et *in c.ſeq.* fit mentio de ſepulchro Ioſaphat Regis Iuda, pulchra pyramide inſignito. Et *in c.4. eiuſdem tomi*, dicitur, quod ſepulchrum Lazari, qui fuit à Chriſto ſuſcitatus, eſt marmoreis lapidibus coopertum, & perſimile ſepulchro ſancto, & virginis glorioſæ. Et in hac ciuitate Hedua, in Eccleſia ipſius diui Lazari poſt altare maius, eſt etiam aliud ſepulchrum ſanctum Lazaro dicatum ex marmore conditum, & ita elegans, vt nullum ſimile in noſtra Gallia reperiatur: vbi reliquiæ ipſius à Gerardo Epiſcopo Heduenſe è Maſſilia allatæ diu repoſitæ fuerunt.

Omitto plura alia ſepulchra magnificentiſſima, vt eſt ſepulchrũ diui Auguſt. ex candidiſſimo marmore mira celebritate ſtructũ Papiæ, in cœnobio fratrum Heremitarum, quod etiam aſpectum quendam pulcherrimum præbet. Etiam ſepulchra Regum Franciæ, quæ in cœnobio S. Dionyſii Frãciæ, prope Pariſium (vbi eſt communis ſepultura ipſorum Regum) ſparſim mire condita ſunt. Sed excellentiora ſunt in cœnobio Carthuſienſium prope Diuionem, vbi Duces Burgundiæ olim inhumabantur. Ita in ciuitate Bituricenſi, in capella Ducum Biturigum, vidi ſepulchrum Ducis excellens & diues. Et in ciuitate Nanetenſi, vbi Duces Britonum ornatiſſime ſepeliuntur. Et in oppido Souigniaci, in prioratu ordinis Cluniacenſis, non multum longe ab vrbe de Molinis, ſepulchra Ducum Borboniorum laborioſe ſtructa cernuntur. De multis ſepulchris Sanctorũ ponit Gregor. Turonenſ. in ſuo libr. in gloriam confeſſorum, vbi inter cætera ponit de ſepulchro Hilarionis ſenatoris Diuionenſ. de quo alibi dixi.

Et qualiter olim bruta & alia animalia honorata fuerint ſepulchris aut ſtatuis, ſcribit Text. *in ſua officina, in c. bruta, aliaq́ animalia, &c. & in c. praeced.* vide de vario inhumãdi ritu apud diuerſas gentes, quod etiam vide in Polydoro *de inuentorib. rerum, libr.3.c.10.* Aduerte tamen, quod, licet gloſſ. *in l. quicunque, in verb. libitinarius. ff. de inſtitu. action.* dicat, quod feretrum ſit ſepulchrum plebeiorum & damnatorum, tamen etiam ponitur pro ſepulchro potentum, vt habetur 2. *Reg.3.* quod Dauid ſequebatur feretrum Abneri.

SEptuageſimaſexta conſideratio erit, cum circa domos, vt cõmuniter videmus, ſunt horti adiacentes, vt facit textus *in l. prædiis. §. balnea ff. de legat.3.* circa excellentiam & laudem hortorum verſatur. Pheacum enim regio (cuius rex fuit Alcinous) hortos habuit tãta pomorum varietate nobiles, vt præmaturis primis noua ſtatim renaſcerentur, quæ cũ magno ſtudio coleret Rex eius loci, Deus hortorum creditus eſt. Statius *lib.1. ſyluarum.*

Qui bifer Alcinoi laudem pomaria, voſq;
Qui nunquam vacui prodiſtis in area rami?

Mantuanus:

Alcinoi ſyluas canit, & Pheacia poma.

Ouidius *lib.3.*

Proxima Pheacum felicibus obſita pomis
Rura petunt.

Iuuenal. *Satyr.5.*

illa iubebit
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore,
Qualia perpetuus Pheacum autumnus habebat.

Propertius:

Nec mea Pheacas æquãt pomaria ſyluas.

Epicurus, teſte Plinio *lib.18.c.4.* primus omnium hortos Athenis inſtituit, cum antea ruri tantum haberentur, non in vrbib. Hinc Epicurus hortorum magiſter appellatur. Laertius refert Epicuri ſcholam fuiſſe in horto.

Propertius *lib.3.*

Illic vel ſtudiis animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis, docte Epicure, tuis.

De quo meminit Blondus *lib. 8. de Roma triumphante.* Sed & penſiles Babylonis hortos plerique laudant, & inter orbis ſpectacula admittunt, ſiue illos fecerit Rex Cyrus, ſiue Semiramis, vt refert Cælius *lib.18.c.38. in fine.* Lucanus hortos habuit cultiſſimos, in quibus ſepultus eſt. Mecœnas quoque hortos habuit Romæ pulcherrimos in Eſquiliis, ad quos

ad quos propter amœnitatem loci plerunq; diuertebat Octauius. Syria etiam fuit in hortis operoſiſſima, authore Plinio. Inde quoque eſt prouerbium Græcis: *Multa Syrorum olera.* In Italia, & præcipue in regno Neapolitano ſunt horti excellentes. Etiam aliàs vidi Papienſes multum inſudare in colendis & elaborandis hortis, & ex eorum fructibus multas pecunias colligebāt. Pariſienſes quoque hortos habent fertiliſſimos, circa quorū cultum multum verſantur: vnde ex illis non modicos reditus percipiunt. Fuit excellentiſſimus hortus Molinis tempore Annæ de Francia, filiæ Regis Ludouici XI. Francorum Regis. & Duciſſæ Borbonii.

Hortus vero Balſami, etiam inter hortos excellētior. Erat enim in cacumine montis, vbi interfectus eſt Saul, & nullo alio loco balſamum naſcebatur. Cæterum tempore magni Herodis, Cleopatra Regina Ægyptia, fauente Antonio marito, ſed inuidente Herode, hortum balſami transtulit in Babyloniam Ægypti, vbi pretioſiſſimarum arborum hortus delicioſus colitur à Chriſtianis ſolis, rigaturque aqua fontis, in quo fama eſt, virginem glorioſam ſæpe lauiſſe infantulum Ieſum, cum degeret in terra Ægypti. Sunt tamen adhuc ſurculi quidam balſami in monte Engaddi, ſed nullius cultus, nullius prouentus. Sic miro modo Deus ſe vlciſcitur de peccatoribus, vt; quoniam Herodes olim horti Balſami poſſeſſor Ieſum puerum perſequebatur, Ieſus fugiens in Ægyptum poſt ſe traxit Balſami hortum. Eſt autem hic hortus in Ægypto inter Heliopolim & Babylonem, habens in longitudine duos ictus arcus, in latitudine iactum lapidis, terræ fere albæ: hæc dicit Barthol. de Saligniaco *in itinerario terræ ſanctæ, cap. 7. decimi Tomi.* vbi refert, quod meſſis Balſami talis eſt: decerpitur folium ex ſtipite contra ſolem, moxque gutta lucida, & mire fragrans ſcaturit ex ruptura. Et hic Balſami pretioſiſſimus liquor vitreis vaſis colligitur, minime fluxurus, niſi ad ortum ſolis fiat ruptura. Fonticulus autem, Ieſu paruulus eſt, nō ſufficiens irrigationi totius horti: quare Saraceni alium foderunt iuxta illum puteum, ex quo quatuor boues aquam protrahunt per rotam, ſperantes ex vicinitate fontis Ieſu aquam fore ſalubrem, at longe aliter res euenit, donec miſſis canalibus, aquam putei ducent in fontem Ieſu, quo facto, largiter & ſalubriter ex aquis mixtis rigatur balſami hortus. Non eſt omittendum (mirum tamen dictu) quod à meridie Sabbathi vſq; ad auroram diei Lunæ, boues nullo verbere impelli poſſunt, vt in protrahenda aqua laborent, quod eſt fidei noſtræ teſtimonium celebre. Cæterum, horti ſine aqua non ſunt commendabiles nec vtiles. Nam agri aquarum irrigatione aut pluuia carentes nullos fructus cultorib. præſtant, text. eſt *in l. vſus aqua.* Et ibi notat Luc. de Penn. *C. de fundis rei priuata. lib.* 11. Vnde hortus ſine aqua, & quercus foliis defluens comparantur, *Eſa. c.* 1. *ad finem.* Ideo agri, qui poſſunt commode irrigari (vt in pleriſque Italiæ locis) amplius taxari debent in ſubuentionibus & collectis, cum eis ſiccitas aeris in nullo officere poſſit: ſed decurrentibus aquis irriguis fructus optimi ex eis percipiuntur. Ex agris nempe irriguis bis in anno fructus percipiūtur, vt ait Papinianus *in l. diuortio.* §. *quod in anno. ff. ſoluto matrim.* Alias vero in arboribus & pratis detrimenta conſequuntur, *l. is, cuius. in fin. ff. ſi ſeruit. vendic. & d. l. vſus aqua,* & habetur *Iacob.* 5. quod Elias orauit, vt non plueret ſuper terram non pluit annos tres, & menſes ſex: & rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructū ſuum. In hortum ex more aquæ ducuntur irriguæ, *Deut.* 11. *de conſecrat. diſt.* 5. *c. nunquam. l. decernimus.* §. *ſciendum. ibi. vel hortus ad cuius vſum aqua publica fuerit deriuata.* Et ibi Luc. de Penn. *C. de aquaductu. lib.* 11. Melior text. *in l.* 1. *C. mancip. & colon. eod. libr.* ibi, *tantum colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorum ſufficere manifeſtum eſt, quos ipſi colunt.*

SEptuageſimaſeptima conſideratio erit de laude & excellentia balneorum, tam naturalium, quam artificialium: cum vt plurimum, etiam in domibus ſint loca, quæ dicuntur balnea, ſeu balnearia, vt innuit text. *in l. prædiis.* §. *balnea. ff. de legat.* 3. in quibus ad

Digitized by Google

lauandum, aquæ calidæ, & frigidæ ſunt, & habens hypocauſtum, hoc eſt, locum ad ſudandum. Habet enim ſub pauimento locũ vacuum, in quo ſuccenſus ignis calidos vapores emittit, excitatque ſudorem. Habet etiam ab vno latere præfurnium, hoc eſt, paruam fornacem, in qua ignis incluſus, partim hypocauſtum calefacit, partim aquas temperat ad lauandum. Etenim ſupra eam tria ahena componuntur, vnum caldarium, ex quo aqua calida hauritur, alterum tepidarium, ex quo tepida, tertium frigidarium, ex quo frigida. Quantumcunq; aquæ calidæ ex caldario erit, tantum ex tepidario in caldarium, & ex frigidario influit in tepidarium, & hoc vaporarium dicitur. Eſt & aliud hypocauſtum temperatius, quod vnctuarium dicitur, in quo poſt ſudorem, ad lotionem homines vnguntur. Et quædam ex inſtitutione noſtra vim habent, quædam vero ſua ſponte vim obtinent. Quæ vero ex inſtitutione noſtra vim habent, proprie apud nos thermæ dicuntur, & olim in vrbe Romana in his balneis Romani magnã delectationem habuerunt, & in excellentia illorum inſudarunt, vt refert Blondus *lib.3. de Roma reſtaurata, in princip.* vbi ait, in vrbe 12 thermas cõpertas fuiſſe, Agrippinas, Neronianas, Titi Veſpaſiani, Domitianas, Antonianas, Alexandrinas, Gordianas, Seuerianas, Diocletianas, & Aurelianas, Conſtantinianas & Nouatianas; quarum loca & excellentias indicat, prius de earũ inſtitutione ratione explicata, vbi plura: quæ cum non ſint magnæ vtilitatis, non aliter inſiſto. Et ex dictis illius ibi, & in fine lib. primi, conſtat, thermas Diocletianas & Gordianas fuiſſe excellentiores; & de Gordianis ait, Iulium Capitolinũ pauca ſcripſiſſe, ſed valde admiranda: nam cum dixiſſet, domos Gordianorum tunc extaſſe Præneſtina via, ducentas columnas vno ſtylo habẽtes; addidit & thermas ibi fuiſſe, quales præter vrbem, tunc nuſquã haberet orbis terrarũ, & de thermis Diocletiani vide Blondum *in fin. lib.1, ante alleg.* Et de balneorum apud veteres luxurioſo apparatu, ſcribit Cæl. *lib. antiq. lect.16.c.47.* vbi dicit, in balneis non ſtatuas modo innumeras & columnas, nihil ſuſtinentes, viſere erat, ſed eo quoq; peruentum eſt deliciarũ, vt nihil, niſi gemmas calcare vellẽt, ſicut proſequitur Senec. *lib.13.c.86.* & vide eundem Cæl. *eo. loco. c.46. ad initium.*

In hac noſtra ciuitate Heduana loca extãt, dicta vulgo *Le celier Iolier*, vbi thermarũ reliquiæ conſpiciuntur, quæ magnitudine, & operis ſumptuoſitate erant excellentes, prout ipſa ruina docet hodie, nec plures ſunt in Gallia excellẽtes, cum pauci habeãt priuatas, ſed in ciuitatibus & oppidis ſunt publicæ thermæ, in aliquibus locis ſunt honeſtæ, in aliis vero exercentur lupanaria etiã publica, quæ an ſint permiſſa, videatur tex. *in l. ancillarum, in fin. de pet. hared.* vbi verba Vlpiani Iuriſcon. ſunt hæc: *Nam & in multorum honeſtorũ virorum prædiis lupanaria exercentur.* Et ibi Alberic. de Roſate. Vide tamen S. Thomã *in 4. ſentent. diſt.33.q.1.art.3.qu.1. & in ſeptimo eius, ſuper Dionyſium, 4. lect.9. col.5. in princ.* vbi dicit, quod lex puniens mulieres in lupanari ſit abrogata, & dicit Præpoſit. *in c. priuilegia. §. officium.3. diſt.* quod Eccleſia permittat tacite publicas meretrices propter maiora mala vitanda: quoniã maiora & grauiora mala ſunt euitanda, 13. *diſt. per tot.* maxime *ca.1. & 2.* Faciunt dicta Hoſtien. & Panor. *in c. inter opera charitatis, in fin. Extra de ſponſal.*

De iure tamẽ diuino lupanaria prohibentur: cum prohibeatur ſimplex concubinatus ſeu fornicatio, quia ſcribitur *Exod.20. Non mœchaberis*, & *Deut.23. Non erit meretrix de filiabus Iſrael.* Etiam Dominus exclamauit cõtra Ieruſalem, eo, quod ædificauerit lupanar, & proſtibulũ fecerit in cunctis plateis, & ibi adiicitur; quod deſtruet Dominus lupanaria & proſtibula, vt habetur *Ezech.16.* Et ædificaſti tibi lupanaria, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis, & fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarũ carnium: dicit tamen gl. fi. *in c. meretrices, 32.q.4.* quod in Deut. licitum fuerit habere concubinã, & dare ei pretiũ ſuæ impudicitię, vt habetur *2. Reg. 2.15.16.20. & 3. Reg.11. & 1. Par.2. & 2. Par.10. & Eſth.2. & Cant.6.* Facit tex. *in l. concubinatu. ff. de cõcu.* etiã Deus nõ omnino abiecit meretrices, ſed vt ſcribit *Mat.21.* dicit, qa publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.

Sed videtur, quod iſta lupanaria etiam ſuſtineri poſſint, inſpecto iure naturali, quo iure omni animanti à natura eſt tributum, vt ſe, vitam, corpuſque tueatur, declinetq; quæ ei nocitura ſunt, quæq; ad viuendum neceſſaria inquirat. ſecundum quod videtur, quod coitus ſit quandoq; neceſſarius hoc iure pro ſuſtentatione vitæ, & pro vitandis malis, quæ defectu coitus euenire poſſunt, & multa iuuamenta affert, vt per plures authoritates comprobant Antonius Gazius *in ſua florida corona. cap.* 32. & ex noſtris Andreas Tiraquellus *in ſuis legib. connub. leg.* 14. *fol.* 157. & 158. Quæ, cum ſint laſciua, non repeto, cum ibi legi poſſint. Et ideo Politicarii noſtri cupientes generi humano prouidere, & plura naturæ incommoda auferre, iuuamentaque illi præſtare, in pluribus hæc lupanaria permittunt, quæ & Eccleſia tolerat ex cauſis ante deductis.

De balneis vero ſeu thermis, quæ ſua ſponte vim obtinent (vt ad propoſitum vnde digreſſi ſumus redeamus) dicendum eſt; quia alia ſunt nitroſa, alia ſalſoſa, aluminoſa, alia bituminoſa, alia ſulphuroſa, alia ferroſa, alia calcoſa, & quædam ex his compoſita: & horum quidem omnium poteſtas eſt arefaciendi, quædam non tantum arefaciunt, ſed etiam obſtruunt, vt aluminoſa: & de vtilitate eorum, in fine huius conſiderationis dicetur. Et in his vtplurimum aquæ ſunt calidæ: ſed cur hoc? ita quod aliquæ intantum ſint calidæ, & ita feruent, vt non poſſint eſſe vſui, niſi aut in aperto euanuere, aut mixtura frigidæ intepuere. Cauſæ ſunt, teſte Seneca *lib.* 13. *Epiſtolar.* 86. *epiſtola*, ignibus, quos multis locis terra opertos tegit, aquam caleſcere, ſi ſubiecti ſunt ſolo, per quod aquis tranſcurſus eſt. Facere quippe dracones ſolemus, & miliaria, & complures formas, in quibus ære tenui fiſtulas ſtruimus per decliue circundatas, vt ſæpe eundem ignem ambiens aqua tantum fluat ſpacii, quantum efficiendo calori ſatis eſt. Frigida itaque intrat, exit calida, idem ſub terra fieri exiſtimat Empedocles, vt author eſt Cælius *lib. antiquar. lect.* 16. *cap.* 44. vbi etiam ait, quod quidã arbitrentur, per loca ſulphure plena, vel introeuntes aquas calorem, beneficio materiæ, per quam fluunt, trahere: & hic ante dictum eſt *in* 18. *conſiderat.* Quod ne quis accidere miretur, viuæ calci, ſi aquam infuderis, nonne feruebit? Hæc porro efficit ratio, vt aquæ feruidæ magna ex parte ſalſæ proueniant; vt Ariſtoteles inquit; quia, ſcilicet, per terram aluminoſam percolantur: exuſtorum autem omnium cinis ſalſus eſt, ſulphurque redolet, quare feruida omnia, vrunt inſtar fulminis: & quidem plurima fulminis tactum extiterunt: vnde, vt experientia docet, aqua Salinarum decocta reddit cinerem ſalſum, quo vtuntur Burgundi. Refert & idem Cælius, quod Democritus calci aſſignauit calidorum fontium rationem, quod nequit fieri; quoniam lapides vnde fit calx, non habet excalefaciendi vim, niſi in fornace calcaria præuſti fuerint. Et pro hac calentium aquarum ratione, ipſe Cælius adducit, quod ſe vidiſſe atteſtatur, & eſſe adnotatu dignum dicit, dum Patauii, vt capeſſeret ingenii cultum, vt ait, apud Aponum adnotauit, ab aquis calentibus lapides gigni, quod extra omnem admirationem ei fuit. Scaturiunt, vt inquit, ibi feruentiſſimæ aquæ in ſupercilio nõ multum eleuato, in ſubiecto molendinum eſt, quod verſat balnei aqua, per conuallem decurrens. Volaticam, vt nunc paſſim dicitur, in quam impetu deuoluitur aqua prædicta, vidit totam, veluti quodam artificio, lapidea circumtectam cruſta, & cum oculis non ſatis crederet, duriciem materiæ expertus eſt, cultelli ſatis validi percuſſione, cuius mucronẽ inſigniter retuſum animaduertit; mox repetita vrbe, cum rem Scholaſticis quibuſdã expoſuiſſet in foro, riſu exceptus eſt ab omnibus fere, tanquã inuſitata, abſurda, ac ſcurrilia promeret, ſed haud ita multo ſuperſtitio facto, illuc profecti ſecum in rem præſentem veriſſima ſenſerũt, quæ prius inſcite ludibrio habuerãt; & omnia poſt (vt ait Cælius) comprobata reperit, ex doctrina Plinii, & aliorũ, vt ibi proſequitur. Et tandem reddit rationem, cur aquis calẽtibus potius, quam frigidis lapides concreſcant & coagmententur.

Et de fonte, qui eſt in Britannia, etiam de quodam paruo lacu, iuxta oppidum Gallicũ, vulgo dictum *Loches*, mira feruntur, cum arbores aut ligna in eis immerſa, per aliquot annos, in lapides conuertãtur, vt ante *in hac par. in d.*18 *conſid. in fi.* ſcriptum eſt. Et cum iſta ſint extra materiã, non inſiſto. Et de Balneis & materia ſcripſit ample Cælius *d. c.* 44. *cum* 4. *ca. ſequent.* Et Volaterranus *in ſua Philologia. c. de partitione medicinæ. lib.* 24. vbi etiam narrat quædam eſſe balnea frigida, quæ fiunt ex aqua frigida, & cuius iuuamenti, & vtilitatis ſint.

Balnei vſus, inquit Cælius, duplex eſt. Nã modo diſcuſſis febribus, initium cibi plenioris, & firmioris valetudinis facit; modo febrem ipſam tollit; fereque adhibetur, vbi ſummam cutem relaxari, euocarique corruptum humorem conuenit, & habitum corporis expedit mutari. Antiqui timidius eo vtebantur; Aſclepiades audacius; Balnea vero veterum frugi erant, teſte Cælio *loco ante dicto, cap.* 46. Et in vſu erant balneola perangusta, tenebricoſa, vt inquit Seneca: Neque enim calida videbantur, niſi obſcura. Eiuſmodi fuiſſe legimus Scipionis Aphricani balneum apud Linternum; In eo ille horror Carthaginis, cui Roma debebat, quod ſemel tantum foret capta, abluebat corpus, laboribus feſſum ruſticis, quoniam ſe exercebat opere, terramque, vt mos fuit priſcis, ipſe ſubigebat. Hæc Cælius. Et *cap.* 45. quærit, cur ante balnei ingreſſum calidum mingamus, & in exitu balnei frigidum? Item, cur non ſitientes, lauacrum intrantes, ſitiamus; & econtrà, ſi ſitiamus, pacetur ſitis.

De vtilitate vero & iuuamine balneorum me remitto ad Medicos, vt Antonium Gazium *in ſua florida corona, cap.* 40. *&* 41. vbi etiam declarat, quæ conditiones debeãt obſeruari pro volentibus in aqua calida artificialiter balneari. Ad Volaterranum & alios per eum allegatos *in loco ante citato.* Sed, vt dicit Arnaldus de Villa noua *in ſuo commentario regim. ſanitatis, cap.* 5. Balneum ad multa confert. Columnæ enim pedum, ad conſeruationem ſanitatis viſus, & auditus ſæpe lauari debent, atque fricari cum aqua, moderatæ caliditatis, amplius capitis lotio non tardetur vltra duodecim dies, nec fiat in hebdomade plus quam ſemel, & nunquam ſtomacho repleto, ſed ante prandium, aut cœnam, balnea tamen nocent oculis. Verum ita ſunt vtilia & neceſſaria, quod etiam die Dominico, cauſa neceſſitatis, permittantur, *ca. peruenit. de conſecrat. diſtinct.* 3. Et etiam cauſa neceſſitatis religioſis permittuntur, *ca. omnis, qui.* 12. *quæſt.* 1. Imo, ſi quis prohibeatur balneari in balneo publico, poteſt agere actione iniuriarum, textus eſt *in l.* 2. *§. ſi quis in mari ff. ne quid in loco public. & l. iniuriarum.* 1. *§. fin. ad initium ff. de iniur.*

Sed tandem addamus, quæ balnea ſint excellentiora in Gallia; & licet ſint plurima, pauca tamen referam. Primo, in noſtro Balliuatu Heduenſi, ad muros, ſeu in ſuburbiis vrbis Borbonii, Ancerici, quod diſtat à loco natalitio meo, dicto Iſſiacum, octo milliaribus, ſunt balnea antiquiſſima, & excellentiſſima, à Iulio Cæſare, vt fertur, conſtructa, in quibus ſunt plures fontes calẽtes, & quod mirum eſt, non cum tetro odore ſulphuris: & inter alios, fons eſt ita calidus & feruens, vt vix manus in eo contineri poſſit, & ſi viuus quis caderet & mergeretur in eo, per tempus, quo vix dici poſſit, *Aue Maria*, à morte cum difficultate liberaretur: & aqua illius vtuntur piſtores & incolæ, pro pane conficiendo, & pluribus aliis actibus & vſibus neceſſariis. Locus autem aptus ad balneum, in quo aquæ calentes cadunt, & recipiuntur, eſt prope fontes calidos, & circundatur muro ex magnis lapidibus quadratis compoſito, ſub forma orbiculari, in quo vltra quinquies centum homines contineri poſſint. In Ducatu Borbonii oppidum eſt, dictum *Borbonium Lachembaut*, fere diſtans 30 milliaribus à prædicto Borbonio, vbi etiam ſunt alia balnea, & aliæ aquæ calentes: ſed loca balneorum non ſunt ita excellentia, & ſumptuoſa, vti balnea Borbonii Ancerici. Sunt & alia balnea in eo Ducatu & patria Borbonii in oppido, vulgo dicto, *Vichy*, ſed in operis & ædificii magnitudine & constructione non

ne non ſunt ita excellentia vt prima. Inter balnea excellentia, ſemper laudata fuerunt Balnea Viterbii, de quorum laude ſcripſi ante *iſta part. dicta conſideratione*, & de pluribus aliis.

SEptuageſimaoctaua conſideratio de animalibus terreſtribus ſit; quia varia beſtiarum genera ſunt *Eccleſi.*43. & ſunt perfectiora auibus & piſcibus, vt dicit, & declarat Sanctus Thom.1. 1.*q.*72.*prim.* &, vt dicit idem Thom.1.1.*q.*47.*ſec. ſecunda*, quod animalia appetant excellentiam, & iraſcantur contra derogantiam eis. Nam Cælius *lib.* 4. *lection. antiqu.cap.*25. dicit; Pleraque enim in brutali vita extant ſermonis veſtigia; Neque item ratione carentia putatis: nam actiuæ rationis in beſtiis ſemina multa, quod operum, & vitæ comprobat modus. Speculatio item quædam, & naturalium peritia nobis videtur cum illis quadantenus eſſe communis. Nam & remedia norunt, cibos diſtinguunt, futura præſagiunt, ingruentia vitant ſolertiſſime, etiamſi, natura duce, in hiſce potius videantur niti. Vna vero eſt diuinitatis contemplatio, cultus vnus, qui extra hominem reiicit omnia: neque prona in paſtum animantia Deum ſuſpicantur, aut ſciunt. Peculiaris homini eſt in naturæ principem Deum; mentis excitatio: licet Plinius dicat, brutorum aliqua cœleſtibus reuerentiæ cultum exhibere; & ex Platonicorum doctrina coargui poſſit; beſtias aliud quiduis facere potius, cum cœleſtia honorare videntur. Aut ſi honorãt, neſcire tamen quid agant, vel ſi ſciant eas, item intelligentiæ, ac immortalitatis videri participes, à quo diſſentit Cęlius, *vbi ſupra*, & vide Plutarchum *in quodam Dialogo*, vbi demonſtrant, in Brutis rationem eſſe. Et eſt quædam nobilitas in animalib. irrationabilibus, vt dicit Bart. *in l.*1 *in* 7.*col.C.de dignitatib.li.*12. Videbimus infra exempla ſuis locis, de quibus etiam per Bonum de Cur *in ſuo tract. nobilitatis in* 2.*par.* Et dixi ſupra *in* 8.*par.in* 3.*conſi.* vbi poſui etiam de Leone, & eius nobilitate inter quadrupedia. Et de animalibus mira ponit Plinius *libr.*28.*naturalis hiſtoriæ cap.*11. Ex quibus poſſunt laudari in genere. Et reperiuntur animalia, quæ vtuntur ordine, vt inter terreſtria Elephantes, inter aues, Ciconiæ, Grues, & Apes, vt de ſingulis infra dicã, quod plurimum ſeruit ad propoſitum de ordine ſeruando.

Sed vt ad differentias animalium deſcendamus, dicendum tres eſſe gradus animaliũ. Quædam enim ſunt, quæ habent ſenſum tactus, ſed neque auditum aut memoriam habent, vt ſunt Conchylia, & multa animalia, arborum, & herbarum affixa radicibus: & iſte primus eſt atque infimus gradus. Hæc animalia, quia memoriam non habent, imo nullam habent prudẽtiam, nec ſe de loco ad locum promouere poſſunt. Quædam vero ſenſum habent tactus & memoriam, ſed auditu priuãtur, vt ſunt formicæ, & huiuſce generis animantia, quibus memoria eſt atque prouidentia, & motus localis. Congregant enim in cibum frumentorũ grana, ne hyemis tempore fama pereant. Et hæc animalia ſunt primis nobiliora, cum illa ſint plãtis propinquiſſima. Quædam præterea ſunt, quæ habẽt ſenſum tactus, memoriã & auditum, vt perfecta quæque animalia, cuiuſmodi eſt canis, elephas, leo, bos, capra. Et iſte eſt tertius animalium gradus, qui ideo eſt duobus primis nobilior, quia à plantis eſt multo diſtantior. Quædam etiam ſunt animalia, quę excedunt hominem in aliquo ſenſu, vt Aper auditu, Lynx viſu, Vultur odoratu, Simia guſtu, Aranea tactu. vnde ſuper verſus ſeq.

Nos Aper auditu, Lynx viſu, Simia guſtu,
Vultur odoratu, præcellit Aranea tactu.

Aliter tamen dictum eſt per Plinium, *lib.* 10.*c.*69.*&* 71. Sed quid reſpõderi poſſit præponentibus homini bruta. vide Cælium *lib. antiq.lect.*2.*cap.*10. Deniq; alia ſunt animalia numero quatuor, quæ victum percipiunt tãtum ex vno Elementorũ, vt Talpa terra, Halec aqua, Chameleon aere, & Salamandra igni, vt probant verſus ſequentes:

Talpa terra cibus, Chameleon in aere viuit,
Halec vnda fouet, flamma paſcunt Salamandram.

Aduerte etiam, quod natura mares etiam inter bruta potiore decorauit honoris inſigni,

gni, Draconem, & Gallum criſta; cornibus Ceruum. vnde Mart.

Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum:

Imbelles damæ quid niſi præda ſumus?

Iuba vero Leonem, &c. vt infra patebit.

Denique etiam maior animo, præter Pantheram, & Vrſam, quæ animoſiores ſunt maioribus, vt dicit Raphael Volater. *li. 25. ſua Sophologia, ca.* 1 & late *in præcedenti par. in 2. conſid.* & non ſolum bruta fuerunt in vita honorata, ſed etiam poſt mortem quædam ſepulchris aut ſtatuis honorata fuerunt, vt ſupra dixi, *in conſiderat. de Sepulchrorum excellentia.* Textor Niuernen. *in ſua Officina, in cap. animalia diuerſa.* laudat multa animalia, maxime quod quædam ſint, quæ vltra alia homini ſeruiunt, vt eſt equus, aſinus, capra, ſus, bos, ouis, canis, mulus, & ibi ample de naturis eorum, quod non tranſporto, ſed tantum excellentiora referre curabo. Inprimis, vt dicit, Canes inter animalia ſunt fideliſſimi, vt docet per exemplum. & canum quorundam celebrium refert nomina. Text. *in ſua Offic. c. canum quorundam nomina.* Et bos in re pecuniaria primam habet authoritatem: & mirabili, & ſingulari laude digni ſunt Elephantes, tum propter eorum docilitatẽ, intellectum, & memoriam ſitque inter animalia terreſtria primum, & maximum, proximumq; humanis ſenſibus, etiam propter eorum obedientiam, amoris & gloriæ voluptatem, imo etiam probitatem, quæ rara eſt in homine, prudentiam & æquitatem, religionem quoque ſiderum, ſoliſque ac lunę venerationem, & ample declarat Plin. *li. 8 natur. hiſt. à c. 1. illius lib. vſque ad* 12.

Tamen inter alia animalia terreſtria Leo obtinet generoſitatem, principatum, fortitudinem, & dominationem, ita quod & Princeps animalium terreſtrium dicitur, & probatur ſic ex authoritate Plinii *eodem libr. 8. cap. 16.* vbi ait, generoſitatem eius deprehendi, maxime in periculis, non in illo tantummodo, quod ſpernens tela, diu ſe terrore ſolo tuetur, aut velle cogi teſtatur. Cogiturque non tam periculo coactus, ſed tanquam amentia iratus: illa nobilior animi ſignificatio magna canum & venantium vrgente vi contemptus reſiſtit, ceditque in campis, vbi virgulta ſiluaſque penetrauerit, acerrimo curſu fertur, velut turpitudinem latebris tegens, dum ſequitur inſilit ſaltu quo in fuga non vtitur, vulneratus obſeruatione mira percuſſorem nouit, & in quantalibet multitudine apperit. Eum vero, qui tela quidem miſerit, ſed non vulnerauerit, correptum raptatumque ſternit, nec vulnerat. Ex clementia etiam laudatur, cum proſtratis parcit: & vbi ſæuit, in viros prius quam in fœminas fremit: perimit infantes non niſi magna fame. Extant clementiæ Leonum complura exempla, vnum *ſupra iſta part. in conſiderat. de excellentia amoris* relatum eſt. Duo alia recitat Plinius *d. c. 16.* & Perottus *in 6. Epigram.* Martialis, vbi plura de nobilitate & generoſitate Leonis. Quod vero laudetur Leo ex Principatu, & dominatione, patet: quia Leo Græce interpretatur latine Rex, cum Leo ſit Rex & Princeps omnium beſtiarum. vt dixi ſupra. & ait Iſido. *lib. Etymol.* idem eſt animal audax, forte, largum, nobile, magnanimum: vt inquit Ariſtot. *de animalib.* Et caput illius fortiſſimum eſt. Verum quid per eum ſignificetur, cum ponitur in armis, ex præcedentibus coniectari poteſt, & ex his, quæ dicuntur, *ex Hieroglyphica Ori Apollinis Niliaci*, vbi dicit, per eum denotari fortitudinem, cum anteriores partes deſcribuntur, figurãtur, vt in pluribus, quæ geſtant in eorum armis capita Leonum. Nam habetur in Prouerbio: Leo fortiſſimus beſtiarum, nullius paueſcit occurſum. *Prou.* 30. Et cum ſit hoc animal inter cætera fortiſſimum, omnibus occurrens, timorem incutiens, formidoloſum ſignificat quãdoque animum, iram aut furorem: & aliqui eum ponunt ſub ſolio Solis: demonſtrantes ipſius ad Solem ſimilitudinem. Vel ſecundũ prædictum authorẽ, caput Leonis denotare poteſt vigilantiam, eo, quia Leo dormit oculis apertis, & de aliis naturis videatur Plinius *lib. 8.* & Cælius *lib. 7 antiq. lect. cap. 29.* Textor *in ſua Officina* dicit, quod impetu, & calore Leones cætera præſtent animalia, vti Sol ſidera.

dera. Præterea oculis ſemper igneis, & patentibus cernuntur, vt Sol patenti igneoque oculo terram conſpicit, & ibi plura de natura illius, & plurium aliorum animalium vltra 63. diuerſarum ſpecierum, quæ ibi refert. Ideo videas eum, & Plinius *in dicto lib.* 8. *per totum.* Per Ariſtotelem, & Dioſcoridem, & *in horto ſanitatis*: Et ſi reperiantur figurata in armis aut vexillis, de quibus *ſupra lib* 1. 38. *conſid. in* 84. *conclu.* debent interpretari arma ſecundum naturas illorum animalium, qualitates & nobilitates.

Quin etiam inter animalia eiuſdem ſpeciei poteſt eſſe nobilitas vel excellentia in vno plus quam in alio, vt de duobus canibus Laconis ex eodem ventre editis, quorum alter ad leporem, alter ad ollam impetum fecit, *vt refert Bonus de Curtili in prin. huius conſid. allegato.*

Septuageſimanona cõſideratio erit de animalibus inſectis. Inter quæ, teſte Ariſtot. *li.* 9. *de natura animalium* genus apum & formicarum, officioſiſſimum atque ſtudioſiſſimum, & præ cæteris fere omnibus animalibus, eſt. Et vt ait Plin. *li.* 11. *c.* 5. Inter omnia inſectorum animalia principatus apibus debetur & iure præcipua admiratio, Solis ex eo genere, hominum cauſa genitis, mella contrahunt, ſuccumq; dulciſſimum atque ſubtiliſſimum ac ſaluberrimum, fauos cõfingunt, & ceras. Illæ ad vſus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt: Rempublicã habent, conſilia priuatim, ac Duces gregatim: & quod maxime mirum ſit, mores habent. Regibus apum forma ſemper egregia & duplo quam cæteris maior, pennæ breuiores crura recta, ingreſſus celſior, in fronte macula quodam diademate candicans, multo etiam nitore à vulgo differunt, deinde ſubiungit Plinius *ibi in c.* 16.

Non conſtat inter Authores, Rex ne ſolus nullũ habeat aculeum, maieſtate tantum armatus, an dederit eum quidem natura, ſed vſum ei tantum negauerit: illud conſtat Imperatoré aculeo non vti. Mira plebis circa eum obedientia, cum procedit vna eſt, totum examen circa eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur, reliquo tempore cum populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit, ſimilis exportanti ſolus immunis. Circa eum ſatellites quidam, lictoreſque aſſidua cuſtodientes authoritate. Procedit foras non niſi migraturo examine, id multo intelligitur ante aliquot dies, murmure intus ſtrepente apparatus indicio diem tempeſtiuum eligentium. Si quis alam ei detruncet, non fugiet examen. Cum proceſſere, ſe quæque proximam illi cupit eſſe, & in officio conſpici gaudet, feſſum humeris ſubleuant, validius fatigatum ex toto portant: ſi qua laſſatus defecit, aut forte aberrauit, odore proſequuntur, vbicunque ille conſedit, ibi cunctarum caſtra ſunt. Semper Duce prehenſo totum tenetur agmen, amiſſo dilabitur, migrantq; ad alios, eſſe vtique ſine Rege non poſſunt. Inuitæ autem interimunt eos cum plures fuere; potiuſque naſcentium domos diruunt, ſi prouentus deſperatur, tunc & fucos abigũt. Certum eſt ab apibus fucos interfici. Quod ſi defecerit alicuius aluei cibus, impetum in proximas faciunt, rapinæ propoſito. At illæ contra dirigunt aciem, & ſi cuſtos adſit, alterutra pars quem ſuis fauere ſentit, non appetit eum, & aliis quoque ſępe dimicant cauſis, eaſque acies contrarias duo Imperatores inſtruunt; maxima rixa in conuehendis floribus exorta, & ſuos quibuſq; euocantibus. Quę dimicatio iniectu pulueris aut fumo tota diſcutitur. Reconciliantur vero lacte vel aqua mulſa. Cum defunctas progerunt, funerantiumq; more comitantur exequias. Rege hac peſte conſumpto, mœret plebs ignauo dolore: non cibos cõuehunt, nõ procedunt, triſti tantum murmure glomerantur circa corpus eius. Subtrahitur itaq;, deducta multitudine, aliàs ſpectantes exanimem, luctum non minuunt, tunc quoque ni ſubueniatur, fame moriuntur: Hilaritate igitur & nitore ſanitas æſtimatur. Hæc Plinius *vbi ſupra.* Recitatus etiam à Iodoco Clyctouæo, *c.* 1. *de Regis officio.* vbi etiam refert quod his ſimilia dixit beatus pater Ambr. *in lib.* 5. *hexameron*, ita de apibus & eorum Rege loquens: Ipſæ ſibi Regem ordinant, ipſæ ſibi populos creant, & li-

& licet ſub Rege poſitæ, ſunt tamen liberæ. Nam & prærogatiuam tenent, & fide deuotionis affectum, quia & tanquam à ſe ſubſtitutum diligunt, & tanto honorant examine. Apibus autem Rex naturæ clarus formatur inſignibus, vt magnitudine corporis præſtet & ſpecie, tum (quod in Rege præcipuum eſt) morum manſuetudine. Nam etſi habet aculeum, tamen eo non vtitur ad vindicandum. Sunt enim Regis naturæ, non ſcriptæ literis, ſed impreſſæ moribus, vt leniores ſint ad puniendum, qui maxima poteſtate potiuntur. Sed & apes illæ, quæ non obtemperauerint legibus Regis, pœnitenti ſe mulctant condemnatione, vt immoriantur aculei ſui vulnere. Quod Perſarum populi hodie ſeruare dicuntur, vt pro commiſſo peccato, ipſi in ſe propriæ mortis exequantur ſententiam, itaq; nulli, ſicut Reges Perſarum, tam grauiſſimas in ſubditos habent leges. Non Indi, non populi Sarmatarum tantam, quantam apes reuerentiam deuotionis obſeruant, vt nullæ è domibus exire audeant, non in aliquos prodire paſtus, niſi Rex fuerit egreſſus, & volatus ſibi vendicauerit principatum. Deniq; Regẽ ſuum ſumma protectione defendunt, & perire pro eo pulchrum putant. Incolumi Rege neſciunt mutare iudicium, mentem inflectere, amiſſo, fidem ſeruandi muneris derelinquunt, atque ipſæ, ſua mella diripiunt, quod is qui principatum habuit muneris, interemptus eſt: Hæc Ambroſius. Et quod apes Regẽ habeant, confirmatur iure canonico *per text. in c. in apibus Princeps vnus eſt. 7. q. 1.* Item Virgil. *li. Georgic.* 4. de apibus earumq; Rege fere eadem deſcribit his verſibus:

Ipſæ Regem paruosq; Quirites
Sufficiunt, aulasq; & cerea Regna refigunt.
Præterea Regem non ſic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes
Obſeruant: Rege incolumi mens omnibus vna eſt:
Amiſſo, rupere fidem, conſtructaq; mella
Diripuere ipſæ, & crates ſoluere fauorum.
Ille operũ cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circũſtant fremitu denſo, ſtipantq; frequẽtes.
Et ſæpe attollunt humeris & corpora bello
Obiectant, pulchramque petunt per vulnera mortem.

Demum Maphæus Vegius, *in eleganti ſua diſputatione, inter terram, ſolem, & aurum ſuper præſtantia, & dignitate ſua,* vbi terram inducit cauſam ſuam agentem, mores, naturã, & cõditiones apium ex Plinio & cæteris authoribus collectas, venuſte, grauiter & copioſe deſcribit. Mirum nempe eſt, naturã ipſam tam minuto animali, tanta prouidentiæ, & ſolertiæ argumenta indidiſſe, voluiſſeq; homines illarum exemplo documenta accipere, quid Reges pręſtare debeant ſuis ſubditis, quæ item officia exhibeant ſubiecti ſuis Regibus. Quare vt ad formicam mittit ſapiens pigrum hominem, vt ab ea ſumat ſedulitatis aſſiduiq; laboris exemplum, cum ait *Prou.* 6. Vade ad formicam ô piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam, quæ cum nõ habeat Ducem, nec Præceptorem, nec Principẽ (ſaltem ignoratur) parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat. Non aliter tacito naturæ monitu inuitãtur homines ad contemplandam apum conditionem, ad conſiderandam rationem vitæ, laboris, & cõuictus earum, vt ea attentione diſcant à rationis immunibus ipſi ratione præditi, quonam pacto vita in ſocietate degenda ſit: quomodo Reges (vt dixi) populum moderentur: qua item ratione populus in Regem officioſus ſit & moriger. Ideo non immerito apes formicis hic coniunguntur, ad efformandos hominum mores docendamq; prudentiam nequaquam illis diſpares: hæc Clictouæus.

Octuageſima cõſideratio, quę auium ſit excellentior, inquirit. Et licet Plinius *li.* 10. *hiſtor. nat. c.* 2. plurimum laudauerit Phœnicem, & eam dicit nobilem, & naſcitur in Arabia, Aquilæ magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, ceruleã roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis faciẽ, caputque plumeo apice honeſtante. Ferunt (vt ait) vnicum in toto orbe, & raro videtur. Verum nemo extitit, qui viderit veſcentem, annis vero ſexcentis & ſexaginta viuere dicitur.

Digitized by Google

tur. Et de Phœnice Barbaria ſcripſit *in cap. quoniam Abbas.num.9.extra de offi.delega.* vbi refert, quod Ambroſius *in lib. hexameron.* 5. dixit, quod Phœnix auis in locis Arabiæ degere perhibetur, & vltra 500. annos dicitur viuere: quæ cum finem vitæ ſuæ adeſſe perpenderit, thecam, ſeu repoſitorium ſibi facit de thure, & myrrha, & cæteris odoribus: in quod, impleto vitæ ſuæ tempore, intrat, & moritur; de cuius carnis humore vermis exurgit, paulatimque adoleſcit, & proceſſu ſtatuti temporis induit alas, atque in ſuperioris auis ſpeciem & formam reparatur. Et ex hoc inuehitur contra non credentes reſurrectionem. Fertur de beata Cecilia, quod ad exemplum Phœnicis conuerterit beatum Maximianum, & eo poſtmodum decollato prò fide, in eius tumulo fecit ſculpi Phœnicem. Iſidorus vero *lib.12.Etymologiar.* ait de Phœnice, quod ſit auis Arabiæ: & dicetur Phœnix, quia phœniceum habet colorem, ſeu rubeum, vel quia in toto orbe ſingularis & vnica eſt: de more refert, vt proxime dictum eſt: de morte vero ait, quod collectis aromatum virgulis, rogum ſibi inſtruat, & cõuerſa ad Solis radios alarum plauſu, voluntarium ſibi faciat incendium, ſicque de cineribus ſuis iterum reſurgat. Et legitur in Chronica Imperatorum *in 2.colu.* quod ſub Claudio, tempore beati Petri, apparuerit in Ægypto, & quod ſit grandis vt Aquila, circa collum fulgore aureo, poſtera parte purpurea, præter caudam, cuius color rubeus, roſeus, & ceruleus, vt ſupra in principio dixi. Et hæc etiam eſt mens omnium aliorum Autorum. Aliqui tamen quicquid de Phœnice dicitur fabuloſum eſſe dicunt, fundantes ſe ſuper dictis Plinii *in c.2.ſupra alleg.in fin.*

Attamen Aquila inter omnes aues notas excellentior iudicanda eſt ſecundum Pliniũ *in dict.lib.10.cap.3.* vbi inquit: *Ex iis ſupple auibus quas nouimus, Aquilæ maximus honos, maxima & vis.* & ibi ſex earum eſſe genera aſſerit, quæ eleganter & clare declarat: & hæc ſola auis fulmine non tangitur, ideo Ioui dicatur. Quomodo autem Aquila primo fuerit dicata Romanis Legionibus, & eam in acie portarint: & etiam quomodo data ſit pro armis Iulii Cæſaris (à quo tempore ſemper vſi ſunt Imperatores) dixi *in 1.parte, in 38.conſider.16.concluſ.verſic.ſic erit dicendum. & in fine.* Sed quid ſignificet, & quid per eam denotetur in pictura, *in Hieroglyphica Ori Apollinis Niliaci* ſic dicitur, quod Ægyptii ſapientes cum volebant Deum ſignificare, aut altitudinem, aut depreſſionem, aut excellentiã, aut ſanguinem, aut victoriam, Aquilam depingebant. Deum quidem (quod eſt primum) denotat, eo quod ſit auis hæc fœcunda & longæua: & ad hoc quod videtur ſimulachrum eſſe Solis, cum præter cæterarum auium naturam, intentas acies & firmos oculos teneat in radios ſolares. Vnde & medici in oculorum medelam herba ab Aquila dicta vtuntur, & Solem tanquam dominum viſus aliquando Aquilæ forma depingunt: vnde etiam Aquila ab acumine oculorum dicta eſt, *vt dixit Iſid.Etymol.lib.12.cap.7.circa principium.* Altitudinem vero denotat, quoniam cætera quidem volatilia, cum velint in altum aſcendere oblique feruntur, cum non poſſint in directum volare, ſola autem Aquila in altum recta fertur. Depreſſionem quidem, quoniam eodem modo cæteræ aues oblique ad terram feruntur. Aquila ſola recta deſcendit, & librat ex alto ſeſe. Excellentiam, quoniam Aquila cæteris volatilibus præſtare videtur, cum auium Regina & nobiliſſima dicatur: vt habetur *in libro, qui hortus Solis intitulatur.in tracta.de auibus.ca.1.* vbi multa ſingularia & notanda de Aquila videri poſſunt. Sanguinem, quoniam vt dicunt naturaliſtæ: Aquila non aquam, ſed ſanguinem bibit. Ideo ſuos pullos lambere ſanguinem docet. Victoriam etiam deſignat, quia reliquas aues omnes ſuperare videtur: ſi cui enim congreſſa vinci ſe ſentiat, reſupinat ſeſe, ac dirigit omnes alas, ac dorſum ad terram vertit, atque hoc modo pugnat. Auis autem inimica, cum hoc facere nequeat, facile in fugam vertitur: verum etiam contra Draconem, vel hominem, vel aliud animal, ſi ſuos pullos turbare vel rapere voluerit, mira animoſitate pugnat, ſeque mortis periculo pro eis exponit.

Et pro anima ponitur Aquila ex nominis interpretatione: vocatur enim apud Ægyptios anima *Baieth*. Hoc autem nomen diuiſum animam ſignificat & cor: eſt enim Bai anima, eth vero cor. Cor vero apud Ægyptios eſt ambitus animæ, vnde nomen ipſum ſonat, quaſi cordatam animam. Qua ex re Aquila eiuſdem naturæ cum anima, vt plurimum aquam non bibit, vt dictum eſt, ſed ſanguinem, quo & anima nutritur, cum ex venatione & præda viuat. Item Ægyptii Martem, & Venerem ſcribentes, duas Aquilas pingunt; Marem quem Marti comparant; & fœminam quam Veneri: & hoc ideo, quia reliqua animalia non ſemper mari ad omnem mixtionem parêre volunt; Aquila vero ſemper. Ter decies enim in die compreſſa, poſtquam ſurrexerit, ſi mas vocet, denuo accurrit; quapropter cum maxime ſit in Venerem prona, Ægyptii eam Venerem vocant. Et propter hoc etiam, Aquilam Soli dicarunt, quia Solem imitata, terdenum numerum coeundo complet. Denique Aquila eleuata in ortum tendens ventos ſignificat; Aliter in aere Aquila alas extendens, ventos notat. Item hominem tutè vrbem habitantem ſignificare volentes, Aquilam lapidem portantem pingunt: illa enim lapidem vnguibus eleuatum, portat in ſuum nidum, vt illo depreſſus nidus, firmiter maneat, vel defert in nidum lapidem precioſum, nomine Etiché: & hunc contra calorem nimium, quem Aquila naturaliter, vt dictum eſt, in nido habet, ne pereant oua decocta nimio calore. Item Regem ſolitarium, & qui lapſis nulla errata condonet, cum volunt ſignificare, Aquilam pingunt. Hęc enim in locis ſolitariis propter inſidias deprædandi, & altiſſimis arboribus nidificat, & altius quam cætera volatilia volat. Item ſenem inedia necatum ſignificare volentes, Aquilam pingunt cum curuato roſtro. Illi enim ſeneſcenti incuruatur roſtrum, & ea de cauſa tantum inedia & fame abſumitur, teſtis Plinius, *vbi ſupra*. Item hominem alienantem proprios liberos, & paupertatem dum volunt ſignificare, Aquilam prægnantem pingunt. Illa enim parit tria oua, ex quibus eligit vnum, duo reliqua eiicit, vel frangit, alii dicunt de pullis. Hoc autem facit, quia tunc temporis vngues eius inuertuntur ſeu incuruantur, vt prædam tenere non valeat, & hac de cauſa non poteſt tres eodem tempore pullos alere, & hoc teſte Plin. *dict. libr*. 10. *cap*. 3. Natura proſpiciens fecit, ne omnium ferarum fœtus raperentur.

Aquila etiam apud Theologos varia denotare reperitur: quandoque enim terrenam poteſtatem ſignificat. *Ezech*. 18. Aquila grandis magnarum alarum, id eſt, Rex Babylonis, quia (ſicut ſolent Reges Romanorum ſaltem) habuit Aquilam in vexillo ſuo, ex quo coniecturare forte licet, quod dum viguit Monarchia apud Aſſyrios, & alios Reges Aſiæ, Aquilam pro inſigni habuerunt, & ſic dũ rediit Monarchia ad Iulium Cæſarem, etiam pro armis Aquilam ſibi aſſumpſit. Significat etiam Aquila ſubtilem Sanctorum intelligentiam. *Ezech*. 1. vbi Ioan. Euangeliſta per Aquilam deſuper eminentem ſignificatur à ſimilitudine volatus illius auis, *vt dixi ſupra in 3. par. in 35. conſid*. Tum ſignificat iuſtorum animas, ſecundum Ambroſium ſuper Lucam, quia ſicut Aquila poſt longam vitam, ſcilicet, centum annorum, ſenio grauata, vt dicit Auguſt. *ſuper Pſalm*. 102. ſe renouat, roſtrum vetus nimis excreſcens ad petram collidendo, & plumas veteres deponendo. Nec vnquam fulmen (vt prædictum eſt) percutit Aquilam. Sic Sancti renouant vitam per pœnitentiam, & tandem in reſurrectione renouabuntur, nec timent fulmen ſententię finalis damnationis. *Pſal*. 102. Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua. Et ſic Aquila eſt de his, quæ fulmine non tanguntur, aut ſi tangantur non ex eo moriuntur, nec extinguuntur in totum, quemadmodum omnia alia animalia fulgure tacta pereunt, *vt dixi ſupra in 2. parte, in 2. conſider. in fin*. Vbi etiam idem dixi in vitulo marino, & lauro, ſuper cuius ramis non cadit fulmen.

Tum etiam denotat Aquila Chriſtum, propter nobilitatis Regiæ dignitatem, quam Aquila habet ſuper aues, vnde *Prouerb*. 3. dicitur,

Digitized by Google

citur, quod viam Aquilæ in cœlo difficile eſt ſcire. & ibi Lyra, & expoſitores dicunt, quod hæc intelligantur de via quam tenuit Chriſtus in aſcenſionem. Item *Deut.32.* dicitur de eo: *Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum atque portauit in humeris ſuis. dominus ſolus Dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus.* Et vt refert Plin. *d.li.10.cap.5.* eſt præcelebris apud Seſton vrbem Aquilæ gloria. Educatam à virgine retuliſſe gratiam, aues primo, mox deinde venatus aſportãtem, & adminiſtrantem, defuncta poſtremo, in rogum accenſum eius ſeſe impoſuiſſe, & ſimul conflagraſſe.

Regulus ſiue Regalioſus ſeu Trochilus, aut Parra, parua admodum auis, Rex, & præſes auium dicitur. Nam cum ſemel aues omnes inter ſe conueniſſent (ſicut fabula refert) vt illa pro Rege haberetur, quæ ſublimi volatu omnes alias vinceret. Cumque parra, ſub Aquilæ aſella latitante, Aquila omnes aues cæteras tranſcenderet, exiliens Parra inſedit Aquilæ capiti, & inde ſe eſſe victricem aſſeruit: vnde & Rex auium effectus eſt ſiue Regulus: quia omnes aues ſuperauit, cum ſuperauerit Aquilam, quæ alias omnes ſuperauerat volatu. Verum ſi creditur Plin. *li.10.ca.74.* diſſident inter ſe, & bella mouent Aquila, & Trochilus, quoniam Rex appellatur auium.

Vnum non omittam referre, quod 14. reperiũtur aues, quarum carnes ſunt meliores, & eligibiliores, inter animalia volatilia, pro nutrimento humanæ naturæ, quæ enumerãtur *in li. de regimine ſanitatis Salerni* his verſib.

Sunt bona: gallina, capo, turtur, ſturta, columba,
Quiſcula, vel merula, phaſianus, ethygoneta,
Perdix, frigellus, orex, tremulus, amarellus.

Et ibi Commentator ſatis declarat bonitatem illarum ex doctrinis medicorum, cum carnes prædictarum auium ſint laudabilis nutrimenti, & facilis digeſtionis. Dicit tamẽ, quod circa electionem carnis volatilium, ſecundum diuerſas laudabiliores nutrimenti proprietates, ad eius, quod nutritur, ſanitatis, vel roboris intentionem, carnes varie laudantur. vnde Gale. *3. alim. c.17. & 18. & ca.2. de ingenio.* reſpiciens facilem alternationem, ſeu viciſſitudinem, & ſubtilitatẽ, præfert eaſdem omnibus aliis volatilium carnibus, & eius caro, ſecundum Auic. *2. canonis. c. de cubigine.* eſt de ſubtilioribus carnib. impinguãs: quia multum nutrit cor, abſtergens hydropiſin, & ſtomacho conferens. Raſis vero tertio Almanſoris, cum Iſaac reſpiciens ſubtilitatem ſtarnæ, ac leuitatem ipſam cæteris prætulit. Iſaac etiam ſecundum diuerſas intentiones carnes volatilium laudauit diuerſas. Auicen. vero *2. canonis. c. de carne,* laudat carnes turturum præ cæteris, dicens; volucris quidẽ caro melior non eſt quam turturis, & gallinarum, & ſubtilior earum, &c. vel quia reſpexit ad proprietatem qua roborant, & confortant intellectum, vel quia in terris eius eſt ipſarum tanta bonitas, quæ non eſt in aliis locis & Regionibus.

Aues comeſtibiles, & quæ nutriuntur in auiariis, quæ dicũtur orinthones, ponit Blõdus *in libr. 8. de Roma triumphante.* vbi dixit, quod coturnix, ſeu quiſcula, hoc eſt, qualea, ſeu ortix, Græce, fuerit alias damnata mẽſis: eo, quod gratiſſimus eius cibus, ſit venenum, ſcilicet veratri ſemen, & quod patiatur morbum comitialem, quem ſolæ animalium ſentiunt, præter hominem, ſecundum Plinium *lib.10 naturalis hiſtoriæ. ca.23. in fin.* vel ſecundum Iſaac, quia ex comeſtione carnis earum timetur Spaſmus, hoc eſt, ſubita contractio membrorum, aut neruorum cum dolore, quam paſſionem cordis dicunt, & tetanus morbus (hoc eſt, cum muſculi, qui ſecundum ſpinam dorſi ſunt, ita rigent, vt quis inflectere ſe non poſſit.) Et ita etiam voluit Auicen. *2. canonis cap. de eis,* ſubiungens rationem, ſcilicet, quia in ſubſtantia carnium earum eſt virtus faciendi huiuſmodi accidentia narrata, & ſic non proueniunt illa accidentia ex eo ſolum, quia coturnices comedunt helleborum. Sciendum eſt inſuper, quod carnes volatilium plus conueniant quam carnes quadrupedum, de quibus infra *in 85.*

Digitized by Google

conſid. dicemus. Maxime his, qui relicto exercitio corporali, vacant conſiliis, ſtudiis, & cõtemplationibus, quia digeruntur facilius aliis, iuxta illud Gal. 3 *alimentorum*. Digeſtibilior eſt hæc caro volatilium animaliũ, & maxime perdicum, & generat ſanguinẽ clarum, mundum, ſpirituoſum, mentis exercitiis, & eleuationi intellectus aptum. Et ex ſupradictis carnem perdicum excellentiorem eſſe aliis liquido conſtare poteſt.

Aduerte etiam, quod inter aues etiam eiuſdem generis eſt dabilis nobilitas, aut ignobilitas, puta in Falconibus eſt dabilis gentilis, & peregrinus, vt inquit Bartol. *in tractat. de Falcone*, & refert Iacobinus de S. Georgio *in ſua inueſtitura. in verbo, & cum venationibus*. Bart. *in l. 1. colum. 7. de dignitatib. lib.* 12. & dixi ſupra, *in 8. par. in 3. conſideratione*, quæ faciunt ad hæc.

Licet hic pauca de ingeniis auium, & de his, quæ loquuntur, & de intelligentia earum inſerere. Plin. enim *lib. natur. hiſtor.* 10. *cap.* 41. ait, quod villaribus gallinis inſit religio, inhorreſcunt edito ouo, excutiuntque ſeſe: circumactæ purificant aut feſtuca aliqua ſeſe, & oua luſtrant, id eſt, durificant, vel circundãt. *& in cap. ſequen.* ait, quod Cardueles auium minimæ, quę Carduorum ſemine paſcuntur, imperata faciunt, nec voce tantum, ſed pedibus, & ore pro manibus. In hac etiam natura miraculum apparet, quæ talem aſtutiam ei dedit, quam nec boui nec aſino, aut aliis magnis animalibus impertiri voluit: vt videlicet in cauea, & ergaſtulo clauſa ſuppoſitam aquã ab imo per filum vaſculo ſuſpenſo ad ſe cum roſtro trahat, pedeque filo interdum ſuppoſito, cum attigerit vaſculum, ſitim potu ſedet. Item botaurus boum mugitus imitatur in Arelatenſi agro, & fallit inter herbas maxime, vnde nomen aſſumpſit. Roſtrũ enim in terra paludinoſa defigit, & ad modum tauri clamores edit, licet parua ſit. Item eſt, quæ equorum hinnitus imitetur Anthus nomine, vt eſt in impreſſione Plinii ſecundum alios Acanthis dicitur, & male, herbæ pabulo (quo reficitur) aduentu eorum pulſa, & ob hoc odioſos habet equos, quos vbi paſcendi ſibi ſuperuenire viderit, & herbas diripere, fugit, & ad hunc modum ſe vindicat, & vlciſcitur, & eorum hinnitus propriis vocibus imitatur ac deridet, & ſecundum Iſidor *libr. Etym.* 12. *cap.* 7. *in fi.* Acanthis, & Carduelis idem ſunt. Item Pſittacus, vulgo Papagallus dictus, in India, humanam vocem ſuper omnia reddit, & quidem ſermocinans, & vſque adeo articulata verba exprimit, ita vt ſi eum nõ videris, hominem locutum putes: & hoc quia grandi lingua, & cæteris auibus latiore. Ex natura ſalutat dicens Aue, vel Chære: cætera nomina inſtitutione diſcit, & quæ accipit verba pronunciat. Vnde eſt illud Mart.

Pſittacus à vobis aliorum nomina diſco,
Hoc didici per me dicere, Cæſar aue.

Et hæc cum loqui diſcit, ferreo verberatur radio, aliter enim non ſentit ictus. Vnde refert Cælius *li. antiq. lect. 2. ca. 32. in fin.* vnum, ꝙ dicit eſſe præclarum rariſſimum, & miraculum inſigne, viſum ſuis temporibus, ſc. quod Pſittacus fuit Aſcanii Cardinalis Romæ aureis centum comparatus nummis, qui articulatiſſime continuatis perpetuo verbis Chriſtianæ veritatis Symbolum integre pronunciabat, perinde ac vir peritus enunciaret. Et Statius 7. *Sil.* in laudem Pſittaci ait:

Pſittace dux volucrum, domini facunda voluptas,
Humanæ ſolers imitator Pſittace linguæ.

Item Picæ, quæ eſt auis ſatis nota, expreſſior eſt loquacitas quam Pſittaco, ſed minor nobilitas: quia non ex longinquo venit. Satis tamen illi decoris eſt in ſpecie ſermonis humani, adamat verba quæ loquitur; nec diſcit tantum, ſed diligit, victa difficultate verbi, emoritur: & niſi ſubinde eadem audiat, memoria fallitur, & mirum in modum exhilaratur, ſi interim audierit id verbum, & facilius addiſcit quæ glãde veſcitur, & inter eas, quib. quini ſunt digiti in pedib. nullæ tamen duob. primis vitæ annis; & latior iis eſt lingua, quæ ſermonem imitatur humanum. vnde picę dicuntur, quaſi Poeticæ, ꝙ verba in diſcrimine vocis exprimant, vt homo, & ſi linguas in ſermone nequeũt explicare, ſonũ tamẽ humanę vocis imitantur, de qua congrue Mart. ait:

Pica

Digitized by Google

Pica loquax certa dominum te voce ſaluto,
Si me non videas, eſſe negabis auem.
Et idem *lib.7.*
Pica ſalutatrix ſi tibi Lauſe placet.

Item Agrippina coniux Claudii Cæſaris turdum habuit (quod nunquam ante viſum fuerat) imitantem ſermones hominũ, & hoc ætate Plinii. Et quomodo ſint nutriendi, vide *in horto ſanitatis, in tractat. de auibus, ca.*112. Habebant & Cæſaris iuuenes (vt ait Plinius) ſturnum, vulgo ſturnellum, & eſt auis maculoſa, magnitudine merulæ, item luſcinias, ſiue philomelas, vel acedulas, Græco atq; Latino ſermone dociles, præterea meditātes in diem, & aſſidue noua loquentes, longiore etiam verborum contextu & ordine. Et docens à dominis ſecreto, & vbi nulla alia vox miſceatur, aſſidente, qui crebro dicat ea, quæ condita velit addiſci, & maxime hæc fieri vidi tempore nocturno à mulieribus, cum habeant vocem magis gracilem, quam viri.

Item legimus apud Plinium *eodem lib.*10. *cap.*43. fuiſſe coruum, qui populum Romanum tranſeuntem nominatim ſalutaret forum verſus, maxime Tyberium, Germanicum, deinde & Druſum Cæſares. Nec occiſor illius euaſit pœnas: nam primo pulſus ex ea regione, mox & interemptus fuit. funuſq; innumeris alitum celebratum exequiis. Hæc & alia multa Plinius, qui ingenium extollit, in deſcriptione intelligentiæ huiuſmodi corui. Et ibi etiam refert, quod ſuo tempore fuerit eques Romanus, qui habebat cornicem è Bætica, plura verba contexta exprimentem, & alia atque alia crebro addiſcentem. Etiam refert, quod quidam vſi ſint opera corniculorum in venando. Refert & Cælius *lib. antiquarum lect.9.c.*36. cornicem albā viſam. Item coruos albos, perdicem albam, vidi in Sabaudia, paſſeres, & vrſam. Et idem *lib.*13. *cap.*58. refert cornicis admirabile obſequium in Ægypto, quæ tabellarii curſoriſq; vice fungeretur. Inde moriens honeſtata eſt ſepulchro: & quod idem refert Plin. de tinunculo, *libr. & cap. prealleg.* & Cecina Volaterranus comprehenſas hirundines nuncias belli mittebat amicis, in nidum priſtinum redire ſolitas. Laudantur & Diomedeæ aues, quæ iudicant inter ſuos & aduenas, vt per Iſid. *vbi ſupra* & Plin. *in d. lib.*10.*c.*44.

Mira etiam de auibus aliis refert Baptiſta Fulgoſius *in ſuis collectan. de dictis factiſq; memorab. lib.1. tit. de miraculis c. de auibus animalibuſq; aliis admirandis*, vbi de Farſallis auibus, quæ à Græcis Pytauſtæ nominantur, quæ in Cypro, in metallorum fornacibus inueniuntur, per medias flammas illæſæ volāt, & ſi forte longe ab ignibus auferantur, paruo temporis momento intereunt, res profecto mira, huiuſmodi aues, in violento, quod alia viuentia omnia perimit, elemento viuere.

Refert etiam Fulgoſius ibi, quod in Inſulis Niuerna (quam Irlandum nominat) & Orchade quibuſdā in locis, quæ mari abluuntur, arbores ſalicibus perſimiles naſcantur, in quibus ortæ paruæ quædam pilæ, paulatim creſcendo aues, anatum formam habentes, effigiantur, roſtro ab arboribus pendentes, & cum ad maturitatis tempus peruenere, ſuo ipſarum nixu arboribus excuſſæ, in mare dilabuntur, atque euolant. Britanni vulgo bernetras appellant, & quia ex auium genere non oriuntur, his quadrageſimali ieiunio ſale conditis homines veſcuntur, & ab his, qui viderunt, certiores (ego ipſe etiam, vt Baptiſta) facti ſumus. Licet Alber. Magnus aliter ſcripſerit. Sed res tam multorum virorum grauium teſtimonio, qui hoc viderunt probata eſt, vt minime dubia exiſtimari debeat, & de hoc dixi ſupra *iſta part. in conſid. de inſulis. verſ. Scotia etiam.* Licet videatur difficile creditu, tamen maius mihi videtur id, quod cantat Eccleſia: *Nouum genus potentiæ, qui ex aquis ortum genus, partim remittis gurgiti, partim leuas in aera.*

Aliud quoq; fere incredibile de anatū natura refert ibi Fulgoſius, cum ait, quod in ea parte Galliæ, quæ Britānia dicitur, prope vrbem Redonenſem, oppidum ſit Montisfortis nomine, vbi Maio menſe, cum S. Nicolai ſolemnia celebrātur, à paruo lacu, haud longe ab oppido, ea hora, qua vel miſſa, vel ve-

ſpertinæ orationes cantantur, anas templum inis cum tredecim pullis, quæ poſteaquam aram circumdedit, ad eundem lacum regreditur, vno pulloru̅ quos ſecum venie̅s duxit, ſemper deficie̅te, neq; vero, quo is ſe recipiat intelligitur, quod ſi quis, vt rei experimentum faciat, aut, quia rei nullam fidem habet, eam comprehendere, aut occidere tentauerit, confeſtim rabie corripitur, ac moritur, aut in grauem morbum ſubito incidit. Subdit & aliud mirandum, & de eo prudens, vt volet, iudicabit; ſcilicet, quod à Garuaſio Tibelleſio, Arelatenſis Regni Mareſcallo, ad Ottonem quartum ſcriptum ſit: in lacu enim eius regionis nouit quoſdam piſcationi operam dantes, hyeme multas ciconias, velut mortuas, rete in ſiccum traxiſſe, quæ tanquam ſimul iunctæ, mutuo roſtra ano infixa habebant, & calefactæ, viuæ fuerunt inuentæ. In Lotharingia iuxta Merenſem vrbem, vt etiam recitat, in quodam alio lacu, ſalutis anno 467 ſupra mille, permultæ aliæ ciconiæ ſimiliter inuentæ fuerunt, quæ in thermis calefactæ, reuixerunt. Hæc autem res effecit, vt quidam ſub aquis abdere ſe ciconias putarent, ea ratione moti, quod vſq; in præſentem diem, nec ſcriptum ſit, nec ſatis intellectum, quo ſe ibides, deſinente æſtate, recipiant, teſtis eſt Plinius *lib.10.c.23.* cum tam multi apud Græcos Latinoſque fuerint, qui diligenter animalium naturas inueſtigare anxie curauerint.

Et de his auibus, & multis aliis, habentibus ex ſua natura quaſdam excellentias, vide Plinium *lib. naturalis hiſtoriæ* 10. *per totum.* Ariſtotelem, Albertum Magnum, Dioſcoridem *in libro, qui hortus ſanitatis* dicitur, *in tractatu de auib.* Iſidor. *lib. Etym.*12.*cap.*7. Textorem *in ſua officina, in cap. auium nomina.* vbi 144 nomina auium & vltra recitat: & aliquid de naturis earum, & etiam de auibus Deorum. Et cum reperiuntur in armis depicta, aut vexillis, debent interpretari huiuſmodi arma ſecundum naturas, complexiones, proprietates, & nobilitates illarum auium, vt ſupra dixi *in* 1. *parte,* vbi de armis ſcripſi centum concluſiones: ideo aliter non inſiſto; quia etiam talia vno volumine comprehendi non poſſent: quia, licet vnum nomen auium ſit, genus tamen eſt diuerſum: & ſicut ſpecie ſibi differunt, ita & naturæ diuerſitate, cum aliæ ſimplices, aliæ aſtutæ, aliæ ſolitariæ, aliæ incolæ, aliæ aduentitiæ, aliæ canoræ, & vocales, aliæ dociles, aliæ indociles, aliæ perennes, aliæ ſemeſtres, aliæ trimeſtres: ſed & alia ſicut genere, ita & moribus innumerabilia. Nam volucrum quot genera ſunt, inuenire quemquam non poſſe, ait Iſidorus *vbi ſupra in princ. illius cap.*7.

OCtuageſimaprima conſideratio; Cum in præcedenti conſideratione aliquid in laudem quorundam volatilium relatum ſit, quæ in genere animalium videntur eſſe perfectiora natatilibus, ideo hic pauca de animalibus aquaticis, hoc eſt, piſcibus, dicendum eſt: nam ſicut aer ornatus eſt ſuis animalibus, ſcilicet volatilibus, quæ poſſunt ex eo reſpirare propter craſſitudinem humoris, & quorum corpora ſuſtinere poteſt, ſic & aqua ſuis, id eſt, natatilibus, quæ quidem pinnulis ſuis adornantur, & innituntur aquæ natando, ſicut aues pennis ſuis volando. Reptilia etiam dicuntur; quia omne quod natat reptandi habet vel ſpeciem vel naturam. Vnde & *Pſalm.*103. Dauid ait: *Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, illic reptilia, quorum non eſt numerus.* Et vt ait Iſidorus *libro Etymolo.*12.*cap.*6. Pecoribus & beſtiis, & volatilibus ante, homines nomina impoſuerũt, quam piſcibus; quia prius viſa ſunt & cognita. Piſcium vero poſtea paulatim cognitis generibus, nomina inſtituta ſunt. Aut ex ſimilitudine terreſtrium, aut ex ſpecie propria, ſiue moribus ſeu colore, vel figura, aut ſexu, vt ibi per exempla declarat Iſidorus: & vt Plinius inquit *libr. naturalis hiſtoriæ* 9. *cap.*2. complura ſunt in aquis animalia, maiora etiam terreſtribus, quod ibi comprobat, & co̅cludit, vt vera fiat vulgi opinio. Quicquid naſcatur in parte naturæ vlla, & in mari eſſe, præterquam multa, quæ nuſquam alibi. Sciendum eſt, quod multi vtantur in armis piſcibus, vt eſt primogenitus Franciæ, qui apud nos dicitur Delphinus: & vtitur in ſuis armis Del-

mis Delphino azureo ſeu cæruleo; in campo aureo, ex quo videretur dicendum, quod ille piſcis apud nos ſit excellentior cæteris piſcibus. De cuius excellentia ad Plinium recurre *in libr. naturalis hiſtoria 9. cap.* 8. vbi ample commendat Delphinum in celeritate natandi ſuper omnes piſces, & volucres, in pietate erga partum, cum geſtant fœtus in infantia infirmos, quinetiam parentes fœtus adultos diu comitantur, & paruos ſemper aliquis grandior comitatur, vt cuſtos, conſpectique ſunt defunctum portantes ne laceretur à belluis. Si quis eorum captus fuerit, cæteri adnatant ſupplicantium ſpecie captum repoſcentes: & maxime laudatur propter amorem, quem habet erga hominem, vt per plura, & vltra quinque exempla comprobat Plinius *dict. cap.* 8. de quibus aliqua refert Gell. *lib. noct. Attic. 7. cap. 8. & in lib. qui hortus ſanitatis dicitur, in tractat. de piſcibus, cap.* 27. Delphinus dicitur frater hominis, quia moribus humanis quodammodo aſſimilatur. Et ſolus (vt ait Ariſtoteles) inter piſces felle caret. Hi etiam Simones dicuntur, ad quod nomen vocati, accurrere feruntur, vel gaudent hoc nomine vocari; quia roſtrum ſimum habent. Et muſica arte mulcentur: vnde Arionem citharistam in mari nautis interficere parantibus, obtinuit ab illis, vt prius cithara caneret, ad cuius cantum Delphinorum gregibus congregatis, cum in mari ſe proieciſſet, ab vno exceptus eſt, & ad littus proiectus, vt ample ſupra *iſta part. in 51 conſid.* dictum eſt.

Eſt etiam leo marinus, qui ſecundum Iſidorum *libr. Etymolog. 12. tit. de piſcibus circa initium*, dicitur à ſimilitudine terreſtris. Et ſecundum Ambroſium, licet leo terreſtris ſit terribilis, tamen leo marinus eſt dulcis, eandem habens diſpoſitionem, & virtutem, ſicut in terra, ex quo videretur dicendum, illum inter piſces eſſe excellentiorem. Sed quicquid ſit, Cete ſeu Balena, eſt maior, & grandior piſcis, qui reperiri poſſit in mari, & eſt immenſæ magnitudinis (teſte Iſid. *in loco ante allegato*:) cæteris enim beſtiis maris altius iacit vndas. De cuius natura & excellentia ſcribit Plinius *lib. 9. cap. 6.* Et in toto illo libro vide piſcium naturas, quæ ſunt diuerſæ: & *lib. 32. cap. vlt.* dicit animalium omnium in mari viuentium 166 genera eſſe, quorum nomina ibi deſcribit ſeriatim, & loca vbi laudatiſſimi naſcuntur piſces. Et Textor *in ſua officina in verſi. piſces diuerſi*, enumerat 222. & *ibi in ſuo lib. Cornucopia. in ver. piſcibus*. Et ſcribit vrbes & portus piſcibus abundantes. Et Plinius *libr. 10. cap. 45.* inquit: *Elephanti iuſſa faciunt, leones iugum ſubeunt, in mari vituli, totque piſcium genera miteſcunt.* Et de piſcibus, qui inclamati venire ſolebant, vide Cælium *libr. antiquarum lect. 13. cap. 23. circa initium*. poſt Plin. *eodem lib. 10. cap. 70.* vbi ipſe Plinius dicit auditum & olfactum eſſe piſcibus: & *in cap. ſequ.* etiam tactum & guſtum eſſe eis communem ait. De piſcibus vero eligibilioribus pro nutrimento naturæ humanæ, ſcribit Schola Salern. his verſib.

Lucius, & parca, ſaxaulus, albica, tenca,
Gornus, plagicia, cum calpa, galbio, truta.

Et ibi *in commento* ponuntur vtilitates illorum, & conditiones bonorum piſcium.

OCtuageſimaſecunda conſideratio de excellentia ouorum diſponit, quæ etiã præter aues & piſces, quadrupedes pariunt, teſte Plinio *lib. 10. cap. 52.* & quæ inter comeſtibilia ſint magis communia, & vitæ hominis & naturæ vtilia. Maxime cum non liceat nobis ſemper vti carnibus, ob obſeruantiam noſtræ legis, ſed certis diebus oua, lac, & caſeum comedimus. De ouis ideo, quæ multum ad ſanitatem hominis conueniunt, dicendum eſt; Cum vicem carnis aliquando retineant, vt vult Almanſor *in cap. 14. lib. 3.* Et vt deſcribit Conciliator *in differentia 69.* Ouum eſt animal potentia, ex ouificantis productum ſuperfluo: de cuius complexione vos remitto ad Medicos, apud quos multum laudantur & extolluntur; & inter alia oua gallinacea & perdicum; quoniam fere in omnibus vnguentis ſiue emplaſtris, apponũtur oua: & quarta pars hominũ, & vltra, viuit ex ouis. Et bene penſato, inter omnia cõeſtibilia, oua plus proſunt, quã alia quæcun-

que res de per ſe, quæ ſit in mundo: nam ex ouis nutriuntur multi, & fere tota Europa, diebus Veneris & Sabbathi, etiam die Mercurii, cum ſint magis vſitata ad vitam, quam piſces, & aliis diebus comeduntur aut pulli, aut gallinæ, ſeu capones, aut alia quæcunque volatilia, quæ ex ouo generantur: & omnib. conſideratis, non temere forte diceretur, quod maior vtilitas ex ouo in mundo proueniat, quam ex mari, ſaltem circa comeſtibilia cibaria; quoniam, primo (vt iam prædixi) ex ouo maior pars hominum naturaliter & magis communiter viuit, maxime diebus Veneris & Sabbathi, & aliis fere ſemper, & frequẽtius in omnibus cibis, ſi fiat aliquod condimentum, apponitur ouum, & magis comeditur ex eo, quod ex ouo procreatur, quam quod prouenit ex mari. Nam comeduntur gallinæ, capones, pulli, & cætera huiuſmodi ex ouis genita, quæ ſunt communiora comeſtibilia ad vitã hominis neceſſaria, quam ea, quæ proueniunt ex mari; quoniam non vtiliter etiam diebus, quibus non comeduntur carnes, viuitur ex præda maris, cum ſint multæ prouinciæ, vbi non abundant piſces marini, & in omnibus orbis partibus, etiam vbi piſces marini abundãt, ſemper ouum & plura comeſtibilia ex eo prouenientia abundãt.

Item etiam fere in omnibus medicinis, ad ſanitatem hominis facientibus, maxime in emplaſtris, potionibus, vnguentis, & pillulis, & cliſteriis, apponuntur oua, aut aliquid de ouis. Præcipue in medicina valet, & eſt multum laudabilis vitellus ouis, pro nutrimento hominis infirmi conualeſcentis, ſenis, & debilis, quod voluit Galen. *in 6. Terapeut. c. 1.* dicens: ***Debilibus magis ſunt danda vitella ouorum, quod albumen ipſorum difficile digeſtibile eſt, propter eius frigiditatem, & viſcoſitatem; vitella vero ſunt in calore & humiditate temperata, & magis humanæ complexioni ſimilia, & ideo bene nutriunt, & bonum & temperatum generant ſanguinem.*** Vnde Iſaac *in 5. doct. c. 12.* dicit: ***Vitella ſunt temperata, & calori naturali viciniora, ideo ad digerendum velociora & faciliora.*** Maxime ſi de iunioribus fuerint gallinis, maſculos habentibus, cum oua huiuſmodi volatilium ſint meliora, vt inferius patet.

Dico ergo, quod ad propoſitum ſeruit, relinquendo alia Medicis, quod laudabilia & electa oua, ex duobus iudicentur; Primo, ſi ex laudabilibus ſint animalibus mediocris ætatis, pinguibus etiam à natura, & maſculum habentibus, cuiuſmodi ſunt oua gallinarum & perdicum; quia, vt ait Raſis *in 3. Almanſoris, cap. 14.* gallinæ & perdicis oua temperata ſunt, & plus aliis hominibus conuenientia. Et *in 4. ſuorum Aphoriſ.* meliora ſunt oua gallinarum, & earum, quæ cum gallis viuunt: & ait Iſaac *in 5. doct.* Oua gallinacea & perdicum temperatiora & laudabiliora ſunt cæteris, maxime ſi maſculum habeant. Vnde Auer. *in 5. coll.* dicit: Oua gallinarum ſunt meliora cæteris: ante quos omnes ſapiens Galen. *in 3. de aliment. cap. 21.* dicit: ***Meliora oua ſunt, quæ gallinarum, & faſianorum; peiora, quæ ſunt anſerum & ſtruthionum.*** Secundo, oua ex eo iudicantur meliora, ſi ſint recẽtia; quia, vt dicit Iſaac *in 1. doct.* Oua recentia ſunt laudabiliora, cũ calor naturalis eorũ ſit fortior: & ante eum illud dixerat Galen. *in 3. de alim. cap. 21.* cum ait: ***Optima quidem oua ſunt, quæ recentiſſima, peſſima autem, quæ vetuſtiſſima: quæ autem intermedia horum proportionantur diſtantia, quâ diſtant ab extremis bonitas & malitia***: vnde *in regimine ſanitat. Sal.* dicitur:

Si ſumas ouum, molle ſit atque nouum.

Et oua recentia enumerãtur inter alimenta: quæ in modica quantitate, ſunt multi nutrimenti, vnde *in d. regimine* ſcribitur:

Oua recentia, vina rubentia, pinguia iura,
Cum ſimila pura, naturæ ſunt valitura.

Et ad vnum ſingulariter eſt aduertendum, quod nec obliuioni tradendum eſt, quod ouo recenti ſumpto, debemus ſumere hauſtũ vini: vt ſcribitur *in dict. remed. Sal.* hoc verſu:

Singula poſt oua pocula ſume noua.

Et iſtud bene practicatur apud nos. Inſuper ex diuerſitate præparationis ouorum etiam eis acquiritur bonitas & malitia. Nam inter oua decocta meliora & laudabiliora ſunt in aqua elixa, quam aſſata, vt dicit Iſaac *in 5. doctr. cap. 17.* oua aſſata elixis ſunt groſſiora, &

m, & ad digerendum duriora: cui aſſentit Haliab. *in 5. Theorica, cap. 26.* dum ait: Competentius autem ouum, quod ſumitur, eſt elixatum in aqua, & non multum decoctum, vt durum fiat: ſed media tantum maturatione decoquatur, quod etiam ſorbile vocatur. Hoc enim citius digeritur, & melior eſt cibus. Oua tamen in aqua calida fracta & decocta, meliora ſunt his, quæ cum corticibus elixantur. Vnde cæteris ouorum præparationibus ſunt laudabiliora, & approbata, atque ſaniora, quia in ſua naturali cuſtodiuntur humiditate cum aquæ humectatione, ſuique odoris grauitatem amittunt, & ſubtiliantur; quod tamen non omnibus placet, cum quidam plus cum cortice oua elixa deſiderent, meliorique cum appetitu aſſumãt. Et inter hæc, decocta quidem ſufficienter, hoc eſt, nec parum decocta, ſeu ſemicruda, aut indurata, quæ ſorbilia, vel coagulata dicuntur, ſunt ſaniora, & omnibus fere hominibus gratiora, & cæteris laudabiliora, teſte Almanſo. *in 3. c. 14.* Oua tremula, quæ neque dura ſunt, neque mollia, inter illa duo media exiſtunt, & Galeno *in 3. alimentorum, cap. 21.* optima ouorum ad alimentum ſunt, quæ tremula, ſorbilia. Et idem *in libr. de Euchymia*, ait: *Oua, quæ moderatè ſunt cocta, propter quod tremulenta vocantur, meliora ſunt aliis, & ad digeſtionem, & ad euchymiam.* Et dicitur *in regimine ſanitat. Salern.* in illis verbis: *Nutrit & impinguat triticum, lac, caſeus, &c.* quod oua ſorbilia corpus humanum nutriant, & impinguent. Oua etiam, quæ ſupra carbones ſine fumo, quam quæ ſub cineres coquuuntur, ſunt meliora, vt vult Iſaac *in dict. 5. doctrin. cap. 17.* vbi etiam dicit, quod oua frixa, ſeu patellata cæteris ſint peiora. De omnibus te remitto amplius ad Doctores in medicina, qui de hac re ſcripſerunt. Ideo concludo, quod oua inter reliqua vſitata cibaria multum commendanda ſint, ratione ſuæ temperatæ complexionis, atque conuenientiæ ad humanum corpus, & multitudinis nutrimenti: & quod meliora ex ouis, laudabilia, & potius eligenda ſint oua gallinarum recentia, ex doctrina Auicennæ *in 2. canon. c. 535.* Et apud Legiſtas actio furti datur pro vno ouo, *vulgato §. gallinarum. vbi gloſſ. in verb. qui lucrandi animo. inſtitut. de rerum diuiſ. & per gl. in l. id eſt, ff. de dolo.*

Narrat & Cælius *lib. antiquarum lection. 14. cap. 50.* mirabile eſſe in ouo, quod è re tam parua, mundi quædam permixtio intelligatur: ouum quippe elementis componi quatuor, ex veterum Medicorum aſſertione tradit: nam cruſtæ modo circumiectum, obductumque putamen, terræ imagine quadam, areſcentis frigore vim naturæ præfert; humor autem frigens humectanſque, aquam exhibet plane; ſicuti aereum, quod ineſt ſpirituoſum, calens, humenſque. At in meditullio luteum fixum, mediocritatem caloris obtinens, & aridioris naturæ, igni compar facile colligitur. Cui calculum adiecerit, & color; & an non & globata ſuffragatur figura? Quid quod ineſt ouo vitalis vis, veluti & mundo: &, teſte Ariſtotele *in 6. de animal.* quæ oblonga ſunt oua, fœminam edunt, quæque ſunt faſtigio cacuminata, atque rotundiora, & parte ſui acutiore obtuſa, orbiculum habent, marem gignunt: de quo vide Plinium *libr. 10. cap. 52. in fine*, vbi ait: oblonga oua gratioris eſſe ſaporis, vbi & de diuerſitate ouorum videre poteris. Sed & Cælius *in fine dicti cap.* ait: Inter oua pauonis ouis primatem locum tribuunt plerique, Chenalopeciis, id eſt, anſerinis ſecundam notam ſibi vendicantibus; tertiam auitiis: Medici tamen præferunt oua gallinarum, perdicum, & faſianorum, vt ante ſcriptum eſt. De ouis auium, & eorum naturis ſcripſit ample Bartholomæus Anglici *in ſuo 19. libr. de proprietatib. rerum.*

Iſtud etiam interſeram, quod nequaquam relatu indignum eſt: apud Græcos fertur, (teſte Cælio *lib. antiq. lectionum 5. cap. 12.*) Babylonios venatibus aſſuetos, vbi in ſolitudine deprehenderentur, nec cibaria percoquendi eſſet occaſio, cruda oua fundæ impoſita circumactione, vibratione, ſeu vertigine aſſidua tamdiu rotare conſueuiſſe, donec coquerentur.

Plinius *dict. libr. 10. cap. 50.* dicit ſeruari

Mmmmmm oua

Digitized by Google

oua in frumento, aut hyeme in paleis, æſtate in furfuribus vtiliſſimum, & oua aceto macerata, in tantum emolliuntur, vt per annulos tranſeant, ſale exinaniri creduntur. Oua vero Velitrarum inter cibos electibiles, & delicatos ſcribit Text. *in ſua officina.* Nam in Velitris, Valſcorum oppido, fuit ouorum ingẽs abundantia.

Mantuanus:

Iam Latii Romam caput, ouiferasq́; Velitras.

Et, vt ſcribit Palladius de gallinis loquens: Vinaciis, hoc eſt, granis vuæ iam preſſæ, cito ſterileſcunt, cum hordeo ſemicocto, & parere ſæpe coguntur, & reddunt oua maiora. Vnde Columell. *lib.6.* Vinacia quamuis tolerabiliter paſcant, dari non debent, niſi quibus temporibus anni auis fœtum non edit.

OCtuageſimatertia cõſideratio ſit de excellentia granorum ſeu ſegetum; quoniam ſunt plura, far, ſiligo, triticum, ador. Itali ponunt ſpeltam, & melicam. De excellentiori habeo gloſſ. quæ eſt 1. *in l. triticum. ff. de verbor. obligat.* vbi dicit, quod triticum ſit nomen generale, ad omnia blada, ſeu ad omnes ſegetes, ſeu ad omne id, quod in area teritur. Sed alio modo, vt dicit, per excellentiam frumentum appellatur, ſed etiam, vt probat text. *in l.1. Cod. de Cano. frumentario, lib.*11. frumenti appellatione omnia neceſſaria ad victum continentur. Imo & quod plus etiam continet & lupinum, & fabas, cum ariſta ea in ſe contineat, *leg. frugum. §. frumentum. ff. de verbor. & rerum ſignificat.* & ibi dicit gloſſ. vlt. *in fin.* quod licet ſit quodammodo generale nomen, tamen ſpiritualiter vulgari ſermone dicimus granum, frumentum, quod pro ſui bonitate cætera excellit. De melica fit mentio *in d. gloſſ.*1. De ſpelta vero, hordeo, & auena *in dict. gloſſ. vlt.* Et de his facit mentionem Textor *in ſua officina. in cap. legumina diuerſa, & frumenta*, vbi lupinum, & fabam inter legumina deſcribit, ſed text. *in d. l. frugum. in princip.* ponit inter fruges, quod eſt nomen generale; quoniam comprehendit & grana & legumina.

Triticum, ſecundum naturam ſui ſubſtantialem, in primo gradu eſt calidum & humidum, & ſic in medio; Panis ex eo factus calidior eſt in ſecundo gradu; quia calor eius augmentatur à calore ignis, & coctione, ſicut hordeum & faba. Cum in propria natura ſicca ſint, ſi in aqua coquantur, humiditatem aſſumunt: ita dicunt Dioſcorides & Iſaac, & dicunt, quod frumentum habeat eius virtutem calidam. Sed dicit Luc. de Penn. *in l.*1. *C. de conditis in horreis publicis. in princip. lib.*5. quod frumentum ſit proprie aridum, & ſiccum: & dicit Dioſcorides, quod triticum recens ac rufum, id eſt, auroſum, ſit vtilius; de recenti, ſeu nouo, quod ſit vtilius, ſatis notatur *in dict. l.1. C. de conditis in publicis horreis.* Et dicit Haliabas *in* 5. *Theorica. cap.*15. Triticum omnibus granis laudabilius eſt & magis temperantiæ proximum, ideo eſt cõuenientius omnibus granis, & hominum corporibus conferentius, ac laudabilior cibus, & de hoc tritico, & quod ſit laudabilius aliis granis, etiam ponit Auerr. *in* 5. *coll.* & Galenus *in* 3. *diaetarum.* laudes illius: dummodo ſit ſpiſſum, graue, & frangi difficile, coloris exterius cerei, interius vero albi, ſuperficie lucidum, & leue. Ex cuius ſubſtantia & medulla farinam exuberat plurimam, cortex autem & furfur non in magna quantitate, & etiam hoc tenet Almanſor *lib.3. cap.*2. Item, quod ſit natum in craſſa & pingui terra. Ita tenet Iſaac *in* 1. *doctr.* Item, & tertio, quod ſit nouum, licet Serapio & Dioſcorides videantur ſentire oppoſitum, ſcilicet, quod nõ ſit multum nouum, neque multum vetuſtum, ſed medium. Ideo dicit Auicenna *in* 2. *canonis c.* 577. Sit igitur medium in ætate; quoniam eius humiditas inter multam & paucam eſt media, exhauſta humiditate accidentali, quã aeris deſiccauit calor: propterea hæc ſpecies media, laudabilior exiſtit & melior, bene naturam nutrit, & cito digeritur. Item & quarto, quod mundum ſit à zizania, vel lolio, & cicerculis, & huiuſmodi granis illaudabilibus, vt dicit Galenus *in* 3. *primi doct.* 2. *cap.*7. Ideo dicit Auerroes *in* 5. *coll.* quod melior cæteris ſit panis factus ex farina tritici in hunc modum.

modum, vt ſit cuſtoditum à malis accidentibus eidem obuenire valentibus.

Qualis autem panis omnium granorum ſit excellentior, ſcribit Plinius *lib. naturalis hiſtoriæ, 18. cap. 7.* vbi vide de frugum generibus & natura. Vbi dicit, quod panis ex frumento ſit excellentior. Et quarum prouinciarum, ſeu patriarum frumenta ſint excellentiora, Plinius ibi edifferit, vbi multũ laudat Italicum. Et Textor *in officina. in Cornucop. in litera F.* ſcribit patrias abundantes frumento, *& ſub litera P. in verbo, panibus*, dicit, quod in Scolo Bæotiæ vico, laudatiſſimi fiebant panes, quales forte fiunt apud nos, in oppido Belnenſi: & Cælius *lib. 4. ſuarum antiquarum lect. ca. 35.* adducit plura genera panis. Et dixi hic ante, quod panis triticius ſit excellentior, eligibilior, & laudabilior, intellige, dummodo quinque habeat, videlicet, ſit conueniente ſalitus, ex aqua factus, & ex fermento in competenti quantitate, vt ſatis demonſtrant Medici, videlicet Auerr. *in 5. coll. cap. de complexionibus ciborum.* Iſaac *in 1. doctr.* Galenus *in quinta de regimine ſanitatis, in 1. de alimentis cap. de fermento.* Et ad quid ſal ponatur in pane, ſcribit Ariſtoteles *in 21. problem. 5.* Nec fiat ex oleo, vt dicit Haliabas *5. Theorica, cap. 15.* Secundum, vt paſta bene malaxetur, & dometur, iuxta dictum Auicennæ *in 2. canon. cap. 577.* & Ariſtoteles *in 21. Problem. problem. 7.* Tertium, quod panes non multum parui ſint, nec multum magni, vt dicit Iſaac *in 1. doctr.* Quartum, quod farina optime piſtata ſit, vt dicit Haliab. *5. Theorica 5. cap.* Galenus *in libr. de alimentis. cap. de tritico.* Quintum, quod ſit poſt primũ diem vel ſecundum, vt dicit Iſaac *in 1. doctr.* Et quomodo panis calidus ſit nociuus, videatur Auenzoar *in 1. cap. ſui Theiſer.* & Rhaſis *in 21. continentis, 128* & Auicenna *in 2. canonis. cap. 577.* & dicit Haliabas *in 5. Theoricæ. cap. 15.* quod panis calidus, cum ex camino trahitur, omnibus reliquis peior ſit; quoniam immoratur eius à ſtomacho deſcenſus, & ſitim pronocat; Et concluſiue, ad iudicandum bonũ panem, dicimus cum Auerr. *in commento 136. canticorum*, vbi dicit: *Melior ex panibus eſt illa, qui ſic præparatur, vt ſimilis ſpongiæ efficiatur, æqualiter & temperate fermentatus, & in clibano conuenienter decoctus.* Etiam pro hoc fuit ſententia Galeni *in 1. Therapeutica. cap. 9.* & vide quid dicat *in 1. de alimentis, & de alchymia. cap. 2.* Et quinque conditiones optimi panis & electi ſcribit Schola Salern. in his verſibus:

Panis non calidus, nec ſit nimis inueteratus,
Sed fermentatus, oculatus, ſit bene coctus,
Modice ſalitus, frugibus validis ſit electus.

Et ibi Arnal. de Villanoua commentator has 5. conditiones optimi panis explicat.

De ſiligine habetur per eundem Plinium *eod. lib. 19. cap. 10.* vbi ait, quod ex Aphrica ſiligine dulciſſimus panis fiat, & ipſa ſpiſſior quam far, & maior ſpica eadem: & ibi etiam vide de aliis ſpeciebus.

Hordeum vero etiam multum laudat Plinius *in d. lib. c. 7. in fin.* tanquam omnium frugum nobiliſſimum: & ibi rationes aſſignat, ex pluribus effectib. illius, quos vide. Licet multi nominent & ponãt orizam, vulgo, riſum, inter cibaria, tamen credo illud eſſe ponendum inter grana & ſegetes, ex quo ſeminatur, & metitur, prout & alia grana: de cuius natura & effectu ſcribit Galen. *lib. 1. de cib. cap. de riſo.* & habetur *in Pandect. cap. 57.*

Et quoniam ſeges, ſeu fruges eſt nomen generale, vt dixi, ſub quo etiam legumina comprehenduntur, quæ ſunt Eruum, Vicia, Cicer, Cicercula, Faba Lenticula, Lens, Phaſeolus, Piſum, Lupinum, Milium, & Panicũ: quæri poteſt, quod iſtorum ſit excellentius? Plin. de his *lib. 18. c. 12. natural.* ſcribit, & inter alia fabam extollit, & dat ei maximũ honorem inter legumina. Cum etiam ex faba fieri poſſit panis, & farina ex ea appellatur lomẽtum: aggrauaturq; pondus cum illa, & omni legumine, vnde maledicti ſunt illi, qui vendunt ſpecies, ſeu aromata, & cum illis apponunt farinã alicuius leguminis. Fabæ multiplex vſus eſt omnium quadrupedum generi, præcipue homini. Frumentum etiã miſcetur apud pleraſq; gentes, & maxime panico ſolida, ac delicatius fracta, & minutius trita; Et ſola frugũ, etiã exeſa, repletur, creſcente luna;

oua in frumento, aut hyeme in paleis, æſtate in furfuribus vtiliſſimum, & oua aceto macerata, in tantum emolliuntur, vt per annulos tranſeant, ſale exinaniri creduntur. Oua vero Velitrarum inter cibos electibiles, & delicatos ſcribit Text. *in ſua officina.* Nam in Velitris, Valſcorum oppido, fuit ouorum ingẽs abundantia.

Mantuanus:

Iam Latii Romam caput, ouiferaſq; Velitras.

Et, vt ſcribit Palladius de gallinis loquens: Vinaciis, hoc eſt, granis vuæ iam preſſæ, cito ſterileſcunt, cum hordeo ſemicocto, & parere ſæpe coguntur, & reddunt oua maiora. Vnde Columell. *lib.6.* Vinacia quamuis tollerabiliter paſcant, dari non debent, niſi quibus temporibus anni auis fœtum non edit.

OCtuageſimatertia cõſideratio ſit de excellentia granorum ſeu ſegetum; quoniam ſunt plura, far, ſiligo, triticum, ador. Itali ponunt ſpeltam, & melicam. De excellentiori habeo gloſſ. quæ eſt 1. *in l. triticum. ff. de verbor. obligat.* vbi dicit, quod triticum ſit nomen generale, ad omnia blada, ſeu ad omnes ſegetes, ſeu ad omne id, quod in area teritur. Sed alio modo, vt dicit, per excellentiam frumentum appellatur, ſed etiam, vt probat text. *in l.1. Cod. de Cano. frumentario, lib.*11. frumenti appellatione omnia neceſſaria ad victum continentur. Imo & quod plus etiam continet & lupinum, & fabas, cum ariſta ea in ſe contineat, *leg. frugum.* §. *frumentum. ff. de verbor. & rerum ſignificat.* & ibi dicit gloſſ. vlt. *in fin.* quod licet ſit quodammodo generale nomen, tamen ſpiritualiter vulgari ſermone dicimus granum, frumentum, quod pro ſui bonitate cætera excellit. De melica fit mentio *in d. gloſſ.* 1. De ſpelta vero, hordeo, & auena *in dict. gloſſ. vlt.* Et de his facit mentionem Textor *in ſua officina. in cap. legumina diuerſa, & frumenta*, vbi lupinum, & fabam inter legumina deſcribit, ſed text. *in d. l. frugum. in princip.* ponit inter fruges, quod eſt nomen generale; quoniam comprehendit & grana & legumina.

Triticum, ſecundum naturam ſui ſubſtantialem, in primo gradu eſt calidum & humidum, & ſic in medio; Panis ex eo factus calidior eſt in ſecundo gradu; quia calor eius augmentatur à calore ignis, & coctione, ſicut hordeum & faba. Cum in propria natura ſicca ſint, ſi in aqua coquantur, humiditatem aſſumunt: ita dicunt Dioſcorides & Iſaac, & dicunt, quod frumentum habeat eius virtutem calidam. Sed dicit Luc. de Penn. *in l.1. C. de conditis in horreis publicis. in princip. lib.*5. quod frumentum ſit proprie aridum, & ſiccum: & dicit Dioſcorides, quod triticum recens ac rufum, id eſt, auroſum, ſit vtilius; de recenti, ſeu nouo, quod ſit vtilius, ſatis notatur *in dict. l.1. C. de conditis in publicis horreis.* Et dicit Haliabas *in* 5. *Theorica. cap.*15. Triticum omnibus granis laudabilius eſt & magis temperantiæ proximum, ideo eſt cõuenientius omnibus granis, & hominum corporibus conferentius, ac laudabilior cibus, & de hoc tritico, & quod ſit laudabilius aliis granis, etiam ponit Auerr. *in* 5. *coll.* & Galenus *in* 3. *diaetarum.* laudes illius: dummodo ſit ſpiſſum, graue, & frangi difficile, coloris exterius cerei, interius vero albi, ſuperficie lucidum, & leue. Ex cuius ſubſtantia & medulla farinam exuberat plurimam, cortex autem & furfur non in magna quantitate, & etiam hoc tenet Almanſor *lib.3. cap.2.* Item, quod ſit natum in craſſa & pingui terra. Ita tenet Iſaac *in* 1. *doctr.* Item, & tertio, quod ſit nouum, licet Serapio & Dioſcorides videantur ſentire oppoſitum, ſcilicet, quod nõ ſit multum nouum, neque multum vetuſtum, ſed medium. Ideo dicit Auicenna *in* 2. *canonis* 5. 577. Sit igitur medium in ætate; quoniam eius humiditas inter multam & paucam eſt media, exhauſta humiditate accidentali, quã aeris deſiccauit calor: propterea hæc ſpecies media, laudabilior exiſtit & melior, bene naturam nutrit, & cito digeritur. Item & quarto, quod mundum ſit à zizania, vel lolio, & cicerculis, & huiuſmodi granis illaudabilibus, vt dicit Galenus *in* 3. *primi doct.* 2. *cap.*7. Ideo dicit Auerroes *in* 5. *coll.* quod melior cæteris ſit panis factus ex farina tritici in hunc

modum.

modum, vt ſit cuſtoditum à malis accidentibus eidem obuenire valentibus.

Qualis autem panis omnium granorum ſit excellentior, ſcribit Plinius *lib. naturalis hiſtoria, 18. cap. 7.* vbi vide de frugum generibus & natura. Vbi dicit, quod panis ex frumento ſit excellentior. Et quarum prouinciarum, ſeu patriarum frumenta ſint excellentiora, Plinius ibi ediſſerit, vbi multũ laudat Italicum. Et Textor *in officina. in Cornucop. in litera F.* ſcribit patrias abundantes frumento, *& ſub litera P. in verbo, panibus,* dicit, quod in Scolo Bæotiæ vico, laudatiſſimi fiebant panes, quales forte ſiunt apud nos, in oppido Belnenſi: & Cælius *lib. 4. ſuarum antiquarum lect. ca. 35.* adducit plura genera panis. Et dixi hic ante, quod panis triticiuſit excellentior, eligibilior, & laudabilior, intellige, dummodo quinque habeat, videlicet, ſit conuenienter ſalitus, ex aqua factus, & ex fermento in competenti quantitate, vt ſatis demonſtrant Medici, videlicet Auerr. *in 5. coll. cap. de complexionibus ciborum.* Iſaac *in 1. doctr.* Galenus *in quinta de regimine ſanitatis, in 1. de alimentis cap. de fermento.* Et ad quid ſal ponatur in pane, ſcribit Ariſtoteles *in 21. problem. 5.* Nec fiat ex oleo, vt dicit Haliabas *5. Theorica, cap. 15.* Secundum, vt paſta bene malaxetur, & dometur, iuxta dictum Auicennæ *in 2. canon. cap. 577.* & Ariſtoteles *in 21. Problem. problem. 7.* Tertium, quod panes non multum parui ſint, nec multum magni, vt dicit Iſaac *in 1. doctr.* Quartum, quod farina optime piſtata ſit, vt dicit Haliab. *5. Theorica 5. cap.* Galenus *in lib. de alimentis. cap. de tritico.* Quintum, quod ſit poſt primũ diem vel ſecundum, vt dicit Iſaac *in 1. doctr.* Et quomodo panis calidus ſit nociuus, videatur Auenzoar *in 1. cap. ſui Theiſer.* & Rhaſis *in 21. continentis, 128* & Auicenna *in 2. canonis. cap. 577.* & dicit Haliabas *in 5. Theorice. cap. 15.* quod panis calidus, cum ex camino trahitur, omnibus reliquis peior ſit; quoniam immoratur eius à ſtomacho deſcenſus, & ſitim prouocat; Et concluſiue, ad iudicandum bonũ panem, dicimus cum Auerr. *in commento 136. canticorum,* vbi dicit: *Melior ex panibus eſt ille, qui ſic preparatur, vt ſimilis ſpongia efficiatur, aqualiter & temperate fermentatus, & in clibano conuenienter decoctus.* Etiam pro hoc fuit ſententia Galeni *in 1. Therapeutica. cap. 9.* & vide quid dicat *in 1. de alimentis, & de alchymia. cap. 2.* Et quinque conditiones optimi panis & electi ſcribit Schola Salern. in his verſibus:

Panis non calidus, nec ſit nimis inueteratus,
Sed fermentatus, oculatus, ſit bene coctus,
Modice ſalitus, frugibus validis ſit electus.

Et ibi Arnal. de Villanoua commentator has 5. conditiones optimi panis explicat.

De ſiligine habetur per eundem Plinium *eod. lib. 19. cap. 10.* vbi ait, quod ex Aphrica ſiligine dulciſſimus panis fiat, & ipſa ſpiſſior quam far, & maior ſpica eadem: & ibi etiam vide de aliis ſpeciebus.

Hordeum vero etiam multum laudat Plinius *in d. lib. c. 7. in fin.* tanquam omnium frugum nobiliſſimum: & ibi rationes aſſignat, ex pluribus effectib. illius, quos vide. Licet multi nominent & ponãt orizam, vulgo, riſum, inter cibaria, tamen credo illud eſſe ponendum inter grana, & ſegetes, ex quo ſeminatur, & metitur, prout & alia grana: de cuius natura & effectu ſcribit Galen. *lib. 1. de cib. cap. de riſo.* & habetur *in Pandect. cap. 57.*

Et quoniam ſeges, ſeu fruges eſt nomen generale, vt dixi, ſub quo etiam legumina comprehenduntur, quæ ſunt Eruum, Vicia, Cicer, Cicercula, Faba Lenticula, Lens, Phaſeolus, Piſum, Lupinum, Milium, & Panicũ: quæri poteſt, quod iſtorum ſit excellentius? Plin. de his *lib. 18. c. 12. natural.* ſcribit, & inter alia fabam extollit, & dat ei maximũ honorem inter legumina. Cum etiam ex faba fieri poſſit panis, & farina ex ea appellatur lomẽtum: aggrauaturq; pondus cum illa, & omni legumine, vnde maledicti ſunt illi, qui vendunt ſpecies, ſeu aromata, & cum illis apponunt farinã alicuius leguminis. Fabæ multiplex vſus eſt omnium quadrupedum generi, præcipue homini. Frumentum etiã miſcetur apud pleraſq; gentes, & maxime panico ſolida, ac delicatius fracta, & minutius trita; Et ſola frugũ, etiã exeſa repletur, creſcente luna;

Digitized by Google

& ibi idem Plinius ſcribit, quando ſeri debeat, & etiam alia legumina, & de eis, & aliis vide ibi, cum quatuor capp.ſeqq. De pane autem aliorum granorum dicendum eſt cum Auer. *in coll.* quod habeat illam virtutem, quam habent illa grana; quæ cum omnia ferme laudabilia ſint, & panis ex eis cõfectus ſimiliter talis eſt.

De cibis & diuerſis panibus ſcribit Text. *in ſua officina, in c.cibi & panes diuerſi.*

OCtuageſimaquarta conſideratio de excellentia vinorum diſponit, quæ de per ſe ſunt excellentiora omnibus aliis habentibus liquorem. Inprimis de laude vini ſcripſit Plato librum vnum: Cælius vero *lib. antiquarum lect.17.cap.64.* multum laudat vinum ex dictis Æſculapii & Platonis, & de eius vtilitate ſcribit *libr.7.cap.32. & lib.85.cap. 22.& 24.cum plurib.aliis capp.illius libri.* Plinius vero *libro naturalis hiſtoriæ, 14.* etiã multum laudauit vinum. Nam, vt notatur *in l.1. in gloſſ.magna, circa medium.ff. de periculo & comm.rei vendit* : & *in Pſalm.*103. *Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis.* Et *Iudic.*9.dicitur: *Vinum lætificat Deum & homines.* Et de eius fortitudine habetur 3. *Reg.3.c.* Multi multa vina diuerſarum patriarũ laudauerunt, ſed inter alia Schola Salern. probat illa habentia ſequentia:

Vina probantur odore, ſapore, nitore, colore.

Et ſubdit:

Si bona vina cupis, hæc quinq; probantur in illis:

Fortia, formoſa, fragrantia, frigida, friſca.

Et ſi hæc generalia quatuor, & quinque ſpecialia habeat, cuius regionis & patriæ ſint, non eſt curandum; quoniam de vino & homine illud dici communiter ſolet; quod cum bonitatem habeant, non ſit de eorum origine & locis quærendum, cum ſuum cuique placeat, & ſic laudet; & quocunque eatur, fabula eadem reperiatur de iſtis excellentiis vinorum. Plinius vero *dicto lib.14.cap.1.* ſcribit de vitium natura, & quibus modis ferant ſeu extollantur. *& 2.& 3.cap.* de generibus vitium, *cap.4.* inſignia culturæ vitium, *cap.5.* de natura vini, *cap.6.* de generoſitate vinorum, & ibi vide de excellentia & nobilitate plurimorum vinorum. Textor *in ſuis Epithetis ſub litera V. in verbo, vinum, & viribus.* poſt Plinium, Dioſcoridem, & plures alios laudat quamplurima vina, ex pluribus & variis locis, in hunc modum: Tmolus mons Lydiæ, teſte Plinio *libro* 5. optimo abundat vino. Vnde Ouid *lib.4.de Ponto*:

Aphrica quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos,

Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.

Item *lib.6.Metamorph.*

Deſeruere ſui Nymphæ vineta Tmoli.

Et ſic Poetæ ſuperaddunt i, poſt t.

Hinc Statius *in Thebaide*:

Hinc nota Baccho Tmolus attollit iuga.

Veriſimile credendum eſt, dominos Timolenſes ſeu Trimolenſes, propter eius antiquitatem nominis, antiquitus à prædicto monte Tmoleo originem habuiſſe, vel à Timoleone duce Corinthiorum, qui fuit vir clariſſimus omnium iudicio, & patriam oppreſſam à Tyranno liberauit, vt de eo multa ſcripſit Plutarchus, de quo dixi ſupra *in 1. parte, in 38.conſideratione, in 23.concluſion.* vnde Ludouicus de Trimolio, ſequens veſtigia prædeceſſorum, hanc patriam Ducatus Burgundiæ à Sueuis oppreſſam, anno Domini 1414. auſpice liberauit, & poſt eius mortem glorioſam, *Eques auratus ſine nota*, hoc eſt, *Le cheualier ſans reproche*, intitulatus eſt.

Falernus mons, ſeu regio Campaniæ, vbi colles vitiferi optimo abundant vino, vnde Varro: *Quid in Italia vtenſile non modo non naſcitur, ſed etiam non egregium non ſit? Quod far comparandum Campano? Quod triticum Apulo? Quod vinum Falerno? Quod oleum Venafrano?* Vnde Tibullus:

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos.

Idem:

Non tibi ſi pretium Campania terra daretur,

Non tibi ſi Bacchi cura Falernus ager.

Martia-

Martial. *Reſinata bibis vina Falerna.*

Maſſicus item mons Campaniæ, optimi vini ferax. Horatius.

Et qui nec veteris pocula Maſſici.

Virgilius *li.7. Æneid.*

Vertunt felicia Baccho Maſſica.

Silius *lib.7.*

Maſſicus vuiferis addebat nomina glebis.

Statius *lib.4. ſyluarum.*

Gauro Maſſicus vuifer remittit.

Nam Gaurus mons quoque Campaniæ vinum habuit laudatiſſimum. Aulon mons Calabriæ, contra Terentinam regionem, optimo nobilitatur vino. Martial.

Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon:
Det pretioſa tibi vellera, vina mihi.

Horat. *Et amicus Aulon,*
Fertilis Baccho nimium, Falernis
Inuidet vuis.

Commendat & vinum Lesbium, à Lesbo inſula in Ægeo. Propert. *li.1.*

Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

Pamphilus:

Si victam reddet, victã ſe Bacchia Lesbos.

Horat. *Hic innocentis pocula Lesbi duces ſub vmbra.*

Ariſtoteles (vt ſcribit Aulus Gellius *lib.13. capit.5.*) ægrotans, guſtato vino Rhodio, inquit firmum hercle vinum, & iucundum, deguſtato inde Lesbio, vtrumque (inquit) oppido bonum, ſed ſuauius Lesbium. Et ſic Rhodium vinum inter bona vina enumeratur. Methymna, ciuitas fuit in Lesbo inſula vini bonitate nobilis. Pamphilus:

Lesbia pampineos ſpargit Methymna racemos.

Ouid. *Gargara tot ſegetes quot habet Methymna racemos.*

Cecubum, oppidum Campaniæ, commendat etiam vini bonitas. Mart.

Cecuba Fundanis generoſa coquuntur amicis.

Idem *li.6.*

Cecuba non ſolis vindemia nutriat orbes.

Horatius.

Cecubam & prelo domitam Caleno
Tu bibes vuam.

Nam fuit in Caleno vrbe Campaniæ vinum generoſum. Iuuenal.

Qua molle Calenum
Porrectura viro miſcet ſitiente rubetam.

Formiæ, vrbs Latina iuxta Caietã, antiqua Læſtrygonum ſedes fuit, nobilis vino. Horat.

Mea nec Falerna
Temperent vites, neq; Formiani
Pocula colles.

Setia, vrbs Campaniæ ſuperbit etiam vini nobilitate. Mart. *lib.4.*

Tu Setina quidem ſemper, vel Maſſica ponis.

Idem *in Xeniis:*

Pendula pampineos quæ ſpectat Setia cãpos,
Exigua vetulos miſit ab vrbe cados.

Pamphilus:

Spargit Campanis Setia clara iugis.

De Surrhento Campaniæ oppido Sirenũ quondam ſede. Martial.

Surrhentina bibis, nec Myrrhina picta, nec aurum,
Sume; dabũt calices hæc tibi vina ſuos.

De iſto vino Surrhentino facit mentionem Proculus Iuriſconſultus *in l. fin.* quæ incipit, *qui vinum Surrhentinum, ff. de trit. vino & oleo leg.*

Habuit & prædulces vuas Alba vrbs Italiæ. Mart.

Hoc de Cæſareis mitis vindemia cellis.
Mitis Iuleo quæ ſibi monte placet.

Fundanum etiam commendatur, à Fundis, oppido Campaniæ. Mart.

Hæc fundana tulit felix autumnus opimi.

Meſſana vrbs Siciliæ, à Mamertinis Campaniæ populis habitata, optimum ferebat vinum. Mart.

Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta
Si detur, quoduis nomen habere poteſt.

Vnde Plin. *dict. li.14. cap.6.* dicit, quartum curriculum obtinuere publicis epulis à diuo Auguſto Mamertina circa Meſſanam in Sicilia genita.

Chios, inſula maris Ægei, & Ariiſium in ea promontorium, laudantur vini præſtãtia. Silius *lib.7.*

Et ambroſiis Aruiſia pocula ſuccis.

Veientum Ethruriæ oppidum. Horat.

Qui Veientanum feſtis potare diebus.
Mart *li.2. Veientana tuam ſi domat vua ſitim.*

Aminei populi fuerunt, vbi nunc eſt Falernus, quorum regio Aminea dicebatur, vini feraciſſima. Virg. *li.2. Georg.*

Sunt & Aminea vites firmiſſima vina.

De iſto etiam vino Amineo facit mentionem text *in l. qui vinum. §. fin. ff. de tritico, vino, & oleo legato.*

Thaſus inſula maris Ægei vinum habuit laudabile. Virg. *li.2. Georg.*

Sũt Thaſia vites, ſunt & Mareotides alba.

Mareotis pars Ægypti itidem. Horat.

Mentemq́ limphatam Mareotico
Redegit in veros timores.

Statius *li.3. ſyluarum.*

Sparſit Tyrrhena Mareotica vina Minerua.

Hoc vinum durat in longam vetuſtatem.

Naxos ſimiliter, inſula maris Ægei, à fertilitate vini Dionyſia dicta eſt. Vnde Pontanus vitigenam eam appellat, dicens:

Hanc poſt vitigena ſpaciantẽ litora Naxi
Bacchicam.

Statius *li.4. Achilleid.*

Lemnos, & à tergo decreſcit Bacchica Naxos.

Maronea vrbs Ciconum laudata eſt vino, quo Vlyſſes inebriauit Polyphemum. Tibullus:

Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.

Methone quoque vrbs in Thracia, nomẽ habuit à vini copia.

Nam Methyn Græci ebrietatem vocant.

Tarraco in Hiſpania etiam vino claruit. Silius *lib.3.*

Dat Tarraco pubem
Vitifera, & Latio tantum ceſſura Lyæo.

Vina apud Græcos celebrata fuere, Prannium, Cereri ſacrum, Chium, Thaſium, Lesbium, Creticum, & apud Syracuſanos, Polium, Coum denique, & Rhodium. Celebrãtur & alia pleraque loca, vini bonitate, quæ omnia longum eſſet recenſere, vt ait Textor: propterea ſummatim ſubiicit, quod in compendium redegit, ex dictis Plin. *in lib.14. cap. 6. ante alleg.* &, vt inquit ibi Plin. Auguſtus Setinum prætulit cunctis. Antea Cecubo erat generoſitas in paluſtribus populetis; Secunda nobilitas agro Falerno erat; Naſcitur in ſummis collibus Gauranum, mediis Fauſtianum, imis Falernum; Albanæ vuæ ſunt prædulces; Surrentina, in vineis tantum naſcuntur, conualeſcentibus maxime probata, propter tenuitatem, ſalubritatemque. Nam quæ ſpiſſa ſunt, non adeo proſunt morbis: & ſicut ſubtile vinum multos ſpiritus procreat, atq; ſubtiles, ita groſſum groſſos, vnde ſchola Salernitana dicit:

Gignit & humores melius vinum meliores.
Si fuerit nigrum, corpus reddit tibi pigrum.
Vinum ſit clarumq́, vetus, ſubtile, maturum,
Ac bene limphatum, ſaliens, moderamine ſumptum.

Dicit Galenus, vinum Palmeum, ſiue album, eſſe melioris ſaporis & odoris, quã cætera vina; Surrentino idcirco medici nobilitatem dabant: certant Maſſica æque, ex mõte Gaurano. Præponuntur Calena, & quæ in vineis arbuſtiſque naſcuntur, Fundana. Auguſtus probauit Mamertina, circa Meſſenam Siciliæ genita. Potulana ab authore dicta, etiam laudantur. Rhetica Falernis tantũ poſthabentur à Virgilio. Ethruriæ palmam Luna habet, Liguriæ, Genuæ; Inter Pyrenæum, Alpeſque, Maſſilia. Hiſpaniarum, Laberhana copia nobilitantur: elegantia vero Tarraconenſi, atq; Lauronenſia, & Balearica, ex inſulis Italiæ primis conferuntur. In ſumma (vt tandem concludit Textor) gloria fuêre Thaſium, Chiumque, ex Chio quod Aruiſiũ vocant. Item Lesbium, quod ſponte naturę ſuæ mare ſapit. Gratia eſt & Glazomenio.

Sunt & plura alia, de quibus Plin. *in d.c.7.* recitatus in quibuſdam per Textorem, qui non eſt contentus de veteribus, qui nihil ſcripſerunt de excellentia, gloria, & nobilitate vinorum Galliæ, ne alienæ gentis gloria, ſuam ipſi deprimerent: exiſtimabant enim (vt ait) fuliginem, & tenebras ſuis inductum iri, ſi de noſtratibus verba facerent; Sciebant enim terram Gallicam, populi virtute omnium pręſtantiſſimam, vini quoque gloria non eſſe inferiorem, imo & feliciorem multo.

Propter-

Digitized by Google

Propterea hoc, velut conniuentes, prætermiſerunt, cum tamen ſit in confeſſo, Belnenſibus, Aurelianis, Andagauenſibus, Parrhiſinis, & pleriſq; aliis, meliora non reperiri, etiam ſi peregrina, & exotica omnia conferre libeat. Quis enim in toto orbe reperiri meliora vina Belnenſibus audaculè, aut temerè forte aſſerere præſumeret? cum (vt clarum eſt) ad omnes partes mundi vehatur, propter eorum excellentiam, vt norunt etiam exteræ nationes, Angli, Flandrenſes, & aliæ, pro eorum ſingularitate, & quorum bonitas omnes vinorum bonitates ſuperat: ſunt enim fortia, formoſa, fragrantia, friſca, in odorib. fumantia, in ſapore delectabilia, & ſuauia, in nitore limpidiſſima, in colore clariſſima, & nõ ſpiſſa: & hæc ſunt ſigna ad probationem vini: vnde Arnaldus de Villanoua, in commẽto ſuo, ſuper illis verſibus: *Gignit & humores melius vinũ meliores, &c.* ante allegatis, dicit, quod vinum Belnenſe ſit electum in potu, & vtiliſſimum ſenibus, cum exhilaret, & melancholias reprimat. Idem tamen Textor neſcio qua ratione motus, niſi ad blandimentum alterius, *in dictis ſuis Epithetis, in litera F. ſub verbo fructibus.* nixus eſt laudare vina Viuareſia, iuxta Rhodanum; quæ dicit eſſe laudatiſſima, omniumque laudibus, nemine reclamãte, longis interuallis anteferenda: ſed parcat mihi, quoniam ſuæ aſſertioni non aſſentiam, cum ſit pluſquam notorium, & manifeſtiſſimum, notorietate facti permanentis, quod vina Belnenſia excedant alia vina, bonitate, fortitudine, & formoſitate, & omni alia excellentia, & nobilitate, quæ vinis dari aut attribui poteſt. Et ſcias lector candide, quod nunquam excellentiam, laudis, gloriæ, & nobilitatis amiſerunt, niſi interdum inter ignorantes bonitatem illorum, aut obliuioſos, ex contumacia illorum; ſed ſi interfuerint, & adſint, & fiat altercatio cum cæteris, nunquam in omnibus de illis ad alia eſt dabilis comparatio, ſicut nec de Chriſto ad Belial; & in hoc non eſt dubium. Et licet ſint alia bona vina in patria Burgund. vt Cabilonenſe, Diuionenſe & pleraque alia, in diuerſis locis genita: ſuper omnibus tamen vinum Belnenſe eſt extollendum: & de his ſunt verſus vulg.

Vinum Belnenſe ſuper omnia vina recenſe,
Arboſium repete, ſi vis dormire quiete.

Propter eius dulcedinem, quũ ibi creſcãt vina alba dulciſſima, & optima: & ſequitur:

De caſtro Caroli melius perquirere noli.

Et cum potio vini ſit communis omnibus nationibus, & vtiliſſima, ideo præfertur omnibus aliis, etiam Pyratio, quod ex pyris fit, vt in Normannia, de quo meminit Textor *in ſua officina*, vbi ſcribit potiones diuerſas, ſub illo titulo, quæ ſunt ſequentes: Amyſtis, Oxyhalme, Oxyſaccaron, Promulſis, Pyratium, Bua, Zythum, Cælia, Cærea, Ceruiſia, quæ fit in Flandria, Pryſana, & Sabaia.

Sed quæres forſitan, quodnam ſit excellentius, & conuenientius colono, & ruſtico, habere vites, pratum, an ſerere grana? Columella *in ſuo opere agricolationum*, laudat, & extollit, & pratum, & ſationem vinearum, & ſeminationem, ſeu pratorum, & paſcuorum poſſeſſionem. Et, vt etiam dicit; de arbuſto inter Autores non exigua pugna fuit. Pratum laudat Franc. Patritius *de inſtitut. Reipub. lib. 7. cap. 5.* vbi ait: quod Cato multas de prato afferat laudes, quod nulla, vel minima admodum impenſa indigeat, quod paruo labore ſeruetur, quod nullis tempeſtatib. obnoxium, quod ſingulis annis, & pabulo, & fœno fructum reddit, prasum cum exoleſcit, ſeriuſque herbam emittit, frumenti cauſa excolitur, vt dicit text. ab Vlpia. Iureconſul. conditus *in l. pratum. ff. de verb. & rer. ſignifi.* Pratum ex eo dictum quod paratum ſit ad fructum capiendum, ſcilicet (vt ibi dicit gl.) ſine ſemine. Sed quicquid ſit, idem Columella loco ante allegat. *lib. 4. cap. 3.* diſputatione quam facit, an vineæ ſint habendæ, & an patremfamilias locupletent: ſed, vt dicit, vberrimus eſt reditus vinearum, & omittendo veterem illam felicitatem aruorum, de quibus, & ante iam Marcus Cato, & mox Varro Teren. prodidit; Singula ingera vinearum ſexcentas vrnas vini præbuiſſe. Id enim maxime aſſeruerat Varro *in 1. lib. rerum ruſticarũ.* Nec in vna regione prouenire ſolitũ, ve-

Digitized by Google

rum & in Fauentino agro, & in Gallico, qui nunc Piceno nomen tribuit, vbi eſt vrbs Sena, Vrbinum, Ancona, & plures aliæ. His certe temporibus, & Nomentana regio (quæ non procul ab vrbe Roma diſtat) celeberrima fama eſt illuſtris, & præcipue quam poſſedit Seneca, vir excellentis ingenii, atq; doctrinæ, cuius in prædiis, vinearum iugera ſingula, culeos octonos reddidiſſe plerumque compertum eſt. Nam (vt dicit) illa videntur prodigialiter in noſtris Ceretanis (hoc eſt in Vmbria, quæ nunc Ducatus Spoletinus dicitur) accidiſſe, vt aliqua vitis apud te excederet vuarum numerum duorum millium, vt apud eum, (vt ait) octingentæ ſtirpes inſitæ intra biennium ſeptenos culeos peræquarēt, vt primæ vineæ centenas Amphoras iugeratim præberent, cum prata, & paſcua, & ſyluæ centenos ſextertios ſingula iugera efficiant, optime domino conſulere videantur. Nam frumenta maiore quidem parte Italiæ, quando cum quarto reſponderint, vix meminiſſe poſſumus, & ſic in hoc videtur Columella concludere pro viribus: ſed ibi per eum vide, quare hodie vileſcant, & quod nullus, vel iniquiſſimus vinearum locus, non maiorem quæſtum redderet, quam acceperit impenſam. Et de laude agriculturæ ſatis ſcripſi *in præcedenti parte, in 36. conſiderat.* Et poſt Columellam Leonardus Portius *lib. 2. de ponderib. & menſur.* culturam vinearum quæſtuoſiſſimam demonſtrat, ſecundum computationem per eum ibi factam, quam breuitatis cauſa omitto: & ibi concludit, culturam vinearum, ex vino, & plantis, non ſolum modici fœnoris, ſed cuiuſcunque quæſtuoſiſſimæ mercaturæ reditus excedere, & honeſtiſſimo, & quietiſſimo fructu eam exercentes, diteſcere. & dixi remiſſiue *in commen. noſtris ſuper conſuetudin. ducat. Burgund. in rub. Des iuſtices, in gloſſ. & droictz. verſic. addit. numer. 59.*

OCtuageſimaquinta conſideratio ſit de excellētia aliquarum carnium ad alias. Nam Galenus 8. *de ſanitatis ratione*, ſuillam carnem cæteris laudabiliorem facit. Sed & Princeps Auicenna 2. *canone, cap. de ſanguine*, humanum, ſuillumque ſanguinem, in omnibus exactam habere ſimilitudinem ſcribit. Quin eandem quoque carnis rationem tradit. Adeo vt impuratiores quidam (teſte Cælio *lib. antiq. lect. 13. cap. 5. poſt eundem*) pro ſuilla humanam diſtrahere ſibi licentius permiſerint: quod facinus diu perrexit impunitius, donec digiti hominis intermixti forte cōſpecti, ad ſupplicii diritatem, etſi ſeram, Autores protraxere. Auerrois 5. *collat.* ex Auicennæ placitis porcinam carnem, cæteris præferendam omnibus ſtatuit, veluti hominibus natura cognatiorem. Commentator vero Regiminis Salernitani, ſcilicet Arnaldus de Villanoua, ſuper illis verſibus: *Perſica, Poma, Pyra, &c.* dicit, circa electionem carnium animalium quadrupedum, controuerſiam eſſe inter medicos: quidam enim dicunt, carnes porcinas eſſe meliores, & laudabiliores, vt Galenus, & quidam alii, vt dictum eſt. Alii vero dicunt, carnes hædinas eſſe meliores, ſicut Raſis, Auicenna, Auerrois. licet Auerrois 5. *coll.* imponat Auicennæ, quod dixerit, carnes porcinas eſſe meliores: vt hic ante allegatum eſt, quod tamen (vt dicit idem commentator *vbi ſupra*) non dicit authoritate propria, ſed authoritate Chriſtianorum. Alii vero vitulinas laudant præ aliis carnibus. Et ſcribit, quod laus, electio, ſeu melioritas carnium animalium quadrupedum, multifariā attendi poſſit. Primo ex parte maioris nutrimenti, & irreſolubilioris, & carnibus humanis ſimilioris, & iſto modo caro porcina cæteris eſt melior, & laudabilior. Tum primo propter maximam ſimilitudinem cum carnibus humanis, Autore Galen. 3. *alimen.* vbi ait. Porcinæ autem carnis ſimilitudinem ad homines addiſcere, eſt ex eo, quod quidam comederunt humanas carnes vt porcinas, nullam ſuſpicionem habentes, ſecundum guſtum ipſarum, & odorem. & Auicen. 2. *cano. cap. de ſanguine, ante allegato.* Tum ſecundo, quia caro porcina valde nutritiua eſt: nam dicit Galenus 3. *alimen.* Omnium eduliorum, caro porcorum maxime eſt nutritiua. & *eodem libr.* porcorum carne nullam aliam ampliotis nutrimenti haberi, vnde in regimine

mine Salernitã. ſcribuntur iſta:

Nutrit & impinguat triticum, lac, caſeus infans,

Teſticuli, porcina caro, &c.

Tum tertio; quia generat alimentum ſtabile, fortiter reſiſtens ſolutioni: & ita ſentire videtur Gal. 8. *de ingenio.* vbi ait. Cæteris carnibus porcina eſt laudabilior, ſi porcus montana incoluerit; poſt porcum, hœdus. Et ſimiliter, *in quinta therapeutica*, vbi dicit; *Quadrupedum caro laudabilior, eſt porcina in calore, & humiditate temperata, eiuſque cibus plurimus, ſanguis ab ea generatus, omni melior eſt ſanguine.* Quod intellige, teſte eodem Arnaldo, de carne porcorum, non antiquorũ, quia eorum caro indigeſtibilis eſt, nec minus iuuenum ſiue lactentium: quia caro eorum humidiſſima; ſed ætate mediocrium, puta vnius anni, vel duorum, etiam caſtratorum, tam domeſticorum, quam ſilueſtrium. Opinatur tamen ipſe Arnaldus, quod porci ſilueſtres ſint domeſticis meliores, quia carnes porcorum domeſticorum ſunt plus debito viſcoſiores, & humidiores. Ideo ſi aliquantulum ſaliantur, antequam comedantur, contemperatur eorum viſcoſitas. Vnde dicitur *in dicto regimine Salernitano*, quod caro porcina ſine vino, minus ſana ſit ouina; vt his verſibus depromitur.

Eſt caro porcina ſine vino peior ouina,

Si tribuis vina, tũc eſt cibus, & medicina.

Quod tamen innuit eſſe verum de carnibus porcellorum aſſatorum, quia carnes porcinæ, quibus ruſtici communiter vtuntur, quando videlicet ſunt ſalſæ, vel ſole, vel fumo exſiccatæ, quas, Baconem, vocant, nullo modo saniores ſunt carnibus ouinis, cæteris paribus. Et de carnibus porci ſilueſtris, ſiue apri, dicit Auicen 2. *can. cap. de carne.* Chriſtiani vero dixerunt, & qui eos imitantur, quod melior caro porcorũ ſit carne porci ſilueſtris, ſiue feri: nam eſt leuior carnibus domeſtici porci, & fortis nutrimẽti, & plurimi, & eſt velocis digeſtionis, & eſt melior in hyeme. Ex quo conſtat carnes porcinas multum laudabiles corporibus iuuenibus, ſanis, fortibus, laborantibus, non diſpoſitis ad opilationes, & his, qui impinguari quærunt; quia talia corpora indigent maximo nutrimento, & difficillime reſolubili. Ideo dicit Raſis tertio Almanſoris, *capit. de virtute carnium.* Caro groſſa, multum laborantibus conueniens eſt, ſubtilis vero his, qui prædictis ſunt contrarii, conuenit. Et idem vult Auicenna *tertia primi cap. de regimine eius quod comeditur*, dicens: *Exercitati præterea & multi laboris, magis ſunt tolerantes nutrimenti groſsi.* Quomodo tamẽ prohibitum fuerit filiis Iſrael, ne comederent carnem ſuillam, ſcribitur *Leuit.* 11. vbi ponuntur animalia immunda ad eſum, tam quadrupedia, aues, piſces, quod noua lege non obſeruamus.

Alio & ſecundo modo conſideratur melioritas, laus, ſeu electio carnium, ex parte temperatæ complexionis earum, facilis digeſtionis, & ſanguinis, ex ipſis generati, temperantia, vt illa caro dicatur melior & laudabilior, quæ temperatæ eſt complexionis, facilis digeſtionis, ſanguinem generans temperatum in caliditate & frigiditate, ſubtilitate & groſſitie. Et iſto modo caro hœdina eſt melior & laudabilior cæteris, vt vult Raſis, Auicenna, & Auerrois. Nam dicit Raſis *tertio Almanſoris. capit. de animalib. ſilueſtrib. & domeſt.* Hœdina caro eſt temperata, nullam in ſe habens malitiæ admixtionem, quæ licet temperatum generet ſanguinẽ, laborantib. tamen non congruit, cui nulla alia caro præferenda eſt. Et licet virtus ex ea minuatur, tamen eius nutrimentum non eſt groſſum, & malum ſic, quod ex eo proueniat repletio, & groſſus generetur ſanguis: nam ſanguis ex ea generatus inter ſubtilem & groſſum, ac inter calidum & frigidum exiſtit. Ideo iuuenibus temperatis, exercitio mediocri vtentibus, conuenit, quia iſta caro generat ſanguinem forti exercitio, aut labore facile reſolubilem, licet non mediocri exercitio. Et ſicut hoc reſpectu, caro hœdina inter carnes domeſticas, ita caro capreoli, inter carnes ſilueſtres, eſt melior & laudabilior. Et poſt iſtam carnem hœdinam, plures medici, vt Raſis & Auerr. ponunt carnem arietinam, ſaltem annalem, & dicit Auerrois 5. *coll. cap. de carne*, quod

Nnnnnn hæc

Digitized by Google

hæc ſit opinio maioris partis medicorum, præter Galenum, qui abominatur carnes arietum. Et videtur ei, quod caro vitulorum ſit melioris nutrimenti, quam arietum, ex eo forte, quod eſt plurimi nutrimenti, & nutrimentum dat magis irreſolubile, quod magis videtur conuenire carnibus vitulinis quam arietinis, cum arietinæ magis humidæ ſint, vnde *in dicto regimine Salernitano* dicitur:

Sunt nutritiuæ multum carnes vitulinæ.

Tertio modo, attenditur laus, & melioritas carnium, ex parte minoris viſcoſitatis, & melioris odoris earum: & ſic carnes vitulinæ ſunt meliores cæteris carnibus, quia, vt innuit Auer. *quinto coll. c. de carne.* dicens, quod tales carnes vitulinæ ſint bonæ: quia non habent vllam viſcoſitatem, frigiditatem, & ſiccitatem, quam habent carnes bouinæ veteres: & carnes eorum ſunt magis odoriferæ aliis carnibus; & in hoc meliores & laudabiliores ſunt carnibus hœdinis, quia in carnibus hœdorum apparet quædam mucillago, id eſt, viſcoſitas, antequam coquantur. Etiam Galenus 3. *alimentorum*, ſumme laudat carnes vitulinas, vbi vult, quod carnes vituli lactis, ſex hebdomadarum, vel octo, aſſatæ, ſaniores ſunt mutonis: facilis enim digeſtionis, & multum nutritiuæ ſunt, vt dictum eſt. Carnes tamen hœdinæ, meliores ſunt vitulinis: quia meliores generant humores, vt prædictum eſt.

De laude vero carnium volatilium, tactū eſt hic ante, *in 80. conſid.* & de piſcibus, qui & carnes dicuntur, iuxta Apoſtolum, dicētem: alia eſt caro hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia piſcium, vt ſcribit Archid. *in cap. denique. diſt. 4.*

OCtuageſimaſexta conſideratio de excellentia caſeorum erit. Plinius *libro 11. cap. 41.* laudat caſeos ex lacte animalium, binas mammas habentium vltra alios. Et *ibi cap. 42.* laudat caſeos Nemauſenſes, in lingua Occitana, *Nymes*, in vulgari, vbi dicit, quod Roma, vbi omnium gentium bona iudicantur, vltra alios caſeos eos commendet, & apud Veſtinos Italiæ populos, apud quos laudatiſſimi fiebant caſei, &, vt ait Text. *in ſuo Cornucopia lib. in verb. caſeus* tanto quidē pretio, vt carnium loco haberi poſſent. Vnde de his Martial.

Si ſine fruge voles ientacula ſumere frugi,
Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Lunæ vrbis Hetruriæ caſeos commendat Martialis Apophoretis, dicens.

Caſeus Hetruſca ſignatus imagine Lunæ,
Præſtabit pueris prandia mille tuis.

Lunenſem caſeum dicit Plinius magnitudine conſpicuum, quippe, & ad ſingula millia pondo premitur. In Trebula agri Reatini oppido caſei itidem fiebant optimi. vnde Martialis:

Trebula nos genuit, commendat gratia duplex,
Siue leui flamma ſiue domantur aqua.

Pantaleon de Confluentia, Doctor in medicina, fecit tractatū, de ſumma lacticiniorum, ſiue de laude caſeorum, & *in tract. 1. eiuſdem*, laudat plures caſeos. Primo Florentinos, ſic dictos, quia in territoriis Florentinorum componuntur, & ſunt delicati, & portantur ad partes bene remotas, fiunt ex eis dona, tanquam de rebus ſatis precioſis, & ſunt groſſi, in quantitate notabili, & ſunt valde mundi, translucentes in colore ceræ citrinæ, cum ſunt in ætate perfecta, ſcilicet vnius anni, vel circa, & conſeruant eos in oleo bono oliuarum, & aliqui in pinguedine porci. In 2. *cap.* dicit, caſeos Placentinos eſſe famoſos, præcedere in bonitate Parmenſes, Mediolanenſes, Papienſes, Nouarienſes, Vercellenſes, & Pedemontanos, licet conſimiles fiant: quia iuxta Placentiam omnium pecorum paſcua bona abundant, & ſunt groſſi, & lati, pondere aliquando centum librarum & plus, communiter tamen 55. librarum, vel circa, & ſunt ſapidi & boni, maxime qui fiunt tempore veris & mediocriter antiquati, puta trium, vel quatuor annorum, & hoc ſecundum ipſorum magnitudinem, & ſunt mirabilis pulchritudinis, in qua fere omnes caſeos excedunt. Nam eos ita mundos conſeruant: vt in ipſorum cortice nulla prorſus immundities videatur: viſitant enim eos perſæpe,

Digitized by Google

ſæpe, mundando corticem, & manibus tractando, ac fricando, vt ab omni immunditie ſpolientur. In 3. *cap.* ſcribit, de caſeis, qui fiunt in Marchionatu Montisferrati, & dicuntur Robiolæ, & ſunt parui, vnius libræ, vel circa rotundi, & ſunt ſatis precioſi, & meliores, ſunt in cortice mundi, & translucentes. Et in 4. *cap.* vſque ad *cap.* 8. tractat de multis caſeis plurium vallium, in Sabaudia ſitarum, & tam citra montes, quam vltra montes, qui cum non ſint famoſi apud nos, de his ad eum vos remitto. In 9. *capit.* laudantur caſei Briſiæ, quæ eſt pars Allobrogum, & Burgundiæ, & iſti ſunt caſei, qui etiam à nonnullis vocantur, capita mortuorum, ſeu monachorum, & ſunt delicatiſſimi, & guſtui ſuaues. Exponuntur enim igni, cum quodam inſtrumento ferreo, ipſos continente, & cum liquefiunt, ſuperponunt cruſtis panis aliqualiter aſſati, & vere eſt cibus placidus appetitiuus, & vehuntur ad partes longe diſtantes, imo vſque ad Romam, & inter caſeos habētur precioſi. Adde, quod prope Diuionem, in pago, vulgo dicto, *Eutigny*, fiunt per annum caſei laudabiles, & optimi, qui recenter ſolent comedi, cum ſint ſuaues & pingues, licet ſint parui. Item in *capit.* 10. laudantur caſei Craponæ in Auernia, habent conuenientiam cum caſeis Briſiæ, tam in ſapore, quam in forma, nam ſunt rotundi, & oblongi, parui in pondere, duarum aut trium librarum, & ſunt valde boni ſaporis, & funduntur ad ignem. Et in *cap.* 11. inter cæteros caſeos Gallicos, licet in multis partibus fiant caſei boni, maxime tamen in Torena, in loco *de Breamunt*, vbi optimi & excellentes inter alios caſeos illius patriæ componuntur: in tota tamen Gallia caſei de Bria excellentiſ. habentur, quę regio non multum diſtat à ciuitate Pariſienſi, nam boni ſunt, non valde duræ digeſtionis, cum ſatis ſint aerii, quod ex facilitate liquefactionis ad ignem oſtenditur. Nec etiam in his eſt magna viſcoſitas, quia non filant, ſed funduntur ferè ſicut butyrum, & cum non ſunt multum noui, habent colorem ceræ citrinæ, & tunc dicuntur perfecti, & meliores exiſtunt. Ibi etiam laudantur caſei facti in patria Bituricenſi, cum ſint boni, licet parui, non ſpiſſi, & mirabiliter pingues. Tum denique in *cap.* 12. celebrantur caſei Anglici, qui tam in pulchritudine, quam bonitate ſunt commendabiles. Nam habent corticem mundum, & boni ſunt diaphani, ſiue transſlucentes: & in ipſis fiunt impreſſiones literarum, animalium, florum, & huiuſmodi. Non ſunt ſpiſſi, & minus in medio quam in circumferentia, & ſatis aſſimilantur Placentinis, & in colore & in ſapore, ſed non ſunt ita magni, nec ſpiſſi, nec ſunt multum viſcoſi, portantur ad partes longinquas in magna copia.

Sed an caſeus recens aut vetus magis ſit laudabilior, & eligibilior, vide *in Regimine Salernitano*, & ibi per Arnaldum de Villanoua, ſuper illis verſibus:

Perſica, poma, pyra, lac, caſeus, & caro
ſalſa, &c.

Et ſuper illis:

Nutrit & impinguat triticum, lac, caſeus
infans, &c.

Et per eundem Pantaleonem *in d. c. tract.* 3. vbi ſcribit ample, quibus complexionibus conueniant caſei, & quibus diſconueniant, vbi concludunt, inſequendo commune dictum:

Caſeus eſt ſanus, quem dat auara manus.

Et in regimine Salernitano dicitur:

Caſeus, anguilla nimis obſunt, ſi comedantur,
Ni tu ſæpe bibas, & rebibendo bibas.

Lucas de Penna *in l. iubemus. C. de erog. milit. annona. lib.* 12. ſcribit multiplices caſei vtilitates, adducens verſus, quos not. Arch. *in c. deniq. diſt.* 4. quibus caſeus ſeipſum cōmendat, & dicit quas conferat vtilitates: & ſunt ſequentes, quorum quatuor ſcribuntur *in Regimine Salernitano*:

Ignari medici me dicunt eſſe nocinum,
Sed tamen ignorant cur nocumenta feră.
Expertis reor eſſe ratum, qua commoditate
Languenti ſtomacho caſeus addit opem.
Caſeus ante cibum confert, ſi defluat aluus,
Si conſtipetur, terminat ille dapes.
Ad fundū ſtomachi dū ſūpta cibaria trudit,

Vim digeſtiuam non minus ille innat.
Si ſtomachus läguet, vel ſi minus appetit ille,
Fit gratus ſtomacho, concilianſq; cibum.

OCtuageſima ſeptima conſideratio ſit de oleis, & excellentia aliquorum. Nam reperit portentoſa hominum luxuries in oleo voluptatem, quo plerique ad nitoré cutis, alii ad conſummandas corporis vires ſe perunxerunt. Etiam multa olea factitia adinuenta ſunt, ad medicamenta vtilia, vt de eis meminit Plin. *lib. naturalis historia* 15. *ca*. 7. & memorat etiam Ioan. Meſue *in tract. de oleis*, & Arnaldus de Villanoua *in ſuo Antidotario, in cap. de oleis*. vbi 21. ſpecies oleorum, & eorum virtutes ſcribit, ſed illa ſunt olea temporalia. Sed tria ſunt alia olea, quæ ſunt ſpiritualia. Primum dicitur ſanctum Chriſma, & iſtud eſt principale, quod fit ex oleo, & balſamo, & cum iſto benedicuntur omnes fontes Baptiſmales, & calix, & patina, & conſecratur eccleſia, & Altare, & puer baptizatus cõſecratur in fronte. Alias confirmantur, & inunguntur Epiſcopi in capite, & naribus, quãdocunque conſecrantur, & omnes fideles, quando recipiunt ſacramentum confirmationis. Secundum dicitur Catechumenorum, ſiue oleum ſanctum benedictum: & de iſto vngitur puer, dum baptizatur, in pectore, & inter ſcapulas, & inunguntur manus eius, qui ordinatur ſacerdos, & inunguntur tam eccleſia, quam Altare ante conſecrationem, & Reges & Principes, in ſinu, & humero. Tertium eſt oleum infirmorum, quo inunguntur, exiſtentes in mortis articulo, de quibus habetur per canoniſtas *in cap. vnico. de ſacra vnctione, Extra. capit. generaliter. circa fin*. 16. *quaſt*. 1. *& cap. ſi baptizata. de conſecra. diſtin*. 4. De iſto oleo infirmorum habetur *Iac*. 5. Si quis infirmatur è vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, vnguentes eum in nomine Domini, vt habetur *in cap. ſi quis*. 3. *quaſt*. 1. per Ioannem de Turre. Et cum hæc tria olea fiant ex oleo oliuæ, & fieri debeant, cum ſit proprie oleum, quod ex oliua, ſeu olea fit, vt dicit Ioan. de Turrecremat. *in cap. Presbyteros. §. oleo. diſtinct*. 95. & omnia alia fiant ad ſimilitudinem illius; ideo in naturalibus oleis excellentius dicitur eſſe oleum oliuæ: cum ſit Analogum, quod per ſe poſitum, eſt generalius, & ſtat in ſuo famoſiori ſignificatu. Et, vt refert Cælius *lib. antiq. lectio*. 3. *cap*. 20. Naturæ prouidentia liquores duos humanis corporibus gratiſſimos contribuit, intus vini, foris olei; ſed vetuſtas tædium oleo affert, non item, vt vino, teſte Plinio *libr*. 15. *ca*. 2. Cuius natura, ſeu poteſtas eſt, corpus tepefacere, ac contra algores munire, & feruores capitis refrigerare, teſte eodem Plinio, ibi, *capit*. 4. & memorabile eſt, vt ait Cælius *loco ante citato*, quod ſcribit Plinius *lib*. 12. *cap*. 1. Alpibus coercitas, & tum inexuperabili munimento, Gallias, hanc primum habuiſſe cauſam ſuperfundendi ſeſe Italiæ, quod Helico, ex Heluetiis, ciuis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum ſiccam, & vuam, oleique, ac vini promiſſa, remeans ſecum tuliſſet. Oleum item ex oliuis maturis ſumptum, ſi ſit recens, calefacit calefactione temperata, & humectat. Omnes tamen olei ſpecies ſunt lenientis corpus: & prohibent aduentum frigoris à corpore, & faciunt ipſum habilem ad motum, molliunt ventrem, & debilitant virtutem medicinarum vulnerantium. Et datur in potu contra medicinas mortiferas, vt euomatur cum eis, & qui remollire ferrum cupiunt, oleo tingunt, atque obdurefacere, in aquam mergunt.

Textor *in ſua officina. in verbo, oleo, & oliuis*, refert plura loca oleis abundantia, & nobilitata: ſed Venafrum, Campaniæ oppidum, præcipuam olei laudem meruit. vnde Plin. *li*. 15. *ca*. inquit, & vulgo principatũ in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano, eiuſque parte, quæ Licinianum fundit oleum, vnde & Liciniæ gloria præcipua oliuæ. Vnguenta hanc palmam dedere accommodato ipſis odore, dedit ei palatum, delicatiore ſententia. Et Columella *libr*. 6. Oleum optimum Licinia, dat plurimum Sargia: & inter cibos electiles & delicatos annumeratur oleum Venafranum. Sed mirandum eſt, cur antiqui, qui de laudibus plurium rerum in diuerſis locis naſcentium, ſcripſe-

ſcripſerunt, ſub ſilentio habuerint ea ſingularia & excellentia, quæ in Gallia creſcunt, vt eſt oleum oliuatum patriæ Prouinciæ, & Narbonenſis, quod eſt multum excellens, & quo fere tota Gallia vtitur, & alimentatur, quod (vt opinor) & bonitate & dulcedine omnia alia olea mundi excellit: ſed Itali gloriæ noſtratium ſemper inuidi, ſua extollendo, noſtra obnubilare & conculcare putant, vt hic ante, *conſideratione de laude vinorum*, ſcriptum eſt.

OCtuageſimaoctaua conſideratio; Licet aliqui fructus ſint excellentes & laudabiles, cum ſint plures & diuerſi. In qualibet tamen ſpecie aliqui ſunt aliis excellentiores. Plinius *lib. naturalis historiæ* 15. varia fructuū genera recenſet, & ibi ait *cap.*15. quod ceraſorum octo ſint genera, & inter omnes fructus, ſeu poma, primitus colono annuam gratiam referant & matureſcāt: principatum duracinis aſſignat, quæ Campania Plinianæ appellat, ſicut apud Pariſios Corbelianis, & apud nos Heduos, Colchianis principatus tribuitur; &, vt Serapio, ex authoritate Galeni, ait, ſunt ex eis dulcia, pontica, & acetoſa: dulcia deſcendunt cito à ſtomacho, & iuuamentum quod inferunt ei, eſt modicum; pontica vero faciunt cōtrarium: acetoſa autē deſiccant pluſquam pontica, & cum hoc eſt in eis res incidens, & conferunt ſtomacho phlegmatico pleno ſuperfluitatibus. Et infra dixit authoritate Dioſcoridis: quando ceraſa adminiſtrantur humida, molliunt ventrem, & ſicca retinent. Et Raſis *in lib.* 24. *continentis cap.*67. Galeni authoritate ſic ſcripſit: Fructus huius habens in ſe dulcedinem, de ſtomacho deſcendit de leui, & confert ei modice, tamen ſtipticus è conuerſo facit, & acidus cōfert ſtomacho phlegmatico, pleno ſuperfluitatibus, quia acidus deſiccat magis, quam ponticus, & cum hoc habet in ſe partem inciſiuam. Et licet, ſecundum aliquos, ſint frigida & humida in primo gradu, tamen videtur, quod plus ſint humida, ex eo, quod valde cito putreſcant: propterea eligi debent ex eis illa, quæ duriora ſunt & ſolidiora; quoniam talia non ita de facili putreſiunt, ſicut ea, quæ tenera, vt manifeſtum eſt etiam in exterioribus, & magis gratia medicinæ manducētur ante cibum, quam gratia nutrimenti, vt refert Antonius Gazius *in ſua florida corona. cap. de ceraſis, quod eſt* 189. In laudem tamen ceraſorum, & de commodis prouenientibus ex vſu eorum, ſcribuntur verſus ſequentes in regimine Salernitano:

Ceraſa ſi comedas, tibi confert grandia dona,
Expurgant ſtomachum, nucleus lapidem tibi tollit,
Et de carne ſua ſanguis erit tibi bonus.

Et ibi Arnal. de Villanoua, dicens, Omnia dulcia & parua ceraſa non eſſe ſana, & de facili corruptibilia, ac in corporibus producentia vermes: groſſa vero rubea, & mollis carnis, debent comedi recentia in principio menſæ; quia habent vim abſterſiuam ſtomachi, atque appetitum incitandi: groſſa vero nigra ſatis duræ carnis, debent comedi in fine menſæ, quia tunc claudunt orificium ſtomachi, & digeſtio melior ac velocior fit. Plinius vero *dicto lib.*15. *cap.*18. *de ficis* genera viginti nouem recenſet, quarum, vt vult Auicenna *in* 2. *canonis. c.*208. melior eſt alba, quia leuior, deinde rubea, ſiue citrina, & poſtea nigra: & quæ vehementer matura eſt, melior eſt, & proxima ad hoc, vt non noceat. Et ſubdit, quod ficus nutribilior ſit reliquis fructibus, & licet nutrimentum ficus non exiſtat in robore nutrimenti carnis, & granorū: eſt tamen vehementioris roboris, quam nutrimentum omnium fructuum, & ſanguis ab ea generatus laudabilior eſt omnium fructuū ſanguine, æſtiuorum, velociſque digeſtionis, & deſcenſus à ſtomacho: & Iſaac plurimum eas commendauit, cum poſuit ipſas in primo loco bonitatis, dicens in vniuerſalibus diætis, *cap.*11. Vuæ ſunt ficubus ſecundæ, & præcipue ſi bene maturæ ſint: & in particularibus, ficus cæteris fructibus laudabilior eſt, ac nutribilior. Galenus vero ſuper omnes ficus extollit. Scripſit enim de eis *in* 5. *regimine ſanitatis, circa finem.* Ficus maturæ ante omnes alias fruges ſunt eligendæ, & in hyeme caricæ. Humidæ vero, & recentes ficus magis,

& velocius nutriunt, quam ſiccæ: verum ſiccæ ſunt minus inflatiuæ, & magis ſtomacho conuenientes, quàm humidæ: & de ſiccis dicit Auicenna *in 2. canon. c. 280.* Sicca quidem ficus in ſuis operationibus eſt laudabilis; veruntamen ſanguis ex ea generatus, non eſt bonus; quia facit pediculos, ſed ſi ſit cum nuce comeſta, tunc eius chymus, id eſt, humor, fit bonus, & poſt nucem cum amygdala, & leuior omnibus eſt alba, & eſt calida in primo, & in fine ipſius eſt ſubtilis. Et poſtea ſubdit, quod adminiſtratio ſiccæ, cum ieiunium adeſt, eſt mirabilis iuuamenti in aperiendo vias cibi, & proprie cum nuce & amygdala. Et conueniunt vtræq; ficus in hoc, quod in ipſis eſt remotio aſperitatis gutturis, & mundificatio, & lenitio pectoris, pulmonis, & cannæ eius, & apertio opilationum epatis, renum, & ſplenis. Ficus tamen (vt ante dixi) corpus humanum mirum in modum nutriunt & impinguant: vnde *in Regimine ſanitatis Salern.* dicitur:

Nutrit, & impinguat triticum, lac, &c.
Matura ficus, vuæq; recentes.

Plurima ficus naſcitur in Theſſalia & Macedonia.

Et Horatius *in Epodo* ait, Fortunatas inſulas abundare ficubus, ſcribens,

Suamq; pullo ficus ornat arborem.

In Gallia vero apud Maſſilienſes creſcunt optimæ ficus albæ & paruæ boni odoris.

Prunorum vero duo ſunt modi, album ſcilicet, & nigrum, teſte Plinio *lib. 15. cap. 13.* vbi vndecim genera deſcribuntur, dicens: Sunt & nigra, & laudatiora cerina, atq; purpurea, nec non ab externa gente Armeniaca, quæ ſola odore commendantur. Et Auicenna *in 2. cano. c. 548.* ſic de eis ſcripſit: Illa, quæ habent colorem paleæ, ſunt fortiora nigris, & citrina fortiora rubeis, & alba ſunt magis grauia, & paruæ ſolutionis, & Armena ſunt meliora omnibus, & vehementius ſoluentia. Inter alia tamen Damaſcena à Damaſco, Syriæ vrbe, cognominata, quæ optimis abundat prunis: vnde Columella *lib. 11.* Armeniiſque, & cereolis, pruniſq; Damaſci. Et hodie fere per vniuerſum orbem, maxime per Galliam & Italiam meliora pruna, quæ naſcuntur, vocantur adhuc Damaſcena, retento nomine à loco, vbi primo inuenta fuere, & ſunt communiter illa, quæ, cum aperiuntur, in totum dimittũt nucleum à carne. Nigra vero, quæ perfecte maturata & dulcia ſunt, minus ſunt frigida, ſtomachum humectant, molliunt ventrem, & cholerã rubeam eiiciunt: vnde *in Regimine ſanitatis Salernit.* ſcribitur:

Infrigidant, laxant, multum proſunt tibi pruna.

Et laxant ventrem proprie, cum recentia ſunt, vt dicit Galenus *in 7.* Et ante cibum ſumi debent, ſed poſt pruna mox prandere non oportet: & hoc eſt cõmune omnium quæcũque laxant ventrem, ſecundum Galenum *in 2. alimentorum. c. 29.* & Meſue *in 25. continentis. c. 1.* dicit: *Si fueris phlegmaticus, poſt comeſtionem prunorum debes bibere de vino vetuſto: Sicca vero ſunt minoris virtutis, quia ex eis exſiccatis, accidunt vtilitates, ſicut ex ficubus, & operationem habent multum bonam, ſed magis confortant, & melius nutrimentum dant corpori.*

Meminit & Plin. *d. lib. 15. c. 15.* de multis pyris, vbi ait, Cruſtumina pyra cunctis eſſe gratiſſima, dicta à Cruſtumino oppido iuxta Veios, quæ ex parte rubentia putantur. Vnde Virgil. *lib. 2. Georg.*

Cruſtumiis, Syriiſque pyris grauibuſque volemis.

Proxima iis Falerna, à potu; quoniam tanta vi ſucci abundant; lectea hæc vocantur in his, quæ aliis colore nigro donant Syriæ. Reliquorum nomina aliter in aliis atque aliis locis appellantur, vt apud nos Heduos ſunt pyra toti Galliæ gratiſſima, quæ ita vulgato nomine, ſine relatiua, vocantur; & ſunt ſimilia in patria Turonenſi, quæ communi verbo apud eos, boni Chriſtiani vocantur, quæ quidem à dictis nominibus laudanda ſunt, & cum ſint excellentia in nominibus, magis in bonitate ſunt excellentiora pyris cuiuſuis generis, & apud nos in paucis locis creſcunt, præterquam in pago Heduen. vbi eſt magna abundantia, & inſeruntur arbores iſtius fructus in

Digitized by Google

ctus in locis ſatis vmbroſis & ſabuloſis, non multum pingui terra.

Abundant & pyris Calabri, quæ conſueuerunt hoſpitibus apponere. Horatius.

Non quo more pyris veſci Calaber iubet hoſpes.

Hinc adagium:

Calabri hoſpitis xenia.

Etiam Normanni; quoniam maior pars potus apud eos ex pyris fit, quod, pyratum, dicitur, & eo fere omnes vtuntur, prout & nos vino vtimur. Pyra non ſunt eiuſdem naturæ; quia quædam frigida, quædam æqualis ſunt complexionis, & temperatæ ſunt complexionis dulcia, cum minus cæteris ſint frigida, ideo calefaciunt & augent digeſtionē, valentque his, qui frigidi & ſicci ſunt ſtomacho, ſecundum Dioſcoridem. Et ait Arnaldus de Villanoua, *in ſuo commento* ſuper illo: *Perſica, poma, pyra, &c. in Regimine ſanitatis Salernitano deſcripto*, quod inter cæteros fructus multum impinguent: ideo porci plus ex pyris, quàm aliis fructibus impinguantur. Sed; quia ventoſitatem generant, & ſic inducunt colicam à proprietate, vt ait Auicenna 2. *canonis. cap. de eis.* ideo vſus habet, vt pyra & alii fructus ventoſitatem generantes, cum ventoſitatem expellentibus comedi debeant, vel ipſis comeſtis, vinum vetus odoriferum ſuperbibere debemus: vnde & de hoc *in dicto Regimine ſanitatis Salern.* dicitur:

Adde potum pyro, nux eſt medicina veneno,
Fert pyra noſtra pyrus, ſine vino ſunt pyra virus:
Si pyra ſunt virus, ſit maledicta pyrus:
Si coquas, antidotum pyra ſunt, ſed cruda venenum.
Cruda grauant ſtomachum, eleuant pyra cocta grauatum.
Poſt pyra da potum, poſt potum vade ſecatum.

Ideo meliora, & via cibi cōuenientia ſunt pyra odorifera, & magis de dulcedine participantia, & decocta, quam cruda maxime cum fœniculo, aniſo, & ſaccaro.

Licet pomum generale nomen ſit omniū fructuum, ſiue mollium ſiue durorum, qui ex arborib. eſui apti proueniunt, tamen vulgo pro certa ſpecie fructus accipitur, qui magis ſunt in vſu, quàm pyra, propter eorum abundantiam, & diuerſitatem. Et inter alia pomum dulce, vt vult Haliabas *in 5. Theorica.* Et Auerroes *in 5. coll.* eſt temperaturæ humiditatis, & confortat cerebrū odorando, propter ſuam aromaticitatem. Groſſa & dulcia ſunt aquea, & ſunt decliuiora ad caliditatē, quàm alia, quamuis magis dominans in eis ſit frigus: & dicit Auicenna *2. can. c.* 574. Poma eligibiliora eſſe, quæ magis temperata ſunt, vt ſunt Alcemia, prout ipſe exemplificat, confortant proprie cor odorifera, & dulcia, & acetoſa, & ſi ſit illic anguſtia ex caliditate, ſunt magni iuuamenti, & confortant debilitatem ſtomachi. Iſaac *in particularibus diætis*, dulcium pomorum ſubſtantia, natura, & complexio aquoſa eſt, ac temperata, caloris aliquid obtinet, ideo parum refrigerat, & ſtomachum confortat ex igne parum: & Galenus *2. de alimentis c. quæcunque bene maturata, ſeruantur ad hyemem & ad ver, & poſt ipſum proficuiſſima ſunt dulcilia*; itaq; ſupra dictis pro cibis vti poſſumus, ſed non in multa quantitate, & ipſa potius cocta, quàm cruda comedemus; quia, vt dicit Haliabas *in lib. de ſubtilitatiua diæta pomorum & pyrorum*: minus nocent, quæ cocta, & eorum, quæ cruda comeduntur, illa, quæ ad repoſitionem ſunt idonea, minus ſunt mala cæteris, vt refert Ant. Gazius *in ſua florida corona. cap.* 207. Quæ ſint loca pomis abundātia ſcribit Text. *in ſua officina*, in verbo, *pomis*, ſed quicquid ſentiant ſcribentes, non eſt patria in tota Europa, quæ magis abundet pomis & pyris, quam Normannia, & illa ſunt laudatiſſima, ſicut poma Pheacum, & Phaliſcorum, & pyra Amerina. Poma vero, quæ pro bonitate celebrantur in Gallia, ſunt vulgo dicta *capendu & blondereau*. Et de ſupra dictis ſufficiat, cū ſint fructus magis in vſu apud nos, & quibus communiter viuitur, de aliis me remittendo ad eos, qui de eis ſcripſerunt.

OCtuageſimanona cōſideratio ſit de excellentia ſyluarum & arborum. Plures

ſyluas excellentes ſcribit Textor *in ſua officina in cap. ſylua.* Et inter alia, vt ait, Hercinia ſylua eſt Germaniæ, cuius quondã latitudo habuit iter nouem dierum. Et eam dicit eſſe Plinius *lib.15. naturalis hiſtoria. c.3.* in Septentrionali plaga, roborum vaſtitate intacta, in qua colles occurſantium inter ſe radicum repercuſſu attollantur. Item Arduena ſylua Galliæ, incipiens à Rheno per fines Treuerorum, Eburonum, & Menapiorum 10 millibus paſſuum longitudine per mediam Belgicam in occaſum tendit. Item Liuius *lib.9.* ab vrbe condita, de Ciminia Hetruriæ ſylua, ſic ſcribit: *Sylua erat Ciminia magis, tum inuia atq; horrenda, quam nuper fuere Germanici ſaltus, nulli ad eam diem, ne mercatorũ quidem adita, eam intrare haud fere quiſquam audebat.* Item Poetarum carminibus laudatiſſima ſyluarum eſt, Dodona Chaoniæ, cum propter vſum glandis ibi repertum, tum ob ſimulachrum Iouis Dodonei, & columbas, quæ quercubus inſidentes, reddebant oracula.

De arboribus vero Plinius *lib.16. cap.40.* ſcribit laudes arborum in magnitudine, & *lib.17. cap.1.* Arborum pretia mirabilia, & *lib. 12. cap.1.* de arborum honore. Et creandarum arborum naturaliter tria ſunt genera. Aut enim ſua ſponte naſcuntur, aut ex ſeminibus fortuito iacentibus ſurgunt, aut ex radicibus pullulant. Nam cætera vſus inuenit, fauente natura. Textor vero *in ſua officina. in c. arbores diuerſæ*, ſcribit nomina & laudes 84 arborum, & ea, in quibus laudari poſſunt, vbi primo abietem dicit eſſe arborum pulcherrimam & rectiſſimam. Æſculum glandiferam. Amygdalum fructiferam, quæ prima omniũ arborum floret menſe Ianuario. Acerem arborem eſſe ampliſſimam, & operum elegantia & ſubtilitate nobilem, vnde menſæ acernæ laudabiles fiunt, & de ea menſa Martialis:

Non ſum criſpa quidem, nec ſylua filia Mauræ:
Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

Et aceris radix contuſa, iecinoris doloribus vtiliſſime imponitur. Balſamum vero arbuſculam aromaticam, cuius ſuccus omnibus odoribus antefertur, & ad multa remedia vtilis. Buxum tonſilem, & ſemper virentem, ex ea fiunt tibiæ multæ foratiles, laudatiſſimi pectines, & vnguentariæ pyxides, & cariem non ſentit, nec vetuſtatem. Betulam arborem eximii candoris, ex qua fiunt optimi circuli vaſis vinariis idonei. Cinnamomum arbuſculam etiam aromaticam odore præſtantem, cuius ſuccus valde vtilis eſt. Citrum arborem eſſe peculiarem Mauritaniæ, quæ Romanis olim gratiſſima fuit, & maximè expetita ad menſarum & lectorum vſum. Cedrus (vt ait) arbor eſt procera, cuius lignũ eſt iucundi odoris, & tineis imperuium & infeſtũ, propterea opus dignum cedro dicimus, quod laudabile eſt, & ab iniuria blattarum & tinearum maxime conſeruandum, vel quod eius oleum illitum res omnes conſeruet à tineis & carie. Cornus habet ramos rigidos & duros, propterea vſus eius bellicis haſtis & iaculis conuenit. Corylus arbor nota delicatos ferens fructus, & ſecundis menſis expetitos. Coſtus aromatica eſt, cuius radix fragrat odore præſtantiſſimo. Myrrha arbuſcula aromatica, quam producit Arabia, guttis eiuſdem nominis ſponte ſtillantibus. Eius virtus eſt, vt corpora vindicet à putredine. Fraxinus arbor procera eſt & teres, Achillis haſta multum nobilitata, cuius materies ad multa eſt vtilis, obedientiſſima eſt quocunq; in opere, faciendis haſtis melior corylo, cornu leuior, ſorbo lentior. Ouid. *lib.10.*

Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis haſtis.

Tanta eſt vis, vt nec matutinas, nec occidentes vmbras, ſerpens arboris eius attingat, adeo, vt ipſam procul fugiat. Si ea fronde gyro claudatur ignis, & ſerpens, in ignem potius fugiet, quam in fraxinum. Floret fraxinus prius, quam prodierint ſerpentes, nec ante conditas folia dimittit. Et quoniã vicus altior & ſuperior huius noſtræ ciuitatis Heduenſis ab ea arbore, vicus fraxini denominatur, in quo domus mea ſita eſt, & conuenienter fraxinus ſeri debuiſſet ad expellenda venena, loco tamen illius conſtruere feci ante domum vnum pileare lapidum altitudinis 12 pedum

12 pedum) & ſupra illud eſt poſita illa repræſentatio Domini noſtri Ieſu Chriſti, in modum, quo fuit per Pilatum Iudæis præſentatus, cum diceret, Ecce homo; cuius imago eſt altitudinis 7 pedum, ſedens ſuper ſaxum, & eſt coopertum mirabili & ſingulari coopertura ferrea, & tegulis plumbeis, & ſupra coopertutam eleuatur crux lapidea, & ab vtraque parte imagines intemeratæ Virginis, & Ioannis Euangeliſtæ: dictumque pileare ex ſex angulis constructum eſt, opere & artificio excellenti & magnifico, aliiſque quatuor imaginibus in circuitu adornatur, ſcilicet Sanctorum Bartholomæi (cuius nomen porto) Quintini, qui eſt patronus ſeu numen tutelare parochiæ noſtræ: & etiam domus mea & locus, vbi locatur dictum pileare, ſunt de dict. parochia Petronillę, cuius nomẽ portat vxor mea, & Barbaræ, propter meã deuotionem ſingularem: totũ opus tam ex pileari, coopertura, & cruce ſuperpoſita, completũ, eſt altitudinis 33 pedum. Et à fronte ſummitatis pilearis ſcribitur: *Regnan. Leone Papa X. Franciſco Francorum Rege I. Iacob Hurault Heduenſ. Epiſcopo, anno Domini* 1518. *Barthol. de Chaſſenenz I. V. D. aduocatus regius ſeu fiſcalis in Ballinatibus Heduenſi & Montiſcinei hoc opus fieri fecit.* Et hæc interſerui, vt cognoſcatur, quod loco fraxini, ad expellendũ ſerpentem illum (qui matrem noſtram Euam decepit) ne nos decipiat, & veneficia diaboli, leonis rugientis, circumeuntis, & quærentis quem deuoret, à vico noſtro, & ſic à tota noſtra ciuitate, cum ſit in ſuperiori & altiori parte, per viſionem huius imaginis expellantur, & ne ſub vmbra illius matutina occidentalive, ſerpens hoſtis humanæ naturæ, & venenoſus ſe ſubumbret, ſed procul fugiat, iuxta naturam & vim fraxini, de qua Plin. *lib.* 15. *c.* 13.

Fagus vero arbor eſt glandifera & glans fagina, omnium dulciſſima eſt, vt qua obſeſſi homines durauerint in oppido Chio, & muribus, gliribus, & turdis gratiſſima eſt. Fertilitas eius alternat, & omnium fere arborum. Huius arboris cortex in magno vſu eſt aggreſtium: ligni honos præcipuus fuit in vaſis. Manius Curius (teſte Plinio *lib.* 16. *cap.* 38.) iurauit, ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttum faginum, hoc eſt, poculi genus, quo ſacrificaret. Virgil.

> *pocula ponam*
> *Fagina, cælatum diuini opus Alchimedontis.*

Et, teſte eodem Plinio *lib.* 10. *cap.* 6. glans fagea ſuem hilarem facit, carnem coctibilem ac leuem, & vtilem ſtomacho. Laurus inter arbores ſola non percutitur fulmine, vt ait Plinius *lib.* 15. *cap. vltim.* Tyberius princeps, tonante cœlo, ea ſe coronabat contra fulminum metus. Credita eſt aduerſus venena remedium habere. Dicabatur olim proprie triumphis. Ouid. *lib.* 2. *Eleg.*

> *Ite triumphales circum mea tempora lauri.*

Perpetuo viret, & præferenda eſt myrto, & oleæ, pacifera eſt. Nam portata inter armatos hoſtes, erat indicium pacis & quietis. Statius *lib.* 12.

> *Pacifera lauro crinem vittiſq; decorus.*

Romanis præcipue lætitiæ victoriarumq; nuncia. Lauri folio annuum faſtidium purgant palumbes, graculæ, merulæ, & perdices. Morus arborum vltima floret, exacto iam frigore, vnde prudentiſſima dicitur à Poetis, Politianus *in ruſt.*

> *Mox vbi iam ſapiens cœpit frondeſcere morus,*
> *Ante quidẽ ſapiens, nunc ambitioſa, nec vllum*
> *Quæ pariat pomum: ſed ſerica penſa miniſtrat.*

Fructibus eius eſt ſuccus in carne vinoſus, trinicolor, candidus primo, mox rubeus, maturus niger. Tardiſſime ſeneſcit, fructibus minime laborans, vt ait Plinius *lib.* 15. *cap.* 24. *& lib.* 16. *cap.* 28. *& libr.* 18. *cap.* 26. ait: Cum germinare videris morum, iniuriam poſtea frigoris timere nolito. Lentiſcus arbor triſera, id eſt, ter producens fructus, maſtichen reſinam ſudat inſtar gummi: & de Lentiſco citat Plinius *libr.* 18. *cap.* 25. verba hæc Ciceronis:

> *Iam vero ſemper viridis, ſemperq; grauata*

Digitized by Google

Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fetu,

Ter fruges fundẽs, tria tempora monſtrat arandi.

Eius ligno fiunt dentifricia & dentiſcalpia. Martialis:

Lentiſcus melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis

Defuerit, dentes penna leuare potes.

Lentiſcum mandere prouerbio dicebatur, qui nimio condendi corporis ſtudio ſuperfluebat. Nam dentium cura olim, vt delicatis, probro dabatur. Larix mirabilis eſt naturæ, incorrupta eius vis humori contumax, teſte Plinio *lib.15.cap.10.* Ipſa non ardet nec carbonem facit, nec alio modo, vt ignis conſumitur, quam lapides. Neſcit cariem, valide pondus ſuſtinet. Iuniperus coma viret perpetua, cariem non ſentit aut vetuſtatem. Eadem eſt iunipero virtus, quę & cedro, lignum apprime durum; vnde Mantuanus in quercu Iulia:

Addam & iuniperos carie impenetrabile robur.

Combuſta odorem reddit, & pollutũ purgat aerem.

Palma portat in trimatu, genera eius 49. nonnulli poſuerunt. Fructui dulcis eſt ſuccus, nullum lignum; longum eſſet de ea referre, quod multis admodum verbis ſcribit Plinius *lib.13.c.4.* Propterea ſatis erit vnum adiicere, quod ex Ariſtotelis & Plutarchi teſtimonio ſcribit Gellius *lib.3.cap.6.* Si ſuper palmæ arboris lignum, inquit, magna pondera imponas, ac tam grauiter vrgeas, oneresq; vt magnitudo oneris ſuſtineri nequeat, non deorſum palma cedit, nec infra flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur recuruaturq;. Propterea in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ. Quoniam eius ingenium eiuſmodi ligni eſt, vt vrgentibus prementibuſque non cedat. Et de multis aliis arboribus & naturis earum ſcribit Textor *in loco ante allegato* poſt Plin. *in lib.15. & 16.* & Dioſcorides *lib. de ſimplici medicina.* & Iſidorus *lib.17. Etymolog. cap.6. & 8.* & Fr. Patritius *in lib. de inſtitut. Reipubl. lib.7 titul.5.* & dicit, plures eſſe vtiles & neceſſarias Reipublicæ, maxime glandiferas, vt ſunt quercus, ilex, fagus, æſculus, ſuber, robur, & cerrus, de quibus Plinius *dict. lib.16. cap.6.* vbi ait: Glans optima in quercu atque grandiſſima. Fortius lignum quercus habet & incorruptius, glans querna ſuem facit diffuſam & grauiſſimam, & carnem glandium inſtar dulciſſimam. Proximam huic cerreã tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem fieri carnem, ſed duram, & ſuem anguſtam, nitidam, ſtrigoſam, ponderoſam, & fungoſam carnem fieri, æſculo, robore, ſubere. Et ibi multum laudant quercum, ex pluribus; tum, quia maioris potentiæ ignem efficiat, eiuſque pruna magis candet, diutiuſque viget, & quercus carbo ærariorum officinis idoneus eſt, & querneus cinis optimus eſt ad familiarem vſum; quoniã lixiuium melius facit, quo quidem linteamina conteruntur, ſed candidiora, nitidioraq; redduntur.

Caſtaneam etiam optime laudat Franciſcus Patritius propter eius vtilitatem in alimento, quod præſtat, & pecori & familiæ vniuerſæ, & pene omnibus in rebus ædificatoriis vtilis, & ex ea amphoræ optimæ fiunt & vinaria oleariaque vaſa omnia. Hanc noſtri temporis lignarii fabri arborum omnium reginam appellant, quod ſingulis pene vſibus optima habeatur. Quocirca in nemore propter fructum, verum in ſylua materiaria propter lignum præcipua habenda eſt.

Porro differentias ſeu diuiſiones generum inter arbores hic repeto. Nam arborum (teſte Plinio *d.lib.16. cap.19.*) quædam omnino ſunt ſylueſtres, quædam vrbanæ: mites vero, quæ fructu, aut aliqua dote, vmbrarumve officio homines iuuant, commode dicuntur vrbanæ. Item Cato infelices vocat arbores infrugiferas, Plin. *dict. lib. ca.26.* infelices exiſtimat damnatas religione, quæ neque ſeruntur vnquam, neque fructum ferunt: veteres eas vocabant infelices, quæ ſunt in tutela inferorum Deorum, vt, quæ baccam nigram, nigroſque fructus ferunt. Felices vero putantur vitis, pomus, pyrus, prunus, ficus alba, quercus, æſculus, ilex, ſapinus, fagus, corylus, ſorbus, malus, cornus, lotos. Item *d. cap.19.*

cap.19.& duobus,capit.ſequen. ſcribitur, quod arborum aliis decidunt folia, aliæ ſempiterna virent coma, & folia non decidunt, vt oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupreſſo, pinis, hederæ, rododaphnæ, abieti, larici, pinaſtro, iunipero, cedro, terebintho, cubo, ilici, aquifolio, ſuberi, taxo, buxo, tamarici. Item *eodem libr. capit.40.* ſcribit Plinius cariem vetuſtatemque non ſentiunt cupreſſus, cedrus, hebenus, lotos, buxus, taxus, iuniperus, oleaſter, & olea. Textor *in dict. ſua officina in cap. arbores Deorum, & Dearum.* recenſet nouem arbores, quæ fuerunt eis dicatæ, videlicet, populus Herculi, Baccho hedera, & vitis, Veneri, myrtus, Apollini laurus, Ioui quercus & æſculus, Mineruæ oliua, Cybelæ pinus, & etiam Deo paſtorum, qui dicitur Pan, Plutoni cupreſſus, de quibus meminit Plinius *lib.12.ca.1.* Arboribus vero abundant fortunatæ Inſulæ, India, Athlas mons, Cyrene, Hircinia, Caucaſus, & in Gallia Normannia.

Sed inter omnes alias arbores, quæ obtinent principatum, & quæ fuit electa in regem lignorum, eſt Ramnus: quoniam, vt habetur *Iudicum 9.* Congregati ſunt autem omnes viri Sichem, & vniuerſæ familiæ vrbis Mello, abieruntque, & conſtituerunt regem Abimelech iuxta quercum, quæ ſtabat in Sichem. Quod cum nunciatum eſſet Ioatham, iuit, & ſtetit in vertice montis Gariſim, eleuataque voce clamauit, & dixit: Audite me viri Sichen, ita vt audiat vos Dominus; Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, dixeruntque oliuæ, Impera nobis; quæ reſpondit: nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dii vtuntur, & homines, & feræ, vt inter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum; veni & ſuper nos regnum accipe, quæ reſpondit eis: nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cetera ligna promouear? Locutaque ſunt ligna ad vitem: veni & impera nobis; quæ reſpondit eis: nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cetera promoueri? Dixeruntque omnia ligna ad Ramnum (pondera dictionem, *Omnia,* quæ nihil excludit) veni & impera ſuper nos, quæ reſpondit eis: ſi vere me regem vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite. veniunt ergo omnia ligna ſub ramni vmbra, tanquã ſub rege eorum, vt obediant: ex quo concluditur, quod tanquã rex extolli debeat vltra omnia alia ligna.

De doctrina vero inter arborem & lignũ, & quid veniat appellatione ligni arboris, hic non inſiſto, cum non ſit pręſentis ſpeculationis, ſed ſolum de excellentia inter ſe, & alias res in quibus videtur lignum crucis Saluatoris noſtri eſſe excellentius omni alia re mundi: quoniam in ipſo facta eſt redemptio noſtra, vnde cantat eccleſia: *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus, & reſurrectio noſtra, per quem ſaluati & liberati ſumus.* Ex quo plurimũ laudantur ligna, ex quibus facta fuit crux Chriſti, quæ ſunt quatuor, vt dicit Ioan. Andr. *in clem.1. de ſumma trinit. & fide catho.* quæ hoc verſu continentur:

Ligna crucis, palma, cedrus, cupreſſus, oliua.

Cedrus enim fuit in ſtipite, palma in palo per longum, Cupreſſus in ligno ex tranſuerſo. Oliua in tabula ſuper crucem, loco quarti brachii. Et de laude crucis dixi ante *in 1. par. in 38. conſid. in pen. conclu.* & ample & deuote ſcripſit Rabanus, tam metrice, quàm proſaice, & plura cantat ſancta mater eccleſia in diebus exaltationis & inuētionis ſanctæ crucis, & die Veneris ſancti, quæ omnes Catholici ſciunt.

De ligno vitæ cuius excellentiæ fuerit, ſcribit Gabriel *diſtinct.19. quæſt. vnic. libr.2.* & Iaco. de Valentia *Pſalm.1.* ibi, *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, &c.*

Lignum vero aloes, vt legitur *in Platearia, de ſimplici medicina, cap.2.* eſt calidum, & ſiccum in ſecundo gradu. Et tria ſunt genera ligni aloes, & illud quod reperitur in Inſula, quæ dicitur Cumear, eſt cunctis laudabilius, & melius; & ex eo cognoſcitur, quod

ponderoſum eſt in ſuo genere, & quod eſt nodoſum melius eſt, & quod aromaticum eſt, & ſubamari ſaporis, coloris ſubnigri, vel ſubrufi, & conſtrictioni dentium non omnino reſiſtens, dum autem maſticatur, cito odor odoriferus dicitur attingere cerebrum, & quodammodo replere. De aliis duobus generibus vide ibi, & de ſophiſticatione illorum. Lignum vero Aloes ſtomachum confortat, digeſtionem procurat, contra debilitatem cordis & cerebri, contra cardiacam paſſionem, & ſyncopen, contra retentionem menſtruorum, & contra omnes paſſiones, & debilitates cordis ex frigiditate prouenientes, valet. Et vt breuiter concludantur omnes eius laudes, valde confortat omnia membra corporis debilitata. Et ibi ſcribitur vnum curioſum, quod eſt: pulueriza lignum aloes, & folia gariofi, & os de corde cerui, cōfice cum oleo, & inunge caput galli in die illa, & nocte non cantabit, vel tantum confectum cum oleo valet.

Inter lignorum genera quædam reperiuntur, quæ igne corrumpi nequeunt, vt hebenus; quia incendi eam negat Fabianus. Itaque antiqui non ſatis cogitantes, vt aliquæ res ignis iniuriam non paterentur: quæ cum facile comburi potuerint, & in mediis ignibus illæſæ manſerint, inter mirabilia reputarunt, de quibus ſcribit Baptiſt. Fulgoſius *lib. 1. de dictis factiſque memorabilibus tit. de miraculis. c. de miris rebus, quæ igne conſumpta non fuerunt in princ.* vbi ait, tanquam rem miram antiqui ſcripſerunt, incenſo Saliorum ſacrario, omnia, quæ in eo erant, combuſta fuiſſe, excepta Romuli virga. Item Serui Tullii & Claudiæ ſtatuas incolumes locis ſuis manſiſſe, templis, in quibus erant, incenſis.

NOnageſima conſideratio de excellentia herbarum & radicum oſtendit. Primo, Homerus apud Plinium *lib. 15.* gloriam herbarum Ægypto tribuit. Diodorus de Ægypto loquens: Terra, inquit, inculta, relicta pecori ad paſtum, adeo exuberat herbis, vt oues bis anno pariant, biſq; præbeant lanam. Æſchylus apud Plin. Italiam herbarũ potentia refertam prodit. De Aci fluuio Ouid. *lib. 4. Faſtorum:*

Præterit & ripas herbifer Aci tuas.

Epirus. Item Ouid. *lib. 8. Metamorph.*

Miſit apum, quanto maiores herbida tauros

Non habet Epirus.

Textor *in ſua officina, in cap. herbarum diuerſa nomina* ſcribit 535 nomina herbarum ſecundum ordinem Alphabeti, ſed non declarat naturam alicuius. Plinius vero *lib.* 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25. plures herbas, & excellentias illarum, etiam in medicinis deſcribit. Et Dioſcorides *in lib. de ſimplici medicina*: & Iſidorus *lib. 17. Etymolog. cap. 9. 10. & 11.* Multi plures herbas laudauerũt, vt Themiſon Medicus librum vnum de laude plantaginis ſcripſit, tanquam inuentor, teſte Plinio *lib. 25. c. 8.* Iuba Rex magno præconio exaltauit euphorbium, per vnum volumen, vt ait Plinius *eodem lib. c. 7.* Eraſiſtratus Lyſimachiam herbam deſcripſit, celebrauit, & eam multum laudauit, vt refert Plinius *d. c. 7.* Anonymos herba ab Iceſio Medico celebrata eſt, Muſeus & Heſiodus Polion herbam multis verbis commendauerunt. Phanias Phyſicus cōdidit laudes. Antemis herba magnis laudibus celebrata eſt ab Aſclepiade. Dioſcorides Artemiſiam plurimum extollit *lib. de ſimplici medicina. c. 52.* Et de ea loquitur Plin. *lib. 25. c. 7.* & eam Macer matrem herbarum dicit, vt ex his verſib. patet:

Herbarum matrem dedit Artemiſia nomen.
Cuius Græcus ſermo iuſtum puto ponere primo,
Huius opem fertur prior inueniſſe Diana,
Artemis Græce quæ dicitur, inde nomenq;
Herba tenet, quia ſic inuentrix dicitur eius.

Refert & Plin. *eod. lib. c. 4.* quod laudatiſſima herbarum ſit (Homero teſte) quem vocari à Diis putent. Molyaſt. inuentionem eius Mercurio aſſignat, contraq; ſumma veneficia demonſtrat: &, vt ait, vidit effoſſam inter difficultates ſaxeas, radices 39 pedes longas, ac ne ſe ſic quidem ſolide, ſed abrupte; & ibi ſequitur; Ab ea maxima authoritas herbæ eſt, quam Dodecatheon vocāt, omnium

Deorum

Deorum maieſtatem commendantes, in aqua potam, omnibus morbis mederi tradũt. Folia eius ſeptem lactucis ſimilima exeunt, lutea radice.

Inter herbas excellentes etiam poteſt adſcribi, Malua ſilueſtris, cui grande folium eſt, & radices albę; quæ propter excellentiam effectus Ariſtalthea vocatur, quod Græci optimum dicunt. Nam folium Maluæ ſcorpionibus impoſitũ, torporẽ affert. Tradunt, ſi quis quotidie ſucci eius cyathũ dimidium ſorbeat, omnib. morbis cariturum. Ideo herba hęc omnimorbia dicitur. Conſtat parturientes, foliis eius ſubſtratis, celerius ſolui, ſed mox poſt partum reuocandam eſſe, ne vulua etiã ſequatur. Semẽ eius, quæ vnicaulis eſt, aſperſum cubili, auiditates fœminarum in infinitũ augere. Xenocrates ſcribit, radice eius, ſi circa dentem cum dolet ſæpius pupugeris, deſinet dolor. Hęc Pli. *li.* 20. *c.* 21. vbi plura alia, de vi, & excellentia Maluæ ſcribit.

Inter herbas etiam ſunt quæ laudantur ex foliis tantum. Vnde de herbarum differentia per folia, & quæ herbæ toto anno floreãt, vide Pli. *li.* 21. *c.* 17. Sed ſi legas omnes, qui de iis ſcripſerunt, non reperies quod ſit herba in mundo, quæ maiorem vtilitatem generi humano afferat ex foliis, quàm caulis, ſeu braſſica: quia, vt dicit Macer: Caulis Romana lingua, Græcorum braſſica; quoniam fere totũ genus humanum magis in comeſtione, caulibus vtitur, quam quibuſcunque aliis herbis, præcipue foliis; Et etiam tempore famis, pauperes (vt vidi) radicibus illius, ſeu ſtipitibus herbæ viuunt. Et de huius herbæ laudibus ſcripſit Chryſippus Medicus volumen vnum, vt ait Plin. *li.* 20. *cap.* 9. & refert Dioſcorides *in lib. de ſimplici medicina. c.* 113. vbi plura ſalubria, & laudanda referuntur. Cato (eodem teſte) tradidit, populum Romanum ſexcẽtis fere annis medicina braſſicæ vſum fuiſſe: nondum enim in vrbe conuenerant Medici, qui peregrina pigmenta ſecũ attuliſſent; ſed eo tempore militares viri glorioſas cicatrices grauido olere curabant, vnde olerum vſus extitit illius ad ſalutem, dum illos paſcit, & ſanat.

Narrat & Bapt. Ful. *in ſuis Collect. de dictis factisq́; memorab. lib. li.* 1. *tit. de miraculis ca. de admirandarum virium herbis*, quod in Iudæa ad Macheruntam vrbem, in valle, quæ, *Brabra*, dicitur, denominata à valle, herba naſcitur, quæ ſanguinei coloris habet radices, & noctu lumen præ ſe fert, neque vero facile hominum manu conuelli poteſt, niſi cũ mulieris ſanguine mẽſtruo, aut vrina attingatur; aliter enim carpere volentem, contra niti ſeque in contrarium retrahere videtur, neque tunc quidem, niſi eius vitæ periculo, qui extirpare quærit, diuelli poteſt, niſi ſi quis manu de ea radice guſtauerit, aut circumfoſſa humo, ita vt parum ſe radix teneat, alligato ei cane, quod ſupereſt, nitendo extirpet; tunc enim in canem omne periculum euellentis tranſit: hac radice illi curari dicuntur, quos immundi ſpiritus vexant, ita vt amplius eo malo non laborent. Et idem *in dict. tit.* refert, quod in Lycia regio ſit admiratione digna, (quæ Epheſtion dicitur) herbido, florenteq́; ſolo, terra ſi effodiatur ignes euomit, quibus nulla in parte flores, aut herbæ adurũtur, vel decorem ſuum amittunt, vt Seneca ad Lucillium ſcribit.

Inter herbas ſunt quæ laudantur ex radicibus; vt Raphanus, ſeu Radix, Rapa, Napus, Reubarbarum, & Reuponticum. De Raphano, & eius laude, ſcripſit Marcion Græcus librum vnum, & eſt herba, ſeu radix comeſtibilis, & ſatis nota; tam frequens, & nobilis apud Delphos, vt ſicut ait Plin. in templo Apollinis Delphici, adeo cæteris herbis ſit pręlatus Raphanus, vt ex auro diceretur, Beta ex argento, Rapa ex plumbo. Æquat in Germania infantum puerorum magnitudinem, in Ægypto Raphani ſparguntur nitro, vbi ſunt ſuauitate præcipui. Et de his etiam meminit Blondus *li.* 8. *de Roma triumphante*: de raphano, & eius laude duplici ſcribit Plin. *li.* 20. *ca.* 4. Et Dioſcorides *cap.* 550. Plin. *libr.* 18. *cap.* 13. dat palmam rapis, in Nurſino agro naſcentibus: (Nurſia vero, vrbs antiqua in Vmbria regione, quæ ducatus Spoletanus dicitur) & inter cibos electiles, & delicatos ponuntur rapæ, apud Mantineam. Sed & rapas, ſeu na-

Digitized by Google

napos, Philippus princeps, & dux Burgundiorum nobilitauit, cum annis ſingulis ab agro Heduenſi, iuxta Abbatiam S. Martini (vbi generoſitas præcipua) in Flandriam veherentur. Et vidi in computis, ſeu ratiociniis redituum Heduen. Balliuatus, expēſas huiuſmodi conductionis. Rapam etiam laudauit Diocles, qui librum vnum de laudibus rapę fecit. Inter omnes tamen radices, quæ laudem magis merentur, & quæ ſunt excellentiores, ſunt reubarbarum, & reuponticum. Et dicitur reu. id eſt, radix, & barbarum, id eſt, barbarica, inde radix barbarica tantum eſt latinè, quantum reubarbarum græcè, quod in ſolo Barbarico trans Danubium inuenitur; Sed ſecundum alios, Rha, fluuius à quo nomen medicamento notabili (vt Ammianus inquit) quod, reu, ſeu rhabarbarum, atque Ponticum vocatur, ſed prima deriuatio eſt communior. Quæ quidem radix eſt excellentiſſima propter eius mirabiles, & excellētes effectus, quam medici inter alias extollūt, ita vt vix vnquam, aut raro dent medicinam infirmis, quin aliquid de reubarbaro apponatur; & dicit Meſue, quod non ſit alicuius nocumenti, & detur omni tempore, & omni ætate, pueris, ſenibus, & prægnantibus, & eſt de elegantioribus, & melioribus medicinis. Et quoddam eſt, quod in Barbariæ regione inuenitur, vt in India, & in tranſmarinis partibus, & eſt laudabilius, & eſt calidum, & ſiccum in ſecundo gradu. Aliud eſt ponticum, ſic dictum, quia in Ponto Inſula reperitur, vel quia habet ponticum ſaporem. Licet Meſue ponat tres ſpecies. Laudatur tamen magis ex eis, quod eſt ſubnigrum, declinans ad rubedinem, & quod graue eſt cum raritate ſua, nō perforatum, & in quo, in confracturis interius habet quaſi quaſdam venulas diſtinctas, vbi inuenitur diſpergatio ex rufo, & glauco, & quod eſt croceæ tincturæ. Quod autem nimis leue eſt, & perforatum, & interius minus ſolidum, & quaſi lignum, & huiuſmodi venas nō habet, & interius eſt quaſi nigrum, & ſubalbidum, & quod maſticatum, nō pungit, quia bonum maſticatum pūgit ſicut crocus, non eſt eligendum, ſed abiiciendum. Et quod eſt recens, cognoſcitur, quia nō eſt adulteratum, quoniam eſt rarum, & minoris ſtipticitatis, & crocee tincturæ; Adulteratum verò his contrariatur, & varietatem, quā habere debet, in fractura amiſit; ſeruatur per tres annos. Et huius effectus & virtutes circa medicinas ſcribit Platearius, & aliquid vide *in lib. ſanitatis, tract. de herbis. c. 389.* & per ſcribentes in medicina.

NOnageſimaprima conſideratio erit de lapidibus, qui ſunt in multiplici differentia. Nam quidam ſunt magis vtiles Reipublicæ, quam alii, quidam vero magis ſunt ad ſpeciem & decorem, quam ad vtilitatem. Et, vt inquit F. Patrit. *in lib. 7. de inſt. reip. tit. 6.* Lapidicinæ commoditatē vel maximam habent, ex quibus quadrata ſaxa, & ſementorū copia comparatur, pręcipue ſi molles lapides ſint, aut mediocres. Nam duriores illi, ſpeciē potius præ ſe ferunt, quam vtilitatem; labore enim plurimo indigent, & ingenti impenſa. Videmus namque marmorea ædificia vix lōgo æuo erigi, quæ vero lateritia ſunt, vel tenerioris lapidis, paruo tempore abſoluuntur. Et inter cæteros lapides dicit Tophos eſſe vtiles, non modo propter molliciem, verum etiam quia igni, & tormentis bellicis non facile cedunt, & humorem minus admittunt, quam lapides reliqui; Et ſequitur: Tophi ſpecies tres inueniuntur: eſt enim vna rubea quę mollior eſt, ſed vbi imbribus ac ſole obduruit, non inutilis habetur: eſt & alia nigra, vel murini coloris, ſolidior, & denſior. His ſpecieb. Picentes, & Campani abundant. Tertiam habent Vmbri, quę vel alba, vel mellina eſt, hæc quamprimum cæſa, facile dolabris æquatur, vel dentata ſerra, more ligni, ſecatur, ſub dio tamen menſibus aliquot expoſita, denſior, duriorque fit, & huiuſmodi alba abundat Gallia in pluribus, vt in Turonia, in Tonarro, in Diuionenſi agro, & Hedu. iuxta caſtrum nouum, vnde portæ huius ciuita. Heduenſis antiquæ adhuc extant factæ. Et ex his albis, apud nos, & fere in tota Burgundia fiunt imagines, maxime ex illis de Tonarro, ſeu Tornen. & Diuion. agro.

Sunt & lapides marmorei, ex quibus ædificia

ficia excellentiſſima & ſumptuoſa conſtruũtur;& ſunt in multiplici differentia: ſed inter omnia precioſiſſimum eſt viride Lacedæmonium,de quibus diffuſe per Plin.*li.36.c.7.* de laude,& excellentia, & de generib. marmorum.& *c.2.& 6.* enodatur,quis primus in publicis operib.oſtenderit, & quando in vſum marmora venerint. Et iſti lapides propter opera, & artificia,quæ ex iis fiunt,excellentiores iudicantur: cum vt plurimum ſoli principes magnates illis vtantur,palatiis & theatris conficiendis,& hodie(vt & olim) in Templis ædificandis.De quibus meminit Plin.*ca.5.& 7.ſupra alleg.* Et vidi Templa,multum laudata,cum marmore adornata eſſent,cum ſit carius,& maiori pretio vendatur,ideo pretioſius fit,vnde ait Seneca *in li.de quatuor virtutibus*, dignitates rebus non ex opinione multorum, ſed ex earũ natura,conſtitutas,&facit tex.*in l.pretia rerũ.ff.ad leg.Fal.* vbi æſtimatio rerum fit, ex eo, q̃ de eis maior copia haberi non poſſit,propter raritatem illius rei,contra dictum Catonis; *Quod vile eſt carum eſt, quod carum,vile putato*,q̃ intellige, vno tẽpore fore earum propter raritatem & defectũ,vt ſatis etiã probat tex.*in d.l.pretia.§.fi. & ibi gl.*

Inter alios lapides mundi, eſt quidam mirabilis altitudinis, Romæ, ſuſtentatus à quatuor leonibus æreis,in quo ſcriptum eſt:

Si lapis es vnus,dic qua ſis arte leuatus:
Si vero plures,dic vbi congeries.

Iſid.*lib.Etym.16.c.3.* de lapidib.vulgaribus ſcribit. & *c.4.* de lapidib.inſignioribus, & iſti ſunt vulgaribus præferendi. & *in c.5.* de marmorib.quia ſunt eximii lapides, qui laudãtur & commendantur à maculis, & coloribus, præcipue viriditate. Marmorum colores,& genera innumerabilia reperiuntur, vt dicit Plinius *dict.li.36.cap.7.* Nec omnia è lapicidinis ſcinduntur, ſed multa ſub terra ſparſa ſunt.Lacedæmonium ſeu Laconicũ marmor viride erat, & cunctis hilarius, omnium quã precioſiſſimum, Stat.*in Syl. Hic dura Laconũ ſaxa virent.* Aliud ophites,à maculis ſerpentium,quib.diſtinguitur,nomen accepit,& duo eius ſunt genera,molle candidum,& nigrum durum. Aliud marmor porphyriticum ex Ægypto;quod eſt rubeum, candidis interuenientib.punctis. Inuenitur idẽ lapis Ægyptius in Æthiopia, quem baſaltem vocant, ferrei coloris,& duriciæ, vnde etiam nomen dedit. Alabaſtrides vero, eſt candidior cæteris, intercinctus variis coloribus, quem cauant ad vaſa vnguentaria,quoniam optime ſeruari ea incorrupta dicitur, vt ait Plin.*d.c.36.cap.8.* ex quo euangelici illius vnguenti, nardi piſtici precioſi vaſculum fuit, vt habetur *Matth.26. Marc.14.& Luc.7.* Quoddam etiã marmor album Parium dicitur, à Paro inſula Ægei maris,& eſt laudabile. Plin.ſcribit *d.li.cap.13.* Ægyptium Labyrinthũ in introitu lapideis,è Paro,columnis fuiſſe factum. Horatius: *Vrit me Glycera nitor, Splendentis Pario marmore purius.* Sũt & multa alia marmoris genera, quæ breuitatis cauſa omitto, de quibus Plin. *in d.li.36.* Iſid:*d.c.5.* & Textor *in ſua officina in ver.Marmore.*

Nouiſſimis annis repertum fuit marmor candidum, ex reuelatione cuiuſdam pauperis,in agro Comenſi,vt ibi ædificaretur ſacellum in honorem ſacratiſſimæ Virg.Mariæ & vt à multis audiui, qui viderunt locum,illud marmor eſt multum ſingulare, & laudatiſſimum.Apud nos in Gallia,ſunt multa loca, in quibus reperta fuerunt marmora, mirabilis altitudinis, & amplitudinis, maxime in agro Tornodonen.& in comitatu Burg. Apud Salinas eſt lapicidina marmorea, quod non eſt mirandum,cum in Gallia lapides renaſcãtur, vt eſt tex. Papi. iuriſc.*in l diuortio.§.ſi vir.* ibi, *quia nec in fructu eſt marmor, niſi talis ſit, vt lapis ibi renaſcatur, quales ſunt in Gallia & in Aſia.ff.ſol.ma.* Imo videtur q̃ etiam lapides habeant poros,& meatus,vnde ſpirare poſſunt, & per quos nutrimentum deferatur, & ſic creſcere poſſint,quod ſatis apparere videtur, ex ingenti bufone, in medio ſaxo inuento, in Athonis arce Verdunenſis agri; & ex ſerpente viua, inuenta in medio petræ ſciſſæ, in Latio,tempore Martini V. Pontificis, vt refert Baptiſt. Fulg. *in ſuis collectaneis, de dictis factiſque memorabilibus titu.de miraculis.cap. de auibus animalibuſque aliis admirandis.* Et, vt refert *lib.ante citato cap.18.* Theophraſtus,

& Mutian.credunt eſſe aliquos lapides, qui pariant.

Sed cum multa ferat natura, quorum ratio nulla poteſt afferri, aut in obſcuro lateat, vnde inter alia ſingularia, & excellẽtia in ſua ſpecie videntur. Inter hæc commemorabitur quod ſcribit Plin. *d.li.36.c.5.circa principium*, marmoreum lapidem, factum in Paro Inſula, in medio naturaliter ſculptam Sileni (vt ab antiquis pingebatur) effigiem oſtendiſſe; Silenus Bacchi nutritius fuit. Albertus item Magnus affirmat, Venetiis ſe Regis caput, diademate ornatum, vidiſſe in marmore, naturaliter, nullius artificis opera, expreſſum, in quo frontis pars imperfecta videbatur. De alio item capite huic ſimili, in vrbe Mantua, viſo ſuo tempore, affirmat Baptiſta Fulg. *in loco ante allegato. c. de gemmis & lapidibus naturalibus ſculptis.* Scribit item, quod in agro Placentino ſuo tempore lapis Alabaſtrites inuentus ſit, in quo, poſteaquam ad leuitatẽ ſuam, per artifices perductus fuit, inter claritatem, obſcuritatemque, quam lapis præ ſe fert, figura apparuit mortui capitis humani. Item Bergomi; (vt idem refert) in maiori fano, in porphirite lapide, qui ad Baptiſterii ornatum eſt poſitus, tanquam ducta ſerpens in orbes circumuoluta perſpicitur. Et in quadam parte Galliæ eſt quidam magnus dominus, in cuius agro lapides, & arbores ſi ſcindantur, in quamcunque partem verti poſſint, arma ſeu inſignia illius domini appareant.

NOnageſimaſecunda conſideratio ſit de gemmis, ſeu lapillis pretioſis, & quæ ſit excellentior, maioris authoritatis, ſeu nobilior inter omnes. Pli. *li.37.c.4.* ait: Maximum in rebus humanis, inter Gemmas preciũ habet Adamas, & eidem inter Gemmas primũ locum authoritatis attribuit, ita inquiens: Proximum apud nos, Indicis, Arabiciſque Margaritis preciũ eſt, tertia authoritas Smaragdis perhibetur, vt ibi ipſe Plin. ſcribit *ca.5.* & etiam refert G. Budæus *in tract. ſuo de Aſſe.* & à d.c.4. vſq; ad finem illius lib. ſcripſit Pli. fere de omnibus gemmis ſecundum ordinẽ Alphabeti, & de naturis & virtutib. illarum. Et etiam Albe. Mag. & Dioſco. & in horto ſanitatis *in 5. tract.* & per plures alios, ad quos te remitto, & etiam Nic. Perottus *in 2. epigram.* Martialis fere omnes Gemmarum ſpecies enumerat, eas deſcribẽdo ſecundum colores, quibus magis aſſimilantur; vbi Chryſtallus primũ locum in nitore obtinet, & poſt Adamantem ponit Achatem, ſub ſpecie albi coloris, & hoc, quia licet ſit lapis niger, maxime tamen quidam probant, ſi habeat vitreã perſpicuitatem, teſte Plin. *d.li.c.10.* vbi etiam ait, olim fuiſſe in magna authoritate, & nunc in nulla, & refert idem *d.li.37.c.1.* Pyrrhum Regem, qui aduerſus Romanos bellum geſſit, habuiſſe Gemmam, ſc. Achatẽ, in qua nullo artifice, ſed ſponte à natura ſculptę, erant nouem Muſæ, inſignib. ſuis expreſſæ, cum Apollinis effigie media inter eas ſedentis, & Citharam tenentis, ſed tam tenuibus ſegmentis, vt pictæ viderentur. Iſmeniam Coraulẽ fulgentem tradunt multos, vti conſueuiſſe, quod regum amicitiam conciliare exiſtimetur.

Inter Gemmas viridis coloris præcipue commẽdatur Smaragdus, cum ſit precioſior multis aliis, & omnium lapillorũ viſu iucundiſſimus, quoniã nihil omnino viridius, cõparatum illi, viret, ita vt vicinum aerẽ ſua viriditate figurare videatur, præterea ſolus gẽmarum implet oculos, nec ſatiat. Quinetiam feſſa alia intentione acies, aſpectu Smaragdi, recreatur: propterea ſculpentes gemmas has, maxime viridi lenitate, laſſitudinẽ mulcent. teſtis Pli. *d.lib 37.c.5.* Tradunt Iſmeniam Coraulem Smaragdum 100. aureis denariis emi iuſſiſſe, cum multas alioquin fulgentes gemmas haberet. Cumq; ex iis, comminuto precio, duo relati fuiſſent, ęgre tuliſſe, ſæuiſſeque in emptorem: quoniam male curatum exiſtimabat, quod detractũ eſſet gẽmæ dignitati.

Gyges Rex Lydorum gemmam habuit tantæ virtutis in annulo, vt ea ad ſe verſa, videret quoſcunq; vellet, nemini conſpicuus, vnde annuli beneficio omnia conſequebatur ex animi voto. Et Nero Cæſar gladiatorũ pugnas in Smaragdo ſpectabat.

Inter gemmas vero colore rubeo, Carbũculus rubicundiſſimus eſt, & huius color igneus

gneus eſt, & in tenebris,& nocte magis, quã die lucet,vt carbo. Nam die obſcuratur,nocte vero, & in obſcuro, tantum refulget,vt circa ſe noctem,quaſi in diem vertat,&olim, vt fertur, in hac ciuitate Heduenſi erat Carbunculus,poſitus ſuper Pyramidem, adhuc extantem in ſuperiori parte ciuitatis,vt lumẽ noctu effunderet per totam ciuitatem. Et ex lib.de naturalibus rerum: Carbunculus eſt lapis omniũ pretioſiſſimus, atq; cariſſimus, & colore virtutibuſq; ſuperat omnes gẽmas ardentes:ſola enim habet omnes,quę in ipſis ſunt,virtutes,& eſt ſigillum lapidum, poteſt imprimere figuram ſuam omni alii lapidi, & non ẽ conuerſo. Laudantur & ſub hoc colore,hyacinthus rubeus,&corallum.Et mirum eſt, ſi verum ſit, quod virtus hyacinthi ſit, vt qui portauerit ſecum, ante ſigillationem factam cum eo,ſit tutus à fulgure, ita vt nõ cadat ſuper eum.

Amethyſtus Indicus, inter purpureas gemmas tenet principatum,vt ait Plin. *li.* 37. *cap.*9. Magorum vanitas hanc gemmam ebrietati reſiſtere promittit. Arnaldus tamen dicit,virtus Amethyſti eſt contra ebrietatem, facitque hominem vigilem, & intellectum bonum tribuit.

Saphirus autem inter gemmas, cœrulei coloris, excellentior eſt, & eſt magnæ excellentiæ,& virtutis. Primo ex ſimilitudine coloris, cui aſſimilatur, qui eſt color cœli ſereni. Cum ergo ille color ſit ſupra hominem,& ſupra omnes res mundi,propter altitudinem cœli,quam dimenſurare nemo poteſt. *Eccleſiaſt.*1. Ideo videtur, quod etiam ille color ſit ſupra omnes alios, & ſic ille lapis precioſus ſit ſupra alios: vnde ex quo tenet ſimilitudinem coloris aeris, ſeu ſereni cæli, deſignare videtur appetitum languentis animæ,tẽdentis ad cœleſtia, vt dicit Greg. *li.*18 *moralium c.* 8. & dicit Helimandus, ideo quia Saphirus cœlo ſereno ſimilis eſt, caſte portari vult, Gemmaque gemmarum, & lapis ſanctus dicitur. Ideo *in lib. de natura rerũ* habetur, quod qui portat hunc lapidem, expedit, quod ſummo ſtudio caſtitatem ſeruet: quoniam tanto dicitur precioſior & melior, quanto colori cœleſti eſt ſimilior. Eſt enim gemma ſumme dura, hilaris, clara, & pura, vtpote ſimilis cœlo ſereniſſimo, vnde Arnal. Saphirus eſt gemma fulgens, quæ hominem reddit caſtum, mitem, & humilem. Et dicitur lapis ſanctus, quia ad ſanctitatem & deuotionem homines diſponit, vnde ſcribitur *Exod.*28. quod Moyſes ad præceptum Domini veſtem ſanctam fecerit Aaron ſummo Pontifici, in gloriam,&decorem,in qua inter diuerſos lapides pretioſos, Saphirus connumeratur. Sic Ieremias Threnorum 4. Deſtructionem Ieruſalem,ruinam templi,& ſacerdotum recogitans, eorum pulchritudinem aſſimilauit Saphiro, dicens: Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores, delectabilis eſt,gratioſa,& pulchra. Exceſſum pariter habet valoris inter lapides pretioſos, ob quod ſanctiſſimus Tobias,ſpiritu eleuatus, videns excellentiam cœleſtis patriæ,dicit; portas eius eſſe ex Saphiro ædificatas, vt ſcribitur *Tobiæ* 13. etiam Ioan. *Apoc.*11. dicit. Fundamenta muri ſupernæ ciuitatis,eſſe ex lapidib. pretioſis,inter quos Saphirus adnumeratur. Saphirus etiam in ſacris ſcripturis ſignificare videtur æternam gloriam, vt habetur *Exo.* 24. vbi Moyſes, Aaron, Nadab, Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael, Deum viderunt. Sub cuius pedibus erat quaſi opus lapidis Saphirini,&quaſi cœlum,cum ſerenum eſt. Pariter in *Ezech.*10.*c.* legitur, quod ſpecies gloriæ Domini, ſuper Cherubin, erat quaſi lapis Saphirus. Et ex his pluribus aliis multũ laudantur arma Chriſtianiſſimi Regis Franciæ, in hoc, quod ſunt in campo azureo, qui color eſt Saphirinus, vt ample commendat G. Benedicti *in ſua repetit. ca Rayn. in verbo, duas habens filias, num.*13.114.*&* 115. *Extra de teſtamentis.* & ante eum, per Ioannem Ludouicũ Viualdum, de monte regali: *in libr. de triumpho trium liliorum Franciæ.* & dixi ante *in* 5. *par. in* 31. *conſid.*

NOnageſimatertia conſideratio ſit de excellẽtia colorum. Nam vt lapides marmorei, ligna, gemmæ, veſtes, & multa ex prędictis laudantur ex diuerſitate colorum, &

ex coloribus, qui etiam multum commendantur in armoriis. de quibus *in 1. part. in 61. concl. cum ſeptem ſequentib. concluſ.* 38. *conſid.* Et etiam in picturis, de quibus *in part. præcedente, in* 44. *conſid.* dictum eſt. Ideo de illis, & excellentia aliquorum ſcribendum eſt. Scitu dignum eſt, quod colorum teſte Iſid. *li.* 18. *Etym. ca.* 17. *de color.* quidam naſcuntur. vt ſunt Sinopis, Rubrica, Paritonium, Melinũ, Fretia, & Auripig. Cæteri vero finguntur, aut arte, aut permixtione, vt per eundem *in d. ca.* Item quidam ſunt Colores, qui dicuntur natiui, ſeu naturales, vt ſunt album & nigrum, vt habetur *in l. ſi cui lana. §. proinde. ff. de lega.* 3. Et inter hos duos colores naturales album, ſ. & nigrum, ſunt quinq; principales intermedii, ſc. glaucus, puniceus, rubeus, purpureus, & viridis, quos ponit Bartholomæus Anglici *li.* 19. *de proprietatib.* Et omnes colores, præter album & nigrum, dicuntur verſicolores, vt eſt text. in gl. *in d. § proinde.* Cælius vero *lib.* 1. *antiq. lect. c.* 20. poſt Marſilium Ficinum *lib.* 3. *ca.* 19. *de vita cœlitus comparanda*, dicit, quod ſint ex Platonicis non ignobiles, qui tres eſſe vniuerſales præcipuoſque mundi colores arbitrentur, viridem, aureum ſaphirinum. trib. cœli gratiis decoratos. Et viridem vtique Veneris eſſe volunt, atque item Lunæ; Aureum Solis, ab Ioue tamen, Venereque non alienũ: Saphirum vero Ioui Maximo dicatum prędicant; cui & Saphirus dicatur conſecratus. Atque Saphirinum quidem mundi Sphęris inſere; aureum vero, Sphæris, ad ipſam cœli ſimilitudinem, addere ſidera. Ipſam vero Veſtam, ſiue Cererem, id eſt, terram, viridi prorſum ex colore ornari indumento. Et dicũtur iſti duo colores natiui. ex quo ſua naturâ magis tendunt ad albedinem vel nigredinem: hoc eſt, ad candidum, vel obſcurum. & qui nulla arte, ſed natura producuntur. Qui dicantur colores albi, & quæ gemmæ tendant ad hunc colorem album, qui item dicantur colores obſcuri, & quæ Gemmæ ad hunc accedant colorem, ſcribit diffuſe Nicolaus Perottus *in 2. Epigram.* Martialis, & conſequenter de aliis coloribus, ex quibus conſiderari poteſt excellentia: tam ex natura rerum, quibus ipſi colores magis appropriantur; ſeu aſſimilantur, quam ex communi reputatione, quæ habetur inter colores, de quibus ſcripſi in concluſionibus, in principio huius conſiderationis allegatis: in quibus multum attẽditur excellentia colorum, maxime eorum, qui communiter apponuntur in armis, & ex quibus ipſa ſæpe fiunt: prout colores reb. nobilioribus & dignioribus adaptari poſſunt, dicuntur & denominantur digniores. Et de adaptatione illorum videatur Perottus *in loco præalleg.* Deinde ſpectanda rerum natura quibus adaptari poſſunt. & ex his fiãt laudes, & exaltationes armorum, ſecundum quod contingere poteſt: & ſi res ſit in naturalibus potius, quam in accidentalibus: ex quo videtur quod Colores albi, & nigri, cum ſint naturales, ſint laudabiliores. Et licet color niger videatur laudabilior & principalior, cum per nullum alium colorem poſſit tranſmutari, incorporari, ſeu confundi. Ipſe autem omnes alios non ſolum tranſmutat, ſed etiam (quod fortius eſt) extinguit, & confundit: vt iam dixi *in d. 1. par. in 17. concl. 39. conſider.* Color tamen albus, & qui albedini proxime accedit, ſemper fuit plus laudatus; quia vt ait Ariſtot. *lib. de ſenſu & ſenſato.* eſt origo aliorum colorum, & omnes ab illo dependẽt. Etiam quoniam omnes actus diuini tendentes ad bonum, qui perpendi poſſint, ſemper fuerunt viſi ſub ſpecie coloris albi, ſeu cãdidi potius, quam nigri.

Et color albus multũ laudatus fuit à Deo: cum, vt habetur *Exod.* 16. appellauit domus Iſrael, nomen cibi cæleſtis, Man, quod erat, quaſi ſemen coriandri album, &c. Et habetur *Apoc. c.* 2. tranſſumptiue, *in ca. ſi enim. verſ. ſin autem venio tibi. de pœni.* Habes pauca nomina in Sardis, qui nõ inquinauerunt veſtimẽta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram Angelis eius, *& in fine*: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat cõfuſio nuditatis tuę: & *Apoc.*

& *Apoc.*7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantẽ ante thronum, & in conſpectu agni, amicti ſtolis albis: etiam habetur *Matth*.17. *Marc*.9. *Luc*.9. in transfiguratione domini, reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix. Et habetur *Actuum* 11. quod in aſcenſione domini, cum Chriſtus aſcenderet in cœlum, videntibus illis, eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: viri Galilæi, &c. Et *Marc*.16. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentẽ in dextris, coopertũ ſtola candida. Sed quicquid dicatur, videtur, quod omnes fere colores ſint natiui, & naturales, ſicut album, & nigrum, cum omnes ipſi colores reperiantur naturaliter è terra prouenientes: quippe & viridis color, rubeus, glaucus, citrinus, cæruleus, & roſaceus, & alii ex terra procedunt, etiam in herbis, lapidibus, & arboribus.

Sed, vt à diuerticulo repetamus iter inceptum, ſub colore albo continentur & alii, qui videntur eſſe ſpecies albedinis, & ſub illo colore comprehendi, vt leucopus, & olorinus, ſiue cygneus, & ſandicinus. Et colores albi quibus in pictura vtuntur, ſunt Parethonium, Melinũ, Ceruſſa, Eretria, Sandaraca: vt de his habetur per Iſidor. & Perott. *in locis ante dictis*. Et in armoriis hic color deſignatur per argentum, in picturis vero per alias res.

Quomodo etiam colores referantur ad Planetas vide Marcilium Ficinum, *li*. 3. *de vita cœlitus comparanda*. *cap*.11. vbi etiam ſcribit qui colores ſint potentes. Alio modo ſumunt colores medici in corpore, quando faciunt differentiam inter colorem naturalem, & non naturalem, vt per Arnald. de Villanoua, *in ſuo ſpeculo introduct. medicinal. cap*.11. & ibi vide, quomodo cauſentur in homine: ſed cum hæc ſint extra propoſitum, ideo circa ea non inſiſto.

Color etiam obſcurus, qui & niger dicitur, eſt natiuus, & vt dicit Car. *in clem*.1 *in pr. de ſtatu monacho*. Inter cæteros eſt vilior, & magis fuſcus, & ideo electus fuit à religione monach. ad denotandum mortificationem carnis, & triſtem vitam, quam debent habere monachi nigri. Et dicitur niger à nube, quaſi nubiger. Et vt dicit ibi, ſunt tantũ quatuor principales colores: Albus, ſc. Niger, Citrinus, & Rubeus: & quod diuerſitas colorũ inducat diuerſitatem effectuum. *Clem. vlt. de regularib*. Et aduerte quod hic color eſt leucopo, hoc eſt, vili & vulgari albo contrarius, proprie pullus appellatur, quod pulli ouium ferè eo colore naſcantur, & ſub hoc colore ſunt qui dicuntur hiſpanus, beticus, impluuiatus, ſuaſus, Mutinenſis, fuſcus, ater, atracinus. Et hic color à pictoribus atramentum dicitur.

Color cæſius dicitur, qui cœli ſpeciem habet, etiam glaucus, & cœruleus, cumatilis, & cyaneus: pictores cœrulei coloris diuerſa genera habent. Quippe, in argenti metallis naſcitur cœruleum, quod proprie limus eſt; optimum vocatur Atticum, quod nunc tranſmarinum dicunt, ſecundum marmoroſum, ſiue lucidum vocant, tertium ſcyticum, à Scyro Ægi inſula. Affertur & Indicum ex India, ſupra modum nigricans, & atramenti fere tenens colorem. Item & ex Germania, quod Germanicum, ſiue lucidum nominãt, vt refert Perottus, *vbi ſupra*, & quæ gemmæ ſint huius coloris. Hic tamen color videtur potius eſſe priuatio aliorum colorum, quam ſit color de per ſe, vt dicit Ariſtot. *in lib. de ſenſu & ſenſato*. Et de excellentia illius, dixi ante *in* 1. *part. in* 65. *concl*.38. *conſider*. Et inter alios colores, eſt cœruleus inter iſtos ſub obſcuritate dependens, qui comparatur Saphiro, ex quo hic color videtur eſſe laudandus in hac ſpecie coloris Saphirini, vt hic ante dixi, *in princ*. vbi laudaui colorem Saphirinum, & magis tendit ad nigrum, quam ad album, de natura cuius Saphiri dixi etiam ſupra *in præced. conſid*.

Diuerſus eſt & alius color à prædictis qui viridius dicitur, & fit ex flore, qui in legentib. frequẽs areſcit, atq; oculos maxime recreare

Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu,
Ter fruges fundẽs, tria tempora monſtrat arandi.

Eius ligno fiunt dentifricia & dentiſcalpia. Martialis:

Lentiſcus melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit, dentes penna leuare potes.

Lentiſcum mandere prouerbio dicebatur, qui nimio condendi corporis ſtudio ſuperfluebat. Nam dentium cura olim, vt delicatis, probro dabatur. Larix mirabilis eſt naturæ, incorrupta eius vis humori contumax, teſte Plinio *lib.15.cap.10.* Ipſa non ardet nec carbonem facit, no calio modo, vt ignis conſumitur, quam lapides. Neſcit cariem, valide pondus ſuſtinet. Iuniperus coma viret perpetua, cariem non ſentit aut vetuſtatem. Eadem eſt iunipero virtus, quę & cedro, lignum apprime durum; vnde Mantuanus in quercu Iulia:

Addam & iuniperos carie impenetrabile robur.

Combuſta odorem reddit, & pollutũ purgat aerem.

Palma portat in trimatu, genera eius 49. nonnulli poſuerunt. Fructui dulcis eſt ſuccus, nullum lignum; longum eſſet de ea referre, quod multis admodum verbis ſcribit Plinius *lib.13.c.4.* Propterea ſatis erit vnum adiicere, quod ex Ariſtotelis & Plutarchi teſtimonio ſcribit Gellius *lib.3.cap.6.* Si ſuper palmæ arboris lignum, inquit, magna pondera imponas, ac tam grauiter vrgeas, oneresq; , vt magnitudo oneris ſuſtineri nequeat, non deorſum palma cedit, nec infra flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur recuruaturq;. Propterea in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ. Quoniam eius ingenium eiuſmodi ligni eſt, vt vrgentibus prementibuſque non cedat. Et de multis aliis arboribus & naturis earum ſcribit Textor *in loco ante allegato* poſt Plin. *in lib.15. & 16.* & Dioſcorides *lib. de ſimplici medicina.* & Iſidorus *lib.17. Etymolog. cap.6. & 8.* & Fr. Patritius *in lib. de inſtitut. Reipubl. lib.7 titul.5.* & dicit, plures eſſe vtiles & neceſſarias Reipublicæ, maxime glandiferas, vt ſunt quercus, ilex, fagus, æſculus, ſuber, robur, & cerrus, de quibus Plinius *dict. lib.16. cap.6.* vbi ait: Glans optima in quercu atque grandiſſima. Fortius lignum quercus habet & incorruptius, glans querna ſuem facit diffuſam & grauiſſimam, & carnem glandium inſtar dulciſſimam. Proximam huic cerreã tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem fieri carnem, ſed duram, & ſuem anguſtam, nitidam, ſtrigoſam, ponderoſam, & fungoſam carnem fieri, æſculo, robore, ſubere. Et ibi multum laudant quercum, ex pluribus; tum, quia maioris potentiæ ignem efficiat, eiuſque pruna magis candet, diutiuſque viget, & quercus carbo ærariorum officinis idoneus eſt, & querneus cinis optimus eſt ad familiarem vſum; quoniã lixiuium melius facit, quo quidem linteamina conteruntur, ſed candidiora, nitidiorarq; redduntur.

Caſtaneam etiam optime laudat Franciſcus Patritius propter eius vtilitatem in alimento, quod præſtat, & pecori & familiæ vniuerſæ, & pene omnibus in rebus ædificatoriis vtilis, & ex ea amphoræ optimæ fiunt & vinaria oleariaque vaſa omnia. Hanc noſtri temporis lignarii fabri arborum omnium reginam appellant, quod ſingulis pene vſibus optima habeatur. Quocirca in nemore propter fructum, verum in ſylua materiaria propter lignum præcipua habenda eſt.

Porro differentias ſeu diuiſiones generum inter arbores hic repeto. Nam arborum (teſte Plinio *d.lib.16.cap.19.*) quædam omnino ſunt ſylueſtres, quædam vrbanæ: mites vero, quæ fructu, aut aliqua dote, vmbrarumve officio homines iuuant, commode dicuntur vrbanæ. Item Cato infelices vocat arbores infrugiferas, Plin. *dict. lib. ca.26.* infelices exiſtimat damnatas religione, quæ neque ſeruntur vnquam, neque fructum ferunt: veteres eas vocabant infelices, quæ ſunt in tutela inferorum Deorum, vt, quæ baccam nigram, nigroſque fructus ferunt. Felices vero putantur vitis, pomus, pyrus, prunus, ficus alba, quercus, æſculus, ilex, ſapinus, fagus, corylus, ſorbus, malus, cornus, lotos. Item *d. cap.19.*

cap.19.& duobus,capit.ſequen. ſcribitur, quod arborum aliis decidunt folia, aliæ ſempiterna virent coma, & folia non decidunt, vt oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupreſſo, pinis, hederæ, rododaphnæ, abieti, larici, pinaſtro, iunipero, cedro, terebintho, cubo, ilici, aquifolio, ſuberi, taxo, buxo, tamarici. Item *eodem libr. capit.40.* ſcribit Plinius cariem vetuſtatemque non ſentiunt cupreſſus, cedrus, hebenus, lotos, buxus, taxus, iuniperus, oleaſter, & olea. Textor *in dict. ſua officina in cap. arbores Deorum, & Dearum.* recenſet nouem arbores, quæ fuerunt eis dicatæ, videlicet, populus Herculi, Baccho hedera, & vitis, Veneri, myrtus, Apollini laurus, Ioui quercus & æſculus, Mineruæ oliua, Cybelæ pinus, & etiam Deo paſtorum, qui dicitur Pan, Plutoni cupreſſus, de quibus meminit Plinius *lib.12.ca.1.* Arboribus vero abundant fortunatæ Inſulæ, India, Athlas mons, Cyrene, Hircinia, Caucaſus, & in Gallia Normannia.

Sed inter omnes alias arbores, quæ obtinent principatum, & quæ fuit electa in regem lignorum, eſt Ramnus: quoniam, vt habetur *Iudicum 9.* Congregati ſunt autem omnes viri Sichem, & vniuerſæ familiæ vrbis Mello, abieruntque, & conſtituerunt regem Abimelech iuxta quercum, quæ ſtabat in Sichem. Quod cum nunciatum eſſet Ioatham, iuit, & ſtetit in vertice montis Gariſim, eleuataque voce clamauit, & dixit: Audite me viri Sichem, ita vt audiat vos Dominus; Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, dixeruntque oliuæ, Impera nobis; quæ reſpondit: nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dii vtuntur, & homines, & feræ, vt inter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum; veni & ſuper nos regnum accipe, quæ reſpondit eis: nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cetera ligna promouear? Locutaque ſunt ligna ad vitem: veni & impera nobis, quæ reſpondit eis: nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cetera promoueri? Dixeruntque omnia ligna ad Ramnum (pondera dictionem, *Omnia*, quæ nihil excludit) veni & impera ſuper nos, quæ reſpondit eis: ſi vere me regem vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite. veniunt ergo omnia ligna ſub ramni vmbra, tanquã ſub rege eorum, vt obediant: ex quo concluditur, quod tanquã rex extolli debeat vltra omnia alia ligna.

De doctrina vero inter arborem & lignũ, & quid veniat appellatione ligni arboris, hic non inſiſto, cum non ſit pręſentis ſpeculationis, ſed ſolum de excellentia inter ſe, & alias res in quibus videtur lignum crucis Saluatoris noſtri eſſe excellentius omni alia re mundi: quoniam in ipſo facta eſt redemptio noſtra, vnde cantat eccleſia: *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus, & reſurrectio noſtra, per quem ſaluati & liberati ſumus.* Ex quo plurimũ laudantur ligna, ex quibus facta fuit crux Chriſti, quæ ſunt quatuor, vt dicit Ioan. Andr. *in clem.1. de ſumma trinit. & fide catho.* quæ hoc verſu continentur:

Ligna crucis, palma, cedrus, cupreſſus, oliua.

Cedrus enim fuit in ſtipite, palma in palo per longum, Cupreſſus in ligno ex tranſuerſo. Oliua in tabula ſuper crucem, loco quarti brachii. Et de laude crucis dixi ante *in 1. par. in 38. conſid. in pen. conclu.* & ample & deuote ſcripſit Rabanus, tam metrice, quàm proſaice, & plura cantat ſancta mater eccleſia in diebus exaltationis & inuẽtionis ſanctæ crucis, & die Veneris ſancti, quæ omnes Catholici ſciunt.

De ligno vitæ cuius excellentiæ fuerit, ſcribit Gabriel *diſtinct.19. quæſt. vnic. libr.2.* & Iaco. de Valentia *Pſalm.1.* ibi, *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, &c.*

Lignum vero aloes, vt legitur *in Platearia, de ſimplici medicina, cap.2.* eſt calidum, & ſiccum in ſecundo gradu. Et tria ſunt genera ligni aloes, & illud quod reperitur in Inſula, quæ dicitur Cumear, eſt cunctis laudabilius, & melius; & ex eo cognoſcitur, quod

Oooooo 2 por-

ponderoſum eſt in ſuo genere, & quod eſt nodoſum melius eſt, & quod aromaticum eſt, & ſubamari ſaporis, coloris ſubnigri, vel ſubrufi, & conſtrictioni dentium non omnino reſiſtens, dum autem maſticatur, cito odor odoriferus dicitur attingere cerebrum, & quodammodo replere. De aliis duobus generibus vide ibi, & de ſophiſticatione illorum. Lignum vero Aloes ſtomachum confortat, digeſtionem procurat, contra debilitatem cordis & cerebri, contra cardiacam paſſionem, & ſyncopen, contra retentionem menſtruorum, & contra omnes paſſiones, & debilitates cordis ex frigiditate prouenientes, valet. Et vt breuiter concludantur omnes eius laudes, valde confortat omnia membra corporis debilitata. Et ibi ſcribitur vnum curioſum, quod eſt: pulueriza lignum aloes, & folia gariofi, & os de corde cerui, cōfice cum oleo, & inunge caput galli in die illa, & nocte non cantabit, vel tantum confectum cum oleo valet.

Inter lignorum genera quædam reperiuntur, quæ igne corrumpi nequeunt, vt hebenus; quia incendi eam negat Fabianus. Itaque antiqui non ſatis cogitantes, vt aliquæ res ignis iniuriam non paterentur: quæ cum facile comburi potuerint, & in mediis ignibus illæſæ manſerint, inter mirabilia reputarunt, de quibus ſcribit Baptiſt. Fulgoſius *lib. 1. de dictis factiſque memorabilibus. tit. de miraculis. c. de miris rebus, quæ igne conſumpta non fuerunt. in princ.* vbi ait, tanquam rem miram antiqui ſcripſerunt, incenſo Saliorum ſacrario, omnia, quæ in eo erant, combuſta fuiſſe, excepta Romuli virga. Item Serui Tullii & Claudiæ ſtatuas incolumes locis ſuis manſiſſe, templis, in quibus erant, incenſis.

NOnageſima conſideratio de excellentia herbarum & radicum oſtendit. Primo, Homerus apud Plinium *lib. 15.* gloriam herbarum Ægypto tribuit. Diodorus de Ægypto loquens: Terra, inquit, inculta, relicta pecori ad paſtum, adeo exuberat herbis, vt oues bis anno pariant, biſq; præbeant lanam. Æſchylus apud Plin. Italiam herbarū potentia refertam prodit. De Aci fluuio Ouid. *lib. 4. Faſtorum*:

Præterit & ripas herbifer Aci tuas.

Epirus. Item Ouid. *lib. 8. Metamorph.*

Miſit apum, quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus.

Textor *in ſua officina, in cap. herbarum diuerſa nomina* ſcribit 535 nomina herbarum ſecundum ordinem Alphabeti, ſed non declarat naturam alicuius. Plinius vero *lib. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25.* plures herbas, & excellentias illarum, etiam in medicinis deſcribit. Et Dioſcorides *in lib. de ſimplici medicina*: & Iſidorus *lib. 17. Etymolog. cap. 9. 10. & 11.* Multi plures herbas laudauerūt, vt Themiſon Medicus librum vnum de laude plantaginis ſcripſit, tanquam inuentor, teſte Plinio *lib. 25. c. 8.* Iuba Rex magno præconio exaltauit euphorbium, per vnum volumen, vt ait Plinius *eodem lib. c. 7.* Eraſiſtratus Lyſimachiam herbam deſcripſit, celebrauit, & eam multum laudauit, vt refert Plinius *d. c. 7.* Anonymos herba ab Iceſio Medico celebrata eſt, Muſeus & Heſiodus Polion herbam multis verbis commendauerunt. Phanias Phyſicus cōdidit laudes. Antemis herba magnis laudibus celebrata eſt ab Aſclepiade. Dioſcorides Artemiſiam plurimum extollit *lib. de ſimplici medicina. c. 52.* Et de ea loquitur Plin. *lib. 25. c. 7.* & eam Macer matrem herbarum dicit, vt ex his verſib. patet:

Herbarum matrem dedit Artemiſia nomen.
Cuius Græcus ſermo iuſtum puto ponere primo,
Huius opem fertur prior inueniſſe Diana,
Artemis Græce quæ dicitur, inde nomenq;
Herba tenet, quia ſic inuentrix dicitur eius.

Refert & Plin. *eod. lib. c. 4.* quod laudatiſſima herbarum ſit (Homero teſte) quem vocari à Diis putent. Moly aſt. inuentionem eius Mercurio aſſignat, contraq; ſumma veneficia demonſtrat: &, vt ait, vidit effoſſam inter difficultates ſaxeas, radices 30 pedes longas, ac ne ſe ſic quidem ſolide, ſed abrupte; & ibi ſequitur; Ab ea maxima authoritas herbæ eſt, quam Dodecatheon vocāt, omnium Deorum

Deorum maieſtatem commendantes, in aqua potam, omnibus morbis mederi tradūt. Folia eius ſeptem lactucis ſimilima exeunt, lutea radice.

Inter herbas excellentes etiam poteſt adſcribi, Malua ſilueſtris, cui grande folium eſt, & radices albę; quæ propter excellentiam effectus Ariſtalthea vocatur, quod Græci optimum dicunt Nam folium Maluæ ſcorpionibus impoſitū, torporē affert. Tradunt, ſi quis quotidie ſucci eius cyathū dimidium ſorbeat, omnib. morbis cariturum. Ideo herba hęc omnimorbia dicitur. Conſtat parturientes, foliis eius ſubſtratis, celerius ſolui, ſed mox poſt partum reuocandam eſſe, ne vulua etiā ſequatur. Semē eius, quæ vnicaulis eſt, aſperſum cubili, auiditates fœminarum in infinitū augere. Xenocrates ſcribit, radice eius, ſi circa dentem cum dolet ſæpius pupugeris, deſinet dolor. Hęc Pli. *li.* 20. *c.* 21. vbi plura alia, de vi, & excellentia Maluæ ſcribit.

Inter herbas etiam ſunt quæ laudantur ex foliis tantum. Vnde de herbarum differentia per foliæ, & quæ herbæ toto anno floreāt, vide Pli. *li.* 21. *c.* 17 Sed ſi legas omnes, qui de iis ſcripſerunt, non reperies quod ſit herba in mundo, quæ maiorem vtilitatem generi humano afferat ex foliis, quàm caulis, ſeu braſſica: quia, vt dicit Macer: Caulis Romana lingua, Græcorum braſſica; quoniam fere totū genus humanum magis in comeſtione, caulibus vtitur, quam quibuſcunque aliis herbis, præcipue foliis; Et etiam tempore famis, pauperes (vt vidi) radicibus illius, ſeu ſtipitibus herbæ viuunt. Et de huius herbæ laudibus ſcripſit Chryſippus Medicus volumen vnum, vt ait Plin. *li.* 20. *cap.* 9. & refert Dioſcorides *in lib. de ſimplici medicina. c.* 113. vbi plura ſalubria, & laudanda referuntur. Cato (eodem teſte) tradidit, populum Romanum ſexcētis fere annis medicina braſſicæ vſum fuiſſe: nondum enim in vrbe conuenerant Medici, qui peregrina pigmenta ſecū attuliſſent; ſed eo tempore militares viri glorioſas cicatrices grauido olere curabant, vnde olerum vſus extitit illius ad ſalutem, dum illos paſcit, & ſanat.

Narrat & Bapt. Ful. *in ſuis Collect. de dictis factisq́; memorabilib. li.* 1. *tit. de miraculis ca. de admirandarum virium herbis*, quod in Iudæa ad Macheruntam vrbem, in valle, quæ, *Brabra*, dicitur, denominata à valle, herba naſcitur, quæ ſanguinei coloris habet radices, & noctu lumen præ ſe fert, neque vero facile hominum manu conuelli poteſt, niſi cū muliebris ſanguine mēſtruo, aut vrina attingatur; aliter enim carpere volentem, contra niti ſeque in contrarium retrahere videtur, neque tunc quidem, niſi eius vitæ periculo, qui extirpare quærit, diuelli poteſt, niſi ſi quis manu de ea radice guſtauerit, aut circumfoſſa humo, ita vt parum ſe radix teneat, alligato ei cane, quod ſupereſt, nitendo extirpet; tunc enim in canem omne periculum euellentis tranſit: hac radice illi curari dicuntur, quos immundi ſpiritus vexant, ita vt amplius eo malo non laborent. Et idem *in dict. tit.* refert, quod in Lycia regio ſit admiratione digna, (quæ Epheſtion dicitur) herbido, florenteq; ſolo, terra ſi effodiatur ignes euomit, quibus nulla in parte flores, aut herbæ adurūtur, vel decorem ſuum amittunt, vt Seneca ad Lucillium ſcribit.

Inter herbas ſunt quæ laudantur ex radicibus, vt Raphanus, ſeu Radix, Rapa, Napus, Reubarbarum, & Reuponticum. De Raphano, & eius laude, ſcripſit Marcion Græcus librum vnum, & eſt herba, ſeu radix comeſtibilis, & ſatis nota, tam frequens, & nobilis apud Delphos, vt ſicut ait Plin. in templo Apollinis Delphici, adeo cæteris herbis ſit prę- latus Raphanus, vt ex auro diceretur, Beta ex argento, Rapa ex plumbo. Æquat in Germania infantum puerorum magnitudinem, in Ægypto Raphani ſparguntur nitro, vbi ſunt ſuauitate præcipui. Et de his etiam meminit Blondus *li.* 8. *de Roma triumphante*: de raphano, & eius laude duplici ſcribit Plin. *li.* 20. *ca.* 4. Et Dioſcorides *cap.* 550. Plin. *libr.* 18. *cap.* 13. dat palmam rapis, in Nurſino agro naſcentibus: (Nurſia vero, vrbs antiqua in Vmbria regione, quæ ducatus Spoletanus dicitur) & inter cibos electiles, & delicatos ponuntur rapæ, apud Mantineam. Sed & rapas, ſeu na-

Digitized by Google

napos, Philippus princeps, & dux Burgundiorum nobilitauit, cum annis ſingulis ab agro Heduenſi, iuxta Abbatiam S. Martini (vbi generoſitas præcipua) in Flandriam veherentur. Et vidi in computis, ſeu ratiociniis redituum Heduen. Balliuatus, expēſas huiuſmodi conductionis. Rapam etiam laudauit Diocles, qui librum vnum de laudibus rapę fecit. Inter omnes tamen radices, quæ laudem magis merentur, & quæ ſunt excellentiores, ſunt reubarbarum, & reuponticum. Et dicitur reu. id eſt, radix, & barbarum, id eſt, barbarica, inde radix barbarica tantum eſt latinè, quantum reubarbarum græcè, quod in ſolo Barbarico trans Danubium inuenitur; Sed ſecundum alios, Rha, fluuius à quo nomen medicamento notabili (vt Ammianus inquit) quod, reu, ſeu rhabarbarum, atque Ponticum vocatur, ſed prima deriuatio eſt communior. Quæ quidem radix eſt excellentiſſima propter eius mirabiles, & excellētes effectus, quam medici inter alias extollūt, ita vt vix vnquam, aut raro dent medicinam infirmis, quin aliquid de reubarbaro apponatur; & dicit Meſue, quod non ſit alicuius nocumenti, & detur omni tempore, & omni ætate, pueris, ſenibus, & prægnantibus, & eſt de elegantioribus, & melioribus medicinis. Et quoddam eſt, quod in Barbariæ regione inuenitur, vt in India, & in tranſmarinis partibus, & eſt laudabilius. & eſt calidum, & ſiccum in ſecundo gradu. Aliud eſt ponticum, ſic dictum, quia in Ponto Inſula reperitur, vel quia habet ponticum ſaporem. Licet Meſue ponat tres ſpecies. Laudatur tamen magis ex eis, quod eſt ſubnigrum, declinans ad rubedinem, & quod graue eſt cum raritate ſua, nō perforatum, & in quo, in confracturis interius habet quaſi quaſdam venulas diſtinctas, vbi inuenitur diſpergatio ex ruſo, & glauco, & quod eſt croceæ tincturæ. Quod autem nimis leue eſt, & perforatum, & interius minus ſolidum, & quaſi lignum, & huiuſmodi venas nō habet, & interius eſt quaſi nigrum, & ſubalbidum, & quod maſticatum, nō pungit, quia bonum maſticatum pūgit ſicut crocus, non eſt eligendum, ſed abiiciendum. Et quod eſt recens, cognoſcitur, quia nō eſt adulteratum, quoniam eſt rarum, & minoris ſtipticitatis, & croceę tincturæ; Adulteratum verò his contrariatur. & varietatem, quā habere debet, in fractura amiſit; ſeruatur per tres annos. Et huius effectus & virtutes circa medicinas ſcribit Platearius, & aliquid vide *in lib. ſanitatis, tract. de herbis. c. 389.* & per ſcribentes in medicina.

NOnageſimaprima conſideratio erit de lapidibus, qui ſunt in multiplici differentia. Nam quidam ſunt magis vtiles Reipublicæ, quam alii, quidam vero magis ſunt ad ſpeciem & decorem, quam ad vtilitatem. Et, vt inquit F. Patrit. *in lib. 7. de inſt. reip. tit. 6.* Lapidicinæ commoditatē vel maximam habent, ex quibus quadrata ſaxa, & ſementorū copia comparatur, pręcipue ſi molles lapides ſint, aut mediocres. Nam duriores illi, ſpeciē potius præ ſe ferunt, quam vtilitatem; labore enim plurimo indigent, & ingenti impenſa. Videmus namque marmorea ædificia vix lōgo æuo erigi, quæ vero lateritia ſunt, vel tenerioris lapidis, paruo tempore abſoluuntur. Et inter cæteros lapides dicit Tophos eſſe vtiles, non modo propter molliciem, verum etiam quia igni, & tormentis bellicis non facile cedunt, & humorem minus admittunt, quam lapides reliqui; Et ſequitur: Tophi ſpecies tres inueniuntur: eſt enim vna rubea quę mollior eſt, ſed vbi imbribus ac ſole obduruit, non inutilis habetur: eſt & alia nigra, vel murini coloris, ſolidior, & denſior. His ſpecieb. Picentes, & Campani abundant. Tertiam habent Vmbri, quę vel alba, vel mellina eſt, hæc quamprimum cæſa, facile dolabris æquatur, vel dentata ſerra, more ligni, ſecatur, ſub dio tamen menſibus aliquot expoſita, denſior, duriorque fit, & huiuſmodi alba abundat Gallia in pluribus, vt in Turonia, in Tonarro, in Diuionenſi agro, & Hedu. iuxta caſtrum nouum, vnde portæ huius ciuita. Heduenſis antiquæ adhuc extant factæ. Et ex his albis, apud nos, & fere in tota Burgundia fiunt imagines, maxime ex illis de Tonarro, ſeu Tornen. & Diuion. agro.

Sunt & lapides marmorei, ex quibus ædificia

ficia excellentiſſima & ſumptuoſa conſtruũtur;& ſunt in multiplici differentia: ſed inter omnia precioſiſſimum eſt viride Lacedęmonium, de quibus diffuſe per Plin. *li.*36.*c.*7. de laude,& excellentia, & de generib. marmorum.& *c.*2.*&* 6. enodatur, quis primus in publicis operib. oſtenderit, & quando in vſum marmora venerint. Et iſti lapides propter opera, & artificia, quæ ex iis fiunt, excellentiores iudicantur: cum vt plurimum ſoli principes magnates illis vtantur, palatiis & theatris conficiendis, & hodie (vt & olim) in Templis ædificandis. De quibus meminit Plin. *ca.*5.*&* 7. *ſupra alleg.* Et vidi Templa, multum laudata, cum marmore adornata eſſent, cum ſit carius, & maiori pretio vendatur, ideo pretioſius fit, vnde ait Seneca *in li. de quatuor virtutibus*, dignitates rebus non ex opinione multorum, ſed ex earũ natura, conſtitutas, & facit tex. *in l. pretia rerũ. ff. ad leg. Fal.* vbi æſtimatio rerum fit, ex eo, q de eis maior copia haberi non poſſit, propter raritatem illius rei, contra dictum Catonis; *Quod vile eſt carum eſt, quod carum, vile putato*, q intellige, vno tẽpore fore carum propter raritatem & defectũ, vt ſatis etiã probat tex. *in d. l. pretia.* §. *fi. & ibi gl.*

Inter alios lapides mundi, eſt quidam mirabilis altitudinis, Romæ, ſuſtentatus à quatuor leonibus æreis, in quo ſcriptum eſt:

Si lapis es vnus, dic qua ſis arte leuatus:
Si vero plures, dic vbi congeries.

Iſid. *lib. Etym.* 16. *c.*3. de lapidib. vulgaribus ſcribit. & *c.*4. de lapidib. inſignioribus, & iſti ſunt vulgaribus præferendi. & *in c.*5. de marmorib. quia ſunt eximii lapides, qui laudãtur & commendantur à maculis, & coloribus, præcipue viriditate. Marmorum colores, & genera innumerabilia reperiuntur, vt dicit Plinius *dict. li.*36. *cap.*7. Nec omnia è lapicidinis ſcinduntur, ſed multa ſub terra ſparſa ſunt. Lacedæmonium ſeu Laconicũ marmor viride erat, & cunctis hilarius, omnium quã precioſiſſimum, Stat. *in Syl. Hic dura Laconũ ſaxa virent.* Aliud ophites, à maculis ſerpentium, quib. diſtinguitur, nomen accepit, & duo eius ſunt genera, molle candidum, & nigrum durum. Aliud marmor porphyriticum ex Ægypto; quod eſt rubeum, candidis interuenientib. punctis. Inuenitur idẽ lapis Ægyptius in Æthiopia, quem baſaltem vocant, ferrei coloris, & duricie, vnde etiam nomen dedit. Alabaſtrides vero, eſt candidior cæteris, intercinctus variis coloribus, quem cauant ad vaſa vnguentaria, quoniam optime ſeruari ea incorrupta dicitur, vt ait Plin. *d. c.*36. *cap.*8. ex quo euangelici illius vnguenti, nardi piſtici precioſi vaſculum fuit, vt habetur *Matth.*26. *Marc.*14. *& Luc.*7. Quoddam etiã marmor album Parium dicitur, à Paro inſula Ægei maris, & eſt laudabile. Plin. ſcribit *d. li. cap.*13. Ægyptium Labyrinthũ in introitu lapideis, è Paro, columnis fuiſſe factum. Horatius: *Vrit me Glycera nitor, Splendentis Pario marmore purius.* Sũnt & multa alia marmoris genera, quæ breuitatis cauſa omitto, de quibus Plin. *in d. li.*36. Iſid. *d. c.*5. & Textor *in ſua officina in ver. Marmore.*

Nouiſſimis annis repertum fuit marmor candidum, ex reuelatione cuiuſdam pauperis, in agro Comenſi, vt ibi ædificaretur ſacellum in honorem ſacratiſſimæ Virg. Mariæ & vt à multis audiui, qui viderunt locum, illud marmor eſt multum ſingulare, & laudatiſſimum. Apud nos in Gallia, ſunt multa loca, in quibus reperta fuerunt marmora, mirabilis altitudinis, & amplitudinis, maxime in agro Tornodonen. & in comitatu Burg. Apud Salinas eſt lapicidina marmorea, quod non eſt mirandum, cum in Gallia lapides renaſcãtur, vt eſt tex. Papi. iuriſc. *in l. diuortio.* §. *ſi vir.* ibi, *quia nec in fructu eſt marmor, niſi talis ſit, vt lapis ibi renaſcatur, quales ſunt in Gallia & in Aſia. ff. ſol. ma.* Imo videtur q etiam lapides habeant poros, & meatus, vnde ſpirare poſſunt, & per quos nutrimentum deferatur, & ſic creſcere poſſint, quod ſatis apparere videtur, ex ingenti bufone, in medio ſaxo inuento, in Athonis arce Verdunenſis agri; & ex ſerpente viua, inuenta in medio petræ ſciſſæ, in Latio, tempore Martini V. Pontificis, vt refert Baptiſt. Fulg. *in ſuis collectaneis, de dictis factiſque memorabilibus. titu. de miraculis. cap. de auibus animalibuſque aliis admirandis.* Et, vt refert *lib. ante citato cap.*18. Theophraſtus,

& Mutian. credunt eſſe aliquos lapides, qui pariant.

Sed cum multa ferat natura, quorum ratio nulla poteſt afferri, aut in obſcuro lateat, vnde inter alia ſingularia, & excellētia in ſua ſpecie videntur. Inter hæc commemorabitur quod ſcribit Plin. *d. li. 36. c. 5. circa principium*, marmoreum lapidem, factum in Paro Inſula, in medio naturaliter ſculptam Sileni (vt ab antiquis pingebatur) effigiem oſtendiſſe; Silenus Bacchi nutritius fuit. Albertus item Magnus affirmat, Venetiis ſe Regis caput, diademate ornatum, vidiſſe in marmore, naturaliter, nullius artificis opera, expreſſum, in quo frontis pars imperfecta videbatur. De alio item capite huic ſimili, in vrbe Mantua, viſo ſuo tempore, affirmat Baptiſta Fulg. *in loco ante allegato. c. de gemmis & lapidibus naturalibus ſculptis.* Scribit item, quod in agro Placentino ſuo tempore lapis Alabaſtrites inuentus ſit, in quo, poſteaquam ad leuitatē ſuam, per artifices perductus fuit, inter claritatem, obſcuritatemque, quam lapis præ ſe fert, figura apparuit mortui capitis humani. Item Bergomi; (vt idem refert) in maiori fano, in porphirite lapide, qui ad Baptiſterii ornatum eſt poſitus, tanquam ducta ſerpens in orbes circumuoluta perſpicitur. Et in quadam parte Galliæ eſt quidam magnus dominus, in cuius agro lapides, & arbores ſi ſcindantur, in quamcunque partem verti poſſint, arma ſeu inſignia illius domini apparent.

NOnageſima ſecunda conſideratio ſit de gemmis, ſeu lapillis pretioſis, & quæ ſit excellentior, maioris authoritatis, ſeu nobilior inter omnes. Pli. *li. 37. c. 4.* ait: Maximum in rebus humanis, inter Gemmas preciū habet Adamas, & eidem inter Gemmas primū locum authoritatis attribuit, ita inquiens: Proximum apud nos, Indicis, Arabiciſque Margaritis preciū eſt, tertia authoritas Smaragdis perhibetur, vt ibi ipſe Plin. ſcribit *ca. 5.* & etiam refert G. Budæus *in tract. ſuo de Aſſe.* & à d. c. 4. vſq; ad finem illius lib. ſcripſit Pli. fere de omnibus gemmis ſecundum ordinē Alphabeti, & de naturis & virtutib. illarum. Et etiam Albe. Mag. & Dioſco. & in horto ſanitatis *in 5. tract.* & per plures alios, ad quos te remitto, & etiam Nic. Perottus *in 2. epigram.* Martialis fere omnes Gemmarum ſpecies enumerat, eas deſcribēdo ſecundum colores, quibus magis aſſimilantur; vbi Chryſtallus primū locum in nitore obtinet, & poſt Adamantem ponit Achatem, ſub ſpecie albi coloris, & hoc, quia licet ſit lapis niger, maxime tamen quidam probant, ſi habeat vitreā perſpicuitatem, teſte Plin. *d. li. c. 10.* vbi etiam ait, olim fuiſſe in magna authoritate, & nunc in nulla, & refert idem *d. li. 37. c. 1.* Pyrrhum Regem, qui aduerſus Romanos bellum geſſit, habuiſſe Gemmam, ſc. Achatē, in qua nullo artifice, ſed ſponte à natura ſculptę, erant nouem Muſæ, inſignib. ſuis expreſſæ, cum Apollinis effigie media inter eas ſedentis, & Citharam tenentis, ſed tam tenuibus ſegmentis, vt pictæ viderentur. Iſmeniam Coraulē fulgentem tradunt multos, vti conſueuiſſe, quod regum amicitiam conciliare exiſtimetur.

Inter Gemmas viridis coloris præcipue commēdatur Smaragdus, cum ſit precioſior multis aliis, & omnium lapillorū viſu iucundiſſimus, quoniā nihil omnino viridius, cōparatum illi, viret, ita vt vicinum aerē ſua viriditate figurare videatur, præterea ſolus gēmarum implet oculos, nec ſatiat. Quinetiam feſſa alia intentione acies, aſpectu Smaragdi, recreatur: propterea ſculpentes gemmas has, maxime viridi lenitate, laſſitudinē mulcent. teſtis Pli. *d. lib. 37. c. 5.* Tradunt Iſmeniam Coraulem Smaragdum 100. aureis denariis emi iuſſiſſe, cum multas alioquin fulgentes gemmas haberet. Cumq; ex iis, comminuto precio, duo relati fuiſſent, ęgre tuliſſe, ſæuiſſeque in emptorem: quoniam male curatum exiſtimabat, quod detractū eſſet gēmæ dignitati.

Gyges Rex Lydorum gemmam habuit tantæ virtutis in annulo, vt ea ad ſe verſa, videret quoſcunq; vellet, nemini conſpicuus, vnde annuli beneficio omnia conſequebatur ex animi voto. Et Nero Cæſar gladiatorū pugnas in Smaragdo ſpectabat.

Inter gemmas vero colore rubeo, Carbūculus rubicundiſſimus eſt, & huius color igneus

gneus eſt, & in tenebris, & nocte magis, quã die lucet, vt carbo. Nam die obſcuratur, nocte vero, & in obſcuro, tantum refulget, vt circa ſe noctem, quaſi in diem vertat, & olim, vt fertur, in hac ciuitate Heduenſi erat Carbunculus, poſitus ſuper Pyramidem, adhuc extantem in ſuperiori parte ciuitatis, vt lumẽ noctu effunderet per totam ciuitatem. Et ex lib. de naturalibus rerum: Carbunculus eſt lapis omniũ precioſiſſimus, atq; cariſſimus, & colore virtutibuſq; ſuperat omnes gẽmas ardentes: ſola enim habet omnes, quę in ipſis ſunt, virtutes, & eſt ſigillum lapidum, poteſt imprimere figuram ſuam omni alii lapidi, & non è conuerſo. Laudantur & ſub hoc colore, hyacinthus rubeus, & corallum. Et mirum eſt, ſi verum ſit, quod virtus hyacinthi ſit, vt qui portauerit ſecum, ante ſigillationem factam cum eo, ſit tutus à fulgure, ita vt nõ cadat ſuper eum.

Amethyſtus Indicus, inter purpureas gemmas tenet principatum, vt ait Plin. *li.* 37. *cap.* 9. Magorum vanitas hanc gemmam ebrietati reſiſtere promittit. Arnaldus tamen dicit, virtus Amethyſti eſt contra ebrietatem, facitque hominem vigilem, & intellectum bonum tribuit.

Saphirus autem inter gemmas, cœrulei coloris, excellentior eſt, & eſt magnæ excellentiæ, & virtutis. Primo ex ſimilitudine coloris, cui aſſimilatur, qui eſt color cœli ſereni. Cum ergo ille color ſit ſupra hominem, & ſupra omnes res mundi, propter altitudinem cœli, quam dimenſurare nemo poteſt. *Eccleſiaſt.* 1. Ideo videtur, quod etiam ille color ſit ſupra omnes alios, & ſic ille lapis precioſus ſit ſupra alios: vnde ex quo tenet ſimilitudinem coloris aeris, ſeu ſereni cæli, deſignare videtur appetitum languentis animæ, tẽdentis ad cœleſtia, vt dicit Greg. *li.* 18 *moralium c.* 8. & dicit Helimandus, ideo quia Saphirus cœlo ſereno ſimilis eſt, caſte portari vult, Gemmaque gemmarum, & lapis ſanctus dicitur. Ideo *in lib. de natura rerũ* habetur, quod qui portat hunc lapidem, expedit, quod ſummo ſtudio caſtitatem ſeruet: quoniam tanto dicitur precioſior & melior, quanto colori cœleſti eſt ſimilior. Eſt enim gemma ſumme dura, hilaris, clara, & pura, vtpote ſimilis cœlo ſereniſſimo, vnde Arnal. Saphirus eſt gemma fulgens, quæ hominem reddit caſtum, mitem, & humilem. Et dicitur lapis ſanctus, quia ad ſanctitatem & deuotionem homines diſponit, vnde ſcribitur *Exod.* 28. quod Moyſes ad præceptum Domini veſtem ſanctam fecerit Aaron ſummo Pontifici, in gloriam, & decorem, in qua inter diuerſos lapides pretioſos, Saphirus connumeratur. Sic Ieremias Threnorum 4. Deſtructionem Ieruſalem, ruinam templi, & ſacerdotum recogitans, eorum pulchritudinem aſſimilauit Saphiro, dicens: Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores, delectabilis eſt, gratioſa, & pulchra. Exceſſum pariter habet valoris inter lapides pretioſos, ob quod ſanctiſſimus Tobias, ſpiritu eleuatus, videns excellentiam cœleſtis patriæ, dicit; portas eius eſſe ex Saphiro ædificatas, vt ſcribitur *Tobiæ* 13. etiam Ioan. *Apoc.* 11. dicit. Fundamenta muri ſupernæ ciuitatis, eſſe ex lapidib. pretioſis, inter quos Saphirus adnumeratur. Saphirus etiam in ſacris ſcripturis ſignificare videtur æternam gloriam, vt habetur *Exo.* 24. vbi Moyſes, Aaron, Nadab, Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael, Deum viderunt. Sub cuius pedibus erat quaſi opus lapidis Saphirini, & quaſi cœlum, cum ſerenum eſt. Pariter in *Ezech.* 10. *c.* legitur, quod ſpecies gloriæ Domini, ſuper Cherubin, erat quaſi lapis Saphirus. Et ex his pluribus aliis multũ laudantur arma Chriſtianiſſimi Regis Franciæ, in hoc, quod ſunt in campo azureo, qui color eſt Saphirinus, vt ample commendat G. Benedicti *in ſua repetit. ca. Rayn. in verbo, duas habens filias, num.* 13. 114. *&* 115. *Extra de teſtamentis.* & ante eum, per Ioannem Ludouicũ Viualdum, de monte regali: *in libr. de triumpho trium liliorum Franciæ.* & dixi ante *in* 5. *par. in* 31. *conſid.*

NOnageſimatertia conſideratio ſit de excellẽtia colorum. Nam vt lapides marmorei, ligna, gemmæ, veſtes, & multa ex prędictis laudantur ex diuerſitate colorum, &

& *Apoc.7.* Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtanté ante thronum, & in conſpectu agni, amicti ſtolis albis: etiam habetur *Matth.17. Marc.9. Luc.9.* in transfiguratione domini, reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix. Et habetur *Actuum* 11. quod in aſcenſione domini, cum Chriſtus aſcenderet in cœlum, videntibus illis, eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: viri Galilæi, &c. Et *Marc.16.* Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedenté in dextris, coopertũ ſtola candida. Sed quicquid dicatur, videtur, quod omnes fere colores ſint natiui, & naturales, ſicut album, & nigrum, cum omnes ipſi colores reperiantur naturaliter è terra prouenientes: quippe & viridis color, rubeus, glaucus, citrinus, cæruleus, & roſaceus, & alii ex terra procedunt, etiam in herbis, lapidibus, & arboribus.

Sed, vt à diuerticulo repetamus iter inceptum, ſub colore albo continentur & alii, qui videntur eſſe ſpecies albedinis, & ſub illo colore comprehendi, vt leucopus, & olorinus, ſiue cygneus, & ſandicinus. Et colores albi quibus in pictura vtuntur, ſunt Parethonium, Melinũ, Ceruſſa, Eretria, Sandaraca: vt de his habetur per Iſidor. & Perott. *in locis ante dictis.* Et in armoriis hic color deſignatur per argentum, in picturis vero per alias res.

Quomodo etiam colores referantur ad Planetas vide Marcilium Ficinum, *li.3. de vita cœlitus comparanda. cap.11.* vbi etiam ſcribit qui colores ſint potentes. Alio modo ſumunt colores medici in corpore, quando faciunt differentiam inter colorem naturalem, & non naturalem, vt per Arnald. de Villanoua, *in ſuo ſpeculo introduct. medicinal. cap.11.* & ibi vide, quomodo cauſentur in homine: ſed cum hæc ſint extra propoſitum, ideo circa ea non inſiſto.

Color etiam obſcurus, qui & niger dicitur, eſt natiuus, & vt dicit Car. *in clem.1 in pr. de ſtatu monacho.* Inter cæteros eſt vilior, & magis fuſcus, & ideo electus fuit à religione monach. ad denotandum mortificationem carnis, & triſtem vitam, quam debent habere monachi nigri. Et dicitur niger à nube, quaſi nubiger. Et vt dicit ibi, ſunt tantũ quatuor principales colores: Albus, ſc. Niger, Citrinus, & Rubeus: & quod diuerſitas colorũ inducat diuerſitatem effectuum. *Clem. vlt. de regularib.* Et aduerte quod hic color eſt leucopo, hoc eſt, vili & vulgari albo contrarius, proprie pullus appellatur, quod pulli ouium ferè eo colore naſcantur, & ſub hoc colore ſunt qui dicuntur hiſpanus, beticus, impluuiatus, fuaſus, Mutinenſis, fuſcus, ater, atracinus. Et hic color à pictoribus atramentum dicitur.

Color cæſius dicitur, qui cœli ſpeciem habet, etiam glaucus, & cœruleus, cumatilis, & cyaneus: pictores cœrulei coloris diuerſa genera habent. Quippe, in argenti metallis naſcitur cœruleum, quod proprie limus eſt; optimum vocatur Atticum, quod nunc tranſmarinum dicunt, ſecundum marmoroſum, ſiue lucidum vocant, tertium ſcyricum, à Scyro Ægi inſula. Affertur & Indicum ex India, ſupra modum nigricans, & atramenti ferè tenens colorem. Item & ex Germania, quod Germanicum, ſiue lucidum nominãt, vt refert Perottus, *vbi ſupra*, & quæ gemmæ ſint huius coloris. Hic tamen color videtur potius eſſe priuatio aliorum colorum, quam ſit color de per ſe, vt dicit Ariſtot. *in lib. de ſenſu & ſenſato.* Et de excellentia illius, dixi ante *in 1. part. in 65. concl. 38. conſider.* Et inter alios colores, eſt cœruleus inter iſtos ſub obſcuritate dependens, qui comparatur Saphiro, ex quo hic color videtur eſſe laudandus in hac ſpecie coloris Saphirini, vt hic ante dixi, *in princ.* vbi laudaui colorem Saphirinum, & magis tendit ad nigrum, quam ad album, de natura cuius Saphiri dixi etiam ſupra *in præced. conſid.*

Diuerſus eſt & alius color à prædictis qui viridius dicitur, & fit ex flore, qui in legentib. frequẽs areſcit, atq; oculos maxime recreare

exiſtimatur: à viriditate ſucci foliorum porri, quæ ſumma eſt, Praſinus dicitur. Iſtius coloris præcipue ſunt Smaragdi omnium lapillorum viſu iucundiſſimi: quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea ſoli gemmarum implēt oculos, nec ſatiant; quin etiam feſſa nimia intentione oculorum acies, viſu Smaragdi recreatur, vt *in conſid. præced.* ſcriptum eſt. Et de huiuſmodi colore viridi quomodo delectet viſum, maxime Smaragdus, ſcripſit Iſido. *lib. Etymol.* 16. *c. de viridiorib. gemmis.* allegatus per Bar. Anglici. *in ſuo libr.* 19. *de proprietat. rerum*, vbi ait, quod propter viſum, cerui, & alia animalia agreſtia, virentia diligunt & frequentant; ideo venatores ſe induunt communiter veſte viridi, quia propter aſpectum viroris, quem beſtiæ naturaliter diligunt, minus venatorū inſidias expaueſcunt. Et ibi etiam dicit, quod iſte color ſit medius inter rubeum, & nigrum generatus, vt ibi videre potes, de ratione prędictorum.

Alius etiam eſt color qui dicitur rubeus, qui eſt medius, ab extremis nigredinis, & albedinis æquę diſtans, ad cuius generationem concurrunt materię perſpicuitas, ignei luminis claritas, & albedinis, & nigredinis cōcors mediocritas. Tamen propter igneam lucem, partes mixti perſpicuas, dilatantem & rectificantem, ac ſubtilitatem, maiorem habet in translucentia conformitatem cum albo, quā cum nigro: non tamen adeo videtur eſſe dignus, aut nobilis, ſicut album, aut nigrum, cum ſit accidentalis. Et præter iam dictos, cęteri fere omnes colores, mixti ſunt, & ex rufo compoſiti, ſed ita diuerſi, prout ru fum, aut intendunt, atque acuunt, aut cum colore viridi miſcent, aut cum nigro infuſcant, aut cū virente ſenſim in albo, illuminant. Et iſtius coloris rubei multæ ſunt ſpecies, ſed rubeus, & rufus generalia nomina ſunt, ad omnia quæ quomodolibet rubent, & fuluus, flauus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, ſpadicus, belnus, balauſtinus, coccinus, roſeus, ſinopis, minium, &c. ſunt colores ſub rubeo dependentes. Fuluus vero color, eſt ex rufo, ac viridi mixtus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habens; ſic fuluam Aquilam & Iaſpidem, fuluos galeros, fuluum aurum, arenam fuluam, fuluum leonem, & fuluum æs dicitur. Et huius rubri coloris inter gemmas ſunt Çarbunculus, Corallius, Sardonix, Hematites, Hyacinthus, & plures aliæ: vt ſcribit Iſid. *Etym. li.* 16. *c. de rubris gemmis.*

Alius eſt color qui dicitur purpureus, qui nigrantis roſæ ſplendore ſublucet. Cæterorum omnium colorum gratiſſimus & tingēdis veſtibus maxime expeditus, à purpura dictus. Purpura vero piſcis eſt, ex concharum genere, viuit annis ſeptenis, habens nobilem illum ſuccum, ad tingendas veſtes, in mediis faucibus: viuas conantur capere, quia florem illum, morientes, cum vita euomunt. Purpuros piſces habent Sigæum, & Lectum Idæ promontoria, & teſte Iſid. *li. Etym.* 19. *c. de colorib. veſtiū.* Purpura, à puritate lucis vocatur, & in his regionib. gignitur eius materia, quas ſolis curſus illuminat propius, & illuſtrat. In Melibea vrbe Theſſaliæ claruit vſus purpuræ, Lucr. *li.* 2. *Melibeaq; fulgens Purpura, Theſſalico concharū tecta colore.* Et Plin. ait, in Laconia purpurā optimam fieri conſueuiſſe. Et idem de Carthag. loquens. Nunc omnis, inquit, nobilitas cōchylio atq; purpura conſtat, vide infra *in* 96. *conſid.* De iſto etiam colore, & aliis ſcribit Plin. *li.* 35. *ca.* 16. vbi laudat hunc colorem, qui & conchylium, & murex dicitur. Sub iſto colore continētur Violaceus, Hyacinthinus, Amethyſtinus, qui ad vini colorem accedit: & ſic denominatur, à Gemma, quæ dicitur, Amethyſtus: Item Tyriathinus color ſub iſto colore purpuræ cōtinetur, & etiam Malochinus, qui Maluæ flori ſimilis eſt, quaſi Malachinus: de natura cuius Malųę dixi hic ante *in* 90. *conſid.* cum ſit excellens ex effectu.

Item color Cerinus, à ceræ colore vocatur, & ſic à muſtella, muſtellinus, & à Meli colore, ſiue à Mello inſula, vnde afferebatur, Melinum pigmentum dicitur. Quidā tamen Melinum colorem volūt eſſe medium, inter albū, & fuſcum, qui Giluus dicitur. Et à croco, croceus, ſiue crocinus, qui etiā flammeus dicitur. Et à cœli colore, cæruleus, id eſt, viridis cum

dis cum nigro, qui & glaucus ſiue cæſius dicitur, & etiam thalaſſicus.

Luteus vero color, eſt dilucidior rutilo, qualis eſt color auri, hinc violæ eius coloris luteolæ dictæ. Plinius *lib.21.cap.* 8. Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flameis totum fœminis conceſſum. Et ſic olim ſolum vxores flaminum, hoc eſt, ſacerdotum, flaminicæ dictæ, aſſidue vtebantur velis auratis, ſeu ex auri colore tinctis, quibus non licebat facere diuortium. Eodem modo poſtea tegebantur nuper nuptæ flameis, hoc eſt, huiuſmodi velis, vt perpetuo cum viro manerent. Lucanus de Martia, iterum nubente Catoni:

Lutea demiſſos velarunt flamea vultus.

Hic color luteus in vulgari noſtro dicitur *iaune*, & fit à pictoribus è quibuſdam terris, vel ex auripigmento, quod in Syria foditur in ſumma tellure, auri colore, ſed fragile, ad lapidum ſpecularium ſimilitudinem. Ex quo Caius princeps (vt aurũ facere tentaret) magnum pondus excoqui iuſſit, & vnde excellens aurum fecit, ſed ita parui ponderis, vt in detrimentum cederet, propter quod nemo poſtea idem tentare auſus eſt: quod ſi hodie noſtri fantaſtici alchymiſtæ à ſuis fumoſis figmentis deſiſterent, exemplo huius, bene agerent, & rebus ſuis optime conſulerẽt, cum in his plus detrimenti, quam commodi ſentiant. Hoc colore inter gemmas, ſuccini, hoc eſt, Ambri, genus reperitur, & Topazii. Item Chryſolithus aureo nitore trãslucens, & Aromatitis, quæ in Arabia gignitur, ita dicta, quod myrtæ odorem habeat: & plures aliæ gemmæ, vt per Perottum in ſuo cornucopiæ *lib. in Epigram.2. Martial.* & Iſid. *in ſuo Etym. lib.*16. vbi ſcribit de gemmis, ſecundum eorũ colores à *c.*6. vſque ad *c.*14. de pluribus generibus colorum, vocabuliſq; eorum Græcis & Latinis, vide per Aul. Gellium, *lib.*2.*ca.*26. & poſt eũ in Lazari Bayfii repet. ſuper *l. veſtis. ff. de auro & argent. leg. c.*2.

NOnageſimaquarta cõſideratio ſit de floribus odoriferis, ſeu, vt alii volunt, fruticibus odoratis, ſeu herbis aromaticis; & vtrunq; complectar, flores ſci. & odores magis excellentes inter flores, & violas, ſeu frutices odoriferos, è quibus ſequentes, enumerãtur: Roſa, Lilium, Calta, Bacchar, Combretũ, Lotos, Crocus, Hiacynthus, Abrotanum, Amaracus, Saliunca, Polion, Amethyſtus, Cyamon; Holochryſos, Chryſitis, Origanum, Tymus, Conyza, Cytenus, Narciſſus, Amaranthus, Epitymon, Oenanthe, Phrygma, Abrotonum, Roſmarinus, Anethum, Achãtes, Anemona, Cherintha, Liguſtrum, Vacinium, Conuoluulus, Cyanus, Cyclaminus, Siſymbrium, Tymbra, Satureia, Caſia, Melilotos, Lyrum, & Lychnus, de quibus meminit Plinius *lib.*21. & Iſid. *lib.*17. *Etymol. cap.*9. Sed, quia tædioſum eſſet de ſingulis laudes referre, ideo laudes de paucis abſoluemus, propter eorum excellentes effectus. In primis de Lilio, quod ſui natura (teſte Plin. *lib.*21.*c.*5.) eſt nobiliſſimum, quo nulli florum celſitas maior, cuius flos fragrat odore acutiſſimo, & eſt candidiſſimus, nobilitate proximus Roſæ, & quadã cognatione vnguenti olei, quod ab eo lilium appellatur. Eſt & lilium rubens, & etiam purpureum, ſed apud nos raro videntur.

Lilium laudatiſſimum eſt in Antiochia, & Laodicea Syriæ, mox in Phaſelide, quartum locum obtinet in Italia naſcens. Suſa, vrbs Perſarũ, à Memnone condita, nomen ſumpſit à liliorum multitudine: nam Perſæ Suſam vocant lilium. Lilium multiplicem habet virtutem; ita vt eius radices virtute ſua, multis modis florem ſuum nobilitauerint, ſecundum eundem Plin. *eod. lib. cap.*19. Auicennam & phyſicos: nam valent contra duritiem ſplenis & neruorum, maxime ſub prunis coctæ; & cum oleo roſeo tritæ, vſturas ſanant; & vulnera cicatrizãt: & conferunt adustioni ex aqua calida, cum ſint exſiccatiuæ, mollitiuæ, abſterſiuæ, & conſolident: valetque lilium pro inciſionibus neruorũ, & ſplenis apoſtemata maturat. Et, vt omnes teſtantur, lilium tumores reſoluit, vlcera abſtergit, dolores mitigat, venena depellit, puncturis confert, & ſuccus eius cum melle decoctus veteribus vlceribus medetur, & oleum eius

eſt reſolutiuum & aperitiuum: conuenit enim dolori capitis: & diſtillatum in aurem, ſedat eius dolorem, ſaniem, & immunditiá, purgat lilium, & morſum ſerpentis curat, ſimiliter eius folia vexationem ſerpentum curant, eiuſque radices contra ſerpentum ictus valent, confert & lilium puncturæ vermium venenoſorum atque Scorpionis: & præterea ſemen eius in potu ſumptũ ad ſerpentis morſum facit, vt ſcribunt Plinius, Auicenna & Dioſcorides. Ideo ex effectibus ex eo prouenientibus conſtat lilium eſſe laudandum. Quod etiam facit ad laudem armorum Franciæ, in quibus ſunt tria lilia cœlitus demiſſa, de quorum laude ſcripſit Ioannes Ludouic. Viualdus *in ſuo tracta. de triumpho trium liliorum Franciæ.* Et G. Benedict. *in ſua repet. cap. Raynutius. in verbo, duas habens filias. num.* 87. *vſque ad num.* 109. *Extra de teſtament.* & dixi ſupra *in* 5. *part. in* 31. *conſid.*

Alius eſt flos odoriferus, qui dicitur Roſmarinus, quem propter eius excellentiam, & effectus illius excellentes, laudare decreui, quem Latini ab effectu, herbam ſalutarẽ vocant, &, teſte Iſidoro *lib. Etymolog.* 17. *cap.* 9. odorem thuris habet: vnde Libanotis dicitur Plin. Libinotis radicem habet Oluſatri, nihil à thure differentem, cuius natura calida eſt & ſicca in tertio gradu, vt Serapio inquit; propterea ad plures valet infirmitates, vt Raſis ait, *in* 23. *continentis. cap.* 694. authoritate Dioſcoridis; & inter cætera dixit ibi, quod omnes ſpecies cum melle in oculis poſitæ acuant viſum. Et, vt ſcribit Arnaldus de Villanoua *in ſuo tractat. de vino*: Cum Anazare eſſet in Babylonia, accepit cum multa ſolicitudine & precum inſtantia, à quodam antiquiſſimo Medico Sarraceno, virtutes roſmarini, quas ſecretiores ſibi, quaſi nulli deberent cõmunicari, retinebat: & dicit, quod de vtiliorib. operationibus eius ſit cum vino, deinde cum balneo; deinde cum ſit ex eo oleũ, quod eſt in effectu Balſami; deinde, cum ſit electuariũ ex floribus eius, & aqua ardẽti, ſeu vitæ: vinum quidem, quod de hoc fit, more aliorum conficitur, ſecundum modos deſcriptos in dicto tractatu: haber mirabiles proprietates: nam eſt vtile omnibus ægritudinibus frigidis, rectificat appetitum & confortat ſua aromaticitate, qua anima dilatatur, & ſua ſtipticitate, qua ſubſtantia eius cõgregatur, omnia membra, neruos rectificat, & cum lauatur ex eo facies, reddit eam pulchram, & ſi lauetur ex eo caput, non decidũt capilli, imo multiplicantur, & vſus eius conſeruat proprie ab Anthrace, hoc eſt, carbone, & huiuſmodi malis puſtulis, cõſumit phlegma & melancholiam, & confortat proprie ſubſtantiá cordis, & ex hoc facit acquirere, aut conſequi iuueneſcentiam, & eius forte, qui eo aſſiduauerit, non putrefiet corpus & ſi ſæpius os lauetur ex eo, continue odoriferum reddit, confortat dentes & gingiuas, & cancrum ex eo ſæpe lotum ſanat, & fiſtulæ, & huiuſmodi vulnera ex eo ſæpe lota, ſæpius deſiccantur, & rectificantur. Et quando quis ex longa infirmitate ægret, ſiue debilitatus, panem aſſum in eo vino madidum frequentauerit comedere, rectificat appetitum, & confortat eius membrum debilitatum. Et ipſum quidem vinum, temperatum cum aqua pluuiali & propria decoctione florum eius herbæ, & aſſiduatum bibere, rectificat phthiſicos & etycos, & eſt probatum, & ſecretum, vt ibi dicit Arnaldus. Valet etiam dictum vinum, in quotidiana litargia, & quartana, in cardiacis, & ægritudinibus cordis, nauſea, & dyſenteriis fluxibus; Item, quod de excellentioribus operibus eius eſt, vicarius tyriacæ cõtra venenum & venenoſos cibos, & eſt potus pro paralyticis, & tremuloſis, & relaxatis neruis; confert podagræ perambulatiuæ, & mulieribus proprie humidæ complexionis, & rectificat earum matres, & prodeſt ad conceptum. Fit & electuarium ex floribus eius & melle deſpumato, ſecundum quod fit roſatum, & eſt mirabilis vſus eius ad omnia prædicta: & fiant fruſta ex illa herba & floribus eius, & fiat balneum vaporoſum mediante calidorum, & eſt balneum vitæ, & mors ſenectutis; quoniam aſſiduatio eius facit renouari ſicut Aquilam iuuentutem, vtentium eo, & eſt ſecretiſſimum, vt dicit ipſe Arnaldus. Fit & ex floribus eius oleum, quod gerit vicem

Balſa-

Balſami, & eſt res arcana, cuius magiſterium, hoc eſt, impletur amphora vitri floribus eius, & clauditur cum panno duplicato cerato, aut cum cera, & coopertorio, ita quod non reſpiret, & ſepeliatur in arena, vſque ad medium, & maneat ſic per menſem vnum vel plus; & flores diſſoluantur in aquam, & ſeparetur aqua illa pura ab impura, & ponatur ad ſolem per quadraginta dies, & inſpiſſabitur aqua illa ad modum olei, ſiue balſami, quæ confortat cor & cerebrum, & ad totum corpus valet, confortat debilitatem neruorum, remouet ſordes & maculas faciei, ſeruat iuuentutem, & patitur experientiam balſami; quoniam gutta eius ſuper aquam poſita, petit fundum & ſtabit; & ſi ponatur in oculum ieiuno, non tantum maculam & telam, ſed omne malum ſanat, ſi tribus vicibus iteretur. Amplius res experta eſt ab eo (vt dicit Arnaldus) & viſa, quod aqua vitæ ſiue ardens, facta de vino, in quo remollita fuerit dicta herba, curet phlegma ſalſum, ſcabiem, cancrum, & fiſtulam, quæ aliter ſanari nō poſſunt: & ſi reſederit dicta herba, & flores, & ex ea inungantur manus, vel membrū paralyticum frequenter ad calorem, rectificabitur, & quandoque ſanatur.

De Roſa vero, quæ ex floribus odoriferis primaria eſt, ſcribit Plinius *libr.21.cap.4.* Naſcitur à ſpina ſiue rubo, & eſt iucundi odoris: vſus eius in coronis prope minimus eſt, oleo maceratur, & in vnguenta tranſit, per ſe medicas artes præbet, emplaſtris atque collyriis inſeritur mordaci ſubtilitate, menſarum etiam deliciis inungendis minime noxia. Inter roſas Plinius celebrat Præneſtinā, Campanam, Mileſiam (cuius color ardentiſſimus ſit) Trachiniam, minus rubentem, Alabandicam viliorem, albicantibus foliis; viliſſimam vero foliis pluribus, ſed minutiſſimis, ſpinoſam; quæ differunt multitudine foliorum, aſperitate, leuore, colore, odore, & ad minus habent quina folia, vel numeroſiora: Cyrenis vero odoratiſſima eſt roſa. Et in Gallia, in oppido Prouin dicta, in partibus circumſtantibus prope Pariſium, *Bria*, ſcilicet, naſcuntur Roſæ mirabiliter odoriferæ, longe odoratiores quàm in tota Gallia, ita vt vendantur ſatis caro pretio: & dominæ Pariſienſes, quæ ſunt magiſtræ politiarum, eas ſeruant ſiccas in ſacculis cum certis aliis odoramentis, & ponuntur in ſcriniis & coffris, vbi ſunt linteamina, mantilia, & ſimilia: quæ poſtea redduntur mirabilis odoris, boni & ſuauiſſimi. Imo etiam portantur dictæ roſæ ad longinquas partes, &, vt ſcribit Panthaleon, de Confluentia *in ſua Summa lacticiniorum, cap.11. ſecundi tractatus.* Ipſe portauit ad partes Pedemontanas vbi videbantur pretioſæ. Ad bonitatem iſtarum roſarum etiam influxus ſupercœleſtis concurrere poteſt. Carthagine Hiſpaniæ, hyeme quoque tota præcox eſt roſa; refert & cœli temperies: quibuſdam enim annis minus odorata prouenit roſa; præterea magis omnibus locis ſiccis, quàm humidis odoratior, teſte Plinio *lib.21.cap.4.* Idcirco odoratiores in Oriente conſurgunt: quia, teſte Cælio *lib.12. lectionum antiquar. cap.21.* poſt Philoſophum, terra cum feruet, atque inuritur, quod ediderit principio, bene olet. Etenim, quæ parco humore quendam in modum recaluerint, odorata redduntur: humor enim calore concoqui poteſt. Laudatur & roſa ex effectu eius magno, cum ex ea fiat vinum magni effectus, vt ſcribit Plinius *lib.14.cap.16.* vbi dicit: Inter flores fit vinum è roſæ foliis tuſis, in linteoloque in muſtum collatis, cum ponduſculo, vt ſidat 40 pondere denariorum in ſextarios vicenos muſti, nec ante tres menſes vaſe aperto. Et de eo etiam facit mentionem Arnald. de Villanoua *in tractatu ſuo de vino*, vbi vinum æſtiuum dicit eſſe proprie roſatū, quod poteſt fieri cum muſto, de ſiccis roſis, ſicut fit vinum Boraginatum, & fit leuius, citius & melius, & ſufficit, ſecundum eum, talis modus, ſcilic. vt vino potiſſime rubeo ſupermittantur in amphora hora comeſtionis, cum aqua roſata, quantum placet in ſapore & colore, & bibatur. Refrigerat enim cor, membra principalia confortat, cuſtodit membra, ne diſſoluantur eorum virtutes à calore, & diſſoluta reſtaurat; valet contra putrefactionem in

Ppppppp 4 febri-

febribus peſtilentialibus. Ipſum etiam medicinale eſt; quoniam valet contra lyenteriam, dyſenteriam, & defectum contentiuæ, & temperatum cum aqua pluuiali confert vomitui & ſyncopi ex fumo cholerico, & contra cardiacam, quæ fit ex calefactione ſpiritualium: valet etiam contra diaphoreſim, & aſſiduatio lauationis dentiũ cum eo, confortat gingiuas, & os redolere facit, & bonũ anhelitũ: & lauatio faciei cum eo facit carnem ſolidam & coloratã: & ſi diſtilletur gutta eius in oculis, acuit aciem oculorũ; quoniã mundificat ratione vini, & cõfortat ſubſtantiam oculorum, ratione roſarum. Vſus vero ſucci roſæ (teſte Plinio *lib.21.c.19.*) fit ad aures, oris vlcera, gingiuas, tonſillas, gargarizatus, ſtomachum, vuluas, ſedis vitia, capitis dolores, in febre per ſe, vel cũ aceto, ſomnos, nauſeas. Folia vruntur in calliblepharo, (quod medicamentum eſt accommodatum vitiis oculorum, præſertim cum palpebræ cohæreſcunt, & vlcera oculorum male ſunt curata,) & ſiccis ſemina aſperguntur. Epiphoras quoque hoc eſt, morbum oculorum, quem vulgo lacrymam vocant) aridæ leniunt, flos ſomnum facit; inhibet fluxiones mulierum, maxime albas, in poſca, id eſt, vino in torculari aquato potus, & ſanguinis excreationem; ſtomachi quoque dolorem poſitus in vini cyathis, ſemen iis optimum crocinum, nec anniculo vetuſtius, & in vmbra ſiccatur, nigrum inutile, dentium dolor eo lenitur, vrinam ciet, ſtomacho imponitur. Item igni ſacro, non veteri, naribus ſubductum, caput purgat, capita roſæ pota ventrem & ſanguinem ſiſtunt, vngues roſæ epiphoris ſalubres ſunt: vlcera enim oculorum roſa ſordeſcunt, & præterquam in initiis, epiphoræ; ita vt arida cum pane imponatur. Folia quidem vitiis ſtomachi, roſionibus, & vitiis ventris & inteſtinorum, & præcordiis vtiliſſima, vel illita. Cibo quoque lapati modo condiuntur; cauendus quoque in iis ſitus, celeriter inſidens. Et aridis & preſſis aliquis etiam eſt vſus. Diapaſmata, hoc eſt, inſpergimina inde fiunt, ad ſudores coercendos, ita vt à balneis inareſcant corpori dein frigida abluatur; ſylueſtris cum adipe vrſino alopecias mirifice emendat. Eſt autem alopecia morbus in capite ex vitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum. Et vnumquodq; de per ſe ex ſuo effectu ſufficit ad laudandam roſam, & ad collaudandum illos, qui habent roſam in armis, vt ſunt illi de domo Vrſina, & in Anglia Reges, & in Burgundia illi de domo de Vergy. Ideo non mirum, ſi domus Vrſina roſam accepit, cum ſanet dolorem capitis cum adipe vrſino: vnde Macer his verſibus roſam laudat:

Dici flos florum nobis Roſa iure videtur,
Quod ſpecie cunctos præcedat, odoreq; flores.
Non tamen hac ſpecie tantum, nec odore iuuare.
Non valet, ac variis nos adiuuat illa fidelis:
Eius ſicca gradu vis eſt & frigida primo.

Laudatur & Gariofillatum ex ſua aromaticitate; quia ſi olfacitur, aperit opilationes accedentes in cerebro, & naribus ori ſtomachi confert: corroborat enim ipſum, atque cordi auxiliatur, & valet ad hæmorrhoidas: Vnde Serap. *in c. de berenge miſch.* dixit de eo, quod calidum eſt in fine ſecundi gradus, cõferens ſtomacho frigido, epati & cordi, aufert cardiacã, quæ fit à melancholia & phlegmate, triſtitiam & ſolicitudinem, odoriferaſque facit eructationes: qui vero eo delectantur, ipſum potius olfaciant, quàm manducent. Reperiuntur & diuerſi coloris: quædam enim rubea, quædam alba, & quædam violacea, quæ vulgo griſea dicuntur, & forte cineritia.

Laudanda eſt etiam Maiorana; quia, ſecundum Raſim *in 3. Almanſoris.c.12.* propter aromaticitatem ſuam, caliditatem, & ſubtilitatem, conuenit omnibus ægritudinibus frigidis, confortat cerebrum & omnia membra, & ex qualitatibus ſuis virtutem habet diſſoluendi, conſumendi, & mundificandi. Et ſecundum Auicen. *in c. can. ca.* 481. eſt ſubtilis, reſolutiua, aperitiua, cum fortitudine aperiens opilationes cerebri, & conferens hemicraneæ, humiditati, & ventoſitatib. groſſis, & dolori auris.

Lauendula etiam laudari debet, licet ſit herba omnibus nota, calidæ & ſiccæ cõplexionis,

xionis, cuius flores etiam odorem ſuauem & bonum habent.

Violis honos eſt proximus teſte Plinio. *li.* 21. *c.* 6. ſcil. roſæ & lilio. eorum tria ſunt genera, purpurea, alba, & lutea, ſeu mellina, quæ eſt pallidulі coloris. Et quædam ſunt ſatiuæ, & aliæ ſylueſtres, eodem teſt. *c.* 19. Omnes ſatæ, vt olus, proximæ ſunt plantis. Ex iis vero, quæ ſponte opacis, & macris locis proueniunt, purpureæ latiore folio, ſtatim ab radice carnoſo exeunt, ſolæque generali vocabulo, violæ flores vocantur. Sed ſatiuis maxima autoritas luteis. vnde Bar. li. de proprietatib. rerum. Viola propter violentiam odoris, ſic eſt nominata, vt dicit Iſid. Herba quidem modica eſt viola in ſubſtantia, cuius flos maximi eſt odoris, vnde odor eius cerebri calorem mitigat, & ſpiritus animales recreat, & cõfortat flores vernales, vt prius oriuntur, ſic ſe citius manifeſtant: paruitatem eius in ſubſtãtia, magnitudo odoris pariter, & virtutis notabiliter recompenſat. Et dicitur quoq; flos à proprietate eius, quæ eſt in eo, quando bibitur cum aqua, confert ſquinantiæ, & Epilepſiæ, quæ accidit pueris: & eſt illa, quæ vulgariter dicitur mater puerorum, vt ſcribit Plin. *d. ca.* 19. vbi ample de propriet. eius, & *in horto ſanitatis, tract. de herbis. c.* 492.

Omnium vero odoramentorum, atque herbarum differentia eſt in colore, & odore, & ſucco. Odoratus ſapor raro vlli nõ amarus, econtrario dulcia raro odorata. Itaque & vina (ait Plin. *li.* 21. *c.* 7.) muſtis odoratiora & ſylueſtria magis omnia ſatiuis. Quorundam odor ſuauior è longinquo olet, cũ in propinquo admotus hebetatur, vt violæ, roſa recens è longinquo olet, ſicca propius. Et de iſtis ambiguitatibus in odorum ratione; cur florum odores ſeu ſuffimentorum ſuauius è longinquo oleant, cum in propinquo alia herbam potius redoleant, alia fumum, dicit Cælius *lib.* 13. *lect. anti. ca.* 24. ex hac ratione procedere; quia natura odorum vi caloris conſtat, cum odorata omnia calida ſint, & vt vnumquodque calidiſſimum eſt, ita & maxime leue. Proinde prouehi longius poteſt, ac ſinceriorem ſubuectare odorem ſuum à cæteris, cum foliorum odoribus, tũ fumi: id eſt vaporis aquei, depuratum, adiunctumque, qui odorem affectari videntur, cum quo terreſtris quoque prouehatur portiuncula, quæ odore celerius ſenſum afficiat: Nam in iſto craſſamento calidum inibi potentius agit, verum interſtitio longiore victa, flaccеſcit calore diminuto; quamobrẽ ſenſui ingeritur odor materiæ defecatione. Quod vero amplius agitata odoramenta plenius afficiant, ratio euidens: quoniam mota plus aeris, quã quieſcentia replent, quo nomine celerius odoris poteſtas ſenſum pertingit; aeris autem frigoris vi infeſtante, minus minuſque odoramenta perſentimus: quoniam hebeſcit, retunditurque tunc aeris motus, quo inuehuntur. Etenim frigus conſiſtere facit, & contrahit, de quo plene Cælius *eo li.* 13. *c.* 19. & ibi quærit, cur præcipue odoribus capiãtur, & delectentur homines. Odor vero teſte Iſid. *lib.* 18. *Etymol. ca.* 8 *in pr.* nihil aliud eſt, quam aer contractus, vel fumoſa exhalatio, vel vapor, vt veteribus placuit. Et odorum, & florum generi magnus eſt vſus in medicina, vt ait Plinius *d. li.* 21. *c.* 18. Imo odor maximi eſt nutrimenti. Cũ, vt ait Hip. *in ſuis aphoriſmis*, bona conſeruatio generis humani ſit in humido, melior in vino, optima in odore, & ſcribitur *Prouerbiorum* 27. Vnguẽto, & variis odoribus delectatur cor. Propterea Cælius *li. lect. antiq.* 13. *ca.* 21. quærit, an odoribus ſuffici alimentum queat, vbi allegat Hippo. *in li. de alimento*, dicentem: Quicunque citiſſima indigent adiectione, humidum remedium, reſumendis viribus, optimum eſt, vbi autem adhuc ociore, per odoratum: Pythagoticorum etiam ſententia fuit, odores ad nutricationem conferre; ſic, vt etiam alamur, qualitatẽ eiuſmodi attrahendo. Odores etiam ſanitates plurimũ conferre ſenſus perdocet: Nam Plin. *li.* 7 *ca.* 2. ad extremos Indiæ fines ab oriente, circa Gangis fontem eſſe Aſtomadum gentem, ſine ore, corpore toto hirtam, quę frondium veſtiatur lanugine, viuatque halitu tantum;

& odore, quem naribus trahant, nullum illis cibum, nullum eſſe potum, tantum radicum, florumq; odores varios ſilueſtriũ malorum, quę ſecũ portant lõgiore itinere, ne deſit olfactus; grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Et ibi ſcribitur in calidis quibuſdã Regionibus, ac plurimo paſſim odore fragrantibus multos gracili corpore, & imbecillo ſtomacho fere ſolis odoribus ali: forte quoniam ipſa natura loci, tũ herbarum, & frugum, atque pomorum ſuccos ferme totos redigit in odores, tum corporum humanorum humores illic reſoluit in ſpiritum. Cum igitur vterque, odor videlicet, ac ſpiritus, ſit vapor quidam, & ſimile ſimili nutriatur; nimirum, & ſpiritus, & ſpiritualis homo, primum odoribus accipit alimentum: Spirituum vero odoribus nutriri argumento eſt, quod vinum odore plenum, ſubito ſpiritũ recreet, quem cætera vix tãdẽ poſsũt reficere, vnde Ouid. 1. *de Ponto* ſic ait.

Etiam deficiens ſic ad tua verba reuixi.
Vt ſolet infuſo vena redire mero.

Et in confeſſo eſt, ex ſe vinum fomenti plurimum ſuggerere, ideo Auicen. dictum probatur, cũ ait: Corpus quidẽ dulcedine. Spiritum vero quadam aromaticitate nutriri. Tria vero ſpiritus animalis fomenta traduntur præcipua, Aer purus, & luminoſus, odorum delectus, & Muſicæ. Et idem Cælius *eod. lib.* 13. *ca.* 22. ſcribit miram vtilitatem ſuffitionis, & ignes odoratos peſtilentiæ occurrere. Siquidem cum aer, quo vtimur plurimũ, & in quo maxime verſamur, non eadẽ ſemper ſit ratione diſpoſitus, nec idem ſeruet contemperamentum: ſed nocturna dẽſeat humectatione, & proinde corpus premat, & animæ triſtitiam inferat, veluti nebula circumfuſam grauiore. Nam & medicę artis ſcientiſſimi, peſtilenti affectione grauius graſſante, ignium crebritate malo occurſant, quod iis rareſcere credatur aer. Id quod conſequitur largius, ſi odoratiota vrantur ligna. Cuiuſmodi eſt cupreſſus, iuniperus, piceæ. Sed & Agrona nobilem medendi ſcientia ſumme laudatum ferunt, q Athenas magna peſtilentiæ vi ſæpius infeſtante, affectorum pleriſque ſalutarem intuliſſet opem accenſis in proximo ignibus.

Nonageſima quinta conſideratio, quod metallorum ſit excellentius alio. Et videtur quod metalla debuiſſent præponi lapidibus & lignis: quoniã, vt habetur *Eſa.* 60. Deus qui eſt remunerator in centuplo, pro ære promittit Eccleſię derelictę aurum, pro ferro argentum, pro ligneis *æs*, & pro lapidibus ferrũ: Sed hæc interſerui propter connexitatem ad præcedentia, Iſidor. vero *lib. Etymo. 16. ca. 16.* dicit, ſeptem eſſe ſpecies metallorum: aurum ſcil. argentum, electrũ, æs, ſtãnum, plumbũ, & quod domat omnia ferrũ, ex quib. aurũ, & argentũ ſunt precioſiſſima, vt dicit Luc. de Pen. *in rub. de metallariis & metallis, li.* 11. allegat text. *in auth. de cõſul. §. hæc itaq. ver. ſpargere autẽ.* ibi *argẽtũ vero quod mox poſt aurũ precioſiſſimum fiet. & ibi gloſ. in verbo, poſt aurum, colla.* 4. Et de auro & argẽto ſit mẽtio in plurib. locis in iure: nã eſt titulus, *de auro & argẽto legato.* in Infortiato.

Aurum vero, quod naſcitur & inuenitur in fluuio Phiſon, qui & Gãges dicitur in regione terræ Euilath, hoc eſt, Indiæ, eſt optimum. vt habetur *Geneſ.* 2. Quia, vt Plin. ſcribit *lib. 23. c. 4. in princ.* Nullum abſolutius eſt aurum, quam inuentum fluminum ramentis, vtpote curſu ipſo trituque perpolitum.

Aurum enim octo habet virtutes, quas deſcribit Guilielm. Bened. *in repe. c. Rayn. in verbo, duas habens filias, nu.* 100. *de teſta.* poſt Io. Lud. Viua. de monte Regali *in ſuo tracta. de pugna partis ſenſitiua art. de laudib. ac triumphis trium liliorum Franciæ, q.* 3. Addo, quod etiam aurum denotat ſapiẽtiam, vt ait Cœlius *lib. antiq. lect. 4. c. 24.* & argentum rerum naturalium notitiam. Et de his virtutib. vide ante *in 5. part. in 31. conſid.* vbi ſcripſi de excellentia armorum ſeu inſigniorum Regum Franciæ, quæ ſunt tria lilia aurea in campo Azureo, & ſufficiat, quod de iure ciuili aurum dicitur precioſiſſimum metallorũ, deinde argẽtum, vt eſt text. *in auth. de conſulib. hic ante allegatus.* Et de excellentia auri, & eius laude ampliſſime magis quam per alium videas per Matthæum Vegium in ſua elegan-

legantiſſima & iucundiſſima diſputatione, quam fecit de excellentia terræ, ſolis,& auri,& quod illorum ſit excellentius, vbi concludit aurum excellere. dicit tamen Textor *in ſuo cornucopia, lib. in lit. P. in laude ciuitatis Pariſien.* Adrianum Imperatorem dixiſſe plus eſſe auri in rerum natura, quã reliquorum metallorum. Et quia Plin. ampliſſime tractat de metallis, & iam ſim tædio affect⁹ ex prolixitate huius operis, te remitto ad eundem Plin *in lib. 33. natur. hiſtor.* vbi de omnibus ſcribit, maxime de auro & argento, & eorum excellentiis.

De argento tamen vnum hic non omittam referre, quod ſcribit Textor *in loco ante citato in verb. aurum.* quod in Auguſtudunorum, ſeu Heduorum diœceſi pagus eſt Chitriacum nomine, frequentibus argenti fodinis clarus, cuius rei teſtis eſt (vt ait) nõ auritus, ſed oculatus. Cum in Corbigniaco oppido (quod vnico miliari tantum diſtat) prima literarum biberet rudimẽta, iuit ibi luſum & ſpaciatũ (vidit loca, in quibus eſt nõ parua foſſarum multitudo:) Ego etiã accepi in d. oppido prima literarum principia circa annum Domini 1488. & tunc fuerũt inuentæ illæ argẽti fodinę, & pluries cauſa recreationis me contuli ad d. loca cum D. Iacobo & Germano Perreaul ſociis meis, de quibus etiam memorat Textor: ſed tunc eramus iuuenes, & etiam nobiſcum aderãt collegæ nobiles viri, Dom. Iaco. & Claud. de Monte acuto fratres, ſub ferula magiſtri Vincentii Gaigandi, qui fuit Gymnaſiarcha anteceſſor illius Veturelli, quem, Textor dicit, ſuo tempore fuiſſe præceptorem, ſeu rectorem ſcholarum d. oppidi Corbigniaci, vulgo S. Leonardi nuncupati, quæ certè loca, teſte Textore, ſi haberet Italia, magis tumeſceret, ac ſuperbiret, quam ſua Cerere glorietur Sicilia.

NOnageſimaſexta cõſideratio ſit de excellentia aliquarum veſtium. eo, quia veſtes ſunt ad gloriam & decorem. *vt habetur Exod.* 28. & ad ornatum hominis, vt dicit Luc. de Penn. *in l. 2. C. de veſt. h. oloberis. lib.* 11. licet ſcientia pręclariſſima ſit in viro, nullus tamen ſibi apud vulgus & optimates indoctos defertur honor ſine veſtiũ ornamento, iuxta illud:

Vir bene veſtitus pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamuis idiota ſit ille.
Si careas veſte, nec ſis veſtitus honeſte,
Nullius es laudis, quamuis ſcis omne quod
audis.

Et non ſolum veſtis eſt ornamentum hominis, ſed etiam eſt neceſſaria ad vitam, vnde habetur *Eccleſ.* 29. Initium neceſſariæ rei vitæ hominũ eſt aqua & panis, & veſtimentum protegẽs turpitudinẽ. Vnde veſtis, vectigalia, & requies æquipollẽt, *l. fin.* § 1. *C. de his qui ad eccleſias confugiũt.* Et paria ſunt aliquem eſſe in vinculis & ſine veſtib. vt in publicum nudus exeat, aut exire cogatur, *l. in eadem.* §. 1. *cum ibi not. in gl. vlt. ff. ex quib. cauſis mai.* Ex quo optime trahitur in argumentũ, quod ſicut non poſſunt pro executione ſententię capi ſerui aratorii, boues & inſtrumẽta aratoria, *l. executores, C. quæ res pignori obligari poſſint, vel non, vt dixi in præced. part. in* 33. *conſid.* Ita nec etiã veſtimenta, ne alias videatur ipſe debitor quodãmodo in vinculis pro debito poni, quod non licet, *l. ob as, C. de exact. tributor. lib.* 10. *l.* 2. *& vt dicit Luc. in rub. de milit. veſte. lib.* 12. H. e. verum in veſtib. neceſſariis, ſecus in his, quæ ſunt ad ornatũ & delectationẽ, vt n. ait Tullius *lib. de orat.* Veſtis depellẽdi frigoris cauſa primo reperta fuit, poſtea ad ornatũ & corporis dignitatẽ haberi cœpta eſt. & vide quæ dicta ſunt ante *in 2. part. in 32. conſid. & in 7. par. & in 44. conſid.* Et quia ante iſta parte ſcripſi de pluribus rebus neceſſariis ad vitam hominis iuxta ordinem poſitum *in d. loc. Eccleſ.* 29. Sequitur & reſtat nunc dicere de veſtib. quæ etiã ſunt neceſſarię, vt dictũ eſt. Et pro intellectu huius plura ſunt genera veſtium, vt ſcribit Cęl. *lib. antiq. lection. 19. c. 10.* vbi ponit plura (quæ Græcis vocabulis appellantur Textor vero clarius nomina veſtiũ exprimit *in ſua Offic. in c. veſtimentorum genera.* vbi 140. veſtimẽtorũ genera, vel circa declarat, & plura laudat, quæ dicit excellẽtia. vt de Abolla veſte tragica, & grauium perſonarum, qua vtebã-

Digitized by Google

tur externi Reges: erat enim magni ſplendoris & precii. Et de pluribus veſtibus per Textorem declaratis, etiam meminit & ſcribit Luc. de Pen. *in l. vnic. col. 3. C. nulli licere in frenis & equeſtrib. lib. 11.* vbi ait, Quod ſaccus eſt veſtis pœnitentium, & etiam Cilicium, *c. in cap. 50. diſt.* Et ſtola dicitur cappa, vel ſupercillicium, *c. nullus, 21. q. 4.* dicitur autem ſtola à ſtolon, quod eſt longum, ſecundum Archid. & vulgo cotta forte dicitur. Et talis vocatur alias veſtis talaris, id eſt, talos cooperiens, *c. pen. 23. diſt.* & ibi Archid. *& c. Epiſcopi, 21. q. 4.* & eſt tunica qua matronæ vtebantur. Et teſte eodẽ Luca *in d. l. vnica.* Pallium eſt veſtis precioſa, & birrhus veſtis vilis, *c. ſi qui virorum, 30. diſt.* de quo Pallio fit etiam mentio in l. *item quæritur, §. fullo. & in l. in ſtratum, in fin. ff. locati,* & dicit Textor *in d. loc.* quod veſtimentum erat Græcis peculiare, & erat veſtimentum Philoſophicũ. De Penula etiam ibi facit mentionem Lucas, & ſecundũ eum eſt veſtis vilis, *l. Labeo, in med. ff. de ſupellect. leg.* & eſt, vt ait gl. *in l. penult. ff. de preſcript. verb.* genus veſtis. & de ea notat. *in c. ſi in adiutorium, 10. diſtinct.* & ibi Archid. & Text. *in loco ante dicto.* Eſt etiam veſtis ſcenica, & citha[illegible]ica & funebris. de quibus *in l. veſtis. ff. de verb. ſignif.* & ſcenica & funebris *ſed & ſi quod. §. 2. ff. de vſufr.* de quibus non meminit Text. Item eſt veſtis ancillaris, meretricia, & matronalis, quæ vocantur habitus, *l. item apud, §. ſi quis virgines. ff. de iniur.* de quibus non meminit Textor. Item eſt veſtis interpolita, id eſt, vſitata, *vt in l. Labeo, la 2. ff. de contrah. empt.* De veſtibus Sacerdotalibus vide *Exod. 27.* & ante *in 1. part. in 38. conſid. in 3. con. l.* Item Paludamentum eſt veſtis conſularis, qua vtebatur Rex vel Imperator ad oſtendendum bellum in proximo eſſe futurum, vt refert Lucas ibi. & authore Textore, Paludamẽtum hodie Cottam armorum vocamus, ſecundum Budæum *in l. 1. §. 1 ff. depoſiti.* Et dixi, *in d. 38. conſider. in 7. concluſ.* Item prætexta eſt genus veſtis, qua vtebantur pueri nobiliores Romani, vt notatur *in §. 1 in gl. prætextarum. Inſtitut. de iniuriis. & l. 3. §. penul. ff. de liber. exhib.* & de his & pluribus aliis, de quibus meminit Textor, ſcribitur *in l. veſtis. ff. de aur. & argent. legato.* Item chlamys veſtis militaris. facit text. *in l. fortiſſimis, C. de militari veſte, lib. 12. & in cap. ſi quis poſt. 1. di.* & vulgo mantellus dicitur, ſeu cappa, dixi *in di. 38. conſider. in 8. concluſio.* Et videtur hodie eſſe dignior veſtis. Cum in Rege per eam regia poteſtas deſignatur, vt eſt text. *in c. plerunque. § hoc etiam. verſic. item per Saulem, 2 quæſtion. 7. & in cap. vt cognouerunt. verſic. quomodo etiam charitatem non habebat, qui quærenti animam, & cap. de pœn. d. 2.* de quibus Luc. *in d. l. fortiſſimis.* vbi tamen eſt corruptus in aliquib. allegationib. à me emendatis. Et ibi dicit, ſecundum diuerſitatem perſonarum veſtes eſſe diſtinguẽdas, *c. adeo, 23. q. 5. c. fin. 41. d. & 21. q. 4. in ſumma l. ſed ſi accepto. ff. de iure fiſci.* Et qualis veſtis, talia corde gerit, *c. accepiſti poſt de pœ. §. 4.* vt cultui veſtium actionis quoq; ornamenta conueniant, *c. rationis ordo, 100. diſt.* De Toga etiam fit mentio *in d. l. ſed ſi accep. ff. de iure fiſci.* qua olim ſoli Romani vtebantur. & de ea per Textor. *num. 129* Et toga veſtis dicitur longa, quę honorabilior eſt quam breuis, vt dicit Iacob. Rebuff. *in d. l. 1. C. de veſtib. olobe-ris, lib. 11.* Hinc quia Aduocati longas veſtes deferunt, Togati dicuntur, *l. ſi quis de togatis. & l. ne quis. C. de aduoc. diuerſ. iud.*

Et quomodo Phryges inuenerunt veſtes acu facere, ita aurum in eis intexere, inuenit Attalus, Rex Pergami in Aſia. Et colores diuerſos intexere Babylon celebrauit. Plurimis liciis texere quæ polymita appellant Alexãdria inſtituit. Scutulis diuidere Gallia. author Plin. *lib. 8. c. 48.* Veſtimentorum ſunt omnia lanea, vel linea, vel ſericea, vel bombycinia. Omnia item, aut virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, *vt in l. veſtis. de aur. & arg. leg.*

Fuerũt & priuatæ quorundam veſtes: Adam & Eua priuſquam peccaſſent, degebãt nudi: poſt peccatum texere foliis verenda, crudis pellibus humeros amicti, vt ſcribitur *Gen 3.* & dixi alibi *in præced. part.* Ioan. Bapt. in eremo vtebatur veſte Camelorũ ſetis cõtexta, ſcorteaq; cingebatur zona. Vnica fuit

Chriſto

Chriſto veſtis incōſutilis, quę nullo vſu detrita eſt: de qua dicitur *Ioan.*19. Erat autē tunica inconſutilis deſuper contexta per totum. Pallium Bartholomæi per annos xx. neq; ſordes vllas, neq; vetuſtatem ſenſit. Iacob. Apoſt. lus qui à corporis ſimilitudine frater Chriſti dictus eſt, lineo vtebatur amiculo. Paulus primus eremita, veſtem habuit palmaceis contextā foliis. Mortui exuuias induit Antonius Abbas, diebus ſolū feſtis. Maria Ægyptia, conſumptis veſt.bus, nuda egit in eremo, & ample de pluribus generibus veſtimentorum ſcribit Textor *in d.c. veſtimentorum genera.* & *in c.ſeq.* veſtes gentiū proprias deſcribit, cum ait; Pallium, Gabinium, Caſiaca Græcorum, Toga & prætexta Romanorum, Maſtruga Sardorum, Braccæ & Bardocuculus Gallorum, Rhenones Germanorum, Aulça Britannorum, Strigiū Hiſpanorum, Arſineum, Tyara, Candys & Capiris Perſarum, Cortheus Maſilienſium, Myoton Armeniorum, Dalmatica Dalmatarum, Peplum Troadum, & Cannaces Babyloniorum. & *in c.ſeq.* veſtes quaſdam memorabiles enumerat, ſc. veſtem Antiſthenis Sybaritæ, quę veſtem elaborauit, in qua variæ Deorū effigies erant depictę. Hæc quotannis in Liciniæ Iunonis tēplo ſuſpendi miraculi cauſa ſolebat. Athenienſes magno precio eandem ſibi compararunt. Lollia Paulina tunicam habuit ex margaritis, æſtimatam quadringētis ſeſtertiis. Tarquinius Priſcus aurea triumphauit tunica. teſtis Verrius apud Plinium. Habuit Nero triclinaria Babylonica 400. millib. empta, hoc eſt, mappas & lectos triclinarios. Syloſon veſtē habuit, quam cum Dario Hyſtaſpis filio dono dediſſet, totam ab eo, & vrbem, & inſulā Samiorum, in hoſtimentum muneris accepit, h.e. æquamentum, ſeu compenſationē. Author Valerius *de gratitudine.* Saxo Grammaticus ſcribit Frontoni cuidam veſtē fuiſſe, qua circumamictus, nullo telorum acumine lædi poterat. Et mirum eſt quod referam. Nam vidi Mediolani Matronam, quæ ſingulis diebus anni nouam & diuerſam veſtem induebat, & ſic 365. veſtes habebat.

Veſtes digniores & excellentiores, teſtimonio Iuriſconſ. ſunt illæ, quæ dicuntur oloberæ, auratæ, paragaydæ, ſericeæ, & murice tinctæ. Cum tales ſint principū, & prohibentur deferri à priuatis, *l.* 2 3. *&* 4. *C. de veſtib. olober. & aurat. lib.* 11. Niſi ex conceſſione illius quibuſdam ei miniſtrantib. permiſſū ſit, vt ornatiores ſint corā principe, vt dicit Io. de Plat. *in d. l.* 2. *poſt text. & gl.* Si tamē veſtes prohibitas eis deferre cōceſſerit, poteſt auferre cum recedunt, vt refert ibi Luc. de Pen. *arg l. ſi id veſtimentum. ff. de pecul.* Et dicitur veſtis olobera, veſtis texta tota de optimo auro, quod in vulgari dicitur aurū foliatum, ſeu friſiatum, & in iure obriziatum, *vt in l fi. C de vet. numiſm pot. eod. lib.* 11. dicta ab *olon*, quod eſt totum, & *beris*, quod eſt aurū. Deaurata vero veſtis eſt etiam totaliter de auro, ſed non de foliato, ſed alio modo deaurata, vt recamata veſtis, teſte Io. de Plat. Paragayda eſt veſtis deaurata ſolum in gaydis, h.e. fimbriis. Paragāda, (vt aliqui dicūt) eſt ornamentū Pallii, vel veſtis quod vulgo friſeū dicitur, & proprie apud nos veſtis eſt ex ſerico alicuius coloris, in quo mixtum eſt in tinctura aurum, vt videmus hodie de pannis velutis, ſeu ex ſerico, in quib. ſunt aliqua ſigna mixta ex auro. Veſtis vero tincta murice eſt ſine auro: ſed tincta colore muricis, vel cōchylii, qui color precioſus eſt, vt aurū, *d. l.* 3. *&* 4. *C. de veſt. olobe.* Et ſunt Murices piſces, qui appellantur conchæ marinæ, alio nomine conchylia dicuntur, & ſi ferro præſcindātur, lachrymas purpurei coloris emittunt, ex quo colore tingitur purpura, & eſt tinctura valde precioſa: qua ſolus Princeps vti debet, & nullus alius, vt dicit Io. de Plat. *in l. ſi quis nauiculam, C. de muril eg. lib.* 11. & ibi Bart. dicit idem eſſe de tinctis aliis, qui illi aſſimilātur, vt eſt color qui fit de grano, ſeu cocco, qui ſi panno laneo apponatur, Scarlata in vulgari noſtro appellatur. Et ſic de iure nō licet priuato talia veſtimenta deferre, abſq; licentia Principis. Cum ſint principibus reſeruata, vt dictum eſt. Et tales veſtes ex huiuſmodi colorib. tinctæ dicuntur purpuræ, ex quo ſunt ad decorē dignitatis Re-

Digitized by Google

galis. Cum, *vt dicit Luc. de Pen. in d. l. 4.* ſed ſunt inſignia, quibus excellentia regalis ordinis oſtẽditur, & Sacramentum iuſtum figuratur, puta annulus, per quem deſignatur fides. Armilla per quam bona operatio. Sceptrum quo iuſtitia. Gladius quo vindicta. Purpura per quam reuerentia, & Diadema per quod gloria. Lazarus Bayf. *in ſua repet. d. l. veſtis, ff de aur. & arg. leg.* ſcribit plures veſtes excellẽtes, vt de toga picta, tunica, prætexta, & aliis, *c. 2. 3. & 10.* & *in cap 7.* ponit de veſtib. aureis, maxime de paludamento aureo. de quo ante dixi: ſed Lazarum videre poteris in locis ante citatis, & *in c. 11.* vbi ample. Inter alias veſtes triumphales quam alię, & inter alia ornamenta triumphantium reperitur toga picta, & palmata tunica, vt Liuius *in 10 ſecũdi belli Punici*, docet his verbis, ibi: *Maſſiniſſam primum Regem appellatũ, eximiisq; ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella Curuli eburnea, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat.* Addit verbis honorem, neq; magnificẽtius quicquam Triumpho apud Romanos, neque triumphãtibus ampliorem eo ornatus eſſe. quibus verbis annumerantur ea, quib. ornabantur triumphantes, vt declarat Lazarus *in d. c. 10 ante fin.* Et quia hic ante dictum eſt, omnia veſtimẽta eſſe, aut ex lano, lino, ſerico, aut bombicine: De ſingulis aliquid dicendum eſt. Et primo de lana, quæ dicitur prius vellus, quoniam prius lanę ante tonſuræ vſum vellerentur, vt habetur *in d. l. 3. C. de veſtib. olob.* Et quid veniat appellatione lanæ, vide *in l. ſi cui, §. lana. & §. 1.* vbi Alber. *& §. 3. & l. lana. in prin. ff. de leg. 3.* Et an veniat ſericum, *l. 1. C. quæ res ven. non poſſ.* Sed ad rem, plures ſunt lanæ aliis præſtantiores authore Text. Nam miletes Aſiæ fuit ciuitas præſtantia lanarum (quę ibidem inficiebantur) memorabilis. Virg *lib. 3. Georgic.*

Quamvis Mileſia magno
Vellera mutentur Tyrios imitata colores.

Et *lib. 4.*

Eam circum Mileſia vellera Nymphæ
Carpebant.

In Canuſio Apuliæ oppido, & Caledonia, ſeu Britãnia fuit eximia lanarum bonitas. Lingonicas lanas probat Martial. *lib. 2.* dicens:

Lingonicis age dũ tumeat tibi culcitra lanis.

Et etiam hodie in diœceſi Lingonenſi maxime in territorio montis vulgo *la mõtaigne,* abundant optimæ lanæ, quibus lanificãt & Campani, & Trecenſes, & Pariſiẽſes, & ſunt excellentiſſimæ, quibus proximæ ſunt lanæ illius noſtræ prouinciæ, quæ vulgo Alcetũ dicitur. Et iam in Gallia reperiuntur lanæ Bituricenſes, quæ in nihilo diſcrepant, nec ſunt inferiores ab Anglicanis. Luceria vetus fuit Dauniorũ oppidum, eius lanas probat Horat. *lib 3. carmin.*

Te lana prope nobilem tonſa Luceriam,
Non cithara decent.

Plin. *lib. 26.* cõmendat Galaticas, Tarentinas, Atticas, & Mileſias, & *lib 8.* de lanis & ouibus loquens: Hiſpania, inquit, nigri velleris præcipuas habet Pollentia iuxta alpes, Canuſia rutili, quas Erythreas vocant. Item Betica, vt Canuſium, fuluas Tarentum. Et de his etiam meminit Lazar *in d. repet. l. veſtis, c. 2. in princ.* vbi & lanarum colores natiui ab eo memorãtur quatuor præcipui: Albus in Apulia nobilis, vt ait Martial.

Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis:
Nobilis Altinum, tertia laudat opus.

Niger in Hiſpan. Pollentia, vt dixi: Rutilus, qui & à Martiale Rufus; Fuluus & ſuæ puliginis, Taren. Et de his coloribus & aliis ante iſta parte, *in 93 conſid.*

De linis vero & excellentia illorũ videndum eſt, & mirabilia de lino ſcribit Plin. *lib. 19. c. 1.* Sed prius ſcitu dignum eſt, quid lini appellatione veniat: pro quo recurre ad textum iuris *in l ſi cui lana, § linum. ff. de leg. 3.* & vt ſcribit Textor, abundat Ægyptus lino tenuiſſimo. vnde Silius *lib. 3.*

Et Peluſiaco filum componere lino.

Argumentũ maximę tenuitatis eſt, quod ſingula fila 365. filis conſtare dicantur. cuiuſmodi viſa ſunt in thorace Amaſi Regis, qui Rhodi viſebatur, authore Plinio. Æthiopes, & Indi ex malis, Arabes ex cucurbitis, Aſiatici ex geniſta lina demetunt. Eſt & ſua gloria

Digitized by Google

gloria Cumano in Campania, quo ad piſcium captură vtuntur eius vrbis incolæ. Carbaſinum linum apud Tarraconem repertū eſt, ex quo nautica vela conficiūtur, ex quo & Carbaſus nomen habet. Naſcitur linum in deſertis Indiæ apud Caryſtum inſulam, tanta bonitate & excellentia, vt margaritarum adæquet precium. Setabis vrbs Hiſpaniæ agrum habet nomine Spartariū à Sparto lini genere. Plinius quoq; ſcribit citeriorem Hiſpaniam habere ſplendorē lini præcipuum. Nos vero Hedui lina habemus excellentiſſima, quæ ad nos vehuntur à regione Pariſiana, ex quib. fiunt telę ſubtiliſſimę, & ſplendidiſſimę in hac ciuitate, & quę ſunt magnæ æſtimationis, optimoq; precio venduntur, & in his multum vacant mulieres noſtræ ciuitatis, cuiuſcunq; ordinis ſint, vt norunt Lugdunen. quanta abundantia huiuſmodi telarum ex noſtra ciuitate ſingulis annis ad eos deferatur. Et inter telas Galliæ laudantur telæ huius noſtrę ciuitatis. Etiam laudatur precioſiſſimū telæ genus Rhemēſe, communicata aliis quoq; Galliarum populis textrinæ gloria. Auſonius telam commendat Perſicam, dum ait:

Laudet Achæmenias Orientis gloria telas,
Molle aurum paliis Græcia texe tuis.

Commendatur Ægyptia ob præcipuam lini bonitatem, vt dixi, vel quod multis liciis (quæ polymita dicuntur) texere docuerint. Lucanus *lib.*10.

Vt mos eſt Phariis miſcendi licia telis.

Silius *lib.*14.

Quæ radio cælat Babylon, vel murice picto
Læta Tyros, quæq; Attalicis variata per artē,
Aulæis ſcribuntur acu, aut Memphitide tela.

Setabis, vt dixi, vrbs Hiſpaniæ tela claruit.

Silius *lib.*3.

Atq; altrix celſa mittebat Setabis arce,
Setabis, & telas Arabum ſpreuiſſe ſuperbas,
Et Peluſiaco filum componere lino.

Vt declarat Tex. *in d. cornucopia lib. in verb. tela.* De ſerico vero dicit Lucas de Pen. *in d. l.*3. *C de veſtib. oloberis.* quod ſericum dicitur, quia Seres populi Aſiæ Scythicæ primi miſerunt: vermiculi enim ibi naſci perhibentur, à quib. naſci circum arbores fila dicuntur tenuiſſima. Virg.

Velleraq; vt foliis depectant tenuia Seres.

Et Sidonius:

Aſſyrius gēmas, Ser vellera, thura Sabæus.

Et hic vermis bombyx dicitur. Et ſolent mulieres huius ciuitatis habere tales vermes in domibus, quos ab initio veris enutriunt, primo ex paruis lactucis, deinde foliis mori, vti nutrimento potius eis conuenienti. Et in illis eſt mirabile argumentum reſurrectionis, cum etſi moriantur, tamen ex ſemetipſis iterum renaſcuntur. Nam cum ad longitudinem competentem deuenerint, & ad albedinem conſpicuam, tanquam ſaturati, amplius non comedunt, ſed ore filum emittunt, quo ſe inuoluunt, & ſatis breui tempore tollendum eſt ab eis aqua perfuſum, alias comedunt, & rodunt, donec fecerint foramen, vt exire poſſint. Serico remoto, reperitur vermis corrugatus, & aliquot dies non ſe mouet, deinde pellem emittit rugoſam: & apparet papilio, coeunt ſimul, mas moritur, pariter & fœmella: ſed prius emittit parua grana ad modum ſinapis, ſuper foliis papyri ad hæc extenſis, quæ ſolent reſeruari in loco frigido, & cum inſtat ver, incipitque caleſcere, emittunt in loco deſtinato paruos vermes, qui modo prius declarato tunc nutriuntur, & ita bombyx regeneratur ex ſuo ſemine, & noui hæc experimenta, cum mea coniunx, & filiæ ſingulis annis huiuſmodi vermes educant, ex quibus habent ſericum, quod mixtum cum lino tenuiſſimo faciunt texere mappas & mantilia multum excellentiſſima, linum quippe orditur, ſericum vero texitur. Vel bombyx dici poteſt authore Textore, ſubtiliſſima tela, quā eiuſdem nominis vermes in India conficiunt aranearum more: Reperitur autem apud Orontem fluuium iuxta Antiochiam laudatiſſima. Plin. laudat Bombycem Aſſyriam, quia viri fœminis ceſſerunt, cum viros etiam non puderet has veſtes induere propter onera æſtiua. In tantum, inquit ille, à lorica geſtanda diſceſſerunt mores, vt oneri ſint veſtes. Arabia, quam ab omnium deli-

eſt reſolutiuum & aperitiuum: conuenit enim dolori capitis: & diſtillatum in aurem, ſedat eius dolorem, ſaniem, & immunditiã, purgat lilium, & morſum ſerpentis curat, ſimiliter eius folia vexationem ſerpentum curant, eiuſque radices contra ſerpentum ictus valent, confert & lilium puncturæ vermium venenoſorum atque Scorpionis: & præterea ſemen eius in potu ſumptũ ad ſerpentis morſum facit, vt ſcribunt Plinius, Auicenna & Dioſcorides. Ideo ex effectibus ex eo prouenientibus conſtat lilium eſſe laudandum. Quod etiam facit ad laudem armorum Franciæ, in quibus ſunt tria lilia cœlitus demiſſa, de quorum laude ſcripſit Ioannes Ludouic. Viualdus *in ſuo tracta. de triumpho trium liliorum Franciæ*. Et G. Benedict. *in ſua repet. cap. Raynutius. in verbo, duas habens filias. num. 87. vſque ad num. 109. Extra de teſtament.* & dixi ſupra *in 5. part. in 31. conſid.*

Alius eſt flos odoriferus, qui dicitur Roſmarinus, quem propter eius excellentiam, & effectus illius excellentes, laudare decreui, quem Latini ab effectu, herbam ſalutarẽ vocant, &, teſte Iſidoro *lib. Etymolog. 17. cap. 9.* odorem thuris habet: vnde Libanotis dicitur Plin. Libinotis radicem habet Oluſatri, nihil à thure differentem, cuius natura calida eſt & ſicca in tertio gradu, vt Serapio inquit; propterea ad plures valet infirmitates, vt Raſis ait, *in 23. continentis. cap. 694.* authoritate Dioſcoridis; & inter cætera dixit ibi, quod omnes ſpecies cum melle in oculis poſitæ acuant viſum. Et, vt ſcribit Arnaldus de Villanoua *in ſuo tractat. de vino*: Cum Anazare eſſet in Babylonia, accepit cum multa ſolicitudine & precum inſtantia, à quodam antiquiſſimo Medico Sarraceno, virtutes roſmarini, quas ſecretiores ſibi, quaſi nulli deberent cõmunicari, retinebat: & dicit, quod de vtiliorib. operationibus eius ſit cum vino, deinde cum balneo; deinde cum fit ex eo oleũ, quod eſt in effectu Balſami; deinde, cum fit electuariũ ex floribus eius, & aqua ardẽti, ſeu vitæ: vinum quidem, quod de hoc fit, more aliorum conficitur, ſecundum modos deſcriptos in dicto tractatu: habet mirabiles proprietates: nam eſt vtile omnibus ægritudinibus frigidis, rectificat appetitum & confortat ſua aromaticitate, qua anima dilatatur, & ſua ſtipticitate, qua ſubſtantia eius cõgregatur, omnia membra, neruos rectificat, & cum lauatur ex eo facies, reddit eam pulchram, & ſi lauetur ex eo caput, non decidũt capilli, imo multiplicantur, & vſus eius conſeruat proprie ab Anthrace, hoc eſt, carbone, & huiuſmodi malis puſtulis, cõſumit phlegma & melancholiam, & confortat proprie ſubſtantiã cordis, & ex hoc facit acquirere, aut conſequi iuueneſcentiam, & eius forte, qui eo aſſiduauerit, non putrefiet corpus & ſi ſæpius os lauetur ex eo, continue odoriferum reddit, confortat dentes & gingiuas, & cancrum ex eo ſæpe lotum ſanat, & fiſtulæ, & huiuſmodi vulnera ex eo ſæpè lota, ſæpius deſiccantur, & rectificantur. Et quando quis ex longa infirmitate ægret, ſiue debilitatus, panem aſſum in eo vino madidum frequentauerit comedere, rectificat appetitum, & confortat eius membrum debilitatum. Et ipſum quidem vinum, temperatum cum aqua pluuiali & propria decoctione florum eius herbæ, & aſſiduatum bibere, rectificat phthiſicos & etycos, & eſt probatum, & ſecretum, vt ibi dicit Arnaldus. Valet etiam dictum vinum, in quotidiana litargia, & quartana, in cardiacis, & ægritudinibus cordis, nauſea, & dyſenteriis fluxibus; Item, quod de excellentioribus operibus eius eſt, vicarius tyriacæ cõtra venenum & venenoſos cibos, & eſt potus pro paralyticis, & tremuloſis, & relaxatis neruis; confert podagræ perambulatiuæ, & mulieribus proprie humidæ complexionis, & rectificat earum matres, & prodeſt ad conceptum. Fit & electuarium ex floribus eius & melle deſpumato, ſecundum quod fit roſatum, & eſt mirabilis vſus eius ad omnia prædicta: & fiant fruſta ex illa herba & floribus eius, & fiat balneum vaporoſum mediante calidorum, & eſt balneum vitæ, & mors ſenectutis; quoniam aſſiduatio eius facit renouari ſicut Aquilam iuuentutem, vtentium eo, & eſt ſecretiſſimum, vt dicit ipſe Arnaldus. Fit & ex floribus eius oleum, quod gerit vicem

Balſa-

Balſami, & eſt res arcana, cuius magiſterium, hoc eſt, impletur amphora vitri floribus eius, & clauditur cum panno duplicato cerato, aut cum cera, & coopertorio, ita quod non reſpiret, & ſepeliatur in arena, vſque ad medium, & maneat ſic per menſem vnum vel plus; & flores diſſoluantur in aquam. & ſeparetur aqua illa pura ab impura, & ponatur ad ſolem per quadraginta dies, & inſpiſſabitur aqua illa ad modum olei, ſiue balſami. quæ confortat cor & cerebrum, & ad totum corpus valet, confortat debilitatem neruorum, remouet ſordes & maculas faciei, ſeruat iuuentutem, & patitur experientiam balſami; quoniam gutta eius ſuper aquam poſita, petit fundum & ſtabit; & ſi ponatur in oculum ieiuno, non tantum maculam & telam, ſed omne malum ſanat, ſi tribus vicibus iteretur. Amplius res experta eſt ab eo (vt dicit Arnaldus) & viſa, quod aqua vitæ ſine ardens, facta de vino, in quo remollita fuerit dicta herba, curet phlegma ſalſum, ſcabiem, cancrum, & fiſtulam, quæ aliter ſanari nō poſſunt: & ſi reſederit dicta herba, & flores, & ex ea inungantur manus, vel membrū paralyticum frequenter ad calorem, rectificabitur, & quandoque ſanatur.

De Roſa vero, quæ ex floribus odoriferis primaria eſt, ſcribit Plinius *libr.21.cap.4.* Naſcitur à ſpina ſiue rubo, & eſt iucundi odoris: vſus eius in coronis prope minimus eſt, oleo maceratur, & in vnguenta tranſit, per ſe medicas artes præbet, emplaſtris atque collyriis inſeritur mordaci ſubtilitate, menſarum etiam deliciis inungendis minime noxia. Inter roſas Plinius celebrat Præneſtinā, Campanam, Mileſiam (cuius color ardentiſſimus ſit) Trachiniam, minus rubentem, Alabandicam viliorem, albicantibus foliis; viliſſimam vero foliis pluribus, ſed minutiſſimis, ſpinoſam; quæ differunt multitudine foliorum, aſperitate, leuore, colore, odore, & ad minus habent quina folia, vel numeroſiora: Cyrenis vero odoratiſſima eſt roſa. Et in Gallia, in oppido Prouin dictæ, in partibus circumſtantibus prope Pariſium, *Bria*, ſcilicet, naſcuntur Roſæ mirabiliter odoriferæ, longe odoratiores quàm in tota Gallia. ita vt vendantur ſatis caro pretio: & dominæ Pariſienſes, quæ ſunt magiſtræ politiarum, eas ſeruant ſiccas in ſacculis cum certis aliis odoramentis, & ponuntur in ſcriniis & coffris, vbi ſunt linteamina, mantilia, & ſimilia: quæ poſtea redduntur mirabilis odoris, boni & ſuauiſſimi. Imo etiam portantur dictæ roſæ ad longinquas partes, &, vt ſcribit Panthaleon, de Confluentia *in ſua Summa lacticinorum, cap.11. ſecundi tractatus.* Ipſe portauit ad partes Pedemontanas vbi videbantur pretioſæ. Ad bonitatem iſtarum roſarum etiam influxus ſupercœleſtis concurrere poteſt. Carthagine Hiſpaniæ, hyeme quoque tota præcox eſt roſa; refert & cœli temperies: quibuſdam enim annis minus odorata prouenit roſa; præterea magis omnibus locis ſiccis, quàm humidis odoratior, teſte Plinio *lib.21.cap.4.* Idcirco odoratiores in Oriente conſurgunt: quia, teſte Cælio *lib.12. lectionum antiquar. cap.21.* poſt Philoſophum, terra cum feruet, atque inuritur, quod ediderit principio, bene olet. Etenim, quæ parco humore quendam in modum recaluerint, odorata redduntur: humor enim calore concoqui poteſt. Laudatur & roſa ex effectu eius magno, cum ex ea fiat vinum magni effectus, vt ſcribit Plinius *lib.14.cap.16.* vbi dicit: Inter flores fit vinum è roſæ foliis tuſis, in linteoloque in muſtum collatis, cum ponduſculo, vt ſidat 40 pondere denariorum in ſextarios vicenos muſti, nec ante tres menſes vaſe aperto. Et de eo etiam facit mentionem Arnald. de Villanoua *in tractatu ſuo de vino*, vbi vinum æſtiuum dicit eſſe proprie roſatū, quod poteſt fieri cum muſto, de ſiccis roſis, ſicut fit vinum Boraginatum, & fit leuius, citius & melius, & ſufficit, ſecundum eum, talis modus, ſcilic. vt vino potiſſime rubeo ſupermittantur in amphora hora comeſtionis, cum aqua roſata, quantum placet in ſapore & colore, & bibatur. Refrigerat enim cor, membra principalia confortat, cuſtodit membra, ne diſſoluantur eorum virtutes à calore, & diſſoluta reſtaurat; valet contra putrefactionem in

febribus peſtilentialibus. Ipſum etiam medicinale eſt; quoniam valet contra lyenteriam, dyſenteriam, & defectum contentiuæ, & temperatum cum aqua pluuiali confert vomitui & ſyncopi ex fumo cholerico, & contra cardiacam, quæ fit ex calefactione ſpiritualium: valet etiam contra diaphoreſim, & aſſiduatio lauationis dentiũ cum eo, confortat gingiuas, & os redolere facit, & bonũ anhelitũ: & lauatio faciei cum eo facit carnem ſolidam & coloratã: & ſi diſtilletur gutta eius in oculis, acuit aciem oculorũ; quoniã mundificat ratione vini, & cõfortat ſubſtantiam oculorum, ratione roſarum. Vſus vero ſucci roſæ (teſte Plinio *lib.21.c.19.*) fit ad aures, oris vlcera, gingiuas, tonſillas, gargarizatus, ſtomachum, vuluas, ſedis vitia, capitis dolores, in febre per ſe, vel cũ aceto, ſomnos, nauſeas. Folia vruntur in calliblephato, (quod medicamentum eſt accommodatum vitiis oculorum, præſertim cum palpebræ cohæreſcunt, & vlcera oculorum male ſunt curata,) & ſiccis ſemina aſperguntur. Epiphoras quoque hoc eſt, morbum oculorum, quem vulgo lacrymam vocant) aridæ leniunt, flos ſomnum facit; inhibet fluxiones mulierum, maxime albas, in poſca, id eſt, vino in torculari aquato potus, & ſanguinis excreationem; ſtomachi quoque dolorem poſitus in vini cyathis, ſemen iis optimum crocinum, nec anniculo vetuſtius, & in vmbra ſiccatur, nigrum inutile, dentium dolor eo lenitur, vrinam ciet, ſtomacho imponitur. Item igni ſacro, non veteri, naribus ſubductum, caput purgat, capita roſæ pota ventrem & ſanguinem ſiſtunt, vngues roſæ epiphoris ſalubres ſunt: vlcera enim oculorum roſa ſordeſcunt, & præterquam in initiis, epiphoræ; ita vt arida cum pane imponatur. Folia quidem vitiis ſtomachi, roſionibus, & vitiis ventris & inteſtinorum, & præcordiis vtiliſſima, vel illita. Cibo quoque lapati modo condiuntur; cauendus quoque in iis ſitus, celeriter inſidens. Et aridis & preſſis aliquis etiam eſt vſus. Diapaſmata, hoc eſt, inſpergimina inde fiunt, ad ſudores coercendos, ita vt à balneis inareſcant corpori dein frigida abluãtur; ſylueſtris cum adipe vrſino alopecias mirifice emendat. Eſt autem alopecia morbus in capite ex vitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum. Et vnumquodq; de per ſe ex ſuo effectu ſufficit ad laudandam roſam, & ad collaudandum illos, qui habent roſam in armis, vt ſunt illi de domo Vrſina, & in Anglia Reges, & in Burgundia illi de domo de Vergy. Ideo non mirum, ſi domus Vrſina roſam accepit, cum ſanet dolorem capitis cum adipe vrſino: vnde Macer his verſibus roſam laudat.

Dici flos florum nobis Roſa iure videtur,
Quod ſpecie cunctos præcedat, odoreq; flores:
Non tamen hac ſpecie tantum, nec odore iuuare.
Non valet, ac variis nos adiuuat illa fidelis:
Eius ſicca gradu vis eſt & frigida primo.

Laudatur & Gariofillatum ex ſua aromaticitate; quia ſi olfacitur, aperit opilationes accedentes in cerebro, & naribus ori ſtomachi confert: corroborat enim ipſum, atque cordi auxiliatur, & valet ad hæmorrhoidas: Vnde Serap. *in c. de berenge miſch.* dixit de eo, quod calidum eſt in fine ſecundi gradus, cõferens ſtomacho frigido, epati & cordi, aufert cardiacã, quæ fit à melancholia & phlegmate, triſtitiam & ſolicitudinem, odoriferaſque facit eructationes: qui vero eo delectantur, ipſum potius olfaciant, quàm manducent. Reperiuntur & diuerſi coloris: quædam enim rubea, quædam alba, & quædam violacea, quæ vulgo griſea dicuntur, & forte cineritia.

Laudanda eſt etiam Maiorana; quia, ſecundum Raſim *in 3. Almanſoris c.12.* propter aromaticitatem ſuam, caliditatem, & ſubtilitatem, conuenit omnibus ægritudinibus frigidis, confortat cerebrum & omnia membra, & ex qualitatibus ſuis virtutem habet diſſoluendi, conſumendi, & mundificandi. Et ſecundum Auicen. *in c. can. ca.* 481. eſt ſubtilis, reſolutiua, aperitiua, cum fortitudine aperiens opilationes cerebri, & conferens hemicraneæ, humiditati, & ventoſitatib. groſſis, & dolori auris.

Lauendula etiam laudari debet, licet ſit herba omnibus nota, calidæ & ſiccæ cõplexionis,

xionis, cuius flores etiam odorem ſuauem & bonum habent.

Violis honos eſt proximus teſte Plinio *li.* 21. *c.* 6. ſcil. roſæ & lilio. eorum tria ſunt genera, purpurea, alba, & lutea, ſeu mellina, quæ eſt palliduli coloris. Et quædam ſunt ſatiuæ, & aliæ ſyluestres, eodem teſt. *c.* 19. Omnes ſatæ, vt olus, proximæ ſunt plantis. Ex iis vero, quæ ſponte opacis, & macris locis proueniunt, purpureæ latiore folio, ſtatim ab radice carnoſo exeunt, ſolæque generali vocabulo, violæ flores vocantur. Sed ſatiuis maxima autoritas luteis. vnde Bar. li. de proprietatib. rerum. Viola propter violentiam odoris, ſic eſt nominata, vt dicit Iſid. Herba quidem modica eſt viola in ſubſtantia, cuius flos maximi eſt odoris, vnde odor eius cerebri calorem mitigat, & ſpiritus animales recreat, & cōfortat flores vernales, vt prius oriuntur, ſic ſe citius manifeſtant: paruitatem eius in ſubſtātia, magnitudo odoris pariter, & virtutis notabiliter recompenſat. Et dicitur quoq; flos à proprietate eius, quæ eſt in eo, quando bibitur cum aqua, confert ſquinantiæ, & Epilepſiæ, quæ accidit pueris: & eſt illa, quæ vulgariter dicitur mater puerorum, vt ſcribit Plin. *d. ca.* 19. vbi ample de propriet. eius, & *in horto ſanitatis, tract. de herbis c.* 492.

Omnium vero odoramentorum, atque herbarum differentia eſt in colore, & odore, & ſucco. Odoratus ſapor raro vlli nō amarus, econtrario dulcia raro odorata. Itaque & vina (ait Plin. *li.* 21. *c.* 7.) muſtis odoratiora & ſyluestria magis omnia ſatiuis. Quorundam odor ſuauior è longinquo olet, cū in propinquo admotus hebetatur, vt violæ, roſa recens è longinquo olet, ſicca propius. Et de iſtis ambiguitatibus in odorum ratione; cur florum odores ſeu ſuffimentorum ſuauius è longinquo oleant, cum in propinquo alia herbam potius redoleant, alia fumum, dicit Cælius *lib.* 13. *lect. anti. ca.* 24. ex hac ratione procedere; quia natura odorum vi caloris conſtat, cum odorata omnia calida ſint, & vt vnumquodque calidiſſimum eſt, ita & maxime leue. Proinde prouehi longius poteſt, ac ſinceriorem ſubuectare odorem ſuum à cæteris, cum foliorum odoribus, tū fumi: id eſt vaporis aquei, depuratum, adiunctumque, qui odorem affectari videntur, cum quo terreſtris quoque prouehatur portiuncula, quæ odore celerius ſenſum afficiat: Nam in iſto craſſamento calidum inibi potentius agit, verum interſtitio longiore victa, flaccescit calore diminuto; quamobrē ſenſui ingeritur odor materiæ defecatione. Quod vero amplius agitata odoramenta plenius afficiant, ratio euidens: quoniam mota plus aeris, quā quieſcentia replent, quo nomine celerius odoris poteſtas ſenſum pertingit; aeris autem frigoris vi infeſtante, minus minuſque odoramenta perſentimus: quoniam hebeſcit, retunditurque tunc aeris motus, quo inuehuntur. Etenim frigus conſiſtere facit, & contrahit, de quo plene Cælius *eo li.* 13. *c.* 19. & ibi quærit, cur præcipue odoribus capiātur, & delectentur homines. Odor vero teſte Iſid. *lib.* 18. *Etymol. ca.* 8 *in pr.* nihil aliud eſt, quam aer contractus, vel fumoſa exhalatio, vel vapor, vt veteribus placuit. Et odorum, & florum generi magnus eſt vſus in medicina, vt ait Plinius *d. li.* 21. *c.* 18. Imo odor maximi eſt nutrimenti. Cū, vt ait Hip. *in ſuis aphoriſmis*, bona conſeruatio generis humani ſit in humido, melior in vino, optima in odore, & ſcribitur *Prouerbiorum* 27. Vnguēto, & variis odoribus delectatur cor. Propterea Cælius *li. lect. antiq.* 13. *ca.* 21. quærit, an odoribus ſuffici alimentum queat, vbi allegat Hippo. *in li. de alimento*, dicentem: Quicunque citiſſima indigent adiectione, humidum remedium, reſumendis viribus, optimum eſt, vbi autem adhuc ociore, per odoratum: Pythagoricorum etiam ſententia fuit, odores ad nutricationem conferre, ſic, vt etiam alamur, qualitatē eiuſmodi attrahendo. Odores etiam ſanitates plurimū conferre ſenſus perdocet: Nam Plin. *li.* 7. *ca.* 2. ad extremos Indiæ fines ab oriente, circa Gangis fontem eſſe Aſtomadum gentem, ſine ore, corpore toto hirtam, quę frondium veſtiatur lanugine, viuatque halitu tantum;

& odore, quem naribus trahant, nullum illis cibum, nullum eſſe potum, tantum radicum, florumq; odores varios ſilueſtriũ malorum, quę ſecũ portant lõgiore itinere, ne deſit olfactus; grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Et ibi ſcribitur in calidis quibuſdã Regionibus, ac plurimo paſſim odore fragrantibus multos gracili corpore, & imbecillo ſtomacho fere ſolis odoribus ali: forte quoniam ipſa natura loci, tũ herbarum, & frugum, atque pomorum ſuccos ferme totos redigit in odores, tum corporum humanorum humores illic reſoluit in ſpiritum. Cum igitur vterque, odor videlicet, ac ſpiritus, ſit vapor quidam, & ſimile ſimili nutriatur; nimirum, & ſpiritus, & ſpiritualis homo, primum odoribus accipit alimentum: Spirituum vero odoribus nutriri argumento eſt, quod vinum odore plenum, ſubito ſpiritũ recreet, quem cætera vix tãdẽ poſsũt reficere, vnde Ouid. 1. *de Ponto* ſic ait.

Et iam deficiens, ſic ad tua verba reuixi.
Vt ſolet infuſo vena redire mero.

Et in confeſſo eſt, ex ſe vinum fomenti plurimum ſuggerere, ideo Auicen. dictum probatur, cũ ait: Corpus quidẽ dulcedine. Spiritum vero quadam aromaticitate nutriri. Tria vero ſpiritus animalis fomenta traduntur præcipua, Aer purus, & luminoſus, odorum delectus, & Muſicæ. Et idem Cælius *eod. lib.* 13. *ca.* 22. ſcribit miram vtilitatem ſuffitionis, & ignes odoratos peſtilentiæ occurrere. Siquidem cum aer, quo vtimur plurimũ, & in quo maxime verſamur, non eadẽ ſemper ſit ratione diſpoſitus, nec idem ſeruet contemperamentum: ſed nocturna dẽſeat humectatione, & proinde corpus premat, & animæ triſtitiam inferat, veluti nebula circumfuſam grauiore. Nam & medicę artis ſcientiſſimi, peſtilenti affectione grauius graſſante, ignium crebritate malo occurſant, quod iis rareſcere credatur aer. Id quod conſequitur largius, ſi odoratiora vrantur ligna. Cuiuſmodi eſt cupreſſus, iuniperus, piceæ. Sed & Agrona nobilem medendi ſcientia ſumme laudatum ferunt, ꝙ Athenas magne peſtilentiæ vi ſæpius infeſtante, affectorum pleriſque ſalutarem intuliſſet opem accenſis in proximo ignibus.

NOnageſima quinta conſideratio, quod metallorum ſit excellentius alio. Et videtur quod metalla debuiſſent præponi lapidibus & lignis: quoniã, vt habetur *Eſa.* 60. Deus qui eſt remunerator in centuplo, pro ære promittit Eccleſię derelictę aurum, pro ferro argentum, pro ligneis *æs*, & pro lapidibus ferrũ: Sed hæc interſerui propter connexitatem ad præcedentia, Iſidor. vero *lib.* Etymo. 16. *ca.* 16. dicit, ſeptem eſſe ſpecies metallorum: aurum ſcil. argentum, electrũ, æs, ſtãnum, plumbũ, & quod domat omnia ferrũ, ex quib. aurũ, & argentũ ſunt precioſiſſima, vt dicit Luc. de Pen. *in rub. de metallariis & metallis, li.* 11. allegat text. *in auth. de cõſul. §. hac itaq. ver. ſpargere autẽ.* ibi *argẽtũ vero quod mox poſt aurũ precioſiſſimum fiet. & ibi gloſ. in verbo, poſt aurum, colla.* 4. Et de auro & argẽto fit mẽtio in pluribus locis in iure: nã eſt titulus, *de auro & argẽto legato.* in Infortiato.

Aurum vero, quod naſcitur & inuenitur in fluuio Phiſon, qui & Gãges dicitur in regione terræ Euilath, hoc eſt, Indiæ, eſt optimum. vt habetur *Geneſ.* 2. Quia, vt Plin. ſcribit *lib.* 23. *c.* 4. *in princ.* Nullum abſolutius eſt aurum, quam inuentum fluminum ramentis, vtpote curſu ipſo trituque perpolitum.

Aurum enim octo habet virtutes, quas deſcribit Guilielm. Bened. *in repe. c. Rayn. in verbo, duas habens filias, nu.* 100. *de teſta.* poſt Io. Lud. Viua. de monte Regali *in ſuo tracta. de pugna partis ſenſitiua art. de laudib. ac triumphis trium liliorum Franciæ, q.* 3. Addo, quod etiam aurum denotat ſapiẽtiam, vt ait Cœlius *lib. antiq. lect.* 4. *c.* 24. & argentum rerum naturalium notitiam. Et de his virtutib. vide ante *in* 5. *part. in* 31. *conſid.* vbi ſcripſi de excellentia armorum ſeu inſigniorum Regum Franciæ, quæ ſunt tria lilia aurea in campo Azureo, & ſufficiat, quod de iure ciuili aurum dicitur precioſiſſimum metallorũ, deinde argẽtum, vt eſt text. *in auth. de conſulib. hic ante allegatus.* Et de excellentia auri, & eius laude ampliſſime magis quam per alium videas per Matthæum Vegium in ſua elegan-

Digitized by Google

legantiſſima & iucundiſſima diſputatione, quam fecit de excellentia terræ, ſolis, & auri, & quod illorum ſit excellentius, vbi concludit aurum excellere. dicit tamen Textor *in ſuo cornucopia, lib. in lit. P. in laude ciuitatis Pariſien.* Adrianum Imperatorem dixiſſe plus eſſe auri in rerum natura, quã reliquorum metallorum. Et quia Plin. ampliſſime tractat de metallis, & iam ſim tædio affect' ex prolixitate huius operis, te remitto ad eundem Plin *in lib. 33. natur. hiſtor.* vbi de omnibus ſcribit, maxime de auro & argento, & eorum excellentiis.

De argento tamen vnum hic non omittam referre, quod ſcribit Textor *in loco ante citato in verb. aurum.* quod in Auguſtudunorum, ſeu Heduorum diœceſi pagus eſt Chitriacum nomine, frequentibus argenti fodinis clarus, cuius rei teſtis eſt (vt ait) nõ auritus, ſed oculatus. Cum in Corbigniaco oppido (quod vnico miliari tantum diſtat) prima literarum biberet rudimẽta, iuit ibi luſum & ſpaciatũ (vidit loca, in quibus eſt nõ parua foſſarum multitudo:) Ego etiã accepi in d. oppido prima literarum principia circa annum Domini 1488. & tunc fuerũt inuentæ illæ argẽti fodinę, & pluries cauſa recreationis me contuli ad d. loca cum D. Iacobo & Germano Perreaul ſociis meis, de quibus etiam memorat Textor: ſed tunc eramus iuuenes, & etiam nobiſcum aderãt collegæ nobiles viri, Dom. Iaco. & Claud. de Monte acuto fratres, ſub ferula magiſtri Vincentii Gaigandi, qui fuit Gymnaſiarcha anteceſſor illius Veturelli, quem, Textor dicit, ſuo tempore fuiſſe præceptorem, ſeu rectorem ſcholarum d. oppidi Corbigniaci, vulgo S. Leonardi nuncupati, quæ certè loca, teſte Textore, ſi haberet Italia, magis tumeſceret, ac ſuperbiret, quam ſua Cerere glorietur Sicilia.

NOnageſimaſexta cõſideratio ſit de excellentia aliquarum veſtium. eo, quia veſtes ſunt ad gloriam & decorem. *vt habetur Exod.* 28. & ad ornatum hominis, vt dicit Luc. de Penn. *in l. 2. C. de veſt. h. oloberis lib.* 11. licet ſcientia pręclariſſima ſit in viro, nullus tamen ſibi apud vulgus & optimates indoctos defertur honor ſine veſtiũ ornamento, iuxta illud:

Vir bene veſtitus pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamvis idiota ſit ille.
Si careas veſte, nec ſis veſtitus honeſte,
Nullius es laudis, quamvis ſcis omne quod audis.

Et non ſolum veſtis eſt ornamentum hominis, ſed etiam eſt neceſſaria ad vitam, vnde habetur *Eccleſ.* 29. Initium neceſſariæ rei vitæ hominũ eſt aqua & panis, & veſtimentum protegẽs turpitudinẽ. Vnde veſtis, vectigalia, & requies æquipollẽt, *l. fin.* § 1. *C. de his qui ad eccleſias confugiũt.* Et paria ſunt aliquem eſſe in vinculis & ſine veſtib. vt in publicum nudus exeat, aut exire cogatur, *l. in eadem.* § 1. *cum ibi not. in gl. vlt. ff. ex quib. cauſis mai.* Ex quo optime trahitur in argumentũ, quod ſicut non poſſunt pro executione ſententię capi ſerui aratorii, boues & inſtrumẽta aratoria, *l. executores, C. quæ res pignori obligari poſſint, vel non, vt dixi in præced. part. in* 33. *conſid.* Ita nec etiã veſtimenta, ne alias videatur ipſe debitor quodãmodo in vinculis pro debito poni, quod non licet, *l. ob as, C. de exact. tributor. lib.* 10. *l.* 2. *& vt dicit Luc. in rub. de milit. veſte. lib.* 12. H. e. verum in veſtib. neceſſariis, ſecus in his, quæ ſunt ad ornatũ & delectationẽ, vt. n. ait Tullius *lib. de orat.* Veſtis depellẽdi frigoris cauſa primo reperta fuit, poſtea ad ornatũ & corporis dignitatẽ haberi cœpta eſt. & vide quæ dicta ſunt ante *in 2. part. in 32. conſid. & in 7. par. & in 44. conſid.* Et quia ante iſta parte ſcripſi de pluribus rebus neceſſariis ad vitam hominis iuxta ordinem poſitum *in d. loc. Eccleſ.* 29. Sequitur & reſtat nunc dicere de veſtib. quæ etiã ſunt neceſſarię, vt dictũ eſt. Et pro intellectu huius plura ſunt genera veſtium, vt ſcribit Cęl. *lib. antiq. lection.* 19. *c.* 10. vbi ponit plura (quæ Græcis vocabulis appellantur Textor vero clarius nomina veſtiũ exprimit *in ſua Offic. in c. veſtimentorum genera.* vbi 140. veſtimẽtorũ genera, vel circa declarat, & plura laudat, quæ dicit excellẽtia. vt de Abulla veſte tragica, & grauium perſonarum, qua vtebã-

tur externi Reges: erat enim magni ſplendoris & precii. Et de pluribus veſtibus per Textorem declaratis, etiam meminit & ſcribit Luc. de Pen. *in l. vnic. col. 3. C. nulli licere in frenis & equeſtrib. lib.* 11. vbi ait, Quod ſaccus eſt veſtis pœnitentium, & etiam Cilicium, *c. in cap. 50. diſt.* Et ſtola dicitur cappa, vel ſupercillicium, *c. nullus*, 21. *q.* 4. dicitur autem ſtola à ſtolon, quod eſt longum, ſecundum Archid. & vulgo cotta forte dicitur. Et talis vocatur alias veſtis talaris, id eſt, talos cooperiens, *c. pen.* 23. *diſt.* & ibi Archid. & *c. Epiſcopi*, 21. *q.* 4. & eſt tunica qua matronæ vtebantur. Et teſte eodē Luca *in d. l. vnica.* Pallium eſt veſtis precioſa, & birrhus veſtis vilis, *c. ſi qui virorum*, 30. *diſt.* de quo Pallio fit etiam mentio in l. *item quæritur*, §. *fullo.* & *in l. in ſtratum, in fin. ff. locati*, & dicit Textor *in d. loc.* quod veſtimentum erat Græcis peculiare, & erat veſtimentum Philoſophicū. De Penula etiam ibi facit mentionem Lucas, & ſecundū eum eſt veſtis vilis, *l. Labeo, in med. ff. de ſupellect. leg.* & eſt, vt ait gl. *in l. penult. ff. de preſcript. verb.* genus veſtis. & de ea notat. *in c. ſi in adiutorium*, 10. *diſt. in ct.* & ibi Archid. & Text. *in loco ante dicto.* Eſt etiam veſtis ſcenica, & citharœdica & funebris. de quibus *in l. veſtis. ff. de verb. ſignif.* & ſcenica & funebris *ſed & ſi quod*, §. 2. *ff. de vſufr.* de quibus non meminit Text. Item eſt veſtis ancillaris, meretricia, & matronalis, quæ vocantur habitus, *l. item apud*, §. *ſi quis virgines. ff. de iniur.* de quibus non meminit Textor. Item eſt veſtis interpolata, id eſt, vſitata, *vt in l. Labeo, la 2. ff. de contrah. empt.* De veſtibus Sacerdotalibus vide *Exod.* 27. & ante *in* 1. *part. in* 38. *conſid. in* 3. *concl.* Item Paludamentum eſt veſtis conſularis, qua vtebatur Rex vel Imperator ad oſtendendum bellum in proximo eſſe futurum, vt refert Lucas ibi. & authore Textore, Paludamētum hodie Cottam armorum vocamus, ſecundum Budæum *in l.* 1. §. 1 *ff. depoſiti.* Et dixi, *in d.* 38. *conſider. in* 7. *concluſ.* Item prætexta eſt genus veſtis, qua vtebantur pueri nobiliores Romani, vt notatur *in* §. 1 *in gl. prætextarum. Inſtitut. de iniuriis.* & *l.* 3. §. *penul. ff. de liber. exhib.* & de his & pluribus aliis, de quibus meminit Textor, ſcribitur *in l. veſtis. ff. de aur. & argent. legato.* Item chlamys veſtis militaris. facit text. *in l. fortiſſimis, C. de militari veſte, lib.* 12. & *in cap. ſi quis poſt.* 1. *di.* & vulgo mantellus dicitur, ſeu cappa, dixi *in di.* 38. *conſider. in* 8. *concluſio.* Et videtur hodie eſſe dignior veſtis. Cum in Rege per eam regia poteſtas deſignatur, vt eſt text. *in c. plerunque.* § *hoc etiam. verſic. item per Saulem*, 2 *quaſtion.* 7. & *in cap. vt cognouerunt. verſic. quomodo etiam charitatem non habebat, qui quærenti animam*, & *cap. de pœn. d.* 2. de quibus Luc. *in d. l. fortiſſimis.* vbi tamen eſt corruptus in aliquib. allegationib. à me emendatis. Et ibi dicit, ſecundum diuerſitatem perſonarum veſtes eſſe diſtinguēdas, *c. adeo*, 23. *q.* 5. *c. fin.* 41. *d.* & 21. *q.* 4. *in ſumma l. ſed ſi accepto. ff. de iure fiſci.* Et qualis veſtis, talia corde gerit, *c. accepiſti poſt de pœ.* §. 4. vt cultui veſtium actionis quoq; ornamenta conueniant, *c. rationis ordo*, 100. *diſt.* De Toga etiam fit mentio *in d. l. ſed ſi accep. ff. de iure fiſci.* qua olim ſoli Romani vtebantur. & de ea per Textor. *num.* 129 Et toga veſtis dicitur longa, quę honorabilior eſt quam breuis, vt dicit Iacob. Rebuff. *in d. l.* 1. *C. de veſtib. oloberis, lib.* 11. Hinc quia Aduocati longas veſtes deferunt, Togati dicuntur, *l. ſi quis de togatis.* & *l. ne quis. C. de aduoc. diuerſ. iud.*

Et quomodo Phryges inuenerunt veſtes acu facere, ita aurum in eis intexere, inuenit Attalus, Rex Pergami in Aſia. Et colores diuerſos intexere Babylon celebrauit. Plurimis liciis texere quæ polymita appellant Alexādria inſtituit. Scutulis diuidere Gallia. author Plin. *lib.* 8. *c.* 48. Veſtimentorum ſunt omnia lanea, vel linea, vel ſericea, vel bombycinia. Omnia item, aut virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, *vt in l. veſtis. de aur. & arg. leg.*

Fuerūt & priuatæ quorundam veſtes: Adam & Eua priuſquam peccaſſent, degebāt nudi: poſt peccatum texere foliis verenda, crudis pellibus humeros amicti, vt ſcribitur *Gen* 3. & dixi alibi *in præced. part.* Ioan. Bapt. in eremo vtebatur veſte Camelorū ſetis cōtexta, ſcorteaq; cingebatur zona. Vnica fuit

Chriſto

Chriſto veſtis incõſutilis, quę nullo vſu detrita eſt: de qua dicitur *Ioan.* 19. Erat autẽ tunica inconſutilis deſuper contexta per totum. Pallium Bartholomæi per annos xx. neq; ſordes vllas, neq; vetuſtatem ſenſit. Iacob. Apoſtolus qui à corporis ſimilitudine frater Chriſti dictus eſt, lineo vtebatur amiculo. Paulus primus eremita, veſtem habuit palmaceis contextã foliis. Mortui exuuias induit Antonius Abbas, diebus ſolũ feſtis. Maria Ægyptia, conſumptis veſtibus, nuda egit in eremo, & ample de pluribus generibus veſtimentorum ſcribit Textor *in d. c. veſtimentorum genera.* & *in c. ſeq.* veſtes gentiũ proprias deſcribit, cum ait; Pallium, Gabinium, Caſiaca Græcorum, Toga & prætexta Romanorum, Maſtruga Sardorum, Braccæ & Bardocuculus Gallorum, Rhenones Germanorum, Aulęa Britannorum, Strigiũ Hiſpanorum, Arſineum, Tyara, Candys & Capitis Perſarum, Cortheus Maſilienſium, Myoton Armeniorum, Dalmatica Dalmatarum, Peplum Troadum, & Cannaces Babyloniorum. & *in c. ſeq.* veſtes quaſdam memorabiles enumerat, ſc. veſtem Antiſthenis Sybaritæ, quę veſtem elaborauit, in qua variæ Deorũ effigies erant depictę. Hæc quotannis in Liciniæ Iunonis tẽplo ſuſpendi miraculi cauſa ſolebat. Athenienſes magno precio eandem ſibi compararunt. Lollia Paulina tunicam habuit ex margaritis, æſtimatam quadringẽtis ſeſtertiis. Tarquinius Priſcus aurea triumphauit tunica. teſtis Verrius apud Plinium. Habuit Nero triclinaria Babylonica 400. millib. empta, hoc eſt, mappas & lectos triclinarios. Syloſon veſtẽ habuit, quam cum Dario Hyſtaſpis filio dono dediſſet, totam ab eo, & vrbem, & inſulā Samiorum, in hoſtimentum muneris accepit, h. e. æquamentum, ſeu compenſationẽ. Author Valerius *de gratitudine.* Saxo Grammaticus ſcribit Frontoni cuidam veſtẽ fuiſſe, qua circumamictus, nullo telorum acumine lædi poterat. Et mirum eſt quod refeſam. Nam vidi Mediolani Matronam, quæ ſingulis diebus anni nouam & diuerſam veſtem induebat, & ſic 365. veſtes habebat.

Veſtes digniores & excellentiores, teſtimonio Iuriſconſ. ſunt illæ, quæ dicuntur olobereæ, auratæ, paragaydæ, ſericeæ, & murice tinctæ. Cum tales ſint principũ, & prohibentur deferri à priuatis, *l.* 2. 3. & 4. *C. de veſtib. olober. & aurat. lib.* 11. Niſi ex conceſſione illius quibuſdam ei miniſtrantib. permiſſũ ſit, vt ornatiores ſint corã principe, vt dicit Io. de Plat. *in d. l. 2. poſt text. & gl.* Si tamẽ veſtes prohibitas eis deferre cõceſſerit, poteſt auferre cum recedunt, vt refert ibi Luc. de Pen. *arg. l. id veſtimentum. ff. de pecul.* Et dicitur veſtis olobera, veſtis texta tota de optimo auro, quod in vulgari dicitur aurũ foliatum, ſeu friſiatum, & in iure obriziatum, *vt in l. fi. C. de vet. numiſm pot. eod. lib.* 11. dicta ab *olon*, quod eſt totum, & *beris*, quod eſt aurũ. Deaurata vero veſtis eſt etiam totaliter de auro, ſed non de foliato, ſed alio modo deaurata, vt recamata veſtis, teſte Io. de Plat. Paragayda eſt veſtis deaurata ſolum in gaydis, h. e. fimbriis. Paragãda, (vt aliqui dicũt) eſt ornamentũ Pallii, vel veſtis quod vulgo friſeũ dicitur, & proprie apud nos veſtis eſt ex ſerico alicuius coloris, in quo mixtum eſt in tinctura aurum, vt videmus hodie de pannis velutis, ſeu ex ſerico, in quib. ſunt aliqua ſigna mixta ex auro. Veſtis vero tincta murice eſt ſine auro: ſed tincta colore muricis, vel cõchylii, qui color precioſus eſt, vt aurũ, *d. l.* 3. & 4. *C. de veſt. olobe.* Et ſunt Murices piſces, qui appellantur conchæ marinæ, alio nomine conchylia dicuntur, & ſi ferro præſcindãtur, lachrymas purpurei coloris emittunt, ex quo colore tingitur purpura, & eſt tinctura valde precioſa: qua ſolus Princeps vti debet, & nullus alius, vt dicit Io. de Plat. *in l. ſi quis nauiculam, C. de murileg. lib.* 11. & ibi Bart. dicit idem eſſe de tinctis aliis, qui illi aſſimilãtur, vt eſt color qui fit de grano, ſeu cocco, qui ſi panno laneo apponatur, Scarlata in vulgari noſtro appellatur. Et ſic de iure nõ licet priuato talia veſtimenta deferre, abſq; licentia Principis. Cum ſint principibus reſeruata, vt dictum eſt. Et tales veſtes ex huiuſmodi colorib. tinctæ dicuntur purpuræ, ex quo ſunt ad decorẽ dignitatis Re-

Digitized by Google

gloria Cumano in Campania, quo ad piſciũm captuiã vtuntur ei is vrbis incolæ. Carbaſinum linum apud Tarraconem repertũ eſt, ex quo nautica vela conficiũtur, ex quo & Carbaſus nomen habet. Naſcitur linum in deſertis Indiæ apud Caryſtum inſulam, tanta bonitate & excellentia, vt margaritarum adæquet precium. Setabis vrbs Hiſpaniæ agrum habet nomine Spartariũ à Sparto lini genere. Plinius quoq; ſcribit citeriorem Hiſpaniam habere ſplendorẽ lini præcipuum. Nos vero Hedui lina habemus excellentiſſima, quæ ad nos vehuntur à regione Pariſiana, ex quib. fiunt telę ſubtiliſſimę, & ſplendidiſſimę in hac ciuitate, & quę ſunt magnæ æſtimationis, optimoq; precio venduntur, & in his multum vacant mulieres noſtræ ciuitatis, cuiuſcunq; ordinis ſint, vt norunt Lugdunen. quanta abundantia huiuſmodi telarum ex noſtra ciuitate ſingulis annis ad eos deferatur. Et inter telas Galliæ laudantur telæ huius noſtrę ciuitatis. Etiam laudatur precioſiſſimũ telæ genus Rhemẽſe, communicata aliis quoq; Galliarum populis textrinæ gloria. Auſonius telam commendat Perſicam, dum ait:

Laudes Achamenias Orientis gloria telas,
Molle aurum paliis Græcia texe tuis.

Commendatur Ægyptia ob præcipuam lini bonitatem, vt dixi, vel quod multis liciis (quæ polymita dicuntur) texere docuerint. Lucanus *lib.*10.

Vt mos eſt Phariis miſcendi licia telis.

Silius *lib.*14.

Quæ radio cælat Babylon, vel murice picto
Læta Tyros, quæq; Attalicis variata per artẽ,
Aulæis ſcribuntur acu, aut Memphitide tela.

Setabis, vt dixi, vrbs Hiſpaniæ tela claruit.

Silius *lib.*3.

Atq; altrix celſa mittebat Setabis arce,
Setabis, & telas Arabum ſpreuiſſe ſuperbas,
Et Peluſiaco filum componere lino.

Vt declarat Tex. *in d. cornucopia lib. in verb. tela*. De ſerico vero dicit Lucas de Pen. *in d. l.3. C. de veſtib. oloberis.* quod ſericum dicitur, quia Seres populi Aſiæ Scythicæ primi miſerunt: vermiculi enim ibi naſci perhibentur, à quib. naſci circum arbores fila dicuntur tenuiſſima. Virg.

Velleraq; vt foliis depectant tenuia Seres.

Et Sidonius:

Aſſyrius gẽmas, Ser vellera, thura Sabæus.

Et hic vermis bombyx dicitur. Et ſolent mulieres huius ciuitatis habere tales vermes in domibus, quos ab initio veris enutriunt, primo ex paruis lactucis, deinde foliis mori, vti nutrimento potius eis conuenienti. Et in illis eſt mirabile argumentum reſurrectionis, cum etſi moriantur, tamen ex ſemetipſis iterum renaſcuntur. Nam cum ad longitudinem competentem deuenerint, & ad albedinem conſpicuam, tanquam ſaturati, amplius non comedunt, ſed ore filum emittunt, quo ſe inuoluunt, & ſatis breui tempore tollendum eſt ab eis aqua perfuſum, alias comedunt, & rodunt, donec fecerint foramen, vt exire poſſint. Serico remoto, reperitur vermis corrugatus, & aliquot dies non ſe mouet, deinde pellem emittit rugoſam: & apparet papilio, coeunt ſimul, mas moritur, pariter & fœmella: ſed prius emittit parua grana ad modum ſinapis, ſuper foliis papyri ad hæc extenſis, quæ ſolent reſeruari in loco frigido, & cum inſtat ver, incipitque caleſcere, emittunt in loco deſtinato paruos vermes, qui modo prius declarato tunc nutriuntur, & ita bombyx regeneratur ex ſuo ſemine, & noui hæc experimenta, cum mea coniunx, & filiæ ſingulis annis huiuſmodi vermes educant, ex quibus habent ſericum, quod mixtum cum lino tenuiſſimo faciunt texere mappas & mantilia multum excellentiſſima, linum quippe orditur, ſericum vero texitur. Vel bombyx dici poteſt authore Textore, ſubtiliſſima tela, quã eiuſdem nominis vermes in India conficiunt aranearum more: Reperitur autem apud Orontem fluuium iuxta Antiochiam laudatiſſima. Plin. laudat Bombycem Aſſyriam, quia viri fœminis ceſſerunt, cum viros etiam non puderet has veſtes induere propter onera æſtiua. In tantum, inquit ille, à lorica geſtanda diſceſſerunt mores, vt oneri ſint veſtes. Arabia, quam ab omnium deli-

Digitized by Google

tiarum vbertate felicē vocamus, bombyce quoq; abundat. Proper. *lib.2. Nec ſi qua Arabico lucet bombyce puella.* Hinc bombycinę veſtes vocantur molliſſimæ. Iuuenalis:

Cuius delicias & pāniculus bombycinus vrit.

Italia etiā abūdat optima bombyce, qua Florētini, Veneti, Genuenſes Mediolan. & Brixiani optima & laudabilia cōficiūt ſerica, vt vidi alias, cū aſſiderē Capitaneo iuſtitię Mediolani, & etiam Bononien. & habēt magnas rotas multum ſingulares ad extrahendum filum ex glomo, & quib. netur.

In Gallia etiam eſt prouincia Turonenſis, quæ huiuſmodi bombyce abundat, & ibi texuntur telæ ſericæ. Et de his etiam ſcripſit Laza. Bayfius *in d. repet. l. veſt. ff de aur. & arg lega. c. 5. & 6.* vbi multa ex prædictis ponit, quæ ab ante allegatis excerpſit.

NOnageſimaſeptima cōſideratione tractatur de paruis reb. quę non ſunt ſpernēdæ, imo etiā extollēdæ. Multæ. n. ſunt res parui corporis, quæ reb. magnis proculdubio anteponūtur, vt ait Beroald. *in oratione ſua habita in enarratione Perſii Poetæ Satyrici,* hoc in primis gēmæ lapilliq; teſtātur. Quid enim eſt minutius Carbunculis? Quid breuius Adamante? Quid Hyacintho magis puſillum? Et nihil tamen his nobilius, precioſiuſue reperitur. Scribit enim Homerus Tydeū paruo fuiſſe corpuſculo, in quo tamen anima eſſet maxima, & vires ampliſſimæ, vnde decenter in Priapeis ſcriptum eſt:

Viſilior Tydeus qui ſi quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

Et à Papinio veridice ſcribitur:

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Et Xantippus Lacedæmonius, qui breui ſtatura erat, ita laudatur à Silio:

Exiguis vigor admirabile membris
Viuid⁹, & magnos niſu qui vinceret art⁹.

Et vt inquit Beroaldus, licet curioſiſſime circumſpexerit, & diligentiſſime pēſitauerit, ꝙ cūcte fere res mūdi magis virtute, quam magnitudine ęſtimandę ſunt. Nec quærendum eſt, quantus ſit quiſq;, ſed qualis: neq; quam procerus, ſed quam ꝓbus, diſcretus, prouidus, & magnanimus. Accedat hiſtoria quam refert Baptiſt. Fulgoſ. *in ſua collect. de dict. f. & tiſq; memorab. l. 3. c. de ſuiipſius cōfidētia.* vbi ait; Egdar. Rex Britan. cū reges oēs, qui ei parebāt, in cōuiuiū adhibuiſſet, ei q; eſſet relatū, Rinādū Scotorū regē, cū eū ſtatura puſillū inſpexiſſet, cū aliis dixiſſe, non mediocriter ſe mirari, ꝙ ipſe, aliique reges, viri fortes, ꝓceroq; corpore, tam paruo homini ſubiectos ſe eſſe faterētur; nulla ꝓrſus re dicta, venatū deduxit eū, dataq; opera, vt ſol⁹ cū eo ab aliis ſeparat⁹ eſſet, Rinādo alterū è duob. gladiis, quos ſecū tulerat, obtulit, dixitq; ſe fortitudinis ei⁹ periculū facere velle, ſciret, an verb. in eo facta reſpōderēt: qua re Rinand. vehemēter territ⁹, erroris veniā petens, tādē eā impetrauit, cū Egdar⁹, generoſo facto, ſingularisq; virtutis ſuę fiducia oſtēdiſſet, virtute ſe, & nō ſorte electū, regnare, ei vt hoc experiri poſſet poteſtate facta. Hinc dicit Bar. *in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.* quare eſt, ꝙ Iureconſ. nō dicit ꝙ officiū ius dicētis ſit lōgiſſimū, & nō latiſſimū; quia ſapiētia nō cōſiſtit in lōgitudine, & raro lōgus inuenitur ſapiēs, ꝙ nō placuit Dyno, cū eſſet lōgæ & grādis ſtaturæ, & in ore vulgi eſt: miror magis magnos ſapiētes. Legitur *Pro. 20. ante finē:* Quatuor ſunt minima terrę, & ipſa ſunt ſapientiora Sapientibus. Formicæ, populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſuū. Lepuſculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile ſuum. Regem locuſta non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas. Stelli manibus nititur, & moratur in ædib. Regis, & dicit Luc. de Pen. *in l. chartulas in princ. C. de conueniendis fiſci debitorib. lib.* 10. quod breues dicuntur cauti, id eſt, cū cautela ſcripti, raro tamen vidi breues humiles. Et, vt ait Beroaldus *loco antedicto,* nunquam quis laudauit librum ob id tantummodo, quod magnus foret ac copioſus, nec orationē quis vnq̄ duxit luculētā, propterea ꝙ copioſa eſſet, aut verboſa, & enormis: nec quis Poema ob magnitudinē vnquā celebrauit: Imo cōtra laudātur libelli, qui sūt diſerti, eruditi, & doctiſſimi cōpoſiti, eoſq; abſq; dubio anteponim⁹ maximis volumin. in quib. nulla ſit eruditio, vt de Perſio ait, qui quāto minor eſt, tāto elegātior eſt: quāto min⁹ habet ponderis, tanto plus habet autoritatis.

Digitized by Google

Vnde Martialis ait:

Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Quam leuis in tota Marſus Amazonide.

Et de eodem Quintil. dixit: multum & veræ gloriæ, quamuis vno libro, Perſius meruit. Et plures res modicæ & paruæ à plurib. laudatæ fuerunt, & plures de modicis reb. opera ſcripſerunt, vt Syneſius Crenenſis de laudibus Caluitii ſcripſit. Dion cognomẽto Chryſoſt. librum de Comæ laudibus, & multi alii de paruis rebus ſcripſerunt, quos num. 28. ponit Textor *in ſua off. ca. qui de modicis rebus opera ſcripſerunt*. Sed Cælius *lib. antiq. lect. 9. c. 56.* taxare videtur ex ſententia Platonis homines pleroſque, qui ſolent interdum nimis quam leuiculis rebus ſtulte operam impendere ſeriam.

NOnageſima octaua conſideratio erit de Plauſtris, ſibi obuiantibus multis modis, & inuicem inter ſe repugnantibus, cui ſit cedendum in retrocedendo, vel dando locum, & alias: & iſta habet magnam ſequelã: nam data paritate, Pedeſter debet dare locum equeſtri; quoniam facilius mouetur pedeſter, niſi eſſet in loco, vbi facilius equeſter tranſiret, puta ſi in loco arcto, & parua via, & eſſet retrocedendum in aqua, aut luto, aptius & commodius eſt tunc, quod equeſter deferat pedeſtri. Cum non ſit ſibi incommodi trãſire per aquam, quod eſſet pedeſtri. Item equeſter debet deferre quadrigæ, cum facilius deferat, & retrocedat. Et quadriga curruі, quia vt plurimum quadriga facilius & potius ſe voluit, quam currus, & ita de huiuſmodi. Intellige tamen ſemper, vt dixi, data paritate. Etiam non oneratus deferre debet onerato, hac ratione, quia facilius retrocedere poteſt, & vtilius & honeſtius eſt ſic fieri: & ſic ſcriptum ab Apoſtolo *ad Galat. 6.* Alter alterius onera portare, vt vtilitas vniuſcuiuſque conſiderat, quę multum attendenda eſt. Quoniam licet omnia ſubiiciantur legibus, ita quod etiam Principes ſecundum leges viuere debent, *vt l. digna vox. C. de leg.* Tamen vtilitati omnia parent & etiam leges, vt dicit Valerius Maximus *li. 3. tit. de fiducia ſui c. ſicut & illud*. ibi, *legem vtilitati cedere coegit*. Si vero duo plauſtra ſibi obuiauerint in aliquo vico, vterque habet ius: & tantum vnum, quãtum alter, *vt dicit glo. in l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico vel itinere fiat.* ſi tamen vnus præueniat ſiue præoccupet locum intrãdo primo in via, poteſt acclamare primo, & hoc caſu alius retrocedere debet, quia poſuit ſe in neceſſitate, cum videret alium, vt dicit d. gloſſ. magna ibi, & Bart. Alias, vt dicit gloſſ. eſt locus gratificationi *argu. l. ſi. ff. de religioſis & ſumptib. funerum.* vel ſorti *arg. l. in tribus. ff. de iudiciis.* Ita etiam dicit Bald. & poſt eum Salin. *in l. per agrum. Cod. de ſerui. & aqua.* Et idem Bar. *in l. quo minus. in 5. ff. de fluminibus.* Angelus etiam *in l. fluminum. per illum text. in princ. ff. de damno infecto.* dicit, quod illi deferendum eſt, qui primo incepit in via venire. Et cum antedictum eſt, quod eſt locus ſorti, an per hoc videatur ſors præmiſſa? dic quod non, vt ample notatur per dominum meum Iaſonem *in l. ſi duobus. C. communia de legatis.* & Felin. *in ca. capitulum ſancta Crucis. in fine. extra de reſcriptis.* vbi ponit de concurſu duorum ſimul impetrantium, qui illorum præferatur: & de clauſula, *anteferri*, quæ ſolet apponi per ſummos Pontifices, in gratiis expectatiuis; quia alias literæ priores in data præferrentur; vt ibi ample per eum declaratur, *in aliis locis, in d. cap. alleg.* Et quomodo etiam quandoque ſors laudetur, ſcribit Lucas de Penna *in l. 2. C. quando & quibus quarta pars debetur li. 10.* Et etiam ſcribit. Felin. in eo loco de duabus collationibus eadem die factis per Papam de eodem beneficio, vel à Papa ſeu eius legato & ordinario, *ſecundum c. ſi à ſede, de preben. in 6.* vel ab Epiſcopo & eius ordinario. Sed vnum dicit ſingulare dominus meus Iaſon *in l. 1. in 2. & 3. colum. ff. ſolut. matrimon.* quod inſtrumentum habens magis determinatum tempus, præfertur alteri. Ideo ſi in collatione facta per ordinarium ſit appoſita hora: in collatione vero facta per Papam, aut eius legatum non ſit appoſita hora, præferenda eſt collatio ordinaria, quia continet magis determinatum tempus: & ibi *in dictis locis* videri poteſt de duobus inſtrumentis eodem die confectis, quod illorum ſit præferendum.

Digitized by Google

Et idem Felin. *in d. c. Capitulum. colum.* 17. ponit, de duobus ad brabium pariter peruenientibus, & de duobus caſtrum intrantibus, ſtāte ſtatuto, quod qui primo intrauerit, habeat tale præmium: & de duobus ſimul eodem tempore natis, quis dicatur primogenitus. Et de duobus ſimul morientibus, & de duobus ſimul pacem frangentibus. Et ſic quando eſt quæſtio de concurſu in caſu, in quo concurſus eſt dubius, & dubitatur quis præcedere debeat, vide Felin. *in dicto loco.* Quando vero ſunt tres ſimul incedentes, vnus præcedere debet, & non duo ſimul, quia communiter dicitur, quando tres incedunt, vnus præcedere debet.

NOnageſimanona conſideratio huius partis erit de prioritate temporis, videlicet, An qui prior eſt tempore, prior ſit in iure; de qua ample declarat Dynus & Io. Andr. *in regula iuris. qui prior eſt tempore. de reg. iur. in* 6. notatur *in l. quoties vtriuſq; ff. eod. titu. de reg. iur.* Et in hac materia dico, quod illa prioritas datæ operatur in multis caſibus. Operatur enim primo in hypotheca, ita quod qui prior eſt tempore; potior eſt in iure. *l. potior. & l. creditor. ff. qui pot. in pign. hab. & l. ſi fundū. C. eod.* Quod extende primo, non ſolum habere locum in hypotheca expreſſa, ſed etiam in tacita; vnde ſicut habens expreſſam hypothecam anteriorem, præfertur poſterioribus creditoribus, habentibus tacitam vel expreſſam, ita etiam habens tacitam hypothecam anteriorem, realiter præfertur poſterioribus creditoribus, non ſolum habentib. tacitam, ſed etiam expreſſam; ita tenet Dynus *in dicta regula iuris, qui prior. per l. 1. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio.* & ibi hoc etiam ſentit gloſſ. pro qua etiam opinione facit text. *in l. 1. C. de precario.* Nam text. ibi loquitur de tacita hypotheca, & tamen ibi dicit, quod tranſit res in alium cum onere ſuæ obligationis. *facit in l. vſucapio. & l. pignori. C. de remiſſ. pignor. & l. debitor. Cod. de diſtract. pignor. l. 1. in fin. C. debitor. vendit. pignor non deb. & l. debitorum. C. de pignor. & l. ſi quidem. C. de donat. inter vir. & vxor. & l. debitorum. Cod. de euicti.* Per quos text. ita tenet Maria Sozi. *in ſuo tractatu obligationum. lib.* 12. Licet Bart. *in l. 1. C. de priu. dotis. verſic quæro primo.* videatur tenere contrarium. Sed vide dominum meum Iaſonem *in §. item Seruiana. num. 7. cum duob. ſeqq. Inſtitut. de actio.* vbi etiam ponit poſt Angelum ibi, in quibus caſibus conſtat tacita hypotheca. Secundo extende; quod non ſolum habet locum prædicta Regula in bonis iam quæſitis tempore hypothecæ, ſed etiam habet locum in bonis poſt hypothecam quæſitis, vt dicit Bart. *in l. ſi is qui. colum. vlt. verſic. vltimo quæro. ff. de iure fiſc.* ſingulariter Bal. *in l. hac edict. §. his illud. verſ. ibi, vt ſi quis. C. de ſecund. nupt.* & idem Bart. *in conſ. ſuo incip. Florentinus quidam Doct.* idem Bal. *conſi. ſuo* 364. *in* 5. *par. conſi. & eſt caſus in l. ſi. ff. qui pot. in pig. hab.* Tertio extende, vt non ſolum procedat ſi habeat ius ab illo, qui prætendit ius in re ſecunda, ſed etiam ſi habeat ius ſolum à re: quoniā ex tempore præfertur ſecundo prætendenti ab eodem ius in re. text. eſt & ibi Bald. *in l. 3. cum ex cauſa. ff. qui potiores in pignore habeantur.* Quarto extende; etiam habere locum in guarentigia, quoniam etiā licet ipſa principalis prior tempore ſit potior aliis, ita etiam guarentigia, quæ eſt in ipſo contractu, ſecundum Bar. *in l. cum vnus, in fin. princi. ff. de bon. autor. iud. poſſiden. & in l. ſi & in re. ff qui pot. in pig. hab.* Ange. *in l. fin. Cod. eod.* Quinto extende; vt non ſolum habeat locum in principali, ſed etiam in acceſſoriis, facit text. *in l. potior. §. ſi de futura. ff. qui pot. in pign. hab.* & quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, facit regula principalis, de qua *in regula acceſſorium, de regul. iur. in* 6. ibi per Dynum. Sexto; extende etiam habere locum in hypotheca generali, quæ ſi ſit prior tempore, præfertur etiam ſpeciali. text. & ibi Bartol. *in l. generaliter. ff. qui pot. in pign. hab. & l. ſi generaliter. C. eo.* vbi Bal. Sali. & alii. Ideo dicit Lu. de Penn. *in l. prædia. colum. 5. verſ.* 10. *inducitur. C. de locat. prædior. ciuil. lib.* 11. quod in obligatione generali potior eſt ille, qui primo ad rem peruenit. *l. ſi vero. ff. de peculio l. inter eos, in prin. ff. de rei uendi.* Septimo extende; etiam habere locum non ſolum in principali, ſed etiam in omnibus aretagiis, quæ hodie ſunt

Digitized by Google

ſunt loco vſurarum. ita eſt text. *in l. Lucius.* & ibi Bar. *ff. qui pot. in pign. hab.* & Bal. *in l. ſi generaliter. C. qui pot. in pig. hab.* Octauo extende; etiamſi fiat nouatio obligationis, cũ expreſſa repetitione pignorum, quia, etiam prior in tempore, eſt potior in iure. *l. 3. in princ.* & ibi Bart. *ff. qui pot. in pig. hab.* clarius dicitur infra *verſic. 21.* Nono extende; habere tantum locum in pignore conuentionali & non prætorio. Bartol. *in l. cum vnus. in prin. verſ. venio ad ſecundum. ff. de bon. autorit. iud. poſſid.* Decimo; extende etiam in pignore prætorio, ſi concurrat cum conuentionali. *l. 3.* & ibi Bart. *C. vt in poſſ. leg.* Ludouic. Bologninus *in l. fundus. ff. de ann. legat. in interpretationibus.* & Bal. *conſilio ſuo 466. lib. 4.* Et quomodo differat prætorium à conuentionali, vide Bar. Bal. Paul. & Alex. *in l. 1. ff. de pig. act.* Fel. *in cap. cum aliquib. in prin. de re iudic.* dom. meus Iaſ. *in d. §. item Seruiana. num 7. Inſti. de act.* Vndecimo; extende etiam in pignore iudiciali capto in cauſam iudicati, vt dicit Bartol. *in l. cum vnus. in fine princ. colum. fi. verſ. quid in pignore. ff. de bon. auto. iudic. poſſid.* vbi tenet, quod idẽ in iudiciali, quod in conuentionali, & in hoc ponit differentiam inter prætorium & iudiciale: & de iudiciali eſt tex. *in l. ſi & iure. ff. qui pot. in pig. hab.* Duodecimo; extende etiam, ſi prior in tempore habeat priuatam ſcripturã contra creditorem habentem publicã. Bald. & Ang. *in l. ſcripturas. C. qui potio. in pign. hab.* Lanfrancus *in c. quoniam contra. in pen. colum. Extra de probat.* dummodo illa ſcriptura priuata ſit munita ſubſcriptione teſtium, vel probetur per teſtes, qui fuerint præſentes, quando talis debitor ſcripſit talem ſcripturam. Decimotertio; extende etiam in priuato, qui eſt prior tempore, quia præfertur Reipub. poſteriori. ita eſt text. *in l. ſi fundum pign. Cod. qui pot. in pign. hab.* & ideo idem dicendum eſt in Eccleſia, cum Reſpublica & Eccleſia pari paſſu ambulant. text. *in l. fin. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* faciunt ea, quæ dicit dominus meus Iaſon *in §. ex maleficiis. colum. 9. inſtit. de act.* vbi etiam æquiparat Eccleſiam minori & pupillo. Decimoquarto; extende etiam in priuato priori tempore, qui præfertur fiſco. tex. *in l. ſi pignus. ff. qui pot. in pig. habe.* & *in l. fi. §. fi. ff. eod.* & *in l. ſi fundum. C. eodem.* & Bald. *in l. 3. C. de remiſſio. pigno.* Decimoquinto; extende, etiamſi poſterior primo poſſederit rem hypoth. dummodo alius habeat anteriorem contractum; quia hoc caſu dicitur prior in data. Ita tenet Phil. Franc. *in conſ. ſuo 126. col. 2. in litera D. in 4. volum.* Et ſic hoc caſu non habet locum in hypotheca. *l. quoties. C. de rei vend.* & ibi dominus meus Iaſon *in 3. limi.* quod intellige verum, quando à nõ domino datur pignus duobus: ſed ſi à diuerſis non dominis, tunc ſecus. *l. ſi non dominus. ff. qui pot. in pig. habe.* dicam *infra in 6. limitatione.* Decimoſexto; extende, vt non ſolum habeat locum in principali, ſed etiam in re augmentata per alluuionem. tex. eſt clarus, *in l. ſi fundus hypoth. datus ſit, deinde alluuione maior factus eſt, totus obligatur. ff. de pign.* Decimoſeptimo; extende, quod ſicut prior tempore præfertur in hypotheca, in re principali, ita etiam in melioramentis. text. eſt *in dict. l. ſi fundus. §. 2. de pigno.* quod intellige verum, quando ille qui hypothecauit rem, eſt ille, qui fecit melioramenta, ita loquitur dictus §. 2. ſed ſi alius fecit melioramenta, forte alius, ad quem res peruenit, non autem ille qui hypothecauit, tunc res non eſſet obligata cum melioramentis. *l. in his. Cod. de prædiis & omnib. reb. nauiculariorum lib. 11.* & ibi Bartol. & eum ſequitur Paul. *in l. ſi conuenerit. 2 ff. de pign. actio.* dominus meus Iaſon *in l. creditor. 1. ff. ſi cert. pet.* Crederem hoc eſſe verum, ſi ipſa res hypothecata melioretur, ſecus ſi addatur, aut adiungatur, puta quia de parua domo fiat magna, per adiunctionem loci, aut de paruo manſo, in quo ſunt certæ res primo obligatæ, quia ſi aliæ addentur manſo, non ſunt hypothecatæ cum primis. Decimooctauo; extende, quod non ſolum habeat locum prædicta regula in principali hypotheca, in vſuris ſeu arreſagiis & melioramentis, ſed etiam in expenſis factis, in proſecutione hypothecæ principalis: quoniam cum expenſæ ſint acceſſoria ad rem principalem, ſequuntur naturam ſui principalis: quoniam acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. vulgata regula iuris *in 6.*

Digitized by Google

facit, *lex. cum principalis. ff. de reg. iuris.* Crederem in hoc, quod expenſæ impetrantis, quo ad mandata & expleta decreti ſeu ſubhaſtationis præferantur omnibus, quando fit executio in immobilibus per viam decreti, ſed quo ad expenſas proceſſus quæ fiunt poſtea, donec omnes ſint collocati pro hypotheca, ſecundum prioritatem & poſterioritatem temporis, videntur tales expenſæ non habere naturam ſui principalis, niſi poſt omnes hypothecas reales priores in data, & hoc facto videtur, quod expenſæ omnium ſint collocandæ ſecundum quod collocata fuerunt principalia, & ita ſeruatur in practica. Decimonono; extenditur etiam ſi ſecundus in data ſit rex vel Imperator, quoniam, vt dicit Bald. *in l. ſi fundum. in princip. Cod. qui pot. in pig. hab.* etiam priuatus, qui eſt prior in data, eidem præfertur in pignore conuentionali. Vigeſimo; extenditur etiã habere locum in duabus dotibus, quia prior debet præferri. *l. aſſiduis. §. fi. C. eod. qui pri. in pig. hab.* & Dynus *in d. regula, qui prior.* Vigeſimoprimo; extenditur, ꝙ non ſolum habeat locum illa regula, in prima obligatione, & conuentione hypothecæ, ſed etiam in obligatione, nouata cum ſecundo creditore, cuius hypothecę nouatæ prioritas iungitur cum prima, vt eſt tex. *in l. 3. ff. qui poti. in pig. hab.* dictum eſt ante, *verſ.* 8.

Hæc regula ſuperius poſita & extenſa, limitatur in pluribus caſibus, quoniam, vt dicit text. *in l. interdum.* poſterior creditor potior eſt priore *ff. qui pot. in pig. hab.* Primo; non habet quando ſecundus ſeu poſterior eſſet priuilegiatus, quia tunc etiam præferretur antiquiori & priori in hypotheca. *l. Titius, in pr.* & ibi Bart. *ff. eod. tit. qui potiores, &c.* quod quidem ex pluribus limitationibus ſequentibus declarabitur. Secundo limitatur principaliter dicta regula in creditore, qui in rem conſeruandam credidit, veluti ſi nauis fuit, & ad armandam eam vel reficiendam quis crediderit, vt dicit text. *in d. l. interdum. ff. qui pot. in pign. hab.* & ibi gloſſ. fin. *in verb. credidero.* ponit tria priuilegia, quæ in hoc habet creditor. Primum; quia creditor talis in perſonalibus præfertur. *l. creditor. 1. & ibi Bald. ff. ſi cert. pet. l. ſi ventri. §. 1. l. qui nauem. ff. de priuil. credit.* Secundum priuilegium eſt, quare ſic refecta videtur tacite hypothecata. *d. l. interdum. & l. 1. ff. in quib. cauſ. pig. vel hyp. tac. contrah.* Tertium; quia præfertur talis in hypotheca illius, etiam alii creditori anteriori tẽpore, vt eſt text. *in d. l. interdum.* & ratio aſſignatur *in l. ſeq.* quæ incipit, *huius in prin.* Aduerte tamen, quia ad hoc, vt prædicta habeãt locum, duo copulatiuè requiruntur. Vnum, quod pecunia expreſſe fuerit mutuata ad refectionem rei. Aliud, quod res effectualiter fuerit refecta, quoniam hoc caſu ſi non eſſet refecta, ceſſaret ratio *l. interdum*, ſupra allegata. Et ſi fuerit refecta, & non ad hoc expreſſe mutuata, non habet locum prædicta lex, vt dicit dominus meus Iaſ. *in d. l. creditor. §. 1. ff. ſi cer. pet.* qui ibi limitat *d. l. interdum.* in vno caſu, ſcilicet, ſi domus extat, alias non glo. eſt ad hoc, quæ eſt vltima & minima. *in l. 1. ff. de ceſſione bonorum.* Iſta limitatio non mihi bene videtur ſonare ad prædictam legem, cum non Entis nullæ ſint qualitates. Ideo non eſt amplius quæſtio de prælatione in meliorامentis. Sublimitatur ergo illa lex, vt procedat quatenus pecunia mutuata neceſſaria fuit pro refectione ædificii, ſecus autem in eo pluri, quod fuit mutuatum vltra quã neceſſitas refectionis exigeret, quia in illo pluri ceſſat iſtud priuilegium, vt eſt optimum argumentum *in l. ſi. ad fin. ff. de exercitor.* Sublimitatur tertio, niſi fuerit mutuatum hæretico in reſurrectionem ſeu reſtitutionem, quia non habet priuilegium hypothecæ, vt in ſimili dicit tex. *in Auth. item priuilegium. C. de hæreticis.* Pan. *in ca. quia gaudemus. de hæret.* Quid autem de pecunia mutuata, vt fiat ædificium de nouo, ſcribit do. meus Iaſ. *in d. l. creditor.* ideo eũ ibi vide. Tertio; principaliter limitatur prædicta principalis regula non habere locũ, quando mutuatũ eſſet alicui, ad effectum rerum conſeruandarum, & in caſu, in quo alias res conſeruari non potuiſſet, veluti, ſi in cibaria nautarum fuerit creditum, ſine quib. nauis ſalua venire nõ poterat; & idem ſi in merces obligatas crediderit, vel vt ſaluæ fiant, vel vt nau-

Digitized by Google

vt naulũ exoluatur, talis enim creditor potior erit, licet poſterior ſit; ita dicit text. *in d. l.huius.ff.qui pot.in pign.hab.* Intellige prædicta, dummodo expreſſe in hanc cauſam fuerit mutuatum, vt ante dictum eſt, & ideo dicit dominus meus Iaſ. *in dict. l.creditor.* quod ſi mercator vendidit merces ſuas alii mercatori, & transfert dominium, & ille mercator promittit ſoluere in certis nundinis, poſtea aufugit, & extant merces venditæ, comparent alii creditores, mercator qui vendidit iſtas merces nullum habet priuilegium in illis mercibus, nec præfertur aliis creditoribus, quamuis extent dictæ merces, textum habemus *in l.quidam fundum.ff.de in rem verſo.* per quem textum ita determinat Dynus, Bart. & communiter Doctores *in l.ſi cum dotem.§.fin. ff.ſolut.matrim.* Bald. *in l.fin.C.commodati, & in l.in eum,cui.C.de act. & obligat. & in l.in rebus.colum.2. C.de iure dotium.* Quamuis contrariũ, & male, tenuerit idem Bald. *in l.pro debito.C.de bon.authori.iud.poſſid.* Sed dominus meus Iaſ. *in dict.l.creditor.* ſaluat Bald. vno caſu, ſcilicet, quando pecunia fuiſſet expreſſe & nominatim mutuata, ad emẽdũ tales merces, quæ fuiſſent emptæ, tunc tales merces cenſentur obligatæ, & in illis præfertur omnibus creditoribus prioribus. text. *in l. qui in nauem extruendam.* & ibi gloſſ. magna approbata. *ff.de priuileg.credit.* Imo plus mutuans expreſſe ad emẽdum tales merces, habet tacitam hypothecam in illis mercibus; ita gloſſ. magna *in Authent.quo iure.C.qui pot. in pign.hab.* Quarto, principaliter prædicta regula principalis limitatur, non habere locum in pignore prætorio, quia in tali prior tempore non eſt potior in iure, ſed habens tale pignus præfertur aliis, etiam priorem datam habentibus, vt ample declarat Bart. *in l. cum vnum.in pr.colum.vltim.verſi.venio ad ſecundum.ff.de bon.auto.iudic.poſſid.* Quinto, limita in pœna in contractu appoſita; quoniam, licet prior in data quoad hypothecam principalem præferatur, nõ tamen præfertur quoad pœnam. Ita tenet Paulus *in l.ideo condemnatus.* per illum textum *ff.de compenſatio.* quæ quidem deciſio facit ad plures quæſtiones. Nam multi habent hypothecam in pluribus rebus in patria Burgundiæ ratione cenſus, qui importat emendam ſeu pœnam, ob defectum ſolutionis certo tempore fiendæ; An ſicut tales præferuntur cæteris creditoribus prioribus in data principali, & arreragiis, vt ante dictum eſt, etiam præferri debeant in emenda? videtur ex illa deciſione, quod non. Et ibi etiã Paulus ponit aliam deciſionẽ, quæ eſt; quod, licet fiſcus habeat tacitã hypothecam in ſuis contractib. *vt l.fiſcus.ff.de iure fiſci,* tamen non habet in pœnis. *C.de pœnis fiſcalib. credit.prafer.li.10.* & notatur *in l.præſcriptum. in verb.hypothecas.ff.de pactis.* Et ſic, licet receptores regii in balliuatib. aut ſeneſcalliis vti velint hac poteſtate, & dicere, denarios regios eſſe priuilegiatos in regno, ita vt exequi faciant debitores realiter per captionem & detentionem obligatorũ in carceribus, quod tamen illud nõ debeat habere locum in pœnis ſeu emendis adiudicatis fiſco: ex ordinatione tamen Regis, ſi pœna pecuniaria, ſeu mulcta, vulgo emenda, adiudicata per balliuos aut alios iudices, immediate ſubiectos ſupremis curiis, non excedat ſummam 25 librarum Turonen. poterit executioni demandari, dando cautionem per receptorem Regium, non obſtante appellatione ad ſuperiorem interpoſita. Pœnæ tamen ſeu emendæ inferiorum iudicum, etiamſi ſint Caſtellani aut præpoſiti regii, non poſſunt executioni demandari & exigi; ſi ab eis fuerit appellatũ ad ſuperiores iudices: prout nec etiam emendæ dominorum ſubiectorum: & iſtud pluries dixi, licet ſæpe receptores caſtellaniarum regiarum voluerint facere contrarium, ſed eis fuit denegatum, quoniam, licet tales pecuniæ ſint regiæ ſeu regales, non tamen ſunt priuilegiatæ. Sexto, limita non habere locum in eo, qui habet ſolum cõuentionem de hypothecando; quoniam non præfertur illi, qui habet hypothecam poſt promiſſionem factam, & ante ad implementum promiſſionis; quoniam præfertur, qui credit pecuniam, & accepit hypothecam, ita eſt textus *in l.potior.ff.qui potior.in pig.hab.* Septimo, limitatur, quando res aliqua datur

Digitized by Google

in pignus à diuerſis non dominis; quia præfertur ille, qui eſt poſſeſſor, textus eſt ad literam *in l. ſi non dominus*. Et ibi Bart. *ff. qui pot. in pign. hab.* Octauo limita non habere locum, quando ſecundus creditor offert priori debitum ſuum, text. eſt *in l. 1.* & ibi Bald. *C. qui pot. in pign. hab. l. fin.* & plene notatur in gloſſ. magna, quæ eſt ad hoc magiſtralis, *C. de his, qui in prior. credit. loc. ſucced.* Nono, fallit in caſu, quo prior negat rem fuiſſe in bonis debitoris, quia conuictus de mendacio, poſterior eidem præfertur, vt eſt text. *Authent. item poſſeſſor. C. qui pot. in pign. hab.* Et hoc in odium mendacii, de quo plura per dominum meũ Iaſ. *in l. quod te. in 11. & 12. col. ff. ſi cert. pet.* per Felynum *in c. cæterum. in 6. & 7. col. Extra de iudic.* Decimo, fallit in re empta ex pecunia ſecundi creditoris: quia ille ſecundus præfertur, quando eidem eſt ſpecialiter obligatum, vt eſt textus ad literam *in l. licet. Cod. qui pot. in pign. hab.* Vndecimo, limitatur, non habere locum in actione perſonali, Bald. *in l. 1. C. de pœnis fiſcal. creditores præferri. lib. 10.* Duodecimo, fallit in creditoribus Chirographariis, qui licet ſint priores in data, nõ præferuntur creditoribus poſterioribus, habentibus publicam ſcripturã, *l. cum tibi. & l. ſcripturas. vbi notatur. C. qui pot. in pign. hab.* Decimotertio, fallit in creditorib. Banchi, quoniam inter tales non inſpicitur prioritas temporis in data, ita vt, ſi ſint plures, qui depoſuerint plures pecunias apud Banchum, & vnus exegerit ſuum debitum, id non ſit inter alios communicandum, etiamſi ſint priores in data, niſi in caſu, in quo per violentiam exegerit, vel niſi debitor ei gratificatus fuerit, vel niſi bona tunc cum exigit, fuiſſent iam poſſeſſa aut impedita authoritate iuſtitiæ, vel niſi ſuperueniat priuilegiatus; quia tunc habenda eſt ratio eius. Et in caſu, in quo nil adhuc eſt exactum, præfertur is, qui ex deponentibus reperit depoſitum ſuum non eſſe conſumptum, & ille cæteris præfertur propter ius dominii. Et ſi inuenerit conſumptũ, præferuntur depoſitarii credioribus, niſi aliquis ex eis vſuras acceperit. Quoniam hoc caſu perdit priuilegium, & cæteris aliis creditoribus eſt ſimilis, quod adhuc intellige verum, niſi ſit alius, qui ſit magis priuilegiatus depoſitario. Et ſi ſint inter pares, cuilibet eſt ſatisfaciendũ pro rata prioritate temporis non attenta. Ita tenent & dicunt Baldus & Salicetus *in l. ſuperuacuum. C. depoſiti,* vbi pro vnoquoque caſu allegant iura: & vide Bartolum *in l. pupillus. ff. de his, quæ in fraudem creditor.* Decimoquarto, limitatur prædicta regula principalis non habere locum in mobilibus, quo ad nos, ſecundum conſuetudinem patriæ Ducatus Burgundiæ deſcriptam *in libro conſuetudinum illius, in titul. Des rentes vendues à reachat, art. 3.* maxime, quando ſunt poſita & euacuata extra manum debitoris. Et iſtud fere obſeruatur in tota Gallia, de quo plene ibi ſcripſi, ideo non inſiſto. Decimoquinto, fallit in re empta ex pecunia pupilli per tutorem: quia hoc caſu, etiamſi non ſint ſpecialiter obligata & hypothecata, tamen pupillus eſt in hoc priuilegiatus, & præfertur prioribus creditoribus, vt dicit tex. & gloſſ. *in l. idemque eſt. ff. qui potior. in pign. hab.* Et ideo videtur idem dicendum in Eccleſia, cum minor ſeu pupillus & Eccleſia pari paſſu ambulent, vt dicit & tenet dominus meus Iaſon *in §. ex maleficiis. colum. mihi 9. & ſecundum alios num. 32. Inſtit. de actionib.* Decimoſexto, fallit in expenſis funeralibus, quæ ſunt ita priuilegiatæ, quod ante omnes creditores debent deduci, non habendo reſpectum ad prioritatem temporis, *leg. 1. ff. de priuilegiis credit.* & faciunt notata *in l. ſcimus. §. in computatione. C. de iure deliberando,* vbi per Doctores. dixi *in commentariis noſtris ſuper conſuetudinibus Ducatus Burgundiæ, titul. Des droits & appartenances à gens mariez, §. 9. in gloſſ. & faicts funeraux.* & facit *l. impenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur, quæ etiam omne creditum ſolet præcedere, cum bona ſoluendo non ſint,* quæ eſt *l. penul. ff. de religioſis & ſumpt. funer.* Decimoſeptimo, fallit in caſu, in quo ſunt creditores, habentes hypothecã, etiam in priori, cum expenſa facta eſt in infirmitate defuncti: quia illa expenſa præfertur creditoribus, etiam habentibus priorem data, textus eſt *in leg. in reſtituenda hæreditate, com-*

te, compenſatio eius habebitur, quod te in mortuus infirmitatem, in ſumptumque funeris bona fide ex proprio tuo matrimonio erogaſſe probaueris. Cod. de petitione hereditat: & illum textum ad hoc ibi notat Baldus, & facit textus *in l. legatum. Cod. de religio. & ſumptibus funer.* Et dixi *in conſuetudinibus Ducatus Burgund. in gloſſ. allegata in præcedenti limitatione*. Decimooctauo, fallit etiã & limitatur in creditore, qui eſt creditor in confectione teſtamenti defuncti: quia præfertur omnibus aliis creditoribus, anterioribus, etiam priorem hypothecam habentibus & illa expenſa ante omnia eſt deducenda, Batt. *in l. non ignorat. Cod. de fructibus & litium expen.* Antonius de Butr. *in c. 1. colum. 1. de probat.* dixi *in dictis conſuetudinibus, loco ante allegato*. Decimononο, fallit in muliere, quæ præfertur omnibus habentibus tacitam hypothecam, etiam in data prioribus, textus eſt *in l. aſſiduis. C. qui potior. in pignore hab.* Nunquid autem mulier ſit potior fiſco creditore, ponunt Bartolus, Baldus & Salicet. & ibi Alexand. *in Apoſtillis ad Bar. C. de priuileg. fiſci. & in l. ſatis. C. in quibus cauſis pign. tacite contrah.* Et Angelus de Imol. & dominus meus Iaſon *in l. ſi marito. ff. ſoluto matrim.* Vigeſimo, fallit in eo, de cuius pecunia militia emitur, *l. fin. & in Authent. quod obtine. C. de pign. & hypothec.* & gloſſ. *in l. idemque eſt ff. qui potior in pignor. habe.* Quod facit pro noſtris aduocatis, & practicis huius patriæ, qui emunt officia, & ſumunt pecunias mutuo, ex quibus vtplurimum conſtituunt reditus; quia creditores deberent facere apponere in inſtrumentis, quod mutuant tales pecunias pro tali officio emendo: quia per hoc præferentur cæteris creditoribus, etiam anterioribus, quod non affirmo pro conſtanti, ideo cogita. Vigeſimoprimo, fallit in fiſco agente ex cauſa primipili; quia præfertur omnibus creditoribus etiam habentibus expreſſam hypothecam in priori data. Imo etiam bona mulieris in ſubſidium ſunt tacite obligata, text. & ibi notatur *in l. ſatis. C. in quibus cauſis pign. vel hypoth. tacite contrah.* Dynus *in regu. qui prior. de reg. iur. in 6.* Vigeſimoſecundo, limitatur, niſi quando hypothecatur ſecundo creditori per debitorem, de voluntate primi creditoris: quoniam in hoc caſu ſecundus præfertur primo, text. eſt *in l. creditor, la 2. §. ſi Titium. ff. qui potior. in pign. hab.* Pro 23 limitatione. Aduerte ad text. *in l. potior. §. ſi hoc colonus. ff. qui potiores in pign. habeantur*: quod in hoc nõ inſpicitur proprietas temporis ex obligatione rei, ad effectum inducendi poſt hypothecã, ſed ad tempus conſtitutionis hypothecæ: quoniam, vt dicit text. non ex conuentione priori obligatur, ſed ex eo, quod inducta res eſt, quod poſterius factum eſt. Pro 24 fallentia aduerte etiam, quod hæc prioritas nõ habeat locum, niſi inter contractus validos, quia, ſi vnus ſit validus & alius inualidus, qui habet titulũ validũ, non tam eſt potior, quàm etiam ſolus, vt eſt text. *in l. 2. in fi. ff. qui pot. in pig. hab.* Et facit regula, quoniã id quod nullum eſt, nullum operatur effectum. De qua ample per do. meum Iaſ. *in l. 2. §. quod ſi in patris poteſtate. ff. ſol. mat. & in l. cauſas. in fi. C. de tranſact.* Fel. *in c. ex tenore. col. 3. 4. & 5. Extra de reſcrip.* & dicam aliquid infra. Pro 25 limitatione: aduerte ad l. 2. *C. de pignor.* quæ vult, quod ſpecialis hypotheca prius eſt diſcutienda, quàm generalis, quod habens ſpecialem ſecundo, præfertur habenti ſpecialem & generalem primo quoad illam generalem.

Sed aduerte, nunquid clauſula, quæ quotidie in inſtrumentis notariorũ apponitur, videlicet, *quod ſpecialitas generalitati nõ deroget, nec econtra*, tollat effectum illius legis. Ita quod hoc caſu etiam habens generalem primo, præferatur ſecundo habenti tantum ſpecialem. Credo quod ſic, quoniã, vt dicit Bar. *in l. ſed & ſi adiiciatur. ff. pro ſocio.* Species reſtringit genus ex præſumpta volũtate contrahentiũ, quod ſequitur Alex. *conſ. ſuo 8. col. 1. 3. vol.* vbi ait, quod vnum verbũ ſpeciale, alteri verbo generali iunctum, alterat illud genus. Cum ergo, ex expreſſa voluntate contrahentium ſit expreſſe declaratũ, quod generalitas non deroget ſpecialitati; ideo ſeruãda eſt eorum voluntas; quoniam contractus ex conuentione partium, legem accipiunt *l. 1. §. ſi cõueniat. ff. depoſiti. c. cõtractus. de reg. iur. in 6. & facit regula iuris, in toto iure generali per ſpeciẽ derogatur. ff. de reg. iur. lib. 6.* Ex quo licet ap-

Digitized by Google

ponatur generalitas, tamen; quia ex voluntate cõtrahentium expreſſe diſponitur, quod ſpecies deroget illi : Ideo ſeruanda eſt illa conuentio, cum illa regula habeat locum in contractibus, vt dicit Decius *in dict. regul. in toto iure.* & Dynus *in dict. regul. generi. per l. ſtipulatione commotiſſimum. ff. de verb. obligat.* Et dicit iſtud tenere Ang. *in conſ.* 160. & Fulgoſius *in conſ.* 21. *per l. doli clauſula. ff. eod. de verb. obligat.* Et ſi dicatur, quod iſto modo paciſcentes tollerẽt legem ſuperioris, & conuenirent contra leges & decreta principum, ſcilicet, contra *d. l. 2. C. de pign.* quod non eſt dicendum, vt dicit textus *in l. iuris gentium. §. prætor ait, pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduerſus leges, &c. facta erunt, ſeruabo. ff. de pactis.* Ideo non videtur valere talis conuentio in caſu, l. in quo tertius haberet ſpecialem non ſpecialiter ante hypothecatã; ita vt prima generalitas, non diſcuſſa prima ſpecialitate, præferatur ſecundæ ſpecialitati, in vim contrahentium in præiudicium tertii. Ad hoc poſſet reſponderi, quod illud non habeat locum in hoc caſu, ex quo ante ius eſt acquiſitum tertio, ex voluntate contrahentium, iſta generalitas alteratur per adiunctionem ſpecialitatis, & illi generi derogatur, per illam ſpecialitatem ſubſequentem, quæ magis clare continetur in hac clauſula, *ita quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec econtra,* quam ſi fuiſſet adiunctum aliquod verbum ſpeciale generali, quo caſu genus alteratur, multo fortius hoc caſu. Et hoc maxime etiam; quia talis clauſula importat, quod generalitas ſaltem ſit conditionalis, ſcilicet eo caſu, quo ſpecialis non ſufficeret: quo caſu primus, ex vi illius clauſulæ, præferretur in illo caſu, in illa generalitate, ſecundo creditori habenti ſpecialem hypothecam, contra d. l. 2. vt dicit Bart. *ibi per l. qui generaliter. in fin. ff. qui potior. in pign. hab.* vbi videtur eſſe text. ad literam pro hac clauſula, ex qua decidit ille tex. quod ex cõuentione poteſt fieri, quod habens generalem præferatur; ideo multo magis hoc caſu. Et aduerte; quia illa l. 2. *C. de pignorib.* habet tantum locum in caſu, in quo quis habet ſpecialem in aliqua re, & generalem poſtmodum, pro eodem debito; quoniam hoc caſu habens ſecundam ſpecialem in alia re comprehenſa ſub generali, præfertur in generalitate: quod intellige, vbi non adeſt illa clauſula, ſecus vero, vbi primus haberet tantum generalem in omnibus, quia illa præfertur ſpeciali poſteriori, vt eſt textus ad literam *in l. ſi generaliter. C. qui potio. in pign. hab.* Et nota iſta, quæ quotidie eueniunt in practica.

Aduerte tamen ad vnum, an dici poſſit, quod hæc hypotheca generalis in emptione redituum non ſit bona, imo videtur reddere contractum vſurarium, quando emuntur annui reditus, ſi non ſint expreſſe pro illo certa bona peculiaria obligata, prout videntur facere text. *in extrauaganti. regimin.* 1. *&* 2. *de emption.* vbi expreſſe conſultus Papa Martinus V. & Calixtus III. ſuper huiuſmodi contractibus, an eſſent validi, illos approbant in caſu ibi propoſito, ſcilicet, quando expreſſe in ipſo contractu ſunt certa bona venditorũ obligata pro ſolutione dictorum redituum, cum dicat text. extrauagantis Martini, *bonis in ipſo contractu tunc expreſſis, pro ipſius annui cenſus exſolutione, in perpetuum obligatis.* Et text. Calixti dicit: *Recipere ſoliti fuere illa ex domibus, terris, agris, prædiis, poſſeſſionibus & hæreditatibus prædictis, qui in huiuſmodi contractibus expreſſi fuerint prædictorum ſolutione redituum & ſenſuum, efficaciter obligantes in illorum vendentium fauorem*: vbi videntur approbari contractus huiuſmodi, ſecundum expoſitionem eis factam, quæ erat tantum in caſu, in quo bona erant ſpecialiter, & certa expreſſe ad hoc obligata. Et ideo cum iſte caſus tangat animam, & non ſit eadem ratio in generalitate, quæ in ſpecialitate, eo; quia in generalitate videntur ſolum partes habere reſpectum ad lucrum pecuniarium, & illa aſſignatio generalis ſit tantum pro ſecuritate debiti; ideo videtur, quod ſapiat vſurariam prauitatem, hoc eſt, lucrum ex pecunia, quod eſt reprobatum: &, quia, vt videri poteſt ex illo textu, *in dict. extrauaganti regimini.* illud, quod diſpoſuit ſummus Pontifex, fuit; quoniam ita inuenit ex conſilio peri-

torum

Digitized by Google

torum, qui decidebant contractus huiuſmodi licitos: ideo, cum tales dicat validos, intelligendum eſt tamen ſane, ſecundum formam in principio illius extrauagantis datam, & ſecundum qualitates in præfatione appoſitas, quæ ſunt tales, videlicet, quod ſunt expreſſa certa bona in contractu, quæ ſint obligata pro ſolutione dictorum redituum aut cenſuum: quia dictio huiuſmodi denotat ſimilitudinem, *l. deniq. ff. de pignoribus*. & etiam, vt ſua diſpoſitio ſit conformis concluſioni Doctorum, & Canoniſtarum, & Theologorum, tenenda eſt in ſuo caſu, ſcilicet, quando eſt certa res expreſſe obligata, prout ita tenent prædicti Doctores maxime in reditibus de nouo conſtituendis, vt per omnes *in cap. ciuitate. Extra, de vſur.* & per Ambroſium de Vignate, *in repetit. cap. ſalubriter. num.* 73. *vſque ad num.* 81. *eodem titu. de vſuris.* Laurentius de Rodulphis *in tractat. de vſuris in* 12. *quaſt.* 1. *part.* vt etiam videtur tenere Beroald. de Buſt. *in ſuo Roſario in* 1. *part. ſerm.* 27. *in* 2. *part. illius. in litera B.* 2. vbi ponit caſum tantum in illo, qui conſtituit reditum ſuper aliquibus bonis, & dicit Henricus Gandenſis, *in quod libetis, quod libeto* 8. *quæſtio.* 12. quod emptio reditus perpetui, ſiue ad vitam, non ſit emptio, licet ſic ſoleat appellari; quia extrema huius contractus per ſe, ſunt pecunia ſimul data, & per quotas recipienda, ſed eſt purum mutuum. Si enim eſſet emptio & venditio, & vere poſſet dici, quod pro pecunia emeretur reditus, oporteret interuenire alium contractum, imo duos contractus circa rem aliam, quæ per ſe nata eſt, eſſe extremum emptionis, & venditionis, vt res illa, ſicut fundus, vel menſura terræ contenta, primo pro pecunia ematur, deinde pro aliqua quota pecuniæ annuatim, vel ad vitam, vel in perpetuum reuendatur. vel hereditarie concedatur, vel quota huiuſmodi tali ematur, cui debetur iure venditionis: puta ei, qui fundum vel menſuram vendidit, &c. Et huic opinioni videtur concordare Panormitanus *in diſput.* 5 & Innocentius *in dict. cap. in ciuitate.* vbi videntur tenere talem contractum eſſe illicitum, ſi fiat relatio in perſonam vendentis, & non ſuper bonis illius, qui ſemper ponunt, quod fiat ſuper certo fundo, vel ſuper certa re. Et quoniam, vt dicit Ang. de Clauaſio, *in ſua ſumma in verbo, vſura, verſic.* 78. quod ad hoc, vt talis contractus nō ſapiat vſuram: requiritur, quod reditus fiat de bonis, & ſuper bonis: ideo non eſſet bonum ſi fieret relatio tantum ad perſonam, nec eſſet licitus contractus, imo vſuratius. Ex quo dixi in caſu emergenti, quod non habens immobilia, ſi conſtituat reditum annuum, videtur fieri relatio reditus ad perſonam, vnde lucrum pecuniarium procedat, ex quo dicitur vſurarius. In quo etiam caſu erat queſtio, de mutuo, ex quo dicebatur, in contractu conſtitutionis reditus, quod fuerit conſtitutus, & venditus pro ſumma centum librarum Turonenſ. ex quibus receperat realiter vendens triginta, alias vero 70. libras ſoluerat emtor in duabus ſchedulis ipſius venditoris, quibus conſtabat, quod dictus venditor tenebatur emptori ad dictam ſummam, ex mutuo eidem facto. Ex quo cum conſtet de mutuo in parte, ille contractus dicitur vſurarius, ſaltem pro illa parte, pro qua conſtat de mutuo, ſecundum quod in ſimili videtur tenere Ioannes de Turrecremata *in capit.* 1. 14. *quæſtio.* 3. & etiam quia reditus erat exceſſiuus; ſed cum nihil ad propoſitum, aliter non inſiſto. Sed ad propoſitum vnde digreſſi ſumus, quod vbi non eſt expreſſa certa res obligata pro ſolutione, ſed generalis, quod talis contractus dicitur vſurarius: quia non eſt ſecundum diſpoſitionem iuris, approbantem tales contractus, quando, ſcilicet, habent certa bona expreſſe, hoc eſt, certitudinarie ad hoc obligata, quoniam generalitas reddit incertitudinem rei, ſecundum Bartolum *in l.* 1. *colum.* 2. *de except.* vbi dicit, quod exceptio, quæ eſt generalis propter incertitudinem nihil releuat. quem ſequitur dominus meus Iaſon *in l. Titia textores ff. de leg.* 1. & iſta generalitas non videtur habuiſſe reſpectum ad expreſſionem certorum bonorum;

Sſſſſſ imo

Digitized by Google

imo potius ad lucrũ pecuniarium, & ad perſonam, & in illo maxime, qui nulla immobilia poſſidebat, ex quo videtur fieri relatio ad perſonam, quæ magis reddunt contractũ vſurarium, vt videtur tenere Panormitanus *in d. diſputatione, in 22 col.* Quoniam hoc caſu pecunia facit pecuniam, & etiam hoc caſu conſtat, quod emptor vult pecuniam ſuam, quam mutuo dederat, afferre lucrum. Ideo indubitanter, cum ſorti ſuccedat, vſura eſt, *c. plerique. & ſeq. 14. q. 3.* & in pleriſq; locis vulgaribus poſt gl. & Dd. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet.*

Operatur & ſecundo prioritas temporis, ſeu datæ in titulis; quia proprietas tituli facit præſumptionem in poſſeſſorio, Bald. *in l. 1. col. 3. verſ. & ſic nota. C. de edict. diui Adria. toll.* faciunt dicta per gl. & Doctores *in c. licet cauſam. Extra de probat.* Quod intellige, quando eſt traditio poſſeſſionis in primo, & eſſet in ſecundo prioritas temporis, nihil operaretur, textus eſt vulgatus *in l. quoties. Cod. de rei vendic.* Et quia illam legem pleniſſime legit dominus meus Iaſon: ideo in hac materia aliter non inſiſto. Sed tamen in dubio præſumitur pro illo, qui habet titulum à maiore, vt eſt textus *in c. ſi à ſede. de præbendis, in 6.* quod intellige, ſi in collatione facta ab inferiore ſit appoſita hora; quoniã facit præſumere prioritatem, vt ample tenet dom. meus Iaſ. *in l. 1. col. 2. ff. ſol. matr.* & dixi *in præcedenti conſi. in fi.* Tertio, operatur temporis prioritas in operarum promiſſione; quoniam ille debet prius ſeruire, cui prius promiſit, ita dicit textus *in l. in operis duobus ſimul locatis, conuenit priori cõductori ante ſatisfieri. ff. locati.* & ibi gl. ampla, ad quam recurre, & ad Doctores. Quarto, operatur in præſtantiis faciendis, ſeu reddendis; quoniam reddendæ ſunt ſecundum ordinem, quo factæ ſunt, vt priori mutuatori prior reddatur, vt dicit Bald. *in l. vnic. §. ſed vt manifeſtetur. C. de caduc. tollen.* Quinto, operatur in literis; quia literæ priores in data regulariter præualent, notatur *in c. capitulum, Extra de reſcript.* vbi Fel. *colum. 3.* facit regulam, quam ampliſſime ampliat, & limitat. Ideo ad eam recurre in materia beneficiali, vbi ſciendum eſt quis præferatur, an habẽs priorem titulum, an priores literas in data, an qui primo adeptus eſt poſſeſſionem. Sexto, habet locum in electione; quia, qui prior eſt in electione, debet primo poni, Bald. *in l. conſtitutione. Cod. §. quib. col. vlt. ver. not. hic de ordine.* Septimo, habet locum in appellatione; quia, qui primo appellat, primo agat: Spec. *in tit. de reconuent. §. 4. paulo poſt principium, & de incidenti queſt. §. 1. ver. videmus.* & *c. 2. de ordine cognitionum.* Octauo, habet locum in ſeſſione, ſubſcriptione & reſponſione, textus eſt: & ibi Ioan. de Turrecrem. *in c. Epiſcoporum, 74. d.* & dixi ante in pluribus locis, & quomodo illud ſit intelligendũ, maxime *in 4 parte, in 25, & 76 conſid.* Nono habet locum in promotione; quia prior tempore præfertur, *cap. Epiſcopus, 18. d. & in d. 25 diſtinct.* dictum eſt. Decimo, habet locum in poſſeſſione primo accepta inter duos habentes eundem titulum eodem tempore in beneficiis, vt eſt textus *in c. ſi à ſede, de præbendis, in 6.* Et etiam in duobus habentibus diuerſos titulos; quia præfertur cui primo tradita eſt, textus *in l. quoties. C. de rei vend.* dicam *in ſequenti conſid. ver. 14*, habet locum. Vndecimo, habet locum in prioritate ſcripturæ ſeu literæ; quia primo ſcriptus præferendus eſt, vt eſt textus *in l. quoties. ff. de vſufr. & in l. generaliter, §. quis ergo, ff. de fideicommiſſ. libert.* & faciunt, quæ dicit dominus meus Iaſon *in l. 2. §. prius. col. pen. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & Fel. *in c. cum dilecta, Extra de reſcript.* & conſului in caſu emergenti, quod ex quo in contractu erat ſcriptum, quod aliquis dabat rem ad cenſum in emphyteuſin, ex quo primo dicebatur ad cenſum, talis contractus erat iudicandus cenſualis, & non emphyteuticus. Cum etiam, vt dicit dominus meus Iaſon *in 2. ibi, octauo quæro, C. de iure emphyt.* In hoc facit ordo literæ, & hoc multis rationibus comprobaui in conſilio meo incip. ex proceſſu moto, & etiam de ordinibus literæ ante dixi *in 1 parte, 17 conſid.* Duodecimo, habet locum in cõceſſione principis; quia prima præfertur; quoniam in principe variatio, & inconſtantia reprobatur, cum in eo tanquã in

trono

ſonte iuſtitia debet eſſe conſtans voluntas, & principibus conuenit illud verbum. Semel locutus eſt Deus, *Iob* 23. & quod ſcripſi, ſcripſi, *Io.* 19. Ideo princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam; quia, vt ſcribitur *Pſal.* 88. Quæ præcedunt de labiis meis, non faciam irrita, vnde debet eſſe immobilis, ſicut lapis angularis, & ſicut polus in cœlo, verba ſunt Bald. *conſilio* 279. *incip. pridie enim conſului, lib* 3. Et ibi concludit, quod quando princeps, etiam motu proprio, reuocat illud, quod primus fecit, fingitur circumuentus, adeo quod contrarium probari non poteſt, & ita ampliare videtur, quod dicitur *in c. cum olim, de re iudicata*: & ideo tenet Rom. *in conſ.* 218. *circa primam; quod ſecunda conceſſio Principis alteri facta contra primam, non valeat.* Ita etiam tenet Paulus *in conſil.* 156. *incip. viſo & examinato pũcto.* Et in ſimili caſu ſcribit Alex. *conſil.* 3. *in* 5. *volum. incip. ex his, quæ in themate*: & *in conſ.* 23. *incip. viſo proceſſu. col.* 4. *vol.* 5. Luc. de Pen. ample tractat *in l. prædia. Cod. de locat. præd. ciui. vel fiſc. lib.* 11. ex multis rationibus ibi poſitis. Alias vidi, quod præferatur, qui eſt magis diligens, qui dicitur, aut quod ſit poſſeſſor, aut, quod habeat literas conceſſionis ſigillatas aliàs non; quoniam ſigillum in talibus multum operatur, dixi *in commen. noſtris ſuper conſuet. Duc. Burg. in concluſ. in glo. Nous auons faict, &c.* Et ſi caſus tibi occurrat, ſemper recurras ad Luc. de Pen. *in eo loco*, vbi arguit ad vtramq; partem, & pro qualibet adducit triginta motiua, & tandem concludit. Decimotertio, habet locum in præſtatione iuramenti; quoniam primum iuramentum tollit ſecundum, vt eſt gl. notabilis *in cap. licet mulieres, de confeſſis, in* 6. dicam *infra in ſequ. conſid. ver.* 10. *procedit*: vbi ſcribitur, ſecundũ iuramentum præferri primo. Decimoquarto, habet locum in ſponſalibus per verba de præſenti; quoniam prima derogant poſterioribus, etiam copula carnali ſubſecuta in ſecundis, vt eſt textus *in cap. ſi inter vir. & mulierem. Extra de ſponſalib. & matrim.* quod intellige verum, ſi prima ſponſalia ſint legitima & debite facta, aliàs non, vt ante *hac parte,* 36 *conſid.*

Centeſima, & vltima conſideratio huius partis, vt à ſeipſa denominetur, ſcilic. de poſterioribus, eſt talis, quod etiam quandoque poſteriora derogent prioribus: quæ regula habet locum in multis, vt dicit dominus meus Iaſon *in l. pacta nouiſſima. C. de pact. & in l. ſi mihi & tibi.* §. *in legatis, ff. de legat.* 1. *& in l. duobus.* §. *idem Pomponius, in* 1. *&* 5 *colum. ff. de iureiurando, & in l. ſi quis conductionis, in* 1. *notabil. ff. de acquir. poſſeſſ.* in quibus locis plene declarat, vbi poſteriora derogant primis, & hoc in multis caſibus. Primo, in pactis, vt eſt textus *in dicta l. pacta nouiſſima. & in l.* 1. §. *fin. ff. de ſtipul. ſeruorum*: & *in l. clari*: & ibi Baldus *C. de fideicõmiſſ.* Secundo, procedit in vltima voluntate, *l.* 3. §. *penul. ff. de adimen. legat.* & hoc in gl. *in verbo, nuda. & in l.* 4. *illius titul.* eſt textus *& l. hac conſultiſſima,* §. *ſi quis autem. & l. ſancimus,* §. *ſin autem. C. de teſtam. cap. cum Marthe. Extra de celebration. miſſar. cap. ſi* 12. *quæſt.* 2. gloſſ. notabilis *in verbo, reuocare in c.* 1. *de conſtit. in* 6. Adeo, vt in vltimo teſtamento ſemper inſit tacite clauſula, *caſſans & irritans omne aliud teſtamentum præcedens*, & ſic ſuperflue ponitur illa clauſula à notariis, ſecundum Bald. *in l. fin. in* 5 *quæſt. C. de edicto diui Adriani tollendo.* probat textus *in d. l. ſancimus. in verbo, ipſo iure. & in* §. *penult. Inſtitu. quibus modis teſta. infir.* Tertio, procedit in codicillis: quia vltimi tollunt priores contrarios, *l. cum proponatur.* vbi gl. *fin.* & Bart. *C. de codicill.* Quarto, adde idẽ eſſe in legatis; quia per ſecundum actum alienationis tollitur legatum prius factũ, text. ſunt *in l. nihil prohibet. & in l. rem legatam. ff. de adimend. vel transfer. legat.* Imo etiam per actum ſecundum nullũ, tollitur primum legatum validum, quod eſt ſingulare, vt de hoc textus multum notabilis & ſingularis *in l. legatum* 2. §. *pater hortos. ff. eo.* quem non vidi vſque nunc ponderatum: licet ſit textus, qui facit contrarium *in l. ſi iure, ff. de leg.* quem allegat pro contrario dominus meus Iaſ. *in l. naturaliter,* §. *nihil commune. col.* 9. *ff. de acquir. vel amit. poſſ.* cogita de ſolutione, & concordia illorum textuum. Quinto, procedit prædicta regula in contractibus, *l. cum in plures.* §. *locator horrei. ff. locati. &*

d.l.1.§.fin.ff.de ſtipul.ſeruorum. & l.clari. C. de fideicommiſſ. Adeo, vt ſecundum dominum meum Iaſ. in dictis locis, in contractibus non ſit neceſſe apponere illa verba, *caſſantes, & irritantes omnem alium contractum præcedentem*; Quia hoc tacite intelligitur, textus eſt, quem Baldus ad hoc ibi reputat ſingularem *in cap.1.de tranſactionibus*. Sexto, habet locum in ſententia interlocutoria, *l.quod iuſſit. ff.de re iudic.* ſecus tamen eſt in diffinitiua, vt *l.1.C.quando prouoc.non eſt neceſſe*, intelligendo, vt per Bart. & alios, *in l.nam & poſtea.§.ſi damnetur.ff.de iureiur.* Et per Canoniſtas *in cap.cum inter monaſterium.de re iudic.* Septimo, habet locum in conſtitutione procuratorum, *l.ſi quis cum procuratorio.in fi.ff.de procuratorib.* notatur *in c.non iniuſte.* & ibi Abb. *in 4.notab. Extra de procurat.* facit text. *in l.ſi quis cum.§.fin.ff.eod.de procurat.* Octauo, habet locum in conſtitutione vicariorum; quia per conſtitutionẽ ſecundi reuocatur primus, vt tenet Ioannes And. & poſt eum alii *in c. ſua.de offic.vicar. & in cap.1.de offic.vicar.in 6.* Et illa fuit opinio Calc. *in cap.volentes.de offic. legat.* Et ibi dom.Abb. *in 3.notabili*, vbi infert, quod per dationem ſecundi vicarii cenſeatur primus reuocatus. Subdit tamen, quod contrarium credat de iure verius; de qua materia ample per Ioan.de Selua. *in ſuo tract.de beneſ. in 2.part.in quæſt.14.* vbi ample: & ibi tenet concluſiue, quod per dationem ſecundi non cenſetur primus reuocatus. Nono, procedit in reſcriptis, *c.cæterum.* Et ibi notatur per Fel. *& in c.1.de reſcriptis.* Decimo, procedit & habet locum in iuramento, *l.duobus.§.ſi. cum l.ſeq.ff.de iureiur.* & facit text. *in cap.tua nos. Extra de iureiur.* Hinc dominus meus Iaſ. *in d.§.fin.* quærit de validitate gloſſ. *in cap. licet mulieres.de iureiur.in 6.* quæ, cum ſit ſatis declarata per eum ibi, & *in l.non ſolum.§.morte. in 7.col.ff.de non.oper.nunt. & in §. item ſi quis poſtulante.col.2.Inſt.de act. & in authent.ſacramenta puberum.collat.14.C.ſi aduerſus venditionem.* Et per Fel.ample, *in cap. cum M.Ferr. col.penult.Extra de conſtit.* Et dixi *in conſuetu. Ducat.Burgund.in tit. Des droits. & apparten. à gens mariez.§.16.in gloſſ.ne peut mettre hors*, ideo ad eos vos remitto. Vndecimo, procedit & habet locum in legibus *l.ſed & poſteriores.ff.de legi.* text.& gloſſ. *in cap.in verbo, reuocare, de conſtit.in 6.* Alex. *in conſil.222.in 4. volum.ſtatim allegando.* Duodecimo, procedit in ſtatutis, ſecundum Bart. *in l.ſi certarum. §.fin.ff.de teſtament. & in l.omnes populi in vlt. quæſt.3.q.princip.ff.de iuſt. & iur.* Alexand. *in conſil.58. incip. in preſenti cauſa.colum.1. in 4. volum. & dict.conſil.incip.viſo puncto.colum.1. in 4.vol.* vbi videtur dom.meus ab Alex. accepiſſe ea, quæ dicit, *in dict.l.pacta noviſſima.* quem tamen reticuit, & Romanum *conſil.57. incip.in cauſa propoſita.* Decimotertio, habet locum in conſuetudine, nam vltima conſuetudo, ſi ſit perfecta ſeu præſcripta, derogat præcedentibus, gloſſ. *in l.nemo alieno nomine. §.temporalis.* Et ibi Decius. *ff. de regul.iuris.* quam gloſſ. ſequitur. Ant.de Butr. & Panor. *in c.fin.Extra de conſuet.* vbi idem tenet Barbatia, *col.29.* extollens illam gloſſ. & pro ea allegat textum ſingularem *in l.fin. C.de ſeruit. & aqua.* Decimoquarto, habet locum in poſſeſſione; quia vltima poſſeſſio ſimpliciter attenditur, vt dicit Bald. *in c.1 de feudi cognitione.col.1.* alleg.notata per Ioann.Andr. *in c. cum Eccleſia.de elect.* Et Oldr. *in conſil.313.incip.Thema quæſtionis,circa finem.* vbi allegat text. *in c.cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & Fedr. *conſil.234.incip.ſuper primo,in primo dubio.* Calder. *conſi.12.in tit.de iure patron.* Panormit. *in conſil.14.incip. videtur primo.col.2.in 1.vol.* & per Decium *in duobus conſiliis, quæ allegat in d.§.temporalis.* Quod tamen non habet locum in caſu *c.ſi à ſede. de preb.in 6.* & in caſu *l.quoties. C.de rei vendica.* vt dixi *in præcedenti conſi.in verſ.10. habet locũ in poſſeſſione.* Decimoquinto, habet locum in fama; quia vltima fama tollit priorem, *l.ſi mater.* & ibi gl.vlt. *C.ne de ſtatu defunctorum.* Bart. *in l.fin. C.ſi ſeruus, aut libert.ad decurion. aſpir.lib.10. & in l.iſ poteſt.col.10.ff.de acquir. hæred.* Bal. *in l.ſacroſancta.in fin.C.de ſacroſan. Eccleſ. & in l.ſi.ff.de feriis. & in c.cum inter R. ſeniorem.de elect.* Fel. *in c. cum contingat.col.2. Extra de reſcr.* Decimoſexto, procedit quantum ad moram: mora n. vltima nocet, *l.illud.*

cum

cum concordantiis in gloſſ. vlti. alleg. ff. de peric. & com. rei vend. l. ſeruum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. Decimoſeptimo, habet locum, & procedit quando plures opiniones referuntur à lege, vel à gloſſ. vltima in dubio cenſetur approbari aliis reiectis; ita not. Bart. in l. bona fides. per illum tex. ff. depoſiti. gl. vlt. in l. qui filiū. §. Sabinus. ff. ad Trebell. dom. meus Iaſ. in d. l. pact. 1. plura alia ad hoc allegat: vbi tamen dicit eſſe limitandum, niſi primo ſaperet æquitatē, ſecunda vero rigorem: quia tunc primæ ſtandum eſt allegat: Franciſc. Aret. in conſil. 163. quod incipit, Diligenter, & mature diſcuſſis. Hanc etiam limitationem ſequitur idem do. meus Iaſ. in l. placuit. C. de indic. & de hac materia ſunt infinita conſilia, & infinitæ deciſiones Doctorum, quas apoſtillaui ad Bart. in d. l. bona fides. Decimooctauo, obtinet, etiam in clauſulis: nam do. meus Iaſ. in d. l. pacta. in fin. 2. col. quærit, quid de clauſula an vltima deroget primæ, an vero prima declaret ſequentia, & inſequendo regulam antepoſitā crederem, vbi eſſent duæ clauſulæ contrarię, quæ non poſſent ſimul concordari, quod vltima derogaret primæ; ſed vbi per primā poteſt ſecunda declarari, tunc attendenda eſt illa declaratio, vt ſatisfaciunt ea, quæ dicit idē do. meus Iaſ. in d. l. pacta. Et in hoc eſſet etiam attendenda illa regula; quod quæ in præfationibus dicuntur, in ſequentibus repetita intelligantur, de qua per Bart. in l. Titia. §. idē reſpondit. ff. de verb. oblig. & in l. item quia. §. fi. de pact. & ample habetur per Io. Rim. in d. l. pacta nouiſſima. Cod. de pact. vbi magis ample tractatur, quam per alium.

Hinc ſumpta occaſione: quia materia ſe offert in caſu contingente, quæritur, An ſi inter iuuenem & iuuenculam fuerint verba de matrimonio inter eos contrahendo, & iuuenis dixerit bis puellæ; primo, videlicet, quod nullatenus faceret promiſſiones matrimoniales ſecum, niſi de conſenſu ſuorum parentum, ſcil. patris & matris, propterea, quod alloquerentur patrem & matrem: deinde vero, & ſecundo dixit eidem filiæ, ꝙ nō contraheret cum ea matrimonium, niſi de conſenſu vtriuſque patris & matris, ſi poſtea faciant inter ſe promiſſiones, abſque repetitione illorum verborum, in præſentia teſtium, ſub his verbis: nonne verum eſt, quod mihi promiſeris? & dicat filia, quod ſic, & in quantum opus eſt, adhuc de nouo promitto, & te in maritum accipio; & vice verſa: an illa verba præcedentia cenſeantur repetita in promiſſionibus poſtea per verba de pręſenti inter eos factis, an vero abſque alia expreſſione, & declaratione videantur ab illa prima intentione inter eos declarata, ſeu ab illis primis verbis receſſiſſe? Iſtam quæſtionem tetigit dom. meus Iaſ. in d. l. pacta. colum. vltim. vbi dixit, quod quando fit proteſtatio aut declaratio ante promiſſiones, quæ reſpicit de non contrahendo, in præſentia mulieris non contradicentis, quod talis proteſtatio ſeu declaratio impedit matrimonium futurum (niſi ſecuta fuerit copula carnalis, poſt dictas promiſſiones: ex quo etiam dicendum eſt, quod ſi ante nihil operatur) & dixit ita tenere Doctores in cap. tua nos. Extra. de ſponſalib. & matrimoniis. do. Ant. de But. in c. veniens. 1. 2. eod. tit. de ſponſalib. Panormitanus in cap. per tuas. ad fin. Extra. de condit. appoſ. vbi etiam dixit procedere in foro conſcientiæ. Ita etiam tenet idem dominus meus Iaſon in l. non ſolum. §. morte. colum. 7. ff. de noui oper. nunt. allegans prædictos ita tenentes. Et ita etiam tenet ampliſſime dom. Card. Alex. in dict. cap. tua nos. in fin. 4. colum. quia illa proteſtatio, ſeu declaratio fit, antequam aliqua obligatio eſſet inter partes, ex quo declararunt illam obligationem velle eſſe in tali caſu, ſcilicet ſub cōſenſu ſuorum patris & matris, quæ declaratio hoc operatur, vt ſi poſt fiant promiſſiones, & ſic contractus, quod intelligatur factus ſub prima proteſtatione, ſeu declaratione, cum proteſtatio ſeu declaratio pręcedens, facta ex mutuo conſenſu partium, euacuet omnem effectum obligationis, l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. & oblig. Eo etiam, quia clauſula præcedens determinat, & declarat ſequentia, vt dixit dominus meus Iaſon in dict. l. pacta. colum 5. Cod. de pactis. Ex quo etiam conditio adiecta in præambulis & præcedentibus, cenſetur repetita in ſequentibus, facit d.

Digitized by Google

l. item quia. §. fin. (*qui incipit*) *idem Iuliano placuit. ff. de pact. & d. l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de verb. oblig.* vbi plus dixit Bar. quod ſi dictū in præparatoriis fuit omiſſum in ſequen. præſumitur error, *per l. ſi tibi liberum. ff. de action. empt. & l. ſi binarum. ff. de ſeruitut. vrb. prædior.* qui probatur ex eo, quod conſtat illud, & quod dictum, & declaratum fuit in præcedentibus, & præparatoriis, ſeu præfationibus, eſſe omiſſum in ſequentibus, facit tex. *in l. duos. & in l. auia.* & ibi Bart *ff. de cond. & demonſt.* & dixit Angel. *in l. pacta. C. de pactis*, allegando Innocent. *in cap. innotuit. de arbitris.* quod contractus ſequens declaretur ex contractu præambulo, & idem voluit Angel. *in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. oblig.* Et probatur per gloſſ. primam *in l. 1. ff. de iudiciis.* Faciunt quæ dixit Barbatia *in conſil. 12. colum. 4. & 6. in 2. volum.* vbi ait, quod præambula declarant ſequentia, & eis inſunt, & quæ dicunt Bald. & Salicet. *in l. per retentionem. C. de vſur.* vbi inquiunt, maxime Salicet. quod quando fuit aliquid præambulum ad actum, ſi fiat actus ſequens etiam ex interuallo, intelligitur præambulum repetitum, & ſic actus præambuli præſumitur repetitus in actu ſequente, præſertim (vt ait) cum quod dictum eſt in præcedentibus fuit dictum ad præfationem actus, & maxime etiam quando continuatiuus, vel coniunctiuus eſt actus: & eſt identitas perſonarum, & rerum. Maxime etiam: quia proteſtatio facta fuit ex iuſta cauſa, fundata ſuper iure diuino, vt habetur *numeri 30.* vbi ex præcepto domini requiritur conſenſus patris, & matris in matrimonio puellæ, & ſuper iure canonico, *cap. aliter. 30. quæſt. 5. ca. non omnis. cap. honorantur. & capit. mulier. 32. quæſt. 2.* & ſuper iure ciuili. *§. primo. Inſtitu. de nupt.* & vt ait ibi text. Hoc etiam ratio naturalis ſuadet, ex quo de honeſtate talis cōſenſus, ſaltem requiritur, vt tenent omnes, quæ quidem honeſtas non poteſt infringi, cum ſit vnum ex ſubſtantialibus legis, cum dicat textus *in capit. erit autem lex. 4. diſtinct.* Quæ quidem cauſa etiam durat tempore actus, ex quo iuuat proteſtatio, & impedit actum ſequentem, vt dicit Felyn. *in cap. cum M. Ferrarienſ. in 16. colum. verſic. fallit quinto. Extra, de conſtitut.* & intelligitur repetitio facta, *d. l. auia. & l. Iulius Paulus ff. de cond. & demonſtr. l. Seia. §. Caio. ff. de fund. inſtr.* & etiam maxime, quando verba ſunt prolata per verba tēdentia ad futurum tempus, de conſenſu vtriuſque partis, vt tenet dominus meus Iaſon *in d. l. pacta.* Cum ergo ex confeſſione dicti iuuenis conſtet, quod bis, & reiteratis vicibus dixerit eidem, quod intendebat, quod dicta iuuencula alloqueretur patrem ſuum, & matrem, & quod non intendebat alias eidem facere promiſſiones. Cui proteſtationi non contradixit dicta iuuencula, ſed expreſſe cōſenſit, eo quod reſpōderit, quod eos alloqui faceret, & ſic acceptando factum acceptauit, & qualitatem, & ſic mens vtriuſque fuit declarata. Et licet poſtea in præſentia certorum teſtium dixerit eidem iuuenculæ, *n'eſt il pas vray, que vous m'ayez promis, & ne prometez vous pas encores, de nouuel.* id eſt, *nonne verum eſt, quod mihi promiſeris, & nonne de nouo iterum promittis?* quod etiamſi probetur, quod filia dixerit, quod ſic, illud tamen intelligendum eſt, & intelligi debet ſub repetitione præambulorum, quæ fuerunt, cum beneplacito, & voluntate ſuorum patris, & matris, & hoc indubitanter credo eſſe verum, quod dicta filia, parte contradicente, non teneatur vlterius contrahere matrimonium cum dicto iuuene, cum maxime ſit alteri matrimonialiter coniuncta, copula carnali ſecuta, ita etiam, quod ex eius confeſſione ſit repellendus ab actione, & proſecutione, quam facit contra eam, abſque eo, quod vlterius dicta filia teneatur procedere, cum ſit quæſtio tantum de ſponſalibus etiam, per verba præſenti, quæ ex conſenſu partium ſunt diſſolubilia, vt tenet gloſſ. *in cap. ex publico.* & ibi Panormitan. *Extra, de conuerſ. coniugat.* Ergo in his præiudicabit confeſſio, licet ſecus in matrimonio contracto, & copula carnali conſummato, quod nullo modo eſt diſſolubile, *cap. lator. & cap. conſanguinei. Extra, de re iudicata. & dict. cap. ex publico.* Imo tenetur iudex eum expellere viſa propoſitione facta per eum, abſque eo, quod expectet quod

poſſit

Digitized by Go

poſſit repelli excipiendo. Quoniam, vt dicit Bald. *in l. mercalem. Cod. de condit. ob tur. cau.* qui excludit ſe ipſum proponendo, non eſt neceſſe, quod excludatur excipiendo, quia ex ſuo officio iudex debet eum excludere. Et facit, quoniam ex quo, ex iſtis declarationibus & his, quæ proponendo allegauit, conſtat eum experiri ſine actione, & ſic debuit per Iudicem à limine Iudicii repelli, etiam parte non petente, vt tenet do. Iacobinus de S. Georg. *in leg. lecta. colum. 13. ff. ſi cert. pet. & in l. vbi pactum. in 11. & 12 col. Codice de pactis. & in l. ſi vnus. §. pactus. ne peteret. ff. de pactis.* Et dominus meus Iaſon. *in d. l. vbi pactum. & in leg. generaliter. ff. de verborum obligationib.* Alias tenetur patri ad intereſſe, vt ibi per eos conſuluit in contingentia facti, vbi ample dixi. Decimonono in appellationibus, an per ſecundum videatur receſſum à prima, vide Bartol. & poſt eum dominum meum Iaſon. *in l. cum procurator. § ſi dominus. ff. de noui nunciatio.* & ibi etiam, de nunciatione noui operis, quid de interpellatione, & quid de ſtipulatione. Et per eundem dominum meum Iaſon. *in l. qui bis idem. ff. de verborum obligationibus.* vbi faciunt diſtinctionem, an ſecunda fiat animo nouandi primam; an vero ex ſecunda ſumatur idem effectus, qui ex prima, & etiam, an fiat proſecutio primæ, an ſecundæ: quoniam proſequendo ſecundam videtur receſſum à prima. Et cum materiæ ibi ample declarentur, non inſiſto: & alias ample conſului in caſu emergenti de duabus obligationibus pro vna & eadem re, cum clauſula, abſque derogando primæ. Et de duobus præceptis factis in vim mandati importantis in ſe clauſulam, & in caſu oppoſitionis, refutationis aut dilationis, ſeu refutatione facta poſt primum præceptum. Sed ex refutatione facta poſt ſecundũ præceptũ de deſiſtẽdo, licet dictũ fuerit, quod illud faciebat renouãdo primũ, tamẽ quia ſũpſit cauſã citationis à refutatione facta poſt ſecundũ præceptũ, nõ ex primo præcepto, dixi in contingẽtia facti, quod tale primum præceptum non potuit interrumpere præſcriptionem, eo, quia ex illo non fuit ſecuta citatio, & aliter in his non eſt immorandum, quia ample in caſu emergenti conſului. Vigeſimo, habet locum in præſentatione facta per laicum habentem ius patronatus in beneficio, quia etiam vltimo præſentatus præferendus eſt, cum patronus laicus variare poſſit accumulando, & ſecunda præſentatio præfertur primæ, text. eſt, & ibi Doctor. *in cap. cum autem. Extra, de iure patron.* & notatur *in capit. quod autem. in gloſſ. 1. eodem titulo.* & per gloſſ. & Doct. *in clemen. plures, de iure patron.* Ita tenet Rochus de Curte, Præceptor meus, *in ſuo tract. de iure patron. in verbo honorificum, in 9. q.* vbi ponit differentiam inter patronum laicum, & eccleſiaſticum, & rationem diuerſitatis, & ibi concludit clericum in præſentatione variare non poſſe, laicum vero ſic. Vigeſimo primo habet locum in poſtulatione, vbi licitum eſt variare etiam Clerico: quoniam in poſtulatione Clericus poteſt variare, & valet ſecunda poſtulatio, quæ derogat primæ, *text. in cap. bona. el ſecundo, de poſtulat. Prælat.* & ita tenet Rochus, *in dicto loco, verſic. ſecunda ſuboritur quæſt.* vbi allegat etiam gloſ. hoc tenentem *in cap. cum cauſis. de electio.* & ibi Abb. hanc dicit eſſe communem. Vigeſimoſecundo habet Regula; Quod vbicunque licitum eſt variare, ſemper vltimus actus derogat priori, & eſt primo validior & excellentior, vt habemus *in l. prætor. ait. §. ſi aliquando. ff. de no. oper. nunt.* vbi qui primo recuſauit ſatiſdationem poteſt illam acceptare, ita quod illa acceptatio, ſecunda habeat effectum; quod pluries dixi in caſu, qui quotidie in practica apud nos euenire ſolet, in materia recedẽtię, vbi plures iuſticiarii inferiores, primo denegant recipere ſatiſdationem & cautionem; quo caſu remittitur cauſa coram Balliuo, & Iudice ſuperiore, aliàs nõ deberet remitti, ſed cauſa coram Iudice loci terminari: quod licet fuerit recuſata ſatiſdatio, & ſic videatur ius quęſitũ eſſe parti, ꝗ eã reuocarit coram Balliuo, tamẽ ſi ſecũdo acceptauerit cautionem, videtur, quod cauſa

debeat remitti coram iudice ordinario. Et de huiuſmodi variatione, quod quandoque admittatur, & quando ſit permiſſa, vide Bartol. *in l. ſi ſterilis. §. qui domum. ff. de act. empt.* & dominus meus Iaſon *in dict. l. prætor ait. §. ſi aliquando. ff. de no. oper. nun.* vbi dicit, quod quotieſcunque variatio permittitur, intelligitur, quod ſemel permittatur tantum, & non plus. Et aduerte, quod in conſiliis neceſſariis, non eſt honeſtum, nec licitum variare: in conſiliis vero voluntariis ſecus, vt dicit Philippus Decius *in Reg. Iuris. Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam. ff. de regul. iur.* Et vt huic operi finem imponam, dicam cum *Iudith* 8. Orate pro me, (lectores beneuoli) vt firmum faciat Deus conſilium meum, in iis, quæ ſcripſi, in quibus ſi quid boni dixero, Deo omnipotenti ſit laus, honor & gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

Duodecimæ & vltimæ partis Catalogi Gloriæ Mundi finis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google